UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Qvadragesimale Ambrosianvm Dvplex, In Dvos Tomos Divisum

In Hoc Opere Per Singvlos Qvadragesimæ dies habetur bina Concio cum Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur. Cvm Indicibvs, Sacræ Scriptvræ, Et Rervm notabilium, cum Summa Concionum & Thematum Euangeliorum. Accomodantvr Hae Conciones Ad Vsvm Romanum pro Quadragesima & ...

Tomvs Primvs, Continens Conciones A Dominica Prima, Qvæ Dicitvr In Capite, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Caeco

Bellintani, Mattia

Coloniae Agrippinae, 1626

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55873

Visual Library

Th. 3295.

C
319

QVADRAGESIMALE AMBROSIANVM DVPLEX, IN DVOS TOMOS DIVISVM.

AVCTORE

R.P.F. MATTHIA BELLINTANO
SALODIENSI, VERBI DEI DECLAMATORE EXIMIO, ORDINIS FF. MINORVM
S.Francisci Capuccinorum.

TOMVS PRIMVS,

CONTINENS CONCIONES A DOMINICA PRIMA, QVÆ DICITVR IN CAPITE, vsque ad quartam exclusiuè, quæ dicitur de Cæco.

IN HOC OPERE PER SINGVLOS QVADRAGESIMÆ dies habetur bina Concio cum Morali, iuxta Euangelia, quæ in Ecclesia Mediolanensi leguntur.

CVM INDICIBVS SACRÆ SCRIPTVRÆ, ET RERVM notabilium, cum Summa Concionum & Thematum Euangeliorum.

ACCOMMODANTVR HAE CONCIONES AD VSVM Romanum pro Quadragesima & Aduentu, & omnia singulis Tomis sunt aptata.

Mnrij Abdinghossen. Ordis S. Benedicti. Paderbornæ.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Petri Henningii & Bernardi Gualtheri.
M. DC. XXVI.

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. ANTONIO BARBARINO CAPVCCINO, S.R.E. CARDINALI, NECNON VRBANI VIII. PONT. MAX. germano Fratri.

FF. CAPVCCINI S. P. D.

CVM huius libri natalem diem, quo primùm lucem aspicit, REVERENDISSIME ET ILLVSTRISSIME PRINCEPS, sublimioribus regni Dei ab æterno præscitus, nunc recens natus honoribus, susceperis; tuæque se committentem clientelæ benigno vultu suspexeris, futurum spero in omni mortalium memoria immortalem. *Victurus genium debet habere liber*, inquit Poeta. Hic ingenium habet, & nomen satis bonum ab auctore vitæ suæ. Genium à te, & faustum omen habeat, necesse est. Romana res est, Romanæ quippe Ecclesiasticæ Monarchiæ lumen, vnde & Romanum virum ex præcipua non Vrbis tantum, sed totius Orbis nobilitate Patronum adoptat, vt quem sua illustrat origo, illustriorem reddat adoptio.

Te Religio nostra, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, paulò antè alumnum suum amabilis mater, quem suis genuit visceribus,

bus, lactauit vberibus, fouit amplexibus: nunc autem alumna (*quod fœlix, fauſtum, fortunatumque ſit*) Parentem & Tutorem, ſuum in proſperitate gaudium, in aduerſitate ſolatium vocat, inuocat. Te inquam, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, illa quibus muneribus donaret in hoc natali tuo, quo ſuis raperis vberibus, nutritus cilicio, natus imperio, diu hærebat anxia. Repetebat præterita ſecula, præſentia ſcrutabatur, futura præſentiebat; in eoque negotio laborabat non modicum: Cum ecce munera penè infinita, vno quaſi agmine, certatim ſeſe offerunt pedibus veſtris in humile, ac deuotum obſequii monumentum appendenda; ita vt iam difficilior ſit optio, quam laborioſa fuerit inuentio; hæc angebat, illa excruciat: quam enim penuria peperit copiam, hæc maiorem parit inopiam. Quid faciat? Quo ſe vertat? res vocatur ad ſortem, ſors autem fauſto nomine, fœliciori omine, cecidit ſuper MATTHIAM. MATTHIAS, Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationi (duplici decore, vitæ ſcilicet, & doctrinæ promicans) in perpetuum gratitudinis auitæ ſacramentum dicatur, dedicatur.

MATTHIAS fauſtum nomen, fœlix omen. Nomen eſt donum Dei, ex מַתָּת & יה Diuinum plane eſt hoc donum: omen verò Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationi in purpura, inſignibuſq; Pontificiis proſperum & incolumem portendit euentum. Nomen noſti Auctoris tibi coniunctiſſimi: omen autem ex hoc opere, ipſiuſque Auctoris commendatione exponerem, ni latior eſſet hic campus, quam vt poſſit hoc breui orationis curſu luſtrari. Dicam tamen parua de magnis, pauca de plurimis, explorata aliis, Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationi, mihique probata, qui loquor. *Verus teſtis eſt, qui laudat expertus.*

Seneſcentis ſeculi hoc primæuum decus R.P. MATTHIAS BELLINTANVS (quem maturum ſibi Deus cælo vendicauit, maximo noſtro, & Chriſtianæ pietatis diſpendio) vir erat tot, tantarumque virtutum ſplendoribus illuſtratus, vt acumine meditationis Aquilam, dulcedine prædicationis Cygnum, operiſque conſtantia Leonem præ ſe ferret: ſicque in cognitione, & amore Dei diſcipulum quem diligebat Ieſus, in doctrina S. Paulum, & in feruore operis S. Petrum imitando, in reliquo tandem totius vi-

tæ ſtatu

tæ ſtatu Apoſtolicis hærentem veſtigiis, in religione Apoſtolicæ vitæ laude præcellenti, Apoſtolum fuiſſe luce clarius eluceſcit. Has in ipſo virtutes ſepulchri horror veneratur, Deus approbat, vniuerſæq; Orbis plagæ mirantur. Has Cerebrum, Lingua, & Pollex, tot annis tumuli cineribus inuiolata, & adhuc hodie integra reliquo corporis reſoluto, non oratione, ſed ratione, omni gladio ancipiti penetrabiliori, non fucis rhetorum lenociniis, ſed viuis verę pietatis argumentis ſuadent. Hic ſpiritualis Aquila in rerum diuinarum contemplatione diuinos diuini Solis radios ita fixis, & amoroſis mentis obtutibus ſuſpiciebat, vt tantę lucis, tantique ardoris virtute totus ſolueretur in lachrymas.

Hic cœleſtis Cygnus tanta lenitate Dei verbum animabus peccatorum inſinuabat, vt ex Saulis faceret Paulos, ex peccatricibus pœnitentes, ereptaſque inferis, cœlo reſtitueret coronandas: ex cuius morte hoc reſtat pignus, (hoc QVADRAGESIMALE intellige) Veſtræ Illuſtriſſimæ Dominationi deuouendum. Hic Leo Leonis de Tribu Iuda gratiſſimus fœtus, quem non ex vngue tantum, ſed ex integro, incorruptoque Pollice diſcernere licet, ſic forti, conſtantique animo in pace hoſtes aggrediebatur, in bello ita euincebat, vt ſicut bella opinionem, ſic illi arma honorem, Angelis ſpectatoribus gaudium, & nobis virtutem dederint triumphandi; nouerat enim non amare modò, ſed & amare bellatores, qui ſæpius bella peregerat. Hic, qui Aquilinos oculos in Cerebro, cœleſtem Cygni vocem in Lingua, Leoniſq; fortitudinem in Pollice immortalitati reſeruauit, reſerauit ſecreta Dei calamo, & exemplo: Quod enim à Deo per contemplationem hauriebat, prius opere completum, prædicatione effundebat. Qui non tantum ſibi, ſed & toti mundo ſufficiens, viuus ſaluti animarum vacabat incredibili charitate, & diligentia: nunc mortuus, mirabiliter ſanitati corporum per centena miracula poſt obitum patrata inuigilat, quibus corpora ſaluat & animas. Vt ſicut tria ſunt, quæ in cœlo dant teſtimonium; Pater, Verbū, & Spiritus: ita tribus è terra illis tribus teſtimoniū reddat, Mente, Lingua, Pollice; Mente, Patri generanti per cognitionē; Lingua, Verbo genito; Pollice, Spiritui ſancto dexteræ Dei digito rerum omnium opifici. Quę omnia mirabili, & pluſquā humano

artificio hoc Opere breui manu coarctat. Vidit aliquando Propheta euangelicus fluuium aquæ viuæ splendidum, tanquam crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ. Quæ sicut huic libro optime congruunt, ita ipse his omnibus aptissime respondet. Est enim fluuius, ex cuius lectione haurietur gratia, ex cuius gustu delibabitur gloria, ex cuius doctrina vera scientia, veraque virtus addiscetur. Cum fluuium audis, huius libri intellige profunditatẽ, perennitatem, & copiam eloquentiæ, diuiniq; Spiritus impetum: in eo sunt aquæ voluptate & fœcunditate viuæ, gratia scilicet & virtus intrinsecus recreandi, & reficiendi animum: splendidus est dignitate, crystallinus pulchritudine, soliditate, & perspicuitate omnium veritatum. Duas habet ripas, præsentem scilicet vitam, quam ordinatè instituit; & futuram, quam spectare, & expectare suadet: in vtraq; est lignum vitæ, quia in hac, quam degimus, vita meritum, & in patria præmium repromittit. Has aquas, hunc fluuium (studio, ac diligẽtia Fratris ipsius Auctoris ab annis quinquaginta in hoc Agro nostro seraphico succrescentis) in publicũ profluentem, Vestræ Illustrissimæ Dominationi iampridem destinatum, vestrisq; meritis debitum, pleno totius Ordinis nostri affectu, vtraque manu, vt pauperculus Sinætas alteri Artaxerxi, consecramus. Aquas damus, non qualiscumq; fluuij, sed crystallini, in quo mores tuos effictos, expressamq; vitæ tuæ imaginem spectare poteris. Illic mentis tuæ maturitas, ingenij acumen, morum integritas, orationis feruor, pietas in Deum, iustitia ad proximum, temperantia ad teipsum, humilitas in prosperis, constantia in aduersis, benignitas & humanitas in omnes, viuis in mortuo coloribus exprimuntur.

Has omnes Virtutes licet satis admirari non possim: vna tamen mihi maximè arridet Benignitas, quę peculiari nescio quo fulgoris radio in Vestra Illustrissima Dominatione ab ineunte ætate splendescere visa est. Quis enim tam miser vnquam, cui Benignitatis tuæ fontes non patuerint? tam derelictus, qui perditis suis omnibus subsidium à te, etiam in summa, qua viuebas apud nos, paupertatis laude, non inuenerit? Ad eam omnes currunt, volant, aduolant: humiles enim & caducæ plantę proceras, ac stabiles se-

biles sectantur arbores: *Fortuna minor Principem quærit*, Benignitas hoc facit: hinc illa Barbari, nō babara, sed planè humana, & digna Illustrissimo Principe BARBARINO, sententia: *Regē armis, quàm regium animum munificentia vinci, minus flagitiosum.* Arma enim fortunæ sunt, munificentia virtutis; quæ tanta est, vt cum *primus in Orbe Deus fecit timor*, & amor auxit, munificentia commendarit. At ne quis totum hunc splendorem benignitati ascribat, comitem se adiungit humilitas germana soror, & germen virtutum, qui te curiæ ablactatum illecebris fecerat fratrem nostrum, eremoque pœnitentiæ & solitudine, opertum sacco, & cilicio, abdiderat, vt te toto sola frueretur. At accusarentur secula, si talis latere potuisset humilitas. Quid? Poterat cœlum orbari altero luminari magno? Potuisset alterū Ecclesiæ decus latere? Nonne quod seraphicus Patriarcha noster S. Franciscus concrucifixus Christo crucifixo (implens in corpore suo, quæ desunt passionū Christi pro Ecclesia) contulit ad salutem animarum: Idipsum, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, Vicario Christi germano fratri Pontifici Maximo superior ætate, dignitate proximus cōferre, onerique humeris angelicis formidando proprius supponere debuisti particeps oneris, vt honoris? Graue fuit è Paradiso solitudinis in curiam euocari, Vestrę Illustrissimæ Dominationi graue, nobis gratum & vtile: & de fratre factus Parens, de socio Magister, sis nobis amore Parens, disciplina Magister: Nos tibi pietate filij, reuerentia discipuli, vtinam digni Parente, digni Magistro. Accipe si placet hoc nostræ erga te, PRINCEPS ILLVSTRISSIME, gratitudinis, & beneuolentiæ μνημόσυνον hilari fronte, & quo datur, grato videlicet & candido animo, non par meritis pretiū, sed exiguum debiti pignus, maiore cum potestas erit compensatione soluendi. Interim pro vestra incolumitate & salute preces ad Deum Opt. Max. & seraphicum Patrem N. S. Franciscum effundemus. Vale & diu viue.

SCRVTATORI DEI GRATISSIMO
Vixit in Religione Annos 58. Concionatus est annos 50 Cuius Cerebrum, lingua, et pollex, adhuc post 36. Annos incorrupta manent.
In Cerebro Volucer Jovis inq; Superstite lingua
Cygnus et in Digito noscitur esse Leo
Mens elata Deo diuinitus hausta loquendo
Et talem in populos actio sancta tulit.

AD LECTOREM.

ECCE tibi cariſsime Lector opus vnum P. MATTHIÆ BELLINTANI, qui fructu non vacuum prædicatoriam dignitatem annis quinquaginta (res inauditu forsitan) in præcipuis Italiæ, Galliæ, & Germaniæ suggestibus exercuit laudabiliter admodum, atque seraphice. Testis adest eorum memoria adhuc vigens & fœlix, qui verbum Dei illum declamantem audiere. En ad te venit in aura tenui, quam si attente, profundeq; inspexeris, Dominum in ipsa adesse facile admodum dignosces. Sapientiale opus offert tibi, qui sapientiam profiteris, qui sapientum fautor, Asylum existis scientiarum diuinarum. Opus docens, opus mouens, opus tanta sinceritate dictionis, vt (amota affectatione, violenta, coactaque Scripturarum interpretatione) tamquam è riuulo, limpidissimo sensu, tota fluat ratio, adeo, vt si cum eo iuniores quosdam contuleris, Pygmeum Atlanti comparasse videaris. Non ad Lesbiam Regulam, sed sinceritate Catholica locutionem ad sacram Scripturam, velut lydium lapidem coaptat, & veritatem explorat conceptionum suarum. Interpretem ne dicam sacræ Paginæ an penu? te Iudicem compello Non ethnica, non affectata, sed moderata & christiana splendet eloquentia, at non moderata pietate, sed præstanti magis, atque conspicua, efficacitateque non vulgari donatus. Scripturarum loca sic enucleata inuenies, vt durum nihil, intortum ve reperias, quin magis sanctitas in verbis, integritas in sensu, emunctum iudicium, exacta doctrina, ponderata omnia vbique emicent, vt si sincere cum peritioribus sacrarum Paginarum Interpretibus conferas, non immerito cum ipsis æqua lance dicas quod certare valeat. Opus tamen adhuc sub incude erat, quando ex humanis ad cælestia euocatus est Auctor, non potuit ergo nec Concionem de Domini Passione extendere, nec iis quæ calamo currente dictauerat, vltimam adhibere manum: ab Auctoris fratre adhuc nobis

pietate Diuina ſuperſtite, cuius opera ac ſtudio hoc Opus lucem videt, omnis adhibita eſt diligentia, vt quædam obſcura clareſcerent in tranſcriptione occurſa, quod & pro maiori parte præſtitum eſt. His ergo fruere benigne Lector, dum alia eiuſdem Patris, non minoris nota tibi parantur. Subrepere errores aliqui, parui tamen momenti, quorum notulam in fine cuiuſque Tomi appenſam inuenies: reliqua diſcretus, & ſapiens iudices Lector, meque tuis precibus commendatum habeas velim, pauperem, & miſerum.

ADMO-

ADMODVM REVEREND. CAELII MAFFIOLI SALODIENSIS DE CEREbro, Lingua, Digito in consumpto Matthiæ Bellintani corpore integris repertis.

EPIGRAMMATA.

QVæ tua Mens coluit, cecinit quæ Lingua, Manusq́
Tam dictis retulit nobilitata notis.
Illa eadem membris, quibus immaculata nitebant,
Dant fugere in lapso corpore posse necem.
Hoc Triadis munus, membris nouat illa quod hauris,
Ne sua quæ fuerant templa, soluta cadant.

Aliud eiusdem Auctoris in præsens opus.

TEla, Pericleo populum quæ sydera quondam
Torta nimis sæuo concutiere metu.
Percupido commissa typis dum lumine lustro,
Et BELLINTANI *pectora quanta tonent.*
Flexanimis occulta notis vis maxima raptis
Sensibus ipsi animo se insinuatque meo.
Accipit hinc ictum altè cor penetrabile vulnus,
Suspirantque nouas viscera adusta faces.
Arma damus victi, sensus fractique trahuntur,
Cogimur inuicti quo trahit illa sequi.
Ad prædam rapimur, tanta sed sorte beati,
Quod Deus est raptor, quod bona victus habet.

ALIVD.

DVm regeret dictis animos, motusq́ cieret,
Et BELLINTANVS *tartara, & astra daret.*
Aufer, Diue, faces, plusquam satis arsimus, aufer,
Nam citò ni tollas (plebs ait) emoriar.
Quantis debebant miseri tunc ignibus vri,
Si qui scripta legunt, in cineres abeunt.

Ego Fr. Petrus à Bergomo Cappuccinus lector sacræ Theologiæ, licet immeritus, commissione ad id mihi imposita à R. admodũ Patre Fratre Paulo à Cæsena, totius Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum, Generali Ministro legi *Quadragesimale Ambrosianum* duplicatum à R.P.Fr. Matthia à Salodio, eiusdem Ordinis Concionatore celeberrimo compositum, & cum nihil à Catholica Fide, bonisue moribus alienum contineat, & Concionatoribus aliisque sacræ Paginæ studiosis magnam lucem, vtilitatemq; allaturũ sit, vtiliter ad modum in lucem edi posse ac debere censeo. In quorum fidem, &c. Datum in loco Aliminis 14. Kal. Sept. 1613.

Fr. Petrus qui supra.

Nos Fr. Clemens à Noto Minister Generalis, licet immeritus, totius Ordinis FF. Minorum S. Francisci Capuccinorum, Quadragesimale Ambrosianum *duplicatum à R.P.Fr. Matthia Salodiensi, Ordinis nostri Concionatore celeberrimo compositum, & à nostræ Religionis Doctis viris recognitum, & approbatum, opus dignum censemus, vt lucem aspiciat: ideo virtute præsentium Typis excudi libenter concedimus, obtenta tamen prius eorum, ad quos spectat, licentia, & facultate. In quorum fidem has manu propria subscripsimus, & sigillo nostri officii maiori iussimus communiri. Datum Lugduni die 11. mensis Maii 1624.*

Fr. Clemens à Noto, Minister Generalis.

Imprimatur.

Fr. Aloysius Bariola Augustinianus Consultor S. Officii,
Pro Reuerendiss. Inquisitore.

NIhil in isto *Quadragesimali, Ambrosiano more, Compilato*, à Religioso & Reuerendo P. MATTHIA BELLINTANO Capuccino Prædicatore composito, fidei aduersatur, nihil bonis moribus, imo proderit multum omnibus, & qui norint vti, ad mores optimè componendos, ad comprimendos & arguendos prauos, & Concionatoribus ad Conciones optimè instituendas. Ita testamur nos Theologi Doctores. Datum Lugduni die 10. Maij 1624.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT
Episcopus Damasci.
C. de VILLE.

QVadragesimale hoc R.P. BELLINTANI ipso Autoris nomine, commendatione dignum, & à Theologis approbatum vt in lucem edatur permittimus. Lugduni die 13. Maij anno Domini 1624.

MENARD Vic. Gen. Subst.

SVM-

SVMMA OMNIVM CONCIONVM, QVÆ IN HOC PRIMO VOLVMINE QVADRAGESIMALIS Ambrosiani explicantur.

DOMINICA IN CAPITE QVADRAGESIMÆ.

EVANG. DVCTVS est Iesus in Desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo, &c. Matth. 4. pag. 1.

Fer. II. *Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est Regnũ Cœlorum*, &c. Matth. 5. p. 27.

Fer. III. *Vos estis sal terræ*, &c. Matthæi 5. p. 48

Fer. IV. *Nolite putare quoniam veni soluere legem.* Matth. 5. p. 92.

Fer. V. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Matth. 5. p. 72.

Fer. VI. *Ascendit Iesus Hierosolymam*, Ioan. 5. p. 110.

DOMINICA SECVNDA quæ dicitur de Samaritana.

Venit Iesus in Ciuitatem Samariæ, &c. Ioan, 4. pag. 125

Fer. II. *Esto consentiens aduersario tuo*, &c. Matth. 5. p. 154

Fer. III. *Audistis quia dictum est antiquis, quicunque dimiserit*, &c. Matth. 5. p. 173

Fer. IV. *Audistis quia dictum est antiquis: Diliges proximũ tuum*, &c. Matth. 5. p. 192

Fer. V. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Matthæi 6. p. 212.

Fer. VI. *Simile est Regnum Cœlorum homini Patrifamilias qui plantauit vineam.* Matth. 21. p. 237

DOMINICA TERTIA, quæ dicitur de Abraham.

Si manseritis in sermone meo, verè Discipuli mei eritis. Ioan. 8. 31. p. 258.

Fer. II. *Orantes nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt*, &c. Matth. 6. 7. p. 276.

Fer. III. *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes*, &c. Matth. 6. 16. p. 295.

Fer. IV. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra*, &c. Matth. 6. 19. p. 313.

Fer. V. *Lucerna corporis tui, est oculus tuus* Matth. 6. 22. p. 331.

Fer. VI. *Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus*, &c. Ioan. 4. 25. p. 350.

APPLICATIO
HARVM CONCIONVM PRIMI TOMI AD EVANGELIA QVADRAGESIMÆ secundum vsum Romanum.

Fer. 4. Cin. Thema. *CVm ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ, tristes.* Matth. 6.

De ieiunio tractatur Fer. 3. Dom. de Abraham, per totam Concionẽ. pag. 295. & Conc. 2. per totum.

Tu autem cum ieiunas, faciem tuã laua.

De pœnitentia, quæ faciem animæ lauat. Domin. 1. p. 2. n. 5. Et Christus nobis est Exemplar.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

De Auaritia & nimia sollicitudine rerum temporalium, agitur Fer. 5. Dom. de Abraham. Conc. 2. p. 345. & in Morali.

Fer. 5. Cin. *Cũ introisset Iesus Capharnaum.* Matth. 8.

Nisi Deus esset primus, qui gratia sua ad cor nostrum accederet, numquã ad ipsum accederemus. p. 92. à num. 1. vsq; ad 9. vbi tanguntur varij modi, quibus prior ipse Deus venit ad nos, Creatione, Redemptione, interiori illuminatione, &c.

Dom. 1. Conc 2. n. 3. vsq; ad 7. vbi ostenditur, quod opera Christi quæ fecit, cum sint nobis exemplar, debent nos mouere ad illa imitanda. p. 17. & seq.

Vade, sicut credidisti, fiat tibi.

Quæ requirantur vt exaudiamur à Deo, Dom. de Sam. Conc. 1. p. 138. num. 14. & Fer. 2. Dom. de Abraham. Conc. 1. & 2. à pag. 276 vsque ad 295.

Fer. 6. Cin. *Audistis quia dictum est Antiquis.* Matth. 5.

Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

De dilectione inimicorum, agitur Fer. 4. Domin. de Sam. p. 501. per totam Concionem; & etiã Conc. secunda in aliquibus locis.

DOMINICA I.

Ductus est Iesus à spiritu, vt tentaretur à diabolo, Matth. 4.

Idem est Euangelium cum Ambrosiana Ecclesia, ideo integræ legãtur ambæ Conciones.

Fer. 2 Dom. 1 *Cum venerit Filius in maiestate sua,* Matth. 25.

Venite benedicti Patris mei, possidete regnum.

Quale meritum habuerimus, tale præmiũ inueniemus, cum inter vtrumq; debeat esse proportio. Fer. 2. Dom. de Sam. Conc. 2. n. 9. p. 168. vsq; 171. Quæ materia potest etiam accommodari discussioni, quã faciet Dominus in die iudicij de operibus nostris.

Esurijui & dedistis mihi manducare.

In die iudicij non confundetur qui præcepta Dei custodierit, & opera misericordiæ fecerit. Fer. 3. Dom.

Dom.de Sam.in Morali.p.189.n. 13. vsque ad finem.
Fer. 3. Dom. 1. *Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas.* Matth. 21
Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes.
De Auaritia & eius pessimis effectibus. Fer. 5. Dom. de Abrah. p. 345
Videntes Principes mirabilia quæ fiebãt, indignati sunt.
De Ira agitur Fer. 5. Dom. 1. Conc. 1. n. 17. p. 96. Fer. 2. Sam. p. 157
Domus mea, domus orationis vocabitur.
De Oratione agitur Fer 2. Dom. de Abrah. p 276. in ambabus Concionibus.
Fer. 4. Dom. 1. *Magister volumus à te signum videre,* Matth. 12.
Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c.
Hoc exemplo prætendit Deus nos auocare ab amore huius mundi, & ad ipsius amorem impellere, de qua re agitur pag. 9. n. 15.
Magister volumus à te signum videre. Responsio.
Generatio mala, & adultera, signum quærit, & non dabitur ei.
Potest ostendi pugna, quæ semper fuit inter Deum, & populũ Hebræum, vnde nunc flagella, nunc præmia sequebantur. Domin. de Abrah. Conc. 2. p. 269
Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista & condemnabunt eam.
Quam ingens ruina sequatur præuaricatores legis, pag. 79. 88
Fer. 5. Dom. 1. *Egressus Iesus secessit in partes Tyri, & Sydonis.* Matth. 15.
Miserere mei Domine Fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur.
De Oratione agitur in Fer. 2. Domin. de Abraham. Conc. 1. & 2. per totum. p. 276.
Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.
Finis propter quem ad nos venit Christus, & attulit Euangelij legem, est, vt nos perfectissimos redderet: ideo media amplectẽda; quæ sunt gratia Dei, & pax hominum: sic Cananæa gratia Dei sanatur in mente, & filia eius pacificatur in corpore, dæmone expulso. De hoc agitur Fer. 5. Dom. 1. Conc. 1. p. 92
Fer. 6. Dom. 1. *Erat dies festus Iudæorũ, & ascendit Iesus Hierosolymam.* Ioan. 5.
In hac eadem Feria habentur eiusdem Euangelij duæ Conciones integræ. Videantur p. 110.

DOMINICA II.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius. Matth. 17.
Et transfiguratus est ante eos.
De Beatitudine, Concio integra, pag. 40.
Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.
De mediis, quibus ad Beatitudinem peruenitur, Fer. 2. Domin. de Sam. p. 164.
Fer. 2. Dom. 2. *Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini.* Ioan. 8.
Obedire Deo, & eius præceptis necesse est, ne nos finaliter deserat, Dom. de Abraham. Conc. 2. integra, p. 269

Fer. 3. Dom. 2. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi.* Matthæi 23.

Omnia Opera sua faciunt vt videantur ab hominibus.

Quis debeat esse scopus operũ nostrorum; non gloria hominum, quæ leuis, & transiens est: sed honor Dei, qui manet, & est vere gloria plenus. Fer. 5. Domin. de Samar. Concione 1. per totum, p. 212.

Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: omnia ergo quæcunq; dixerint, seruate.

Quas conditiones habere debeant qui sunt constituti ad alios docendos, p. 53. debẽt enim esse sal, & lux. Reprehenduntur qui tales esse nolunt. Fer. 3. Domin. 1. Conc. 2. & etiam 1. p. 48.

Fer. 4. Dom. 2. *Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur,* Matth. 20.

Quare Christus sit passus pro nobis, & passione sua voluerit hominẽ à peccatis liberare. Fer. 6. Domin. 1. Conc. 2. vbi ostenditur quam conueniens sit purgari doloribus eum, qui delectationibus peccatorum à Deo recessit; cum autem Christus debita Patri suo pro nobis soluere sit dignatus ad nostras sensualitates compensandas, doloribus est affectus. p. 121. n. 1. vsq; ad finem.

Filius hominis tradetur.

Si Christus tanta pro nobis est passus, & homo quoq; pati debet. Fer. 6. Dom. de Abraham. Conc. 2. n. 6. vsq; ad 10. p. 365.

Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram, & alius ad sinistram.

Quæ sint viæ, quibus perueniatur ad Regnum gloriæ, ostenditur. Feria 2. Dom. 1. Conc. 2. p. 43.

Fer. 5. Dom. 2. *Homo quidam erat dives, & induebatur purpura,* Luc. 16.

Cum iste dives legatur damnatus ex nimia voluptate carnis, ipsius carnis mortificatio potest suaderi. De qua materia agitur Fer. 6. Dom. 1. Conc. 1. à n. 7. vsq; ad 13. p. 112. vsq; ad 166.

Ostenditur quod mors est in ore comedentis, sicut vita in ore ieiunantis. Fer. 3. Dom. de Abrah. Conc. 2. in Morali, p. 310.

Homo quidam erat dives.

De vanitate diuitiarum agitur optime Fer. 4. Dom. de Abrah. Conc. 2. pag. 326.

Fer. 6. Domin. 2. *Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam.* Matth. 21.

Habentur duæ Conciones integræ huiusmet Euangelij in Fer. 6. Dom. de Samar. p. 237.

SVM-

SVMMA OMNIVM CONCIONVM, QVÆ IN HOC SECVNDO QVADRAGESIMALI Tomo explicantur.

DOMINICA DE CÆCO QVÆ EST QVARTA Quadrageſimæ.

EVANG. PRæteriens Ieſus vidit hominem Cæcum à natiuitate. Iohan. 9. pag. 373

Fer. II. *Quis veſtrum cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum*, Matth. 6. p. 391.

Fer. III. *Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ.* vſque *nolite iudicare & non iudicabimini.* Matth. 6. 34. p. 410

Fer. IV. *Nolite dare ſanctum canibus, nec mittatis margaritis veſtras ante porcos.* Matth. 7. 6. p. 429.

Fer. V. *Intrate per anguſtam portam, quia lata porta eſt*, &c. Matthæi 7. 13. p. 447

Fer. VI. *Erat quidam languens Lazarus de Bethania*, &c. Ioan. 11. 1. p. 468.

DOMINICA QVINTA, quæ dicitur de Lazaro.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania, &c. Ioh. 11. 1. p. 487.

Fer. II. *Egreſſus eſt Ieſus, & Diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ*, Matth. 8. 27. p. 508

Fer. III. *Verba quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus, & vita ſunt.* Ioan. 6. 64. p. 526.

Fer. IV. *Ecce aſcendimus Ieroſolymã.* vſq; *& non intelligebant quæ dicebantur*, Luc. 18. 31. p. 551.

Fer. V. *Facta eſt diſſenſio in turba.* vſq; *& reuerſi ſunt vnuſquiſq; in domum ſuam.* Ioan. 7. 43. p. 574

Fer. VI. *Collegerunt Pontifices, & Phariſæi Concilium, & dicebant quid*, &c. Ioan. 11. 47. p. 594

DOMINICA IN RAmis Palm.

Proximum erat Paſcha Iudæorum, & aſcend. Ioan. 11. 55

In craſtinum turba multa, quæ venerat ad Ioan. 12. 12. p. 614.

Fer. II. *Attendite vobis, ne forte grauentur corda veſtra in crapula*, Luc. 21. 34. p. 632

Fer. III. *Collegerunt Pontifices, & Phariſæi Concilium, & dicebant quid facimus*, Ioan. 11. 47. p. 652.

Fer. IV. *Cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, Dixit diſcipulis ſuis. Scitis*, &c. Mat. 26. 1. p. 673.

Fer. VI. in Paraſceue. *Cum conſummaſſet Ieſus ſermones hos*, &c. Matthæi 26. 1.

Erat autem Paſcha azymorum, &c. Marc. 14. 1. p. 697.

Appropinquabat autem dies feſtus, &c. Luc. 22. 1.

Egreſſus eſt Ieſus cum Diſcipulis ſuis, &c. Ioan. 18. 1. p. 697

DOMINICA IN PASCHATE.

Maria stabat ad monumẽtum foris, &c. quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi, Ioan. 20. p. 712.

Fer. II. *Vna Sabbati valdè diluculo, vsq; & abijt secum mirans quod factum fuerat*, Luc. 24. p. 734

Fer. III. *Maria Magdalene, & altera Maria, vsq; in hodiernum diem.* Matth. 28. p. 754

APPLICATIO HARVM CONCIONVM SECVNDI TOMI AD EVANGELIA QVADRAGESIMÆ secundum vsum Romanum.

DOMINICA IV. QVADRAGES.

ABiit Iesus trans mare Galileæ, & sequebatur eum multitudo magna, Ioann. 6.

Cum subleuasset ergo oculos, & vidisset quia multitudo magna.

Quod Deus est ille qui nobis prouidet, & de futuris sibi ipsi curã reseruauit.

Fer. 3. Domin. de Cæco, Concione secunda per totum, cum pulchra introductione. p. 421. Deus nobis se suaq; cõmunicat secundum dispositionem quam habemus. p. 418. n. 22

Fer. 2. Dom. 4. *Et inuenit in templo vẽdentes boues, & oues, & columbas, & nummularios sedentes*, Ioan. 2. 14.

Et cum fecisset quasi flagellũ eiecit omnes de templo, & nummulariorum effudit æs, & mensas subuertit.

Quod de crastino nõ debeamus esse solliciti Fer. 3 Domin. de Cæco, Conc. 1. p. 411. n. 5. De hac materia in primo Tomo habes duas Cõciones integras. Fer. 4. Dom. de Abrah. p. 313. Et in hoc Tomo habes duas Conciones, p. 391

Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Quam expediens fuerit Christi mors, & causæ illius mortis afferuntur. Fer. 6. Domin. de Lazaro, Conc. 1. p. 594

Fer. 3. Dom. 4. *Et mirabantur Iudæi dicentes: Quomodo hic scit litteras, cum non didicerit*, Ioan. 7. 15.

Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris.

Qui sine ratione viuunt, sunt incapaces doctrinæ Christi, immo porci, & canes sunt appellandi. Hoc tractatur Fer. 4. Domin. de Cæco. Conc. 2. p. 438

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina.

Solus qui cũ malitia pugnat, legem Dei seruando intelligit sapientiã Christi, non ille qui in peccatis & passionibus carnis sepultus iacet, vt erant Iudæi. De hoc agitur in Conc. 2. Domin. de Cæco, vbi describitur pugna inter sapientiã Christi, & malitiam hominum: assignãturq; requisita ad hanc sapientiã comparandam, quæ sunt duo. p. 384. vsq; ad finẽ Concion.

Habes in primo Tomo de obseruãtia do-

tia doctrinæ Christi. pag. 72 & de vera sapientia, & eius excellentiis. Dom. de Abraham. pag. 258.
Fer. 4. Dom. 4. *Præteriens Iesus vidit hominẽ cæcum à natiuitate.* Ioan. 9.
In hoc Tomo habentur duæ Conciones integræ super hoc Euangelio. pag. 373.
Fer. 5. Dom. 4. *Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius.* Luc. 7. 11.
Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ.
Qui post hanc vitam mortalem cupit audire à Christo illa fœlicia verba: Adolescens, tibi dico, surge, euchique ad illam immortalem, debet in hac vita scire viam quam ambulat, ne per latam gradiendo ad perditionis terminum perueniat. De hac pulchra materia agitur Fer. 5. Dom. de Cæco. Conc. 1. vbi monstratur pugnandum esse cum vitiis, & ambulandum in via virtutum, quæ, gratia Dei, facilis redditur. In secunda Concione agitur de eadem materia, & hortamur ingredi angustam portam. pag. 447
Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui.
Surgere à vitiis, & ingredi viam virtutis, iter difficile videtur ex pluribus capitibus, sed vocante, manumque porrigente diuina gratia, facillimum redditur, immo suaue. Hoc tractatur in eadem Conc. 1. à pag. 449. vsque ad 454. & etiam secunda pars immediate sequens nullo negotio aptari potest. Ad id præstandum valida exhortatio. pag. 465.
Fer. 6. Dom. 4. *Erat quidam languens Lazarus de Castello Mariæ.* Ioan. 11.
In Dominica quarta agitur de Lazaro Concionibus duabus integris, quæ habentur pag. 487.
DOMINICA DE PASSIONE.
Quis ex vobis arguet me de peccato. Ioã. 8
Hoc Euangelium integre concordat cum Euangelio Dominicę de Abraham. Videantur Conciones ambæ, quæ habentur pag. 258.
Fer. 2. Dom. de Pass. *Miserunt Principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum.* Ioan 7. 33.
In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.
Ex voce ista Christi tam magna, qua homines vocantur, argumentari licet hominis excellentia & præstantia, qui ne pereat ad se illum vocat, vt sanet. De excellentia status hominis Christiani agitur Fer. 2. Dom. de Lazaro, Conc. 1. parte 2. pag. 503.
De infinitate valoris operum Christi, quibus sanandus est homo, agitur in eodem loco: & in prima parte eiusdem Concionis agitur de effusione sanguinis Christi, ostenditurque opus esse diuinum, vnde habetur, & infinitas, & sufficientia ad hominem sanitati restituendum pag. 508.
Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ.
His verbis Christus præuenit homines, vt credant in eius Passione, & morte, cum repugnare videatur quod Christus patiatur, cumque nos abhorreamus Passionis nomen. De hoc agitur Cõc. eiusdem Fer. ibid.

Si quis sitit veniat ad me. & bibat.
De gratia Dei, quam Christus offert, tractatur Fer. 5. Dom. de Cæco. Conc. 1. pag. 447.
Fer. 3. Dom. de Pass. *Ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere.* Ioan. 7. 1.
Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alii autem dicebant, non, sed deducit turbas.
Temerarie Iudæi Christum iudicabant. De iudicio temerarie facto de effectibus ipsius pessimis De damno quod nobis affert, agitur à pag 412. vsque ad 421.
Et murmur multum erat de eo in plebe, quidam enim dicebant, quia bonus, alii autem non. De murmuratione agitur pag. 162. Malorum detractio non est curanda, quando nos à bono retrahit. Fer. 4. de Ram. Conc. 2. n. 13. pag. 691. & seq.
Fer. 4. Dom. de Pass. *Facta sunt encænia in Ierosolymis, & hyems erat.* Ioan. 10.
Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.
Finis operum Christi non alius, quã vtilitas nostra. Feria 3. Dominica de Lazaro. pag. 543. num. 5.
De infinitate valoris operum Christi agitur pag. 514.
De opere Redemptionis ordinate tractatur pag. 499.
Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & vitam æternam do eis.
Vocando se Pastorem, & electos suos oues, maximam animi sui mansuetudinẽ & lenitatem ostẽdit, qua voluit animas saluare. De hac optime agitur pag. 733. vsque ad finem Conc. vbi fit comparatio de mansuetudine Moysi cum illa Christi.
Fer. 5. Dom. de Pass. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Luc. 7.
Attulit alabastrum vnguenti, & vnguento vngebat.
Hoc exemplo inuitamur ad subleuandos pauperes. De qua re agitur Feria 2. Pass. Concione 1. parte 1. pag. 633.
Lachrymis cæpit rigare pedes eius.
Lachrymæ cor purificant. De qua re agitur Fer. 2. in Ram. Conc. 1. part. 1. pag. 633.
Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.
Amantis est prodesse, & compati necessitatibus amati. Magdalena, vnguento compassa est Christo, & Christus sua charitate remisit illi peccata. De hac re agitur pag. 482. quæ quamuis penitus non videatur eadem, legens tamen omnia ad id deseruire inueniet.
Fides tua te saluam fecit.
Ostenditur quod Christus est vere Saluator, & quod ad saluandum habere debuit lenitatem, quam excellenter in hoc Euangelio exercet pag. 732.
Fer. 6. Dom. de Pass. *Collegerunt Pontifices, & Pharisæi concilium aduersus Iesum.* Ioan. 11.
In Fer. 3. Dom. in Ram. habentur duæ Conciones integræ huiusmet Euangelii pagina 712. Et de hoc Concilio agitur etiam Feria 4. Concione 2. pag. 686.

DOMI-

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

In hac eadem Dominica & Euangelio habentur duæ Conciones. pagina 614

Fer. 2. Dom. in Ram. *Ante sex dies Paschæ venit Iesus Bethaniam.* Ioan. 12. *Fecerunt autem ei cœnam ibi.*

Cœnam gratam Christo facit, qui sè dignè præparat in anima, ad illum recipiendum: fit autem hoc cordis purificatione, ac ieiunio. De quib. per integram Concionem agitur hac eadem Feria. pag. 633

Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis.

Zelum pietatis fictum ostendebat Iudas, & quam reprehensibilis sit, ostenditur Fer. 3. Dō. in Ram. Conc. 2. p. 665. & seq.

Smite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.

Vnctio ista, ex verbis Domini, nil aliud est quam præparatio sui ipsi⁹ ad ritè celebrandam Passionem, & hilariter, & promptè Quo exemplo docemur, nos quoq; præparari debere ad tam magnum eiusque vberrimum fructum suscipiendum. De qua præparatione agitur in hac eadem Feria Conc. 2.

In Ferijs alijs huius Hebdomadæ sanctæ potest agi de Passione Domini. De qua agitur in omnibus sextis Ferijs huius Quadragesimalis.

In Ferijs autem tertia, & quarta huiusmet Hebdomadæ habentur propriæ Conciones, quæ cum tractent de mysteriis Passionis, optimè deseruire poterunt iis qui concionari voluerint.

FER. VI. HEBDOMADÆ SANCTÆ.

Concio propria in hac eadem die, quam Auctor morte præuentus extendere non potuit.

Die Paschatis. Conciones duæ.

Fer. 2. Paschæ. Conciones duæ.

Fer. 3. Concio vnica.

ACCOMMODATIO HARVM CONCIONVM SECVNDI TOMI AD EVANGELIA FESTORVM ADVENTus secundum vsum Romanum.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, Luc. 12. 25. *His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat Redemptio vestra.*

His verbis ad cœlestia erigimur, &

ad oculos aperiendos inuitamur, vt mala nostra videntes, illa vitemus, & ad bona Dei aspiremus. De rebus terrenis non curandis, de remedio vt hoc prestare possimus agitur continuate à pag. 385. vsque ad 383. à pag. 388. vsque ad finem Moralis. Inuitantur homines ad aperiendos oculos, vt veritatem hanc & respiciant, & agnoscant.

Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate.

Ne ergo ad gehennam iudicemur à Christo, docemur quid agere debeamus illis verbis Euangelicis: *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Vbi agitur de iudicio temerario in proximum; & quod quæcunq; res siue bona, siue mala, si in proximum illam agimus, eadem rependetur nobis. Nam, *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. & Nolite iudicare & non iudicabimini.* pag. 412. vsq; ad 421.

DOMINICA II.

Adventvs.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, mittens, &c. Matth. 11. 2.

Quam facilè Potentes, quia potentes, ruant in omne scelus, vt Herodes Rex, qui prius Ioannem in vinculis posuit, postea ad necem eius est prolapsus. Hoc ostenditur Fer. 4. Dom. in Ram. Conc. 2. n. 4. pag. 688. n. 4.

Euntes renuntiate Ioanni, quæ vidistis: Mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.

Mortuos resuscitare, & corporaliter, & spiritualiter, quomodo propriè spectet ad Messiam, cum ipse sit & vera vita, & ad hoc in mundum venerit, ostenditur à pag. 261. vsque ad 265.

Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Cur Christus tam tardè venerit, rationes tres. à pag. 675. vsq; ad 677.

Christus venit vt saluet, & vt sufficientia sua suppleat indigentiæ nostræ. de qua materia per Concionem integram agitur à pag. 469. vsq; ad 479.

DOMINICA III.

Adventvs.

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, tu quis es? Ioan. 1. 19.

Ad cognoscendum Deum duo nobis specula elargita sunt, creaturarum vnum, scripturarum alterum. Primum ad illũ, vt immortalis est, cognoscendum; alterum vt passibilis. De quibus agitur Fer. 5. Dom. de Cæco. pag. 574.

Dirigite viam Domini. Vt rectè suscipiatur Christus in cordibus nostris, corda ipsa nostra mundare, & purificare debemus. Hoc tractatur Dom. in Ram. Conc. 1. pag. 614. n. 2. & seq.

Qui Christum vult spiritualiter in se recipere, necesse, vt dirigat viam Domini, animam à peccatis abstrahendo. De hoc agitur die Paschatis, & ad hoc præstandum excitamur. ibid.

DOMINICA IV.

Adventvs.

Anno quinto decimo Imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, &c. Luc. 3.

Factum

Factum est Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium, in deserto, & venit, &c.

Cum ad debellandam hominum malitiam Ioannes mitteretur debuit sapientia diuina superuestiri, nam inter vtramq; semper est pugna. De pugna hac inter sapientiam Dei, & hominum malitiam agitur Dom. de Cæco. Cõc. 2. pag. 382. & dantur media, & hortamur omnes, vt à parte sapientiæ stemus.

Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

De præparatione, quæ ab hominibus fieri debet, vt venturum Dominũ in se ritè recipiant, agitur in primo tomo pag. 477. occasio accipitur à sanctitate Christi, quæ cum sit supra omnem mensurã, etiam nos ad eam quantum possumus disponere tenemur. Sic Ioannes sanctissimus, vt Angelus viam Domini præparauit. Mortificatio carnis ibi suadetur vt optima præparatio. Sic Ioan. in deserto, Baptismum pœnitentiæ prædicans, hanc & exercet, & docet.

Potest desumi aliud motiuũ præparationis huius faciendæ, q̃ Christus in hũc mundũ venit vt assumeret infirmitates nostras, & vt pateretur pro nobis, mederetur-que nostris inordinatis affectionibus. Hoc tractatur in eodem tomo pag. 495.

IN NATIVITATE DOMINI.

Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan. 1.

Quare ad nos Filius Dei venire voluerit, & affici malis nostris, rationes afferuntur, & de charitate Dei erga homines. p. 479.

Tria possunt considerari. Primum, quod qui nascitur, est Filius Dei. Secundum, quod est Christus. Tertium, qui sit finis eius Aduentus. Omnia hæc tractantur pag. 474. quæ omnia aptari possunt pro Feria 2. Pentecostes.

IN FESTO S. STEPHANI.

Ecce mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, &c. Matth. 23. 34.

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Qui sine ratione viuunt, incapaces sunt doctrinæ Christi, ideo iussit Christus Apostolis ne mitterent margaritas ante porcos, cum autem Iudæi passionibus & affectionibus terrenis essent repleti, conuincuntur irrationabiles, & ideo incapaces legis diuinæ, & consequenter relinquendi. De hoc tractatur pag. 170.

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram.

Iustè sanguine puniuntur, qui sanguinem fuderunt, nam quales sumus cum proximis nostris, talis Deus est nobiscum. Hoc tractatur in Morali Conc. 2. Fer. 4. Dom. de Cæco. pag. 444.

Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodũ gallina congregat, &c.

Potest tractari de vocatione ad gratiam, de qua tractatur die Paschatis. n. 379. & sequentibus.

IN

IN FESTO S. IOANNIS.

Dixit Iesus Petro: Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum Discipulum quem diligebat Iesus, sequentem. Ioan. 21. 20.

Cum in hac solemnitate emicet amor, & charitas Dei erga S. Ioannem, ex quo postea fuit, vt verba ipsius aliud non redolerent quam charitatem, vnionem, & amorem, hæc autem à Deo obtineantur munditia cordis mediante, huic attendendum vt amorem istum consequamur. De qua munditia, & purificatione cordis agitur die Dom. in Ram. pag. 614. Fer. 2. & suadetur, & media dantur ad illam obtinendam. pag. 633.

Hic est Discipulus ille, quem diligebat Iesus.

Sicut dilectio annectit amantem cum amato, ita odium, & rixa separat hominem ab homine, & à Deo. De odio, discordia, & rixa, quam mala sit, quam pessimi ipsi effectus, habetur Fer. 3. in Ram. per totam Conc. pag. 652. & sequent.

IN FESTO SS. INNOCENTIVM.

Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe Puerum, & Matrem eius, & fuge in Aegyptum. Matth. 2. 13.

Aliquando bonum, aliquando malum persecutiones declinare, exemplo Christi docemur. Vtrumque hoc habetur pag. 625. n. 4. Huius etiam habetur figura. pag. & seq.

Interesse Regni fuit in causa vt Herodes ad necem quæreret Iesum. De hoc agitur pag. 387. n. 10. vbi ostenditur quod lex cedit, vbi interesse viget. & pag. 520. vbi ostenditur Iudæos ob interesse non amittendi Principatum, Christum occidisse, & vtrumque perdidisse.

DOMI-

DOMINICA IN CAPITE Quadrageſimæ.

Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu vt tentaretur à Diabolo, *vſque*, & ecce Angeli acceſſerunt & miniſtrabant ei.

Matth. 4.

ARGVMENTVM.

Agitur de ſolitudine Chriſti, de Ieiunio ipſius, & de Pugna. Oſtenditur quam apta ſit iſta ſolitudo & ieiunium ad pugnandum cum Diabolo. Chriſti exemplar nobis proponitur. Finis huius eſt auocare nos ab amore huius mundi, ad amorem Dei; & è contra Diaboli.

1 Matt. 4.1. DVCTVS eſt Dominus Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à Diabolo, &c. Tota hæc vita noſtra, cum ſit curſus quidam, & motus perpetuus, qui ſi non reguletur, debitos limites facilè tranſgreditur, regulâ dirigente, ac viam commonſtrante in primis indiget: alioqui de nobis merito dicitur, quod ſanctus Thadæus Iuda. 16. in ſua Epiſtola Catholica ſcribit de impiis, vocans illos, ſydera errantia. Vnde quia ſæculum vetus, imo vniuerſi, qui de Adam primo errante ſunt procreati, debent dicere: *Omnes nos quaſi oues errauimus; vnuſquiſque declinauit in viam ſuam*, recedens videlicet à via recta iuſtitiæ & deflectens ab ea ad deſideria cordis praua, & inutilia. Iſai. 53. 6. Hæc autem regula tam nobis neceſſaria, nihil eſt aliud, quam lex Domini immaculata, conuertens animas, eaſq; dirigens per ſemitas rectas, quibus ad ſalutem peruenitur. Hoc nobis Deus voluit eſſe teſtatum per id, quod operatus eſt cum veteri populo, eo potiſſimum tempore, quando illum ſibi adſciuit in populum peculiarem, & in gentem ſanctam. Cuius iter per deſertum, quo ad terram promiſſionis tendebatur, ſatis aperta figura eſt vitæ noſtræ, quæ nobis conceſſa eſt, vt per eam perueniamus ad vitam æternam. Etenim huic populo mox, vt ingreſſus eſt in deſertum, dedit Dominus Deus legem ſuam. *Mense enim tertio egreſſionis Iſrael de terra Ægypti*, illi de monte promulgauit legem ſuam, qua in omnibus agendis plene inſtrueretur; tunc videlicet quando non vltra ſollicitus de Ægyptiaca perſecutione Exod. 19. 1. Exod. 2. 1. tutam iam, & in loco tuto ducebat vitam. Rurſus in fine totius itineris, in quo ſemper Deus ductor eius fuit, ad legem fit reuerſio. Scribitur enim: *Quadrageſimo anno, vnde-*

Deut. 1. 3.

no, vndecimo mense, prima die mensis, locutus est Moyses omnia, quæ præceperat illi Dominus, vt diceret eis: quod expressum est per totum librum Deuteronomij; in quo totum continetur, quod gestum erat per annos quadraginta, & quod docuerat illos iussus à DEO. Vbi etiam apparet, quod totum illud iter consumptum est in populo ipso instituendo, & exercendo in obseruatione legis. Ergo tota vita, quam agimus in mundo, qui vere desertus locus est, dirigenda est per legem mandatorum: quam necessitatem considerans Da-
Ps. 118. 19. uid humiliter deprecatur; *Incola ego sum in terra, non abscondas à me mandata tua.* Fallax, inquam, est via hæc, vana est vita terram incolentium, vbi puluis terrenarum occupationum atque curarum, & fumus vanitatum & falsarum insaniarum oculos mentis humanę iugiter obscurant, & obcæcant. Necessarium est igitur præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Ne igitur, tu Domine, quamuis id exigant iniquitates, & ignorantiæ meæ, abscondas à me mandata tua, subtrahendo splendorem tuæ illuminationis, & claritatem legis tuæ; sed oppositum magis fac ex tua misericordia, ostendens viam bonam, per quam ambulem secundum iustissimum præscriptum præceptorum tuorum. Quoniam vero & hoc sacrum tempus ieiunii quadragenarii idem nobis iter repræsentat, simul instituens, quid in eo nobis sit operandum, ac perficiendum, magna sapientia, atque Dei instinctu decretum est, vt lex Domini in eo populis proponatur. In cuius initio, quod toto illo tempore fecit Dominus, nobis proponitur; nempe quod ieiunauit, quin & quod nouissime fecit simul declaratur; nempe quod pugnauit, & vicit; quæ quomodo faciant ad legis obseruationem, attendenda à nobis sunt, ita vt tria de Domino consideremus, quatenus ad legem, quam ipse postmodum tulit, ordinantur; quæ sunt, solitudo, ieiunium, pugna.

Diuisio.

Et hæc considerandæ sunt primo, vt respiciunt Legislatorem. Secundo vero, vt nos respiciunt, ad quos pertinet legem obseruare. Vt respiciunt Legislatorem, considerantur primo in ordine ad tẽpus, quãdo videlicet illa operatus est. Secundo in modo, quo ad legem ordinantur. Tempº, quo Christus ductus est in desertum, quo ieiunauit, quo tentationem deuicit, duo respicit; nempe præcedentia, & sequentia: præcedentia sunt illa, quæ illi euenerunt in Iordane; sequentia sunt illa omnia, quæ faciunt ad legem Euangelicã promulgandam. Quæ igitur præcesserunt, ostendunt tria illa opera admodum esse præstantia, atq; insignia, quæ faciunt ad communem omnium salutem. Postquã enim intonuit *Matt* 3. 16
de cœlo Dominus, & Altissimus dedit vo- *Mar* 1 10.
cem suam; nempe quando baptizato Iesu *Luc* 3 21.
aperti sunt cœli, & vox Patris intonuit: *Ioan.* 1. 33.
Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Et Ioannes Baptista pariter testatus est: Quia hic est Filius Dei; tunc Dominus Iesus, vt nos doceret ad quid ita & in cœlo, & in terra fuerat præconizatus, mox à turba subtraxit se, & se abdidit in desertum ieiunaturus quadraginta dieb⁹, & cum Diabolo pugnaturus: nempe, vt scirent homines, quod illa opera, & in primis ieiunium illud, non erant ad propria abstergenda peccata, cum esset Filius Dei; verum ad nostra delenda; atque ita intelligeremus Christi maiestatem, & excellẽtiam ordinari ad bonum nostrum: ita quod quanto maior est, tanto illius opera nobis proficiunt ad medelam, æternamq; salutem; eademq; illius opera suspiciamus tanquam diuina, nempe facta à Filio Dei, qui est verus Deus; atq; per imitationem suscipiamus, tanquã nobis salubria, multumq; efficacia. Quamuis enim Dominus 4
Iesus, vt verè Saluator, semper operatus sit salutem nostram in medio terræ, & nunquam destiterit ab operibus bonis, quibus saluaret mundum; quædam singularia tamẽ voluit nobis esse perspicua magis, atq; *Ioã.* 10. 32.
explorata. De quibus dixit aliquãdo. Multa bona opera ostendi vobis: Non solum feci, inquit, sed ostendi vobis, vt illorum euidentia vobis esset & clarior instructio, & fortior impulsio ad imitationem. Huiusmodi ergo opera sunt hæc; quod post tantam sui laudem solemniter susceperit, & euidenter.

In specie

5 In specie autem, quod babtizatus opera magna perfecit, nos docet, quonam pacto aggredi debeamus opera iustitiæ atque virtutis. Quamuis enim per baptismum non fuerit ipse purgatus; nam sanctus sanctorum est, quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vt sanctificaret per suũ sanguinem populum, purgationem peccatorum faciens, Agnus sine macula; exemplo tamen suo nos docuit, vt nos, qui sumus immundi, ante ieiunium mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus per baptismum, & lauacrum pœnitentiæ, vt fiat obsequium nostrum acceptabile coram Domino. Etenim Christus, vt docet Paulus, *emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti.* Emundat, inquam, à peccatis, non vt domus nostra scopis mundata, dimittatur vacua, verum vt plena sit operibus bonis ad seruiendum Deo viuenti. Quare viuenti? Quoniam peccata, sunt opera mortua, quæ mortui in delictis operantur. At Deo, qui viuit, & regnat, operibus viuis seruiendum est, ex motione aquæ viuæ profectis. Qui enim biberit ex aqua hac, quæ est gratia Dei, erit tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. At vero ex mortuis non est assumptio vitæ, & arbores infructuosæ, & mortuæ, qui sunt impii, vt docet sanctus Thadæus, nihil edunt viuum. Si vis ergo ieiunium tuum, & quodcunque aliud opus virtutis, esse viuum, accede ad aquam viuam per baptismum pœnitentiæ: nam dedit Deus gentibus pœnitentiam ad vitam; & tunc veniens offeres munus ieiunii tui. Ficus arbor ex ligno veteri producit grossos suos, quos vocamus flores, qui inutiles sunt. At verò, vt vtilem edat fructum, quem verè ficum dicimus, nouum lignum, aut ramum profert, ex quo, & in quo dulces producit fructus. Hæc similitudo nos docet, quod quæ ex veteri homine procedunt, tanquam inutilia, & corruptibilia abiiciuntur. Vetus autem homo ex peccato est: vt ergo opera sint vtilia, ex nouo homine procedant, necesse est. Hinc Paulus reprehensis gentium sceleribus, dicit fidelibus: *Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen in illo edocti estis* Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Aduerte, quod dicit fidelibus: Vos non ita dedicistis Christum, vt operemini sicut gentes, si tamen in illo edocti estis: innuens, non fideles omnes doctrinam Christi suscipere, quæ docet, vt *abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* Et heu! quot huiusmodi sunt? Isti induunt veterem hominem secundum mundanam conuersationem, & ideò opera eorum sunt opera inutilia, quæ non manent; sola enim iustitia manet in sæculum sæculi, quia immortalis est. Nam peribunt omnes cogitationes eorum; ideò dixit de veteri homine, quod corrumpitur secundum desideria erroris, id est, desideria errantia, quibus errantes, quæ sibi sunt noxia, cupiunt. Hæc vestra sit instructio, vt initio huius ieiunii, & temporis Quadragesimalis, in quo potissimum bonis operibus vacare nos conuenit, per veram contritionem & integram confessionem deponatis, quæ male operati estis, tanquam vestimentum, quod comeditur à tinea, & veterascit; vt indutis stola candida stetis ante thronum D E I, & Agni. Ita & Aaron, antequam ingrederetur ante D E V M, deponebat communia, & quotidiana vestimenta, & sacris vestibus decorabatur. Hæc est iustitia, de qua scriptum est: *Sacerdotes tui induantur iustitiam.* Vnde corona illa aurea, quam Aaron ingrediens ante D E V M gestabat in capite, dicebatur opus virtutis: *Corona aurea, inquit, super mitram eius, expressa signo sanctitatis, gloria honoris, opus virtutis, & desideria oculorum ornata.* Ecce in vestimentis sacris sanctitas, & pulchritudo: nihil enim pulchrius virtute, ac sanctitate. Talibus ergo ornetur Christianus

Dan. 9. 24
Ioan. 10. 36
Heb. 13. 12.
Heb. 1. 3.
Heb. 9. 14.
Ioan. 4. 13.
Psal. 1. 3.
Iude. 12.
Act. 11. 18.
Eph. 4. 20.
Rom. 13. 12
Sap. 1. 15.
Psal. 111. 9.
Prou. 1 22.
Leuit. 16
7
Psal. 31. 9
Eccl. 45. 14.

induens hoc pacto nouum hominem, qui factus est ad imaginem Dei, qui est Chri-
1. Cor. 15. 49. stus Dominus; cuius imaginem portare debemus, vt Paulus etiam jubet.

Consideraiimus opera ista Domini Iesu, solitudinem videlicet, ieiunium & pugnam in ordine ad præcedentia, vbi baptizatus fuit, & præconizatus. Ea nunc considerabimus in ordine ad sequentia; quatenus videlicet præcesserunt prædicationem Euangelii, eiusdemq; vt est noua lex, promulgationem. Hinc n. & dignitas prædicandi processit, & eius dignitatis manifestatio, & legis obseruatio, & ipsius tum prædicandæ tum obseruandæ continua-
Psal. 2. 6. tio. Quamuis enim esset Filius Dei, & ideo constitutus Rex ab eo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum Domini; voluit tamen etiam meritis hâc regiam, & legis ferendæ authoritatem ob-
Psal. 2. 8. tinere. Quod in Psalmo satis constat, vbi ait: *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu. Postula à me, & dabo tibi gentes.* Si filius Dei, & filius naturalis, ergo naturalis hæres est regni Dei Patris; atq; ita constitutus Rex ab eo, cui propterea naturaliter conuenit legem statuere in regno suo. Hoc tamen iubetur etiam meritis obtinere, dũ illi dicitur: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam* Quapropter veluti merita tantæ dignitatis, solitudinem præmittit, ieiunium, & conflictum. Ita quoq; meruit vt subditos haberet, qui legem suã & susciperent, & obseruarent. Hac enim
Ioan. 6. 44 ratione dedit illi Pater gentes: nam ait ipsemet: *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Traxit verò Pater gentes, vt filii essent hæreditas, & possessio multifariam, multisque modis, sed potissimum declarans illum, atq; protestans verum esse, atque legitimum Legislatorem;
Mat. 17. 5. tum clamans de cœlo: *Hic est filius meus dilectus; ipsum audite*; tum in eo manens, & faciens opera mirabilia, tum etiam vir-
Ioã. 14 12. tutem nobis infundens, qua confortati legem ipsam obseruare & possimus, & studeamus. Ac tandem eisdem ipsis meritis obtinuit, vt essent in Ecclesia sua semper
Eph. 4. 11. qui legem eandem prædicarent. Quosdam enim dedit Apostolos, alios Euangelistas, alios Pastores, & Doctores, qui sunt tanquam oculi in capite eius; quibus & aures adiecit, ne inanis esset prędicatio eorum, sed vt audientes verbum retinerent, ac fructum referrent in obedientia, & per-
Luc 8.15. seuerantia, quæ patientia dicitur ab ipso. En consideratio operum Christi secundum tempus, quo illa fecit.

Nunc iam illa ipsa considerabimus 8
secundum modum, quo ad legem ipsam per se ordinantur. In quo apparet, Christo, quem Pater Legislatorem instituit, apta admodum illa fuisse, atque accommoda. Id quod apte videmus, si illa figillatim dispiciamus. Atque à solitudine, quæ prima est, exordientes, videmus, quod potissimum hac de causa ductus est Iesus in desertum, vbi ieiunauit, seipsum affligens, & pugnauit hostem confringens, vt inde postmodum prodiens excipieretur ab vniuersis, veluti, vt vere erat missus à Deo laturus Euangelicam legem. Sacerdos quidem in veteri lege ingressus ante Arcam Domini audiebat sermones Domini, quos egressus populo renunciabat. Moyses item dicit de se: *Ego sequester, &* Deut. 5. 4.
medius fui inter Dominum, & vos, vt annunciarem vobis verba eius. Dominus enim loquebatur illi quæ ad populum postea referret. De quo propterea dixit
DEVS: *Qui in omni domo mea fidelissimus est; ore enim ad os loquor ei, & pa-*
Num. 12. 7 *lam.* Sic itaque D. Iesus, doctus à Patre, exit Legislator, & venit in mundum, tan-
Luc. 8. 5. quam qui exit seminare semen suum, 1. Thes. 1. 13
quod est verbum Dei; vt excipiant illud, non vt quid humanum, sed, vt est vere, verbum Dei. *Nam qui vos audit,* inquit,
Luc. 10. 16 *me audit.* Proclamatus quidem fuerat Dominus Iesus, & declaratus filius Dei, quo dignus demonstrabatur, qui diuinam legem ferret, & missus ostendebatur, & destinatus ad hanc nobilissimam functionem.

Attamen antequam progrederetur, abdidit se in latebras, veluti a terra abstract', 9
& Deo agglutinatus, vt iam dicere posset: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui mi-*
Ioan 7. 16. *sit me*; vt opere confirmaret, quod verbo fuerat auditum. Neque vere ob id solum

conue-

conuenit solitudo, vt Legislatori conciliaretur auctoritas; verum, vt & ij, qui legem essent audituri, intelligerēt, ipsius legis obseruationi multum prodesse, si se à sæcularibus tumultibus semouerent. Hominum namque consuetudo, & necessitudo plurimum à Deo remouet, & elongat infirmam mentem, vt vix tot cadentibus se contineat, imo præceps cum alijs
Gen. 6. 12. ruat. Id docuit experientia, quando sic omnis caro corruperat viam suam, vt vnus
Gen 6.9. reperiretur Noë, qui iustus, atque perfectus cum Deo ambularet; vt merito canatur cum lamentatione: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est*
Ps. 13. 3. *qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* & forte hoc dicit Propheta, quia multos videt male agentes, sicut Elias conquerebatur: *Domine, altaria tua destruxerunt, Pro-*
3 Reg. 19. 14. *phetas tuos occiderunt gladio: derelictus sum*
Rom. 11. 4. *ego solus.* At Deus, qui intimius videt, & omnia perlustrat, respondet illi: *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua sua ante Baal.* Huic electio-
Ps. 13. 3. ni respondet hic Psalmus: *Dominus de cœlo prospexit, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum; non est vsque ad vnum.* Deus ipse, cuius oculis nihil absconditum est, de alto prospiciens, vt nihil illum lateat, vidit quod omnes declinauerunt, & non est qui faciat bonum, neque vsque ad vnum. Esto, dictum sit per excessum, sicut & illud:
Luc. 14. 24 *Nemo virorum illorum, qui vocati sunt,*
Mat. 7. 14. *gustabit cœnam meam.* Certe ita ostenditur, quod pauci sunt, qui saluantur; quia pauci inueniunt viam, quæ ducit ad vitam. Tanta ergo multitudo pereuntium, exemplo, & pondere suo, te, qui carnalis es, & pronus ad malum etiam ab adolescentia tua, quomodo non trahet secum in ruinam? Heu quanto studio opus est,
Num. 16. 26. ne pariter cum impijs pereamus! *Recedite* (clamat Moyses) *à tabernaculis impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorum.* Si hoc dixit quando modica admodum pars multitudinis infinitæ exterminio erat destinata;
1 Ioan 5. 19 quid dicendum, & quid faciendum est; vbi totus mundus in maligno positus est? Quid, inquam, vbi repleta est terra iniqui-
Gen. 6. 11. tate, & non est qui faciat bonum?

Territus est omnis populus ad clamorem pereuntium, & fugit; & nos inconcussi manemus ad perditionem tãtæ multitudinis? Ibi scribitur: *At vero omnis Israël, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem*
Num. 16. 34. *pereuntium, dicens; Ne forte & nos terra deglutiat.* At nos neque timemus, neq; fugimus, neq; ab his, quæ sunt mundi abstinemus, sed iis quotidie magis inhæremus. Noë monitus, & iussus à Deo ca-
Gen. 6. 14 uit diluuium aquarum multarum. Ecce continua vox dicentis: *Cauete ab hominibus,*
Mat. 10. 17 & nemo tamen cauet. Vide quid faciantilli; quid operetur Noë. Laborabant
Luc. 17. 27 illi, vt hærerent terræ: Plantabant enim, & ædificabant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias; quod & de Sodomis dicitur. Laborabat Noë, vt abstraheretur à terra, plantabant illi, vt inde comederent, cuellebat iste, vt inde Arcam faceret, & illos arboris fructus non seruauerunt; ipsum Noë arborum vsus præseruauit. Ædificabant illi domos lapideas, & innumeras; ligneam iste arcam fabricauit: ipsi in lapidibus perierunt, iste in ligno salutem consecutus est. Vacabant illi commessationibus, & ebrietatibus, cubilibus, & impudicitijs, iste ambulabat coram Domino, ac proinde quia non adhæsit mundo, à diluuio liberatus est. Quid ergo, miser, tu hæres terræ? Quid adhæsit pauimento anima tua? Vile videtur tibi, ac contemptibile lignum, quod apprehendit iustus? An ne-
1 Cor. 1. 27 scis, quia infirma, ac contemptibilia elegit Deus, vt confundat fortia? Paupertas voluntaria, libera in pauperes, ac liberalis erogatio, abstinere à curis, à litibus, à voluptatibus, à molestijs, & ab ijs, quæ sunt mundi, securos nos faciunt. Arca illa lignea nunquid non plus valuit, & iuuit, quam totus mundus? *Non proderunt diuitiæ in die vltionis; iustitia autem liberabit à morte.* Arca igitur sit lex, sit iustitia, sit veritas. Hanc docuit Deus Noë: *Fac,* inquit,
Gen. 6. 14 *tibi Arcam.* Quæ carnales illi faciebant laborantes, propria voluntate faciebant. At Noë iussu Dei laborat, & labor eius non

est inanis coram Deo : sed opera eorum fuerunt opera inutilia, vt exitus demonstrauit. Lex igitur Dei tecum sit semper, & tecum laboret : quod vt facias exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. *Gen.12,1.*

Id quod doceris exemplo Israëlitarum. Bis à Domino data est lex, vt supra tactum est: In principio itineris, & in fine: post exitum de Ægypto, & ante introitum ad Cananæum. Quid in Ægypto didicit populus? vitulum adorare; nam Bos erat Deus Ægyptiorum. Dij isti suggerentes Pharaoni nolebant dimittere populum, vt in suo cultu retinerent, & tamen populus duræ ceruicis vitulum adorans, clamabat: *Isti sunt Dij tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti* Quanta insania est hæc tua, ô insipiens, vt arbitreris ab his te iuuari, qui te perdunt? Surgant, surgant hi Dij vestri, diuitiæ vestræ, fauores vestri, amicitiæ, honores, & cætera, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, aurum, & argentum æruginauit, & vitulus igne combustus est, & in flumen proiectus. Ergo post exitum de Ægypto data est lex, vt sciamus, quod animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, & sæcularis, & carnalis homo nõ intelligit legem Dei. Rursus, sordes, & abominationes Chananæorum adeo populum contaminauerunt, vt obliuiscerentur legem Dei: vt frequentissime Moyses, appropinquante hoc introitu, monet, vt audiant Dei præcepta, & legem non obliuiscantur. Vide Deuteronomium, quam frequens, & sollicitus hæc inculcet. Lex igitur data est ad præcauenda peccata. Docet enim vt fugientes occasiones peccati, mundam seruemus, & immaculatam stolam primam. Glorificatus Iesus voce paterna, & ostensione Ioannis, statim regressus est à Iordane, & abscondit se inter ligna syluarum; non quia is, qui suo contactu sanctificat omnia, possit à fœcibus hominum inquinari: sed nostri gratia segregatur a peccatoribus, vt nos ab iis doceat segregari, quorum mores corrumpuntur in medio nationis prauæ, atq; peruersæ; imò & à colloquiis malis, iis similes efficiamur, qui commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Ideo enim elegit nos Deus in Christo ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in Charitate, & non vocauit nos in immunditiam, sed in sanctificationẽ. Si tanto honore digni facti sumus, vt vocemur Filij Dei, & simus; dignũ, & iustum est, vt dignè ambulemus vocatione, qua vocati sumus. *In omnibus* (inquit Sapiens) *magnificasti populum tuum, & honorasti.* Vnde & Moyses ex parte Dei: *Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis; quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi : Et vos eritis mihi in regnum Sacerdotale, & gentẽ sanctam.* Tunc autem eduxit de Ægypto, ne seruirent Dijs eorum. Eligit ergo nos de mundo, vt illum sequamur, & imitemur in sanctitate, & iustitia omnibus diebus vitæ nostræ. *Psal.105. 35.* *Eph.1.4.* *1.Thess.4. 7.* *1.Ioh.3.1.* *Eph.4.1.* *Sap.19.21.* *Exod.19.4.*

Vide autem conditionem, quam addidit, dum sic honorat populum: *si ergo audieritis vocem meam; & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis gentibus: mea est enim omnis terra.* Separat nos ab alijs, cum sit Dominus omnium, vt simus tanquam intimi serui fideliter obsequentes illi veluti Domino, sicut vere est Dominus noster. Itidem, vt Petrus referens supradicta verba Dei, nos monet: *Vos igitur genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum*: modicum ante dixerat: vobis igitur honor credentibus. Hic est honor noster, qui sumus genus electum ex omni populo, & lingua, & natione, sumus gens sancta, non immunda, vt populus nationum: populus acquisitionis, id est, Ecclesia, quam acquisiuit sanguine suo, vt ait Paulus. Ad quid aũt acquisitus? Vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ suum. Quomodo vero annunciamus virtutes eius? Nedum verbo, sed opere prædicantes mirabilia *Exod.19.5.* *1.Pet.2.9.* *Act.20.28.* *Matt 5.16.*

Deut. 32. 38.

Iac.1.2.

Deut.8.21.
1.Cor.2.14

bilia eius, vt qui vident opera nostra bona, glorificẽt Deũ in die visitationis. Certe non vt faciunt mali Christiani, qui tanto honore coronati ducunt vitam sicut & gentes quæ ignorant Deum. Exeamus igitur cũ illo in desertũ refugientes conquinationes sæculi. Vide quam aptũ præambulum fuerit solitudo legi ferendæ.

1. Petr. 2. 12.
1. Thes. 4. 5.

11. Iam ergo ad secundum ipsius ferendæ præambulum accedamus: quod fuit ieiunium Domini Nostri Iesu Christi. Sic Moyses post ieiunium quadraginta dierum legem accepit à Domino. At interim legis transgressor populus crapula se inquinauit: *Cepit* (inquit Scriptura) *populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Ieiunat Moyses: Populus crapulatur. Legem accipit Moyses; legem transgreditur populus. Vnde quod ieiunio receptum est, crapula proiectum est: & legis tabulæ oratione, & ieiunio à Deo impetratæ, sacrilegio, & voluptate sunt cõfractæ: caro enim legi aduersatur, quia lex membrorum, & lex mandatorum sibi inuicem aduersantur. *Video*, inquit Paulus, *aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Lex mentis est lex Dei, scripta in tabulis cordis, quæ, vt repugnantem legem membrorum vincat, mortificanda sunt membra ista nostra, quæ sunt super terram, in ieiunio, in castitate, in laboribus plurimis, atque etiam in plagis. Lex enim (inquit Paulus) spiritualis est, ego autem carnalis sum. Sicut ergo caro concupiscit aduersus spiritum, ita & aduersus legem; & sicut spiritus, ita & lex aduersus carnem. Cedat ergo necesse est caro legi: alioquin caro corrupta corrumpit bonos mores, atq; adeo rumpit bonas leges.

Exod. 32. 6.
Rom. 7. 23.
Coloss. 3. 5.
Rom. 7. 14.
Gal. 5. 17.

Vt autem videas quàm importuna sit caro, & præpotens, nisi castigationibus fiat infirma; attende, quod vix vocibus, & flammis territi, dum illis loqueretur Deus de monte dixerant ad Moysen: *Loquere tu nobis, & audiemus; non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur,* ruunt in tã immane scelus, vt contemnentes ipsam Dei vocem, qua ipse per se dixerat illis. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile*; & *Non adorabis ea, neque coles*; facerent sibi similitudinem vituli, quam adorantes dicebant: *Hi sunt Dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti*; & cœperunt manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Callidè astutus serpens, qui comestione auertit à Deo propaginem generis humani, carnis delectationes, atque lasciuias coniunxit cum idololatria; quo commento ad consilium Balaam populus est seductus à Madianitis; vt ita per carnem legem frangeret, & in primis in præcipuo, ac primo præcepto; è contra autem Deus legem daturus præcepit per Moysen, vt se sanctificarent vsque ad lauanda vestimenta, maxime ab vxoribus abstinerent. Irreconciliabilis ergo pugna est inter carnem, & legem; adeo vt caro vix quibuscunq; retinaculis præpediatur, quo minus legem aggrediatur, atq; impugnet: quando neq; ignis visus, & mons fumans, & terroris plena vox Dei populum coërcuit à mox secuta vituli adoratione. Mirũ quod cãro mollis lapideam fregerit legem. Custodienda igitur, curanda, atq; coërcenda, & castiganda est caro; ne tantum malum inuehat in hominẽ, vt diuina lex contemnatur. Huc faciunt sapientis documenta illa: *filia tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.* Vides quanto studio custodienda sit caro, quæ in puellis sicut regnatur; vt neque vultus hilaritas sit illis concedenda, sed hostiliter cum illis concedenda, sed hostiliter cum illis semper agendum? *Non des aquæ tuæ exitum* (iterum Sapiens) *nec mulieri nequam veniam prodeundi.* A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur: Hęc est caro frenanda, ne exeat ad suas concupiscentias; & mortificanda, ne mentẽ corrumpat. Stilla ẽt modica potest vas magnum euacuare: quantumcunq; modicũ sit, ꝙ carni indulgetur, animã reddit vacuam à gratia Dei. Hæret animæ caro, abscinde illã à te, si nõ quantum ad substantiã (hoc enim nõ licet) saltẽ quan-

Exod. 20. 19.
Exod. 20. 1.
Exod. 32. 10.
Num. 24. 14.
Num. 25. 1.
Exo. 19. 10.
Eccl. 7. 26.
Eccles. 25. 34.

quantum ad concupiſcentiam, hoc enim decet, & oportet; alioquin legis volumen à te recedet.

Rectũ ergo ieiunium legi accommodatur; ad eam ferendam, & conferendam diſponit, mentemq; reddit liberam, vt illius iudicia, atque mandata ſuſcipiat reuerenter. *Confige* (inquit) *timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.* Quinam timor iſte eſt carnes confixurus? *Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius.* Iſte timor legem cuſtodiens, à iudiciis, id eſt, mandatis proficiſcens, carnem configit, & crucifigit veluti ſibi inimicam. Merito ergo præmittitur à Dominio ieiuniũ, & Chriſtiano committitur, & legi conſociatur. Audituri ergo ſacram legem ſacris his diebus ſanctum ieiunium deuotè celebremus.

Pſalm. 118. 120. *Eccle.* 2. 21.

Tertium præparatorium eſt victrix pugna cum Satana, qui cum lege ſemper, tanquam cum peculiari hoſte, pugnat. Vide primum eius conatum, & perpetuum eius moris propoſitum. *Cur præcepit vobis Deus ne comederitis?* Cur præcepit (inquit) Præceptum aggreditur, cum lege præliũ committit, pugnat cum mandatis Domini, à quibus impius ipſe deſertor primus defecerat, & tale in diuino præcepto offendiculum ponere meditatur, vt falſum, & inane conſtituat. Nequaquam moriemini. Cur ergo præcepit? ſcit Deus, quod illa comeſtio pares vos illi factura ſit: Nam comedentes eritis ſicut Dij: Vel, vt ex Hebræo haberi poteſt, ſicut Deus: ſimiles nempe eritis Altiſſimo: quod Deus ſciens, & præcauens, hanc vobis vetuit comeſtionem, inuidens videlicet excellentiæ veſtræ. Ne ergo timueritis ab eius mandato, quin magis ſecuri contemnite illud, vt tantum vobis ipſis bonum comparetis, vt Diuinitatem ipſam conſequamini pro modulo veſtro. Concinnè ergo Dominus legem laturus contra aduerſarium legis pugnam init, vt ſciamus quid intendat lex; nempe, reſiſtere Diabolo, vt fugiat à nobis. Quod vt Ieſus faceret euidentius, ſumpſit contra Diabolum gladiũ ſpiritus, quod eſt verbum Dei, nempe legem. Aduerſarij enim aggreſſiones, & impetus verbo Dei retundit, & confundit. Dicenti, atque tentanti: *ſi filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant:* Obiicit ſcriptum eſt: *Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Replicanti: *ſi Filius Dei es, mitte te deorſum*; Reſiſtit illi iterum verbo Dei: ſcriptũ eſt (inquit) *Non tentabis Dominũ Deũ tuum*, & ſuadentem ſacrilegam illius adorationem, numquid non verbo Dei repellit & fugat? Scriptum eſt, ait, *Dominũ Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies.* Fruſtum legis principio propoſuit, & oppoſuit: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Quod enim procedit de ore Dei, poteſt appoſitum ori hominis famem depellere, vires reficere, vitamq; tueri. Duabus ſequentibus repugnantiis legem adhibet: Nõ tentabis ſed adorabis Dominũ Deum tuum. Vtilitatem præpoſuit, vt firmaret authoritatem, quam Diabolus infirmare prætendens præceptum infructuoſum affirmauit: *Nequaquam moriemini.*

Gen. 3. 1. *Gen.* 3. 4.

Nos igitur attendamus Diuinæ legis vtilitatem; contra verò ſuaſionum diabolicarum, ſiue cuiuſcunque iniqui vanitatem, & falſitatem. *Narrauerunt mihi iniquifabulationes, ſed non vt lex tua.* Vide fabulationes, & inſanias falſas: Dic vt lapides iſti panes fiant: Mitte te deorſum; Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Quid boni contulit ſuis iſtis propoſitionibus falſus tentator, impiuſq; deceptor? Nunquid expleuit famem: tibi tu ipſe cibum para, eumque ex lapidibus. Nunquid cadentem ſuſtinuit? Angelorum hoc munus eſt? Cuſtodiant ipſi te in omnibus tuis. Num etiam in volatu cuſtodient, aut potius in præcipitio? Nunquid mundo præfecit? Hæc omnia tibi dabo. Meum eſt hoc; quia mihi tradita ſunt, & cui volo, do illa. Maximum hoc meum eſt, cætera minora aliorum ſint: tu ex lapidibus panes facito. Angeli ſuſtollent te, ne præceps ruas. Ego autem hæc omnia tibi dabo; At qua tandem ratione? ſi cadens adoraueris me. Heus tu, qui mendaciter ſimilitudi-

Pſ. 118. 85.

Iacob. 4. 7.

Epheſ. 6. 17

situdinem Dei hominibus promittebas: nunc eminentiam quoq; supra Deum arrogas tibi ? si tu (inquit) qui Filius Dei es, adoraueris me. O diabolicam superbiam! sed num pater mendacij, erit in promissione tua quidquā veritatis? Non certe. Mentiris enim quod tibi tradita sint, quod des cuiuis ; quod certe , etiam si posses non præstares , ne contra morem tuum veritatem diceres aliquando. Malum igitur tantummodo prætendis , nihil offerens, aut conferens boni, ita tu iniquus es. Narrauerunt ergo iniqui fabulationes , & insanias falsas. At non ita lex tua. Quia omnia mandata tua veritas , vera præcipiunt , vera pollicentur. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. Ecce veritas præceptionis. Iustitiæ enim Domini rectæ, & Iudicia Domini vera, & iustificata. Ecce demum veritas promissionis : Iustitiæ lætificantes corda ; iudicia desiderabilia super aurum , & lapidem pretiosum; dulciora super mel & fauum. Hoc Deus volens testatissimum facere, legi non præposuit promissa , sed facta ante præcepta præmisit ; vt beneficia taceamus homini collata ante præcepti constitutionem.

Psalm.118. 68.

Psal.18.9.

Psa.18.11,

Deum ipsum attendamus, quomodo se gesserit dum legem scriptam promulgaret. Antea eduxit seruos suos de fornace ferrea Ægypti , vbi amara premebantur afflictione. De manu Pharaonis ; & maris periculo liberauit. Aquam dedit de saxo; manna de cœlo ; postmodum legem tulit. Hoc in prima legis latione. Daturus Deuteronomium, ac secundam legem, hoc est ante repetitam legem , in salutem populi occidit Reges magnos: Sehon regem Amorrhæorum , & Og regem Basan , & dedit terram eorum hæreditatem populo suo: tunc tantis affectum beneficijs populum suum instruxit denuo , legemq; sanciuit. Dicat ergo Deus; si mihi nō creditis, operibus credite, vt scìatis quia non mentior, & quod si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit , & qui audierit viuet. At nos continuè, quam si verax Deus, & fidelis in omnibus verbis suis, nonne manu tangimus , & beneficiis experimur ? Voluit ipse hoc loco scribi ab Euangelista (quod fortè & aliàs effectum est, quamuis scriptum non sit) quod post Satanæ recessum accesserunt Angeli , & ministrabant ei. Conuiuium repellenti, & mensam à Satana propositam , sancti Angeli ministrant, & panes non apponunt lapideos, sed cibos, qui conueniunt Filio Dei, & filio hominis. *Quarite ergo & vos primum regnum Dei , & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Imò quia hæc abundè suppeditantur nobis , Deum, qui benefecit nobis , colamus , legemque sumamus de ore eius.

Exod 14. Num.20. 11.

Exod. 16. 14.

Ps 134. 11. Num.21. 24. & 33.

Ioh.10.38.

Matt.6.33.

SECVNDA PARS.

NVnc opera Christi , quatenus instituunt nos ād legis obseruationē, veniunt à nobis considerandа, & potissimùm pugna cum Satana. Nam de solitudine, & ieiunio , vt huc faciunt , aliquis iam est habitus sermo. De pugna igitur agentes , scopum legis supponimus, ac proponimus. Hic verò est , vt homines Deo coniungantur. Exiuimus enim à Deo, & ad Deum nobis est redeundum. Ita enim ad locum; vnde exeunt flumina reuertuntur. Ita & Christus: *Exiui à Patre, & veni in mundum ; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Non enim emisit nos de arca substantiæ suæ creatricis , quasi coruum, qui vltra non est reuersus à Noë in Aream: Corui (animal inutile , nigrum crocitans) non quærunt quietem, sed pastum carnium , etiam super transeuntes aquas, & inquietas vndas , de quibus scriptum est: *Reuersæ sunt aquæ de terra euntes, & redeuntes.* Mundus enim transit, & concupiscentia eius , id est, illud quod in eo concupiscitur : quod videlicet Diabolus demōstrabat: Ostendit enim illi omnia regna mundi, & gloriam eorum. Hæc est concupiscentia mundi, resque mundanæ, quæ concupiscuntur. Quæ si vis videre quàm instabilia sint, fac quod verum dicat mendax, asserens : Mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Hoc admisso; cùm ipse de cœlo ceciderit, sicut fulgur neq; habeat sedem permanentem, sed super arenam,

Eccl.1. 8. Ioh.16.28.

Gen.8.6.

Gen. 8 3. 1.Ioh.2.17.

Luc. 4. 6. Luc.10.18.

Apoc.12.18 bi illum vidit Iohannes; quonam pacto, ipse inquietus manens quietem habet? Et si cui vult, dat illa sibi tradita; dat autem cadenti, & adoranti illum, nunquid daturus est omnibus simul omnia regna mundi, an singulis alteri post alterũ? si sibi succedunt ipso dante, modò huic, modò illi; quę, aut qualiscumq; reperitur requies, vbi nullus est status? si omnibus simul, quæ rursus quies, vbi continuus est conflictus quis quid accipiat? O fluctus feri maris! In his cadauera supernatant, esca coruorum carnalia, corrupta, corrumpentia, fętentia; hæc sunt quæ Ioannes concupiscẽtiam dixit, quæ in fluctibus maris ambulant, & quæ mouentur in terra; quæ qualia qualia sint, nunquam quiescunt, quin nullam requiem habet caro nostra, neque *Sap.9.15.* corpus, quod corrumpitur. Qui his in- *Sap.1.1.* hærent, vt satientur, regressum ad Deum non curant. At columba simplex in simplicitate cordis quærens Deum, attendẽs *Mat.11.28.* promissum: Venite ad me, & inuenietis requiem animabus vestris; non inuenit in toto orbe terrarum, qui orbiculariter cõtinue circũgyrat, vbi pes, & affectus eius *Cant.3.1.* requiescat. Et propterea ad illum properat, quærens quem diligit anima eius, de quo iam audiuit: *Quarite Dominum, & confirmamini*; certa quod nõ potest extra *Ps.104.4.* Deum confirmari. Simplices ergo, sicut columbæ, de vno tantum necessario solicitisunt, sedentes ad pedes Iesu, vt non turbentur erga plurima. Isti sunt, qui ne transeant cum hoc mundo ad perditionem, cum Christo transeunt de hoc mundo ad Patrem.

Lex, quæ ideo in itinere data est, dum ab Ægypto per desertum transitus est ad locum, quem elegerat Dominus; iter ad Deum iis, qui recto sunt corde, perspicue manifestat. Et quia nisi sciatur quo eundum sit, non possumus viam scire; Primum ostensum nobis in lege, Deus est. Ideo in capite libri, & in principio legis *Deut.6.13.* scriptum est de eo: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Quoniam vero accessus ad Creatorem est a creatura recessus, concluditur lex in hoc præcepto: Non concupisces. Et vide Diuinam Sapientiam; dum datur mandatum illud primum, Vnitas consideratur; dum vltimum, multitudo. Sic habes in Euangelio: *Marc.12.* Et accessit vnus de Scribis, & interrogauit eum, quod esset primum omnium *28.* mandatum. Iesus autem respondit ei: *Deut.6.4.* *Quia primum omnium mandatum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: Et, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Ecce vnitas At vt non simus concupiscentes malorum, audi legem concludentem sua præcepta: *Non concu-* *Deut 5.21.* *pisces vxorem proximi tui, non domum, non* *Exod.20.* *agrum, non seruum, non ancillam, non bo-* *17.* *uem, nõ asinum, & vniuersa quæ illius sunt.* Sic loquitur dum datur lex, sic dum explicatur. Multa, quæ concupisci non debent, commemorantur, quoniam à multis reuocat, vt ad vnum ducat, ne forte verba inania suspiceris in lege Domini. Ideo Diabolus rerum proponit multitudinem: ostendit enim omnia regna mundi, & gloriam eorum, & ait: Omniatibi dabo. At vnitatem Christus opponit tantæ multitudini: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Illi soli, inquit; Lex ergo vt ad vnum ducat, quod est necessarium, à multis abducit, quæ necessaria non sunt. Sic à pluralitate factorum ad factoris vnitatem nos reuocat.

Hoc præsuppositio, iam apparet quid 17. intendat Satanas contrà nos. Quod certè nihil est aliud, quàm à Deo nos reuocare, & elongare. Cum autem hoc lex intendat, vt Deo nos coniungat, seiungat à creaturis, accedens tentator è contra creaturis studet nos applicare, conaturque, vt illis adhæreamus. Et ideo Deus legem ferens à summo exorsus est, finẽ totius motus præostendens: *Ego* (inquit) *sum Do-* *Exod.20.2* *minus Deus tuus. Non habebis Deos alienos* *Deut.5.6.* *coram me* Et nouissimè in nouissimo con- *Exod.20.* clusit omnia mandata sua, dicens: Non *12.* concupisces. Satanas verò è contra à gra- *Deut.5.21.* du inferiori aggressus est tentationem. Dic, inquit, vt lapides isti panes fiant. Vt demum deiiceret de summo: si cadens, inquit, adoraueris me.

Vt igitur lege protegamur à frigore, & 18. à pluuia Satanæ attendamus primum;

Quod

Quod cum intentio legis sit auocare mẽtem nostram à creaturis, vt illis nullo pacto apponamus cor, etiam si necessaria sint, cuiusmodi est panis: Ideo scriptum est: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Psal.54.23. Quod est dicere: *Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Deus qui fecit nos corruptibiles, etiam prouidit victum, quo sustentaremur; & vt se, sicut creatorem, ita & prouisorem ostenderet, non præbuit homini liberam facultatem vescendi omnibus indiscriminatim. Ac propterea Gen.2.16. iussit: *Ex omni ligno Paradisi comedere; de ligno autem scientiæ boni & mali, ne comedas.* Et quoniam victus ad vitam tuendam datus erat, idcircò illum monet, Gen.2.17. quod fructus ligni vetiti non esset ad vitam, sed ad mortem: *In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Et quamuis carnes quoque animalium cibus essent de sua natura conueniens. esum illarum tamen non illi concessit, nisi fortè in sacrificiis; sicut postea in lege scripta sancitum est, vt ex oblatis comederent coram Domino. Qua ergo vti Gen.1.29. debuissent proposuit mensam, dicens: *Ecce dedi vobis omnẽ herbam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus.* Vbi intellige cur herbam, & fructus arborum in escam ipse præparauit, ne videlicet ipsi soliciti essent in cibis sibi parandis. Et rursus ne anxij, & soliciti essent in crastinum, addidit: *Dedi herbam afferentem semen super terram, & ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui.* Terra ergo absq; labore, & sudore vultus, & studio mentis aptam, & sufficienem illis escam proferebat.

Gen.9.33. Post diluuium mensam repleuit magis, apponens & carnes: *Et omne* (inquit) *quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibũ.* Attamen, vt in hoc quoque facultas hominis intra terminos diuinæ prouidentiæ coarctaretur, addidit: *Excepto quod carnẽ cum sanguine comederis.* Et præterea, quod postea apertè in lege scripta mandatum Gen.7.2. est, animalia ipsa distinxit in mundis, & immundis. Quod patet, quia Noë aliter se habuit in ducendis in arcam mundis, aliter in immundis: & post exitum Gen.8.20. de arca, de mundis obtulit sacrificium. Ex quo infertur, quod immundis quoque vesci non liceret illi, sicut neque illa sacrificare. Restricta igitur in hoc quoque erat libertas, vt homo tantummodo sibi concessis vesceretur. Vbi etiam nota mysterium, quod quæ poterant offerri, poterant & comedi, vt vno, eodemque & nos pascamus, & Deo placeamus; & vita nostra monstretur tota ordinari in diuinum obsequium; vt siue manducamus, siue bibimus, Domini simus; & non nobis viuamus, sed ei, cui omnia viuunt. Lex deniq; Moysis cibos multos apertius populo interdixit.

Quamuis autẽ in Euangelica lege habeamus, quod omnis creatura Dei bona 1.Tim.4.4. est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione recipitur: Ieiunium tamẽ in illa commendatur, & temperantia. Vnde Timothæus à vino abstinebat, quod certè didicerat à Paulo, qui tandem illi scribit: *Iam modico vtere vino propter sto-* 1.Timoth. *machum tuum, & frequentes tuas infirmi-* 5.23. *tates.* Et ex traditione Apostolorum habemus Quadragesimale ieiunium, & per Ecclesiam Spiritus sanctus alia præterea nobis ieiunia iubet.

Cum igitur Deus hac ratione se declaret omnium prouisorẽ, qui aperiens ma- 20. num suam implet omne animal benedi- Psal.144. ctione; ideo præcepit ne soliciti simus et- 16. iam de necessariis. Nam etiam si simus in deserto, dabit panem Angelorum, & per Angelos panem hominũ ministrabit. Hoc iubet lex, & Verbum Dei, dicens: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Quod est dicere; si dixerit Deus, fiat, fiet. Si dicente Deo: Gen.1.11. Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum; mox ita factum est. Nunquid abbreuiata est manus Domini, aut non vltra omnipotens est sermo e- Isa 59.1. ius? Ergo si omnia quæcunque voluit Psal.135.3. fecit, & quæ non erant fecit, vt essent, eodem verbo, eademque voluntate illa permanebunt, quæ facta sunt, & viuentia viuent. Esto igitur, desit panis, non deest panis auctor, qui terræ dat, vt germinet,

minet, & pastor est ouium. Hoc totum, vt simus fidentes in Deum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Hoc igitur modo auocatur mens, ne inhæreat creaturis. Quod si in necessariis quoque id prætendit, quanto magis à non necessariis nos reuocat?

Iacob.1.5.

Secundò igitur attendendum, quòd adeo labilis est homo, vt si semel cæperit amare creaturam, paulatim decidat, & delectat ad illam, in dies proficiens in peius, vt iam non necessaria quærat, verũ solicitus petat & superflua. Quod intelligens omnium malorum inuentor Diabolus, nõ dixit: Dic, vt lapis iste panis fiat; Sed, vt lapides isti panes fiant, vt sub prætextu necessitatis, etiã superfluainge rantur. Ideo ad mensurã Deus dat cibũ, vt patet in mãna; dat ẽt in tempore, vt quisq; dies sit solicitus sibi ipsi, neq; de crastino cogitemus.

Exod. 17. *17.* *Matt 6.34*

21. Attendendũ tertio, quod in peruerso isto progressu à superfluis ad vana miserè prolabimur; in quo à potestate tenebrarũ lumen recipimus. Nam victus serpens in primo conflictu, in quo eum necessariis ẽt superflua suggerebat, renouat artem, & ad absurdiora progreditur, suadens: Mitte te deorsum; scriptum est enim: Quia Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. Dare se præcipitem, nullam necessitatis habebat apparentiam, sed euidens est vanitas, quæ ne deprehendatur, illam tentator condit verbo Dei, dicens: Scriptum est; Quoniam Angelis suis, &c. Atq; ita durius, ac periculosius infert bellum. Primò in hoc, quod quæ hominem spiritualem facilius illiciunt, & magis perdunt, quàm quæ carnem tantum spectant, puta auram sæcularem. Non enim carnalis homo sic gloriam mundi meditatur, sicut gratiam corporis, & voluptatem. At verò spiritualis spreta carne, & desiderijs eius, à vanitate gloriæ facilè capitur aliquando: probauerat eum tentator superiorem corporeis delectationibus, nunc mentis ideo titillationibus impetit illum.

22. Secundò, quod subtilior, & occulta magis illecebra est hæc, qua illum solicitat: nempe quæ sub velo virtutis magis latet. Videtur enim hoc pertinere ad gloriam Dei, si quis seruum Dei videat per aëra innocuè volantem, aut portatum ab Angelis. Heu quod sunt habentes zelum Dei, sed non secundum scientiam! vbi autem non est scientia animæ, non est bonum: latet enim anguis sub viridantibus foliis virtutis & iustitiæ. Testes sint, qui vltionem quærentes iniuriarum prætendunt veram iustitiam. Et ij, qui famam prætexunt, tanquam cæteris necessariam, ne ipsi de suis sceleribus confundantur. Istud mihi videtur Ephod, qui fuit in ruinam domus Gedeonis; quãdo sacram vestem nisi sacra persona non debet induere, & colorem iustitiæ nisi iustus: alioquin arripientibus thuribula, cum non sint Sacerdotes, ignis, cuius vsus erat ad gloriam, erit ad pœnam. Tertiò, etiam periculosior fuit ista tentatio; nam si ad auram volare tentasset homo, deceptus à Satana, per vacuum præceps in terram solidam illisisset. Habet enim iram Diabolus victus, ac proinde suggerit magis noxia hoc pacto, vindictam sumens de sibi illata offensione. Quartò, hic rationem, vt impellat magis, adhibet. Putauit in prima tentatione esuriem ieiunantis sufficere, ideo, absque alio impellente, tantum suggerit, vt panes faceret: Hic verò rationem affert, vt fortius pellat, & quæ magis occultet malum, quasi non sit à tentatore adinuenta, sed oblata ab ipso tentato; tum etiam, quia ex verbo ipso Dei id prodire videbatur, quod ipse suadebat.

Rom.10.2. *Prou.19.2.* *Iudic.8.27* *Num.16.6.*

Docemur itaq; compescere appetitum, & à necessariis, & à superfluis, & ab iis denique, quæ illustria videntur. *Num beatus cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit ad vanitates, & insanias falsas.* Certe hæc vanitas erat falsitas, erat insanic. Quàm multi sunt, qui suadente Diabolo volare contendunt, neq; necessarium sibi existimantes subsidium Angelorum, sed pennas sibi facientes, vt supergrediantur ceteris, vt sint omnium superiores, quasi in cœlum ascensuri! Hoc auari, hoc superbi præsumunt. Habacuch Propheta auaros compellat. *Va qui congre-*

23. *Psal.39.5.*

Habac. 2. 9 *congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius; & liberari se putat de manu mali* Nunquid & auaritia bona reperitur, quia dicit auaritiam malam? Per auaritiam intelligit opes auare collectas, Luc. 16. 9. quas Dominus vocat, iniquitatis: quia ex iniquitate, vt plurimum conficiuntur; & malas vocat Propheta, quia iniquè coagmentantur. Putant se isti adeo per diuitias in sublime ferri, vt malum ad eos non accedat, putantes, vt dicit Propheta, se liberandos de manu mali, sed subinfert statim: Habac. 2. 10. *Cogitasti confusionem domui tuæ.* Cõfunditur enim qui deiicitur dum alleuaretur, & fit gloria eius in confusione ipsius. Abd. ver. 4. Superbos compellat alius Propheta: *Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum* (hoc dicit de populo Idumæo qui tutum se reputans, quod habitaret in montibus neminem timebat, & propterea gloriabatur) *exaltantem solium tuum; qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me ad terram? Si exaltatus fueris vt aquila, & si in sydera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.* Et quid est hoc, nisi tentare Deum si eos sufferat, qui sibi æquari, & similes esse Altissimo pertentant? si velit, quæ constituit destituere, vt qui cœlum cœlestibus, terram autem dedit filiis hominum; iam velit bouem habere alas aquilarum, & aquilam pedes vitulinos; atque ita rerum ordinem inuertere, quem præstituit? Christum tentabant hypocritæ, qui scandalum in eius doctrina, & iustitia ponere conabantur; sic tentat qui regimen Dei putat se posse 1. Pet. 5. 6. peruertere. Estote igitur vestra sorte contenti; humiliamini sub potenti manu Dei, locum tuemini quē vobis assignauit. Qui vocatus est seruus, & qui liber, vnusquisque in ea vocatione permaneat, in qua 1. Cor. 7. 2. vocatus est. Qui diues, diues; qui pauper, pauper. Tantum soliciti sitis, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis. Ita docet quod scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

24 In quarto denique gradu docemur, ne magnitudo repromissionum extollat nos, quæ offertur, non datur ab Angelo Satanæ: Qui ostendit ei omnia regna mundi, &c. Duo quippe valde vrgent hominem, necessitas vera, & falsa potestas; ab illa incipit, in hanc desinit. Hæc priora omnia complectitur, necessaria, superflua, vana, & si quid aliud caro concupiscit; sed omnia eminenter: Omnia, inquit, regna, & gloriam eorum. Neque hic rationem adiicit aliquam: Primo, quia putat magnitudinem propositorum per se mouere, atq; adeo prope cogere posse; quod experientia facit testatissimum, vt etiam puretur ficitum ius violare vbi regnum appetitur; & sicut eminet rebus temporalibus, ita & spiritualia debeat suppeditare, & conculcare; sicut de quarta bestia scriptum est, Dan. 7. 7. quod erat comedens, & comminuens, & reliqua pedibus conculcans; & de pessimo eius principe, qui erat homo peccati filius perditionis, idem Daniel subiicit; *Quod* Dan. 7. 25. *sanctos Altissimi conteret, & putabit, quod possit mutare tempora & leges.* Non igitur adhibetur ratio, quia sola sibi putat sufficere, vt sit pro ratione ipsa per se potestas, tanquam primũ inter appetibilia, ad quod cætera sint resoluenda omnia; vt quod sit metrum, & mensura illorum. Heu quot malorum est radix ista potestatis cupiditas!

Secundò, Deo sic disponente nulla est 25
adducta ratio; quoniam nihil irrationabilius, quam Satanam adorare, sed si qua ratio est, vniuersa in hoc concluditur, quod regnare, summumque regnum obtinere sit per se tale bonum, cui cætera debeant omnia deseruire. Attamen ipsum neque per se huiusmodi est, sed ærumnarum plenum, & omnium incommodorum; neque promissio eius à mendace, & mendacii inuentore quicquam habet certitudinis, vt sperandum aliqua sit ratione, quod promittitur; neq; adhuc (esto esset certa promissio) tantum est flagitium cõmittendum ob tantum fastigium consequendum. Tertia causa cur sine ratione expressa facinus hoc immensum propositum sit, hæc est, quod Christus statim respondit, vt Satanæ non vacaret, nil vltra suorum addere mendaciorum. Tanta enim iniquitas non est disputationibus refellenda, sed subita contradictione repel-

lenda. Ideò Christus: Vade Satana: sicut Satan quasi bonus suasor primis duobus
26 præliis accessit; sic Christus sapienter respondet, ac si illum, quis esset ignoraret, vt iterum præliari Diabolus non vereretur. At vt apertam suggessit iniquitatem, apertam sustinuit repulsam. Ardens quippe zelus moram trahere non potest in scelere tam insigni. Addidit tamen tandem rationem suæ repulsæ, dicens: Scriptum est; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Sed hoc non tantum, vt ille cederet, ac recederet confusus, sed vt nos disceremus repugnare; tum vt nobis notus fieret scopus, quo tota lex tendit.

De quo consideremus primùm, legem in primis hoc ab homine prætendere, illum scilicet ducere ad Deum, atque illi vnitum ligare. Sicut enim lex Moysi, quasi pædagogus, Hebræos instruxit, vt idonei essent Christum intelligere, vt summum
Psal.83.7. Magistrum. *Etenim benedictionem dabit Legislator; ibunt de virtute in virtutem;*
Rom.10.4 *videbitur Deus Deorum in Syon.* Ac propterea *finis legis Christus est.* Ita vniuersa lex Deum spectat, vt terminum viæ omnium mandatorum eius. Ideò, vt dictum est, prima verba legis Deum ostendunt; & propterea qui quærit legem, DEVM
Psal.118.2 quærit. *Beati enim qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* Secundò, quod, vt ducat ad Deum, abstrahit à creaturis; idcircò tollit omnem concupiscentiam, quæ sola aduersatur directè charitati. Cum ergo charitas, qua Deo coniungimur, sit finis præcepti, præceptum ipsum hoc primum molitur, vt extinguat concupiscentiam, vetans mæchiam, furtum, atque demùm amorem sæculi. Tertiò, regulat, & componit hominem, atque purgat, & decorat, vt dignus sit, qui Deo coniungatur. Vnde illud bene ordinat erga omnia, atque in primis erga proximum, vt eum diligat, &
1. Cor. 10. benefaciat illi, quærens non quod sibi vti-
33. le est, sed quod multis; vt de se dicit Apostolus.

Videbatur hoc prætendere Satan suadens præceptum, quasi ad ædificationem populi, vt Deum laudarent. Sed vanissimum erat hoc apparens emolumentum: vtilia ergo danda sunt, non vana. Quartò tandem, Deo coniungit; hoc autem fit vero cultu. Dominum (inquit) Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Cultus verò Dei potissimum fit tribus illis virtutibus, Fide, Spe, & Charitate; quæ ideo diuinæ dicuntur, nempè Theologicæ. A quibus imperatur specialis ille cultus, qui Religio, siue Pietas, siue etiam timor Domini nuncupatur.

Hoc igitur à nobis perficiendum est, 27
vt Deo coniungamur, qui est totum bonum nostrum; & cum multæ causæ sint, quamobrem sint à nobis terrena omnia contemnenda; id in primis in eis spernendis spectandum est, vt ab his expediti ad Deum toti tendere valeamus. Ideo oblatis sibi regnis mundi opposuit Christus Dei adorationem, & seruitutem. Rationemque demonstrauit in sua doctrina, *Mat.6.24.*
dicens: *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ.* Sic inferens, quod studium terrenorum maximè a Dei cultu homines auocet, cui soli seruire lex mandat. Sed heu! quid faciunt homines? Pro modico, & caduco, imò & falso bono relinquunt Deum factorem suum: verè stulti, & decepti à deceptore. Ideo tanto studio, & affectu Salomon conatur nobis sapientiam persuadere, eius vtilitates proponens. *Custodiet* (inquit) *rectorum salutem,* *Prou.2.7.*
& proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens. Deceptor totum oppositum suadet, obliqua omnia, deuia, à rectitudine deflectentia. Nunquid lapides facti sunt à Deo, vt essent esca homini? Virentia dedit ad victum, non sicca, & arentia. Nunquid aërem designauit Deus ad ambulandum homini graui, pennas non habenti? Terra scabellum pedum est, & per terram ambulandum nobis est, quæ solida nostram potest grauedinem sustentare. Nunquid hominem Deus creauit ad imaginem, & similitudinem suam, vt Diabolo prosterneretur cadens à sublimitate suæ excelsæ dignitatis? fecit hominem rectum, vt rectitudine seruata eò spectaret, vbi expectat veram, plenamque salutem.

Vides

Vides nihil rectum, nihil naturæ etiam
Eccl 7.30. consonum Diabolum suadere? At sapientia custodiet rectorum salutem. Non peccatur, nisi vbi aliter vtimur rebus, quàm
Gen.2, 17. illarum conditor iubet, & docet. Proinde primum eius præceptum circa ipsarum vsum constitutum est. *Exomni ligno comede:* Non autem de ligno isto. Inde ergo prima hominum peruersitas profecta est, quod alia ratione res vsurparunt, quàm illis à Deo fuerat constitutum. Tuetur morem suum serpens, qui vetitum fructum proposuit, dum lapides propouit ad escam, sed ad peiora semper intendens. Tunc quidem proposuit quod natura sua idoneum erat ad vescendum, nunc verò quod ab hoc vsu vehementer abhorret: illud pomum, hic lapis. Erat illud pulchrum visu; at quid vel minimum pulchritudinis potest in petra deserti ab oculo deprehendi? Erat illud ad vescendum ne dum aptum, sed & suaue; hoc non ineptum modò, verum & durum, & asperum, & noxium. Lignum saltem proposuisset; sed quantum potest hostis est noxius. Ibi nullus erat labor; decerpere tantum opus erat pomum: at vero in pessima ista suggestione dicitur: Dic, vt lapides isti panes fiant. Quanta opera necessaria est, vt hoc perficiatur? At fallax dicit: Dic.

28 Intelligis ne homo, quid prætendat mendax? Non laborem ostendit, sed fructum; at hunc falsum, illum autem verum; verè laborabis, & frustra. Quid operosius, quàm mundo seruire? Quid inutilius, quàm mundo seruire? De suis operibus, quæ & facilia videbantur, & iucunda, dicit tandem Salomon ipse: *In quibus frustra sudaueram*, sudorem emisi, fructum
Eccl 2, 11. non accepi; ideo frustra sudaui. Heus tu,
Gen.1.4. aperi oculos tuos, & vide. Dixit Deus,
Ioan.1.3. fiat, & facta sunt; per solum verbum facta sunt omnia. Num & tu simili voce tonas? Num & sermo tuus omnipotens est, vt
Iob 40 4. possis verbo opus tuum consummare? *In*
Gen.3.19. *sudore, in sudore vultus tui vescerù pane tuo.* Non est tuum dicere verbo, & pane tuo vesci. In sudore vesceris pane tuo. O Deus! Hominem Deus de luto fecit, non de lapide. Omnipotens voluit materiam aptam, mollem, tractabilem, habentem similitudinem cum carne molli; & aduersarius iubet: Dic, vt lapides isti panes fiant. Heu! si labores tuos intelligeres, certus iam esses, ex lapidibus conarite, vt panes facias. Sed nunquid tandem panes? An duriora lapidibus tu moliris? Frustra sudaui. Quid tandem ex tot, tantisque laboribus, sudoribus, doloribus, periculis, mortibus, consecutus es? Interroga Pharaonem, & dicet tibi; attende Ægyptum, & docebit te. Quid tot vestris conatibus iam tandem vobis comparastis? Post tot *Exod.* 14.
flagella, & mortem primogenitorum, ge- 22.
neralem totius exercitus submersionem in mari rubro, vt ne vnus quidem euaderet. Quid vos Gigantes edentes, & bibentes, ementes, & vendentes, plantantes, & ædificantes? Quem fructum habuistis tunc in illis laboribus vestris? Ecce Gigantes
gemunt sub aquis. Iam venit diluuium, & *Iob.25.5.*
tulit omnes. O quis gemitus sub aquis tanti diluuii quotidie, & per singulas horas audimus gementium, & lamentan- *Isai.59.5.*
tium super filios suos, & labores manuum suarum, quia non sunt, quia telas aranearum texuerunt tota die, ac nocte! Porrò si quid solidum, & permanens operati sunt, illud ostendant. Vbinam sunt opera manuum vestrarum, ô potentes à sæculo! ô viri famosi! ô qui gloriamini in potentia exercitus vestri, & in iactantia diuitiarum vestrarum? Frustra sudaui, dixit qui dicendo fuit sapiens, stultus in faciendo. Non propterea hæc à Domino facta sunt, vt vanitati subiecta esset creatura, sed vt seruiret creatura mundi soli Deo mundi creatori.

Sed vtinam hæc tanto labore quæsita solum perirent, non etiam perderent! Hoc meditatus est Satanas; laboriosum, ac vanum opus in principio suggessit; sed secundo loco periculosum, & noxium, vt caderet tentatus, si tentatori credens se putaret grauè à leui sustentari. Verba tamen sua demonstrant quid spectarent: Mitte te deorsum. Nõ fuit inane modò op⁹ Ægypti, dum opere Hebræorum ædificat ciuitates; noxium etiam fuit, cuius finis interitus, cuius exitus exterminium, cuius memoria

terror,

terror. Si non alia perditio sit, ô homo! in vanitatibus tuis ista te manet, de qua dicit Dominus: *Lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi intrant per eam.* Quid igitur frustra laboras? Quid curris in vanum? Quid aërem verberas, mittens te deorsum, vt cadas, & in terram collidaris? Sed modicæ fidei ab experientia docearis. Attende tot regnorum destructionem. Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & bibit de vino furoris Domini. Alioqui vbinam est vrbs illa perfecti decoris, plena diuitiis, quæ sola portabat imperium mundi, vel ab imperio portabatur, vt mulier à bestia? Cecidit, cecidit, non est qui habitet in ea, in terram detracta est, & in puluerem redacta. Nunquid igitur tu potentior? tu sapientior? tu cautior? vt opus manuum tuarum confirmes, vt non deficiat fides tua, qua te falso credis mansurum super terram, & dicas: *Non mouebor à generatione in generationem, sine malo perdurabo?* Inanis est hæc fides vestra, qui sic creditis, & sic loquimini.

Matt. 7. 13

Apoc. 14. 8. & 18. 2.

Psal 9. 28. Prou. 2. 7.

Ergò sapientia custodiet rectorum salutem, qui rectos gressus faciunt pedibus suis; qui non duplici via gradiuntur, vt decipiant de vanitate in idipsum: Et proteget gradientes simpliciter; qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur; qui habentes alimenta, & quibus tegantur, his contenti sunt, terrena contemnentes, vt soli Deo seruiant. Quomodo vero rectos custodit sapientia? *Seruans* (inquit Salomon) *semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens.* In tantum seruat à malo, in quantum dirigit in bonum: Quia *Dominus vias peccatorum disperdet.* Hæc te saluat, vias sanctorum custodiens, vt non pereamus de via iusta, etiamsi in ira exarserit aliquando Pater misericordiarum, non hilarem vultum ostendens, diligens, & corripiens. Sis tu bonus, & rectus, ambulans per semitas æquitatis, & videbis *quam bonus Israel his qui recto sunt corde.* Breuis erit ira, ignis paleæ, si non tu ligna syluarum subiicias flammæ iræ eius, sed paleas modo, non crimina ingentia, sed delicta iuuentutis, & ignorantias adolescentiæ leues, atq; peccata, à quibus nemo mundus est, quia fragiles sumus. *Cum ergo exarserit in breui ira eius, beati omnes, qui confidunt in eo*; verbera diligentis Patris sentientes, non vulnera sæuientis iudicis. Hos custodit, hos protegit sapientia, vt per mandata ingrediantur ad vitam. Ne igitur timeamus desertum ingredi, ieiunare, esurire, hostium nostrorum sustinere infectationes. *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras*; sic Psalmista testatur. Proinde rogat confidenter: *Perfice gressus meos in semitis tuis, vt non moueantur vestigia mea. A resistentibus dextera tua custodi me, vt pupillam oculi, sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum.* Et libera nos à malo. Amen.

Psal. 71. 1.

Psal. 2. 13.

Psal. 16. 4.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

De Ieiunio. Ostenditur præparatio quam fecit Dominus, cum legem suam promulgare voluit; & horum connexio optimè in principio ostenditur. In morali. De resistentia Diabolo facienda.

QVEMADMODVM in exitu Israël de Ægypto antiquitus euenit, quod tunc lex data est populo à Deo per Moysen, quando populus ipse relinquens Ægyptum tendebat ad terram promissionis, interim transiens, & ambulans per desertum; haud secus Christiano populo mundum, atque mundana relinquenti, & ad cœlestia aspiranti, atque ad illa tendenti in terra deserta, inuia, & inaquosa, pœnitentiæ videlicet, atque virtutum, lex constituitur, quæ doceat illum de omnibus. Nam sine lege nesciret quæ relinquenda essent, quæ appetenda, & quodnam esset iter procedendi, vt relinquenda relinquerentur, & quæ appetenda sunt, possent acquiri. Lex enim 1

Domini

Domini immaculata docet exeundum nobis esse de terra Ægypti, id est, de seruitute Diaboli, in qua operibus infructuosis tenebrarum miserrimè laboratur, nil aliud pro mercede laboris recipiendo, quàm oppressiones, extorsiones, & flagella. Vita enim mundana est Ægyptus tenebrosa, ex qua per legem docemur totis exeundum nobis esse conatibus. Docet pariter eadem *Mat. 6. 33.* lex sancta, solum regnum Dei nobis esse quærendum, Deique iustitiam, cum in ipso sint bona omnia, quæ nos possunt beatificare, atque satiare. Hæc est enim terra nobis promissa, de qua scriptum est. Mansueti *Ps. 36. 11.* hæreditabunt terram. Quæ sub figura terræ illius antiquæ, fidelibus promittebatur; vbi ex pinguedine terræ, & rore cœli est omnium bonorum abundantia, quæ nobis sub nomine lactis, & mellis designatur: quæ omnia cum dulcia sint faucibus, absque labore comeduntur, & absq; commutatione possidentur. Ad tantum autem bonum peruenitur via iusta, quæ est iusti- *Mat. 6. 33.* tia Dei, de qua dictum est: *Quærite primũ* *Diuisio.* *regnum Dei, & iustitiam eius.* Primum enim, quod appetere debemus, & quærere, est summa nostra beatitudo, quæ nihil est aliud, quam regnum Dei; consequenter quærenda sunt media, & perambulanda est via, quæ ducit ad vitam.

2 Hæc autem est iustitia, iustitia (inquam) non Scribarum, & Pharisæorum, non iustitia hominum; sed iustitia Dei: illa videlicet, quam per legem de cœlo allatam docemur, quæ sola transcendit vires omnes naturales, cum sit virtus supernaturalis, quæ ab homine accepta, facit in eo fon- *Ioan. 4. 14.* tem aquæ salientis in vitam æternam. Via ista perambulatur per quadraginta annos, quibus intelligitur totum tempus vitę nostræ, quod super terram pertransimus. *Ps. 89. 10* Nam si in potentatibus, id est, in viris viribus pollentibus, octoginta anni sunt illius ætatis, quæ vita iure dici possit, & non potius mors, siue initium mortis, certè quadraginta anni, ætas illa erat, quæ præ cæteris partibus illius, maximè potest dici vita, vt non immeritò ab hac parte omnibus aliis præstantiore, tota vita meritò possit denominari. Ex quo consequens est, quod ambulatio per desertum per quadraginta annos nobis innuat toto tempore vitæ nostræ perambulandum in via Dei, quæ est iustitia eius. In qua via propterea datur lex, vt homo dum viuit, habeat legem semper in corde, in oculis, in manibus.

Hoc idem tempus figuratur illis diebus, quibus ieiunauit Moyses in monte susce- *Exod. 14.* pturus legem à Deo, & quibus Dominus *18.* Iesus ieiunauit laturus mundo Euangelicã suam legem. Vnde non immeritò idem tempus totius nostræ vitæ designatur per sanctam Quadragesimam, in qua populo Christiano ieiunandum est cum Moyse, & cum Christo, cum ad ipsum populum pertineat legem fide suscipere, ac operibus obedientiæ ardenter, atque perseueranter amplecti. Si enim ieiunauit Moyses præparans se ad accipiendam legem à Deo; si ieiunauit Christus, veluti præparans se ad promulgandam legẽ mundo; cur non ieiunet Christianus disponens se ad acceptãdam, & obseruandam legem sibi de cœlo missam per Dominum nostrũ Iesum Christum? de quo scriptum est: *Hic liber man-* *Baruch 4.* *datorum Dei, & lex, quæ est in æternum: o-* *1.* *mnes, qui tenent eam, perueniunt ad vitam.* Ecce quàm concinnè huius temporis initio proponitur nobis ieiunium celebrandum exemplo Christi, & in eiusdem temporis prosecutione proponetur nobis lex. Nunc ergò cum inchoemus tempus istud Quadragesimale, de ipso ieiunio tractemus, & de tota præparatione, quã fecit Dominus ad Euangelium promulgandum.

Qua de re sacram lectionem habemus 3 ex Euangelio quæ dicit: Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabolo. Circa quam prima consideratio sit super iis, quæ præcesserunt hunc ingressum in desertum, quæ narrantur in Euangelio. Vbi habetur, quod baptizatus fuit Chri- *Mat 3. 16.* stus in Iordane; & eo baptizato, & orante, aperti sunt ei cœli, descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum, & vox de cœlo facta est: *Tu es Fi-* *Luc. 3 21.* *lius meus dilectus; in te complacui mihi.* Et Ioannes Baptista videns Iesum venientem ad se ait: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-* *Ioan. 1. 29.* *cata mundi*, & alia multa dixit in com-

mendationem Christi, & tandem perhibuit testimonium: Quia hic est Filius Dei. In quibus operibus commendatur Christus, & declaratur illius excellentia, vt intelligamus opera, quæ postmodum & in deserto, & extra operatus est, fuisse magna opera Domini, exquisita, & mirabilia, & opera maximæ sanctitatis, & efficacitatis, simúlque exemplaritatis summæ, vt illa suspicientes veneremur, atque suscipientes imitemur. Idcircò enim declarauit illum Deus Pater, esse Filium suũ dilectum, quem Agnum voluit esse tollentem super se peccata mundi, atque portantem iniquitates nostras; vt notum sit nobis quanta veneratione colẽdus sit iste, qui est Filius Dei, æqualis Deo, verus Deus: quanta fiducia acceptandus sit, vt Saluator, qui potest saluos facere omnes, qui credunt in eum; quantáque animi pietate imitandus sit, qui cum esset Deus factus est pro nobis Agnus; qui cum posset omnia verbo virtutis suæ, dignatus est dolores, & languores nostros infirmitate carnis nostræ portare.

4 Hoc igitur documentum in primis inde accipiamus; quod sicut omnium est benefacere, quia omnibus data est lex, ad eos tamen potissimum pertinet opera grandia sanctitatis pficere, qui maiores sunt in populo. Et ij, qui à Deo electi, & magnificati sunt, maxime tenentur exaltare Deum in operibus suis. Dominus enim Iesus, postq̃ laudatus est de cœlo à Patre, & in terra à Ioanne, ductus est in desertum, vbi ieiunauit, & passus à Diabolo se tentari. Propterea decreuit in lege, quod si quãdo populus Regem sibi constituere voluisset, hoc præcipuè Rex faceret; Postq̃ sederit in solio regni sui describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, & habebit secum, legétque illud omnibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Dominum Deũ suum, & custodire verba, & cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Vides quomodo Principum peculiare est, legem scire? legem obseruare? Deo obtemperare? Hinc est, q̃ singularem fidem, & obedientiam expetebat De⁹ à Dauid, eò quòd exaltasset eum ad regnum, cùm esset anteà

Deut. 17. 18.

pastor ouium. Hinc dolens Deus ipse de populo suo, ita conqueritur per Isaiã Prophetam: *Filios enutriui, & exaltaui ipsi autem spreuerunt me.* Primum accepit illos sibi in filios, cum ipse sit Deus, illi verò homines. Secundò veluti filios enutriuit; ita vt deficientibus etiam terrenis alimentis, plueret illis manna de Cœlo. Tertiò, exaltauit, & magnificauit illos, ponẽs excelsos super omnes gentes. Vnde Dauid orans Deum dicebat: Quæ est autem vt populus tuus Israël, gens in terra, propter quã iuit Deus, vt redimeret eam sibi in populũ, & poneret sibi nomẽ, facerétq; eis magnalia? Et tamen, cum eos sic magnificasset, ipsi eum despexerunt, & inhonorauerunt. Ita de Saul conquestus est Dominus per Samuëlem. *Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus factus es, vnxitque te Dominus in Regem super Israel?* Quare ergò non audisti vocem Domini?

Isa. 1. 2.

2. *Reg.* 2 3

1. *Reg.* 15. 17.

5 Magna ratio obediendi Deo sunt beneficia ei⁹. Vbi ergo maxima illa sunt, ac plurima, maior esse debet obedientia, maior seruitus, maior aggregatio, perfectiôque virtutum. Et qui Deo magis propinquant, cuiusmodi sunt Principes, ac Sacerdotes, maximè illius excellentiam referre debent in actionibus, & in moribus suis. Cum ergo populus Christianus excelsior cæteris sit, maximísq; à Deo auctus sit beneficiis, præ omnibus debet pollere virtutibus; & per legis obseruationem perfectam, debet honorare Deum. Hinc Petrus Apostolus fidelibus præcipit. *Conuersationem vestrã inter gentes habentes bonam, vt ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis.* Cum enim sint cæteris præstantiores ex fide, & statu, vt populus Dei, debent & bonis operibus cæteros antecellere, vt ita Deum, honorantẽ illos, honorent; adeò quod si quando Deus sua illustratione visitauerit gentes, ipsæ intus diuina inspiratione monitæ, & externo fidelium sancto exemplo glorificent Deum, illius seruituti se subiicientes, atq; laudent illum, qui talem bonitatem dedit hominibus.

1. *Pet.* 2, 12.

6 Secunda cõsideratio est circa hoc, quod Iesus ductus est in desertum à spiritu. Vbi vides

vides primùm, quòd Christus tantis præconiis exaltatus non se dat in turbas, non se iactat in oculos populorum, vt honoretur, & laudibus excipiatur, sed abdidit se in deserto, vbi vnius Dei pateat oculis. Non sic glorioſi huius mundi, qui auram mundi captant, qui gloriam hominum quærunt, & quod operantur, faciunt vt hominibus appareant. Sicut enim voluptuosè semetipsos intuentur, sic aliorum intuitū summoperè concupiscunt. Quò facit pro- *Prou.16.2.* uerbium illud: *Omnes viæ hominis patent oculis eius; spirituum ponderator est Deus.* Homo, qui sibi placet, sua opera libenter intuetur, sibi in illis placens, veluti in rebus pulchris, & insignibus; vnde & illa oculis aliorum obiectat, & auribus. Vnde & lectio Hebræa habet: Omnes viæ viri mundæ sunt in oculis eius. Ita quod, vias hominis oculis illius patere, est hominem opera sua probare; & apud semetipsum *Gen.1.31.* excellere. Ita enim & Deus vidit cuncta, quæ fecerat, quod essent valdè bona: atq; ita in illorum intuitu admodum delectatur. Attamen Deus spirituum, id est animorum est ponderator; neque enim actiones tantum nostras nouit, sed & intima quæq; perpendit, cogitationes, scilicet, & intentiones cordis. Quò fit, vt quod altum est hominibus, & pulchrum; vile sit ante Deum, atque despectum. Hoc si sciret homo, non ita iugiter intenderet oculos suos super opera manuum suarum, quasi opus insigne sint, aspectúque delectabile. Et sic se raperet in desertum, vt non hominū aliorum oculos modò, verum & suos pro- *1 Cor.2.15* prios in primis lateret. Hoc opus est spiri- *Isa.7.15.* tus, quo ducitur homo in desertum, quia spiritualis iudicat omnia, iudicat (inquam) & discernit granum à palea, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum, non quæ- *Phil.2.21.* rens quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi, *Isa.64.6.* non se extollens quasi virtutum patratorem, sed deprimens se, & exprimens: Omnes iustitiæ nostræ sunt quasi pannus menstruatæ. Secundò obid quoque ductus est in desertum, vt verbis se laudantium, virtutum operibus responderet. Ductus est (inquit) in desertum, vt tentaretur à Diabolo: Spiritus, qui aperto cœlo veluti columba descendit, & mansit super eum, hic duxit eum in desertum, vt tentaretur à Diabolo, vt pugnaret, videlicet vt sancto Spiritu spiritum immundum superaret eiúsque opera dissolueret.

Ad hoc enim datur Spiritus vitæ, vt vi- 7
tæ opera exerceantur. Ideò enim animalia *Ezech.1.19.*
ibant; & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis; cúmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea, & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ; spiritus enim vitæ erat in rotis. Ergo vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur & animalia. Si ergo Spiritus Sanctus descēdit super Christum, & mansit super eum, debuit opere declarare agi se spiritu. Agebatur ergò à Spiritu in desertum, vt spiritualia opera perpetraret, sic prouocans aduersarium ad pugnandum, vt eiiceret eum foras armis denudatum, & spoliis exutum. Ostende igitur & tu, ô Christiane, ex operibus vitam tuam, & spiritum tuum, vel potius spiritum Dei. Ossa Ezechielis in campo ia- *Ezech.37.* cuerant super faciem campi, donec insuf- 1. flauit in ea Spiritus vitæ; at Spiritu superueniente in ea, steterunt super pedes suos exercitus grandis. Ergo qui opera non habet Christi, quæ sunt opera Dei, opera secundum legem, iustificationes legis, præceptorum Dei vera obseruatio, hic Spiritum Christi non habet, hic mortuus est in peccatis suis, alienatus à vita Dei. O quot sunt huiusmodi, qui viuentes mortui sunt! Videntur quidem Dij, & filii excelsi om- *Psal.81.6.* nes, dicētes, Domine; Domine, & se Christianos profitentes, & filios Dei: at verò sicut homines moriuntur, & cadunt sicut vnus de principibus, de quo scriptum est: *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo ca-* *Luc.10.18.* *dentem* Erat quippè Satan inter filios Dei, & primus inter principes, sed cecidit, dilapsus est, & dereliquit domicilium suum, neq; locus amplius illi inuentus est in cœlo. Heu miseranda conditio fidelium malè viuentium. Nam credentibus data est potestas filios Dei fieri, sed qui excidunt à gratia imitantur sicut opera Diaboli, ita & casum, & ignominiam: cadunt enim sicut vnus, & primus de principibus.

8 Tertia consideratio est circa illud: Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Vbi primum vides, quod præcipua actio spiritus est carnem mortificare; ducit enim spiritus Christum in desertum; Christus autem ductus in desertum à spiritu, mox, ac diu ieiunat. Cum enim spiritus promptus sit, caro autem infirma; infirmitas hæc, *Matt.* 26. 41. diæta, & humorum peccantium euacuatione curanda est. Ad quod optima medicina est ieiunium, quod Dominus suo exemplo docere nos voluit. Non egebat quippe caro eius ieiunio, aut alia quauis afflictione, sed imago bonitatis illius ob *Iac.* 1.18. oculos nostros statuitur, vt creemur secũdum imaginem eius, qui creauit nos, & renouat nos de die in diem, vt simus initium aliquod creaturæ eius, id est, noua creatura. Portemus itaque imaginem cœlestis *1. Cor.* 15. 49. huius exemplaris inspicientes, & facientes secundum exemplar, quod in monte in deserto nobis demonstratum est, ieiunantes, carnem domantes, membraque nostra, quæ sunt super terram mortificantes, vt non iam adhæreant pauimento grauia, & ponderosa, sed leuia facta, & macie cõfecta, atque tenuia facilè ad cœlestia spiritu subleuentur, & ab eodem facilè moueantur, & agitentur. Hæc est vna ratio, cur *Luc.* 24.39 ieiunandum sit, vt spiritus, qui carnem & ossa non habet; carnem, & ossa sibi coniuncta agiliter excitet, moueat, ducat quasi corpus spirituale. Ideo Iesus ductus à spiritu, ieiunat.

9 Alia ratio est, quæ his verbis tangitur: Vt tentaretur à Diabolo. Pugnaturus quippe Dominus præmittit ieiunium, instruẽs nos, quod homo carnis grauedine præpeditus, non sine magno negotio potest cum Diabolo committere bellum qui carnem, & ossa non habet; & eò magis, quod caro si pinguis sit, si valida, si vigens, sociat se cũ aduersario nostro, qui cum, & ipsa spiritui aduersatur. Alioqui cur dixit Apostolus: *Rom* 6 13. *Nolite exhibere membra vestra arma iniquitatis peccato*? Num oculi Euæ videntes *Gen* 3 6. lignum pulchrum visu, num manus decerpentes pomum, num gustus sentiens quod esset ad vescendum suaue, num lingua suadens viro, vt ederet, totaque illius corporalis pulchritudo, gestusque concinni, vnde erat viro ipsi gratissima, num hæc omnia non fuerunt arma iniquitatis, quibus aduersarius Diabolus vtrumq;, plagis impositis, interfecit? At ieiunans corpus in seruitutem redigit mentis, ne aduersario adhæreat, & obsequatur. Sic Esther cum *Esth* 7.6. Aman prælium commissurã (de quo postmodum dixit. *Hostis, & inimicus noster pessimus iste Aman*) ieiunio se muniuit, & oratione; Dixit enim Mardochæo: Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus; & ego cum ancillis meis ieiunabo. Aman verò in regali conuiuio captus, & interemptus est: vt sciamus ieiunio victoriam referri de hostibus; crapulam verò, & ebrietatem neci esse coniunctam. Ita & Iudith abstinentia atque ieiunio armata Holophernem hostem populi *Iudith* 13. 4. sui, qui iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus abscisso eius capite viriliter interfecit, totamque virtutem Assyriorum eluit, deturbauit, dispersit, fugauit. Ergò quod dixit Dominus de ejectione dæmoniorum à corporibus videlicet: *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium*, valet ad victoriam quoque de illis referendam, quando oppugnant mentem, vt trahant ad peccata. *Matth.* 17. 21.

Sunt quidem & rationes aliæ quàm plures, cur nobis sit ieiunandum, vt patet in Scripturis sanctis; sed hæc est potissima, quod ieiuniũ comes est orationis, vt mox patuit ex Saluatoris sententia, vbi dixit: Non eiicitur, nisi per orationem, & ieiunium: & illustrissimæ fœminæ Iudith, & Esther duplici hoc instrumento hostes vicerunt. Neq; dubitandum est, Iesum Dominum nostrum toto illo tempore, quo mansit in deserto, vsquam ab oratione cessasse; quando & Moyses in monte ieiunãs *Deut.* 9.9. iugiter Deum deprecabatur, Ita enim scribit ipse Moyses: *Et perseueraui in monte* 25. *quadraginta diebus, ac noctibus panem non comedens, & aquam non bibens.* Et infra. *Et iacui coram Domino quadraginta diebus, ac noctibus, quib. eũ supplic iter deprecabar, ne dele-*

ne deleret vos, vt fuerat comminatus. Sicut ergò Dominus cum ieiuno coniunxit orationem, & cum oratione ieiunium, ita & nos vacemus ieiunio, & orationi. Sed heu homines harum vtramque virtutum nihili faciunt, &c.

SECVNDA PARS.

11. QVarta & vltima consideratio est circa tentationem, qua appetitus à Diabolo Dominus, ipsum vicit, & eluſit, tandemque fugauit; de qua sic habet lectio: *Postea esuriit. Et accedens tentator dixit ei: si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Vbi attende duplicem ansam, quam apprehendit Diabolus ad tentandum; & duplicem repellendi modum, quo Dominus vsus est. Gloria in primis tentator est vsus, vt illum qui gloria, & honore coronatus est, inglorium faceret, sibique vtilissimè subiiceret. Duplex verò gloria est; altera, quæ à solo Deo est; altera, quæ procedit à mundo: de quibus aliquando Dominus dixit: *Gloriam ab inuicem accipitis; & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis.* Gloria a Deo fuit illa, de qua Petrus; *Accipiens à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapsa ad eum huiusce modi à magnifica gloria: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Hæc est autem illa, quam accepit in transfiguratione. Cũ itaque eadem dixerit verba Deus Pater, quando ipse baptizatus est in Iordane, certè tunc quoque accepit ab eo gloriam, & honorem. Diabolus ergò hac gloria vsus est in primis duobus aggressibus suis, dicens: *si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Si Filius Dei es, mitte te deorsum.* Putauit enim hominem spiritualem facilius laqueo hoc comprehendi: nam studioso homini facilius ingeritur appetitus gloriæ, quæ à virtute proficiscitur. Qua reiecta a Domino ad gloriam mundi Diabolus pertransiuit: nam ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit: *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.* Addidit quidem ipsi gloriæ Diabolus commodum cibi ad expellendam esuriem, cum dixit: *Dic vt lapides isti panes fiant.* Addidit & potestatem, & diuitias, & delitias, quæ regna mundi comitantur, dicens: *Hæc omnia tibi dabo,* nempè regna mundi, & gloriãeorũ, vt fortius impeteret. Apparet tamen maximũ hominis desideriũ ad gloriã tendere, quippe qui a Deo gloria & honore coronatus dum constitutus est super omnia opera manuũ eius. In hoc stat hominis excellentia, quod præest omnibus, & nihil est ei non subiectum: cũ bestiis viuit, comedit, ambulat, & huiusmodi; sed super omnia constitutus factus est ad imaginẽ, & similitudinem Dei. Cũ ergo maximũ eius bonum in honore consistat, sicut dicitur: *Homo cum in honore esset non intellexit:* fortior impulsus ad illũ euertendum est proposita gloria. Ergo hic opponenda est vis maxima, summaq; ac virilis resistentia. Quod quia non faciunt homines, facilè succumbunt. Hac igitur de causa per gloriam appetiit Diabolus Dominum nostrum.

Psal. 8.6. *Psal.* 8.6. *Gen.* 1.26. *Ps.* 48.21.

12. Est & alia causa, quamobrem gloriæ promissione & ostensione Christum Diabolus aggressus est, quam sic exprimit Salomon: *Abominatio Domini est omnis arrogans, etiam si manus ad manum fuerit, non erit innocens.* Arrogans est superbus, qui sibi arrogat, & tribuit bona, atq; adeò gloriã. Qui idcirco est abominabilis Deo, vt ipsa abominatio dici possit. Est enim illorum superbia, qui Deum oderunt, seq; Deo quodammodo volunt æquiparare; Deoque surripere, quod sibi soli seruauit, nempè gloriam. Quæ malitia tanta est, vt valeat pro vniuersis peccatis, cum illorum omnium radix ipsa sit, & initium. Et ideò si superbus manus teneat coniunctas, nihil operans, innocens non est tamen in huiusmodi otio suo: manus enim superba, etiam si exterius otietur, interius negotiatur, contra Deum ascendens semper. Diabolus ergò vt comites habeat præcipitij sui, exaltationem suggerit hominibus, vt deiiciantur misere, dum arroganter eleuantur.

Prou. 16.5.

13. Vt verò Diabolo resistamus, ipsumque fugemus, oculos intendamus in repulsam, qua Dominus propugnauit. Duplicem sequelam notat Salomon dicens: *Responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat*

Prou. 15. 1.

furorem. Est ergò verbum asperum, & est molle: sunt verba leuia, & dura. Molli responsione vsus est Dominus ad primas duas impetitiones: scriptum est: *Non in solo pane viuit homo.* Scriptum est: *Non tentabis Dominũ Deum tuũ* At nouissimè ad tantum suggestum scelus, quo Diabolus adoratur, zelatus honorẽ Dei, duram fecit responsionem, & Satanam apertè vocans tentatorem, & illum à se expellens efficaciter: Vade Satana. Vt nos discamus repellere tentationes, quemadmodum exigit illarum conditio. In quibus omnibus hæc regula inconcussè tenenda est: primò, vt nunquam vel ad modicum illis cedamus. Serpens quippè est aduersarius noster; si vel modo immiserit caudam in cor nostrum, totum se intus paulatim recipiet, vt totus locum occupet, inficiat, atq; contaminet, sicut primæ contigit mulieri, quę est mater omnium viuentium, & morientium. Timor Domini Sanctus nos protegit, vt sic resistamus. Sciat homo, hunc esse inimicum nostrum, qui etiam à Domino dicitur, inimicus homo; non q̃ homo sit; cum Diabolus sit, & spiritus immundus, sed quia cum homine se coniungit, intrãs penetralia cordis nostri, quibus ita se commiscet, vt quæ ab eo procedunt, de corde nostro procedere videantur. Vnde & dicebat Dominus. *De corde exeunt cogitationes malæ.* &c. Excitatur quidem cor à suggestione, sed ita absconditè, atq; latenter, vt nos ipsi origo esse putemur malarum cogitationum; maximè cum vix tacti subitò consentiamus. Intelligamus ergò nostra non esse, quæ à Diabolo suggeruntur, ipsumq; cum hostis sit, non nisi noxia suggerere, ac suadere, eaque pariter, quæ Deo nostro displicent, qui diligit omnia quæ fecit, potissimumq; amat animas. Hoc scientes, si Dominum timeamus mox Diabolo resistimus. Vnde benè Salomon: *Per timorem Domini declinat omnis à malo.* Vbi vides prudentiam Domini Saluatoris, qui tentationibus omnibus respondens, in vnaquaq; illarum memor fuit Dei. In prima namq; ait: *In omni verbo, quod procedit de ore Dei.* In secunda: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* In tertia: *Dominum Deum tuum adorabis.* Sit ergò Deus in corde nostro per timorem suum, quo illum reueremur, amamus, illi obtemperamus. Et si Dominus Deus fuerit hoc pacto nobiscum, non apprehendẽt nos mala: *Non enim* (inquit) *accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo* Quare? Quia altissimum posuisti refugium tuum.

Secundo loco sumamus gladium spiritus, quod est verbum Dei. Etenim per verbum Dei illa intelligimus, quæ Deo placent, & quæ sit voluntas Dei, cui resistere conatur, qui primus dereliquit Deũ factorem suum secutus concupiscentias suas, & adinuentiones, quæ ex Deo non sunt. Cũ ergò hinc habeamus, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens; & suadeantur contraria diuinæ voluntati, nihil opponendũ est aliud, quam ea quæ à Diabolo suggeruntur displicere Deo, cui seruire, atque obedire iam firmiter statutum est. Nihil aliud quippè mens iusti constituit; quam Deo parere creatori suo. Cum itaq; certò sciat, quidquid suggerit diabolus Deo aduersari, mox vt nouit id, quod cogitationi ingeritur, a Satana proficisci, repellit illud, abiicit, exterminat de finibus suis. Stat enim Salomonis sententia; *Mens iusti meditatur obedientiam; os impiorum redundat malis.* Quis impius magis quam diabolus auctor vniuersæ impietatis? Quod os impiorum, si illud non sunt dæmonum suggestiones malum semper subministrantes? Redundat malis os istud, quia inde omnia mala processerunt, non vnum, aut alterum, sed omnia prorsus. Hoc itaq; os opponitur obedientię, quam iusti mens nunquam nõ meditatur prompta, & propensa ad faciendam diuinã voluntatem; ideò cognita nequitia diaboli, claustra illi cordis sui repente occludit. Optima igitur arma verbum Dei.

Tertiò, cum armamentarium diuinæ Scripturæ omni genere armorum sit refertum, illa sumenda sunt, quæ aptam habeãt cum tentationibus oppositionem. Aliter enim respondit Dominus primæ tentationi, aliter secundæ, aliter & tertiæ. Et primis quidem duabus, fuit illius responsio mollis,

Gen. 3 6. *Matth.* 13. 25. *Mat* 15. 18. *Sap.* 11. 25. *Prou.* 15 27 *Pſ.* 90. 10. *Eph.* 6. 17. *Rom.* 12. 1. *Prou.* 15. 28 1 5. 1 6.

mollis, non quidem vt locum daret Diabolo, sed ne se, qui esset, mox declaret, atq; vt illi permitteret rursus tentare, vt sic se profundius pro nobis humiliaret, sic vinceret tentationum genera omnia, sic nobis ostenderet modos varios repugnandi cõtra aduersarios nostros. Propterea, vt ad summam, & omnium pessimam tentationem deuentũ est, verbo aspero vsus, tentatorem à se longius ablegauit. Hic est sermo durus, quo dixit: *Vade Satana.* Nos verò, quamuis cedere nunquam debeamus, quamuis sumere Verbum Dei continuo teneamur, quia tamen ex nostra infirmitate apti non sumus, in omni tentatione neruos omnes intendere, vt totis viribus repugnemus: partem eam exercitus nostri, contra hostes dignum est dirigere, quæ illorum manum valeat debellare. 17. Sic enim facere doctus à Deo fuit Iosuë, mittens aliquando Dei iussu totũ exercitũ, aliquando partem duntaxat. Vnde si parua manus non sufficit, maior est adhibenda; & vbi impetus est validior inimicorum, illinc totus exercitus impellendus est, & omni, qua pollemus, potestate pugnandum, nec quicquam omittendum prorsus, quod valeat ad hostes debellandos, & euertendos. Vade Satana, Vade Satana, exslamet cor, & caro nostra. Si sermo durus inter homines, suscitat furorẽ, qui acri responsione stimulantur potius, & exardescunt; contra dæmones profectò valet plurimũ ad eorum pteruiam retundendã, ad eorum malitiam impudiendam, ad eorum potestatem reprimendam: fugit enim Diabolus vbi insuperabili occurrit resistẽtiæ, vbi non habet quidquam, aut inuenit sui. Intellexistis hæc omnia? O vtinam etiam veraciter dicere valeatis! ô vtinam vestram animam pertranseat sua virtute gladius verbi Dei, vt intelligatis præcepta Domini ad faciendum ea!

Audistis quid fecerit Legislator noster, Euangelista Christus Dominus, qui à Patre missus est prædicare Euangeliũ regni, euangelizare regnum Dei, notam nobis facere viàm vitæ, qua illuc acceditur, vbi aperti sunt cœli. Laturus legem prius secessit in desertum, ieiunauit, pugnauit, vt tu docearis, homo, quanam ratione legẽ debeas acceptare. Non in Ægypto legem dedit Deus populo suo. Mundus, qui nobis est Ægyptus, obest, quo minus legem audiamus; obstrepit terrena conuersatio clamoribus, ac strepitu mundanorum negotiorũ, ne aures præbeamus verbo Dei: obturat aures nostras, ne audiant legem, ingerit hominibus prauos mores, submittit stultam mulierem concupiscentiæ carnalis, quæ per dulces sermones, & lenia verba sic blandiatur, & pertrahat, vt iam non simus parati ad custodienda mandata Dei. Recedite, recedite, ô terram inhabitantes! exite de terra vestra, & de generatione ista pessima, ne absorbeat vos terra ista maledicta, ne curis suis vos occupet, vt sicut illi veteres, & ipsi sitis; qui plãtabant, & ædificabant, edebant, & bibebãt, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, & venit diluuium, & tulit omnes! ô diluuium vniuersæ carnis plenæ iniquitatis! ô mare magnum, & spatiosum manibus, operiens terram vniuersam corruptione peccatorum, & sæculi coinquinatione! ô vita mundana redundans sæcularibus defideriis, & negotiis sæcularibus implicata! *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum.* 18. *Matth.* 24. 34. *Isa.* 55. 7.

Sed & caro nostra legem repellit. Prudentia enim carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta. Quæ prudentia est, carnis prudentia? Pronitas ad malum, quæ sic ex peccato originis facta est naturalis carni nostræ, vt etiã ab ipsa adolescentia vigeat vehementer impellat violenter, frequenterque proiiciat, atq; præcipitet in profundum peccatorum. Heus ieiunium, veni, & libera nos, extende manum tuam, protende brachium tuum super inimicam nostram, quæ blanditur super genua sua forti Samsoni, quę mentem nostram facit obdormire, vt dormiẽtem tondeat, expilet, denudet, exspoliet fortitudine sua: vnde cæca iam non videat miseram suam seruitutem, qua ab inimicis opprimitur. *De comedente exeat cibus*, vt iam per ieiunium cesset comedere, abstrahens cibum à carne, nec non & à vino *Rom.* 8. 7. *Iudic.* 16. 18. *Iudic.* 14. 14.

& à vino carnem ſuam. *De forti exeat dulcedo*; mens valida non delectetur in voluptatibus, cibiſque porcorum: Validè reſiſtat legi membrorum, intendens mentem legi ipſius. O ieiunium, quam neceſſarium hominibus portantibus rebellem iſtam carnem, ſuſtinentibus iſtius carnis importunitatem, & inuerecundiam, quæ nunquam dicit, ſufficit! ô homo, ſi ieiunium reſpuis, reſpuis legem, reſpuis Deum, reſpuis ſalutem. Quid humanæ carni, & diuinæ legi? ſibi inuicem aduerſantur; vt ſit pax, ieiunium interueniat domans carnem, & illam ſubiiciens ſeruituti, vt humiliata ſub potenti manu Dei ſit pacifica, non vlterius calcitrans aduerſus legem Dei.

19. Hac victa, & domita, non erit atrox pu-
Iob.41 24. gna cum Diabolo. Qui, vt fortis eſt adeò, vt non ſit poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei; ſi in exercitu ſuo nõ habet carnem noſtram, inualidus eſt, ac fugæ po-
Geneſ.3 6. tius aptus, quàm pugnæ. Vides, non auſum tentare Adamum ſine ſocia Eua? Vides, vt deleret omne genus noſtrum, carnem noſtram prius per immania ſcelera corrupiſſe? Niſi Dominus reliquiſſet no-
Iſa. 1 9. bis ſemen in Noë viro iuſto, atque perfe-
Gen.19.24 cto, ſicut Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus. Hæ quippè immundiſſimæ ciuitates ob nefanda ſcelera ab eis perpetrata obrutæ ſunt omnino: O caro immunda immundo ſpiritui coniuncta, reddis illum victorem noſtri, quia per te fortis viribus eſt; & per te, quæ domeſticus es inimicus, intrat per feneſtras noſtras, quas illi aperis. Nos ergo præmiſſo ieiunio pugnemus contra aduerſarium le-
1.Pet.5.8 gis. Idcirco enim præmiſit Petrus: *Fratres eſtote ſobrii, & vigilate*; Addidit inde: *Quia aduerſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret*, Nunquid leo quaſi bos comedet paleas? Carnibus veſcitur, membris pinguibus delectatur; amoue ab eo carnes, & flacceſcet, & erit infirmus, & non præualebit; terram comedet, vt ſerpens, &
Gen.3.15. non carnes, vt leo: quo fiet, vt ſi appropinquet calcaneo tuo illi inſidiaturus, tu nullo negotio conteras caput eius, habens virtutem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcor- *Luc.10.11.*
piones, & ſuper omnem virtutem inimici, atque ita conculcabis leonem, & dra- *Pſal.90.13.*
conem, & nihil tibi nocebit ambulanti in via immaculata, & peruenienti ad locum, vbi Angeli, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus, adminiſtrant ei, qui ſedet ſuper Cherubim, quorum erimus ſocij, atque conciues implentes ruinas, & coronas accipientes, quæ de capitibus lapſorum ceciderunt. Quod nobis concedat qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum.

MORALE.

HÆc omnia quantam habeant vim excitandi animos noſtros ad zelum legis, & cuſtodienda præcepta, eaq; habenda in oculis, in corde, & in manibus, quis non videat? Is, qui pro nobis factus homo, voluit etiam, vt peccator baptizari. Is, cui aperti ſunt cœli, & de illis à Deo conclamatum eſt: *Hic eſt Filius meus dilectus*: turbas, atque adeo mundum relinquit, deſerta petit loca, in ea ſe abdit, vbi ieiunijs ſe affligit, tentationibus laborat, & iugi contemplatione Deum molitur nobis propitium reddere. Is (inquam) tantus tantos pro nobis labores ſuſtinens, quid intendit? quid ſpectat? quid meditatur, & petit? Certè cum hæc propter nos obierit vniuerſa, qui præludia poſuit ſuæ legis nobis poſtea promulgandæ, hoc potiſſimum poſtulat, hoc flagitat, vt eandem ipſam ſuam legẽ ſuſcipiamus, teneamus, cuſtodiamus, factiſque ac virtutibus iuſtitiæ, & ſanctitatis comprobemus. Oppoſuit ſe Satanas Legislatori, vt legẽ præpediret; ſed victus ceſſit, & receſſit, idem facturus & nobis, quibus data eſt lex; nos appetit inceſſanter, temporalia obiiciens, & offerẽs, quibus animum noſtrum auocet à lege Dei. Sed quæ partes ſunt noſtrę, niſi vt reſiſtamus ei fortes in fide: memores paternæ illius hortationis, quam Mathathias moriturus fecit filijs ſuis? Quæ vero illa? *Nunc ergo, ô filii, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum*, & à verbis viri peccatoris ne timueritis. *Vos ergo, Filii, confortamini, & viriliter agite in lege*, quia in ipſa

20. *1 Mach.2. 50 62 64.*

ipsa glorioſi eritis. Et vt fortiùs illos animaret ad hæc, patrum illis exempla recenſuit, qui legem zelantes à Deo & protecti, & exaltati fuerũt. Lex erat illa Moyſis, lex noſtra, lex Chriſti eſt, qui non ſeruus eſt, vt fuit Moyſes in domo aliena, ſed filius in propria. Quid Patrũ exempla ad Chriſtum? ſeruarunt illi mandata, & ſalui facti ſunt. Chriſtus, legem ſuam vt doceret, vt firmaret, vt impleret, vt eam nobis ingereret obſeruandam, quanta fecit? quanta paſſus? Quin deniq; mortem obiuit, quia verè ſecundum legem mori debebat: Et hoc exemplum, hoc documentum, hoc incitamentum apud nos præteribit inane? Fruſtà datum? ſine cauſa recenſitum? Nos hoſtem potius accipiemus, quàm Patrem? Nos Diabolum magis, quàm Chriſtum ſequemur? Nos aduerſario aures præbebimus, Deo, ac Domino noſtro claudemus? Minas intentabat Antiochus, ſupplicia inferebat iis, qui legem obſeruabant; ſed quid Mathathias? 21. A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia hodie extollitur, & cras non inuenietur. Promiſſiones adhibet Satanas, bona proponit, & appetibilia, vt propterea *Eph.* 4.27. legi aduerſemur. Sed quid veritas? No- *Iacob.* 4.7. lite locum dare Diabolo: Reſiſtite Diabolo, & fugiet à vobis. Verè affligebat Antiochus, cruciabat crudeliter, mala ingentia, & atrocia inferebat. Falſa bona pollicetur Satanas, nec valet, nec vult benè facere, ſed illudere, ſed fallere, ſed rapere, ſed mactare. Audierunt filij Mathathiam patrem, ſpreuerunt Regem, impleuerunt legem, illi reſtiterunt, huic obtemperauerunt; & verè iuxta promiſſum Patris in lege ipſa fuerunt glorioſi. Et vos, qui Filij Dei eſtis, fratres primogeniti Fi- *Matt.* 3.16. lij Dei, de quo nobis de cœlo clamatum eſt: *Ipſum audite*; vocem eius negligemus? ſpernemus? reſpuemus? Contra verò, in eum erit fides noſtra, qui mendax *Ioh.* 8.44. eſt, & pater mendacij? Qui mendacio ſuo perdere nos contendit? Qui actus inuidia bonis nos conatur euertere, quæ nobis promiſſa donauit Deus. Hoc tu facis impie, dum mundum diligis, quem linquit Chriſtus, ſe in deſertum recipiens. Hoc tu facis, dum carnem nutris, quam Chriſtus in ſe ieiunio afflixit quadrageuario. Hoc facis dum ſperas in multitudine diuitiarum, dum gloriam appetis mundi, dum illos æmularis, qui ſunt in poteſtate conſtituti; dum reſpicis ad opes, quas habere non potes; dum magnum quid, & rẽ valdè appetendã arbitraris omnia regna mundi, & gloriam eorũ. Heu fugiunt hæc omnia, vt ea pauciſſimi aſſequantur, nullus teneat, amittant vniuerſi.

Heu! iam tandem certam audiamus pollicitationem, quæ non ex hominibus quorum nullus eſt verax, non ex ſerpente, qui naturam noſtram ſeduxit aſtutia ſua; ſed ex Deo proceſſit & venit: quam Dauid in ſpiritu loquens expoſuit concinendo: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* *Pſal.* 118.1. Heu! quis in via hac, qua ambulamus, potens erit maculas omnes euitare? Quis cauere offendicula? quis culpas generaliter declinare? Chriſtus ad eſum Agni prouidi admiſſurus Apoſtolos, ante lauit pedes eorum, & putabis tu ambulans in luto fæcis, pedibus infectis in ſancta ſanctorum ingredi, quo pro nobis introiuit præcurſor Ieſus, nempe in ipſum cœlum? Non habitat in tabernaculo Do- *Pſal.* 14.1. mini, niſi qui ingreditur ſine macula. Non eſt dignus regalibus nuptiis, niſi qui indu- *Mat.* 22.12. tus eſt veſte nuptiali. Ideo Deus noſter poſuit immaculatam viam noſtram, quia lex Domini immaculata dirigit pedes noſtros in viam pacis, & lucis. Ideo *beati immaculati in via, qui ambulant in lege* *Pſal.* 118.1. *Domini.* Hi verè beati in via, nondum in patria, quia nunc in via ſumus ſatis eſt in via beati. In via hac (inquam) vbi inſidiæ vbi foueæ, vbi miſeriæ, vbi labor, & dolor. Lex ab his omnibus explicat nos, liberat, ſaluat. Ambula in lege, & ſaluus eris; greſſus tui, mores tui, motus tui omnes ſint ſecundum legem, & benedictus 22. eris ingrediens, & egrediens. Venient *Deut.* 28.2. ſuper te benedictiones iſtæ (Moyſes pollicetur) ſi tamẽ præcepta eius audieris: Benedict⁹ tu in ciuitate, & benedict⁹ in agro; benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuę, fructus iumentorũ tuorũ, greges armentorũ tuorum, & caulæ ouiũ tuarũ:

Benedicta hortea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. Putasnè forte hęc nobis deesse, si fuerimus obediẽtes? Hęc ꝓfecto, & maiora nobis sufficerentur. Quod si ꝓpter multitudinẽ peccantium, aduersa iustis quoq; contingunt, & ducitur in captiuitatẽ Tobias, Ezechiel, & Daniel, nõ minus propterea diuinæ implentur ꝓmissiones; quando & in Euangelio à veritate dictũ est nobis: Centuplũ tantùm accipietis in hoc sæculo. Si bona suscepimus de manu Domini, quæ nostra fastidiositas, vt dicamus, hoc placet, illud non placet? Quid? Velles florentem vitã agere? profusis sumptibus viuere? ornare magnificè, splendideq; cõuiuium? patentẽ habere domum, atq; adeo expositã cupiditati, & voluptati? gratia, opibus, facultate cæteros superare? Quæ maiora sunt ijs, longeq; superiora nobis promittuntur; nam si quæ appetis temporalia, ptopter regnum cœlorum dimiseris, ea omnia suppeditabũtur, quæ in via beatos homines facere possunt, pręter beatam spem, quę etiam in tribulatione patientes, gaudentes facit, & exultantes.

Matth. 19. 29.

Et quare, insipientes in populo, beati cũ possitis esse, substitutis in miseriis? cur noxia cupitis? cur aduersa vobis comparatis? sursum, deorsũ vadant omnia, *Veritas Domini manet in æternũ Fidelis Deus in omnibus verbis suis. Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Virũ iniustum mala capient in interitu. Opus iusti ad vitam, fructus aũt impii ad peccatũ.* Ergò si beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini; Infœlices maculati in via, qui non ambulant in lege Domini. A noxijs omnibus custodit lex, abstrahit, elongat; iis, quę verè sunt bona, se obseruantẽ coniungit, astringit, conglutinat. Ergò, vt ait Salomõ: *Qui custodit legem beatus est.* Vitia omnia homini aduersantur. Vnde, in impietate sua corruet impius. Quid enim homini infestius, quàm id, quod suæ naturæ repugnat, cuiusmodi sunt vitia omnia? Bella domestica excitãt, & exercent, quietẽ tollunt, inanes acuunt appetentias, mentis apicem ad inferiora, & vilia deprimunt, tenebras offundunt in interiora spiritus, animi virtutẽ dispergunt, & dissipant, cũ aliis discordias generant, lites, bella; eaq; mala omnia, quæ sibi mutuo inferunt mortales, genitores habent vitia. Quæ deniq; cõtra vitiosos, & impios, Omnipotentis prouocant indignationem, ꝓpter quam non est pax impiis. Lex ergo dum vitia absumit, dum hominẽ dirigit, aufert mala omnia. Itaq, *qui custodit legem, beatus est.* Et ablatis malis num nudus remanebit homo, bonis exspoliatus? absit; peccata tantummodò bonum à nobis prohibent; sublatis illis, nobis stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel; & omnia quæ facit iustus prosperabuntur. Ita est.

Ps. 116. 2. Ps. 144. 16. Sap. 4. 7. Ps. 139. 12. Prou. 10. 16

Prou. 29. 18. Prou. 11. 6

Prou. 29. 18.

Amos 9. 13.

Hæc veritas vincit omnia, & ruunt tamen homines in vitia, tamquã in delectabilia, in vtilia, in gloriosa, & honesta, & liberã, & ꝓfusam viuendi licentiam, beatitudinẽ arbitrantur; æstimãt se fœlices, vbi illorum nõ præpediuntur concupiscentię; vbi ꝙ libet, licet; quod volunt, possunt; ꝙ intendunt, consequuntur; quod spectant, & exspectant ad suã deordinatam voluntatẽ, demum amplexantur. Hæc est vestra beatitudo homines insipientes? Quis vnquã terrenis adhærẽs fœlix fuit? Terra germinat tribulos, & spinas; harũ punctiones vt vites, & vt viuas, sudore vultus tui opus est. Num sentis pungentia? num fugare vales labores, & ærumnas? num tu solus peregrinus in terra ignoras, quæ facta sunt in illa? quæ fiunt? quæ iugiter vsq: in finẽ perseuerabunt? Clamant omnes, queruntur omnes, dolent vniuersi, quòd malè habeantur omnes, quòd decipiat mũdus, quòd fallat expectatio; & adhuc dicis tu; *Beatũ populum, cui hæc sunt*; quæ simul atq; sunt, iam non sunt? quæ fugiunt velut vmbra; quæ expectata torquent, adepta in fastidio sunt, perdita dimittunt inanes, & lacerant desiderata. Sapiens Noëmi dicebat mulieribus: *Ne vocetis me Noemi (id est pulchrã) sed vocate me Mara (id est amaram) quia amaritudine repleuit me Omnipotens Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* O totius orbis terrarum plenitudo, quomodo vacuos relinquis eos omnes, qui in te confidunt? Quid prodest homini nomen pulchritudinis? diuitiarum iactantia? bonorum apparentia? Ne me vocetis

23.

Ps. 143. 15.

cetis pulchram. Esto, ab hominibus mihi datum sit nomen istud; Omnipotens tamẽ repleuit me amaritudine. Tametsi splendent exteriora, intus tenebræ sunt, & facta est in pace illa patente latens amaritudo mea amarissima: si plenus es, amaritudine repletus es, bonis omnibus vacuus. Ad legem magis itaque: Quoniam qui custodit
Luc. 1. 53. legem beatus est; per illam enim qui potens est, *esurientes repleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* Et cur abscessit Christus in desertum, nisi vt nobis daret non fallaciter, sed veraciter omnia regna mundi, &
Matth. 5. 4. gloriam eorum? An non dixit: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram?* At qua ratione possidebunt terram? *Quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Sicut autem cœli terræ dominantur: ita qui est rex cœli, & terræ, profecto erit verus rex, vt omnia ad nutum eius moueantur, obtemperante Deo voci hominis. Quare ieiunauit Christus? Vt daret escam omni carni, potissimum verò timentibus se, vt bonis repleret desiderium nostrum, vt exultantes epularemur in conspectu eius. Etenim *qui*
Matt. 5. 6. *esuriunt, & sitiunt, ipsi saturabuntur.* Cur Dominus pugnam iniit cum aduersario? Vt pax esset hominibus bonæ voluntatis, vt daret nobis victoriam, vt triumphum de hostibus nostris duceremus. Legem laturus, hæc præstitit, vt sciat omnis caro, quod qui custodit legem beatus est. Lex in Arca fuit posita, vbi erat manna, & virga; victus, & virtus; sufficientia, & potentia: gloria, & diuitiæ: quia lex replet bonis, & glorioſos facit, exaltat humiles, & esurientes implet. Ergò qui custodit legem
Psal. 4. 6. beatus est. Si qui dicunt: *Quis ostendit nobis bona?* Ego, vt sciatis, quia verum dico, Deum alloquor, qui intuetur cor. *Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt,* Lumine claritatis tuæ me certiorẽ facis, q̃ & in corde lætitiam, & in corpore abundantiam omnibus elargiris, qui custodiũt mandata tua. Et verè qui custodit legem beatus est; neq; in hac vita modò, verum
Matth. 19. 17. & in futura, propterea q̃ statutum est: *Si vis ad vitã ingredi, serua mandata.* Quorũ primis duobus propositis dictum est à Veritate. *Hoc fac, & viues.* Quod nobis concedat qui viuit in æternum. Amen. *Luc. 10. 28*

FERIA SECVNDA, DOMINICÆ PRIMÆ.

ARGVMENTVM.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum Cœlorum, Matth. 5. *De excellentia legis euangelicæ, quam in duo capita diuidit, in regnum Dei, & in vias rectas. Quid sit regnum Dei declarat, & quid emolumenti nobis ex hoc regno proueniat.*

CONGRVVM est, vt res graues grauibus circunstãtijs exornentur, tum, vt illis debitus honor adhibeatur, tum, vt quales illæ sint oculis intuentium demonstretur. Hoc verò in primis seruãdum est, quando quæ populorũ multitudini conueniunt exhibentur, cuiusmodi est communes leges ferre. Hinc est magnus ille apparatus in ferẽda veteri lege præmissus. *Exod. 19. 16.* Tũ ex parte Legislatoris, qui tanta maiestate se de cœlis descendisse mõstrauit, vt etiã populi infirmitas sustinere nõ posset. Tum ex parte populi, cui dabatur lex, qui sanctificatus vsq; ad lotionẽ vestimentorum, atq; ab vxoribus abstinentiã, debuit obuiam Deo procedere, sic tamen, vt mõtẽ, qui ex præsentia Dei sanctus erat, quisquis vel tangere ausus esset, pœna mortis indicta tangentibus mulctaretur. Rectè ergo Dominus Iesus noui Testamenti mediator cœlestem suam, Euangelicamq; legem promulgaturus, iis conditionibus & modis sapienter est vsus, quib. legis suę & excellentiã, & intelligentiã intuentibus & audientibus aperiret. Primum .n. turbas conciliauit, vt essent, qui legẽ acciperent. Ascendit inde in montẽ, vt sursum corda eueheret eorum, quibus dabatur lex, quæ cœlestem vitã, atq; conuersationem proferebat. Sedit deniq; quod pertinet ad dignitatem magisterij, potestatẽ pariter præ

se ferens Principis, qui legibus suos posset subditos cohibere, Postremò, *& accesserunt ad eam discipuli eius*, veluti quibus primæ dabantur partes huius legis, vt illius summam perfectionem ipsi imprimis aptis attingerent moribus, sanctissimæq; vitæ instituto, ac præterea ministri essent sermonis, quem de ore cœlestis Legislatoris suscepissent, legem portantes non vni populo, sicut suam tulit Moyses, sed tam longè, latèq;, vt prædicaretur Euangelium in vniuerso mundo. Qua in re quoque docemur, vt nos, qui prima appellatione dum lex progredi inchoaret, dicti sumus discipuli, accedamus cum vero corde ad thronum gratiæ eius; quæ nobis in doctrina ista cœlesti offertur. Simusque animo viciniores, atque attentiores quique simus, quibus dicitur per Prophetam. *Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confunduntur.* Etenim & hoc tempore legem eandem vobis Dominus Iesus per suam Ecclesiam apertè promulgat.

Luc.1.2. *Exod.32.* *Act.6.1.* *Psal.33.6.*

3. Et *aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quàm ipsorum est regnum cœlorum.* Ab eo tempore, quo expulsus Adam exiuit de Paradiso clausum est cœlum, ne vltra hominibus pateret accessus ad illud, qui loci terrestris, nempè figuræ cœlestis indignos se præbuerunt. Quocirca Deus minis potius, atque terroribus eos ad suam obedientiam impellebat, quam pollicitationibus, quod si quando etiam alliceret promissionibus, ea magis, quæ videbantur, & erãt in propatulo, promittebat. *Si me* (inquit) *audieritis, bona terræ comedetis.* Quis ergo non arbitretur clauso proprio ore priscis hominibus Deum esse locutum? Esto etiam, quod sub vmbra bonorum apparentium lucem, atque euidentiam obtegeret non apparentium, vt per bona temporalia designarentur æterna. Adhuc tamen sicut patenter illa non proponebat, ita non erat patens guttur eius nitidius oleo. Nunc igitur iam tandem *aperiens os suum docet, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Ecce palam loquitur, & prouerbium nullum dicit, vt intelligant omnes de cœlo allatam legem ad cœlum reducere quotquot illam receperint, factoq; impleuerint, quasi aquam descendentem de cœlo, vt qui ex ea biberit, fiat in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

Mat.5.1. *Gen.3.22.* *Isa 1.19.* *Mat 5.1.* *Ioan.4 14.*

Rectè igitur Legislator noster *accipiens à Deo Patre gloriam, & honorem,* declaratus est Filius Dei, qui habitat in cœlis, vt ita hæredem vniuersorum, atq; adeo cœlestium quoque se opere manifestaret, cuius hæreditatis posset participes facere omnes obtemperantes sibi, ac proinde illis esset causa salutis æternæ. Quæ declaratio dum fieret, & de cœlis à Patre, & in terra à Ioanne, aperti sunt cœli, & descendit Spiritus sanctus, sicut columba in ipsum, & mansit super eum. In descensione columbæ authoritas: In cœli apertione fœlicitas demonstratur: columba initium, cœlestia finem indicant, vt à quo lex progrediatur, & ad quem ingrediatur, omnibus notum fiat. Quæ enim lex tantam valeat suis obseruatoribus mercedem polliceri, nisi ab eo feratur qui Dominus est cœli, & terræ: & tantus princeps num sibi fideliter seruientibus iussaque plenè facientibus vilia tantùm, eàque solum dabit, quæ communia sunt bonis, & malis, & pluunt super iustos, & iniustos? Ergo lex cœlestis, & Rex cœlestis cœlestia his conferunt præmia, quorum obedientia facit, vt eorum conuersatio in cœlis sit.

4. *2.Pet.1.17.* *Heb.5.9.* *Mat.3.16.*

Quod per columbam authoritas designetur, inde patet, q̃ Christus in Deum referens Petri fidem; & confessionem, filium columbæ, nominauit illum. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis* Barjona idem est, quod filius columbę. Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum, (inquit Paulus.) Ergo Deus nota columbæ, Filium suum constituit Legislatorem, & vult, vt id sciant homines, videntes Spiritum Dei descendentem sicut columbam super eum. Quod verò cœli apertio beatitudinem, quæ in cœlis est, portendat, ita patet, vt cælum patens est. At Christus simul Filius vocatur

Mat.16.17. *1.Cor.2.10* *Ioan.1.3.*

Ioan.7.28. tur Altissimi, vt confirmetur vtrumque. Si Filius Dei est, quę Deus docet, & ipse docet. Sicut docuit me Pater, sic loquor (inquit ipse) Nam quod idem sit Magister, & Pater innuebat ipse, dicens. *Patrem, &* Mat.23.8. *Magistrum nolite vocare vobis super terram. Vnus enim Pater vester, & vnus Magister qui in cœlis est*, Deus ergo sicut Pater est Christi, ita est & Magister. Ergo, qui audit Filium, audit & Patrem: propterea ab ipso Patre iubemur Filium audire; & ideò rursus dicens. *Hic est Filius* Mat.17.5. *meus*; addidit. *Ipsum audite.* In eo ergo, q vocatur Filius legis, atque doctrinæ suæ, authoritas confirmatur. Rursus Filij nomen de hæreditate nos facit certiores, si Heb.2.11. enim Filius & hæres. Quis verò nisi hæres, nos cohæredes efficiat? Ideo enim Ps.21.23. non confunditur vocare nos fratres. *Nunciabo* (inquit) *nomen tuum fratribus meis*, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, quibus hæreditatem communicet; nam qui Christi sunt fratres, sunt Filij Rom.8.17. Dei. *Si autem filii, & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi* Ascendat igitur montem, qui Euangelizat Sion, Mat.5.1. & aperto ore liberè, ac fidenter dicat. *Beati pauperes spiritu; quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Cuius regni bona omnia Mat.11.19. mihi tradita sunt, & cui volo do illa; *Om-* Mat.24.47 *nia enim mihi tradita sunt à Patre meo*; cui qui obedierit, *super omnia bona sua constituet eum.*

Dominum suum prætendebat Deus antiquis hominibus: nouis autem, id est, Luc.18.5. nobis beneficium nostrum. Tunc audiebatur clamans. *Custodite leges meas. Ego Dominus.* Hoc, & hoc facite. Ego Dominus. At nunc paterna vox de cœlo facta est super nos. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Debemus certè illi obtemperare, quia Dominus est; sed iam non accepimus *spiritum* Rom.8.15. *seruitutis iterum, in timore, vt terreat nos, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamans: Abba Pater*, vt teneat nos, timor enim terret: amor tenet. Hæreditatem ergo proponit tanquam filijs, quæ est regnum Patris, videlicet regnum cœlorum, vbi habitat.

In quo tria facit. Primo consolatur peregrinationem nostram, quam patienter toleramus, spe gaudentes, patriam veluti à longe aspicientes, & salutantes. Vnde Ps.121.1. canimus exultantes: *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* Certam audio promissionem, quia promissum, adhuc constitutus in terra tenere non possum, quod est regnum cœlorum, quo fruuntur, qui habitant in domo Domini, vbi est sedes regni ei⁹. Num igitur lætari non debeo, cui tantum promissum est bonum? Heu, quæ consolatio nostra si animo exciperemus tantam promissionem! Secundò dirigit viam, & vitā nostram, ostendens, quid nobis spectandum sit, & quò tendere debeamus. Viatores sumus, iugiter considerare oportet, quo tendimus iter, vt non declinemus neque ad dexteram, neque ad sinistram; quod fit facilè, si nescias finem, ad quem dirigendi sint gressus, & motus hui⁹ currentis vitæ. Propterea enim rogat Propheta, *si splendor Domini Dei nostri super* Ps.89.17. *nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos, & opus manuum nostrarum dirige.* Splendor naturæ naturalia potest demon- Gen.1.27. strare. At finis hominis, qui factus est ad imaginem, & similitudinem Dei, superexcedit, quæ naturæ sunt omnia, supernatat omnibus mobilibus, semper firmus, & immobilis, quia ipse est Dominus: Deus noster. Inde ergo sit lumen semitis nostris, & splendeat super nos splendor, qui mentem nostram eleuet super nos, vt ibi videat, quod manet nos, quo interim etiam super nos dirigantur opera nostra, vt propter id, quod est super nos, non propter aliud quidquam, quod sit infra nos, vel etiam extra nos, operemur opus bonum, vt fructu iustitiæ repleamur, abundantes in omni opere bono, vt ad id, quod continet omnia bona, tandem perueniamus. Neque enim aliter possunt recta esse opera nostra. Quapropter postquam rogauit Dauid. *Opera manuum nostrarum dirige super nos*, subdit. *Et opus manuum nostrarum dirige:* si enim in finem direxeris, recta erunt opera tua. Ergo dirige super nos, vt verè dirigas, rectosque facias

greſſus noſtros, & ita directa ſit via noſtra, per quam ambulemus, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Domini
Tit. 2. 13. Dei noſtri: ex hoc diſce, vt leues oculos tuos in montes expectantes beatam ſpem, & aduentũ gloriæ magni Dei, vt noueris, nihil tuarum actionum rectum eſſe, niſi quod ad illam gloriam rendit, & properat.
Eph. 2. 19. Tertiò ſic quaſi facit nos in hac vita beatos, *vt iam non ſimus hoſpites, & aduenæ, ſed ciues Sanctorum, & domeſtici Dei*, fini ipſi noſtro cõiuncti quantum in terra poſſibile eſt, in cuius perfecta coniunctione perfecta beatitudo conſiſtit, quem finem ideo reuelat, vt illum aſpiciamus, & appetamus, vt quod de templo, ſiue tabernaculo dicebat Dauid, nos de cœlorum tabernaculo, toto dicamus cordis affectu. *Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Hic verè felix, verè beatus in terra eſſet, verè probaret, quàm verè Veritas dixerit. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*
Pſal 26. 4.

7 Libenter igitur Regem cœli audiamus de noſtra beatitudine diſſerentem, de qua duo propoſita, admodum conuenientia, nobis explicat. Nempè quid illa ſit, & quomodo acquiratur. Acquiſitionem innuit, dicens. *Beati pauperes ſpiritu. Beati mites. Beati qui lugent, &c.* His enim virtutibus acquiritur cœleſtis beatitudo. Ipſa verò beatitudo his nominibus deſignatur. *Regnum cœlorum; poſſidebunt terram, conſolabuntur, ſaturabuntur, &c.* De acquiſitione nunc ſuper ſedebimus. Nunc igitur ſolam ipſam beatitudinem attendamus. Hæc verò nobis dupliciter aperitur, dum, & bonum oſtendit in quo beatificamur, & modum, quo in illo beatificamur. Cum enim nulla creatura in ſe ipſa, vel ſe ipſa beata ſit, inquirendum illi in primis eſt quidnam illud ſit, vnde vel in quo beata fiat: poſt verò intelligendus eſt modus, quo bonum ipſum faciat illam fœlicem. Certum quippe eſt illam cum illo vniri debere, per quam vnionem ipſa felix fiat. Duo iſta nempè res beatificans, & modus beatificandi, duplici via poſſunt deprehendi. Primò, ſcilicet generaliter. Secundò, ſpecialiter. Ita quod per conditiones quaſdam generales nobis appareat eſſentia boni beatificantis, & modus pariter quo dum illi adhæremus, inde in nobis fœlicitas effluit nos ipſos perfundens, atque perficiens. Deinde in ſpecie, atq; diſtinctè docemur quænam res illa ſit, quæ nos beatos reddit, nempè Deus; & modus itidẽ, quo fruimur tanto bono, quod vtrumque incipit exprimere, dum dicit: *Beati mundo corde; quoniam ipſi Deum videbunt.* En res beatificans, Deus; en modus, Viſio. Beati quippe erimus Deum videntes.

A generalibus igitur conditionibus exordientes primùm inquirimus eſſentiam Boni beatificantis, & hic quatuor de illo inuenimus. Primò, quod tale bonum datur, & in re verè inuenitur. Secundò, quod illud ſit magnum bonum. Tertiò, quod ſit bonum incomprehenſibile: & tandem Quartò, quod in hoc mundo non ſit, ſed extra vitam iſtam mortalem. Alta omnia, ſed exquirenda tamen quantũ poſſumus, quoniam ideo nobis à Saluatore, qui docet nos, vtilia propoſita ſunt. *Difficile* (inquit Sapiens) *æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis ſunt, quis inueſtigabit?* Quod certè propriis viribus aut diligentia nemo vel prætendat, vel præſumat. Sed is ſolus, qui dixit. Ego ſum veritas, nos docet omnem veritatem. Ipſum igitur audiamus.
Sap. 9. 16.

Beatitudinem dari ipſamque exiſtere, oſtendit, & per conſequens dari bonum beatificans, non ſemel, aut iterum repetens, ſed ſubinde, *Beati. Beati. Beati.* Innuit enim beatos nos eſſe poſſe, ex quo infertur beatitudinem inueniri. Quam ideo Doctor noſter ſupponit tanquam omnibus quid patens. Id quod & manifeſta cõuincit ratio. *Dei* enim *perfecta ſunt opera*; creata igitur omnia vel habent, vel appetunt, & quærunt ſuam perfectionem, qui appetitus, & quæ quæſitio, ne vana ſint, ipſam eorum perfectionem illa inuenire poſſe neceſſarium eſt. Ipſa ergò alicubi eſt, & exiſtit. Quod quidem de hominis perfectione maximè verum eſt, qui factus eſt princeps orbis terrarum. Beatitudo verò eſt
Deut. 32. 4

rò est eius summa perfectio: erit ergò homo vel potest esse beatus. Homini igitur à Deo creatore sua est beatitudo constituta. Hoc vt verum est, ita mente à nobis iugiter retinendum est, vt non fatigemur laborantes, & nos non tædeat itineris, quò ad tantum nostrum bonum peruenitur. Hinc Paulus post probatam resurrectionem, & gloriam, subdit. *Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in opere Domini semper scientes, quod labor vester non est inanis in Domino:* quasi dicat. Audistis quoniam omnes resurgemus, audistis quòd videbimur in claritate. Vbi alia, & alia est claritas Solis, Lunæ, atque Stellarum. Perseuerate igitur stabiles, & immobiles à cœpto, certi quod *labores manuum vestrarum comedentes beati eritis*, vt dici non possit de vobis à quoquam. *In vanum laborauerunt.* Multum igitur prodest beatitudinis certa notitia atq; irrefragabilis. Ideò tres Patriarchæ Abraham, Isaac, & Iacob, prima radix populi Dei circuierunt repromissam terram, vt testes eius pulchritudinis, & pinguedinis ad populum suum existerent. Ac proinde in illa fuerunt diuites, vt sicut illa vmbra fuit cœlestis patriæ, ita eorum diuitiæ cœlestium bonorum abundantiam præsignarent. Ideo in promissione sua ait Dominus. *Recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum.* Vt verò rursus intelligas quantum referat firma beatitudinis promissio, & certitudo; recordare, quod Iacob dubius de euentu detrectabat, ad Patrem accedere, vt ab eo benedictionem consequeretur. At mater per diuinam reuelationem certificata illum reddit certiorem, quâ certitudine firmatus securus accessit, & recessit benedictus.

1. Cor. 15. 58.
Psal. 127. 2.
Psal. 126. 1.
Matt. 8. 11.
Gen. 27. 5.

10 Secundò, quod magnum bonum sit illud in quo beatificamur, atque adeò ipsa beatitudo, inde fit euidens quod eam vocat Dominus *Regnum cœlorum Beati* (inquit) *pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Regnum omnes scimus bonum esse non vulgare, sed eminens. Vnde & Paulus per regnũ intellexit quid magni cõmodi, atq; vtilitatis scribẽs ad Corinthios. *Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, & vtinam regnetis*, vt & nos *vobiscũm regnemus*, certè, qui regnat, omnibus de regno superior est. Sed hoc nostrũ regnũ nõ est huius, vel huius regionis, sed absolutè regnũ est, quia est regnũ cœlorũ, ꝙ non datur per partes. Ergo qui in hoc regno regnat super omnes est, & regia ipsa maiestas eminet omnibus creaturis: si autẽ super creata omnia superfertur, bonũ increatũ sit, necesse est. Ergo bonum est maximũ, ꝙ omnes simul creaturæ adæquare non possunt. Etenim cũ sit hominis beatitudo, maior est ipso homine, non n. bono sibi inferiore perficitur homo; sed superiore. Si autẽ omnes homines antecellit, creata omnia p consequens sunt illi inferiora. Maximũ igitur bonũ est beatitudo, vt merito dicatur *Regnum cælorũ*. Hoc maximè acuit, & accendit desiderium nostrum quo ad magna cõtinuè aspiratur. Ideo n. & carnalibus hominibus promittebatur terra fluens lac, & mel. Haud secus & Abraham seminis eius innumera multitudo. Faciam (pollicebatur Deus) semen tuũ sicut puluerẽ terræ. Quid igitur te obolus trahit? Quid te species decipit, & vana pulchritudo? Ad maiora, ad alta, ad suscipiẽda magis suspice, & aspira, vbi nihil desideratur, auribus attentis auscultans eũ, qui dicit. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quã abscondisti timentibus te!* Vnde scis, ô Rex sanctissime, quod magna sit, & multiplex dulcedo illa montiũ, qui stillant dulcedinẽ? an forte quia mel eius prægustasti? Quid igitur dicis absconditam? quia (inquit) licet gustare, & videre per gustũ, quoniã suauis est Dominus; non autẽ quã sit suauis, in terra degentibus licet experiri, tunc satiabimur quãdo apparuerit, nunc absconditũ est manna, & in secreto repositum, vbi, qui sedet super Cherubim, ità regnat, vt comparticipes nos faciat esse regni cœlestis.

1. Cor. 4. 8.
Exod. 3. 17
Gen. 12. 16
Psal. 30. 20.
Psal. 33. 9.
Psal. 99. 8.

Tertiò, eius magnitudo est incomprehensibilis. Ideo enim *cælorum* dicitur. Nã nihil amplius, & spacioſum magis nobis, quàm cœlum, & cœli cœlorum, cuius amplitudinem Sol, & Luna mirantur, illam 11

illam percurrentes tota die, ac nocte, sed non in summo cœlo, verùm medium iter tenentes. Quid ergò sublimitas illa cœlorum, quæ tanta est, vt motionis, atque lationis sit expers? Huc facit illa tam grandis admiratio Prophetæ. O *Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! Magnus & non habet finem excelsus, & immensus!* Hæc verò immensitas non loci tantum latitudinem; sed boni ipsius refert infinitam, atque incomprehensibilem magitudinem. Hanc incomprehensibilitatem, vt innueret Dominus, Bonum illud variis nominibus insinuat, vocans regnum cœlorum, terræ possessionem, consolationem, satietatem &c. vt inferat tantum esse támque bonorum omnium plenum, vt nullo certo nomine possit significari, adeò vt quemadmodum singula non sufficiunt, ita omnia simul collecta adhuc ab eius sufficienti expressione immensè deficiant. Et ratio huius est, quia talis eius natura est, vt nisi per experientiam verè, ac plenè deprehendi non possit, ne dicam comprehendi. Per visionem intelligitur non per relationem, seu rationem. Alioqui si hic verbis ad plenum notificaretur, iam hic possemus esse beati, & tunc non esset *regnum cœlorum*, quando à terrestribus in terra possideretur. Altiùs beatus & verius quàm Regina Saba dicit. *Vidi oculu meu, & probaui, quod media pars mihi nuntiata non fuerit. Maior est sapientia, & opera tua quàm rumor, quem audiui. Vicisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui & beati serui tui, qui stant coram te.* O vtilem considerationem! quis non quærat apprehendere, quod comprehendi non potest? Sic vehementius excitamur. Hoc fidem nostram exaltat, & exercet. Hoc meritum auget dum pro re ignota laboramus, sudamus, anhelamus.

Baruch 3. 24.

3. *Reg.* 10. 8

2. *Par.* 9 6.

12 Quartò, quod non sit in hac vita, præter iam dicta nomen regni cœlorum expressè manifestat, quod ideo, & in principio ponitur, & in fine repetitur, vt totum in hoc contineri intelligamus, quod est *regnum cœlorum*. & totum propterea in alio seculo expectandum. Testatur breuis vita replera multis miseriis, nõ esse in terra quidquam satians, & beatificans, quæ repletur multis miseriis, non multis gaudiis, aut commodis; & si quo, vel paruo bono hic homo fruitur breui viuens tempore, terrena omnia derelinquit; & nihil inueniet diuitiarum in manibus suis, neque descender cum eo gloria eius; sed nudus egressus de vtero matris suæ, nudus reuertetur illuc: ô igitur homines habitantes super terram! *Qui vos beatos dicunt, ipsi vos seducunt*, si vos ipsi vobis id dicitis fallentes vosmetipsos ab ipsa tandem experientia redarguti cadentes aperietis oculos, verum id esse intelligentes quod dicit Apostolus. *Si in hac vita tantum sperantes sumus, miserabiliores omnibus hominibus sumus*, dum dicit miserabiliores omnibus hominibus, indicat miserabiles esse omnes, qui hac vita fruuntur. Et si ex parte miserabilior est fidelis, qui ingreditur per angustam portam, eo tamen longè minus est miserabilis, quòd spe lætificatur, quòd apertos habet oculos in regione vmbræ mortis, quod videt alibi quærendam esse fœlicitatem, quæ etiam in terra suauiter viuentium non inuenitur, nedum vbi mãducatur panis doloris, & laborandum est incessanter manibus nostris. Certè à quocumque sit sæcularis homo deceptus, rectè suo deceptori dicere potest, quod iniquè dicebant Moysi de populo quidam in deserto, quando ab eo vocabantur. *Non venimus. Nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, qua lacte, & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi etiam dominatus fueris nostri? Re vera eduxisti in terram qua fluit riuos lactis, & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum, ac vinearum:* ô vtinam sic decepti, se deceptos intelligerent, vt hunc mundum cognoscerent esse desertum locum, vbi deest panis, & non sunt aquæ, & deficeremus in viam, nisi sciret Pater noster, quia his omnibus indigemus, & filios enutriret, qui pascit porcos & coruos.

Iob 14. 1. *Psal.* 75 6. *Ps.* 48 18. *Iob.* 1. 21. *Isa.* 3. 12. 1. *Cor.* 15. 19. *Num.* 16. 12.

13 Modum iam videamus tanti boni habendi. Qui modus in duobus consistit; videlicet in vnione, qua bonum illud habemus, & in fluxu illius in nos, nam dum illi coniungimur, fructus eius percipimus.

Sub

Can.2.3. *Sub vmbra* (inquit sponsa illius) *quem desideraueram, sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo.* Vnio consistit in iurisdictione, & in possessione. Fructus sunt consolatio, satietas, & omnis mali elongatio. Quæ omnia quinque primis beatitudinibus exprimuntur. Iurisdictio ibi. *Ipsorum est enim regnum cœlorum.* Possessio ibi. *Possidebunt terram.* Consolatio ibi. *Ipsi consolabuntur.* Satietas ibi. *Ipsi saturabuntur.* Mali omnis elongatio ibi. *Misericordiam consequentur.*

14 Primùm ergo exprimitur iurisdictio, dũ dicitur. *Ipsorum est regnum cœlorum Ipsorum* (inquit) *est*, suum possidebunt non alienum. Non erunt aduenæ, & peregrini, per terram alienam transeuntes, nõ mutuo

2.Tim.4.8 accipient. Nostra erit hæreditas. *Quã* (inquit Paulus) *reddet mihi in illa die iustus Iudex*, qui reddit vnicuiq; q̃ suum est. Vnde

Matt.20. mercedem accipiẽti operario dicitur. *Tolle quod tuum est* Et ne populus terram promissionis ingrediens veniret quasi alienũ

14. inuadere, dixit illi Dominus cœli, & terræ.

Iosue 1.3. *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.* Quod vt certum haberent, vetuit illis, ne quid vsurparent regionis Moabitarum, Ammonitarum, & Idumæorum.

Deut 2.19 Ita enim dixit illis Dominus. *Non dabo tibi de terra filiorum Amon quia filiis Loth dedi eam in possessionem.* Sic dixerat etiam de terra Moab, qui & ipse filius erat Loth. Ita,

Deut.2.4. & de Idumæis perceperat. *Transibitis per terram fratrum vestrorum filiorum Esau. Non dabo vobis de terra eorum, quantum p test vnius pedu calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir.* Sicut ergo terram dedit filiis hominum, quia

Ps.113.16. hominis est terra, & plenitudo eius; ita non dat cœlum nisi cœli Dominus. Dominum enim prius constituit illum ipsius regni, antequam mittat in possessionem. Quanta lætitia nostra, quòd Domini constituti sumus, & reges cœli? Nunc, nunc, iam sicut filii Dei sumus, ita nobis debetur regnum Patris nostri. Ideò non dicit Dominus sicut in sequentibus, *possidebunt, cõsolabuntur saturabuntur* ita, *ipsorum erit regnum cœlorum.* Sed ipsorum est ex nunc, dum adhuc in terra degunt, domini sunt cœli, & cœlorum sunt reges.

Possessio verò proponitur in secunda beatitudine, vbi dicitur. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Ideo enim iurisdictio datur vt possessio denique habeatur, alioqui pœna magis esset, cuiusmodi eorum, quibus propria diripiuntur. Propterea enim hortabatur Dominus. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi fures non effodiunt, nec furantur*; non autem in terra, furibus & furtis patent. Poterat quis dubitare audita tanti boni promissione, quod à nobis remotissimum est, nempè in cœlis, nũ possemus aliquando ad eius possessionem peruenire? Dubietatem hanc proinde abigit Dominus, etiam possessionem repromittens, cuius, vt certiores nos magis redderet, bonum illud iam terram vocat, non quod verè cœleste non sit, atq; in cœlis non possideatur; sed vt securos nos redderet, non minus cœlorum facilè esse possessionem quàm terræ, ob hac terram nominauit. Quod rursus fecit, vt ostenderet his virtutibus quæ beatitudines vocantur, homines in terris quoq; beari: cecinerat iam olim Regius Psaltes. *Mansueti hæreditabunt terram & delectabuntur in multitudine pacis.* Hoc nunc Dominus simul, & aperit, & confirmat dicens. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Duo siquidem à terra petuntur, alterum in obsequium carnis, alterum in obsequiũ mentis. Terra n. nobis vitæ necessaria subministrat, & qui hoc ab illa consequitur, eam possidet; & verè possidet, si non vltra quærit ab ea quicquam. Nam si plus vltra: iam non terræ Dominus est, sed seruus, amore illi inhærens, eáque abutens magis, quàm vtens. Itẽ pacificè possidet, quia mansueti delectabũtur in multitudine pacis, quæ est beatitudo quædam. Aliud obsequium est, quòd per eam cœlestia conspiciuntur. Astra quidem cœli illuminant terram, in cuius lumine videmus eorum lumen, alioqui nobis essent abscondita sicut inuolutus liber. Hoc quid portendit aliud, nisi quod *Ro.1.20.* per ea, quæ facta sunt, Dei inuisibilia conspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas? & per ea, quæ in terris patent, ea quæ in cœlis latent, intelliguntur. Hoc vnum modò attendamus. Cœli quidem

15 Mat.6.20 16 Ps.36.11. 17

superiores, vbi sedet, qui fecit omnia, stabiles sunt, non vt hi visibiles circunuolvũtur. Nam ibi est requies æterna, & perfecta. Nihil autem nobis apparet firmius, quàm terra, nam cætera omnia transeunt tamquam vmbra. Vt ergo firmitas, atque adeo firma possessio beatitudinis nobis fieret nota, summéq; explorata, terra vocata est. Rursus dicens terram, non hanc, aut illam regionem, sed terram absolutè perfectam, amplissimamque voluit intelligi possessionem, in qua non se mutuò arctabunt possidentes, cum sitlatissima. Indéque ex ea quantum quisque voluerit, possit percipere. Quo item docemur singularem beatitudinis excellentiam, qua id nobis tribuitur, quod nulli vmquam hominum præter primum post peccatũ contigit super terram. Iustis à Deo dictum fuerat. *Replete terram, & subiicite eam.* At Cain, qui primus eam sanguine contaminauit, Diuinam sentiens vltionem dixit. *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & ero vagus, & profugus in terra.* Quod quid notet, mox infertur dum dicitur. *Egressusq; Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.* Ecce vnde appropriatio regionis in terra ad habitandum hominibus, quibus ex Diuino iussu fuerat tota subiicienda. Beatitudo igitur non per partes diuidetur, quia quẽque beatum constituet Deus super omnia bona sua.

Gen. 1. 28.

Gen. 4. 14.

Mat. 25. 23

19 Nunc fructus, quos bonum beatificans possidentes capimus, videamus. Primus est consolatio. Terrenorum bonorũ possessio non semper consolatur sed plurimum curis affligit, solicitudinibus, anxietatibus, timoribus, laboribus; vt non immerito Christus spinis diuitias comparauerit. At possessio cœlestium cum gaudio est semper, & cum voluptate. Vnde seruo fideli dicitur. *Supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Quid est constitutio supra multa, nisi concessa possessio? Hac qui fruitur, intrat in gaudium. Quodnam verò gaudium habetur, aut consolatio de terrenis? Soli vsus, & visus inde hauriunt delectationem; dum corpus his vtitur, tum in his delectatur: reliqua delectatio per visum, siue carnis, siue mentis hauritur. Modica est quæ habetur in vsu; nam sensibus vtentes, vasa sunt parua, & pauca, modicum continere valentia. Maior est mentis delectatio; hæc enim in abundantia delectatur, ac proinde diuitiarum appetitus, & amor dicitur concupiscentia oculorum. Ecce oculorum delectatio. Nabuchodonosor Rex ait: *Non ne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Neque suo ipsius aspectu diues contentus est, nisi & aliis ostendat multitudinem diuitiarum suarum. Sic Assuerus fecit grande conuiuium, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem atq; iactantiam potentiæ suæ. Imò, & Reginæ Vasthi pulchritudinem voluit ostendere populis, ac principibus: erat enim pulchra valde. At regnum cœlorum gaudio plenum est, quia nullum est in eo bonum, quo non actu fruatur beatus. Non igitur in abundantia cuiusq; consolatio terrena consistit. Nam & Salomon ait. *Melior est bucella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.* Tantum abest, vt abundantia delectet, vt etiam iurgia generet, multasque molestias. Verum quoniam abundanter ministrabitur nobis introitus in regnum Dei, & Domini nostri Iesu Christi, tunc replebitur gaudio os nostrum, quod os erit totus homo, vndique comedens, vndique fruens, vndique gaudens, dicentibus ciuibus cœlestibus. *Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes,* ô quale gaudium erit in nobis!

1. *Ioã.* 2. 16

Dan. 4. 27

Esth. 14. *vers.* 11.

Prou. 17. 1.

2. *Pet.* 1. 11.

Ps. 125. 4.

Secundus fructus est satietas. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Habeas, possideas, gaudeas, nunquam plenum est gaudium. Non saturatur oculus visu, nec concupiscentia oculorum, etiamsi ostendantur illi omnia regna mundi, & gloria eorum. At in regno cœlorum satietas plena, requies æterna, quia *replebitur in bonis desiderium nostrum,* vt nihil vltra velit, non ad alteriora se extendens, iam omnis consummationis videns finem; ideo sedens in requie opulenta: Nam *exultabunt sancti in gloria, lætabuntur*

Eccl. 1. 8.

Ps. 102. 5.

Prou. 18. 96.

Ps. 149. 5.

Psal.4.9. *rabuntur in cubilibus suis.* Sic enim dicebat ille. *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.* Qui demum obdormiuit in Domino, vigili tamen corde, & læto in cubili suo. Quid igitur moramur quo minus ad tantum bonum aspiremus.

Luc.16.12. Heu! qui in alieno (nempè in fallacia diuitiarum) infideles estis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Si diuites esse cupitis, veras diuitias amate, falsas spernite, veri pauperes spiritu, vt vestrum sit regnum cœlorum. Hæc abiicite, vt illud possideatis; flete cum flentibus, & gaudete cum gaudentibus: comedite, quæ apponuntur vobis, his contenti, quæ vobis adiicioan.16.22. untur, quæ Pater nobis esse necessaria prospicit, *vt gaudium vestrum sit plenum,* quod nemo tollat à vobis.

21 Post bona promissa malorum omnium etiam promittitur ablatio, & elongatio. *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur* Directè enim opponuntur miseria, & fœlicitas; dum enim quis miseriarum est particeps, expers necessariò est fœlicitatis. Qui verò nos fœlices dicit, omnium pariter malorum esse Apoc.22.1. facit expertes. Ideo ligna, quæ fluuio aquæ viuæ, qui procedebat de sede Dei, & Agni, irrigabantur sicut gignebant fructus per singulos menses, ita foliis ornabantur, quæ erant ad sanitatem gentium. Habent beati thesaurum non deficientem, quia qui adducit filios in gloriam, facit illos Luc 9.14. discumbere, & transiens (id est vnumquemque de propinquo respiciens) ministrat illis, vt non deficiant omni bono, hi sunt fructus omnium mensium, id est, coronæ anni, & perpetuitatis. Folia ad sani-Apoc.21.4 tatem, liberatio est à miseria; Nam *absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.* Folia forte dixit, quia primum medicamentum nostræ infirmitatis Gen.3.7. fuerunt folia ficus, quæ sicut tunc turpitudinem velauerunt, vt simul dimissa essent, & tecta peccata, & amota infirmitas, & cooperta; ita in beatitudine erunt ad pulchritudinem, & ornamentum gloriæ. O quantum bonum, vbi nullum malum, sed omne bonum, quo qui vsi fuerint participes facti amicitiæ Dei, ingredientur, & egredientur, & pascua inuenient, vt vbique gaudeant, nusquam doleant. Fons quidem Ioan.10.9. venit ille de sede Dei, quia tantum bonum non nisi ex misericordia Dei bonitate proficiscitur. Non enim alius quam pater misericordiarum est Deus totius consolationis. Hanc igitur misericordiam promerentur omnes; nam qui piè viuunt, beatè viuent.

SECVNDA PARS.

QVod nominibus generalibus Dominus complexus est, nunc iam tandem expressius declarat, ad particularia descēdens, nempè in Deo esse, vel ipsum Deum esse bonum illud, quod pollicitus est, dicens: *Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt, Beati pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur* Dixit de beatitudine, quod sit bonum, illudq; magnum, & incomprehensibile, & quod ad aliam vitam seruatur in futuro sæculo. Dixit quomodo habebimus illud bonum, nunc videlicet per iurisdictionem, postea per possessionem consolantem, & satiantem, omneq; malū auferentem. Sed tu tanti boni iam auidus factus scire velles in particulari, quodnā illud sit bonum. Ecce satisfactum desiderio tuo. Deus est bonum illud, in quo beati erimus. *Deum videbunt, Filii Dei vocabuntur* Deus est bonum illud magnum, & incomprehensibile. Deus est bonum nostrū. Deus erit nostra possessio, nostra consolatio, cuius perfectæ possessionis, & plenæ consolationis in præsenti sæculo non sum⁹ idonei, sed tunc satiabimur cum apparuerit gloria eius, quam nunc dumtaxat videmus per speculum in ænigmate. Iam scimus quonam desiderium debeat tendere, Quærite ergo Deum, & viuet anima vestra; quia pars nostra Deus in æternum.

22 Psal.16.15. 1.Cor.13. 12. Psal 68.33.

Ratio huius prima est hæc. Bonum, quod à sua creatura exigit Deus, debet esse maximum, quantū ab illa potest expectari. Illud vero nihil Deo potest tribuere, Isai.1.11. quia dicit Deus. Plenus sum. *Nunquid mā-* Psal 49.13. *ducabo carnes taurorū, aut sanguinē hircorū*

Rom. 11. 35 *potabo*? aut quis prior dedit illi? aut aliquo modo quidquã dedit ei, à quo bona cuncta procedunt? Attamen noſtrum eſt dare, atque tribuere, potiſſimum vero præcipua, atque pretioſiora. Ideo enim & tabernaculum, & templum ex materia pretioſa ſunt facta, & lapidibus pretioſis, ac ſerico. Nil vero pretioſius corde. Hoc igitur petit ſibi Deus præberi. Tunc vero cor modo, quo dari poteſt excellentiori, datur quando diligit. Petit proinde, vt diligatur, neque hoc quacumque ratione, ſed toto corde. Hæc eſt ratio cur Deus noſtrum ſummum bonum ſe conſtituit, vt ipſum ſolum diligamus, nam ſi aliquid quidquã nos beatificaret, ad illud conuerteremus corda noſtra.

Exod. 36. 8

23 Huic rationi adde, quod nil mouit fortius ad amandum, quàm in amando præueniri. Vnde Ioannes. *Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos.* Sic ergo nos Deus ad illum amandum prouocat, nos amando, & vt teſtatum faciat erga nos amorem ſuum, totum nobis præbet quidquid habet, ſeipſum vero in primis, bonũ, quod maius omnibus eſt. Ideo ergo, & in cœleſti beatitudine ſe noſtram conſtituit mercedem, & gloriam, vt hinc cognoſcentes, quantum nos diligat, diligamus eum. Ergo noſtra beatitudo eſt, tum, vt eum ſolum diligamus, tum, vt ad eius dilectionem efficacius prouocemur. Hæc ſit prima ratio.

1. Ioã. 4. 19.

Secunda ratio fundatur in ipſa dilectione Dei erga homines, quæ dilectio cum maxima ſit, maximum bonum vult homini. Nullum vero in creaturis maximum eſt, ergo bonum illi præbet, quod eſt ſuper omnia bona creata. Hic eſt Deus ſolus, & non eſtimabitur aliud ad eum, quia ipſe eſt altiſſimus Creator omnium: omne enim bonum, & quidquid habet perfectionis effectus, in ſua cauſa eſt: quæ illum cauſando, ſicut illi tribuit eſſe, ſic eadem totum, quod comitatur eſſe, ſimul communicat. Nemo autem dat, quod non habet. Habet ergo in ſe cauſa totum bonum illud, quod tribuit effectui. Ergo Creator omnium plenus eſt bonis omnium creaturarum, & cum ipſe ſit ſimplex & vnus, collecta ibi ſunt omnia illa in vnitate, & ſimplicitate Dei. Quæ magnum beatis affert emolumentum. Nam bona in creaturis diſperſa, non poſſunt ab vno homine ſimul omnia poſſideri. At qui vnum Deum poſſidet, cuncta ſimul poſſidet, & ſimul illis fruens, de omnibus gaudet, & in omnibus fœlix eſt, adeo vt bonorum, quæ creata ſunt, nihil ab eo poſſit vltra deſiderari. Hoc cogita quandocumque cuiuſcumque rei ſubrepit appetitus, vt illum contemnens, Deũ promerearis, in quo. & illo, & reliquis vniuerſis perfruaris. Si diuitiæ, ſi honores. ſi commoda, ſiquid aliud creatum ad ſe rapit cor tuum: tu ad Deum conuerſus, cogita, te quod cupis, in illo plene, ſi volueris, poſſeſſurum. Præterea ſi cauſa ſit alterius generis ab effectu, aliquid plus valet quam quod det effectui. Vt Sol præter lumen quo illuminat cætera, habet perfectionem ſibi propriam, qua antecellit ea, quæ ab ipſo illuminantur. Et hoc maxime verum eſt, quando cauſa eſt per ſe tota cauſa illius effectus. Ita quod & illud habet plenè, quod dat effectui, & quid vlterius, & altius, & nobilius, & excellentius. Ergo Deus, qui ex nihilo fecit omnia, & præterea omnium ipſe ſolus cauſa eſt perfecta: omnia bona creata in ſe vno continet, ſed & proprium bonum habet, quo ab illis diſcretus eſt, & ſupereminet illis. Ideo Sapiens hæc duo coniunxit, dicens. *Altiſſimus Creator omnium.* Ex hoc enim probatur. *Altiſſimus.* quia creator eſt omnium. Vnus (inquit) eſt omnipotens, *Altiſſimus Creator omnium.* Et hoc cogita quando cuiuſcunque rei creatæ teneris deſiderio, nempè ſi illam Deo poſtpoſueris, ne dum illam cum reliquis creatis omnibus habebis in *Deo*, verum etiam ſuper illas omnes, bonum altius, ac perfectius illis, quod eſt bonũ Diuinum, increatum, quo Deus eſt Deus, poſſidebis: ô te fœlicem ſi ſic ad Deum leuares oculos tuos quando concupiſcentia tanguntur rerum terrenarum. Et hæc eſt ſecunda ratio, cur Deus magna eſt merces operis noſtri: videlicet, quia amans nos eminenter, eminentiſſimum bonum, quod ipſe ſolus eſt, præbet diligentibus ſe.

2. Mach. 7. 28.

Eccl. 1. 8.

Tertia

25. Tertia demum ratio ista est, quia sicà Deo creat sumus, vt solo bono infinito repleri possimus. Vastus est adeo animus noster, tantæq; capacitatis, vt nihil finitũ possit illum implere. Nec nisi plenus potest esse contentus, & fœlix. Vera enim beatitudo plenè satiat, vt nihil præterea quæratur, aut appetatur. Solus autẽ Deus infinitus est, & immensus. *Magnus enim*
Psal.146.5 *Dominus, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est finis.* Si sapientiæ non est finis, profectò nec essentiæ, non enim aliter magna est virtus eius, aliter magnus
1.Cor.1.24. ipse. Sed eodem modo magnus Dominus, & magna virtus eius, eandem autem dicimus Dei virtutem, & Dei sapientiam, ergo si sapientiæ, quæ est virtus eius, non est finis: Deus ipse cuius est virtus, & sapientia, magnus est sine fine, & ideo infinitus. Hoc volens exprimere dixit Abra-
Gen.15.1. hamo: *Ego merces tua nimis.* Adeo nimis magna, vt ad finem attingi nunquam possit. Ecce ergo bonum nobis promissum, vt beati simus, Deus noster, cuius nomen admirabile, cuius diuinitas inuisibilis, cuius virtus sempiterna, cuius infinita est magnitudo, & beatitudo, ô bonum nostrum, & virtus, ô gaudium plenum, bene
Psal.15.10. ergo Psalmus: *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Dei delectationes quidem sentio in creaturis. *Quia delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum*
Psal.91.5. *tuarum.* Attamen videntur omnes fines terræ, quia finita sunt omnia, & idcirco nõ implentia; sola facies tua plena est gratia-
Psal.79.4. rum, ac proinde *adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Ostende ergo nobis faciem tuã, & salui erimus, beati, contenti, pleni.

26. Intelleximus iam quidnam sit bonum beatificans, reliquum est videre quomodo habeatur, quæ duo etiam consideraui-mus dum de bono ipso ageremus in generali. Medium habendi Deum ostendit Dominus, dicens: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt; & Filii Dei vocabuntur* Visione itaque habetur hoc bonum, non quacunque, sed in visu cordis,
Mat.5.10. ideo dixit: *Beati mundo corde.* Sicut enim *corde creditur ad iustitiam*, ita corde videtur ad salutem æternam. Fidei enim succedit visio. At non fides nuda, sed quæ per dilectionem operatur. Ita non visio nuda, sed quæ per dilectionem operatur. Ita non visio nuda, sed quæ per dilectionem *Gal 5. 6.* fruitur. Vt sicut fides est initium meriti, quod in operante charitate completur. Ita visio est initium præmij, quod in perficiente charitate suam habet consummationem, & plenitudinem.

Visio ista duo nobis innuit; Infinitatem, 27. & facilitatem. Possessio Dei non est quasi externa, quomodo terrena ista possidemus, quæ vt corporalia sunt, corporaliter possidentur, & idcirco solum extrinsecè, quia terrena, vt corruptibilia corpora, nõ se mutuo penetrant, sed loco, atque distantia, sicut modo, atq; subst antia discreta sunt. Non sic spiritualia, & spiritus. Intrat enim quod videtur, in oculum videntis; si non potest in essentia sua, at in specie, ac similitudine sua, vt corporalia accedunt ad oculum exteriorem: sed oculũ cordis qui spiritus est, obiecta spiritualia ingrediuntur per semetipsa. Deus autem spiritus est, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & omni subtilissimo spiritu, penetrat igitur per seipsum penetralia cordis nostri. Si enim certum est Christum per fidem habitare in cordibus nostris, ita *Eph.3.17.* certo certius est Deum habitare per claram visionem in cordibus nostris, multoque intimius, atque profundius. O quæ possessio? Hanc sequitur, sicut iam supra visum est, consolatio, atque satietas. Si *Eccl.11.7.* enim dulce lumen, & delectabile oculis est videre solem hunc, quem & muscæ vident. *Quam magna est multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti quidem timentibus te,* sed tunc apertissimè notam *Ps.30.20.* facies videntibus, & diligentibus te? Hæc verò consolatio habenda in Deo infinito nullis finibus concluditur. Sed qui Deum videbunt, perfectè saturabuntur. *Satiabor Ps.116.15.* *enim* (inquit) *cum apparuerit gloria tua. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare Deum in nobis.* Moyses dignus non est *Deut.34.4.* habitus ingredi terram promissionis, quę fuit igitur saltem illam videre, vidit, & gauisus est. At nostra visio, nostra erit possessio, ingrediemur terram possidendam,

& videbitur Deus Deorum in Sion, non vltra in monte Synai vbi terrebat, sed in Sion vbi consolabitur & abundanter, & superabundanter replebit in bonis desiderium nostrum.

Facilis præterea erit illa possessio, sicut nullus sensus à visu tam facilè, sicut ille fruitur obiecto suo. Vnde etiam sine labore longissimè se protendit, videlicet vsque ad cœlos veritas eius, & claritas. Ne igitur putares in labore manuum, aut alio quouis modo enitendum ibi esse ad possidendum Deum, dixit. *Quoniam ipsi Deum videbunt.* In Paradiso etiam terrestri, vbi certè non erat laborandum: tamen illic positus erat homo, vt operaretur, & *Gen. 2. 15.* custodiret illum. At in cœlesti, nullo etiam custodiendi studio abundantia perfruitur. Hic possessiones quoque nedum acquisitiones molestæ sunt, & operosæ. Ibi nil nisi consolatio, nisi quies. *Faciet,* *Luc. 9. 14.* (inquit) *illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Discumbent ipsi cum Abra-* *Matt. 8. 11.* *ham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum*: sed nec, vel in discumbendo labor, nam ipse faciet illos discumbere, nec illis opus erit surgere postquam sederint, vt sibi ministrent; sed ipse, vt præsto sit omnibus, transiens, ministrabit illis. Itaque non minuentur omni bono, sed eximentur ab omni malo, & eo pacto *saturabuntur*, vt misericordiam consequantur, quæ eripit ab omni malo, & saluat à miseria, vt nedum non accedat ad eos malum, sed neq; illud timeant. Vt quod in hac vita pollicetur sapientia ex parte, ibi perfectè possi- *Prou. 1. 33.* deatur, videlicet, *abundantia perfruetur, terrore malorum sublato.*

28. Filiatio adhuc excellentiùs, atque euidentius declarat modum habendi, pro quo Ioannem audiamus. *Carissimi nunc filii* *1. Ioh. 3. 2.* *Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: scimus autem, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* In visione semper est similitudo videntis, & visi. Nam quod videtur in vidente per sui, vel suæ similitudinis præsentiam assimilat sibi videntẽ, impressa remanente in vidente visi similitudine. Ideo dicit Ioannes: *Cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Vt ergo declaretur huius similitudinis excellentiam, addit, quod *Filii Dei vocabuntur.* Nam filius portat imaginem patris. Ideo scriptura texere volens seriem generationis ab Adam vsq; ad *Gen. 5. 3.* Noë sic aggreditur. *Vixit Adam centum triginta annis, & genuit ad imaginem, & similitudinem suam, & vocauit nomen eius* *Seth* Generat prius alios multos, ex qui- *Gen. 4. 8.* bus Cain occidit Abel, *pro quo Abel dedit* *illi Deus semen aliud*, nempe hunc *Seth*, & *Gen. 4. 25.* tamen tunc facta nõ est mentio imaginis, & similitudinis; quæ tunc fit, quando de futura progenie agitur à scriptura, vt notetur imago, & similitudo Dei impressa in Adam ad futuros omnes filios eius, atque in omne genus humanum protendenda. Vbi etiam aduerte quod scriptura non dicit Adam genuisse filiũ, aut alium quemquam; sed simpliciter dicit, genuit ad imaginem, & similitudinem suam; id solum imprimis notans, quod principalius intendebat, nempè similitudinem Dei in homines transfundendam, & quod eo quisque filius est, quo est ad imaginem, & similitudinem generantis. Vt itaq; de- 29.
clararetur qualis futura sit similitudo Dei in nobis quando videbimus eum sicuti est, secundum præsentem pollicitationẽ. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Subiunxit, quòd *filii Dei vocabuntur*, filij autem ad patrem est secundum naturam similitudo, eiusdem enim naturæ sunt. Igitur qui *filii Dei vocabuntur*, erunt Diuinæ consortes naturæ, eandem in se naturam habentes, quam habet Deus, seu qua Deus est. Quis enim filius est, cui naturam propriam non det Pater? ea tamen ratione illam ei dat, qua filius eius est. Alius autem filius est per naturam, *Ioh. 1. 18.* alius per gratiam adoptionis. Per naturam vnigenitus Dei filius est Christus, qui est in sinu Patris, qui sinus natura eius est. Per gratiam nos filij Dei sumus, qui accepimus *spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba, Pater:* *Rom. 8. 15.* ergo ex domo gratiæ, nõ debito naturæ, nos Diuinę sumus consortes naturæ. Quod apposite indicauit *2. Pet. 1. 4.* Petrus, dicens: *Magna, & pretiosa nobis pro-*

promissa donauit, vt per hac diuinæ efficiamur consortes naturæ. Vide ad quantam celsitudinem is, qui frater noster vocari non confunditur, pedetentim nos erexit, nempè, quod *filij Dei vocabuntur*, electi
1. Ioh. 3. 2. sui. Quid est *vocabuntur*? Nondum apparuit, quid erimus, sed cum apparuerit ipse, & ipsi apparebimus cum ipso in gloria. Si enim similes ei erimus, cum gloriosus apparuerit ipse, declaratus filius Dei in virtute ex resurrectione mortuorum; tunc & electi vocabuntur filij Dei. O gloria! ô magnificentia! ô si nunc sciret homo magnitudinem, nobilitatem, hæreditatem suam, numquid non ambularet dignè Deo?

30. Petrus recensitis magnis, & pretiosis
2. Petr. 1. 5. donis Dei, & consortio Diuinæ naturæ, mox intulit. *Fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.* Num filius Patris, qui in cœlis est, quæ in mundo sunt adhuc turpiter concupiscet? Num qui immortalis naturæ factus est particeps, in brutalibus concupiscentijs corrumpetur? Nam cui tam magna, tamque pretiosa dona promissa sunt, adhuc vilibus adherebit? Adhuc mundanis se miscebit? Adhuc corruptibilia concupiscet? Tanta excellentia nos cogit, vt non auersemur solummodo, sed fugiamus eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Iam bone Pastor Petre, gregem tuum educ ad pinguia pascua, auerte à mundo, à concupiscentia, à corru-
2. Petr. 1. 5. ptione. Hoc, hoc (inquam) prætendit bonus pastor exhortans. *Fugientes eius, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.* Idcirco promissis imò collatis allexit dicens. *Magna, & pretiosa nobis promissa donauit.* Donauit iam, vt simus filij Dei, dedit semetipsum pro nobis, dedit & nobis naturæ suæ, quod maius omnibus est, consortes effici, eam nobis tribuit, vt verè vocari Dij mereamur. Ergo fugiamus eius, quæ in mundo est concupiscentiæ
Luc. 7. 14. corruptionem, ô paternam exhortationē. *Adolescens, tibi dico, surge.* Audi monita salutis de ore sapientis procedentia.

31. *Hora surgendi non te trices: præcurre au-*
Eccli. 32. 15 *tem prior in domum tuam, & illic auocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis, & verbo superbo, & super his omnibus benedicito Deum, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis suis.* Heu! quid moraris homo, factus adolescentior
filius, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus? Luc. 15 30. An non deuorauit substantiam suam cum meretricibus qui perdidit bona cœlestia, & substantiam sperandarum rerum in concupiscentiæ corruptione? qui substantiam permanentem, propter accidentia caduca, fragilia, & corruptibilia posthabuit imprudentissimè? Surge, surge, *quia hora est* Rom. 13. 11. *iam de somno surgere.* Hora surgendi non te trices, non te implices negotijs sæcularibus: dimitte, quæ in mundo sunt, nam hæc non tua sunt, nec ille domus tua est. Aduena es in terra, & peregrinus domum non manufactam, sed æternam habemus in cœlis, præcurre prior in domum tuam, cœlestia meditare, si quando terrena te trahunt, mundique te capiunt curæ, præcurre in domum tuam, redi ad cœlestium contemplationem, & ne exspectes vrgeri: tu ipse prior, spontaneus, feruidus præcurre in domum tuam, ne tamquam paruulus in plateis in vanum otieris, aut etiam labores. Illic auocare, illic lude. Beati, qui habitant in domo sua, quæ eadem est domus Dei viuentis.

Ad hanc tu euocaris, & auocaris excellentia suorum bonorum. Sic ad eam auocatus est adolescentior filius dicens intra se, *Quanti mercenarij in domo Patris mei* Luc. 15. 17. *abundant panibus?* O sempiterna, nimia, & eximia abundantia, cur ad te, à terrenis non auocas filios hominum, qui graui corde, & terrenis curis aggrauati, vix leuant oculos ad cœlum? An forte desunt ludus, & deliciæ in domo voluptatis? Illic lude cum eo, qui ludens in orbe terrarum, dicit. *Et deliciæ meæ cum filiis homi-* Prou. 8. 31. *num:* & rursus *Cœnabo cum illo, & ipse* Apoc. 3. 20. *mecum.* Iudicia Dei iucunda sunt, iustitiæ eius lætificantes corda. Puerorum est ludere: ô quot sunt similes pueris ludentibus in foro? Hi sunt, *qui in auibus cœli lu-* Bar. 3. 17. *dūt & argentū thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines*, sed lusibus assueti illusi

illuſi inuenientur in nouiſſimo, quando dicetur: *Vbi ſunt Dii eorum, in quibus habebant fiduciã:* Verè vana facta eſt ſpes eorum, quoniã confidunt in nihilo, qui vmbras apprehendunt, qui ventum ſequuntur, qui ambulant ſemitas maris, vbi nihil ſolidum, nihil permanens, ſed omnia fluida, fugientia, tumentia, turbulenta, iactata ac iactantia. Ergo adoleſcens præcurre in domum tuã, illic lude: delectare in Domino, & videbis, & affluues, & gaudio dilatabitur cor tuum, & os tuum, & ridebis in die nouiſſimo. In his age conceptiones tuas, multiplica conceptus tuos in timore Domini. Cogita, quæ Domini ſunt, non quæ ſunt mundi. In lege Domini ſit voluptas tua, & meditatio cordis tui in conſpectu eius ſemper, & in lege eius die, ac nocte: Hoc pacto non erunt conceptiones tuæ in delictis, & verbo ſuperbo, vt eorum ſunt, qui gloriantur cum malefecerint; & nedum exultant, verum etiam ſe exaltant in rebus peſſimis.

Deut. 32. 37.

33. Sed tandem audi. *Sed ſuper his omnibus benedicto Deum, qui fecit te, & inebriantẽ te ab omnibus bonis ſuis:* ſemper ſit laus Dei in ore tuo, hoc præcipuum tibi ſit, vt magnificet anima tua Dominum ſuper his omnibus; huc ſpectent omnia conſilia, ſtudia, opera tua; vt in te magnificetur Deus, qui fecit te, & inebriat te ab vbertate domus ſuę. Quod tu es, à Deo eſt, & *quid habes, quod non acceperiſti?* leuans manum tuam ad Deum poſſeſſorẽ cœli, & terræ, qui tribuit tibi ſecundùm cor tuum? Tu, & tua, & omnia Domini ſunt, qui multiplicat ſuper nos gratias ſuas, qui inebriat nos ab omnibus bonis ſuis; conſolatur, ſatiat, inebiat. O ebrietas, ô bonorum abundantia incomprehenſibilis! Ideo *filij Dei vocabũtur*, vt hæredes ſint non vltra ſecundùm ſpem, ſed iam ſecundùm rem vitæ æternę. Bonorum affluentia teſtis erit, quòd ſint filij Dei, neq; enim niſi filius hæres eſt vniuerſorum. Ergo impij quoq; qui nunc detrectant, & calumniantur, tunc clamabunt *Hi ſunt, quos aliquando habuimus in deriſum*, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei. Nõ enim tanta lætitia fuit heri, & nudius tertiùs: imò vitam illorum æſtimabamus inſaniã, ſpinis obſitã, preſſuris obrutã, ac prorſus miſeram. Sed heu! venit immutatio, & qui erant in cauda facti ſunt in capite, & qui amplexabantur ſtercora, nunc in Domino gloriantur, dicentes: *Multi dicebant mihi* Nõ eſt ſalus *illi in Deo eius. Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meũ.* Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei. *Sic benedicito Deum inebriantem te ab omnibus bonis ſuis*; menſura plena conferta, & ſupereffluente.

1. Cor. 4. 7.

Sap. 5. 3.

Pſal. 3. 3.

Eccl. 32. 16.

Quis igitur non obſeruet legem Domini pro qua nobis tantæ factæ ſunt promiſſiones? Quis non paupertatem appetat; vt cœli verè ſit Dominus? Quis nõ manſuetudine cedat omnibus, & tunicã auferenti, dimittat & pallium, vt quidquid deſiderabile eſt in terra, gloriosè valeat in cœlis poſſidere? Quis lactu, plenum gaudium non acquirat? Quis non lugens ad infernum deſcendat, vt gaudens aſcendat ſuper omnes cœlos? Quis iuſtus non ſit, nõ colat, non alat, non amet, nõ ſitibundo affectu quærat iuſtitiam, vt iuſtitiam, vt iuſta eius deſideria compleantur? Quis nõ miſericordiã exhibeat, vt miſericordiam recipiat? Quis non miſerum liberet à malo, vt miſericorditer liberetur ipſe a malis omnibus? Quis non ſe emundet ab omni iniquitate? Quis non oculum purget quaſi ſpeculum ſine macula, vt dignus ſit ſtare ante Filium hominis, ſpeculator factus illius magnitudinis, & videns facie ad faciẽ, vt in eandem imaginem transformetur? Quis non pacem ſequatur cum omnibus hominibus, & cum his quoq; qui oderunt pacem, ſit pacificus, vt pax Chriſti, qui exuperat omnem ſenſum, exaltet eum in die viſitationis, vt filius Altiſſimi vocetur & excelſus præ regibus terræ? O bona cœleſtia, aperite portas veſtras, vt intueri poſſimus vſq; ad interiora velaminis, vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus, vt præpararet nobis locum. Iam veni, Domine, veni, & libera nos: accipe nos ad te ipſum, vt conregnemus tecum viuentes in ſæcula ſæculorum, Amen.

34. *Exhortatio.*

CON-

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Christianus fidelis figuratus fuit in illo itinere Iacob, & in regressu ad patriã. Consolatur spe peregrinationem nostram. Facit nos in hac vita quasi beatos. In corpore concionis agitur de beatitudine, quod sit, & quomodo acquiratur.

1. QVOD in laudibus sapientiæ scriptum est à Salomone in libro Sapientiæ de Iacob Patriarcha; hoc altius implet Christus, & docet de omnibus electis suis. Salomonis verba sunt Sap. 10. 10. hæc: *Hæc* (nempè sapientia) *iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientium affuit illi, & honestum fecit illum, custodiuit illum ab inimicis, & certamen forte dedit illi, vt vinceret.* Quæ in Iacob completa sunt; nam in vijs suæ peregrinationis Gen. 28. 12. Deus ductor eius fuit, qui etiam ostendit illi scalam à terris ad cœlum eleuatam, cui innixus erat Dominus, quæ figura est regni Dei: & intellexit ibi esse domum Dei, quæ nomine Sanctorum designatur: honestauit, id est, ditauit illum in laborib⁹ quos sustinuit in seruitute Laban auunculi sui; à cuius fraudibus illum protexit; magis honestum id est ditiorem faciendo: custodiuitque ab inimicis suis, non permittens illum offendi à Laban, ab Esau, & à Chananæis, & Amorrhæis. Sed hæc excellentius præstat Dominus noster omnibus, qui volunt illius doctrinam obseruare. Nam per vias rectas ducit illos ad Regnum Dei, non in figura; sed in veritate. Ecce vias rectas: *Beati pauperes spiritu, Beati mites, Beati qui lugent, qui esuriunt, & sitiunt iustitiã, misericordes, mundi pacifici, patientes* Ecce regnũ Dei *Ipsorũ est regnũ cœlorũ, possidebũt, cõsolabuntur, saturabuntur*, &c. In vijs rectis labor, sustinẽtia, certamẽ. In regno Dei finis laborũ, diuitiæ, merces copiosa: sicut ergò Iacob concupiuit Deũ ductorem suum, atq; tutorem, etiam votum emittens, ac dicens? *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via* Gen. 28. 28 *per quam ambulo, reuersusq; fuero prosperè ad domum Patris mei: erit mihi Dominus in Deum. cunctorum q; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Ita & nos libenter Christo adhæreamus, qui bona excellentiora, atq; ampliora nobis repromittit. Quod vt studiosius, auidiusq; faciamus, nunc ipsius verba excipiamus, in quibus bonorum repromissionem intuemur.

Ideo enim, *videns turbas ascendit in* 3. *montem.* Ideo sedit docturus, atq; ostensurus nobis bona, quæ firmiter largietur. Ideo *accesserunt ad eum discipuli eius*, suo exemplo inuitantes nos, ac si dicerent. Venite, ascendamus ad montem Domini, & docebit nos vias suas. Cuius doctri- *Isa.* 2. 3. nam, vt clarius intelligamus, in duas considerationes distinguimus illam quarum prima continet regnũ Dei: secunda continet vias rectas, quasi gradus scalę per quos ascenditur ad ipsum regum Dei.

Prima consideratio habet duo puncta, 4. in quorum vno continetur quid sit realiter regnum Dei, quod nobis repromittitur. In altero, quid nobis emolumenti prouenit ex ipso regno Dei. Quid sit regnũ Dei, nobis aperitur per nomina, quibus Dominus Iesus illud appellauit: Tria verò nomina illi tribuit. Videlicet *regnum cœlorum, terram, & Deum*: dicit enim, *Ipsorum est regnum cœlorum. Possidebunt terram, & ipsi videbunt Deum. Regnum cœlorum* vocat, vt sciamus ipsum esse bonum maximum, nam regnum bona magna cõtinet. Regnum autem cœlorum excellentius illa cõtinet, eaq; incorruptibilia, nempè thesaurum non deficientem in cœlis, quò fur non appropiat, neq; tinea demolitur. *Terram* vocat, tum vt sciamus bona vniuersa, quæ habentur in terra, ibi contineri, eaq; modo excellẽtiori quam in terra, vt ne putes bonis istis priuari si Christo obtemperes: sed ea te verè possessurum, non vt homo priuatus, sed vt Rex, qui neminem timeat, neq; in terra, vbi deficiũt, Matt. 6. 20

sed in cœlis vbi incorruptibilia sunt omnia, & verè æterna. Tum, vt intelligamus non partita sic esse bona illa, vt pars hunc, pars illum contingat, sed verè quisq; erit hæres vniuersorum. Ideò dicit: *Possidebunt terram*, non partem, aut regionem quãdam, sed absolutè *terram*, atq; omnes fines terræ. Hoc enim pacto terra possidetur in regno cœlorum, vbi etiam nullus
5. est labor in ea colenda. *Deum* vocat, qui est altissimus creator omnium, vt intelligamus non fructus tantum nos possessuros, sed arborem ac ligna ipsa edentia fructus. Deus est enim bonorum omnium author, quem habentes bonorum omniũ abundantia perfruemur. Hæc enim etiam alia est ratio, quamobrem dicatur terra, quia terram possidentes, quæ in ea nascũtur, bonorum omnium erimus possessores. Præterea, & *Deum* vocat, vt certi simus nedum bonorum, quæ à Deo procedent, quæ cum creata sint, finita sunt, atq; limitata, nos futuros dominos, sed ipsius boni infiniti, quod est Deus ipse, compotes tunc nos esse futuros, verè intrantes in gaudium Domini nostri, & gaudiũ ipsum, quo ipse beatus est, plenũ nobis cõcedendum esse. Heu quantum bonum!

6. Secundum punctum proponit, quod ex eo bono in nos effluat commodi, atq; vtilitatis; nam in terra sunt bona multa, ex quibus homo nihil recipit emolumenti, sicut de illo manifestum est; de quo sic ait
Eccles.6.2. Salomon: *Vir, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo.* Regula enim certa est eiusdem sapientissi-
Eccles.6.9. mi Salomonis. Qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. At non ita bona cœle-
Apoc.22.2. stia fructum enim afferunt, sicut scribitur à Iohann per singulos menses, id est semper: dixit autẽ per singulos menses, quasi varientur secundum anni varietates ad designandum, quòd numquam fastidiũt, sed placent iugiter, quasi noui, recentesque. Qui verò hi sint fructus, & quę commoda, declarat Dominus dicens. *Consolabuntur, saturabuntur, misericordiam consequentur, Filij Dei vocabuntur.* Primum ergò consolationem afferent, vt notetur imprimis mentis beatitudo: nam consolatio mentis est. Bona ergò illa non afflictionem spiritus, non laborem, non fastidium, non tædium, non timorem generabunt; sed gaudium, & consolationẽ. *Quia* (inquit) *ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium.* Et Petrus: *Custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis; modicum nunc si oportet contristari.* & infra: *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata.* Dum autem Petrus vocat lætitiam illam inenarrabilem, notat magnitudinem illius, quæ completè satiabit. Vnde & Sapiens de sapientia ait: *Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super illum*, nempè timentem Deum. Ita ergo *consolabuntur & saturabuntur*, verum & procul erunt ab omni miseria, & nihil eis nocebit. Hoc est enim quod ait, *Misericordiam consequentur*, id est, à miseria liberabuntur. Hinc Psalmista docet quod vltionem sument de inimicis, à quibus ipsi non vltrà à quoquam offendi poterunt. *Exultabunt* (inquit) *sancti in gloria, lætabuntur in cubiculis suis: Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus.* Quid est lætari in cubiculis suis, nisi cum quiete, amoto omni incommodo, frui gloria perenni? quid est habere gladios in manibus ad faciendam vindictam in nationibus, nisi nihil vlterius à nocentibus formidare? Ita quòd & ingredientes, & egredientes pascantur confidenter; nec intra, nec extra vel minimum detrimentum sustinentes, neque vel suspicantes.

Isa.65.18. *1. Pet.1.5.* 7. *Eccli.15.6.* *Psal.149.5.*

8. Demum *Filij Dei vocabuntur.* Magnum bonum filiatio Dei. Primò, quia Filius Dei diuinæ consors est naturæ, quæ est merces magna nimis. Secundò, quia Pater diligit Filium, & ideo hic est Filius dilectus. Si diligit à se facta, cur non magis genitum, suæ naturæ consortem? vbi aduerte, quod Abraham plures filios habuit: sed de Isaac dixit illi Deus. *Tolle filium tuum quem diligis Isaac. Non pepercisti filio tuo vnigenito propter me*: Amor singularis facit

Ioh.3.19. & 5.10. *Gen.22.2. 22.16.*

facit vnigenitum, sic amor Dei facit vnigenitos, diligit populos: omnes sancti in manibus eius sunt, sic dixit Moyses benedicens tribubus Israël. Quos diligit tenet in manibus. Hic quidem, vt non offendantur. Vnde Sapientia. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nō tanget illos tormētum mortis.* In cœlis verò, vt contineat in æternum apud se. Filius n. manet in domo in æternum. Tertio, quia si Filius, & hæres vniuersorum, propter quem fecit, & secula, & constituit eum super omnia bona sua. Vides in nomine Filij explicata iam dicta bona? Quarto, quia & nobilissimus, & glorioſissimus: tunc enim apparebit quid erim⁹. Ideo dicitur, *Filii Dei vocabuntur*, id est manifesti erunt. Quinto adde quod erunt in conspectu Dei semper, nam *Deum videbunt*, ô quanta bona his verbis exprimuntur! ô si gustaremus! *Tunc videbis, & affluxes, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum Quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiū venerit tibi, inundatio camelorum* (videlicet portantium munera, & diuitias) *operiet te: dromedarii Madian, & Epha* (loca plena diuitijs) *Omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes.* Vides bonorum amplitudinem lętificare? quid ergo deerit vbi erunt bona ineffabilia? non clausa erunt in arcis, sed videbis, & affluxes tot, ac tantis, vt mireris. Dilatabitur cor tuum, vt maxime lætetur. Ne dum dilatatum erit os tuum, sed & cor tuum, ô lætitia magna sic superabundans, vt fit etiam super capita eorum!

Sap. 3.1.
Ioan. 8. 35.
Isa. 60. 6.
1. Reg. 2. 1.
Isa 51. 11.

SECVNDA PARS.

NVnc restat videre vias rectas, quibus peruenitur ad regnum Dei. Hæ sunt de quibus. *Beati pauperes spiritu Beati mites Beati qui lugēt Beati qui esuriunt, &c.* Non sumus creati in cœlo, sed in terra: vt simus in cœlo, illuc ascēdere oportet. Primus quidem homo, neq; ipse creatus fuit in Paradiso; sed neq; ipse per se ingressus est in illum, dicit enim Scriptura. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat.* Posuit ergo Deus hominem in paradyso [illegible] dum, quod sine labore, æternam quoque voluptatem consequi potuisset. At nunc non portat Deus, sed deducit per vias rectas, vt ipsi homini ambulandum sit, ductu tamen diuino, quasi & ipse nobiscum ascēdat. Vnde vbi supra Moyses. *Qui appropinquāt pedibus eius, accipient de doctrina eius.* Appropinquare pedib⁹ notat magistrum in cathedra eminenti sedentem, vt qui accedunt, vt audiant, sicut accesserunt discipuli ad Iesum sedentem, appropinquēt pedibus eius. Verum hi quoq; appropinquant pedibus eius, qui illum præcedentem sequuntur. Ita enim Dominus Iesus vias rectas per quas nos ducit, prius facto ostendit, ambulans per illas.

Gen. 2. 8.
Deut 33. 2.

Istæ sunt viæ rectæ, quia verè in finem vltimum dirigunt: nam deuium, & obliquum est quidquid alio nos ducit. Harum viarum quatuor per oppositа videntur incedere, videlicet tres primæ, & vltima. Prima per paupertatem ducit ad regnum. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Secunda per mansuetudinem ad possessionem terræ. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā.* Tertia p luctum ad consolationem. *Beatè qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur,* Octaua per patientiam ad regnum. *Beati, qui persecutionem patiuntur, propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum.* Ratio est, quia oppositа harum quatuor viarum curuāt animum nostrum ad creaturam, atq; ita tollunt rectitudinem erga finem, & ideo impediunt illius acquisitionem, & assecutionem. Nam diuitiæ facilè inflectunt animum ad amorem sui. Ideò, qui audiuit à Domino: *Vade, & vende omnia, quæ habes, & veni, sequere me*: abijt tristis, erat enim habens multas possessiones. Quæ obliquitas tollitur per paupertatem. Durities animi prouenit: semper ex adhæsione cordis ad creaturas. Cur enim resistit ille bona auferenti nisi, quia inordinatè adhæret ijs, quę auferuntur? cur resistit poreſtati, nisi quia sibi ipsi adhæret, vnde alijs subdi recusat; Hinc Iacobus. *Vnde bella, & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris* Militare in

10.

Mat 19. 22.

11.
Iac. 4. 1.

membris est ex appetitu resistere auferenti. Hanc resistentiam, & duritiem tollit mititas, & mansuetudo.

Delectatio sensualis est eorum, qui ducunt in bonis dies suos, & gaudent ad sonitum tympani, edentes, & bibentes, & voluuntur sicut in cardine in cubilibus, & impudicitijs. Hi, quod declinent à via recta, & ambulent in circuitu vsq; dum cadant, per se testatissimum est, ideo ad luctum vocantur, ad cinerem, & cilicium; & dicitur illis. *Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, dicentes Parce Domine, parce populo tuo.* Cui populo prius dixerat. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu. & scindite corda vestra. En quomodo per fletum conuertimur ad Dominum in directione cordis, à quo recedit, qui diligit hoc seculum. Persecutionem deniq; pati multum repugnare videtur fœlicitati, & audimus tamen. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam* Sed hoc supponit rectitudinem iustitiæ, à qua persecutor cogit inflectere, sed *qui continens est iustitiæ firmabitur, & non flectetur.* Ideo hortatur Sapiens. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Coniungere Deo & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Crede Deo, & recuperabit te; & dirige viam tuam, & spera in illum: serua timorem illius, & in illo veterasce. Metuentes Dominum, sustinere misericordiam eius, & non declinatis ab illo ne cadatis.* Ecce quomodo Sapiens hortatur ad sustinendum propter iustitiam dirigendo in Deum viam suam, seruando timorem eius vsq; ad canos. Quo contra infra ait. *Væ his, qui perdiderunt sustinentiam, & dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.* Ecce quomodo rectæ sunt hæ quatuor viæ, quæ oppositæ fœlicitati videntur proponere, ac suadere: nam quæ cum fœlicitate conuenire videntur, hæc ab illa nos magis elongant, in seipsis tenentia cor nostrum, ne ad veram tendat studiose. At propterea, quæ tollunt impedientia, recta ad ipsam nos dirigunt beatitudinem.

Ioel. 2. 16. 12. 13. Eccl. 15. 3 Eccl. 2. 1. Eccl. 2. 16.

Aliæ quatuor beatitudines apertè consonantia proponunt; consonum enim est, vt qui esurit, & sitit iustitiam, satietur illa; quoniã desiderium suum iustis dabitur. Consonum est, vt qui diligit, & facit misericordiam, inueniat illã. Quia *quamensura mensi fueritis, remetietur & vobis.* Consonum est, vt qui cor habet mundũ, Deum videat, quia *Sapientia*, qua cor purificatur, *est candor lucis æternæ*, & de illa scriptum est. *Viri veraces inuenientur in illa, & successum habebit vsq; ad inspectionem Dei.* Veritas enim est cordis munditia. Vnde Christus rogat Patrem pro discipulis. *Sanctifica eos in veritate*; sanctificare autem est mundum facere. Consonum est deniq; vt pacificè filij Dei sint, & nominentur. Quoniam *Deus non est Deus dissentionis, sed pacis*, adeo quod voluerit Filium suum vnigenitum mittere in terras ad dirigendos pedes nostros in viam pacis, quinimmo & iussit illi, vt per suum sanguinem inimicitias tolleret, pace atq; concordia omnia conciliaret. Hinc Paulus. In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quę in terris, siue quæ in cœlis sunt. Cum igitur Filij Dei sit pax nostra, qui etiam fecit vtraque vnum, & venerit pacem mittere in terram, adeo vt etiam sint sua, verba Prophetæ. *Cum iis qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis* Rectè qui pacifici sunt, filij Dei vocabuntur.

Prou. 10. 24 Luc. 6. 38. Sap. 7. 26. Eccl. 15. 8. Ioan 17. 17 1. Cor. 14. 33. Luc. 1. 79. Eph. 2. 14. Ps. 119. 6.

13.

Istæ sunt viæ rectæ quibus deducimur ad Regnum Dei, nam ab impedientibus viam nostram auocãt animum nostrum, & per semitam rectam nos dirigunt ad terram viuentium, nobis à Deo promissam. Per quas ambulantes lætemur, & exultemus, & ita in domum Domini lætantes ibimus. Neq; enim luctus de quo dictum est. *Beati qui lugẽt*, veram aut tollit, aut imminuit lætitiam. Si enim iubemur gaudere, & exultare cum male dixerint nobis homines, & persecuti nos fuerint, & dixerint omne malum aduersum nos,

14.

men-

mentientes propter Christum, quomodo luctus, qui sit propter cœlestis patriæ desiderium, aut quoquo modo secundum iustitiam, & legẽ Dei, gaudium nostrum tollet à nobis? Duo sunt quę nobis simul adhærent, afflictio siue compunctionis nostræ siue persecutionis alienæ, & beatę spei expectatio; hoc vngit, illud pungit. Sed vtrũ horum vehementi⁹ afficere potest, & debet? Num momẽtaneum, aut æternum? num leue aut graue? num parua subtractio alicui⁹ creaturæ, an condonatio creatoris? Heu! cur non leuam⁹ capita nostra appropinquantem redemptionem nostrã? Ergo *audi consilium, & percipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis.* Quod monet Salomon. Nam, *multæ cogitationes in corde viri, voluntas aũt Domini permanebit* Dicit, ac docet idem Sapiens. Quot quæso cogitationes versantur in cordib⁹ nostris? secundum multitudinem rerum, ac negotiorum, ita exuperant consilia habitantium super terram. Traditus enim mund⁹ est disputationi, altercationi, occupationi, appetitioni, vnde inconstans est homo in omnibus vijs suis dum fugientia sequitur, dum labentia tenet, dum mendacia credit, dum fallẽtia amat. *Quoniam cogitationes hominum vanæ sunt*, sed quæ decreuit Deus ĩmobilia sunt, ac verè permanẽtia. Nam voluntas Domini permanebit in æternum. Qui ergo in his nouissimis Sapiens fuerit, quæ noua ac nouissima semper erunt, numquam vetera, numquam senescentia, numquam antiquata, aut deficientia, hic verè Sapiens reputandus erit. Hæc sunt, quæ nos docuit Saluator. Ergo illius *audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.* Quod nobis concedat, qui bona cuncta concedit. Amen.

Prou 19. 20. 21.

Eccl. 1. 10.

Ps. 93. 11.

MORALE.

TAm clara doctrina Domini Iesu, tam præstans, tam necessaria, heu mirum est, quin miserum, ac miserrimum magis, quod orbem propè vniuersum lateat, vt certè, quæ de Sapientia abscõdita in Scripturis quasi cum admiratione narrantur, huc faciant propriissimè. *Sapientia vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit. Non est in me, & mare loquitur: Non est mecum. Abscondita est ab oculis omniũ viuentium. Volucres quoq; cœli latet. Perditio & mors dixerunt: Auribus nostris audiuimus famã eius* Duo de illa ignorãtur, quantum valeat, & vbi existat. Ignorãtia v. ista, ibi est, vbi natura tantum viget, vbi aliud nõ est, q̃ homo, vt à natura constitut⁹, & qui vitã istã ducit, vt viuat, & in ei⁹ suauitate delectetur. Ide oneque in mari est, neque in terra, neque in aëre, nam & volucres cœli latet, neq; in inferno. Res est supra naturã. Ergo non in natura reperitur. Sint diuites valdè homines, sint principes dominãtes quoq; super bestias, at non ideo cum illis est sapientia. Audi. *Vbi sunt principes gentium, & qui dominãtur super bestias, qui in auibus cœli ludunt, qui argentum thesaurizãt?* exterminati sunt: sint iuuenes cum sensuum pspicacitate, non præterea tñ sapientes sunt. Audi: *iuuenes viderunt lumẽ, viam aũt disciplinæ ignorauerũt* Sint præditi sapientia, quæ de terra est, in secretorum naturalium inuestigatione; in humanis negotijs peritia, & experientia nõ adest illis propter hoc sapientia vera. Audi. *Nõ est audita in terra Chanaan* (id est mercatorum) *neq; visa est in Themã* (vbi erant Philosophi) *Filij quoq; Agar, qui exquisierunt prudentiã, quæ de terra est, negotiatores Merrhæ & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ, viã aũt sapientiæ nescierunt* Sint homines fortes in bello, statua magna, in ijs quoq; nõ inuenitur sapientia. Audi, *fuerunt gigãtes nominati illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum Neq; viam disciplinæ inuenerunt Et quoniam non habuerunt sapientiam interierunt propter suã insipientiam* Sapientia ista non à natura datur, nõ naturam sequitur, excellentiorem pergit viam. Num natura in paupertate ponit regnum? in mansuetudine potestatẽ? in luctu consolationẽ? in fame satietatem? regnum, & gloriam in tribulatione, & persequutione? has infirmitates abhorret na-

Iob. 28. 11.

Iob. 28. 21.

Baruch. 3. 16.

Baruch. 3. 20.

Baruch. 3. 22.

Baruch. 3. 26.

tura, has miserias fugit, has passiones detestatur; nihil in illis, nisi malum intuetur nihil appetibile, nihil delectabile, sed rem plenam dumtaxat incommodorum; tantum abest, vt in his verâ constituat fœlicitatẽ. At veritas, at sapientia, quæ de cœlo est, clamat. *Beati pauperes spiritu. Beati mites, Beati qui lugent. Beati qui esuriunt, & sitiunt, Beati, qui persequutionẽ patiuntur* Propterea, qui de terra sunt, qui terrena sapiunt, qui carnem fouet, qui amat animam suam, nõ capiunt verbum istud. Qui diligunt hoc seculum, cogitant, quæ sunt mundi, non quæ Dei sunt. Quod natura non dat, longè id ipsum arcet a nobis iniquitas. Iob ostendit sapientiã in natura non inueniri. Baruch Propheta testatur; ab ijs illam à longè stare, qui diligunt iniquitatem seipsos amãtes, & voluptatum sectatores. Duo ergo sunt, quæ nos sapientia vacuos faciunt, negligentia in quærendo illam, diligentia in fugiendo. Studiũ itq; virtutem postulat sapientia. *Discę* (inquit Propheta) *vbi sit prudentia; vbi sit virtus, vbi sit intellectus.* Discite sapientiam, qui habitatis terrã, alioqui peribitis in insipientia vestra. At *beati qui scrutantur testimonia Dei, in toto corde exquirunt eum.* Quod natura non præbet, præbeat disciplina, studium adipiscatur, illud cõsequatur diligentia, ardensq; voluntas, ac virtus. Vbi lex Domini est, ibi vera est sapientia, nam & sapientiam legum conditores iusta decernunt. Hinc Moyses. *Hæc est vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc dicãt En populus sapiens, & intelligẽs.* Quoniam ergo *beatus est homo, qui inuenit sapientiam*; propterea *Beati, qui scrutantur testimonia eius* Primo aspectu non arridet quod dicitur. *Beati pauperes Beati qui lugent:* Quoniam sensus, primus est obuius, caro prima sentit. Homo videt ea, quę patẽt. Ingredere benedicte Domini, cur foris stas? Ingredere in sanctuarium in conspectu Domini, vbi est, qui in veritate iudicat, non secundum visionem oculorum neq; secundum auditum aurium. Scrutare testimonia, perspice in mandatis Domini, & scaties, q̃ vere sapiẽs dixerit. Nihil dulcius, q̃ respicere in mandatis Domini, si horridus aspectus, si aridꝰ cortex, si prima dura sunt, & acerba; fructus erit dulcis, sapida pars interior, glorioſa, & plena fœlicitatis erunt nouissima. Esto, paupertas terreat prima facie, & sit amara quasi absinthium, decortica ipsum, nam in solo cortice est amaritudo, & senties, & intelliges te experientia docente, quod panis absconditus est suauior, q̃ spiritus sapientiæ est super mel dulcis, q̃ iudicia Domini, quæ sunt præcepta eius, *desiderabilia sunt super aurum, & lapidem pretiosum, & dulciora super mel, & fauum* Et verè pauperes euangelizantur, id est, annuntiatur illis gaudium magnum, optimum nuntium, ô Deus vbi inuenitur sapientia? Nescit homo pretium eius. Quis quærat q̃ non nouit? quis laborat pro re, q̃ non æstimat? nõ pendet? non curat? Absit ergo negligentia & culpa, vt sapientia non absit.

Baruch 3. 14. Isa. 118. 2. Sap. 8. 15. Deut. 4. 6. Prou. 3. 13. 1. Reg. 17. 7 Isa. 11 3. Eccl 23. 37. Psal. 18. 11. Mat. 11. 5.

Hæc est enim causa, quamobrem *stultorum infinitus est numerus*, insipientium innumerabilis multitudo, pereuntium vniuersalis generatio. Pascunt porcos, reficiunt sensus, carnẽ nutriunt, in desideriis sæcularibus volutantur. Videas vltro citroq; homines concursare, terrenis negotijs implicari, suspensos ad gradꝰ dignitatum; & per gradus ascendere etiam ad altare Domini. Clamitet sapientia, vt ad se veniant, sed surdos non facit audire, perstrepit mundꝰ, à voce pereuntium repletur auris, vt non audiat vocem Domini, sapientiæ clamorem, sermones veritatis. Tonat mundus, sed vox veritatis est sicut sibilꝰ auræ tenuis; si nõ intentꝰ audias, nõ senties, non intelliges, nõ perspicies, quæ sunt spiritus Dei. En ratio cur abscondita est sapientia, cur est verè Deus absconditus, cur manna absconditum; quia non auscultamus veritatem, dicentem. *Si quæsieris sapientiam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illã: tunc intelliges timorẽ Domini & scientiam Dei inuenies: quia Dominus dat sapientiã, & ex ore eius prudentia, & scientia* Quia non attendimus concentũ illum cœli. *Beati qui scrutãtur testimonia eiꝰ, in toto corde exquirunt eum.* 17. Eccl. 1. 15. Prou. 2. 4. Psal. 118.

An

An putas casu illa inueniri, quæ te beatum faciant? studio opus est. An nescis, quia tu super omnes es, pedibus tuis subiecta sunt omnia? infra te positus est mundus totus? Isai. 3. 12. cur ita? vt noueris, quod *qui* in huiusmodi *te beatum dicunt, ipsi te decipiunt.* Heu! & vos insipientes in populo, hoc idem vobis persuadetis fallentes vosmetipsos, cur ita, inquam? vt his inferioribus subleuatus eleues te etiam super te, ascendens in montem Domini, vt videas voluptatem eius, & fruaris bonis illius. Cur ita rursus? Vt Phil. 3. 13. quæ retro sunt obliuiscens, ad ea, quæ sunt priora extendas teipsum ad destinatum prosequens brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu; si non tu ipse in te beatus es, quomodo, quæ infra te sunt, id tibi poterunt condonare? Quæ in se beata non sunt, alios beabunt? Dic tu: Quæ maledicta sunt, benedicent mihi? Quæ spinosa sunt, delectabunt? Quæ meo indigent labore, vt ministrent mihi, sine labore meo, otiosum, fœlicem facient? Deus solus est supra nos, qui fecit nos; ipse beatus est, & solus potens beatificare hominem, qui ideo factus est ad imaginē eius, qui fecit illum, vt qui similis est illi, is solus beatus sit, illi agglutinatus, illi configuratus, ad illum transformatus. At quomodo ascendes ad Deum, nisi, quæ inferiora sunt, derelinquas? At quomodo scandim⁹ superiora, vbi est Deus, qui habitat in cœlis? Moyses quando in montem ad Deum ascendit; legem accepit de manu Domini, vt intelligamus per legem disponi ascensiones istas. Ergo qui scrutatur legem Dei, Deum exquirit; qui legem quærit, Ps. 118. 2. Deum inuenit. Ergo *beati, qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.* Bonum hoc magnum est, non leuiter curandum, sed toto corde exquirendum est.

18 Sed heu! illa fugiunt homines, quæ debent desiderare, *timent pruinam, & nesciunt quod super illos irruet nix.* Iob 6. 16. Timent vbi non est timor, & vbi timendum esset timere nesciunt, timent paupertatem, fugiunt dolores & penuriam, & esuriem, & aduersitates, & non timent Deum, qui potest perdere in gehennam: hunc timete, vt sanctus sit timor vester, vt vtilis, vt salubris, quo solo potestis esse beati. Quapropter, *beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis* Venia videretur danda, si non experimento cognoscerent homines, quod mundus totus positus est in maligno, repletus miseriis, quod qui illi adhærent miseros facit, & miserabiles, tantum abest, vt fœlices faciat. Palpate, & videte. Gustate, & videte, iam notum est omnibus, ꝙ vani sunt omnes, qui diligunt vanitatem, & ꝙ terra inanis est, & vacua, & omnia vanitas, & quod sola veritas vera confert bona. Cur ergo non separamini à tabernaculis impiorum? cur non clamatis ad Deū in amara afflictione, qua vos premit Ægyptus illa, crudelis ille Pharao? Noëmi cum familia sua facta fame in terra inde recessit. At verò audiens, quod respexisset Dominus populum suum, & dedisset eis escas, surrexit, vt in patriam pergeret: famem experta, abundantiam audiens, iter aggreditur: illud sensit, hoc audiuit. Sentisne tu famem hanc, quam homines patiuntur, vt canes desiderantes fœlicitatem? sentis profecto, quia nemo est sua sorte contentus. Audis tamen sapientiam dicentem, & clamantem. *Beati pauperes* 19 *spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū.* Cur non credis, & studes redire in patriā, vbi respicit Dominus populum suum? De sapientia audisti. *Perditio, & mors dixerunt Auribus nostris audiuimus famam eius.* Positi in angustiis, in laboribus, in calamitatibus audiuimus famam sapientiæ, rumor peruenit ad aures nostras, quod *Beati sunt pauperes spiritu, mites flētes, esurientes, & sitientes,* Imitemur Noëmi, quæ audiens, quod Dominus respexisset populum suum, venit in Bethlehem patriā suā. Si sola fides non sufficit, quæ rerum est nō apparentium, adiuuet experientia, fides bonorum non apparentium, & experiētia malorum opprimentium, atq; vexantium stimulent pigritiam, & fidei fidem faciat experientia; nam qui prædicit quæ non parent, prædixit, & quæ iam pateris. Vtrinque verax. Populus bonum liberationis in se sentiens, Ægypti vidit plagas. Experientia ista fidem faciebat verbis

Ps. 111. 1. Ruth. 1. 1. Iob 28. 22. Heb. 11. 1.

Domini

Domini promittentis terram lacte, & melle manantem, & plagas Ægypti, aliasque maiores comminantem. Bona terræ comedentes, non timuerunt minas. Quid ergo tradidit illos Deus in captiuitatem? Num ergo, non credent experti, quod Dominus loquitur? *Quid est Israel, quod in terra inimicorum es? inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cũ deſcendentibus in infernum?* Mala, quæ pateris in captiuitate, in qua tandiu miserè viuis, vt in ea iam sis inueteratus, ibi tactu mortuorum coinquinatus, quin magis mortuis factus similis, & iis, qui in infernum descendunt. Mala hæc (inquam) vnde tibi? recordare, quod hæc tibi intentabantur à Deo, si legem eius transgrediens illum dereliquisses, & audi. *Dereliquiſti fontem ſapientiæ; nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtique in pace ſempiterna.* Sic dicitur nobis. Vnde vobis tot aduersa? vnde bella? vnde fames? vnde ægritudines? vnde tantorum malorum illuuies? Dereliquisti fontem sapientiæ, aures obturasti ad doctrinam, quæ te viam Domini docebat, quam si perambulasses habitasses in pace sempiterna, nunc quietus, & in futuro beatus.

Bar. 3.10.

Bar. 3.11.

FERIA TERTIA,

DOMINICÆ PRIMÆ.

ARGVMENTVM.

Vos eſtis ſal terræ. Matth. 5. *Apoſtoli ſunt ſal & lux, quibus nominibus datur auctoritas & ſcientia. De firmitate Eccleſiæ Romanæ. Quæ ſint munia Prædicatorum.*

1 SAPIENS post multa sapientiæ data documenta arbitratus est, operæpretium esse, viros quoque qui in eadem sapientia claros, atque illustres se præbuerunt, laudibus extollere, tum vt etiam hac ratione sapientiam ipsam amplius commendaret, quæ ita conspicuos redderet homines de luto creatos, mortales, & in puluerem reuersuros; tum etiam, vt ad eam exoptandam, quæ nobis adeò perspicua esset, vehementius excitaret; tum quoque, vt cunctis patefaceret, obuiam illam esse vnicuiq; qui eius desiderio teneatur; vt non sit necesse multum in ea adipiscenda laborare; quando homines similes nobis mortales tantum profecerint in illa, vt meritò ab omnibus suscipiendi sint, atque laudibus prosequendi. Propterea illorum aggrediens commendationem his verbis exorditur. *Laudemus viros glorioſos, & patres noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia ſua à ſæculo. Dominantes in poteſtatibus ſuis. Homines magni virtute, & prudentia ſua præditi.* Itidem & saluator fecit, nouam promulgaturus legem, quæ singularis sapientia est, cuius quidem promulgationis initium, Domino ipso docente, atque prædicante, elucescere. Legis huius initium cepit enarrari per Dominum, per eos postea confirmandum, qui Spiritu sancto misso de cœlo ministri fuerunt sermonis, illum spiritu labiorum suorum vbique portantes, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Idcirco sapientissimè ipse summus Legislator laudans hos à se legitimos constitutos doctores, authoritatem illis conciliat, instruitque eosdem simul quanam ratione cœlestem hanc legem, atque doctrinam euangelizare debeant, dicens illis. *Vos eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Hæc autem omnia ad institutionem nostram, his igitur mẽtis auditum intendamus.

Eccl. 44.1.

Hebr. 1.1.

Marc. 16. 20.

Dicens Dominus. *In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ* & alibi: *Lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem.* Duo demonstrauit ad legem pertinere: Quæ sunt, promulgatio, & prædicatio, siue declaratio. Per legem enim intendit ipsius legis promulgationem. Per Prophetas eiusdem legis prædicationem, atq; declarationem. Has duas partes conuenienter habet, & lex Euangelica, quæ ex ore Altissimi

2 Matt. 22. 40. Luc. 16. 16.

Ioan. 1.2.

Altissimi prodiit, promulgata à verbo, quod erat in principio apud Deum. Ac postmodum mediis Apostolis, Euangelistis, Doctoribus, atque Pastoribus exiuit velut de Paradiso ad irrigandam omnem
Isai.49.6. terram. Posuit enim illam Deus in lucem gentium, vt sit salus eius, vsq; ad extremũ
Rom.1.16 terræ. Euangelium enim virtus Dei est in
Mat 3.16. salutem omni credenti. Sicut ergo Pater testimonium perhibuit filio, quando cœli aperti sunt super eum, & descendit Spiritus sanctus sicut columba in ipsum, & vox Patris facta est. Hic est Filius meus dilectus. Ita Filius ipse testimonium his perhibuit, quos ministros constituit noui testamenti, dicens. *Vos estis Sal terræ. Vos estis lux mundi.* Vt notum sit omnibus hominibus, hoc sale omnem terram esse condiendam, & hac luce totum debere mundum illuminari, vt non sit, qui se abscondat à sapore, & à splendore eius. Hac igitur ratione confirmatos nos vult esse in sua doctrina, vt non vacillemus fluctuantes omni vento doctrinæ.

3 Duo autem facit in hac testificatione. Primùm enim his nominibus eos appellat, quæ authoritatem illis concilient, vt securi credamus illis, tamquam à Deo missis. Secundum est hortatio quædam, aut iussio illis facta, qua instruantur & ipsi, qua ratione docere alios debeant, vnde subiungit. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.*

Dum primum horum duorum exequitur duo facit. Primò enim facit illos ministros noui Testamenti, conferens illis authoritatem magisterij, vt certum sit illos docere non verbum hominum, sed verè verbum Dei. Secundò ostendit qualitatem doctrinæ, quam portant. Vtrumq; eisdem verbis facit, dicens. *Vos estis Sal terræ. Vos estis lux mundi.* Dum enim salem, & lucem vocat, eos salem, & lucem facit. In sale autem, & luce declaratur authoritas illorum, nempè saliendi terram, & illuminandi mundum. Sed per salem quoque & lucem, quæ, vel qualis sit eorum doctrina declaratur. Primum itaq; exequens Christus Dominus id facit, quod pater sibi fecerat. Qui dixerat. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Sic certificans homines vniuersos, vt qui illum audiret, audiret eum, qui miserat illum. *Mat.3.16.*
Hebr.3.6. Si enim Moyses fidelis fuit in omni domo eius tamquam seruus, vt non loqueretur de corde suo, sed quæ Deus mandauerat illi, multo magis Filius fidelis est in omnibus verbis suis in domo propria, alioqui dilectus non esset, neque in illo Pater sibi complaceret; si diceret, hæc dicit Dominus, cum Dominus non esset loquutus. Haud secus & ipse dicit discipulis suis. *Vos estis sal terræ. Vos estis lux mundi.* Quod dum dicit, tales eos constituit. Neque enim à se ipsis ij essent qui terram condire possent, & mundum illuminare. Vnde, & sapiens viros glorioſos aggrediens laudare, hæc verba præmittit. *Multam gloriam facit Dominus magnificentia sua à sæculo.*
Eccl.44.2. Ita ergo gloriam hanc multam fecit Christus Dominus noster, quando de piscatoribus piscium fecit piscatores hominum,
Mat.4.19. & satores verbi cœlestis, hos, qui non minus, quàm Moyses impeditioris linguæ
Exod.4.10 essent, ac veluti infantes, qui lingua materna vix possent mentis suæ proferre conceptus, vt verè de ipsis fuerit à Propheta prædictum. *Ex ore infantium, & lactentiũ*
Psal.8.3. *perfeciſti laudem* Si ergo qui testimonium habet à Patre, qui verax est, illos dicit *Sal terræ, lux mundi.* verè sal sunt, & lux.

Quemadmodum autem dum durat sæculum, neque sal deficiet, neque lux, adeo vt pactum firmum, & irreuocabile diceretur pactum salis. Ita verbum Domini ma-
Ps.118.90. net in æternum, & in sæculum sæculi veritas eius. Ergo Authoritas magisterii, quam in discipulis suis Christus liberaliter collocauit, mansura est in perpetuum super terram, vt verè impleatur diuina promissio facta per Isaiam Propheram. *Hoc*
Isai.59.21. *fœdus meum cum eis, dicit Dominus. Spiritus meus qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui: Dicit Dominus à modo, & vsque in sempiternum.* Per Spiritum intel-
Psal 50.14 lige authoritatem, qui ideo dicitur spiritus principalis, id est, spiritus vngens, & constituens principes, atque in regia, ac

principali authoritate confirmans. Hæc verò authoritas potissimùm datur ad docendam veritatem de omnibus. Ideo dicit, quod verba numquam recedent posita in ore eius, nempè Christi, qui si loquebatur in Paulo, multò magis loquitur in Ecclesia, cuius semen semper conterens caput serpentis, patris mendacii, manebit vsque in perpetuum. Hoc igitur nouum est, & æternum testamentum, & lex, quæ manet in perpetuum.

2. Cor. 13.3

5 Nunc exequens secundum simul cum authoritate collata docendi, qualitatem quoque innuit, excellentiamque doctrinæ. Sal enim condit cibos, lux illuminat oculos. Ergo Euangelica lex gustum respicit, & oculum: duo, videlicet, homini admodum necessaria; & gratum vtrumque. Nam quod insulsum est, insipidum est, & ingratum. Sal ergo sapidum, & gratum reddit cibum. Nec minus lux oculorum lætificat animam, vt dicit sapiens. Afficit lex nostra affectum nostrum, quoniam finis eius est charitas, nihil verò delectabilius charitate. Dilectio enim & delectatio pari passu incedunt. Hoc igitur primum videamus.

Pro 5.30.

1. Tim 1.5.

Vtile est scire, quàm suauis, & grata sit lex, vt meritò sali comparetur: cuius cõparationis hæc est prima ratio; quia procedit de intimo cordis Dei, vbi summa est beatitudo. Inde enim eructat verbum bonum sapiens originem suam, vt ad eandem originem, ipsa lege ligatos, reducat homines. Ex dulcedine Dei procedit lex eius qui diligens dirigit, & dirigens diligit: cum enim solus ipse sit nostrum bonum, nostraq; beatitudo, amans nos, cupit beatos esse. Ideo per legem dirigit ad beatitudinem. Audi Psalmistam. *Dulcis, ac rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquẽtibus in via, diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.* Vides quomodo, quia dulcis, ideo legem dat? Vidit errantes homines sicut pereuntes oues, hoc est delinquere in via, & derelinquere viam rectam; compatitur illis ex sua dulcedine, & misericordia, & ideo ne pereant de via recta, Rectus ipse, ac Rector dirigit in viam rectam per legem suam: hæc lex iudicium est, de quo dicit. Dirigit mansuetos in iudicio, quod declarans subdit. Docebit mites vias suas, lege enim dum docet, dirigit: ergo dat legem etiam delinquentibus in via, vt non delinquant; dirigit autem, & docet mansuetos, quia mites sunt cedentes legi, atque obtemperantes. Lex itaque; quæ ducit ad fontem aquæ viuæ, quæ est aqua refectionis, Diuinæ dulcedinis facit nos esse consortes.

Psal. 24. 8.

6

Ad imitationem ergo Dei dicebat Apostolus. *Eo quod habeam vos in corde, socios gaudii mei omnes vos. Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.* Vnde hausit Paulus tantum charitatis affectum, vt caperet fideles esse in visceribus Iesu Christi? certè quia nouit Christum in sua viscera nos transferre cupientem, & traiicere in ventrem, & in sui cordis intimum, vbi plena est cõsolatio, & vera refectio. Hic Paulus suxerat mel de petra, butyrum, & lac, quia de forti egressa est dulcedo. Huc igitur trahere desiderabat, & satagebat transferre fideles omnes, vt essent socii gaudii, quod ibidem ipse gustabat. Cor Christi plenum gaudio. Cor Pauli in corde Christi participans gaudium illud. Habet igitur fideles Paulus in corde suo, vt socii sint gaudij sui. Quanto igitur magis Deus cupit nos esse socios gaudii sui? propterea fideli seruo dicit. *Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Vox, euge, vox est cum gaudio excitantis, seu insultãtis. Gaudens ergo Deus, ad gaudium suum nos inuitat. *Cito* (inquit) *occidite vitulum saginatum & epulemur, & gaudeamus* Vt huiusce Diuini gaudij intelligentiam aliquã per figuram perciperemus, Tabernaculum suum, & Templum, quod erat domus Dei, vbi habitabat in hominibus, voluit esse pretiosum, & ornatum, vt esset pulchrum visu, & delectabile oculis, vt quod naturâ figurauerat hortus voluptatis, id est, Paradisus terrestris, arte, ac studio figuraret domus ipsa materialis, nempè templum Domini. Vnde est illa similitudo. *Filiæ eorum compositæ, circumornatæ, vt similitudo templi.* Vt illuc ingredientes ante Dominum, iam quasi in sinistra gustarent delectationes

Iudic. 14. 14.

Mat. 25. 21.

Luc. 15. 23. 7

Psal. 143. 12. Psal. 15. 11.

ctationes eius, vt ad eas, quæ in dextera sunt, desiderans accenderentur. Ideo Psal-
Psal.26.4. mus. *Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius.* Addens autem. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui* Ostendit, quòd in die mala liberat suos Dominus, vt custodiat, viuificet, & beatos faciat: Trahit enim illos ad interiora velaminis, quò cæteris non datur accessus, vt in abscondita illa parte tabernaculi, protecti sint ab incursu, & dæmonio meridiano, quin, & à timore nocturPsal 90.5. no. Ita quod nec *à sagitta volante in die, & à negotio perambulante in tenebris* offensi, tota die, ac nocte non taceant laudare nomen Domini, qui de tantis periculis, & irruentibus malis eripuit illos, quinimò, qui ibi dat illis cibum in tẽpore opportuno, vt quanto magis exterius affliguntur in carne, eò magis interius reficiantur in mente. Nam quando mundus persequitur, Deus amplectitur. Si verè mundi infectationes hominem agunt in templum Domini, vbi videns voluptatem Domini, eam degustet, atque in ea delectetur, quasi Ægyptus compellat populum exire in desertum, vbi cœlesti alimonia, & aperto, atque abundanti manna cibatur. O fœlices tribulationes, quæ ad
Mat.25.10 manna absconditum impellunt, quod est in absconditio tabernaculi, quò etiam cum sponso, & sponsa ingrediuntur prudentes virgines cum lampadibus suis; nam qui carnem suam crucifigunt cum vitiis, & concupiscentiis, mortificantes membra, quæ sunt super terram, hi spiritu ducentur in montes, vbi pascuis vbertimis perfruPsal. 18. 8. untur. Sed nunc iam ad propositum redeamus, nempè, quòd *lex Domini immaculata, conuertens animas*, ad locum vnde exierunt, nempè ad cor altum, videlicet, altissimi ipsius interni gaudii faciat eas
Psal.18 10 participes, vt iam in terra positæ experiantur, quod iudicia Domini sint dulciora super mel, & fauum, & seruus Dei, qui dilexit ea, re sentit, quod in custodiendis illis sit retributio multa. O Salem Diuinæ legis, sapidum, & dulcedinem immittentem in corda hominum.

Iam secunda ratio, cur lex nostra sali 8
comparata inuenitur dulcis; hæc est, sicut sal sapidos facit cibos, ita lex Domini quidquid secundum legem agimus, & accipimus, sapidum facit, & delectationis plenum. Singulare, ac præstantissimum opus est sacrificium, quod soli Deo facimus. Huic præcipiebat Deus semper ad- *Mar.9.49*
hiberi salem. *Omnis* (inquit) *victima sale* *Leuit 2 13*
salietur. In omni oblatione tua offeres *Malach. 1.*
sal. Cur ita? audi mysterium. Lege in *12.*
Malachia, & inuenies altare sacrificiorum mensam vocari. In mensa autem cibi apponuntur ad manducandum. Mensa igitur est altare, vbi fit conuiuium medullatorum, & manducantur carnes tau- *Hebr.13.10*
rorum, imò corpus Domini nostri Iesu Christi. Vnde Apostolus. *Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.* Mensa ista quasi communis erat Deo, & hominibus, pars etenim illa sacrificij, quam deuorabat ignis, cedebat in partem Dei, reliqua erat hominum: sal itaque apponebatur, vt suauis, & delectabilis esset cib⁹, nempè acceptus Deo, & hominibus. Dixit n. Deus statuens hoc præceptum. *Quidquid obtuleris sacrificii, sale condies.* Sed nunquid sa- 9
por iste materialis Deum, aut gustum *Leuit.2.13*
eius afficit? Quod scriptura dicit de odore, tu pariter, atq; eadem ratione dicas de sapore. Victimæ dum cremarẽtur, odorem efflabant, hunc odorem Deus vocabat sibi suauissimum, dicens: *Oblata omnia a- Num.18.*
dolebit Sacerdos in holocaustum, & odorem 17.
suauissimum Domino. Suauitas ista odoris, *Leu.1. 13.*
acceptatio est sacrificii Deo grata. Hinc, & *Eph. 5.2.*
Paulus de Christo. *Tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.* Ita sapor eandem acceptationẽ designat, qua grata Deo debẽt esse sacrificia iustitiæ, & opera bona, hoc ꝓstat lex, si quando cũ ea, & per ea sumus offerentes sacrificia in iustitia: sicut sal, sapida materialiter ipsa sacrificia legis sua suauitate reddebat. Ergo, qui secundũ legẽ ambulãt, & operãtur, in munerib⁹ suis placẽt Deo, & placant Deum. Tale sal non ponebat Cain in oblationibus suis. At Abel sacrificia sua sale isto condiebat.

Gen.4.4. Ideo respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem non respexit. Siue ergo quando manducatis, siue bibitis, siue quidquam aliud facitis, omnia per legem facite. Sacrificate sacrificium iustitiæ secundùm legem fidei, iuxta præscriptum Euangelii. Tunc Deus acceptabit sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, operationes, & desideria, quia in Mat. 5.16. omnibus honoratur Deus. *Vt videant* (inquit) *opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Itidem huiusmodi sale condita opera nostra, etiã nobis sapiunt, qui verè per illa delectamur Ps.118.14. in Domino. Audi expertum. *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.* Ratio est, quia sicuti vitium separans à Deo, prohibet bonum à nobis, ponens etiam dulce in amarum. Pugnat enim orbis terrarum contra insensatos, è contra virtus, & iustitia, quæ secundùm Deum est, appropinquare nos Deo faciens, & coram eo constituens, comedere nos facit de mieis, quæ cadunt de mensa eius, & prægustare, quoniam suauis est Dominus, cuius ordinatione stillant mõtes dulcedinem, & colles fluunt lac, & mel, vt sapiens homo nouerit ratiocinando cõcludere. Si creata delectant, quanto magis creator facit gustare bonum illius donum? Et quis filius patrem petens panem, accipit lapidem? Quanto magis Pater cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Ecclæ 24. At audimus ab eo. Spiritus meus super 27. mel dulcis. Et certè, qui astat ante Deum, Tob.12.19. vtitur cibo inuisibili, qui sua dulcedine exuperat omnem sensum. Hoc autem facit lex, hominem colligens, ne per vana dispergatur, & ligans vinculo perfectionis, quod est charitas, qua sumus Deo cari, quin & filii carissimi. Ideò lex dicitur. Col 3 14. Lex sapientiæ, qua, quæ sursum sunt sapimus, vnde pluit manna. *Os suum* (inquit) Prou. 31. *aperuit sapientia, & lex clementia in lingua* 26. *eius*, vt saporem eius degustet, aliisque propinet. Et quare volumen datum Ezechieli ad comedendum dulce fuit in ore Exech 3.2. eius? nisi quia lex, quæ in volumine continetur, dulcis est, & suauis? Posuit illa figura Deus verba sua in ore Ezechielis, vt ad populum eadem renuntiaret. Sensit Propheta dulcedinem eius, quoniam profectò lege Dei nihil dulcius in terra, atque delectabilius reperitur. *Quis est homo, qui* Ps.24.12. *timet Dominum* (canit Psalmus) *legem statuit ei in via, quam elegit? Anima eius in bonis demorabitur.* Ergo *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis.* Quid nisi dulce, quod beatum facit Psal 111 etiam in terra, vbi tot mala sunt sibi perpetuò cohærentia? Quid nisi dulce, quod adeò replet bonis, vt circumstantia mala penetrare non possint? Quid nisi dulce, cuius virtute, etiam mala in bona, conuertuntur, & amara tanquam verè dulcia degustantur? Lex igitur bona, vt ait Paulus, Rom.7.16. & bonum est sal, vt Dominus ait. Mar 9.50.

Consequenter alia quoque ratione sali 11
terræ lex cœli comparatur: sal enim non delectat solummodò, verum & iuuat, dum corruptibilem, & corrumpentem humorem exsiccat, & à comesto cibo, & à comedente viro, ideo est ad sanitatem edentium. Terrena sunt veluti cibus. Sal legis stringit humorem superfluũ, iubens. *Quod* Luc.11.41 *superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Humor superfluus poma vermibus scaturire facit, turpiáque, ac immunda reddit: tollite superfluum, & ecce poma sunt munda, poma ista sunt bona corruptibilia. Vnde & nos ob corruptibi- Iob 9.25. litatem breui viuẽtes sumus, (vt scribitur.) Tanquam naues poma portantes, quæ nisi velocius transeãt, poma marcescunt, quod & terreni homines probè scientes improbè dicunt. *Vmbra transitus est tempus nostrum. Venite ergo, fruamur bonis, quæ sunt,* Sap. 2. 6. *& vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus; coronemus nos rosis antequam marcescant*: sal igitur legis superfluum absumens humorem, conciliat sanitatem. *Nam in multis escis non deerit infirmitas.* Lex verò, ac timor Domini sobriam facit animam. Quod dico de superfluo humore, intellige de rerum superfluitate, vt non capiamus plusquam oportet capere, sed *habentes alimenta, & quibus tegamur,* 1.Tim.6.8 *his contenti simus.* Ideò enim & de muliere nequam præcipit Sapiens. *Abscinde illã*

Eccli. 25. 36. *à carne tua, ne super te abutatur.* Si de muliere hoc iubetur, quæ tuæ sortis consors est, cui etiam sacro coniugio coniungeris, quid de rebus, quæ ad te non pertinẽt, cum quibus nulla tibi societas est? propterea lex è superfluis præcipit abstinere, vt sobriè, ac iustè viuamus. Si quis plus Exod. 16. 20. debito de manna colligebat, excedens statutam, præfixamque mensuram, mox illa vermibus scatebat. Et quis corruptam comedisset? & si comedisset num corruptionem euasisset? huiusmodi sunt superflua omnia. Audi ergo, audi legem; salem Isa. 5. 8. adhibe, vt non cogites de castrino, ne argentum thesaurizes, ne domum ad domũ coniungas, & agrum agro insatiabiliter copulare contendas. Nunquid vos soli Deut. 27. 12. habitabitis in terra? *Maledictus qui transfert terminos proximi sui*, qui impinguatus, & dilatatus nullis vult legis finibus coërceri. Rursus *corpus quod corrumpitur, aggrauat animã. Vetus autem homo corrumpitur secundum desideria erroris.* Sale igitur nouæ legis saliatur, vt humorum, ac Sap. 9. 15. Eph. 4. 22. desideriorum superfluitas euanescat; ac Rom. 8. 13. proinde viuat homo. *Si enim spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Audiamus Rom. 8. 3. quæso Apostolum. *Deus Filium suum misit, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum: qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt; qui verò secundum spiritum sunt, quæ spiritus sunt, sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus, vita, & pax.* Vide quanti refert lege moderari, & iustificari: quandoquidem miserit Dominus Filium suum, vt iustificatio legis impleretur in nobis. Hoc verò præstatur, quando non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Vt ergò lex iustificans in nobis impleatur, frenanda, moderanda, mortificanda caro est: alioqui Rom. 7. 14. sua corruptione corrumpet nos, & vita priuabit. *Prudentia enim carnis mors est.* Lex ergo quæ spiritualis est, vt idem ait Apostolus, spiritu carnem mortificat, vt viuat. Hæc est enim prudentia spiritus, quæ est vita, & pax. Sale ergo & lege, lege & sale superflua nostra perstringamus, amputantes desideria erroris, quibus errantes rapimur ad infinitum inane.

Sed heu! quot sunt, qui à lege soluti, atque iustitiæ liberi, libertatem hanc, vel licentiam magis præbent in occasionem carnis, quasi iuuenculus indomitus, non cauentes pericula, damna non euitantes? putant enim se placentia consecuturos, dum quæ placẽt prosequuntur, & nescĩut, quod de illis verificatur. *Pericula inferni inuenerunt me.* Vix pericula ista euadunt, qui prudenter dirigunt gressus suos, tentantes num via sit recta, tuta, solida. Quid ergò de iis, qui oscitantes nil cogitant aliud, quam viuere secundum carnem? *Callidus* (inquit Salomon) *vidit malum, & abscondit se; innocens pertransiit, & afflictus est damno.* Hoc & in filiis huius sæculi plerumque contingit. Qui cautè ambulant, facilè se à malis eximunt. At qui innocenter viuentes, aliorum non aduertunt peruersitatem, & ita simpliciter ambulantes, ambulant confidenter, sæpè in insidias impingunt impiorum, à quibus damna multa sustinere coguntur. Discant ergò filij lucis prudentiam spiritus, qua studiosè, & sanctè callidi videant malum, damna præuideãt, vt ab ijs protecti vitam tueantur, & pacem. Alioqui si veluti innocentes non aduertentes, quæ possint illis mala contingere, neque id curantes, aut corde non vigilantes, profectò affligentur damno. Videte cœci quomodo caute ambuletis, attẽdite vobis, sit vobis cordi vestra salus, vt salui esse possitis. *Hortatio.* Pſal. 114. 3. Prou. 22. 3.

SECVNDA PARS.

Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. Dominus ex muneris conditione, & excellentia, quod illis iniungit, consequenter docet quales illos esse oporteat. Dixerat, *Vos estis lux mundi.* Ergò, *sic luceat lux vestra corã hominibus.* Homines enim sunt mundus ille, cuius ipsi sunt lux: luceant ergo, quia lux mundi. 13

Necessitatem huius consequentiæ iam præmonstrauit dicens. *Vos estis sal terræ.*

Quod si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Sal in ordine, ac genere saliendi primum est, nihil supra se habens, in quo ipse saliatur. Ergo si euanuerit, & infatuatum fuerit, vt non præterea habeat saporem, aut vim saliendi, à nulla re alia poterit saporem, sapidamque ac salientem virtutem accipere; & ideo insulsum remanet, & inutile. Hac similitudine Dominus eleganter nos docet Ecclesiæ suæ firmitatem. Nam authoritas Apostolica prima est, quę ab efficiente nullo terreno, aut forma creata vim accipit saliendi. Quia prima sedes à nemine iudicatur. Summus Doctor, & prima lux non eget Sole, aut Luna ad docendum, & illuminandum eum. Lapis primarius nullo alio fundamento nititur præter Christum, qui est petra, & lapis positus in fundamentis Sion. Tolle fundamentum, ruit ædificium. Ecclesia stat in perpetuum; quia *portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Igitur firmum fundamentum stat. Porrò, *si sal euanuerit, in quo salietur?* Vbi sal fatuum est, id est, insipidum, nulla re alia potest condiri, vt sapidum fiat, nec quidquam poterit ab eo saliri, & condiri; omnia ergo insipida, erũt insulsa, ingrata, reiecta. Hoc verò est impossibile. Quia bene fundata est domus Domini, vt non ruat, & munera eius accepta erunt in æternum. Igitur sal iste numquam euanescet. Nam, & naturæ salis repugnat infatuari. Ideo firmissima quæq; sali comparãtur. *Pactum salis erit* (inquit) *in sempiternum tibi, & filiis tuis.* Et est causa quamobrem iussit Deus, vt sale condiatur omnis oblatio. *Ne auferes* (inquit) *sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo*, vt intelligeretur nunquã futurum, vt deficeret sacrificium Dei in populo eius, quod pacto salis stabilitum est, atq; firmatum. Si autẽ sacrificium est sempiternum, & sacerdos in æternum maneat, necesse est. O igitur vocem Sapientiæ plenam. *Vos estis sal terræ.* Quia *ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Vt nõ deficiat (inquam) nec a te, nec ab Ecclesia mea. Si quando igitur fratres tui titubauerint, tu solicitus ad eos conuerte oculos tuos, vigilans super gregem tuum; *vade, & vide si prospera sint cuncta erga fratres tuos,* & vacillantes confirma, & debiles consolida, & errantes reuoca diligenter in viam rectam. *Pactum salis hoc erit in sempiternum tibi, & filiis tuis*, his videlicet, qui sibi succedent in Pontificatu.

Matth. 16. 18.

Num. 18. 17.

Leu. 2. 13.

Luc. 22. 32.

Gen. 37. 14.

Num. 18. 17.

Necessitatem rursus consequentiæ demonstrat, dum lucem eos vocat. *Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt.* Vbi attende, quòd & sal, & lux est ad aliorum emolumentum, & commodũ. Quod commodum bifariam potest communicari, & authoritate videlicet, & sanctitate; vtramq; enim notat & sal, & lux. Sal, condiens verbo, & exemplo. Lux, illuminans ore, & opere. Authoritate quidem condit sal, dum regit, potestate illa vtens ad salutem gentium, & illam diffundens in ministros Ecclesiæ. Sanctitate condit, dum nedum verbo, sed exemplo quoque ostendit eis viam bonam, per quam ambulent, & prouocat ad ambulandum in ea, sicut Pastor ante oues vadens, & indicat, & inducit ad sua sequenda vestigia. Lux itidem vtrumq; facit & demonstrãs, & delectans. Attamen quia sal videtur notare incorruptibilitatem, & soliditatẽ, quæ perpetuò manet in sacerdotali potestate; lux verò aptius figurat illuminationem, quæ fit in sanctitate, & iustitia: ideo sali dedit expressius potestatem, luci sanctitatem. Et quia potestas eius firmo instituto de se permanet in seculum seculi, nec ita ab humanis consiliis pendet, vt ab illis aut deiici aut diminui possit; ideo de sale agens Dominus, Vocatis sal, nullam adhibuit iussionem, aut hortationem, sed naturalem facultatem salis solummodo patefecit, dicens: *Si sal euanuerit* &c. Dũ verò lucem appellat, eos excitat ad illuminandum tum ratione, tum iussione, ostendens, videlicet quantum debeant, & præcipiens, vt faciant. 14.

Rationem explicat duplici similitudine, ciuitatis videlicet, atq; lucernæ. De illa inquiens. 15.

inquiens: *Non potest ciuitas abscondi supra montẽ p sita*: de hac verò. *Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio*. Res (inquam) conspicua. *Vos estis*, & in propatulo collocata Vestrum igitur est radiis claritatis vestræ mundũ illuminare. Vos veluti ciuitas estis, cuius sunt fundamenta in montibus sanctis. Ite ergo & ostendite vos intuentibus, vt & ipsi ascendere possint ad montem Domini, super quem Act. 9.7. ciuitas hæc illustris est ædificata. *Ingredere* (inquit) *ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere*. Hæc est enim sola ciuitas luminis plena, quia claritas Dei illuminat illam, & lucerna eius est Agnus. En Apoc. 21. quanta necessitas illis incumbit vt luceant 23. coram hominibus, & sint tanquam luminaria in medio nationum. Cum enim sitis in alto ob eminentiam dignitatis vestræ constituti, ne veluti res parua, quæ eminet, & si eminet, non ita omnibus patens est, veluti lapis vnus, aut arbor, aut etiam domus, sed tanquam ciuitas, eaq; magna valdè; prorsus necessarium est, vt lumen vestrum procul refulgeat, vt etiam sedentes in tenebris, & in vmbra mortis videãt istam vestram lucem magnam. Rursus. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum*. Et hæc, videlicet in alto collocatur, *vt luceat omnibus qui in domo sunt*. Digna certè mysteria, & aptæ similitudines, ciuitas sua altitudine, & magnitudine se foris ostendit, lucens in medio nationis prauæ, atque peruersę, vt annuntietur nomen Domini in vniuersa terra. Lucerna suo splendore non exteriora facit conspicua, sed interiora, *vt qui ingrediuntur, lumen videant*. Lucet enim omnibus, qui in domo sunt. Quæso, putasne intelligi, quæ legis? Propitium enim Ecclesiæ est, in qua Apostolica eminentia emicat, semper se cæteris sua pulchritudine demonstrare, vt ex bonis operibus illam considerantes glorificent Deum, qui talem sibi elegit populum; & iis, qui intus sunt, lucernam esse ad illorum dirigendos pedes in viam pacis iustitię, & charitatis: ex quo fiat, vt illi videntes credant, isti credentes, bene omnia faciant, & iustè operentur. Primum tamen, ac præcipuum, quod hic intenditur, est ratio euidens, quòd Apostoli debeant suo fulgore mundum illuminare, quia ad hoc missi sunt, & in sublimitate constituti.

Quo docemur, vt vnusquisque quod 16.
sui muneris est, fideliter exequatur, sicut in corpore vnumquodq; membrum, suũ opus operatur, pes, manus, oculus, auris. Sic in templo, vt erant varia instrumenta, ita diuersa erant ministeria. Panes ponebantur in mensa, lucernæ in candelabro, thus in altari aureo, oblationes in æreo, non panes in candelabro, aut in mensa lucernæ, & sic de aliis. Ita in hominibus, alia functio Pontificis, alia Sacerdotum, alia Leuitarum, alia vulgi. Omnes itaque suum opus operentur, & ij potissimum, quibus plura sunt distributa talenta. Nec 17.
tamen, qui vnum accepit, iustè se excusari posse arbitretur; si dum fuerit negotiatus, lucrũ de sibi concessis bonis conueniens, & dignum non retulerit Domino suo. Tibi dico, qui pauper, qui simplex es, qui 1. Corint. 1.
interea computaris, de quibus scriptum 28.
est, quod elegit Deus ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destruat, ob inopiam es quasi non sis, sed Deus, ea quoque quæ non sunt elegit. *Videte* (inquit Apostolus) 1. Corint. 1.
vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret. Dictum Luc. 14. 21.
est enim seruo. *Exi in vicos & plateas, & pauperes, ac debiles, & cœcos & claudos introduc huc*. Hic ergò numquid se excusare poterunt, quòd ad Dominicam cœnam non conuenerint, aut conuenientes non induti fuerint veste nuptiali? cur ille, cui obiectum fuit, quod ad nuptias nuptiali veste non indutus, cum intrasset interrogatus, non respondit. Domine vestem, aut pecuniam non habeo, vt veste alba indutus apparere valeam in conspectu tuo? At ille obmutuit: non excusat Matth. 22.
paupertas, non simplicitas, non ignobilitas, non carnis fragilitas, non sensuũ pronitas, non mundi prauitas, non diaboli falsitas, non quidquid sub cœlo est, aut in 12.
terra,

terra, aut subtus terram, omnibus obuiũ est regnum cœlorum, omnibus ad salutẽ patet via, quia *Deus vult omnes homines* 1.*Tim*.2.4. *saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire*; &, *omnis arbor* nulla excepta, *quæ non facit fructum bonum, excidetur,* Matt.3.10. *& in ignem mittetur*. Et ficus infructuosa, etiamsi non esset tempus ficorum, male- Matt.21.9. dicta est, & continuo aruit. Adeò esurit Deus fructum iustitiæ, vt quouis tempore velit, vt operemur bonum.

18. Nunc tandem veniamus ad præceptum Domini lucidum, & expressum. Hoc est, *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificẽt Patrem vestrum, qui in cœlis est*. Iam eos demonstrauit ad hoc teneri cum sint lux, ciuitas, lucerna, & in edito loco positi, nunc præceptum explicat. Si lux estis, *luceat lux vestra*. Si estis cæteris prælati, & in principatu constituti, *luceat lux vestra coram hominibus*. Hæc est conclusio, quæ se ad nos quoq; protendit, quibus dicit Apo- Eph 5 8. stolus. *Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino*. Qui propterea hinc deducit conclusionem istam. Vt filij lucis ambulare, quod est dicere. *Luceat lux vestra*. Neque enim lux est, quæ non lucet; luminaria enim fecit Deus ad illuminan- Gen 1 14. dum. *Fiant*, inquit, *luminaria, & illumi-* Hortatio. *nent terram*. Nunc Christiane, num lux es? num filius lucis, id est homo illuminatus, aut luminosus? Vbi est lux tua? Vbi Pr.6.23. radij ex te procedentes? Mandatum lucerna est, & lex lux, præceptum Domini lu- Psal 18.9. cidum illuminans oculos? Hoc si fueris in corde tuo, in ore tuo, in manu tua, luce splendida fulgebis.

Ne mihi dicas: bonus sum, non facio cuiquam iniuriam, ambulo in conspectu Dei, iudex meus est in cœlo. Non mihi est curæ, quid de me sentiant homines: qui vident ea solum, quæ patent. Non sic impie, non sic. *Luceat lux vestra coram hominibus*, Deo quidem debes, sed homi- 19. nibus quoque debitor es. Sol illuminat superiorem sibi partem cœli, vbi Stellæ splendent in lumine suo, at infra se quoq; emittit lucem suam, vt appareat Arida, & Luna resplendeat, & nos videamus, & vi-

uamus. Primum quidem est mandatum. *Diliges Dominum Deum tuum*: secundum Mat.22.36 autem simile est huic. *Diliges proximum tuum*; quod vt sit opere, & veritate, *luceat lux vestra coram hominibus*. Quomodo verò? sic *vt videant opera vestra bona, & glorificent Deum, & Patrem*. Sic lucebat Abram, cui dicebant gentes. *Princeps Dei* Gen.23.6 *es apud nos*. Sic Isaac, cui dixit Rex Gerare, cum principe militiæ suæ. *Vidimus* Gen.26.28 *Dominum esse tecum*. Sic Iacob, ideo scri- Gen.25.5 ptum est. Terror Dei inuasit omnes ciuitates per circuitum, & non sunt ausi persequi recedentem. Si extra hominum conuersationem degeres, forsitan satis esset, vt esses tibi ipsi sapiens. Sed vbi tot sunt conuiuantes in mensa Domini, teipsum exhibere præsentem, non indutum veste nuptiali, hoc te reum facit, hoc te condemnat. Ambula nudus, & spoliatus, vt libet in domo tua, in cubiculo tuo, in cubili tuo; vbi Deus solus intuetur, sic ambula coram Deo, vt ei placeas, qui te probat. At in turbarum, & plateæ ciuitatis, dicturus es cum Apostolo. *Per omnia omnibus* 1.Cor.10. *placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed* 33. *quod multis, vt salui fiant*. Sed væ mundo Matt.18.7. a scandalis, væ Cain, væ Balaam, nam etiã Iuda 11. scriptum est: *Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt. Et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis* 20. *est*. Ecce quò nos ducit lex, nempè ad Deum, nam legis, & operum bonorum finis Deus est, vt tribuatur illi honor, & gloria. *Omnia* (scribit Paulus) *in gloriam* 1 Cor.10. *Dei facite*. Illi soli gloria, nobis autem cõ- 31. fusio. Sed concupiscentia mala etiã gloriam Dei sibi vsurpare contendit, nedum cætera bona; quod faciens digna est confusione; verum, & malè operans sibi sapiens, & iusta, & bona videtur. De hac dicit Salomon. *Relinquit ducem puberta-* Prou.2.17. *tis suæ, & oblita est pacti Dei sui*. Virum, videlicet offendit, & Deum. Lex quidem nos Deo coniungit, & hominibus, vt suũ vnicuiq; tribuamus. Et hæc est sapientia, quæ hominem custodit ab hac muliere aliena, nempè, concupiscentia; sibi enim inuicem aduersantur sapientia, & concupiscentia. Illa ordinat hominem cum

c. catu-

creatura, & cum creatore. Hæc oblita est pacti Dei sui. Lex dicitur pactum, fœdus, testamẽtum: est enim firma, & vltima voluntas eius, qui pepigit fœdus cum hominibus, vt custodiant testimonia eius, & legem eius exquirant: quod fœdus, seu pactum, quasi testamentum firmatum est. Concupiscentia oblita est pacti Dei sui; quia legẽ adeo transgreditur, vt post se relinquat, illiusq; obliuiscatur.

21. Hoc nobis Salomon sub malæ mulieris figura, vt solet, graphicè depingit. Ideò postquàm ad Sapientiam est adhortatus; quàm vtilis sit volens admonere, subiungit. *Vt eruaris ab aliena, & ab extranea, qua mollit sermones suos, & relinquit ducem pubertatis sua, & oblita est pacti Dei sui.* Ducẽ pubertatis vocat virum, quem habuit in iuuentute sua, qui dicitur dux eius, quia mulier virum debet sequi, & obsequi illi, sicut & homo legem debet sequi, atque ita obsequi Deo, obsequium illi præstans & obedientiam. Sed aduersaria concupiscẽtia totum molitur oppositum. Aliena est, & extranea, quia nõ est homini iure coniuncta, sed contra fas, & contra naturale, & cœleste præscriptum. Aliena pariter, quia hominem trahit ad ea, quæ maximè illi sunt incongrua, quin & nociua, nempè ad opera mala. Hæc vt contraria legi mollit sermones suos Heu! ne seducaris homo blanditiis concupiscentiæ; quæ grata, & voluptuosa suggerere videtur, sed certè impensè noxia. Durum tibi videtur quod iubet lex, quæ scripta est in lapidibus? aspera tibi proponere illam existimas; & mollia tibi suadere concupiscentiam? Attamen quæ dulcedo, quæ mollities fuit populi adorantis vitulum, dum lex in tabulis scriberetur? Ad iram prouocauit Deum, qui si non Moyses restitisset, totum illum populum delere decreuerat: placatus tamen vltus est iniuriam nece adorantium, qui fuerunt viginti tria millia. Ita & viæ huius concupiscentiæ sunt viæ inferi penetrantes interiora mortis. Per inferos autem, & mortem, tribulationes quoque huius vitæ intelliguntur. Molles quidem fuerunt Euæ sermones, quæ viro suæ dedit pomum: sed ista mollities eos fecit loci voluptatis extorres, ad labores misit, ad spinas, & tribulos, & molestias, vt illa filios pareret in dolore, ipse verò nutriret in labore, O mollities durissima, ò amarissima dulcedò! Sed quid est quod relinquit ducem pubertatis suæ? coniuges in iuuentute vt plurimum ardẽti amore coniunguntur. Ergo concupiscentia illum relinquit, quem ardenti amore debet prosequi; quam verò ardenti? *Qui suam vxorem diligit, seipsum diligit,* (inquit Apostolus.) *Diliges proximum tuum, sicut teipsum.* Iubet Deus. Ergo quem vt teipsum amare debueras, ductus concupiscentia relinquis, qui si non aliud detrimentum à te acciperet, hoc non est minimum, vt videat opera tua mala, vt scandalizetur in te, vt malè viuendo, illum perdas, pro quo Christus mortuus est; vt id destruat mala vita tua, quod construit bona, atq; pretiosa mors Christi. Neque hic sistit concupiscentia, quæ continuò exardescit sicut ignis, etiam templum inuadit, etiam diuina per Deum ipsum ingredi non veretur, ponit os suum in cœlo, bellum facit sanctis, atque tandem per transgressionem legis Deum inhonorat. Legem ergò, ô homo, legem meditare, *posside sapientiam, posside prudentiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam*, & ne obliuiscaris legem Dei. Sal vrens si tibi videtur lex, rumina diligenter, & eius dulcedinem senties, atque suauitatem. Nedum sal est lex, verùm & lux gratissima, quæ oblectat animam. Hanc igitur ne despicias: *si te lactauerint peccatores*, si mollit concupiscentia sermones tuos, si blanditiis pellicit extranea, tu ne dimittas legem matris tuæ. In lege Domini meditare die, ac nocte & *obuiabit tibi quasi mater honorificata*, vt addatur gratia capiti tuo; & gloria cordi tuo. Quoniam *quicumque glorificauerit me, glorificabo eum.* Dicit Dominus, quod dignetur facere, & nunc, & in perpetuum.

Amen.

Prou. 2. 16.

22. Exod 32. 4.

Exod 32. 28.

Prou. 7. 27

Gen. 3. 6.

Prou. 4. 5.

Prou. 1. 10.

Eccles. 15. 2.

1. Reg. 2. 30.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMEMTVM.

Quid Diues, & quid pauper inuicem sibi præstare debeant. Quomodo opera nostra sint lux, & quomodò videri debeant à proximis nostris, vt inde sequatur gloria Dei. Hoc tractatur optimè & mirè.

1. QVo modo summus moderator æqualia componat, temperet inæqualia, vt ex his pulchrum quid resultet, atq; conueniens; in his rebus maximè intelligitur, quæ illius apud nos præsentiam protestantur, videlicet Cherubim gloriæ & arca testamenti. Erant il-
Psal.98.2. li sedes Dei. Vnde Propheta. *Qui sedet super Cherubim* Erat hæc scabellum pedum eius, iuxta quam canitur in eodem Psalmo. *Adorate scabellum pedum eius,*
Isa.66 1. Cum autem scriptum sit: *Cœlũ sedes mea,*
Act.7.44. *terra autem scabellum pedum meorũ.* Quis
Apoc.11. dubitet per Cherubim cœlestia, per ar-
Iohan.14. cam verò terrestria designari? erant Che-
2.41. rubim eiusdem materiæ, eiusdem formę,
1.Corin.15. eiusdemque mensuræ, seq; mutuò respi-
16. cientes. Quia ciuitatis cœlestis, & longitudo, & latitudo, & altitudo æqualia
2. sunt. Quamuis in illa mansiones multæ sint, & alia sit claritas Solis, aliæ Lunæ, aliaq; stellarum. & stella differat à stella in claritate; participatio tamen huius ciuitatis Ierusalem in idipsum, quandam ponit in eis ciuibus congruentiam, imò & communicationem, vt iisdem bonis beatificentur, eodemque prorsus cibo cuncti
Exo.25.10. satientur: At verò Arcæ variæ erant, imperfectæque mensuræ. Nam *latitudo habebat duos, & semis cubitos, latitudo cubitũ cum dimidio, altitudo cubitum similiter, & semissem.* Vnde & cubiti simul collecti, erant quinque & semis, quia huius creationis moles plena est, nedũ circumdata varietate. Sicut corpus vnum est, & membra habet multa, quæ tamen tanta varietas ab infinita opificis sapientia in vnum colligitur, sicq; sibi mutuo cohærent partes vniuersæ, vt vniuersus mundus esse dicatur. Quam sapientiam volens nobis primus scriptor ob oculos ponere, à partibus magis quam ab ipso toto voluit mũdũ ipsum denominare, dicens. *In principio creauit Deus cœlũ & terrã.* Qui mos loquendi in Scriptura veteri frequentissimus est. *Genes.1.1.*

At inter has varietates præcipua est hominũ diuitum, & pauperum. Quam ideò sapiens potissimum considerauit, atque proposuit, vt in qua maximè apparet diuina prouidentia, quæ illos simul coniungit mirabiliter. Dicit ergò Salomon. *Diues, & pauper obuiauerunt sibi, vtriusq; operator est Dominus,* sibi occurrunt homines, tam variæ conditionis etiam corporali occursu, sed maximè in hominũ consideratione forsan admirantium, cur iste sit diues, hic verò pauper: sed cum vtraq; conditio ex Deo sit, qui pauperem facit & ditat, nostrumque bonum spectat in operibus suis, exploratissimum est, has sibi mutuò sic cohærere diuersitates, vt subsidium sibi sint magis, quàm dissidium, quia nec pauper sine diuite, nec diues sine paupere viuere potest commode, & in paupere commendatur humilitas, & in 4.
diuite misericordia Sed componit Deus, & ordinat non ea solùm, quæ ipse fecit, quæ bona sunt omnia, neque sibi inuicem aduersatur: sed cum suis nostra quoque, quæ ab illis quàm longissimè distant, immò & illis contraria sunt, & aduersantia, vt ex vtrisque, bonis videlicet & malis, appareat in operibus eius & bonum, & pulchrum, idq; euidentius. Quid verò aliud sonant verba illa Prophetica *Isa.9.1.* citata ab Euangelista. *Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis?* Nonnè illuminãte luce regionem, *Matt.4.16* quam Hebræi incolebant, & pœnitus *Sap.18.* obscurata Ægypto, opus Dei clarius resplenduit? ita mundo tenebris obruto lux Apostolica superueniens gloriam Altissimo tribuit euidentius. Quod Dominus his verbis facit nos intelligere. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum*

3.

strum, qui in cœlis est. Quæ maiores diuitiæ, quam lucis abundantia, & diuitiæ salutis? Quæ maior inopia, quã cordis cœcitas, & veri luminis ignorantia? Ideò quem Deus vocat pauperem, & nudum sic hortatur. *Collirio inunge oculos tuos, vt videas.* Sic diuites erant Apostoli, margaritis ornati, quas ante porcos iubẽtur vt non mittant. Sic pauperes erant homines, qui à veritate aberrabant longissime. Vt ergo sibi obuient, præcipit Dominus. *Luceat lux vestra coram hominibus.* Quos verò hominesi intelligat, nõ aperit, intendens, quòd omnes essent in tenebris, atq; ideò egentes vniuersi hac gloria Dei, ac luce superna, & hos & illos operatus est Dominus, idcirco vult omnes saluos fieri.

Apoc. 3 17. Matt. 7. 6.

3. Quoniam verò non Apostolos modò, verũ fideles omnes vult Deus esse lucentes, filios lucis lucẽq; ipsam. Vnde Paulus: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Ideò quod Apostolis dicitur: *Luceat lux vestra,* nobis omnibus dicitur. Sint Apostoli veluti luminaria magna. De nobis quoque scriptum est. *Alia claritas stellarum, stella autem à stella differt in claritate.*

Eph. 5. 6.

1. Corin. 15. 42.

Duo ergo nobis veniunt consideranda. Quid videlicet diues, quid pauper præstare debeant, vt de illis sit verum. *Diues,* Prou. 22 2. *& pauper obuiauerunt sibi.* Diuitis est tribuere, Pauperis accipere. Lux se diffundit, vt qui in tenebris est, videat, & eam suscipiat. Lux quidem erant Apostoli, quia lex ignea erat in eorum manibus. Nam *lex est lux.* Portabant enim Euangelium, quod est *præceptum Domini lucidum illuminans oculos*, per totum orbem terrarum. At verò, vt lucidiùs appareret ista lux, debuit non in ore tantummodo sonari vox euangelizans, sed in manibus quoque, idq; in primis. Ideò speciale præceptum istud dat illis Dominus. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona* Non dixit, vt audiant verba vestra vera, sed, *vt videant opera vestra bona*, quæ tamen bona non essent, si iuxta præscriptum legis, quam euangelizabant, facta non fuissent. Monuit autem de bonis operibus, vt iussionem illam ad nos quoque deriuaret, ad quos non omnes pertinet prædicare, sed quibus necessitas vniuersis incumbit, vt operentur bonum ad omnes.

Prou. 6. 23. Psal. 18. 9.

Nos igitur mandatum istud attendamus. Vbi primum videamus, cur opera bona lucis nomine designentur. Cuius rei prima ratio est, quia videlicet opera sunt veritatis, & lucis, quibus ambulant in veritate, de quibus dicitur: *Lux orta est iusto.* Psal 96. 11. Qui enim illuminatos habet oculos cordis sui, perspiciens in mandatis Dei, intelligit, quæ facit, ambulans in veritate. Cum igitur opera illius à luce oriantur, lucida esse oportet, atque fulgentia. Idq; potissimum, quoniam, quæ sic fiunt, primum authorem habent Deum, à quo bona cuncta procedunt. *Deus autem lux* 1 Ioh. 1. 3. *est, & tenebræ in eo non sunt vllæ:* Lux ergo est opus illud, quod illo authore iusti homines operantur, vt non frustra videas primum opus distinctum in mundi creatione, perfectam fuisse lucem; quasi reliqua postmodum subsecuta propriẽtatem traxerint omnia ab ipsa luce, vt lucerent omnia, in quibus eluceſceret Diuina sapientia, ac bonitas, quæ opera ideò cum fuissent perfecta vidit Deus, Gen. 1. 31. vt visibilia quædam, atque clara, quæ spectanda proponeret vniuersis. Opus ergò, quod à luce veritatis procedit, & cuius primum agens Deus est, meritò lux dicitur. Et hinc surgit secunda ratio huius nomen claturæ, quia cum tale opus sentiat suam originem, quæ lux est, lucidum sit, necesse est, clarum, splendens, cœlestique fulgore decorum, ac pulchrũ. Verè autem iustorum opera sic lucent, oculosque intuentium miro modo delectant. Ideò enim *sponsa Agni visa est operta, & ornata byssino splendenti, & candido, & declaratum est, quod byssinum iustificationes sanctorum sunt.* Hinc, & Sapientia luci comparata inuenitur prior. Initium autem, quod est perfectio sapientiæ, est timor Dei, per quem reuerentiam intelligimus, obedientiam, atq; cultum Dei, vt verè is solus sit sapiens, qui virtutem colit; neq; enim aliud

6.

7.

Apoc. 19. 8.

Sap 7. 29.

est huiusmodi sapientia, quàm virtus, iustitia, & obseruatio mandatorum Dei.

Prou 3.17. Ideò legimus de sapientia : *Via eius, via pulchra, & omnes semitæ illius pacifica,*

Eccli. 24. 24. & ipsa de se : *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.* Et quæ alia est nisi virtutis pulchritudo, de qua laudantur cœlestes sponsus, & sponsa? certè spiritualem hãc speciẽ spectabat canens Propheta de Chri-

Psal. 44. 3. sto. *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Specie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna.* Eandem pariter Christus

Cant. 4. 1. 7 Ecclesiã suam compellans. *Quam pulchra es* (inquit) *amica mea, quàm pulchra es? Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Quid igitur mirum si se diligant?

Eph 5. 25. Hinc Paulus: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sed, vt sit sancta, & immaculata.* Vides Paulum de pulchritudine sanctitatis eam commendantem, quam Christus summè diligit. Num ergò bona opera, lucis nomine non debent appellari, quæ omnes suo splendore delectat?

8. Tantæ verò bonorum operum splendens species, & forma virtutis est, atque potentiæ, vt non Christum modò, sed etiam probos viros, sed omnes prorsus etiam facinorosos in sui amorem illiciat. Homines virtute præditi ab omnibus diliguntur, laudantur, habentur in pretio. Neque causam aliam, cur aliquis odio habeatur, spernatur, euitetur, quisquam proponere consueuit, nisi quia malus est, vitiosus est. Nam & pessimi Iudæi hoc Christo Domino impin-

Ioh 9. 24. 18. 30. gebant. *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Si non esset hic malefactor, non ti-

Mat 27. 25 bi tradidissemus eum. Blasphemauit. Reus est mortis. Et propterea hoc est bonum nomen, quod proferendum censet Salomon diuitijs multis. *Melius est* (in-

Prou. 22. 1. quit) *bonum nomen, quàm diuitiæ multæ, super argentum, & aurum gratia bona.* Hebræa non habent bonum, sed simpliciter, melius est nomen, pro quo tamen intelligunt famam, qua quis bonus, sapiens, fortis, & huiusmodi prædicatur. Hæc enim fama gratum reddit hominibus virum studiosum, ac sanctum. Ideò sapiens addit. Gratia super aurum, & argentum bona est, sicut enim nomen super diuitias multas bonum est (sic enim Hebræi circumloquuntur comparatiua, quibus cãrent) sic gratia, qua quis Deo, & hominibus gratus est, bona est super quæcumque pretiosa, secundum quem sensum infrà dicit idem sapiens. *Qui pronus est ad misericordiam,* Prou. 22. 9. *benedicetur : de panibus enim suis dedit pauperi.*

Secundò igitur videamus, quid ex 9. hoc conficiatur, vt scilicet homines huius lucis atque pulchritudinis studium debeant adhibere; quando inter laudes virorum glorioſorum, & hoc ponit alter Sapiens. *Homines diuites in virtute, pul-* Eccli. 44. 6 *chritudinis studium habentes, pacificantes in dominibus suis.* Iis eisdem duabus rationibus, quibus iustitiæ opus lux dicatur, ostensum est, excitari ad cultum virtutis deberi hominem. Quarum prima fuit, quod opus illud ex veritate, & ex Deo progignitur. Quando Deus populum suum sponsæ, atque vxoris dignatur nomine, num fuerit absurdum, iustitiæ fructuose & opera, cõmunes filios appellare Dei, & viri iusti? *Respice* (inquit Psaltes) *in* Psal. 89. 16. *seruos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum: Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos.*

Certè bona opera, vt dictum est, & nostra sunt, & Dei. Ideò dicit ante, respice in opera tua, post verò : Opera manuũ nostrarum dirige splendore tuo, quo videlicet respicias super illa. Ergò isti sunt filij, de quibus ait; *Dirige filios eorum.* Cur enim & sapientia se dicit matrem dilectionis, aliarumque virtutum, fructusque suos, qui sunt iustitiæ nostræ, vocat generationes suas? *In me* (inquit) *gra* E cli. 24. *tia omnis viæ & veritatis, in me omnis spes* 25. *vitæ, & virtutis. Transite ad me omnes, qui*

qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini. Hæc autem, quæ hic loquitur, & increata intelligitur, & creata ſapientia. Deus enim qui eſt increata ſapientia, generat, & producit opus bonum. Quod idem generat, & creata in hominum mentes infuſa, qua & docentur, & mouentur, vt benefaciant.

10 Quod ergo ab vtraque factum eſt, vtriuſque & generatio eſt, & proles. Et hæc eſt ratio firmiſſima, quamobrem Deus animæ decorem concupiſcat, qui profectò alius non eſt, quàm ſpecioſitas ſapientiæ. Sap.7.29. *Eſt enim hæc ſpecioſior ſole*, nempè, vt cum ea, veluti ſponſa coniungatur, ad prolem hanc ſanctarum virtutum procreandam. Nam ſi decore iſto careat, ſterilis eſt, vt opus veræ iuſtitiæ producere non ſit potens, in cuius tamen genituræ adiutorium facta eſt mulier: quod quidem adiutorium, vt viro ſimile ſit, decretum eſt. Vir autem iſte ſapientia eſt increata; ergo & anima illi coniungenda ſapiens eſſe debet. Propterea, quæ vitia ſequitur, ab illo repudiatur, vt eſt in Propheta. Oſee.2.2. *Ipſa non vxor mea, & ego non vir eius, auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum.* 11 Hinc ergo ratio trahatur, cur bene faciendum ſit, nempè ob nobile connubium, & ob communem filium. O quanta dignitas! ô quanta fœlicitas, conſortem eſſe Diuinæ naturæ, Deoque ipſi coniungi, vnaque ſic conſtringi, Cant.2.16. vt cum veritate dicatur. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* Cant.2.6. *læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Et verè iam ſint non vna caro tantum; ſed etiam vnus ſpiritus. O homo ſi ſcires donum Dei, & quis eſt, qui tecum contrahere vult cœleſtem coniugium, nunquam deficeres à bono opere, in quo, Deo adhæret anima, tanquam ſponſa in cubili ſuo. Quæ mulier habens drachmam conſilii, atque ſapientiæ, ſi eſſet nuptura, nollet cum ſummo, atque omnium principe nuptias obire? An non libentiſſimè relinqueret patrem, & matrem, vt tanto coniugi dulciter adhæ- Pſal.44.11 reret? An non obliuiſceretur populum ſuum, & domum patris ſui, ita quod ſi di- Gen.24.58 ceretur illi, ſicut Rebeccæ dictum eſt. *Vis ire cum homine iſto?* non ſtatim reſponderet. *Vadam?* Sed nos ignoramus, quid agere debeamus.

Sed & hoc auget rationem iſtam, quod ſterilis non eſt in eis, qui hoc ſacro coniugio copulantur. Nam copula iſta nunquã eſt ſine conceptu, nunquam ſine prole, eaque digna tantis parentibus. O excellentiſſimum opus, quod cum Deo patratur ab homine iuſto. De ſole ſapiens ſcri- Eccl.43.2. pſit. *Vas admirabile, opus excelſi.* Sed excellentius eſt opus iſtud. Illud eſt opus naturæ, hoc gratiæ. De cœlis ſcriptum eſt. *Ipſi peribunt, tu autem permanebis, & omnes* Pſ.101.27 *ſicut veſtimentum veteraſcent.* At opus bonum, quod eſt iuſtitia, permanet in ſæculum ſæculi. Pondera tu valorem boni operis, & intelliges, quod omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ. Nam Eccl.26. 20. virtus prodiens ab anima continente, & caſta generatione, quam ſolam ſibi aſſumit ſponſam Rex vniuerſæ terrę, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Sed hoc 2 Cor.4.17 quia etiam in ſequenti ratione clarius eluceſcit, ad illam tranſeamus.

Lucem diximus appellari opus bonum 12 ex hoc, quod cum à luce Diuinæ ſapientiæ ortum habeat, claritatem quandam ſecum affert, pulchritudinem, atque ſplendorem, vt lux videatur iure poſſe denominari. Quæ claritas multum allicit homines ad ipſius operationem. Si enim ex hoc placet homo hominibus, ipſiſq;, & Deo gratus eſt, & carus, cur ipſe ſibi non placeat? Paulus, qui ſedulò cauens quidquid meritò poſſet cuicunque diſplicere, iuxta quod dicebat. Sine offenſione eſtote Iudæis, & 1 Cor.12. Gentibus, & Eccleſiæ Dei, ſicut & ego per 33. omnia omnibus placeo. Ita ſibi in benefactis placere ſtudebat, vt gloriaretur in infirmitatibus, ac tribulationibus ſuis, quæ illi eſſent occaſio exercendæ virtutis, quæ illum ſibi ipſi gratum redderet, atque placentem: cuius idcirco verba ſunt illa. *Pla-* 2.Cor.12. *ceo mihi in infirmitatibus meis, in contume-* 10. *liis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in angustiis pro Chriſto:* & certè dici non poteſt quanta ſit animi quies, ac delectatio, vbi eſt conſcientiæ ſerenitas. Ad hoc enim verum, plenumque gaudium, frequentiſ-

ma nos suadet Diuina Scriptura, iubens, vt in Domino gaudeamus, atque vt gaudium nostrum sit plenum, flagitemus.

Isai.46.11. Propterea qui vocauit ab oriente iustum, vt sequeretur se, posuitque illum, vt lapidem primarium in domo sua, vnigenitum filium, quem non ex voluntate carnis genuit, sed ex vi promissionis, iussit, vt

Gen.17.19 Isaac appellaretur. Habuit quidem Abra-

Gen.25.6. ham, & alios filios, vt Ismaëlem, & qui ex Cetura nati sunt illi; Isaac tamen à Deo ipso vnigenitus dicitur. Eumque voluit Isaac appellari, quod est gaudium, quia hunc solum genuit ex diuina promissio-

Gal.4.24 ne, quasi ex spiritu. Vnde & à Paulo dicitur natus secundum spiritum. Hunc solum voluit esse proprium semen sancti Patriarchæ, in quo diuinæ implerentur promissiones. Quid quæso hoc docemur mysterio? Isaac filius est iusti, propter quem

Genes.17 fides illius reputata est ad iustitiam. Hoc

17,18,20. est opus bonum, ex fonte procedens veritatis, atque iustitiæ. Hoc solum genitoribus risum conciliat. Risit Abraham, risit

Prou.15.30 Sara, audientes promissionem de illo. Ri-

Eccl.11.17 sus meritò dictus est filius ille, gaudium meritò dicitur opus iustitiæ: atque ideo dicitur lux. Quia lux oculorum lætificat

Psal.96.11 animam, & dulce est lumen, & quando *lux orta est iusto, tunc rectu corde lætitia orta est.*

13 Heu! homines, quid quæritis aliud in

Hortatio. hoc mundo nisi gaudium? nisi delectationem? nisi voluptatem? rectè. Ad hoc enim nati sumus, hic est finis. Vnde fideli seruo, qui bene se gesserit in obsequio Do-

Mat.25.21 mini, dicetur ab eo. *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui* Sed quanam via peruenitur ad gaudium? Certè non per aliam, quàm per bona opera. Facias quidquid velis, solicitus sis erga multa, & plurima; ex vno hoc quod est opus bonum, qui est vnigenitus, gaudium erit tibi semper. Numquid non obseruasti, quod ex Ismaële duricies cordis conti-

Gen.21.10 git Abrahæ? Dixit ei Sara. *Eiice ancillam, & filium eius: & durè accepit hoc Abraham pro filio suo.* Quidquid aliud facias præter opus bonum, quidquid secun-

Gal.4.29. dum carnem (nam Ismaël, teste Apostolo, natus est secundum carnem) spinas, & tribulos germinabit tibi. Id tibi procul dubio eiiciendum erit, si id feceris per obedientiam, sicut fecit Abraham, molestia illa li- *Gen.21.12.*
beraberis. Audies enim dicentem Deum. *Non tibi videatur asperum super puero:* Si id exequi detractaueris, inuitus id patieris. Quid aliud intendit Salomon in parabola illa. *Qui calumniatur pauperem, vt augeat* *Prou.22.*
diuitias, dabit ipse diuiti, & egebit? Quid 16
putabas? augere diuitias? dicere animæ tuæ; Requiesce, bibe, epulare? sed auolabunt hæ diuitiæ tuæ, facient sibi pennas, & fugient à te. Tu eiicies opus secundum carnem, dabis diuiti te. Necessitate coactus, vt ineas gratiam potentiorum, & ab iis protegaris, dabis munera, vel etiam à principibus spoliaberis, vt in egestatem decidas. Sed vndecunque id eueniat, *non* *Prou.11.*
proderunt diuitiæ in die vltionis, quando rationem illarum reddes, quando redimet Dominus pauperem à calumniis hominum, & à diuitum oppressione. Vocauit *Gen.12.3*
Dominus Abraham ab Oriente propter semen sanctum, propter vnigenitum: vt in semine eius benedicerentur omnes gentes, & nos vocati sumus, vt Deo seruiamus in sanctitate, & iustitia, & gaudeamus in Domino semper. Hoc igitur exequamur.

SECVNDA PARS.

Videant opera vestra bona, & glorificent 14
Patrem vestrum, qui in cœlis est. Verba ista in pauperem respiciunt, qui à diuite suscipit diuitias gratiæ, vnde sustentet paupertatem suam, vel etiam ex iis, & ipse ditescat. Duo autem tanguntur ad illum pertinentia, nempè, vt videat iustorum opera, & ex iis glorificet Deum Patrem. Vbi imprimis nobis occurrit prouerbium Salomonis. *Noli esse amicus homini ira-* *Prou.22.*
cundo, neque ambules cum viro furioso: ne 24.
forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Homo est animal sociabile, facilè ab his trahitur, quibuscum vitam ducit, & ad consuetudinem illorum facilè inclinatur. Ideò salubernimum documentum est, vt ab iis elongetur, qui

sua

sua necessitudine ad malum trahunt: Iis verò adhæreat, sitque familiaris, quorum
15 iusta sunt opera, & recta consilia, vnde melior fiat. Ideò Salomon causam expressit, quare ab iracundo, & furioso recedere debeamus. *Ne forte* (inquit) *discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.* Ne & tu iracundus fias, atque furiosus, quod tibi erit in scandalum, vt cadas. Specialiter iracundos euitare monet, tum quia frequens præbent exemplum iracundiæ, tum quia etiam occasionem præbent irascendi his, quibuscum habent necessitudinem, illos sæpè suis offensionibus irritando, vt sic discamus, ab iis potissimum elongari, quorum consuetudo propensius ad peccandum prouocat. Propterea Dominus vult seruos suos cœlestis conuersationis radios quocunque diffundere, vt omnibus pateant bona opera, quæ intuentes cæteri solerter imitentur, vt meritò fideles ab Apostolo vocentur luminaria. Dicit enim. *Sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis praua, atque peruersa: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.* Phil. 2. 15. Atque ita inexcusabiles ii sint, qui lucem odio habentes operibus infructuosis tenebrarum potius delectantur. Hoc est enim quod dixit Apostolus. *Deo gratias, qui odorem notitiæ suæ per nos manifestat in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo in iis, qui salui fiunt, & in iis, qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam.* 2. Cor. 14.

Intelligat ergo populus Christianus, quid illum maneat nempè mors, nisi videat bona opera iustorum ad faciendum
16 ea; & quam graue iudicium illi immineat, si ab his oculos auertens, ad fabulas conuertatur, & ad ea, quæ sibi noxia sunt, intendat vultum suum. Quod certè etiam contra ipsam naturam est, quæ pulchris delectatur, quæ auersatur turpibus, quæ offenditur indecoris, ac vilibus. Sues lutum quærunt in quod inuoluantur. Dæmones, ne sic inquinarentur ingressi in porcos, in mari potius demergi cum illis voluerunt. At tu miser in cæno delectaris, & in vitiorum sterquilinio auidius perspicis, & quæris, quæ offenduntintuitum magis quam quæ recreant.

Quod est mali animi certum signum. Inter similia enim plerunque accenditur amoris flamma. Malus itaque malis oblectatur. Vnde crabrones, qui è stercore nascuntur, in stercore voluntantur maximè. Hac ratione, amici Iob cum in viro videre potuissent illius virtutes, quas ipsemet eorum importunitate coactus recensèt, & scriptura ipsa refert, vocans illum *simplicem, rectum, ac timentem Deum, atque à malo recedentem;* Iob 31. Iob. 1. 8. versi sunt magis ad ea, quæ mala ipsi reputabant eidem obiicienda, & exprobranda, quasi & atrociter infortunia ferret, quasi illa sibi comparauerit iniquitatibus suis. Adeò, vt qui tertius loquutus est, dixerit, quod *multò minora exigerentur à Deo, quàm illius iniquitas meruisset.* Iob 11. 6. Quin & Satan ipse aures auertens à laudibus quas Deus dabat sancto viro, vituperationes ingessit etiam falsas. Dixit quippè illi DEVS. *Nunquid considerasti seruum meum Iob: quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo?* Iob 1. 8. At hostis ille pessimus. *Nunquid Iob frustra timet Deum? nonnè tu vallasti eum? &c. Et possessio eius creuit nimis? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet,* nisi in faciem benedixerit tibi. Ita faciunt Satanici viri, quærunt in proximo quod arguant, & si non inueniunt, fingunt. Quin & quæ simpliciter, studioseque facta sunt; malè, vt reprehendere possint, interpretantur. Id quod cum Dauide, & nunciis eius peruerse sentiens fecit Rex Ammonitarum. *Misit namque Dauid ad Regem consolans eum per seruos suos super patris interitu.* 2. Reg. 10. 2. Quam legationem in praeuum sumentes principes filiorum Ammon, arbitrati sunt, quod esset facta, vt inuestigaret, & exploraret ciuitatem, ad euertendam eam, quod illorum interitus causa fuit. Iuxta ergo Domini nostri doctrinam videant homines hominum opera bona, eaque studiosius contemplentur.

Atque

Atque proprium naturalemq; fructum inde carpentes (quod erat secundo loco videndum) Patrem honorificent, qui in
1. Pet. 2. 11. cœlis est. Quem secutus Petrus his verbis fideles cohortatur. *Carissimi obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam; conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo, quod detrectant de nobis, tanquam de malefactoribus ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.* Glorificatur autem Deus per bona opera seruorum suorum. Primò ex hoc quod sanctitas illius clarescit, habeturque exploratа, quæ est gloria maxima, quam Deus exigit ab operibus manuum suarum. Suam quippe potentiam, atque sapientiam in opere creationis patefecit, perpetuoque in creaturarum omnium moderatione manifestat.

Sed quod magis ad rem facit, sanctum vult Deus ab vniuersis cognosci, ac prædicari. Ideo cœlos nouos parauit, ac terram nouam, vt qui in veteribus sapiens corde, ac potens robore fuerat agnitus, sanctus in nouis ab omnibus videretur, & laudaretur. Hinc est, quod in naturæ molitione suam sapientiam velut effudit super vniuersa, quæ fecit, vt in iis appareret illa quasi in imagine. Quod notauit sapiens
Eccl. 1. 8. de sapientia scribens. *Vnus est altissimus creator omnipotens ipse creauit illam in Spiritu sancto & effudit illam super omnia opera sua.* At verò, vt appareret in iustitia, &
19 sanctitate nouam creaturam iustitia aspe-
2. Pet. 3 13. rit, ac sanctitate dicente Petro Apostolo. *Nouos cœlos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat* Id quod & perfectè implebitur in perfectione iustitiæ, summæque ciuitatis cœlestis decore, sic continenter fit in noua creatura, quæ nouo spiritu augetur, nempè in fidelibus, qui deposito veteri homine nouum induti, renouantur de die in
2. Pet. 3:13 diem. Hi quippe sunt *noui cœli, nouaque*
Leuit. 11. *terra, in quibus iustitia habitat*, qui obe-
44 dientes sunt voci Domini, dicentis. *Sancti*
1. Pet. 1 16. *estote quoniam ego sanctus sum.* In his er-
Ioã 12. 40. go reuelat Deus, notamque euidenter facit sanctitatem suam. Quod quia in aduentu Sancti sanctorum maximè fecit, propterea Isaias, quando vidit gloriam ipsius Sancti, quem Pater sanctificauit, & *Ioan. 12. 41* misit in mundum: tunc audiuit primum cœlestes spiritus proclamantes. *Sanctus, Isai. 6. 3.* *Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituũ, plena est omnis terra gloria eius.* Et hæc est gloria sanctitatis, non sapientiæ modo, aut potentiæ. Propter quod, vt eleuatum vidit illum Propheta, & excelsum, vidit tamen iis, quæ sub ipso erant, repletum templum, quod est sanctuarium, & locus sanctus eius, vbi sancta sunt omnia. Ex hoc ergo loco sancto eius processit gloria sanctitatis eius in omnem terram, de qua Ezechiel scripsit. *Egressa est gloria Domini* *Ezech. 10.* *à limine templi* Et audiuit. Benedicta glo- *20. 3 13.* ria Domini de loco suo. Vbi obserua, quod apparens Deus in hac gloria super quatuor illa animalia, populum instruit de sanctitate, arguens illius scelera, & prouocans ad virtutem, & fortè propter hoc Ioannes eadem quatuor animalia videns, illa pariter dicentia audiuit. *Sanctus, Sanctus,* 10 *Apoc. 4. 8* *Sanctus Dominus Deus omnipotens*; vt intelligamus tum Deum proclamari sanctum, quando Christus venit in hunc *1. Tim. 1. 15* mundum peccatores saluos facere, vt sanctificaret ipse sibi per suum sanguinem *Eph 5. 26* Ecclesiam, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Ex quibus omnibus conficitur, quod summa gloria, quam à nobis exigit Deus, hæc est sanctificatio eius, vnde & docti sumus, & iussi, vt quotidie deprecemur. *Sanctificetur nomen tuum.* *Matt. 6. 9.*

Hoc verò potissimum fit in sanctitate, & iustitia seruorum suorum. Qui enim illos videt sanctos, colligit consequenter Deum esse sanctissimum, qui tales eligit sibi ministros, iuxta quod canit regius *Psal 14. 1* Propheta. *Domine, Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Hoc argumento vtens *Iudit. 5 21.* Achior dux filiorum Ammon ad Holophernem ad hæc verba descendit. *Deus illorum* (nempè Israël) *odit iniquitatem* Et propterea si populus Dei, vel quicunque seruus eius declinet ad iniquitatem, reputatur

catur ex hoc Deo iniurius, qui occasionem præbeat hominibus Deum blasphemandi. 2. Reg. 2. 14. Sic reprehensus est à Nathan Dauid. Blasphemare fecisti inimicos Domini. Et ad Rom. 2. 23. Iudæos dicit Apostolus. *Per prauaricationem legis Deum inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes sicut* Ezech. 36. 20. *scriptum est.* Scripserat quidem Ezechiel: *Et ingressi sunt ad Gentes, & polluerunt nomen sanctum meum cum diceretur de eis. Populus Domini iste est.* Et subdit quod in sanctificatione ipsius populi, sanctificabitur nomen Domini. *Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter Gentes, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Effundam quippè super vos aquam mundam, & mundabamini ab omnibus inquinamentis vestris.* En manifestè quomodo sanctitas seruorum Dei Deum glorificat. Prou. 22. 29. Quomodo contrà iniquitas eorum eum inhonorat. *Vidisti* (ait Salomon) *virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobilis.* Si reges ac nobiles seruis industriis delectantur, ac multò magis sanctis, ac puris, simpliciterque Prou. 22. 11 procedentibus. Vnde idem Salomon ibidem ait. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem.* Et Rex Dauid. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam; quantò magis delectatur Deus in sanctitate suorum, vt in iis honoretur & declaretur sanctus? ergò, & qui illum malè viuendo inhonorant, sicut maximè offendunt, ità vehementer prouocant illius furorem, vt hoc pacto, nempè illos puniens honoretur; sic enim quoque declaratur sanctus, & odio habens iniquitatem, vt Achior declarauit. Iudith. 5. 21. 21

Alterum modum glorificandi Deum per opera bona tetigit Petrus, dicens. *Vt ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum in die visitationis*: qui dies est, quando homo videns fidelium bona opera, corde compungitur recedens à malo: neque enim sine diuina visitatione hoc præstari potest. Qui sic ad Deum conuertitur, Deo se subdens gloriam Deo conciliat. Qui ergo forma existens sanctitatis ad sanctitatem illicit peccatores, Deum & in se honorat, & in illis. Idcirco Tobias benedicens Dominum hortatur concaptiuos. *Confitemini Domino filii Israel, & in conspectu Gentium laudate eum; quoniam ideo dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.* Regemque sæculorum exaltate in operibus vestris. O quanta bonorum operum excellentia, quando & Altissimum exaltant; illi dant gloriam, qui glorioſus est in semetipso; quæ Deum, cui soli honor est & gloria, honorant, magnificant, glorificantque. Regem (inquit) sæculorum exaltate. Regi sæculorum date honorem, sint opera vestra cœlum serenum sub pedibus eius. Vide quæso mysterium. Confirmato fœdere inter Deum, & populum per sanguinis aspersionem, mox qui ascenderunt in montem, *viderunt Deum Israel, & sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est.* Quin & reliqui viderunt Deum, & comederunt, & biberunt; opus illud coloris cœlestis, nunquid non est illud de quo Apostolus. *Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde & Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum?* expectamus (inquit) quemnam? qui venturus est, nam si venturus non esset, frustra expectaretur. Tob. 13. 5. Exod. 24. 10. Phil. 3. 20. 22

Ideò supra opus erant pedes illius, qui suo tempore descendit de cœlo, quærens perditam ouem, quam in humeris reportaret in montes. Interim si opus nostrum sub pedibus eius est, illum exaltamus in opere illo. Vt ergo sit super cœlos gloria eius, cœlestis sit conuersatio nostra; sit quasi cœlum cum serenum est; sit opus clarum, lucidum, manifestum, vt illud videntes homines glorificent Deum in die visitationis. *Luceat*, inquit, *lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Hinc Iacobus. *Quis Sapiens, & disciplinatus inter vos?* Quasi dicat. Cui dici potest. *Vos estis lux mundi?* nam Sapientia luci comparata inuenitur prior, nedum æqualis est luci. Talis sapiens, talis lux. Ostendat (ait Iacobus) ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine Luc. 15. 4. Iac. 3. 13. Sap. 7. 29.

Sapientiæ. Non putet vi trahere homines ad Deum, non arbitretur se per potentiam
Ps.36.11. Deum glorificare. *Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Audiamus ergò Apostolum. *Seruum*
2.Tim.2. 24. *Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur, ad*
23 *ipsius voluntatem.* Vides Apostolum docentem mansuetudinem, quæ profectò est sapientiæ mansuetudo, quoniam sapientia animus moderatur, & per hanc ducuntur infideles ad veram sapientiam, quæ est in cognitione veritatis? Sicut ergo cum modestia corripiendi sunt huiusmodi: Ità ex bona conuersatione illuminantur, quasi ex sereno cœlo. Vnde *glorificent Deum in*
1.Pet 2.12. *die visitationis.* Nempè vt Deus, qui pedes habet super opus cœleste, eo veniat, vbi opus illud dirigit. Dirigitur autem ad homines, quibus ex bona conuersatione
Luc.7.16. ostendimus operationem nostrã in mansuetudine Sapientiæ. Ex hoc ergo visitantur ab eo, qui visitat plebem suam, & *vocat*
Ro.9.25. *non plebem suam, plebem suam.* Hic enim dies est visitationis, in quo glorificant Deum, quem & Deum agnoscunt, &
Ose 2.24. confitentur. Sic enim in Osee pollicetur Deus. *Dicam non populo meo, populus meus es tu, & ipse dicet Deus meus es tu.* An non glorificatur Deus in multitudine filiorum, quos suscitat de lapidibus? Hoc autem tunc impletur; dicente Propheta, & referente Apostolo. Et erit in loco, vbi dice-
Osee 1.10. tur eis. *Non populus meus vos: dicetur eis.*
Ro.9.25. *Filii Dei viuentis.*

24 O gloria glorificantium, & exaltantium
Hortatio. Deum in operibus suis, quibus semen Dei
1.Cor.4.14 multiplicant. Paulus quippe dicebat. *Vt Filios meos charissimos moneo. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* At cui generauit? certe Christo. Nam in Christo Iesu (inquit) per Euangelium, ego
Gal 3.26. vos genui. Ergo Christi sunt filii, quos suos filios vocat Apostolus. Nam & qui semen Abrahæ sunt; hi sunt filij DEI. Scribit enim Apostolus, *omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu.* Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes. Qui ergo per bona opera ad Christum trahit homines; generat filios Dei, pater est filiorum Dei, & dum Deum glorificat, seipsum glorificat: nam honorificat eum Pater, qui in cœlis est.

Sed audio conquerentem DEVM 1.Reg.2.30
contra Heli Sacerdotem. *Magis honorasti filios tuos, quàm me.* Quid ergo? Te quidem decreueram honorare: te, domumque tuam assumens in ministerium meum. Sed absit hoc à me. Sed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum. Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Qui sunt, qui Deum contemnunt? qui seipsos, aut quoscumque alios à DEO, præter Deum honorant, ij Deum contemnunt. Qui legem Dei propriæ postponunt voluntati, ij Deum contemnunt. Et quid emolumenti consequuntur, qui quærunt hominum gloriam non DEI? Audi Salomonem. *Ne glorioſus appareas* Pro.25.6.
coram Rege, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi. Ascende huc, quàm vt humilieris coram principe. Intelligisne quæ legis? aduertis quod Sapiens humiliationem, & confusionem magnam, quæ ipsa sit coram principe, iis comminetur, qui se glorioſos ostentant, qui magnorum occupant loca? Quid ergo illis eueniet, qui Deo ipsi seipsos anteponunt? si gloriam quæris, cur ignominiam tibi creas? si in altum cupis ascendere, cur tuam turpitudinem imprudens manifestas? putas inaniter dictum. *Ne* Exod.20.
ascendas per gradus ad altare meum; ne re- 26
ueletur turpitudo tua? Ascensus turpitudinem manifestat, humilitas illam velat, ac tegit. Et quare ascensus maxime ad altare prohibetur? Quia dixit Salomon. Pro.25.6.
Ne glorioſus appareas coram rege, ne te (inquam) *in conspectu Dei velis exaltare.* Puta, quod soli Deo est honor, & gloria, Recole Abrahæ humilitatem, qui dicebat. Loquar ad Dominum cum sim puluis, & cinis? Audi Iacobum Apostolum. *Hu-* Genes.18.
miliamini in conspectu Dei, & exaltabit 27.
vos. Ad altare accede, sed non per gradus. Iac.4.10.

Diuina

Diuina pertracta, sed humiliter. Cogita magnitudinem Dei, & prauitatem tuam, ad ima descende, & exaltaberis, & nunc, & in perpetuum.

Quoniam antecedens ista Concio longior euasit, quàm constitueram, placuit hanc breuissimam subtextere.

CONCIO TERTIA.

ARGVMENTVM.

Duplici ratione ostenditur Apostolos esse sal & lucem. Altera est bonum nostrum, altera est ipsius Creatoris gloria.

1 CHARA est adeò laus sanctorum virorum altissimo Creatori, vt ipsemet ore proprio illam exequatur, ipsos celebrãs, atque commendans. Quod inde patet, quòd Deus etiam Satanæ dixit. *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo?* Iob 1.8. Sapientia item, quæ ex ore Altissimi prodiit sic hortatur. *Laudemus viros gloriosos.* Eccli. 44. 1. Eademque Sapientia incarnata suis Ioannem Baptistam extulit præconiis. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? hominem mollibus vestitum? Prophetam? etiam dico vobis, & plusquam Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est Ecce ego mitto Angelum meũ ante faciem tuam. Amen dico vobis Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista*, & hodie suos compellans Apostolos dicit apertè. *Vos estis sal terræ. Vos estis lux mundi.* Mat. 11. 7. Mal. 3. 1.

Ratio verò cur id faciat Deus, duplex est, Altera bonum nostrum est, altera ipsi Creatoris gloria. De prima ait homo in Psalmo. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Quid est mihi, nisi ad meam vtilitatem, in profectum meum? Nam quonimus putes, mihi, id est à me intelligi, obstant sequentia verba. *Nimis confortatus est principatus eorum.* Neque enim potestas principatus ab hominibus collata est, sed à Deo ipsis Apostolis: collata est tamen propter homines, vt qui principes essent, simul essent & seruatores. Id quod alio in Psalmo ostendit apertè idem Propheta. *Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui: propterea populi confitebuntur tibi.* Mihi ergò, id est, propter me honorati sunt amici tui Deus, vt inde ego salutem consequi possim. Rationem alteram nihilominus à Psalte habemus, qui posteaquàm quæsiuit. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in mõte sancto tuo?* Audit responsum. *Qui opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. Timentes autem Dominum glorificat.* In tabernaculo Domini, & templo, quod erat in monte, Deus adorabatur, & honorabatur. Cuius honoris exhibitione is solus erat dignus, qui iniuriam proximo non inferebat, sed neque ab aliis ferebat illatam, neque honorem dabat indignis, quin potius huiusmodi ducebat pro nihilo. Contra verò Sanctos, qui Deum colerent, & glorificarent, ipse glorificaret. Ergò laus, & gloria Sanctis ab eo tributa in Dei gloriam terminabat. Psal. 138. 17. Psal. 138. 17. 2 Psal. 44. 17. Psal. 14. 1.

Duo ista bona, quæ sanctorum efficit laus, ex ipsa, quam Christus Apostolis tribuit, laude videmus proficisci. Et primũ quidem, quod bonum nostrum est, inde apparet, quòd eos nõ absoluta commendatione attollit, veluti si diceret, Vos estis Sapientes, Vos fortes, Vos clara lux: sed sic eos commendat, vt illorum perfectio ad aliorum profectũ referatur. *Vos* (inquit) *estis sal terræ. Vos estis lux mundi.* Electi (inquã) ad condiendã terrã, ad mundũ illuminandũ. Hoc aurẽ egit, vt eorũ excellentiã ad nos pertinere faceret certiores. Salis virtus res à corruptione seruat maxime, q̃ facilè sine illo corrumperẽtur. Omnis autem 3 Gen. 6. 12.

tem caro corruperat viam ſuam, & infe-
*Pſ.*105.39. cta erat terra in ſanguinibus. Munduſque
*1.Ioan.*5.19 totus poſitus in maligno. Is autem de quo
Deo dictum eſt. Non dabis ſanctum vi-
*Pſ.*15.10. dere corruptionem. De cœlo, vbi omnia
*Eph.*4.22. incorrupta ſunt, deſcendens, terræ iam intulit corruptionem, expolians veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris, & nouum induens, qui nedum non corrumpitur; ſed renouatur magis de die in diem, vt integer ſeruetur, & incorruptus in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ergo tanti ſui operis miniſtros, & coadiutores ſalem vocat merito. Qui ſal propterea quod non de mari ſumptus eſt, verum de cœlo deſcendit; non futuram modo, verum, & extantem iam pellit corruptionem. Alioqui cur Apoſtoli vocant ad pœnitentiam? cur hortantur ſequeſtrationem à mundo? veteris hominis depoſitionem? cur baptizant in remiſſionem peccatorum? Sal ergo terræ ſunt Apoſtoli, quia incorruptos efficiunt terrenos, homines: & lux itidem mundi, quia mundum alioqui tenebris obrutum, radijs illuminant ſuæ claritatis.

Hoc autem duplici modo præſtant, tum videlicet oratione, tum actione; verbo, & opere; quæ duo, vt ſimul coniuncta ſint, opus tñ, aliquo modo, ſermonẽ præcedere videtur: nam quos ſanctos exiſtimamus, hos libentius auſcultamus. Sic n.
*Mat.*6.20. de Herode legimus. *Herodes metuebat Ioannẽ, ſciens eum iuſtum, & ſanctum, & libẽter eum audiebat*; metuebat, id eſt, reuerebatur, colebatque ob eius ſanctitatem, propter q̃ libenter etiam audiebat illum. Manifeſtum eſt autẽ ſtudioſos homines ab hominibus haberi in pretio, ac diligi.
*Ruth.*3.11. Sic Ruth à ſocru dilecta eſt, à Booz, à toto populo; cui propterea ille dixit. *Scit omnis populus mulierem te eſſe virtutis* & hoc intendit Dominus, Apoſtolos debere præſtare ſalem, & lucem. Sal enim ſi fuerit infatuatum, conculcatur ab hominib⁹, quia homines, qui alijs exemplo ſalire debent; ſi contra faciant, ab hominib⁹ deſpiciuntur, & ita conculcantur. Lucis vero proprium eſt ſplendeſcere, reſplendeant ergo opera veſtra bona, ex quibus homo cognoſcitur; veluti ex fructibus arbor, vt ea videtes homines, voſq; ob illa ſuſpicientes, & admirãtes, exurgãt in laudem Dei, qui vos vocauit in admirabile lumẽ ſuum Ex quo fit conſequens, vt veſtram doctrinam accipiant, nõ vt verbum hominum, ſed vt eſt verẽ verbum Dei: quo rurſus vt ſale, & ſole illos çondiatis, & illuſtretis.

Sed heu? væ mundo à ſcandalis, quę ab *Mat.*18. ijs ponuntur ante homines, quibus ex of- *Hortatu.*
ficio incumbit eſſe alijs forma bonorum operum. A quibus Salomon hoc Prouerbio nos elongat. *Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerũt pro debitis*: ſi enim non habes vnde reſtituas, quid cauſæ eſt, vt tollat operimentum de cubili tuo. Vide Sapientiam viri huius, dehortantis à ſocietate obligantium ſe vadimonijs, atq; velut ligantium manus ſuas, eaſq; configentium; infert, te, ſi cum his ſocieris, iam eſſe vnum ex illis. Sic docens quod qui ſocius eſt criminoſi, criminoſus & ipſe proculdubio fiat; & detrimentum, quod criminib⁹ debetur, illum certo maneat.

SECVNDA PARS.

BOnum aliud, quod ex ſanctorum cõmendatione proficiſcitur, illud eſt, q̃ Dominus in fine explicauit: *& glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* Gloria videlicet Dei: ſicut enim radi⁹ à Sole fluens illius claritatem manifeſtat: ſic iſti, qui ſunt lux de luce, generãtem ſe principem lucem, ſua claritate commonſtrãt, illamque oculis obijciunt inſipientium, vt ſapientes fiant. Hic vero effectus cum præcedentis ſit finis, nunquam ſine illo reperitur. Semper enim Deus in bonis ſeruorum ſuorum operibus glorificatur; quo docemur ita proximi ſalutem quærere, vt hoc pacto Deus in ſanctis ſuis laudetur. Quo facit lex, iubens in primitijs offerendis, profeſſionẽ Deo faciendam, eandemque pariter in ſeparatione decimæ tertio quoque anno: qua vtraq; maxime Deus glorificatur. Cũ primitiæ tñ directè intẽdãt gloriam Dei, per illas namq; rerum illarũ ipſe declaratur Dominus, quarũ primitiæ offeruntur. Decimarum aũt elargi-

tio

tio apertè emolumentum ſpectat proximorum. Sic ergo lex. *Tolles de cunctis fru-*
Deut. 26. 2 *gibus tuis primitias, & pones in cartallo acce-*
deſq; ad Sacerdotem, & dices ad eum. Profiteor hodie coràm Domino Deo tuo quod in-
5. *greſſus ſum in terram, pro qua iurauit Patribus noſtris, vt daret eam nobis* Primitijs, & profeſſione teſtatur terrã illã Dei eſſe, ſibi tñ conceſſam ad poſſidendum, cuius itaq; Deus verus ſit primuſq; Dominus.
Deut. 26. 12. De Decima vero. *Quando compleueris decimã cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas. Loqueriſque in conſpectu Domini Dei tui. Attuli quod ſanctificatum eſt de domo mea; & dedi illud aduenæ, Leuitæ, & pupillo, & viduæ, ſicut iuſſiſti mihi.* Ecce quomodo legationem, hanc in Deum refert, dicens. Sicut iuſſiſti mihi; addens quoque *Non præteriui mandata tua, nec ſum oblitus imperii tui.* Hæc attendẽs Apoſtolus illos arguens qui vel comedentes, vel abſtinẽtes infirmis proximis erant ſcandalo. Sic
1. Cor. 10. 11. ſuam concludit orationem. *Siue ergo mãducatis ſiue bibitis ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite ſine offenſione eſtote Iudæis, & Gentibus & Eccleſiæ Dei, ſicut, & ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.* In quo manifeſtum eſt, quod ad vtilitatem facim⁹ proximorum, id imprimis eſſe ad gloriam Dei, eamque nos in benefactis noſtris potiſſimum euidẽter, & ex intentione Apoſtoli, illos maxime Deum inhonorare, qui hominibus, cuiuſcunq; ſint conditionis, præbent offendiculum. Propterea namq; Apoſtolus
1. Cor. 11. 31. omnes comprehendens dixit. *Sine offenſione eſtote Iudæis, & Gentil⁹ Eccleſiæ Dei.*
Hortatio. 6. Hoc quæſo chariſſimi conſideremus, quæ ſcripſit Apoſtolus commemorantes, hortans fideles, vt ſcandalo nõ ſint fratribus, vnde illam poſtea traxit vniuerſalem monitionem, vt non fratres modo ſcandalo non offendamus, verum neque Iudæos, neque Gentes. Dicit ergo. *Ne ponas*
Rom. 14. 13 *tu offendiculum fratri, vel ſcandalum: ſi enim propter cibum frater tuus ſcandalizatur*, iam non ſecundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Chriſtus mortuus eſt. *Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum* Rurſus. *Peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quẽ Chriſtus mortuus eſt. Sic autẽ peccantes in fratres & percutientes conſcientiam eorum infirmã, in Chriſtum peccatis.* Heu! ſi tam acriter illos Apoſtolus criminatur, qui vel manducando Idolothita, vel ea vitando proximum ſcandalizant: quid his diceret, qui cum apertis tranſgreſſionibus homines ſcandalizantes, eſſent perditionis illorum cauſa? & quot ſunt huiuſmodi in populo Chriſtiano? qui ſcandalizantur, infirmi ſunt, vt ait Apoſtol⁹; *paruuli ſunt*, ſicut Chriſtus illos appellat. Sed quid ait Salomon? *Ne attingas paruulorum termi-*
Mat. 18. 6. Prou. 23. 10. *nos, & agros pupillorũ ne introeas. Propinquus enim illorum fortis eſt: & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum.* Si agrum nõ licet diripere paruulorum, quanto minus animam, conſcientiam, ſalutem æternã? Nunquid contra huiuſmodi direptorem omnipotentis non deſæuiet indignatio? Rom. 14. 19. *Itaq; quæ pacis ſunt ſectemur, & quæ ædificationis ſunt, in inuicem cuſtodiamus.*

MORALE.

HEù! quam ab hac doctrina Domini diſcordat vita noſtra? quam ab illius verbis diſtãt mores noſtri: ſalem vult nos eſſe ſolem conſtituit populum ſuum, qui cæteros ſaliat, qui cæteris luceat; & nos tamen in ſterquilinio manemus inſulſi, & in abſcondito tenebroſi. Sed ô vtinam nobis ipſis proſpiceremus, & eſſemus eiuſmodi, vt verè ſal eſſemus terræ, ſol mundi. Intra nos ſapidi, extra nos lucidi, terra quid inſipidius? mundo quid obſcurius? ſed terrena ſi ſapis, ſaporem perdidiſti. Mundum ſi diligis, diligis tenebras magis quam lucem, amaritudine plenus, 1. Cor. 1. 26 caligine circumfuſus. *Videte vocationem veſtram fratres, videte conditionem, videte* Pſ. 36. 4. *obligationem* Delectationem quæris? non Pſ. 91. 5. abnuo, quia & in Domino iubemur delectari, & delectat nos Dominus in factura ſua. Sed vbi hanc tu expetis? in cubilibus, & in impudicitijs? in commeſſationibus & ebrietatibus? hæc non eſt vocatio noſtra.

nostra. *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationẽ*, vt testatur Apostolus. Et *fecit quidem cœnã magnã, & vocauit multos*, sed vbi recumbant cum Abrahã, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, qui sic sobrij fuerunt, vt illorũ medius Isaac, tunc prophetauerit, quando comedit, & bibit; cibis sumptis, quibus libẽter vescebatur & hausto vino repletus est Spiritu sancto & prophetauit, sic delectatus est in creatura, vt videret voluptatem Domini, & exultaret spiritus eius in Deo salutari suo. Et cur iubet Dominus, vt simus sal? vt saliti simus, conditi, sapidi, & gaudio pleni. Et quid est illud: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me?* si aduersus tribulantes, ergo delicios a est mensa, si acerbitates arcet; si quæ fastidij sunt, rejicit, ergo delicijs affluit. Hoc explanat ipsa propheta: *Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quàm præclarus est*: Pharisæo dixit Christus. *Oleo caput meum non vnxisti.* Erant vnguenta ista ad confortandum, & delectandum. Inde illud. *Vnguentum effusum nomen tuum*: Et aliud in Psalmo: *Vnxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis, ex quibus te delectauerunt filiæ regum* Et præclarus calix inebrians, quàm duleis? quam blandus? quàm dignus dilecto ad ruminandum, & suauiter degustandum? Ne igitur doleas, quasi per legem Christi, & voluntatem Dei auulsus à deliciis sis, & delectationibus, audiens: *Delicia mea cum filiis hominum?* Beatus est in se ipso Deus, non deliciatur cum hominibus, quasi ab illorum vel consuetudine, vel plenitudine quidquam accipiat, gaudet de bono nostro. *Si apertum fuerit mihi, cœnabo cum illo, & ipse mecum*, vocat ad cœnam suam, quam apud nos tamen celebrat, in mente nostra conuiuatur, deliciatur in cordibus nostris, & in consolationibus nostris delectatur: & renuunt tamen cœnam istam magnam, & insulsa quærunt, & amara, terrena sapientes, & non quæ Dei sunt, sed quæ sunt mundi.

1. *Thes* 4. 3. *Luc.* 14. 16. 8. *Gen.* 27. 25. *Psal.* 22. 5. *Psal.* 22. 5. *Luc.* 7. 46. *Can.* 1 2. *Psal* 44. 8. *Pro* 8. 31. *Apoc.* 3. 20. *Mat.* 16. 23. *Phil.* 3. 28.

Mundus quidem abhorret crucem, spinas vitat, illa respuit, quæ sensui sunt contraria. Hoc sapiebat Petrus animalis adhuc. Quamohrem audiens dicentem Dominum, quam oporteret eum multa pati, & occidi, cœpit increpare eum dicens. *Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Cui propterea respondit Dominus. *Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia nõ sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominũ.* Hic est humanus sensus, sapere seculare. Numquid & filij Zebedæi, quærentes sedere ad dexteram, & ad sinistram eius in regno suo, non sapiebant, quæ carnis sunt? Audierunt ergo. *Nescitis quid petatis*, & ad calicis sui potionem amaram deliguntur. Sed in his tamen cœna est; delectatio est, *& calix meus inebrians quàm præclarus est.* Quin in cruce promititur paradisus, in passionis initio datur panis pinguis, qui præbet delicias regibus, & in sepulchro fit ad vitam immortalem resuscitatio, & verè communicantes Christi passionibus gaudemus, & in deserto solitudinis manna cibamur Contra verò diuitiæ spinæ sunt, teste veritate, & regalia conuiuia Vasthi Reginæ ad repudium sunt: Aman principi ad suspendium, Amnon filio regis Dauid ad interfectionem. Later sub melle venenum, *cibes, quos comederas, euomes.* Patent ista sensui, quoniam ipsemet experitur, & si sensus deficit, ratio succurrat. Si mors per peccatum in hunc mundũ intrauit, & nõ potest solui Scriptura. Qui quotidie peccamus, quotidie morimur. *Septies in die cadet iustus, & resurget, impij autem corruunt in malum.* Quare cadunt, & corruunt? quia adhæsit in terra venter eorum, terrenis applicantur; & quoniam impetu acti concupiscentiæ id faciunt, non quieta ratione, ideo cadunt potius quam descendunt.

Neque iustus ab hoc casu quotidiano alienus est, frequens est & illius casus; sed quia iustus est, non corruit, non cadit præceps, non descendit ad inferos, leuiter in terram cadit, propterea, & resurgit facilè. At impij corruunt, decidunt præcipites, grauiori casu de federationis, & potestatis deturbantur: ideo in malum euertuntur hu-

9. *Matth.* 16. 21. *Psal.* 22. 5. *Luc.* 23. 43. *Luc.* 8. 16. *Hest.* 1. 11. *Hest.* 7. 1. 2. *Reg* 13. 28. *Prou.* 23. 1. *Rom.* 5. 12. *Prou.* 24. 16.

tur huiusmodi, vt non resurgant. Pœnam magis spectabat Sapiens, quam culpam cum hæc diceret; subdit enim. *Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius non exultet cor tuum. Ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.* Iustus ergo tametsi aliquis sit, frequentem num euadit casum, quo iugiter homines affliguntur: cum autem id propter frequentes iniquitates eueniat siue leues sint, siue graues; manifestũ est, quod qui cogitat quæ sunt mundi, diuisus est, & quo plus mundo adhæret, eò diuisionem accipit maiorem. De senioribus quos decepit concupiscentia in qua fuerunt erga Susannam, num dixit à Deo missus Daniel iudex vni, & alteri? *Ecce Angelus Domini, accepta sententia ab eo, scindet te medium.* Hoc primo, alteri verò. *Manet Angelus Domini gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos.* Et de seruo percutienti conseruos, manducante autem, & bibente cum ebriosis, Dominus ipse statuit. *Veniet Dominus serui illius, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis: illic erit fletus, & stridor dentium:* vides, quòd vbi maior est mundi cogitatio, ibi maior, accerbiorq; diuisio est: Diuidit ipse se homo, dum cogitat, quæ sunt mundi, quia se & à charitate Christi, & à suo naturali instinctu, qui bonum spectat semper, separat, discordiamque ponit, ac diuisionem, in regno animæ suæ. Sed & Deus diuidet eum à bonis suis, vt illi bona non sint, quibus quo adhæret magis, eo plus illa eidem aduersantur. Sicut si gladij cuspidem ventri tuo admoueas, maior adstrictio cum illo, maior est stringentis offensio. Sensus itaque & ratio concorditer clamant, quòd ijs qui diligunt vanitatem, omnia, afflictio spiritus sunt, labor, & dolor.

Prou. 24. 17.

1. Cor. 1. 33.

Dan. 13. 55. 59.

Matth. 24. 50.

10. Cum ergo ita res habeat, quid est, quod lucis quoque filij imprudentes sunt, respicientes in vanitates, & insanias falsas? Nunquid *poterit comedi insulsum, quod non est sale condimentum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?* Natura resilit, contradicit sensus, renuit caro, mens resistit, & omnia, quę intra nos sunt, insulsa respuunt, & nociua. Quid hoc ergo quod hominum consuetudo per diuersa procedit? Iam dictis probatum est, factisq; probatur continuè, quod insulsa sunt terrena omnia, quod corrumpentia sunt, atq; adeo afferentia mortem; alioqui non magna esset Apostolorum commendatio, qui sal à veritate vocantur, si sal esset mundus quoque; Et incondita tamen comedit hominum vniuersitas, & nociua persequitur, quę illi sunt ad exitium. Num clamabo? num vociferabor? num super montem ascendam ad locum editum, ibique exaltabo vocem meam contra insipientes hos, insipidos, inconditos, insulsos? ô vtinam sal, sit verbum Dei condiens horum insipientiam. Habete in vobis sal, ô mundanorum vniuersitas, & pacem habete inter vos. Sic veritas iubet, sic hortatur sic clamat. Qui in se ipso habet sal, cum aliis habet pacem, ideoq; non quærit, quæ sua sunt. Quod si fiat, iam est in terra pax hominibus, propterea quod iam sunt homines bonæ voluntatis. Sed *non est pax impiis* (dicit Dominus.) Hi enim omnes quærunt quæ sua sunt, vnde bella, & lites. Non est fœlicitas, non est beatitudo: Si enim *beati in via, qui ambulant in lege Domini*, profectò qui operantur iniquitatem, non ambulant in vijs eius. Sunt autem *viæ eius, viæ pulchræ, & semitæ illius pacificæ.* Iniquitates iniquitates vestræ diuisionem faciunt inter vos, & Deum: vt non per vias illius ambuletis, neque pulchritudinem illius videatis, neque pacem habeatis. Non enim qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt: quare viæ pulchræ? quia dulces, quia delectabiles, quia immaculatæ. Noëmi dicens. *Pulchram ne me voceris, sed amaram*, infert in pulchritudine esse dulcedinem, qua quia erat vacua, Marah potius, id est, amaram expetit appellari. Discite veritatem, qui habitatis terram. Sapiens hæc mulier, à re, quam habet in se, se mauult appellari, quam ab aduentitio nomine sibi exterius impositio. Et nos tamen amari, amara

Psal. 39. 5.

Iob. 6. 6.

Marc. 9. 50

11.

Isa. 48. 22.

Psal. 118. 1.

Prou. 3. 17.

Ruth. 1. 20.

amara sectantes, pleni amaritudine, pulchri volumus appellari, Christiani, fideles, probi, honesti. Litigamus, contendimus, belligeramus, & pacifici exquirimus appellationem. Non ita erit inter vos, sed qui voluerit dici pacificus, & dies videre bonos, inquirat pacem, & sequatur eam. Nam operantes iniquitatem, non ambulant in viis eius. Alioqui diligentes vanitatem, quæritis mendacium. Sequentes vana in veritate, in mendaciis dicitis vos diligere veritatem. Verè amati, pulchros vocari desideratis.

12. Sed mementote quod sali Dominus lucem coniunxit. *Vos estis sal terræ. Vos estis lux mundi.* Ergo, qui salem abiiciũt, lucem vnà reiiciunt, in tenebris versantur, tenebras diligunt magis, quàm lucẽ. Verius indicat gustus, quam oculus, certius iudicamus de his, quæ gustu percipimus, quam quæ vultu. Ergò si errat gustus, deterius id faciet oculus. Ergò vbi non est sal, lux non est in eo. Quid mirum itaque, si huiusmodi ponunt dulce in amarum, & amarum in dulce? eadem enim sententia vtrumque percutit vox prophetica. *Isa.5.20.* *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Ergò gustate, & videte. Cibum quem appetitis, quem manducatis si sit sale conditus, gustate, & iudicium facite. Error si sit in hoc iudicio, luce perquirite, claritate perpendite, & videte, vt verè sitis, & sal, & sol, prudẽtes, & sapientes, benè sentientes, benè intelligentes, Ita enim & vosmetipsos saluabitis, & fratres ædificabitis, & glorificabitis Patrem vestrum, qui in cœlis est; cui sit benedictio, & claritas. Vnde Domini & salus, & benedictio sit super vos. Amen.

FERIA QVARTA
DOMINICÆ PRIMÆ.

Argvmentvm.

Nolite putare quoniam veni soluere legem. Matth. 5. *De firmitate legis diuinæ. De origine, de modo, & vtilitate ipsius.*

MAXIMA cuiuscunque rei laus est, & commendatio, quod durabilis sit, & æterna. Nam corruptibilitas, & mortalitas ex imperfectione est. Vnde, & mors ex peccato est, & corruptio ex formæ imperfectione, quæ suo contrario non valet resistere. Vnde res breui durantes vmbræ comparantur. *Et fugit velut vmbra.* Dicit patiens Iob. Perfecta autem forma se in suo subiecto tuetur, hæc verò legis diuinæ est singularis excellentia, quæ sic est manifesta, vt diceret Psalmorum author. *Initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.* Respiciens enim legis tuæ principia, ac solida fundamenta, statim deprehendi illam nunquam esse casuram, sed perpetuò mansuram. Perspexi statim, vt illam obieci oculis meis, illius continentiam, nempè, vt scribit sapiens, *eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatem.* Ex quibus cognoui, quod in æternum fundata sit lex. Cui propterea adhæsi, vt non perirem. Tu ergo Domine vide humilitatem, id est, fragilitatẽ meam, tentationes, impulsus qui mihi inferuntur, vt cadam, & ex his periculis eripe me. Quia legem tuam non sum oblitus. Si rei mansurę in æternum firmiter hæreo, adeò vt illius nunquam obliuiscar: igitur conserua me Domine. Hoc intendit Dominus asserens tantæ legem esse firmitatis, vt iota vnum, aut vnus apex a lege non præteream, donec transeat cœlum, & terra. Cœlo enim & terra transeuntibus lex manet in perpetuum. Quoniam ergò hoc bene intelligere, atque considerare magnæ est vtilitatis. Istam diuinæ legis firmitatem consideremus. 1. *Iob.14.* *Psal.118.* 152. *Prou.3.*

Atque de ea potissimum attendamus tria. Rationem, modum, & fructũ. Quæ videlicet sit origo, & causa cur lex Domini maneat in æternum, quo pacto tandiu duret, quid inde nobis proueniat emolumenti. 2.

Ratio-

Rationem, & causam tam firmæ, atque prolixæ durationis tetigit in illis verbis
Eccli 1. 5. sapiens. *Fons sapientiæ Verbum Dei, & ingressus illius mandata æterna.* Fons videlicet vnde erumpit fluuius sapientiæ, est Verbum Dei. De sapientia increata, creata procedit, & de Verbo æterno, tempo-
Isa. 40. 8. rale proficiscitur. *Verbum autem Domini in æternum manet.* Potest ergò à se manenti legi perpetuam conferre permanentiam. Sciendum tamen quod hoc in loco illud potest intelligi verbũ, quo facta sunt omnia, & tunc sapientia accipitur, vt super creaturas effusa est, in hisce relucet, cuius ingressus, seu gressus, & viæ sunt rationes, & modi, iuxta quos sapientia in creaturis gubernandis procedit, & hi modi sunt mandata æterna, id est, fixæ, & perpetuæ Dei constitutiones, iuxta il-
Psa. 118. 91. lud. *Ordinatione tua perseuerat dies: &*
Psal. 148. 6 *statuit ea in æternum.* Cum enim sapientissimè & rectissimè constituta sint omnia, mutatione opus non est, aut variatione. Non minus verò sapientia, quæ relucet in creatura præsertim rationali, habet mandata æterna, nempè firmam legem, propterea quod ex verbo increato, & etiam scripto, quod processit de ore Dei, originatur, à quo recta sunt omnia, & vię eius iudrcia sunt, & æquitates. Hinc Da-
Psal. 110. 8. uid: *Fidelia omnia mandata eius, confirmata in sæculum sæculi, facta in veritate & æquitate.* Fidelia idem valet, quod firma, & inconcussa. Sunt aũt sic firma, quia facta sunt in veritate, & æquitate. Sapientia ipsa, qua factus est homo, in proprium eius finem ordinat illum, & ducit, ad quem nisi recta via non valet pertingere, quæ propterea immobilis est, atque inuariabilis. Et quemadmodum consilium Dei, qui hoc statuit, immutari non potest? Ita lex eius, quæ est via ad æternam salutem, nunquam euerti poterit, aut submoueri. Potius ergo cœlum, & terra transibunt, quàm pereat lex, & prætercant verba legis.

Eccle. 3. 34. Quo docetur homo, vt facturus opus, cuius nollet pœnitere, diligenter cogitet, si rectum sit, ne si obliquum sit, ædificiũ mox cadat. Vnde Sapiens. *Fili sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebit.* Potissimum verò securumque consilium mandata sunt, atque iustificationes Domini, cui canitur. *Consilium meum iusti-* Psal. 118. 24.
ficationes tua: & propterea, *longè à pecca-* Psal. 118.
toribus salus, quia iustificationes tuas non 155.
non exquisierunt. Vnde & si rectitudo, quam Deus posuerat in homine perseueraſſet, nõ periisset homo. Sed videns Deus, quod repleta esset terra iniquitate, pœnituit eum, quod hominem constituisset in terra. Videns (inquam) iniquitatem hominum, suam æquitatem, rectitudinemque corruptam; *Pœnitet* (inquit) *me fecisse eos.* Genes. 6. 7.
Vbi autem rectitudinem inuenit, naturam etiam conseruauit, imò & fortè carnem omnem, *quæ corruperat viam suam*, ideò deleuit, vt non corrumperetur, etiam id quod integrum prædurabat. Modus seruandi Noë virum iustum satis hoc innuit. Gen. 7. 6.
Nam præterquam quod ingressus est in Arcam, vt saluaretur in ea ab aquis diluuij, illa super aquas ipsas supernatãte: Hac quoq; de causa ingressus est, vt ab iniquis disiungeretur, & non delictis eorum, & plaga inuolueretur: quando adhuc non omnis caro corruperat viam suam, quamuis multa malitia esset super terram. Raptus est Enoch à filiis hominum, ne ma- Gen. 6. 5.
litia immutaret à rectitudine animum Gen. 5. 24.
suum, at verò corrupta omni carne, & vniuersa terra, cessit multitudo impiorum deleta per diluuiũ, & remansit solus Noë cum domo sua. Venit enim Deus separans pretiosum à vili, & rectum ab obliquo, vt rectitudo legis seruetur in æternum. Voluit hoc pacto Deus ostendere quoq; quod & impiis parcat propter pios. At nimia multitudo impiorum, Diuinam iustitiam ad se delendam coëgit, vt per- Gen. 7. 13.
maneret tamen immobilitas consilij sui; impiissimum eam seruauit in arca, vt pareret, ac pareret, quam iustitia secundum legem Dei potens sit, vt iniustos pariter protegat ab inundante aqua diuini furoris. Hoc totum dictum sit ad ostendendam rationẽ stabilitatis ipsius diuinæ legis, vt nouerit, qui stare vult, & conseruari, vbi se tenere debeat, ac sustinere; audiens Prophetam. *Nisi quod lex tua medi-* Ps. 118 92.
tatio

Psal. 118. 92. *tatio mea est, tunc forte periissem in humilitate mea.* Legi adhæsi, ideò non perij. Si legi non adhæsissem, periissem. Non enim aliter possum in mea humilitate me tueri tantis circumuallatus periculis, tantisque impetitus impulsis, & exagitationibus.

6. Modum iam prosequentes quo lex permanet in sæculum sæculi, hunc inuenimus duplicem esse, Alterum in se, Alterũ in opere: ita quod in se lex ipsa permaneat, vel illius obseruatio nunquam deficiat. In se bifariam adhuc manet lex. Vno quidem modo manet in se, quando scriptura illius durat. Altero autem quando vis illius perseuerat, obligans ad sui obseruationem. Naturalem legẽ Deus quoniam voluit, vt vtroq; isto modo iugiter maneret, eam in tabulis scripsit cordis, quod est inexterminabile, nec mori, aut deficere vnquam potest. Vnde homines naturaliter ipsi sibi sunt lex, quę propterea sic durat, vt nunquam deleatur, neque etiam in inferno; manet illa semper in hominis conscientia sculpta: & ipse ad illam sine fine tenetur. Vnde & hac sua, & scriptione, & obligatione damnatorum illa cruciat mentes; arguens perpetuò illorum impietatem. Hanc eandem, vt

7. Exod. 31. 18. exterius quoque, & euidentius appareret, Deus digito suo scripsit in tabulis lapideis, deditque Moysi ad instructionem populi; sic notans eius firmitatem,

Exod. 21. 1. quasi in duro lapide sculpta. Addidit propter hæc alia multa præcepta, quæ iudicia vocat, cæremonias, testimoniaque, quæ in volumine non in lapide exarata sunt: neque in arca locauit, sicut tabulas, sed extra ad latus eius; propterea quod non tantæ esset firmitatis, lex ista factorum, quæ iudicia continebat, & cæremonias, quantæ erat illa naturalis; neque eo modo, eademque vi homines perstringebat. Erat quippè aliquando defectura, vt non teneretur mundus illam, sicut exterius verba sonabant, seruare

8. perpetuò. Quoniam verò lex ideò data

Exod. 32. 19. est, vt seruaretur, propterea in eo quòd scriptura, vel maneret integra, vel frangeretur, id maximè figurabatur, quod in opere, vel obseruationis, vel transgressionis fuerat euenturum. Idcircò tunc Moyses legis tabulas proiecit, ac fregit, ad radicem montis; quando populus vitulum adorans eandem transgressus est, & appositè, quæ data est in montis vertice, in radice periit. Vt cogitemus, quod sicut in alto data est, ità in alto obseruatur ab iis videlicet, qui terrena despicientes, aspiciunt, & suspiciunt ad cœlestia. At qui terrena sapiunt, atque conspiciunt, hi legem quasi in imò rumpunt; nec eis lapidea durities obstat, quo minus illam confringant. Quæ durities firma Dei voluntas est, promissiones, minæ, cæteraque omnia, quæ ad illius obseruationem homines valent compellere: quibus tamen non obstantibus terreni homines, & in fœcibus suis defixi legem contemnunt, transgrediuntur, nulloque pacto custodire, aut conseruare disponunt. Quæ ergo in se fracta est, fractis tabulis in quibus digito Dei erat exarata, in se euestigio permansit, quando iterum in alijs tabulis scripta, atque in arca fœderis posita integra perdurauit. Quod iterum figura est operis, quo illa, vel conseruatur, vel frangitur. Nam dum fuit in manibus Moysi, qui est figura Synagogæ, & populi illius veteris, fracta est, non custodita, neque seruata. Hinc Dominus ad Iudæos. *Nonne Ioh. 7. 19. Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legẽ?* Et Paulus *Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt.* At condita in arca, quæ Ecclesiæ figura est, & noui populi, custodita est, atque seruata, de quo populo proinde dicitur à Domino. *Populus, quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Contra verò *Filij alieni* (qui cum essent filij, alienati sunt) *mentiti sunt mihi* (fœdus transgredientes; quod obseruare promiserunt) *filij alieni inueterati sunt* (nouis succedentibus, & illis tanquam veteribus abiectis) *& claudicauerunt à semitis suis* (viam deserentes, quam calcauerunt patres eorum.)

Exod. 34. 28. Gal 6. 13. Hebr. 9. 8. 3. Reg 8. 9. Psal. 17. 44.

9. Deniq; tandiu, quæ in volumine continebatur lex, mansit quidem in se, manetque scripta dum durat sæculum; nam in libris Moysi quatuor extremis continetur: Ecclesia quoque nostra habet illã, &

legit.

legit. At quasi non vinculum ligans, & onus imponens, verum quasi typum, vmbramque nobis, apertæ veritatis. Ideò enim prope Arcam tenebatur. At vera Arca, quæ Ecclesia Christi, iuxtà, non verò intra se Mosaicam habet legem. Prope (inquam) vt illam non abiicimus, non intus tamen, quoniam illam litteraliter nõ ob-
2. Cor. 3. 6 seruamus. Littera enim occidit. Nouum autem testamentum, ac fœdus, quod erat mansurum perpetuò, vt nouum esset semper tã in verbo, quàm in vinculo, quinimò, & in opere, in cordibus credentiũ exaratum est. Neque enim in illius conditione, & promulgatione, exterior, materialisque data est scriptura aliqua, sed
10 vox tantum audita est, & interior susceptа impressio. Euangelium namq, à Christo prædicante datum est, & promulgatum, & in fidelium animis digito Dei scriptum: Spiritu sancto misso de cœlo, & implente Christi familiam, qui nouus erat populus, nouìque vtres, in quos mittendum erat vinum istud nouum, vt ambo
Luc. 5. 37. conseruarentur vsque in finem. Ideò primum illud dicitur vetus, nouum istud, quia quod antiquatur, & senescit, propè interitum est, vt ait Apostolus, & propte-
Heb 8. 17. rea abrogatum est. Quod autem nouũ est
Exo 24. 7. semper, consequenter æternum est. Vnde
Heb. 9. 18. non mirum si vetus, brutorum sanguine, quæ prorsus mortalia sunt, dedicatũ est; Nouum verò, Christi sanguine, qui finẽ vitæ non habet, mortẽmque destruxit, vt meritò sanguis eius noui, æternìque testamenti appellatus sit. Vide si nõ hoc est,
Ier 31 31. quod Deus per Ieremiam pollicetur sicut
Heb. 8 8. 10. 10. Paulus annotauit. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam domui Israël, & domui Iuda fœdus nouum; non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Quoniam itaque populus iste, quod nouus sit semper, nunquam deficiet, propterea neque lex in eo scripta vllum habebit finem. Quòd autem scripta sit in libris, hoc non pertinet ad eius promulgationem, & firmitatem, sed ad ampliorem instructionem. Quæ firmitas huius legis in se, signum pariter est firmitatis in opere perfectàque illius obseruatione.

In opere manet lex, quando, quod illa 11
verbo præcepit, facto impletur. De hoc modo dicit Dominus. *Non veni soluere legem, sed adimplere, & donec transeat cœlum & terra, iota vnum, aut vnus apex, non præteribit à lege donec omnia fiant.* Frangitur per transgressionem, vnde subdit Dominus. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur, magnus verò, qui fecerit.* Iuxta hoc *Leu. 18. 5.* frequens dicebat Deus. *Custodite leges & 19 91.* *meas:* & Christus. *Si quis diligit me, ser-* *& 20 22.* *monem meum seruabit. Qui non diligit me,* *Ioh. 14 23.* *sermones meos non seruat.* Hoc modo manet lex quandiu durat mundus, ideo dicit. *Donec transeat cœlum, & terra, nihil præteribit à lege donec omnia fiant* Data est enim lex ad merendam, & acquirendam vitam æternam. Quoniam *si vis ad vitam* *Mat. 19. 17* *ingredi, serua mandata.* Ad quam, quia patebit ingressus in sæcula, in sæcula similiter durabit opus legis.

Ex dictis patet duplici ratione, siue mo- 12
do legem impleri, quæ data fuit antiquis. Altero modo secundum corticem, altero secundum medullam. Cortex erat, quod in aperto, & superficie apparebat. Huiusmodi erant legales oblationes, emundationes carnis ab immunditiis, quæ tactu mortui, & aliis huiusmodi contrahebantur; ciborum distinctio, Festorum, & Sabbathi obseruatio, circumcisio pueri, purificatio matris & huiusmodi innumeræ propè: propter quæ à Paulo dicitur *Eph. 2. 15.* lex mandatorum, & à Petro iugum vo- *Act. 15. 10.* catur. *Quid tentatis* (inquit) *Deum; imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare* *Matt. 11 2.* *potuimus*? Medulla est intentio legis, quæ ad Christum ducere homines intendebat, sicut Ioannes ad Christum duos *Luc. 7. 18.* misit ex discipulis suis. Finis enim legis *Rom 10. 4.* Christus est ad iustitiam omni credenti. Et hoc est, quia vt plurimum eius præcepta figura erant eorum, quæ à nobis facienda sunt. Quemadmodum Paulus *Deut. 25 9* mandatum illud; *Non alligabis os boui trituranti*; interpretans docet, quod iis,

qui Euangelium annuntiant, licet de Eu angelio viuere. Seruabatur igitur secundum corticem, dum illius præcepta diligenter obseruarentur. Sicut de Tobia legitur, nam recensitis pluribus eius virtutibus in quibus sunt fuga idolorum, cultus Dei, exhibitio primitiarum, & decimarum, & huiusmodi, subditur. Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat. Et de Zacharia, & Elizabeth scribitur in Euangelio. *Erant autem iusti ambo incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.* Cōtrà verò Paulus. *Neque enim qui circunciduntur legem custodiunt.*

1 Cor. 9 9. & 1. Tim. 5. 18.

Tob. 1. 8.

Luc. 1. 6.

Gal. 6, 13.

13. Seruabatur secundum medullam ab his, qui spiritualiter illam intelligentes ad Christi misteria oculos dirigebant, quæ sub cortice abscondita tenebantur. Qui cum Christus apparuisset scientes, quod omnia in figura contingebant illis, non vltrà amplexabantur vmbram, sed veritati tantummodo intenti, iustitiam quærebant, quæ est ex fide. Iuxta quod dicit Ioannes. *Lex per Moysem data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est*; Gratia dicit, quia ex operib⁹ legis nemo iustificabatur. Vt ait Paulus. Sed quod impossibile erat legi, per Christi gratiam impletum est, quia iustificamur. Porrò veritas dicit. Quia vmbram habebat lex futurorum bonorum, quia vmbra promittebat futura bona, & gratiam, sed non dabat. At Euangelium, *virtus Dei est in salutem omni credenti*; quia per illud iustificamur. Vbi illud aduerte, quod cum opera illa, & opera essent, & vmbra, duo continebant, alterum in re, alterū in spe. In re continebant laborem, & operosam illam obseruantiam. In spe continebatur expectatio veritatis apertæ, quam per fidem intuemur. Vnde Apostolus. Priusquam veniret fides, sub lege custodiebamini, conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex Pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo. Si ergo hæc duo diuidantur res & spes, opus & vmbra, ex lege non potest esse iustitia, quia opera illa vim non habebant iustificandi, sed factores legis iustificabantur per fidem latentem sub vmbra illius, quem desiderabant. At vbi in plenitudine temporis venit desideratus, & figuratus, & facti sumus speculatores illius magnitudinis, legem mandatorum decretis euacuauit, & vmbram fugauit. Tunc ergo, id est, nunc non vltra opera vmbratica atque figurantia prosequenda sunt, quia fugata vmbra, non præterea latet sub illis fides, in qua veteres iustifibātur: sed reuelata iam fides amplexanda est, qua reuelata facie gloriam Domini speculamur amoto velamine figurarum.

1. Cor. 10. 11.

Ioan. 1. 17.

Rom. 3. 20. & Gal. 2. 16.

Rom. 1. 16.

Gal. 3. 2. 3.

Hoc pacto lex ipsa fideliter obseruatur: & ita intelligendum est quod Dominus dicit. *Nolite putare quoniam veni soluere legem, non veni soluere, sed adimplere.* Soluere est abrogare, atq; reiicere. Quod adeò Christus non facit, vt ad ipsam legem mittat, qui illum audiebant, dicens. *Scrutamini scripturas, quia illæ testimoniū perhibent de me. Et, si crederetis Moysi, crederetis forsitam, & mihi: de me enim ille scripsit.* Et, *super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite.* Adimplet enim Christus legem dum exhibet, quod illa promisit, dum aperit, quod illa occultauit, & dum quod illa intendebat, facto exequitur, & quò illa tendebat, vadit ducens secum omnes, qui credunt in illum. Princeps mittens seruum vsque ad præfixum locum dat litteras ibi aperiendas, in quibus iubet, quid postea illi sit agendum: iubet ergò vt prioribus omissis, in quibus itineris seu operis initium illi committebat, stet secundis. Nunquid seruus ille non implet mandatum, quia non vltra priores literas sequitur? Imò ideo obediens est, quia illas abiicit, quæ ipsæmet illi iubent, vt abiiciantur, innitaturque secundis. Haud secus lex Moysi tanquam Pedagogus ducit nos ad Christū iubens, vt illum sequamur cum venerit. Siquis ergo nunc circuncideretur, aut Sabbathum obseruaret, aut sacrificia secundum legem offerret; Hic non legem obseruaret, sed illam transgrederetur iubentem; Hucusque nempè ad Christum veniens,

Ioan. 5. 39.

Ioan 5 49.

Matth. 22. 2.

15.

veniens, & non vltrà procedes. Ergo fideles Christi ad Christi imitationem implent legem Moysi, nõ soluunt, aut transgrediuntur. Iudæi verò transgrediuntur, vt dicit Paulus. *Qui circuncisduntur, legem non custodiunt.* Quod bene in tabulis illis lapideis figuratum est. Tam primæ quàm secundæ eadem continent mandata, & primis confractis, secundæ succedunt. Rota in rota est, lex vetus in noua, vetus testamentum in hoc nostro nouissimo. Noua quoque in veteri continebatur, & hoc nouum testamentum in illo. Ergoqui vnam legem obseruat, obseruat & aliam. Qui vnam transgreditur, & alteram. Primæ tabulæ cõfractæ sunt, quia lex, vt in illis, & in vmbraticis mandatis continebatur, præterita est, prætermissa, proiecta, confracta; *nonne Moyses dedit vobis legẽm, & nemo ex vobis facit legem?* Quomodo confracta?

Gal. 13.

Exech. 10. 10.

Exod. 13.

Ioan. 7. 19.

Quia iubet, vt Propheta suscitandus similis Moysi debeat audiri, adeò vt qui eum non audierit, exterminandus sit de populo Dei. At populus ipse nedum non audiuit, verum etiam interfecit illum. Nã concilium damnauit ad mortem, populus clamauit, vt crucifigeretur, & ita *gentes fremuerunt, & populi meditati sunt inania, & principes conuenerunt in vnum aduersus Christum Domini.* Ergo secundum legem Moysi omnes exterminandi sunt de populo. Et si populus omnis exterminandus erat, non vltrà populus ille, populus esse debebat. Vnde bene Propheta. Et non erit eius populus, qui eum negaturus est; at si genti alteri eadem daretur vetus lex, non iam mutatus esset populus, cum eadem extaret forma, quæ dat esse rei, nempè lex Moysi. Vt igitur qui non erat populus, esset populus, lex si non alia, alio tamen modo ferenda erat. Quod factum est dum prædicatum est Euangeliũ omnibus gentibus, quæ non erant populus. Ergò lex Moysi, stante conditione q Propheta non fuit acceptus in patria sua, & sui eum non receperunt, imperat euidenter, vt ab ipsa ad Euangelium transeamus: Id quod abillis fit qui audiunt & accipiunt illud. Manfit lex etiamsi in operibus eius, quatenus erãt opera, esset transgressio. Sed vt ad transgressionem eius ventum est quatenus vmbra erat, fidem velatam continens in eum, qui venturus erat, tunc tabulæ confractæ sunt, & proiectæ de manibus. Nam sic legis medulla exiccata est, intentio peruersa, atque sublata: & eo magis quod non in vmbra auerterunt se à fine legis, qui est Christus, sed palam, & clamorosa voce, & diffinita sententia abiecerunt illum, & iecerunt extra vineam, vt nullo pacto iam esset in populo illo. Christo igitur sublato, atque de lege iecto, lex illa, vt sic, amplius non est lex. Vbi enim Christus non est, neque populus est, neque lex. Verum nos audiuimus, quia *Christus manet in æternum.* Ergò aut hic est, aut illic. Non illic, ergo hic. Missus quidem erat ad oues, quæ perierant ex Israël, vt saluum faceret populum suum. At illi tradiderunt eum Gentibus, quæ cum gaudio susceperunt illum. Noster igitur est Christus, & lex nostra est, quæ ideò posita est in Arca fœderis, quæ est Ecclesia. Non igitur venit Christus legem soluere, sed adimplere, alioqui esset inanis, & vacua, sicut est nunc in manibus Iudæorum, qui non attendunt, illã à Moyse ipso de manibus esse proiectam. At nostra iam plena ab ipso Moyse posita est sub pedibus Dei, nempè in scabello pedum eius, quia per illam subditus est omnis mundus Deo, & omnis populus eum sequitur toto corde, vt sequens vestigia eius, illuc perueniat, vbi super Cherubim sedet à dexteris Dei. Quoniam ipse dixit. *Qui mihi ministrat, me sequatur; & vbi sum ego, illic, & minister meus erit.*

Matt. 26. 65.

Matt. 27. 23.

Psal. 2. 1.

Dan. 9. 20

Matth. 21. 39.

Io 12. 24.

Matth. 10. 6.

Luc. 18. 23

Exo. 32. 19

Io. 12. 26.

Hortatio. Heu quantum nos, in quibus iustificatio legis impletur, debemus Christo, qui legem mandatorum decretis euacuans, onus leue sui Euangelij nobis imponit! Onus illud antiquum tam graue erat, vt à nemine, vt testatus est Petrus, posset portari. Quot labores erant in lege? quotannis tribus vicibus tenebantur omnes sexus masculini ascendere in Ierusalem ad adorandum Dominum. Quot expensæ? iuge sacrificium, frequentes oblationes, sacrificia perpetua, primitiæ, decimatio-

Act. 15. 10.

Exo. 24. 23

mationes, Sabbata terræ, vt propè annis duobus ex septem quibuscumque otiari deberet. Quot cautelæ, & animaduersiones? quot restrictiones, & angustiæ? vndique prohibitiones, vndique cæremoniæ, vndique obseruationes. Non ità paruulus fascis circumligatur, vt erat populus ille mandatis innumeris circumplexus. Adde iudicia, secundum quæ legis transgressor duobus, aut tribus testibus diiudicabatur. At lex nostra nõ iudicat quemquam. *Non enim veni iudicare* (inquit Legislator noster) *sed saluum facere, quod perierat.* Et tu tamen, Christiana, legem hanc nostram tam facilem, tamque suauem obseruare detrectas? Christus ipse prior impleuit, totum quod erat ponderis in veteri lege, in humeris suis ipse portauit: excellentissimè vniuersa compleuit, vt nè iota vnum, aut vnus apex præteriret a lege, qui non obseruaretur. Non abrogetur lex donec omnia fiant, iâ facta sunt omnia. Vbi igitur lex? abolita est. Ipse chirographum decreti affixit cruci. Si secundum legem debebat mori, mortuus est, & in morte eius mortificata est lex, exinanita, sublata. Heu Deus meus, qui legem posuit, legem impleuit, & ego ero filius Belial sine iugo, sine lege, sine mandato? etiamsi nos oporteret ambulare sicut ille ambulauit vias difficiles, semitas duras, confractos calles, iter arctissimum, num auertemur de post tergum Domini? num alia via procedemus, per quam non ambulauit, quia ascendit super omnes cœlos? & si oportuerit nos mori secum, quid nobis dicendum est, nisi eamus, & moriamur cum eo? vt etiam in hoc sensu verum sit; si vnus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. At ipse Agnus Dei tulit onera nostra, vulnera nostra, dolores nostros, labores nostros ipse portauit; legem adimplere venit ipse, tantum sequamur ipsum in via hac, quam nobis demonstrauit, dicens. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Hæc est lex nostra, hæc sunt omnia pondera nostra, vt diligamus inuicem. Nam *qui diligit proximum legem impleuit. Nam non adulterabis, non furtum facies, & si quid est aliud mandatum in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* De honorando, & amando Deo, non loquimur. Nam quæ difficultas est amare Deum? De proximis nostris quæstio est. Dilige, dilige proximum tuum & legem implesti. Christus nedum pondus super pondus tulit, vt nos exonerati curramus, per viam immaculatam, vbi non sunt offendicula, non spinæ, aut vebres non montes & colles, quia ipse præcedens, fecit, vt essent praua in directa, & aspera in vias planas, & ita posuit immaculatam viam nostram, sed omnium virtutum nobis proposuit exemplar. Agnus sine macula perfecti decoris, & immensi valoris, cuius caput aurum optimum, cuius crura columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Totus rectus, & inflectibilis, & indeclinabilis, vt ad iniquitatem vel respicere non possit. Totus speciosus a planta pedis vsque ad verticem, à pedibus ad caput, vt nedum opera sublimia, verum & minima, quasi pedum terram ac lutum calcantium, aurum optimum sint omnia. Ad quid, ad quid præcedit, nisi vt sequamur? solus quidem descendit de cœlo, sed non solus ascendere vult de terra; venit fieri filius hominis, vt filios hominum fratres haberet, quibus tanquam primogenitus in multis fratribus, diuideret hæreditatem. Qui vult ergo illius fieri cohæres, illum sequatur, vt recipiat portionem substantiæ, quæ illum contigit. O summam legis adimpletionem factam per Dominum nostrum Iesum Christum, vt pro modulo nostro, & nos sequamur vestigia eius. Quid, quidnam fecit Christus legem adimplens? eripuit nos de potestate tenebrarum, soluit vincula captiuæ filiæ Sion, animæ cuiuscumque, in libertatem nos adegit, dilatauit gressus nostros, gratiam meruit, & contulit, qua possimus, & velimus currere post illum in odorem vnguentorũ suorũ, nempe in spiritu gratiæ quo sumus vncti, & acti. Heu, & adhuc moramur? immò, & adhuc diuertimur? & diuertimur à semitis mãdatorũ suorũ? in seipso legẽ impleuit, vult & in

Ioh. 12. 23 *Luc.* 19. 10

17

Col. 2. 14.

Ioh. 11. 16.

2. *Cor* 5. 14

Ioh. 15. 12.

Rom. 13. 8.

Leu. 19. 18.

Pſ. 17. 33.

Can. 4. 11.

& in nobis adimplere, ideò & vias ostendit, & vires tribuit, vt expediti velociter currentes, & nos legem impleamus. Et tu peruerse, & aduerse alia via gradiens, non curas de lege Dei? de mente Christi? de tua ipsius salute? Eia ergo post Dominum ambulemus.

SECVNDA PARS.

18 IAm de fructu legis dicturi consideremus verba Domini hæc. *Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Vbi primum aduerte sequelam ex dictis notari in voce illa *Ergò*. Si talis est lex, si sic permanet, vt nè vnum jota ab illa possit præterire, sed illius mandata omnia etiam minima prorsus obseruanda sint, atq; implēda: consequens est, vt qui soluit, pœnas det, & qui facit, præmium inde consequatur. Ratio sequelæ est, quia Deus, qui firmauit terram sapientia sua, & stabiliuit cœlos prudentia, nullo pacto condens legem, mutatur: si enim naturalia sic sunt suo consilio firmata vt ad nihilum vsq; redigenda non sint. Nam statuit ea in æternum, & in seculum seculi: quantò magis Psal.148.6. spiritualia, quæ excellentiora sunt, & propter quæ condita sunt corporalia, viuunt in seculum seculi? At ordo, atq; connexio rerum naturalium, in quo apparet Dei sapientia, est velut bitumen compaginans, atque constringens simul vniuersa, vt se mutuò sustentent, atque ità ex Dei sapientia, & ordinatione perseuerent. Haud secus itaque spiritualia suam ordinationem habent, qua sibi mutuò innitentia durent, atque permaneant. Ordo iste lege constituitur, quæ ideò dicitur lex Sapientiæ, & Sapientia ipsa. Verum lex ista à creaturis ratione præditis voluntariè obseruatur. Psal.53.8. Vnde de sacrificio, quod est vnum de mādatis eius dicit Propheta. *Voluntariè sacrificabo tibi.* Prou.9.1. Nunquid igitur ruet istud, ac domus quam sapientia ædificauit sibi, si casu eueniat, & quis legem transgrediens peruertat ordinem, & domus in se diuidatur, quando discordia res etiā maximæ dilabantur? Nequaq; profectò. Nam fulcrum fortissimum ipse substituit, quo etiam ruitura firmiter stabiliantur. Hoc verò fulcrum alius est ordo, qui in manu consilij hominū non est, vt ad libitum suum peruertere illū possint, sed est in manu Dei, qui dicit. *Consiliū* Isa.46.10. *meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.* Quoniam omnipotens Deus, qui malum Leuit.26. facere non potest, & est peruersio ordinis, 23. benè malum potest ordinare, & ordinat. Neq; enim ordo est ille, de quo dicit ipse. *Si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoq; aduersus vos incedam: & septies percutiam vos propter peccata vestra.* Magnus quippe ordo iustitia, reddens vnicuique quod illi conuenit, siue secundum naturam, siue secundum opera sua. Hic ordo adiunctus est legi, quæ non demonstrat tantum, aut iubet quid quisque facere debeat, sed addit mercedem quoque, vt sit vnicuiq; merces operi suo. Qui ordo nouissimus cum primo coniunctus, causa est cur Mundus rerum spiritualium ità firmiter fundatus sit, vt transeat cœlum potius, & terra, mundus videlicet iste materialis, quàm cœli noui, & terra noua, in quibus iustitia habitat, valeant aliquando perire. Quoniam iustitia, quæ immortalis est, habitans in illis, manu tenet illa, & illis sua immortalitate dat perpetuitatem. Videsne iam quomodo ex legis firmitate procedit, vt qui custodit mandata, custodiatur ab illis, & eorū trāsgressori suspendatur in collo mola asinaria Mat.18.6. & demergatur in profundum abyssi? quid est mola ista tanti ponderis collo alligata nisi firmitas quædam, atque suæ transgressionis pœna perpetua vbi, quæ rapuit, exoluat vsque ad minimum quadrantem? Ergò quemadmodum legem sequitur merces, ita legis stabilitatem, mercedis stabilitas. Benè igitur Dominus. *Qui ergò soluerit*, &c.

19 Secundò aduerte, vt intelligas quodnā sit op⁹, cui merces à lege præfixa debeatur, quod de hoc opere dicit Dominus. *Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines. Qui aūt fecerit & docuerit*, &c. Punctū autem hoc multa continet.

Primum

Primum est, in hominum arbitrio positum esse, vt impleant legem, aut præ-
Osea 11. 4. tereant. Trahit enim nos Deus in vinculis Adam, & in funiculis charitatis, nempè vinculis humanis, quæ sunt vincula amoris fortissimè quidem ligantia, sed libero homini maximè congruentia. Secundum est quod soluere legem, idem est, quod præterire, & transgredi legem, nam soluere oppositum est ei, quod est facere. Dicit enim ex vna parte: *Qui soluerit, & docuerit* & ex alia. *Qui autem fecerit, & docuerit* Sicut ergò legem facere est obseruare illam: ita soluere est ab illius obseruatione deficere. Vbi notatur quod lex ligat, & legis transgressio soluit. Diximus quippè lege ligari simul homines, vt hac connexione firmentur: sicut mundus totus naturali lege firmatus in æternum stat. Legis ergò transgressor, quantum in se est, humanam istam, atque spiritualem connexionem dissoluit, vt per se non stet, quin species humana soluatur; sicut de templo corporis sui à Domino dictum est. *Soluite templum hoc*

20 Duo alia puncta sunt in hoc secundo
Ioan. 2. 19. principali contenta, videlicet quòd distinctio sit in mandatis, & quod aduersus illa duplici modo ambulatur. Distinctionem mandatorum innuit Dominus dicens. *Vnum de mandatis istis minimis*; aduertens per hoc alia quoque reperiri, quæ minima non sunt. Vnde alibi dicebat Dominus de
Matt. 22. 38. dilectione Dei. *Hoc est maximum & primum mandatum Secundum autem simile est huic.*
Exod. 32. 15. Ideo enim & in duabus tabulis data est lex, vt distinctio aliqua signaretur in mandatis. Nam alioqui non poterat tam grandis lapis inueniri, qui vnus omnia præcepta cõtineret. Ex hoc sequitur quod maior etiam maioris præcepti transgressio, & maior consequitur etiam pœna. Aduersus verò mandata tam minora, quàm maiora bifariam pugnatur, vel soluendo videlicet vel docendo. Sicut eisdem coaptatur homo vel faciendo vel docendo. *Qui ergò soluerit* (dicit Dominus) *& docuerit sic homines.* Nempè *docuerit* soluere. *Qui autem fecerit, & docuerit, docuerit* videlicet facere. Apostolos enim suos hoc in loco Dominus compellabat, quos, cum tabulis Euangelii sui mittebat in mundum, vt illud prædicarent omni creaturæ. Quos ideò, & salem appellauit, & lucem, Matt. 5. 13. vt in ore quidem haberent Euangelium prædicando, & in manibus quoque obseruando. Ideò de facere, & docere instruit. *Qui fecerit* (inquit) *& docuerit*, & per oppositum. *Qui soluerit, & docuerit.* Per hoc innuens futuros in Ecclesia homines sui Euangelii transgressores, & eiusdem pariter falsos, fallaces q; doctores. Sicut è contrà futuros obseruatores veros, veraces q; doctores. Hæc autem duo simul coniungit; factum videlicet, & dictum, siuè bonum vtrumque siue malum vtrumque. Quæ duo extrema sunt, inter quæ cadere possunt media, eorum videlicet, qui soluunt quidem, sed non sic docent, sed fortè malè agentes vel benè docent vel nullo modo docent. Vel eorum, quæ faciunt quidem, sed non sic docent. Facere autem mandatum, & oppositum docere non datur. Quoniam qui peruersa loquitur, mãdatum soluit. In quinque igitur partes hominum conditio distribuitur: vt sint qui malè agant, & malè doceant. Qui malè agant, & benè doceant. Qui malè agant, & nec benè, nec malè doceant. Sint præterea qui benè agant, sed nihil doceant, & qui benè agant, & bene doceant. Duos extremos tetigit, ostenditque Dominus, vt ex his, alii à nobis ipsis coniicerentur. Vnusquisque ergò ad se conuertat oculos suos, & suos mores examinet, & videat vbi, & in quo gradu numerari dignus sit. Attendens, quod Dominus, qui hoc decreuit in Euangelio suo, in trono iudicii omnes discernit, vnicuique redditurus secundum opera sua, & videt vias hominum vniuersas, *nec iudicat secundum visionem* Isa. 11. 3. *oculorum, neque secundum auditum aurium, sed in æquitate & veritate.* Quid prodest homini si vniuersi laudent illum? Psal. 10. 3. Scit enim Dominus, quoniam *laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur:* scit multos esse similes sepul- Matth. 23. 27. chris dealbatis, qui hominib⁹ apparẽt iusti, intus autem pleni sunt dolo, & iniquitate. Sed intuetur corda, & non opus est ei, vt

ei, vt quis testimonium perhibeat de homine, ipse enim scit, quid in homine sit, qui omnia nouit. *Ioan. 2. 25.*

21 Tertium denique, quod debemus aduertere, merces est, operariis reddenda, hanc exprimit Dominus dicens. *Minimus est in regno cœlorum Hic magnus est in regno cœlorum. Regnum cœlorum*, hoc in loco vocat Regnum Dei, qui sedens super thronum regni sui, nedum sublimia, sed etiam humilia respicit in cœlo, & in terra, intuens & abyssos, omnia prospiciens, omnia disponens, omnia gubernans, habens clauem etiam mortis, & inferni, attingens a fine summi cœli, vsque ad finem nihili, super quo terra fundata est. Magni ergo sunt in hoc regno, qui habitant in cœlis. Minimi, qui demerii in inferno, in stagno ignis cruciantur die ac nocte. Vide ergo si latum mandatum Dei est nimis. Quando omnis consummationis videt finem & comprehendit nedum omnes fines terræ, sed etiam super cardines cœli ambulat, & peruenit vsque ad antiquum dierum, cuius capilli candidi, & cani sunt, quia sapientissimus est, & ex ore eius procedit lex. Ergò quanta sit creaturarum omnium consummatio, atque perfectio, mandatum latius est vniuersa complectens, & ideò sui obseruatores cum Deo coniungit, qui est super omnes, & super omnia. Transgressores verò, qui seipsos a Deo per sua peccata separauerunt, in extremos terræ fines demittit, atq; concludit portis ferreis, quæ sunt portæ inferni, & claues abyssi. *Psal. 112. 6. Dan. 3. 55. Apo. 1. 18 Psal. 118. 96.*

22 O vos qui magnitudinem appetitis, hanc expetite. Hac clari facti sunt sancti illi, de quibus dicit Sapiens. *Homines magni virtute* Magnus vis esse? quære, & consequere magnitudinem magnam: nam parua magnitudo vera magnitudo non est. Quidni maior sit forma, quam materia, quando hæc ab illa terminatur, & determinatur, & veluti coarctatur? Quidni maior sit anima rationalis formis omnibus corporalibus? Maior enim spiritus est corporibus omnibus, quia magnitudo virtutis, molis magnitudinem impense superexcedit. At magnitudo spiritualis ea est maximè, quæ perficit spiritualem naturam. Hanc magnitudinem tribuunt charismata meliora, in quibus omnibus charitas superexcellit. Charitas ergò magna est veraq; magnitudo omnem superexcedens magnitudinem. Ista magni fiunt homines. Hac magnus factus est Ioannes Baptista, de quo, qui maior est, ità diffinit. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.* Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. O veram magnitudinem! Zacchæus statura pusillus erat, sed animi magnitudine vana, atq; transeuntia, quæ vere pusilla sunt, vestigio suo terens, & pede conculcans, ascendit in arborem Sycomorum, vt videret Iesum, qui inde erat transiturus. Paruorum despectus aspectum meruit illius de quo dictum fuerat. *Hic erit Magnus.* Heu! quàm magna magnitudo, illi cõiungi, qui cœlum palmo concludit, tribusque digitis totam terræ molam appendit? Hanc magnitudinem in terris, illa in cœlis sequitur magnitudo, de qua scriptum est. *Magna est gloria eius in salutari suo; gloriã & magnum decorem impones super eum.* Quis igitur hanc tantam magnitudinem non exquirat? Christus qui dixit Ioanni, a quo voluit baptizari. *Sic decet nos implere omnem iustitiam*: ideò magnus est, quia magna fecit. Magnus (inquam) ante oculos nostros, qui in se rapinam non est arbitratus esse se æqualẽ Deo. Magnus, quia impleuit omnem iustitiam. Magnus, quia venit legem implere. Magnus, quia etiam secundum legem voluit mori, vt ne iota vnum, aut vnus apex præteriret a lege, quin fierent omnia. O Deus magne, & potens! ô homo magne, & patiens! Quid nisi legem referebas, quando dicebas. *Possum quidem rogare Patrem, vt suppetias exhibeat mihi, sed quomodo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri?* legi subdi voluisti, quam ipse tuleras, sic magnus factus es inter mortales, & immortales omnes. Dum minor apparuisti, maximus euasisti. De te enim loquebaris dicens. *Qui minor est in regno cœlorum, maior est illo*, Ioanne videlicet. Tu minor in regno cœlorum, qui ad tantam te demisisti paruitatem, vt vere dicere *Luc. 19. 2. Luc. 1. 32. Isa. 40. 12. Psal. 20. 6. Matt. 3. 15. Phil 2. 6. Matt 26. 54. Mat. 11. 11.*

Exhortatio Eccli 44. 3

cere posses. *Ego sum vermis, & non homo.*
Psal. 21. 7. Vere & vermiculus, non minus, imò plus multò quam Dauid, de quo legimus scriptum. *Sedens in throno sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerrimus ligni*
2. *Reg.* 23. 8 *vermiculus. qui octingentos interfecit impetu vno.* Nonne hoc in natura mirabile admodum est, quòd tenerrimus vermiculus durum lignum rodat, terat, edat, digerat, & destruat? paruulus est, tenerrimus est, & magna arbor, & durum lignum illi cedit. Sic ergo humilis, & tener Dauid magnam suam virtutem ostendit interficiens octingentos impetu vno. At quis tenerior Christo, qui mansuetus vt Agnus ductus est ad
Isa. 11. 19. victimam obmutescens? quis illo pusillus magis, qui minor est in regno cœlorum?
Isai. 9. 6. qui se humiliat, vt paruulus, & *paruulus verè natus est nobis?* Hic vermis, iste vermiculus impetu vno totum orbem strauit?
Ios. 14. 15. verè Adam maximus; maior illo, qui maior est inter omnes natos mulierũ. Hic mi-
Dan. 7. 14. nimus ille est, cui datum est, regnũ, & cui regni cœlorum, & terræ collata est magni-
Dan. 4. 14. tudo. Et *humillimum* (inquit) *hominũ constituet super illum*; illum (inquam) cui Excelsus regnum dederit. Nam illum posuit
Ps. 88. 28. *excelsum præ regibus terræ.* Magnus effectus nimis, quia nimis humiliatus, factus minimus non homo, sed vermis atq; vermiculus.

23 Et tu ergò ô homo, fias, si vis maior esse, minor; humiliare, vt exalteris; ad nihilum
Dan. 8. 35. redigaris, vt ex paruo lapide, fias mõs magnus implens omnem terram. Quia man-
Ps. 36. 11. suieti hæreditabunt terram. Lex ligans, atq; coercens stringit hominem, vt non dilatetur & magnificetur; & velit esse maior quã sit, inflatus, dilatatus. Putat homo se priusquam hominem esse, posse, videlicet, suo arbitrio viuere, nullis legibus esse subie-
Iob 21. 15. ctum, dominum esse suiipsius, dicens. *Quis est Omnipotens, vt seruiamus illi?* sed quid?
Psal. 9. 21. Constitue legislatorem super eos, vt *sciant gentes quoniam homines sunt*, lex paruulum facit, subiicit, cõprehendit, & propriæ paruitatis admonet vnumquemq;. Quid igitur superbis? quid magnificaris? quid dilataris? quid iactaris? & supra teipsum eleua-
Esth. 1. 4. ris? Num tu Assuerus es, qui voluit ostendere magnitudinem atque iactantiam potentiæ suæ? iam in puluerem redactus est, non vltra apparet vermes hæreditauit; sic & tibi eueniet, & gloriam tuam in puluere reducet mors, *nihil enim præteribit à lege donec omnia fiant.* Fiunt, quæ præcepit; fiunt, quæ promisit; fiunt quæ præostendit. Moyses, qui tabulas fregit, homines interfecit, fracta lex, frangit fractores legis. Nã *nihil præteribit à lege donec omnia fiant.* Nunquid noscis quid Sapiẽs dixerit de ea, quæ oblita est pacti Dei sui? *Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos gressus eius; omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ.* Hæc est concupiscentia, hæc est prudentiæ carnis, hæc vita licentiosè transacta, hæc est legis transgressio, quæ pactum Dei sui obliuiscitur, & testimonia eius non exquirit. Ideò ad mortem inclinatur, ad inferos tendit, in quibus nulla est redemptio, & à quibus nulla est reuersio, vt quis ab vmbra mortis valeat ad sumẽ vitæ regredi. Sic fic euenit, sic eueniet eis; qui declinant à mãdatis Dei. Veniet mors super illos, & maledictio, & æterna damnatio. Quia *nihil præteribit à lege donec omnia fiant*, fient, quę lex decernit. Si non facies tu, faciet Deus. Si non facies legem, faciet Deus necẽ. Libertati, qua vis viuere, vt vis, restrictio opponetur, ligatis manibus, & pedibus. Voluptati, cum operam das, apponetur afflictio, & supplicium; nam legationi additur. *Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentiũ.* Quin & prudentiæ carnis, qua vides ea, quæ parẽt, & sapis ea, quæ placent, respondebunt tenebræ exteriores, vt nihil delectet visum, & pereat desiderium, cuius ardori, ardor tormentorũ respondebit. Inclinata est domus eius ad mortem. Non sola concupiscentia morietur, ità vt à morte perpetua depascatur, sed & domus eius tota. Quidquid secũ trahit concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, gutturis appetentia, manuũ immunditia, pedum incontinentia, brutalis sensuum nimia licentia, mentis ignorantia, ipsiusque voluntatis effrænis, & temeraria petulantia, hæc est domus hominis inobedientis, quiſequitur concupiscentias

Exod 32. 19. 21. 27.
Pro. 2. 18.
Matt. 22. 13.

animæ,

animæ, quæ inclinata est ad mortem. Heus tu, vides inclinatam domum, ruinas minantem, & non fugis, ne opprimaris ab ea? Quid aliud est vita hominis peccatoris, quam domus inclinata? domus cadens? nunc non vides pendentes parietes, iam propè cadentia ligna? Tunc videbis, & flebis quando facta fuerit mina illius magna; sed non erit iam locus pœnitentiæ. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur. Exi ergo magis de domo hac, si illam ingressus es, & vade in domum Exo. 37.7. Domini. Vbi lex Domini custoditur immaculata; ibi lætaberis cum Angelis, nam Cherubim proteguntarcam, vbi est lex. Hebr. 9. 4 Angelorum eris ciuis, angelorum conuiua: nam & in arca erat manna, panis, vi- Psa 90.11. delicet, Angelorum. *Angeli custodient te in omnibus viis tuis*, ne à quoquam offendaris. Nam & in arca erat virga, qua Moyses populum liberauit à persequentibus il- Hebr. 9. 4. lum. Ista quæ est domus Domini, sit & domus tua, in qua habites omnibus diebus vitæ tuæ. Vade vade in domum tuam, vade in domum Patris, vt videas voluptatem Domini: *nihil enim præteribit à lege donec omnia fiant.* fiat, fiat.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

De excellentia & efficacia legis diuinæ.

1 MAGNA legis ab omnibus custodiendæ ista est, atque euidentissima ratio, quod illa tantæ est firmitatis, atque adeo fixa, & inconcussa, vt cœli potius transeant simul & terra quam illa vacillet, nutet, vllaque ratione muteter. Neq; enim *iota vnum aut vnus apex*, mandatum quantumuis minimum *præteribit à lege donec omnia fiant* Magna rursus, & quæ multum valeat eiusdem obseruandæ legis ratio, est fructus, aut merces inde procedens. *Qui enim illam fecerit, & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum.* Ergo nos diuinæ legis excellentia, & efficacia si à nobis considerentur attentius, vocant trahuntque ad eam fide suscipiendam, atque obedientia.

Quæ duo propterea à Christo hodie nobis proponuntur, de excellentia eius, quæ latet in illius perpetuitate, sic statuente. *Nolite putare, quoniam veni soluere legē, aut prophetas, non veni soluere sed adimplere. Amen quippè dico vobis, donec transeat cœlum, & terra iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant* De efficacia vero. *Qui ergò soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.*

Salomon hortatione illa sua. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt* 2 Pro. 22. 28. *patres tui.* Rationē innuit hoc suo prouerbio, cur lex Dei debeat obseruari. Terminus quippè illa est definiens quo se quiuis vsq; licitè possit extendere. Cancelli quidam sunt diuina mandata, intra quos concluſi omnes sumus, extra quos egredi non licet. Ideo, qui illa non custodit, præterire dicitur, & transgredi. Sic loquebatur filius senior. *Numquā mandatū tuum præteriui.* Luc. 15. 29 Sic Pharisæis Christi discipulos suggillantibus quasi traditionum antiquarū transgressores, respondit Dominus. *Quare & vos transgredimini mandatū Dei;* Antiqui sunt termini illi, quia non nouiter excogitata est lex, quā decreuerat ante constitutionē mundi æternus Deus, & in ipsa constitutione, hominem condens, quasi tabulam in qua eandem exararet, menti illius incidit, inscripsit, infudit, vt sic quam stabilis sit, atq; in æternum mansura omnibus pateat, ne quis audeat, aut putet illam se posse transferre, aut commutare, quemadmodum de Antichristo scribit Daniel. *Putabit, quod possit mutare tempora, & le-* Dan. 7. 25. *ges* Propterea ne quis Christi Euangelium, quasi nouum inuentum abiiceret, & Rom. 1. 2. despiceret, de illo dicit Apostolus. Quod ante promiserat (nempe Deus) per Prophe- Apo. 14. 6. tas suos in Scripturis sanctis, & Ioannes vidit *Angelum volantem per medium cœli habentem Euangelium æternum, vt euan-*

gelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum. Propter hanc quoque causam à patribus termini isti positi esse dicuntur. Non enim tu tibi legē posuisti, qui te genuit, qui te creauit, is te legibus suis alligauit, vt qui sua virtute vitam dederat, eandem ipse sua lege moderaretur. Atque illi cuius es, non tibi, qui tuus, non es, semper viueres. Demum erant lapidei termini illi, vt ne corumperentur, sed extarent continuè. Non erat frequens admodum, vel vsitata scriptura, qua stipularentur contractus, lapidibus ad perpetuam rei memoriā
Gen. 31. 34 vtebantur. Euidens exemplum est de Laban, & Iacob, qui erecto lapide in titulum coaceruatis lapidibus aliis tumulum fecerunt, quem aceruum testimonii nuncuparunt, vt veluti testis esset, ne alter alterum præteriens tumulum, vnquam offenderet, super quo etiam ad certiorem fœderis societatem vna comederunt, & fortè super eundem, vt sacratior esset, victimas Iacob
Ios. 22. 10. Deo obtulit. Sic duæ tribus cum dimidia, quæ partem vltra Iordanem fuerant sortitæ, altare struxerūt infinitæ magnitudinis, vt esset inter eos, & tribus reliquas in testimonium eiusdem omniū religionis, cultusq; diuini. Meritò ergò, & lex in lapide scripta est, vt quę in æternum esset mansura, quamq; propterea, quasi testimonium à Deo constitutum, transgredi nemo prorsus auderet.

4 Vbi mysterium nota, quod præter decē verba, quæ Deus digito suo in tabulis scripsit lapideis, plurima adhuc constituit præcepta, in quibus cærimoniæ erant, atq; iu-
Deut. 27 2 dicia: quæ propriè Mosaica lex est, quæ ab eodem Dei iussu in volumine fuit exarata. Hanc rursus iussit Moyses super lapides scribi. Sed hoc pacto. *Eriges* (inquit) *ingentes lapides, & calce lauigabis eos, vt possis in ea scribere omnia verba legis huius, Iordane transmisso.* In lapide quidem exposita est lex ista, sed qui iam fuerat igne à duritie semotus, qui redactus in puluerem, qui mistus aqua, in calcem euaserat mollem, qua lapides impoliti possent læuigari. Videsne Mosaicam legem in lapidibus impolitis populi illius duræ ceruicis inscriptam? quam neq; tamen susciperent nisi eos ignominarum, & beneficiorū lacte, omnipotēs læuigasset. Quā propterea neq; diu seruauerunt. Calx nulla soli, pluuiæ, cæterisque exposita aëris molestiis, & alterationibus facile diiecta est, vt scriptura illa prorsus aboleretur, quin & lapides dispersi sunt, vt iam altare non sint, neq; populus Dei. Vide ergo legū differentiā. Moralis, quæ & naturalis in lapide solido scripta est digito Dei viui. Cæremonialis, quæ & iudicialis est in lapide dissoluto, & renero, & hoc hominū cū præcepto, tum artificio. Illa, vt in se durans locata est adhuc in arca fœderis, loco tuto, loco sacro, loco, qui iugiter in protectione Dei cœli commoraretur. Hęc in se rationę sui subiecti facile solubilis, iacet præterea sub dio, vbi intemperies aëris proculdubiò, illam sit velociter destructura.

Verum & hac figura forsitan DEVS, 5
quid in terra promissionis Iordane transmisso, nempe in Ecclesia Christi contingere debuisset, voluit declarare. Qui baptismo, cuius origo in Iordane dedicata est, imbuti sunt, iis ablatum est cor lapideum, carneum verò, id est, molle, mite, tractabile datum est, quod & albicare discernitur, simulque cum corde isto nouo datus est nouus spiritus, ignis videlicet emolliens lapidem, & albificans, vt scriptura cum in eo recipi valeat, tum discerni, & legi. Data iam olim sit in terra desertæ, in Arabia petrosa, in petra Oreb, vbi dura, aspera, horrida sunt omnia, nil lene, nil mite, nil suaue. At nunc Iordane transmisso in terra præcipua, quam iurauit Dominus daturum se nobis, scribitur lex in tabulis cordis carnalibus, eorum videlicet, qui in carne viuentes non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Audiamus de hoc diuinam pollicitationem per Ezechielem Prophetam. *Et dabo vobis cor* *Ezech.* 36.
nouum, & spiritum nouum ponam in me 26.
dio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum: & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini: Et habitabitis in terra, quam dedi patribus
vestris,

vestris, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Vide, quæsò, Christiane, vide munus tuum, debitum tuum, quod est legem obseruare, alioquin inter Iudæos annumerandus es.

6 Nec tamen mireris si figura vna eius legis & cessationem notet, & conseruationem, quando eadem ipsa lex, & hinc verè desistat & verè nihilominus inde consistat. Et eadem prorsus in primis tabulis velut deleta fuit, illas confringente Moyse ad radices montis. In secundis verò custodita. Et quare deleta in primis? Propterea quod qui primi illam acceperunt, in dispositione Angelorum non custodierunt. Si ergo propter transgressionem fracta; quid aliud nisi illius obseruatio innuitur dum integra seruatur? Et qui obseruatores, nisi, qui primis successerit? de quibus audis. *Populus qui creabitur, laudabit Dominum?* Quam laudem exprimit Psalmus dicens. *Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.* Et verè in his impletur, quod dicit Dominus. *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Hæc namque gens illa est magna, de qua Moyse facta est illa promissio. *Faciam te in gentem magnam* Populus enim Christianus & facit, & docet nedum magna illa dilectionis præcepta, verum & vnumquodque de mandatis illis minimis, quæ a Moyse præcipiebantur. Non enim esset Moyses in gente hac magna, nisi ab ea lex eius custodiretur: custoditur autem, quia Princeps huius populi asserit in veritate. *Non veni soluere legem, sed adimplere. Amen dico vobis donec transeat cælum, & terra, iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant* Vbi duo notat. Primum, quod non adhuc facta sint omnia, quæ mandat lex. Alterum, quod omnia facienda sunt. Ad hoc enim venit ipse, vt faceret, quæ sine ipso fieri non poterant. Fecit autem ipse per se quasi caput, sicut oportebat in illo impleri, quæ de illo in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis scripta fuerant. Non secus vt, quæ ab ipso perficienda præmonstrata fuerant, ipse impleret perfectissimè. Fecit nihilominus etiã per suos, quasi per corpus, quæ per illos facienda erant, dũ propheticam illam implet pollicitationem. *Faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.* Et obserua quod non præceptorum modò meminit, quæ moralia possent intelligi, verum & iudiciorum, quæ absque dubio ad cæremonialem, proprieque ad Mosaicam legem pertinent. Hæc enim fideles fideliter, atque spiritualiter corde nouo, pleno spiritu nouo perficiunt in Ecclesia Christi, nec cessabitur vnquam. *Donec omnia fiant.*

Huc considerandum venit doctrinale 7
prouerbium Salomonis. *Quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam.* Quis princeps nisi Christus? Vide quid comedat, *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, & posui legem eius in medio cordis mei.* Ergò, qui cum illo comedit, apposita sibi debet attendere, quæ diuina præcepta sunt maximè, lex, atque voluntas eius. Alimentorum huiusmodi, quædam nuda sunt, & aperta, vt Euangelica præcepta; quædam sub cortice velata continentur. Sedulitate hic opus est, vt ne testa contentus nucleum Iudaico more abiicias; nam cortex, qui est littera, occidit; nucleus, qui est spiritus, præstat vitam, & vrctum. Adhære testimoniis Dei in eo, quod æterna sunt; nam vbi corruptibilia sunt, quin & corrupta, vitam tibi incorruptibilem præstare non poterant. Nam *corrupti* (vt inquit Apostolus) *incorruptelam non possidebit.*

Hæc est ratio cur legem debeas obseruare, quia manet in æternum, quia qui se custodiunt, eos manentes facit, æternisque mansionibus dignos. *Beatus vir cuius est in lege Dei voluntas, & in ea meditabitur die, ac nocte: nam erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructũ suum dabit in tempore suo, & folium eius nõ defluet, & omnia, quæcunque faciet, semper prosperabuntur.* Non manebit (inquam) duntaxat, vt lignum aridum. Nam ea ratione manebunt & impij aridi, & apti ad comburen-

dum. Manebit viride cum fructibus & foliis, cum fructibus iustitiæ, quæ manet in sæculum sæculi: cum ornamentis viridantium foliorum, quibus & Deo gratus sit, & hominibus, & prospera illi omnia in terris, & in cœlis succedent. *Non sic impij, non sic; sed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.* Minimi sunt velut atomi, & puluis, qui soluunt mandata etiam minima, nullam in se habentes stabilitatem, propterea quod legis stabilitatem deseruerunt. Quos ideò ventus diuinorum iudiciorũ disperdet, ita vt etiam a facie terræ in corde terræ proiiciantur, vt non sint super; sed habitent in perpetuum inferiores partes terræ. Heu! infœlices vento agitati, fluctuantes, labentes, vertiginem patientes, neque requiem vllam habentes, aut vnquam habituri. Nam si maledictus, qui transfert terminos proximi sui, longè magis maledicti, quid declinant à mandatis Dei. Qui transfert transferetur, qui declinat, rectitudinem linquens cadet. Ideò non resurgent impij in iudicio, sed iacebunt causa eorum cadente, quoniam Dominus vias peccatorum disperdet.

Psal. 1.

Deut. 27. 17.
Ps. 118. 21.
Ps. 1. 5.
Ps. 145. 9.

SECVNDA PARS.

9 LEGIS efficaciam sequentia verba demonstrant. *Qui ergo soluerit, &c.* Vbi primùm aduerte, quod ex excellentia Dominus trahit diuinæ legis efficaciam, dicens. *Qui ergo soluerit.* Est enim consequens, si tanta sit lex, vt ab ea ne minium quidem iota possit incassum præterire; sed vniuersa prorsus quæ decernit, implenda sunt ad amussim, vt inde qui vel soluerint, vel impleuerint, iustam accipiant mercedis retributionem. Vtrumque enim continet lex, & quid facere opus sit, & quid aut facienti, aut non facienti certò contingat. Ergò, *Qui soluerit minimus, Qui impleuerit magnus vocabitur in regno cœlorum* Hoc Deus intelligi voluit, iubens, vt expensis tertio quoque anno decimis, in egentium vtilitatem, testetur homo se diuino mandato paruisse, & mox roget Deum, vt populo, veluti in obedientiæ quandam mercedem sit propitius, sic dicens. *Obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. Respice de sanctuario tuo, & de excelso cœlorum habitaculo, & benedic populo Israel, & Terra, quàm dedisti nobis.*

Deut. 26. 14.

Secundò, videnda est merces ista qualis illa sit. *Minimus* (inquit) *vocabitur* soluens: *Magnus* verò implens, vterque *in regno cœlorum.* Vocari in regno cœlorum, est verè vocari, ac publicè, solemnitèrque vocari. In mundo, vbi *omnis homo mendax est, laudatur impius in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur*, & sapienti dicitur. *Quis est hic?* At in regno cœlorum regnat cœlorum author Deus, qui verax est, & vnicuique tribuit secundum opera sua. Ergò, qui hic in cœlo, videlicet, vocatur *minimus*, verè est; qui *magnus*, verè magnus. Vlteriusque qui *minimus* est, minimus declarabitur, proclamabitur, fiètque illius conditio omnibus nota: Quod idem magno contingit. Magna virtus Ruth in petra deserti, quod est in regione Moabitide latere non potuit. Impulit eam spiritus, vt veniret ad montem filiæ Sion, in regione vbi quasi mons, veritas eminebat. Hic nota facta est omnibus diligentibus veritatem: audi Booz virum probatum, qui huius mulieris causa inter Patres Christi numeratur, dicentem illi. *Nuntiata sunt mihi omnia, quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui, & quod reliqueris parentes tuos & terram, in qua nata es: & veneris ad populum, quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.* Et quanta huius magnitudo, quæ facta est Mater Christi? an non vocatur magna? non illius prædicatur magnitudo in regno cœlorum, quãdo vtriusque testamenti pagina solemniter illam celebrat? Vetus quidem. *Dedit illi Dominus, vt conciperet, & pareret filium, & vocauerunt nomen eius Obed. Hic est pater Isai, patris Dauid.* At nouum sic. *Booz genuit Obed ex Ruth; Obed autem genuit Iesse; Iesse autem genuit Dauid Regem* At non

10

Ps. 115. & Rom 34.
Psal. 10. 3.
Eccl. 13. 29
Isa. 16. 1.
Ruth 2. 11.
Ruth 4. 14
Matt. 1. 5.

non magna gloria huius puellæ in regno cœlorum; quando propter ipsam solemne illud habemus vaticinium. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion? De petra deserti, quæ erat ciuitas in regione Moab missus est Agnus Dei, quoniam ex Ruth natus est Christus princeps regum terræ. Missus est autem ad montem filiæ Sion, tum quia missus est ad populum Dei, tum quia denique processit ad Ecclesiam suam, quæ certe gloria Ruth non minima est. Alluditur verò interim, quod qui à petra deserti, vbi data est lex, venit ad montem Sion; factor legis à deserto, & abscondito loco mittitur ad publicum, & frequentissimum, Vbi magnus cognoscitur & vocatur, de quo scriptum est. *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes.*

Isa.16.1.

Isai.2.2.

11. Ergò lege mensurantur homines, vt ex illa appareat quantus vnusquisque sit, quàm magnus, quàm paruus. Magnus (inquam) magnitudine, quæ verè in regno cœlorum sit magnitudo, quæ est magnitudo virtutis, & veritatis. Lex quasi hominem cum Deo ligans, qui *magnus est*, adeò, vt *magnitudinis eius non sit finis*, ipsi Deo assimilat illum, eidem illum coaptat, & configurat, vt maximo coniunctus, paruus esse non possit. *Pater meus, quod dedit mihi maius omnibus est.* Dicebat Dominus Iesus. At quid est tantæ magnitudinis, quod sit maius omnibus? Id solum profectò quo Deus est, qui solus est, sicut bonus, ità & magnus. Ergò tam magnum illud, quod Pater filio dedit, nihil est aliud, quàm diuina sustantia, quam qui habet, is solus est magnus. Sed eius num possunt homines consortes fieri, vt illorum quoque sors sit, pars & hæreditas? Respondeat Petrus magnus ille, atque Maximus Pontifex super magnam omnem domum Dei. *Magna, & pretiosa* (inquit) *nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ consortes naturæ.* Ecce quomodo, & quod dedit nobis maius est omnibus. Sic ergo & nos sumus magnus. Alioqui quonam pacto poterit, qui paruus est, magna in se continere? Dicit autem ibi Petrus. *Magna, & pretiosa nobis donauit*, vt per hæc maius illud præ omnibus ipsius largitate consequamur. Neque enim sic suam naturam nobis confert Pater, quemadmodum Filio, cui dum illã dat, esse dat, vt non nisi per illam sit, & Deus sit. At iam existentibus nobis in nostra natura, suam communicat, vt qui natura sumus homines, Dij natura esse nõ possimus. Quod profectò cum non omnibus faciat, distinctio inter illos aliqua, præcedat necesse est. Est autem illa, q̃ quibusdam dona quædam præbet, quorũ alij expertes sunt. Magna sunt aũt dona ista, atq; pretiosa, vt dignos reddant eos, qui bonum illud, quod est maius omnibus, consequantur. At magna hæc, pretiosa ista quomodo recipiet vas modicum? Qua ratione vilis erit, qui pretiosa contineat? Videsne quemadmodum donorum Dei particeps, quæ magna sunt, magnus est? At qui sunt, qui istis à Deo donantur muneribus? Dominum audiamus. *Qui misit me, Ioh.8. 29.*
mecum est, & non reliquit me solum, quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper. Ab humana consuetudine ita loquens non recedit, vbi obedientia hominis tenet præsentiam Dei, quæ duo in Christo, obedientia, videlicet, Filij, Patrisq; præsentia sic sunt coniuncta, vt altera alteram non præcedat; nec causet. Docet tamen sic nos, vt si velimus Deum esse nobiscum per suam præsentiam, & gratiam, nos illi, facientes quæ placita sunt ei, adesse per obedientiam, & subesse debeamus. Ergò obedientia nos cum Deo coniungens, magnos efficit.

Psa.144.3.

Ioh 10 29.

1.Pet.1.4.

Quoniam verò Deo obedire, est legem 12.
illius obseruare, ideò à lege pendet quantitas hominum. Ea enim vel magnos facit, vel minimos. Porrò vndè exaltatus est antiquus populus super cæteras nationes, vt esset gens magna, nisi ex lege? testis est Moyses, dicens illi. *Hæc est vestra Deut.4.6.*
sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant, *En populus sapiens, & intelligens; Gens magna.* Lex itaque ipsa populo collata

ipsum

ipsum magnificat. At rursus si illam obseruarent, maiorem adhuc promittebat illis Deus excellentioremque magnitudinem. Eodem Moyse sic loquente. *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, atque custodias omnia mandata eius, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra.* Et quare populus Christianus etiam super populum illum magnificatus est, nisi propter abundantiorem iustitiam, quæ lege noua iubetur? Nam quòd populus Christianus maior sit quàm antiquus, ex Dei promissione Moysi facta perspicuum est. Nam Deus destructurus antiquum illum Moysi dixit. *Te faciam principem super gentem magnam & fortiorem, quàm hæc est.* Quòd verò ex lege hoc assequamur, inde planum est, quod lex illa nõ iustificabat; *Euangelium* autem *virtus Dei est in salutem omni credenti.* Est enim lex fidei iustificantis, vt illud vocat Apostolus. *Propterea* quoque, vt monet Paulus, *abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus.* Et hoc est quod ait Dominus: *Nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam Scribarũ, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorũ.* Meritò ergò Salomon: *Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.*

13. At magnitudo Synagogæ, quæ erat ex lege, ex eadem lege ad tantam paruitatem deuoluta est, vt verè confiterentur illi: *Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusq; humiles in vniuersa terra hodiè propter peccata nostra.* Quo enim quis est eminentior, durius, si cadat, subit præcipitium. Ergò nos, qui veteres illos supgressi sumus, si a tanta celsitudine per inobedientiam decidamus, omnium erimus minimi, humiles, abiecti. Iuxta similitudinem salis, qua Dominus ad sedulitatem prædicandi, & sanctè viuendi prouocabat Apostolos, dicens. *Vos estis sal terræ, quod si sal euanuerit, ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Nec in terram, neque in sterquilinium vtile erit.* Quid vilius? quid modicius? certè minimus iste erit in regno cœlorum. Ideò Paulus monens, *vt abundantius illa, quæ audiuimus, obseruemus*, addit. *Ne forte pereffluamus.* Quid autem hoc? *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram.* Aqua sic fluens perit, vt vltra nec appareat, nec sit aqua; congrua similitudo morientis, qui per mortem desinit esse, vt verè iam non sit. Ergò qui non obediunt Euangelio, ad nihilum deuenient tamquam aqua decurrens, vt minus adhuc sint, quàm minimos esse.

Quæ Deus veteri populo, si non obediuisset, minabatur; hæc omnia perniciosè magis euenient nobis, si non fuerimus obedientes, quæ illi temporaliter, & exterius inferebantur cum maiori detrimento; quia in præsenti, & in æternitate nos oppriment. *Mittet Dominus super te famẽ & esuriem, & increpationem in omnia opera tua, donec cõteratte, & perdat velociter, propter adinuentiones pessimas, quibus reliquisti me.* Intelligis cõteratte? Qui conteritur, in puluerẽ reducitur, & perditur, vt vltra non appareat: & iste non est minimus omnium? cur verò? quia reliquisti me. Si magnus est, qui maximo adhæret, qui illum derelinquit, is certè minimus est; *Minimus* (inquam) *in regno cœlorum.* Sit magnus inter *homines animales, qui non percipiunt ea, quæ sunt spiritus Dei*, intumescat inera ssatus, impinguatus, dilatatus. Proculdubio ad nihilum deductus est Malignus. Spiritus est, qui magnificat, caro non prodest quidquam, ad nihilum valet neq; in terram, neq; in sterquilineum (inquit) vtile erit. Sanguisuga, quæ numquam dicit sufficit, repleatur sanguine fœtido, vt fiat crassa, illum cogitur euomere, & ad pristinam deuenire tenuitatem. Isti, qui gloriantur in multitudine diuitiarum suarum, voluptatum, honorum, rerumq; transeuntium, omnia cogentur derelinquere. Et mittet illis Dominus famem, & esuriem, & attenuabuntur, vt minimi sint in regno cœlorum. *Cibos, quos comederas, euomes* (inquit Salomon) quinimò quantumcumq; talis homo magnus appareat in terra; minimus tamen est in regno cœlorum. Sic decernit veritas, sic iudicat, qui habitat in taberna-

culo

culo Domini, quia de illo scriptum est. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus*: talem arbitratur, minimum, & plusquam minimum, quia nihil reputat illum. O contentio mundanorũ! Quis eorum videatur esse maior? Qui fecerit, quod præceptum est; *Hic magnus vocabitur in regno cœlorum.*

MORALE.

15. SI talis est lex, si eiusmodi sunt mandata tua, Domine; *vtinam dirigantur vię meæ ad custodiendas iustificationes tuas.* Psal.118.4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis,* quando *iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Quibus verò mandasti? qui sunt, qui nimis debeãt Rom.3.19 custodire mandata ista Domini? *scimus autem, quoniam, quæcumque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur. Nos autem si credimus in Dominum nostrũ Iesum Christum, in lege fidei iam sumus.* Ideò lex nostra, & mandata Dei, quæ nobis custodiẽda proponuntur, Euangelium sunt, vt obediat Euangelio, qui illa custodit. Quin omnes tenentur ad hæc; non enim latior orbis terræ, quàm sit latum mandatum Dei. Non enim latus nimis orbis; Psal. 118. 96. *at latum mandatum tuum nimis* (dicit Propheta) vt omnes omnino complectatur. Verumtamen quid mihi de iis, qui foris sunt? Ego sub lege sum, atque in lege. Partes meæ sunt, *portio mea est, custodire legem Dei.* Psal. 118. 57. Hoc exigit à me illius firmitas, illius efficacitas. Nihil prorsus nisi quod verum est, dignum est, quod ametur, quod quæratur, quod teneatur. Nam vmbræ, quæ parent, & non sunt, possibile non est, vt teneantur, neque quod putatur phantasma esse, aut diligitur à quoquam, aut appetitur. Omnis 3.Esdr.3. 36. terra veritatem inuocat. Cœlum etiam ipsam benedicit. Quoniam qui verè est siuè homo, siue quidquid aliud, cum non nisi veritate verè sit, quod est, quoniam seipsum amat, amat veritatem, & quoniã vnusquisq; ad id, quod perfectius est, aspirat, inde est quod omnes altius quoq; diligunt veritatẽ; eamq; & spectant, & con- Psal.18.86. cupiscunt. Verum quid est veritas? *Omnia mandata tua veritas.* Nam *& principium verborum tuorum veritas.* Quod autem principium verborum Dei? Quando *dixit & facta sunt omnia.* Quando *verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Quando *fundauit terram super stabilitatem suam.* Vera sunt omnia, quæ creata sunt. Ergò verbo Domini, quod est veritas, omnia verè sunt, & vera sunt, & veritate sunt. Si autem principium boni, quod est esse, à veritate procedit, quid erit perfectio boni, quod est benè esse, & in his maximè, quibus facultas ista est beatè esse? Mandato datũ est esse, quia *Mandauit & creata sunt.* Mandato datur perfectum esse, quoniam qui custodit legem beatus est, & ad perfectum adducit lex, si nõ vetus, at noua. Ergò *omnia mandata tua veritas.* Veritas hæc in præcepto legis, æquitas est, iustitia est, rectitudo est, non declinans ad dexteram, neq; ad sinistram, vnicuiq; tribuens, quod suum est, & prorsus immaculata. Ergo, qui illam sequitur, non errat; qui custodit, benè omnia facit: vt deniq; meritò simus, si iuste viuamus, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. O homo hanc veritatem si consideares in lege, beatus proculdubio esses: num si homo es si ratione præditus es, si de terra illa es, quæ omnis inuocat veritatem, legem non custodies? Quando monet Salomon. *Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquũtur.* Num aliud ponit ob oculos mentis nostræ, quàm veritatem? quàm id quod verè dignum, & iustum est? non præmium pollicetur, non pœnam comminatur: iustitiæ pulchritudine nos impellit, comminiscens illius contrarium, nempè quod malum faciant, quod absint à veritate ij, quos malos vocat, & quos prohibet æmulari, abstine à malis quia mala sunt opera eorum. Sic & alibi breui sententia docet. *Errant, qui operantur malum.* Hoc; hoc ad arcendum nos à peccatis sat esse deberet. Omnis enim hominis est diligere veritatem, quia omnis terra veritatem inuocat.

Psal. 11⁹. 160. Psal.148.5. Psal.32.6. Psal.103.5. Psal.148.5. Prou.29. 10. Ps.118.86. Tit.2. 12. Prou.24.1. Prou. 14. 22.

16. *Firmitas.*

Firmitas autem ex veritate proceditj nam vbi veritas non est, vanitas est, qua nihil infirmius, nihil instabilius, nihil fugacius: nisi forsitan melius dicamus; nihilo nihil longius esse ab entitate, ab essentia, ab existentia, vt nō opus sit illudt ransuolare; cum neq; pedes habeat, neq; alas, neque alterationem, aut motionem, cum hæc rerum existentium sint, non vanitatis, quæ cum existentia sit vacua, nullum aut accidens admittit, aut dispositionem quamcunque. Quantum ergò quidquam habuerit vanitatis, tantum abest à firmitate: & quanta est veritas quauis in re, tanta ibi firmitas sit necesse est. Quoniam ergò lex lux est veritatis, & mandata illius veritas verè sunt, propterea tantæ est firmitatis, vt nihil vel apex, vel minimum iota ab ea pertranseat, donec fiant omnia. Salomon firmitatem cum veritate coniungens hominem ad sapientiam conatur perducere hac tanta pollicitatione. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, vt ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis:* Quod dicit tripliciter, idem est, quod multipliciter. Multipliciter verò eam docuit, vt patet in eius libris, & in hoc ipso, quod est prouerbiorum, vbi documenta, prouerbia, similitudines affert & huiusmodi. Ad quid verò docuit? vt ostenderent tibi (inquit) firmitatem, vt gratia posset stabilire cor, vt non per instabilia fluctuares; & quoniam sola est veritas, quę mentem firmat, addit, *Et eloquia veritatis.* Simul, videlicet, ostenderent, & firmitatem, & veritatem. Ergò lex sola nos sua veritate saluat, sua firmitate beatos facit.

Prou 22. 20.

17. *Efficacia.*

Verum quare, quaue ratione scientia salutem hominibus affert? Christus dum mulieri dicit. *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi. Da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo,* ostendit scientiam veritatis, affectum excitare. Nam si scires, petisses. Ipsum verò affectum, effectum producere, qui salutem consequetur, sicut euenit huic mulieri, quæ tandem petens à Domino aquam viuam salientem in vitam æternam, salua facta est ex illa hora. Scientia enim ista veritatis, qua salutem consequimur, non de rebus terrenis est, non de vanis, non de curiosis, atq; superuacaneis. De Deo est, de donis, & gratiis Dei. *Si scires donum Dei* (inquit) *& quis est qui dicit tibi Da mihi bibere.* Si cognosceres beneficium, & benefactorem, iam non mundana quæreres, non de aqua ista esses solicita, sed suspiceres ad æterna, ab eo petereres, qui dat aquam viuam, æternamque salutem. Hac scientia mulier hæc donata fuit, qua dixit: *Domine, video quia Propheta es tu. Scio, quia Messias venit.* Venite, & videte hominem. Nunquid ipse est Christus? Hæc est vera Sapientia, sic nosse Deum, vt affectu, & effectu erga illum conuertamur, Qui sic sapiens est, operatur secundum legē Dei. *Nam omnis qui audit verba mea* (decernit Christus) *& facit ea, assimilabitur viro sapienti. Et omnis, qui audit verba mea s & non facit ea, similis erit viro stulto. Ità prudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.* Fatuæ autem acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, vnde eorum lucernæ extinguebantur, nec lucebat earum lux coram hominibus, vt earum bona opera viderentur. Vt sapienter dictum sit. *Qui cogitat mala facere stultus vocabitur.* Sapientia autem ducit hominem per semitas æquitatis, ambulat enim in viis iustitiæ.

Ioh. 4. 10.

Ioh. 4. 19.

Matth. 7. 24.

Mat. 25. 3.

Prou. 24. 8.

Prou. 4. 11.

Quod mulier rursus exemplo suo nos docet; potu enim aqua viua, quam illi Christus dedit, se se illi declarans, & manifestans præbuit, ilicò relicta hydria, venit in ciuitatem prædicans, etiam cum sui dedecore, gloriam Christi. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci.* Hæc est sapientia salutaris. Hæc (inquam) quæ vt nos ad opera prouocaret, laudibus se extollens, se sublimiter operantem ostendit, dicens, quod erat cum Deo ab initio cuncta componens. Ex quo etiā sequitur quòd cum per eam bona omnia à Creatore profluxerint, qui illi adhæret, saluus erit. Quapropter post tantam sui commendationem, hortatur, vt illum audiamus, suscipiamus, custodiamus; certi de hac sua pollicitatione. *Qui me inuenerit, inuenit vitam, & hauriet salutem à Domi-*

Ioh. 4. 29.

Prou. 8. 30.

à Domino Quidni inueniet vitam, qui illam suscipit, à qua vita procedit, per quam Deus dat omnibus inspirationem, & vitam? Quid ni hauriat salutem à Domino, qui Sapientiam tenet, *cuius spiritus super mel dulcu, & illius hæreditas, atque possessio super mel, & fauum*? Cum autem ista scientia Dei sit scientia, consequens est, vt operetur opera Dei. Sic Christus, quia aliquando Iudæos monuit. *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, de hoc nobis nunc præbet exemplum, dicens discipulis suis. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* Venerat mulier haurire aquam, quod erat opus mundi; viuebat luxuriosè, quod erat opus carnis, adorabat quod nesciebat, ignorans in infidelitate, quod erat opus diaboli. Audit tamen sapientiam dicentem sibi. *Mulier crede mihi.* Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille. Dixit eadem Sapientia. *Credens ergò mulier, opus Dei operatur sicut & nos, quo reiicit opus diaboli.* Relicta hydria dicit illis hominibus. *Venite, & videte hominem.* Ergò misso mundi opere, diuinæ vacat actioni, confitetur peccatum suum. Qui dixit mihi omnia quæcunque feci. En propter opus Dei, abiectum opus carnis. Sic sapientia operans, cum sit scientia Dei, Dei perficit opus, quod est salutare, salutem impartiens, quæ permanet in vitã æternã, & tu ergò fac, si vis saluus esse, opus Dei. Nam *opus iusti ad vitam.*

Act. 17. 25.
Eccl. 24. 27.
Ioh. 6. 27.
Ioh. 4. 34.
Ioh. 4. 22.
Ioh. 16. 28.
Ioh. 4. 29.
Prou. 10. 16.

Vera salus a veritate procedit, æterna salus, a firmitate procedit. In lege Dei veritas est, & firmitas. Lex ergò, qui sibi adhærent, eos saluat; qui illam obseruant, haurient salutem à Domino. Fac ergò opus legis, & saluus eris. O stulti, qui operantes iniquitatem saluos se futuros arbitrantur, qui terræ hærentes, cœlum se putant conscendere; qui recedentes à Deo, se à Deo recipi autumant in æterna tabernacula! Cur qui mittuntur in tenebras exteriores, ligantur manibus, & pedibus, ligatio ista testimonium est, & signum quoddam causæ, propter quam illuc mittũtur, quia nec bene operati sunt, nec ad Deum accesserunt; sed malè operantes steterunt à longè. Quid? quid innuit rursus ista ligatio? mala fuerunt illorum opera, viam iniquitatis ambulauerunt. Ne igitur putent se posse prosequi, quod male vixerunt, ligatas enim habent manus, & pedes? Vt sciant *quod desiderium illorũ peribit*, vt non præterea valeant malè agere, ideò ligantur manibus, & pedibus. Adde, quod, & hac ligatione significatur finitum esse tempus merendi per bona opera salutem æternam. Ergò nulla vlterius spes, ergò in inferno nulla est redemptio. Ergò dum tempus habemus, operemur bonum, ergò dum solutæ sunt manus, leuemus illas ad mãdata Dei, ad preces Dei. Ergò dum via patet, ambulemus, & curramus viam mandatorũ Dei (legis veritas ad operandum: legis firmitas ad firmiter procedendum) iustitiam operantes. Non satis est iter capere, non opus aggredi, nõ pauliſper conari. De Noëmi reuersura ad populum suum de regione Moab, vbi decem annis morata fuerat scriptum est. *Egressa est itaque de loco peregrinationis, cum vtraque nuru, & iam in via reuertendi posita in terram Iuda*; dixit ad eas. *Ite in domum matrũ vestra, & osculata est eas; quæ eleuata voce flere cœperũt, & dicere. Tecum pergemus ad populũ tuũ.* Restitit illa, ostendens commodum nullum illas non fore inituras si cum illa pergerent. Sed quid? elauata igitur voce rursum flere cœperunt. Orpha (sic vocabatur vna) osculata est socrum ac reuersa est. Ruth (sic altera) adhæsit socrui suæ, protestans & ostendens non suum commodum se spectare, sed amans socrum, non suum quærens emolumentum; illi adhæret perseueranter, neque ob vllam resistentiam sibi factam ab illa recedit. Heu! quot viam carpunt, incipiunt bonũ opus & feruentes se in initio demonstrant, & reuertũtur tamen! Non sic Ruth & propterea digna facta est in qua impleretur efficax illa imprecatio. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedẽ recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas* Qui sic perseueranter ad Deum veniunt, sub

Mat. 22. 13.
Psa. 111. 10.
Gal. 6. 10.
Ruth 1. 7.
Ruth 2. 12.

vmbra alarum eius verè in salutem, & huius vitæ, & æternæ proteguntur. Mitte excusationes in peccatis, ne culpes infirmã carnem, fallacias diaboli. Te ipsum ac-
Prou. 24. 12 cusa: & audi Sapientem. Si dixeris. *Vires non suppetunt. Qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem anima tua nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera sua.* Seruator tuus est Deus. Ipse liberator, atque
Dan. 6. 27 saluator, nouit ipse vires nostras, & imperfectum nostrum vident oculi eius. Quod
Eccles. 9. 10 potes petit; & quod non potes, præbet, & sic saluaris in Domino. Ergò quocumque potest facere manus tua, instanter o-
1 Cor. 5. 5. perare, *vt Spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi*, cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

FERIA QVINTA
DOMINICÆ PRIMÆ.

ARGVMENTVM.

Nisi abundauerit iustitia vestra, Matth. 5. *In prima parte ostenditur, finem legis Christi esse reddere hominẽ perfectissimum, ideó ab ipso appetenda esse remedia, quibus talis perfectio acquiritur. De ira agitur, & ostenditur quàm magnum malum. In secunda parte adhibet remediũ contra ipsam.*

1. VENIO ad vos hoc mane cũ salutatione Principis Apostolorum, qui fidelibus scribens,
1 Pet. 1. 2. sic illos salutat. *Gratia vobis & pax multiplicetur* Hæc enim duo sunt, quæ hominem decent maximè, gratia Dei, & pax hominis: vt sit carus Deo, & hominibus, amans Dei, & amatus à Deo, amans hominum & ab eisdem hominibus verè dilectus. Hoc bonum meritò cupiunt Apostoli fidelibus esse concessum. Ideò consueuerunt huiusmodi vti salutione, dum illis scriberent. Sic Ioannes. Ioannes septem Ecclesiis,
Apoc. 1. 4. quæ sunt in Asia. *Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est,* Ita Paulus suos solitus erat salutare. Sic ad Colossenses: *Gratia vobis, & pax à Deo nostro* Sic ad Philippenses, sic & ad Ephesios. At Petrus hoc tantum bonum nobis exoptat cum abundantia donari. *Gratia vobis, & pax multiplicetur.* Nam & Paulus charitatem cupit abundanter illis erogari. *Et hoc ero* (inquit) *vt charitas vestra magis, ac magis abundet.* Hanc doctrinam didicerant à magistro, qui Euangelium prædicans dicebat. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarũ, & Pharisæorum.* Quam ideo vt discamus, & nos illius verba diligenter audiamus, & examinemus.

Colos. 1. 2. Phil. 1. 2. Eph. 1. 2. Phil. 1. 9.

2. Vbi duo nobis proponuntur. Primum est regula generalis, de abundantia iustitiæ in communi. Dum dicitur: *Nisi abundauerit iustitia vestra*, &c. Secundum est regula specialis de proximi dilectione, cui & aliæ postmodũ subiiciuntur, vt sequẽtibus postea diebus audiemus. De qua speciali regula dicit Dominus: *Audistis quia dictum est antiquis. Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iracitur fratri suo, reus erit iudicio.*

Circa regulam decretumque generale, quator attende, & primum quod hanc doctrinam facit sequi ex præcedenti, in qua fecerat mentionem de varietate mandatorum, in quibus sunt minimæ, maxima & mediocria. Dixit enim ibi. *Qui ergò solMatt. 5. 19. uerit vnum de mandatis istis minimis.* Ex quibus verbis innuitur & maxima dari. Ita quod dicens: *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur*, intelligi voluit. Qui fecerit maxima mandata, & eadem alios facere docuerit, hic erit magnus. Minima ergò pertinebant ad legem veterem. magna ad nouam. Ne igitur putarẽt iam satis esse præcepta illa seruari, addit. *Dico enim vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.*

3. Secundò. Attende, quòd Deus vult omnium creaturarũ perfectionẽ. Vnde scriptura. *Igitur perfecti sunt cœli, & terra*; perGenes. 2. 1. fecti (inquam) quia formis suis propriis vnumquodq; statuerat, dans esse proprium, & natu-

& naturam competentem illi, vt nihil esset in suo genere imperfectum, quæ omnia comprehendit sub his duobus nominibus, cœlum videlicet, & terra. Quod & in principio fecit, quando argumentũ rerum a se factarum strictim comprehendere voluit: quod vt explicatius postea declararet, dixit. *In principio creauit Deus cœlum, & terram.*

4 Gen 1.1. Exo. 31.17. Exo. 20.11 Ità quòd principium illud totis sex diebus continebatur; scriptum quippè in lege est. *Sex diebus creauit Deus cœlum & terram: & in eiusdem rursus sex diebus. Fecit Dominus cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt* Vbi patet, quod per cœlum, & terram intelligi necesse est, omnia quæcunque sex illis diebus ab ipso creatore condita sunt. Quod manifestius aperit, dicens. *Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum* Ornatus verò est plenitudo eorum, de qua plenitudine dicit Psalmista. *Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.* Sicut autem aliud non est terra, & orbis terrarum: ità idem prorsus est plenitudo, & vniuersi, qui habitant in terra. Hæc omnia perfecta sunt, quantum prima illorum conditio, & creatio postulabat. Quod autem Deus omnia velit esse perfecta, manifestat Scriptura, subdens. *Et requieuit Deus de septimo ab omni opere suo, quod patrarat.* Quod est dicere. Non requieuit nisi postquam perfecti sunt cœli, & terra, & ornatus eorum. Illis verò perfectis tum requieuit ab omni opere suo.

Gen. 1. 1. Psal. 23. 1. Gen. 2. 1.

5 Psal. 103. 24 Non enim requiescit donec compleat omnes cogitationes cordis sui. Sicut autẽ naturam tum illis dedit, atque virtutem, & potestatem; haud secus postmodum eduxit illas ad operationes suas, in quibus earum vltima consistit, atque summa perfectio. Ità quòd sicut non requieuit ipse, donec perfecisset creationem omnẽ; ità creaturarum nulla, quietem habeat, donec operando ad verticem suæ perueniat excellentiæ. Quod, vt facerent, sicut ipse omnia in Sapientia fecit, ità super illã talem effudit sapientiam, qualem vniuscuiusque natura exigebat. Hæc verò est inclinatio quędam illi naturalis, qua quęque natura suam ad operandum extendit potestatem. Ideò inclinatio in carne corrupta, qua prona est ad malum ab adolescentia sua, dicitur ab Apostolo, *prudentia carnis*, quæ præuenit rationem, vnde homini inest, etiam ab adolescentia sua, quando videlicet mens, & ratio vsum adhuc perfectum non est liberi arbitrij consecuta, vt non immeritò inclinatio rerum secundum naturam earum dicatur sapiẽtia à Deo diffusa super omnia opera sua.

Rom. 8. 6.

6 At creatura ratione prædita, cum non naturaliter dumtaxat, sed spontanee quoque exeat ad opus suum, altiori indiguit sapientia, qua cognoscens discerneret bonum à malo, & ita sciret reprobare malum, & eligere bonum. Hanc ergo excellentiorem sapientiam hominibus tribuit per legem suam, qua dirigeret gressus eorum. Vnde Propheta. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quo lumine præcedente, statui custodire iudicia iusticiæ tuæ. Vidi enim in lumine legis tuæ viam, qua mihi pergere conueniebat, illamque elegi, & assumpsi, atque peregi. Ergo vt peruenirem ad suum perfectum, lege instituendus erat, quæ est nostra sapientia, & intellectus nobis tunc est promissus quando dictum est nobis. *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: Firmabo super te oculos meos.* id est illuminationem sapientiæ meæ. *Nolite ergò fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Ne videntes non videatis, & audientes non audiatis. At verò cum hominis operatio, qua perficitur non vna tantum sit, sed multiplex, quòd non sit homo ad vnum determinatus ex libera sua voluntate.

Psal. 118. 105 Psal. 31. 8. Psal. 31. 9.

7 Attende tertiò, quòd hęc lex, & sapientia nostra, ità disposita est, vt plura demõstret, in quibus gradus consistant humanæ perfectionis. Id quod, sicut decet nostram libertatem, vt liberè apponat quisque ad quodcumque voluerit manũ suã; ità multũ cum diuina sapientia quadrat, quæ sicut in mundo materiali tam diuersas condidit species, vt fieret singularis quædã, & cõspicua vniuersi pulchritudo;

haud secus in mundo isto nobiliori, quod est humanum genus, maxima varietas maxime testis esset exploratissimus cœlestis, diuinæque Sapientiæ. Hæc itaque ratio est, quamobrem in condenda lege sua, non vnam modo tenuit rationem, aut viam: sed primo legem suam inseruit in visceribus nostris, vt vnusquisque sibi esset lex, & legeret in tabulis cordis sui, quid sibi faciendum esset, quidue cauendum: additis nihilominus ad pleniorem intelligentiam, & instructionem exterioribus quoque collocutionibus, & intimis illuminationibus, vt perfectè esset homo ad bonum illud instructus, quod sibi fuerat imperatum.

8 Hinc factum est, vt nedum ex libertate, ac libera voluntate hominum in eadē seruanda lege diuersitas contingeret, verum etiam alia, & alia claritas, veluti stellarum non eodem modo lucentium, à Deo desuper diffusa, & insusa, in causa esset, cur alius quidem sic, alius autem sic in assequenda congrua per legem perfectione, Deo sic disponēte, se gereret: Legi autem in cordibus impressæ quando libuit illi expressam, & in tabulis, addidit, & in volumine legis, in qua etiam mandata, secundum sui beneplaciti sapientissimam dispositionem, multiplicaret. Tādem vero legem illam, mandatorum decretis, fidei legem per Euangelium instituit, in qua ad summam eueheret Euangelicos homines perfectionē. Ità vt multiplicitas ad sublimitatem reduceretur: & homo, qui tot variisque præceptis tenebatur implexus, iam in libertatē vocatus, & in breui, amoris lege collectus, leuaret se super se, ascēdens ad apicem perfectionis omnis, hominibus possibilis, vt perfectè esset homo Dei, ad omne opus bonū instructus, per charitatem, in qua tota lex pendet, & Prophetæ. Adeò vt vocem, à Patribus non auditam, nos audiamus. *Estote vos perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*, vt effectū illius salutationis, & desiderij, seu etiam precationis cō- *Iuda. 1. 2.* sequamur. Nempè, *misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur.* Meritò ergò dicit Dominus. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorū, non intrabitis in regnum cœlorū.* Quod est, nisi seruaueritis legem vobis data, in qua maior perfectio cōtinetur, nullo pacto aditus vobis patet ad cœlestem gloriam. *Matt. 5. 48*

Vbi quartò attende, quòd summa perfectio hominibus proposita, est regnum cœlorum in sumo cœlo, summa enim perfectio nostra, nostra beatitudo est quia bonū, acquisitū à sentiente, delectat gignitq; voluptatem. Et quando sensus est multa cogitans, non videlicet determinatus ad vnum obiectum sensibile, sicut visus ad colorem; sed vniuersa percurrit obiecta, qualis sensus mens nostra est. Tunc bonū eius sed plenū sit, beatitudo est, quę status est omnium bonorum aggregatione perfectus. Hoc est perfectū illud, de quo Paulus. *Cum venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est.* Hoc cæleste perfectio illa præcedit, quæ in terris est consequenda. Et hæc est iustitia, quæ virtutem omnē cōpellitur, quæ in sacris literis, & iustitia dicitur, & sapientia, & timor Domini, & legis diuinæ obseruatio, siue obediētia. Et hæc est perfectio, de qua dicit Apostolus. *Nō quod iā peruenerim, aut perfectus sim, sequor autē si quo modo comprehendā, in quo comprehensus sum à Christo Iesu,* & de quo suprà. Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. Pater, vt trahat ad filium comprehendit hominem quasi per manum apprehendens eum. *Cuius* (inquit) *ego apprehendi dexteram.* Hoc autem per gratiam, qua ad perfectum ducit, ipse perficit. Qui per omnia gratiam sequeretur, atque in omnibus illi consentiret; & comprehenderet, in quo esset cōprehensus, ad omne opus bonum instructus, & in omni bono opere consummatus. Qui enim creauit hominem, eum per semitas æquitatis, vsque ad summum perfectionis verticem euehit. *Iam iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.* Iure itaque meritò, qui in hoc modico fidelis fuit, ad summum, quo perfruatur bonum euehendus est: ita quod perfectio viæ ducat ad perfectionem vitæ, & iustitia perducat ad regnum cœlorum: 9 *Phil. 3. 12.* *1. Ti. 3. 16.* *Isa. 45. 1.* *Pro. 4. 18.* *1. Cor. 13.*

Quod

Quod in arca fœderis videtur aptè figuratum fuisse. Neque enim dubitandum quin arca illa significet iustitiam, quæ ex lege est, puta quæ perfecta est legis obseruatio, cum dicatur, *Arca fœderis, seu testamenti*, id est legis; eo quòd in illa legis tabulæ seruarentur: super hanc Deus ostendebatur vt sedens, quia ipsa erat scabellum pedum eius, ex alis Cherubim, quasi aptata sede. Vnde sedere dicitur super Cherubim, hoc autem sedere regnare est. Quod Psalmus apertè demonstrat, canens. *Dominus regnauit, irascantur populi, qui sedet super Cherubim, moueatur terra.* Populos irasci, & terram commoueri idem est. Ita ergò Dominum, & regnare & sedere super Cherubim, eadem prorsus est res. Hoc ergo est regnum Dei. Quod quidem notatur esse regnum cœlorum, quando qui regnat, sedet super Cherubim qui sunt ciues cœlestes: & quorũ habitatio in cœlis est: huic regnanti, arca coniuncta est, quæ scabellum est pedum eius, coniuncta (inquam) per subiectionem, ergo à iustitia ascenditur ad regnum cœlorum, & per gratiam in iusto iam rex gloriæ. En via perueniendi ad regnum cœlorum. Hinc Salomon. *Qui recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea.*

Num. 11. 33.
Exod. 30. 26.
Heb. 9. 14.
Heb. 9. 5.
Psal. 98. 1.
Pro. 2. 22.

11 Mos est veterum Scripturarum obedientibus Deo promittere bona ista, quæ hominibus parent, per quæ tamen inuisibilia debebant intelligi. Nam & illius temporis iusti prosperati sunt, & si qui tentati sunt, postmodum quoque ad sublata bona, etiam cum incremento, restituti sunt. Sic Iob, sic Tobias, sic Dauid. Per hęc igitur temporalia, quæ prisco illi tempori congruebant, ea, quæ nostro conueniunt, quæ sunt spiritualia, ostendebantur. Nam & Christus, qui regnum cœlorum repromittit, dicens. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Illud idem mox terram vocat. *Beati* (inquit) *mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Quasi dicat. Quod ego nunc terram nomino, regnum cœlorum est. Neque in mea pollicitatione à magnis ad parua descendo, vt sciatis hanc esse terram, quæ prisci temporibus à Patre meo vobis promittebatur. *Qui* ergò *recti sunt, habitabunt in terra hac.* Ipsorum est enim regnum cœlorum, & simplices permanebunt in ea. Propitius sit nobis Deus, vt in hac terra, quam pedibus calcamus non diutius permaneamus. Ideò enim oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, vt eripiat nos de luto fœcis, & abbreuiet incolatum nostrum, ne nimis prolongetur, & finiat tandem peregrinationem nostram, & collocet cum principibus populi sui, in regno suo.

Iob 42. 12.
Tob 11. 2.
2. Reg. 19.
Matt. 5. 3.
Matt. 5. 4.
Pro. 2. 22.

Hæc certè est terra, in qua simplices permanebunt. Quia in permanente, non autem in transeunte permanetur; hic autem permanentem non habemus mansionem. Quia *in domo Patris, qui in cœlis est, mansiones etiam multæ sunt.* In terra autem via est, & peregrinatio; sic ergo intelligamus alias similes promissiones. *Custodi legem, atque consilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis.* Rursus, *Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.* Rursus. *Arripe sapientiam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.* O vtinam etiam bona vitæ præsentis, quæ iustitia, & virtus secum afferunt, degustaremus. O vtinam abundaret iustitia nostra, & has suas promissiones proculdubio etiam in hac vita consequeremur; & erit (inquit) vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Si comminata mors, mala secum traxit vniuersa; bona vniuersa certè in vitæ pollicitatione promittuntur. Erit vita animæ tuæ, viues (inquam) verè; vera vita erat vita tua. Vigilans, & dormiens benè habebis. *Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget.* Nedum in domo tua securus eris; sed etiam custodieris in omnibus viis tuis, vt à nemine offendaris. Nedum in domo tua commodè viues, & sine molestia, at in itinere quoq; pes tuus non impinget, vt non offendas ad lapidem pedem tuum, vt tibi mala non occurrant.

12

Pro. 2. 22.
Ioan. 14. 2.
Prou. 3. 22
Prou. 3. 35.
Psal. 4. 8.
Pro. 3. 23.

Præterea ne dum vigilans ab omni malo eripieris, verum & dormiens. *Si dormieris* (inquit) *non timebis, requiesces,*

13

Pro. 3. 24.

& sun-

& suauis erit somnus tuus Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum Ne paueas, id est, non expauescas. Eadem enim vox Hebræis est, quæ futurum indicat & iubet. Quando videlicet cubabis, in lecto tuo, non timebis, quòd superueniat tibi repentina calamitas, etiã à potestate tenebrarum, & hominum impiorum. *Dominus enim* (inquit) *erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum, ne capiaris*, ne videlicet illaqueeris. Mundus laqueis plenus, vndique pericula, vbique offendicula, nullus tutus locus, omnia dolis referta, omnia malis, omnia perturbationibus. Vnicum remedium est tantis incommodis. Quod verò illud? custodi legem, atque consilium, arripe sapientiam, amplectere iustitiam, & Dominus custodiet te ab omni malo, & iam pedem immittes, vt intres regnum cœlorum. Nam & gratia erit faucibus tuis. Quid autem hoc? pro faucibus intellige guttur, & collum, quod solent monilia, & torques ornare, & decorare. Gratia igitur ista est pulchritudo, & forma speciosa. Rursus dulcia faucibus tuis immittentur, vt & exterius appareas in decore, & interius gaudeas de bonis Domini. Pro. 3. 26.

14 Ad specialem regulam nunc tandem transeamus. Vbi duo facit Dominus. Primò ostendit quàm malum sit irasci. Postea hortationem facit, siue iussionem potius, docens cuiusmodi remedium contrà tantum malum nobis sit adhibendum, dicens. *Cum ergò offers munus tuum ad altare*, &c. Explicaturus malignitatem iracundiæ citat veterem legem, & affert suam; de veteri ita loquens. *Audistis, quia dictum est antiquis. Non occides qui autem occiderit reus erit iudicio* de sua subdens. *Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo reus erit iudicio* Atque ità declarat Dominus quomodo sit nostra iustitia super iustitiam Scribarum, & Pharisæorum abundantior; nempè vt excellentius obseruemus mandata Dei. Ad explicandum iræ malitiam, argumentum sumit à pœna eidem per legem taxata. *Audistis* (inquit) *quia dictum est. Qui occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico*, &c. Iudicium illud erat, quo discernebatur, num inopinatum, aut præmeditatum, quis homicidium commisisset. Nam si ex industria quis proximum interfecisset, morte plectebatur: si autem casu, poterat in ciuitatibus refugii à morte liberari. Num. 35. 16.

At in nostra lege, *omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio* Vt diiudicandum sit, num ira illa sit eius generis, de quo scriptum est. *Irascimini, & nolite peccare.* An culpa quidem sit sed leuis. De qua Apostolus. *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Vel fortè talis sit, qualis iracundia Cain, qui occidit fratrem suum; quæ si huiusmodi reperta fuerit, sicut homicida tunc morte plectatur: ita, qui sic irascitur, reus est gehennæ ignis, morte, videlicet æterna. Quoniam verò signa iracundię exterius ostensa, quamuis modico signo, cuiusmodi est vox *raccha*, quæ tunc erat indignantis vox, in periculum maius iniiciunt, ideo exactiori iudicio opus est, quod concilio celebratur, vbi ad discutiendam culpam plures conueniunt sapientes. Hoc augmentum culpæ, & pœnæ ostendit, quod rigorosius expendantur culpæ in nostra lege, quam in veteri. Vnde & ibi poterant falli, & fallere Iudices. At in nostra impletur quod prædixit Isaias. *Ecce in iustitia regnabit Rex, & principes in Iudicio præerunt.* Non vocabitur vltrà is, qui insipiens est, Princeps, neque fraudulentus vocabitur maior. Iudicium illud fiebat ab hominibus; hoc verò fit à Deo, qui solus potest mittere in gehennam. Quod dicit. *Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis*; sic intellige, quod vbi culpa euidens est, pœna est ignis. In iracundia, aut in signo non est adeò exploratum peccatum, sicut quando aperta est iniuria. Nam duobus primis modis zelus potest esse iustitiæ, sicut de se dicit Dauid. *Super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio*, id est, valdè magno, *oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* At iniuria ex ira procedens, culpam aperit, vt non sit vltrà iudicio, aut concilio discutienda. Vbi autem aperta est culpa tam in primo, quàm in secundo gradu, iam diuino iudicio pœna taxata est, quæ est gehennæ ignis. Ex his 15 Psal. 4. 5. Eph. 4. 26. Gen. 45. Isai. 32. 1. Psal. 138. 22.

his duo consequuntur. Primum, maximum malum esse iram, quæ tanto supplicio plectitur. Secundum, quod cum pœna atrox magis, atque acerba huius legis trãsgressoribus debeatur, lex ista exactiorem flagitet obseruantiam: & iam *Nisi abundauerit iustitia vestra, non intrabitis in regnum cœlorum.*

16 Qua in re hoc quoque obseruandum est. Quod vi legis Euangelicæ nemo est ab hominibus morte mulctandus. Summa enim punitio à lege ista taxata est exterminari de populo suo, vnde transgressor sit tamquam Ethnicus, & Publicanus. Nam sicut obseruantium merces est regnum cœlorum, quod solus Deus donat, ita transgressorum punitio ignis est gehennæ, qua solus Deus damnat, reipsa mittens in stagnũ ignis. Et hæc est ratio quædam; quamobrem hominibus antiquis temporalia, tum bona, tum mala proponebantur, quia secundum legem illius temporis temporaliter, & in hoc mundo homines iudicabantur. At lex nostra imprimis spectat retributionem futuram, quæ cum carnales homines non adeò impense exciter; idcircò amore magis inuitat, & prouocat ad Deum amandum propter seipsum. Quoniam calcaria timoris, ac spei, vtpotè remotiora, non sic acriter pungunt.

17 Exhortatio Propterea ab ira, & odio, & omni mala voluntate nobis, qui huic tam excelsæ legi sumus subiecti, maximè cauendum est. Quia lex ista lex amoris est, ordinat nedum exteriora opera; verum etiam & potissimum animi exteriores motus, vbi in cathedra sedet, qui totius animæ regno potitur, princeps amor. Sit igitur procul à nobis iracundia, quæ subuertit huius regni quietem, & pacem. Eccl 27 33 *Ira enim & furor* (inquit Sapiens) *vtraque execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorũ.* Quòd peccator contineat iram, & furorem, qui nihil est aliud quam ira vehementior, multiplicem habet sensum. Tum videlicet, quod qui peccatis est assuetus, facilè irascitur, sic Deo permittente. Tum quod vir iracundus variis peccatorum generibus implicat semetipsum. Multa enim mala, & vitia furorem consequuntur. Tum demùm quòd ira numquam nisi peccatori contingit; non enim potest esse peccatum primum in homine. Irascitur enim homo tunc tantum, quando impeditur concupiscentia eius, vt aut adipisci non valeat, aut retinere, quod amat inordinatè. Amor enim inordinatus omnium malorum est artifex; *& Radix omnium malorum est cupiditas*, cui dum libet, quod non licet, reliqua omnia peccata contingunt, maximè verò iracundia. Quoniam inordinatus animus non potens est, quæcumque voluerit assequi secundum desideria cordis eius: & tunc iracundiæ motus tanquam ex ardenti fornace consurgunt, ac proinde, qui modò iracundus est, antè hoc iam erat peccator. Ita Cain videns à Deo se esse postpositum fratri suo, iratus est valdè, & præ liuore etiam contra Deum accensus, nolebat nec oculos leuare, vnde concidit vultus eius. Sic enim de illo dicit scriptura. *Iratus est vehementer, & concidit vultus eius.* Deus autem, qui & illius, quamuis peccatoris curam habebat, vt eum ad cognoscendam culpam suam, eamq; voluntaria confessione delendam prouocaret, sic eum allocutus est. *Quare iratus es? & cur concidit facies tua?* 1. Tim. 6. 10. Gen. 4. 5. Gen. 4. 6.

Vellem, vt quicumque irascitur, hanc vocem animo auscultaret intento. Quarè iratus es? redde rationẽ indignationis tuæ. Nullam certè reddere poteris. Insipienter enim agis sicut Saul confessus est sine ratione procedens. Non enim frustra dixit Salomon. *Superbus, & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Quarè iratus es? O execrabile facinus, & irrationabile opus. Ira, & furor vtraque execrabilia. Extra sacrum, extra legẽ Dei, extra quoque humanam rationem. Dic, responde: Quare iratus es? responde si quid habes, vt iustificeris. Radix prima iracundiæ irrationabilis est, exoritur enim ex concupiscentia, quæ sine ratione concupiscit, quod lege prohibitum est; *qua lex ratio Dei est.* Quarè, ô Cain, *iratus es?* putas ne Deum iniustè tecum agere, & cum fratre tuo? Si ad Abel, & ad munera eius, non verò ad te, & ad munera tua respexit, 18 Prou. 21. 24. Gen. 4. 4.

examina conſcientiam tuam, diligenter inquire, quid egeris, quo animo id egeris, & videbis à te proceſſiſſe, vt non reſpicerentur munera tua tecum. Et quid culpæ eſt in fratre tuo, vt eum oderis, vt inuideas illi de muneribus Dei? Si reſpexit DEVS humilitatem animæ ſuæ, & puritatem manus, & mentis ſuæ, quid commeruit, vt tu offenſus bonitate ſua exacueris aduerſus illum malignitatem tuam? Quarè iratus es? Nulla te ratio ad hoc potuit mouere, nullus rectus animi motus: furor tuus, malitia tua, peccatum tuum, quo etiam indignus iactus es, qui ab oculo maieſtatis Dei, utque benignitatis eius, reſpicereris: hæc te mouerunt. Dum te furor exagitat, rationi non eſt locus: perpetrato fratricidio cum furor efferbuerit, tunc cognoſces malignitatem tuam, confiteberis palam.

Gen 4.13. *Maior eſt iniquitas mea, quam vt veniam merear.* O iracundiam, quæ animum impedit, ne poſſit cernere verum, quæ oculos nedum claudit, ſed & eruit, ne videant malum, quid ſit, dum fit: cedat ira, ſuccedat ratio, & clamabit. Maior eſt iniquitas

Eccl. 23.6. mea, quàm putaram. Tu ergò, homo, præmitte rationem iracundiæ tuæ, auſculta ſapientem. Memorare nouiſſimorum, & deſine inimicari, memento timorem Dei, & ne iraſcaris proximo. Si Cain à præſentibus auertiſſet intuitum, & ad futura conuertiſſet, menti admouens, quæ peccantibus accidunt, non fuiſſet in fratrem crudelis, impius in Deum. Ira irâ plectitur; ira hominis Dei iracundiam promeretur. Audi Pſalmiſtam. *Quarè fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Sine ratione faciunt, qui aduerſus

Pſal 2. 1. proximum commouentur, & ideò *tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos* Horum nouiſſimorum memorare. Quia Deus inultum abire non patitur, & cum tranquillitate iudicabit, quod tu furens committis: ſed acerbitas pœnæ etiã in tranquillitate decretæ, quaſi iraſcentem Deum, furentemque demonſtrat. Idque eò magis, quo lex eius charitas, pax, patientia, manſuetudo eſt. Cui nihil aduerſatur magis quàm ira, furor, odium, impatientia, malignitas, crudelitas. Quomodo ergò impletur ab iracundis? Ergò memento timorem Dei, & ne iraſcaris proximo.

SECVNDA PARS.

SI ergò offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, &c. Nunc demum hortatur, & iubet, quid pro remedio contra iram à ſuis fidelibus præſtandum ſit. Facta enim declaratione, quàm magnum malum ſit proximum offendere ſolo etiam, & non multo aſpero verbo, elicit documentum, quo nobis remedium contra iram intendit perſuadere. Quod remedium eſt reconciliatio, cuius neceſſitatem volens proponere, decernit etiam oblationes Altiſſimo, cui offeruntur, niſi præcedat reconciliatio, gratas non futuras. Vbi rurſus apparet, quàm Deo diſpliceat proximi offenſa. Duo itaq; proponit bona; alterum eſt, munus Deo offerre; alterum eſt, offenſo proximo reconciliari; vtrumq; bonum eſt, vtrumq; Deo acceptum, ſi ordinatè fiat. Quis autem non putaret Dei oblationem, proximi recõciliationi eſſe præferendam? Nam Deus eſt Deus, & homo eſt homo, & ordo erga ſuperiorem, ſecundum rectam Phyſicam, præcedit ordinem erga inferiorem, & æqualem: & tamen Deo tantum eſt cordi, vt pacem habeamus inter nos, vt ſi illa non præcedat, ad munera noſtra aſpicere non dignetur. Et per Salomonem diffinitum eſt. Facere miſericordiam, & iudicium magis placet Domino, quàm victimæ. Et idcircò iubet. *Si offers munus tuum. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Et vt fortius premat, non abſolutè dixit, præmittendam eſſe reconciliationem, ſed caſum poſuit, quod ſi tibi offerenti, iam inchoata oblatione, & ante altare ſtanti, vt illam compleas, veniat in mentem, quod iuſtè erga te ſit indignatus frater tuus, tunc ibi dimiſſo munere tuo, & imperfecta adhuc oblatione, vade, priuſquã vltrà in illa progrediaris, ad fratrem tuũ, & ſic age, vt reſtituta pace recõciliatus illi, ad diuinum reuertaris obſequium perficiendum. En ordo neceſſarius, ſine quo etiã oblatio, quam iuſſit Deus ipſe, non ſit

Prou. 21.3

illi

illi accepta. Nam ne putares oblationem à Deo esse neglectam, mandat, vt præmissa reconciliatione, compleatur. Vos sacerdotes, sedentes in throno gratię, quando ad iudicium vestrum accedunt homines pœnitentes, qui bona verba dant de de sarcienda iniuria, vel damno proximi, vt facto præueniant ad altare, ordinẽ peruertentes, quem nunc Dei sapientia Christus instituit; recordamini horum verborum. *Si offers munus*, &c.

20. Ex his iam patet quod reconciliatio nõ bona sit modò, verùm, & necessaria. Vbi primum supponitur offensa. *Si ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te*, nempè q̃ offenderis illum, vnde iustè posset de te expostulare. Hoc est .n. habere aliquid aduersum te, esse, videlicet à te offensum. Sicut & Dominus dicit in Apocalypsi aduersus Ecclesiã Ephesinam. *Habeo aduersus te, quod charitatem tuã primam reliquisti.* Et Ecclesiæ Pergami. *Habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinã Balaam.* Habet ergo aliquid aduersus proximum, qui ab illo offensus est. Suppositа igitur offeusa, est semper reconciliatio necessaria. Si igitur ante altare constitutus recordatus fueris te proximũ tuum offendisse, vade reconciliari: nam offensio offendentẽ perdit. Vnde dicebat Dominus de illo. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Non ergò leue quid putes offendere fratrem tuum. Quoniã dum illi noces, teipsum perdis; dum aufers pecuniam, odio habes animam propriã; dum famæ detrahis, gloria teipsum priuas æterna; vulnus illi infligens temetipsum totum interimis. Huic malo medetur reconciliatio, quæ vt habeatur, proximo satisfaciendum est, illique, quantũ possumus, restituenda sunt ablata, vt res, si possibile sit, redeat in pristinum. Quod offendens & optare debet, & conari pro viribus, vt verè nolit proximum offendisse: ac proinde per ipsum non stet, quin proximus iam offensus illi reconcilietur. Ideò, & præcepto legis fur furtum restituere tenebatur. Raptori mulcta compotẽs indicebatur. Hinc quoniam Maria soror Moysi contra illum locuta est, à Deo lepra percussa est. Moyses enim erat mitissimus super omnes homines, qui morabantur super terram, & propterea Deus ab illum offendentibus supplicium exigebat.

Apoc. 2. 4. Apoc. 2. 14. Mat. 18. 15. Exod. 21. 18. & 22. 1. Num. 12. 1.

Facta satisfactione, tunc tenetur offensus reconciliari, atque ex corde dimittere, vt pax sequatur. Amat enim Deus pacem in domo sua, vult filios suos se mutuò diligere, ac beneficijs promereri. *Vt filios (inquit) Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.* Mortuus est Christus, vt nos mutuò diligamur, vt scimus vnum inter nos. Heu! quam est pacis amator? Sic Apostoli nos hortantur. Omnes vnanimes compatientes, fraternitatis amatores, misericordes modesti, humiles, nõ reddẽtes malũ pro malo, nec maledictũ pro maledicto, sed è contrario benedicentes. Vnitas Deo chara est, quia, & ipse vnus est Deus, vnus pater omniũ nostrũ, vnus paterfamiliãs; nos verò sumus domus eius, vnus populus. *At si domus supra domum sit diuisa, cadit.* At Deus domum suam, vult stantem esse, stabilem, firmam: propterea non est Deus dissensionis, sed pacis.

Ioh. 11. 52. 1. Pet. 3. 8. Eph. 4. 6. Luc. 11. 17.

Nam & Salomon ait: *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.* Et adeò pacis amator est, vt nolit sacrificium ab his, qui oderunt pacem. Præterea mundis tantummodo licebat offerre sacrificium; alioqui magis offensum se Deus reputabat, si quis immundus præsumeret ante illum accedere. Magna verò macula est inimicitia cum proximo. Mundare igitur priusquam accedas ad altare. Hanc munditiam præstat reconciliatio. Audi principem Apostolorum. *Animas vestras sanctificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius.* Non hi simplici corde diligunt, de quibus scriptum est. *In corde, & corde locuti sunt, vniuersa labia dolosa.* Denique obedientiam vult Deus; magis quam sacrificium. Quid enim nostrum sacrificium, aut quoduis nostris obsequium Deo prodest, aut quid illi præstat? Non ob aliud grata sunt illi sacrificia, & obsequia nostra, quàm quia ab eo mandata sunt nobis. Mandat verò, vt prius proximum diligamus, quàm illi cultum

Prou. 17. 13. Num. 9. 6. 1. Pet. 1. 22. Psal. 11. 3.

exhibeamus. Si ergò accedas ad eum proximo non coniunctus, te reiicit inobedientem, temeritatem tuam redarguit, & quasi ipsum irrideas reprobat te. Ita ingrata fuerunt illi sacrificia Saülis, qui non obtemperauerat Deo iubenti, vt omnia, quæ erant Amalecitarum aboleret. Hinc Salomon. *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei: & appropinqua, vt audias. Multò enim melior est obedientia, quàm stultorum victima, qui nesciunt quid faciunt mali.* Victimas stultorum vocat obsequia Deo impensa ab homine odiente proximum suum contra Dei præceptum. At quid quæso obsequia ista? frustra laboras, nec tibi prodes, nec Deo places, petitiones tuæ putrescunt apud Deum, pro suaui odore fœtorem mittis. *Stultorum* (inquit) *victima.* Quare stulti? quia nesciunt, quid faciunt mali. Ergò malum faciunt. Quid stultius, quàm malum facere quasi bonum? Quid stultius, quàm velle Deo placere in eo, quod illi displicet? Quid stultius, quàm cum opere peccati, peccatum putare deleri? Ideò *custodi pedem tuum ingrediens domum Dei.* & ad Deum accedes, attentissimè debes inspicere, & considerare quid facias. Tunc intentus ausculta, quid à te petit Deus, vt noueris quid te ab eo petere oporteat.

1. *Reg* 15. 22.

Eccl. 4. 17.

23 Ausculta ergò. *Audi populus meus, & exhortatio loquar Israel, & testificabor tibi. Deus, Deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Audite ergò vos fideles, qui estis populus Dei, & attendite, quæ Deus testificatur. *Deus, Deus tuus ego sum.* Quid per hoc intendit? vt attentè audiamus, quia Deus est, qui loquitur, & qui iubet, vt audiamus. Quid verò audituri sumus? Primum quod ipse sit Deus. Et si Deus est, nullo indiget. Non ergo illi prosunt obsequia nostra: ideo dicit. *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* benè. Sed nunquid non tenemur nos illum colere, cùm ipse sit Deus, cui cultus debetur, & gloria? Tenemur proculdubio. Quanam igitur ratione id præstabimus? si id ita impleamus, vt honorificemus illum. Audi illum. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde Altissimo vota tua. Inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.* Hæc tria à te petit. Primum, vt immoles sacrificium laudis. Quo temporibus nostris intelligimus sacrificium Missæ, & omne opus bonum, quo Deus honoratur. Secundùm, vt reddas Altissimo vota tua; nempè debita tua persoluas tam Deo, quàm hominibus. Vota emissa obligant, sic & præcepta omnia, sic promissa, & quæ ex iustitia fratribus debemus, hæc vnicuique reddenda. Tertium, vt inuoces eum in die tribulationis, vt videlicet in quacumque necessitate ad illum confugias tanquam ad Patrem, qui filiorum suorum curam gerit, qui idcircò promittit, quòd eruet te de tribulatione, vt tu erutus illum laudes. De sacrificiis solus odor ad Deum pertinebat, *odorem suauissimum Domino* (inquit Scriptura. De operibus iustitiæ solus honor pertinet, & peruenit ad thronum gloriæ eius. In his autem operibus, quibus Deus honoratur, eminet in proximum misericordia. Quo sensu dicebat Deus per Oseam, Prophetam. *Misericordiam volui, & non sacrificium:* quia in proximi dilectione potissimùm honoratur. Hinc Paulus. *Beneficentia autem, & communionis nolite obliuisci. Talibus enim hostiis promeretur Deus.*

Psal. 49. 7.

Psal. 49. 14.

Leu. 1. 9.

Osee 6. 6.

Hebr. 13. 16.

Ergò nihil æquè illi molestum est atque odisse proximum; & inobedientem, prætendere se honorare Deum; & non reconciliatum introire ad altare Dei. Ideò in Psalmo supradicto pergit dicens. *Peccatori autem dixit Deus. Quarè tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Iactas verba mea, vt laudator, & vt transgressor: assumis in ore tuo prædicans, & exaltans, & assumis in manu, proiiciens, & despiciens: quia in corde tuo odisti disciplinam, quæ sola me delectat. Vis scire in quo? audi tandem. *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas: os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat*

14

Psal. 49. 16.

Psal. 49. 18.

nabat dolos, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Vides hæc omnia patrari contra proximum. Furtum rem aufert, adulterium honorem; dolus veritatem, scandalum salutem. Hæc sunt, quæ odit Deus; & odit quidem in omnibus, sed in iis maximè, qui appropinquare Deo Isa. 58.2. volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non deliquerit. Heu! quot Christiani ingrediuntur templum Dei, & se ibi gerunt in conspectu suo, quasi sint serui Dei. Sed quid dicit sermo diuinus? Iob 1.6. *Quadam die cum venissent filij Dei, & assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.* Cum bonis & mali permixti sunt. Quid autem prætendebat Satan, assistens coram Domino? offendere sanctum virum Iob, percutere tribulare, affligere tentatum per omnia, opus verè Satanicum. Interrogauit eum Dominus, vt aperiretur malitia eius. Tu, tu interroga temetipsum: dic tibi ipsi. Vnde venis? è foro, è negotio, è domo, de via venio à peccatis in proximum commissis. Sed nunquid huc veni, vt mihi dimittantur? si vis dimitti, *Vade reconciliari fratri tuo,* & roga illum, vt dimittat tibi debita, vt iustificeris in sermonibus tuis rogans illum, & Deum.

Heu! neque ob hoc huc venisti. Sed vt communem mentem tuearis; & fortè, vt omnia tua fiant in peccatum, rogans te prosperè agere, dum aduersus fratrem tuum vires moues, vt dolos moliris: rogas, vt in lite quoque iniusta vincas, cum iudicaris. Non absurdè igitur Salomon tibi Eccl. 4.17. iussit, *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei.* Verum quod maximè doleo istud est. Vnus erat Satan inter multos filios, qui Domino assistebant. At verò in Psal. 13. 1. Ecclesia Dei antè oculos Dei. Quid? *Do-* & 52. 3. *minus de cœlo prospexit super filios hominũ, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum? omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Vbi leuantur oculi ad Deum; vbi requiritur Deus, nempe in domo sua, num est intelligens, aut requirens Deum? Pauci saltem nunc. *Quoniam defecit sanctus, diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde, & corde locuti sunt* Sed quia Deus sapienter agit nolens aliquem perire, exspectans donec vadat reconciliari, & reuerti; putant illum iniquitatibus suis conniuere, sed ecce vox Dei clamantis. *Hæc feci-* Psal. 11.2. *sti, & tacui. Existimasti iniquè, quod* Ps. 49.20. *ero tui similis? Arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Contra faciem tuam ponet scelera tua, qui scelestus temerè audes comparere ante faciem eius, ac si ea illi non displicuerint: arguet ipse, vt videas malum tuum. Intelligitè ergò insipientes in populo, & videte vias vestras, & state super illas, illasque dirigite. Quod vobis concedat qui viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMEMTVM.

Quàm iustè Christus à nobis exigat abundantiora opera iustitiæ, quàm antiquitus faciebat. Explanantur Scripturarum mirifici sensus. In morali suadetur ista operum abundantia.

TANTVM bonum, quod est regnum cœlorũ ad prouocandos homines, vt abundantius studeant, quæ illis præcipiuntur, obseruare, profectò nõ minimæ virtutis est, atque efficaciæ, vt meritò legislator noster possit dicere. *Nisi abundauerit iustitia vestra, non intrabitis in regnum cœlorum.* Quibus erat antiqua lex promulgata, iis ingressus in terram promissionis lacte, & melle manantem promittebatur, longaq; secura, & commoda in illa commoratio. At nobis proponitur abundans *introitus in æternum re-* 2. Pet. 1.11. *gnum Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi,* vt ait Petrus. Iure itaque meritò abundantior nobis iubetur justitia, vt abundemus in omne opus bonum. Excellen- 2. Cor. 9.8. tiori enim via nobis pergendum est, qua

ad nobiliorem patriam tenditur: & ibi fortius agitur certamen, vbi glorioſior expectatur corona, merceſq; pretioſior. In rebus temporalibus quadrat prouerbium illud Salomonis. *Prou.23.4.* *Noli laborare, vt diteris.* Tum quia diuitiæ temporales non id habent emolumenti, vt pro illo ſit tantum ab homine laborandum, tum quia in caſſum ſæpius laboratur. Vnde ibidem ſubditur *Prou. 23.5.* à ſapiente. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere, quia facient ſibi pennas, vt Aquilæ, & volabunt in cœlum.* At promiſſa cœleſtia, quæ certa ſunt, & magna, profectò, & labores magnos poſtulant, & continuos, quia *Pſal.110.1* *beatus eſt, qui in* *Pſal.118.4* *mandatis Dei volet nimis. Tu enim mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis*; canit Propheta. Vt ergò de his non ſimus, quos carpit Salomon, dicens; *In auribus inſipientium ne loquaris, quia deſpicient doctrinam eloquij tui.* Aures erigamus ad verba ſapientiæ, decernentis. *Niſi abundauerit iuſtitia veſtra*, &c.

2. Vbi in genere prius animamur ad abundantem iuſtitiam: poſtea verò in quo ſpeciatim debeat abundans eſſe noſtra iuſtitia, inſtruimur: circa primum duo attendimus. Alterum quod eminentior eſt Euangelica lex lege Moſaica. Alterum quod præmio prouocamur ad obediendum legi. Hanc legum differentiam graphicè nobis demõſtrat figura illa vbi ſcribitur, quod Ruth labore ſuo collegit tres modios hordei, ſed gratia donationis ſex modios à Booz liberaliter eſt conſecuta. De illa enim ſic habet Scriptura: *Ruih.2.17.* *Collegit ergò in agro vſque ad veſperam, & quæ collegerat virga cædens, & excutiens, inuenit hordei quaſi menſuram Ephi*, id eſt, tres modios, quos portans reuerſa eſt in ciuitatem. Illi verò poſtea in vxorem iam aſſumendæ dicitur ab eodem Booz. *Ruth.3.15* *Expande pallium tuum, quo operiris, & tene vtraque manu.* Qua extendente, & tenente, menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam. Quæ portans ingreſſa eſt ciuitatem: laborauerunt veteres, vt legem implerent, quæ erat lex factorum, & Ephi menſuram conſecuti ſunt, quæ ſunt bona præſentis vitæ. De manna ſcriptum eſt. *Colligat vnuſquiſq; ex eo, quantum ſufficit* *Exod.16.* *ad veſcendum, gomor per ſingula capita* 16. Gomor autem decima pars eſt Ephi. Dum *Exo.16.36.* ſcriptura refert gomor ad Ephi, proculdubio infert inter illa affinitatem quandam eſſe, ac proportionem. Gomor autem eſt menſura cibi quo victitabant. Ephi cum decem gomor contineat, ſatis apertè legis, quæ præceptorum decē verba continet, figura eſt. Quæ ergò comparatio eſt inter victum, & legem, niſi quod qui legem obſeruat, vitā tenet? Lex enim vitam tuetur. Sic enim habet lex, quam *Leuit.18.* citat Apoſtolus. *Cuſtodite leges meas, atq; 15.* *iudicia, quæ faciens homo viuet.* Et Pſal- *Gal 3.12.* mus: *Veniant mihi miſerationes tuæ, & vi-* *Pſ.118.77.* *uam, quia lex tua meditatio mea eſt.* Vt ergò tres modios, quos laborando colligit Ruth, oſtenderet Scriptura pertinere ad legem factorum, annotauit eos eſſe menſuram Ephi, vt labor deſignaretur in lege implenda, qui vitam hanc temporalem daret pro mercede.

At ſenarius, qui perfectorum primus 3. numerus, fidei donatur, quæ nos Chriſto coniungit. Eſt enim ſcriptum; *Spon* *Oſee 2.20.* *ſabo te mihi in fide. Expande* (inquit) *pal-* *Ruth.3.15.* *lium tuum, quo operiris & tene vtraq; manu.* Qua expandente, & tenente menſus eſt ſex modios. Quid eſt pallium? *Induimini* (inquit Apoſtolus) *Dominum Ieſum* *Rō.13.14.* *Chriſtum.* Bona noſtra omnia in Chriſto ſint, bona opera, bona merita, bona præmia; bona (inquam) opera. *Omnia quæ-* *Col.3.17.* *cumq; facitis, in nomine Ieſu facite.* Nam & illa ab ipſo accipimus. *Vobis* (inquit Apo- *Phil.1.29.* poſtolus) *donatum eſt pro Chriſto, non ſolū, vt in eum credatis, ſed vt & pro illo patia-* *Phil.1.13.* *mini.* Hortatur quidem, vt ſimus collaborantes fidei Euangelij, ſed hoc à Deo eſſe decernit. *Tene* (inquit Booz) *vtraque* *Ruth.3.15.* *manu, tene ſicut ſponſus ſtatuit, & tene vtraq; manu.* Tenes ſi credis, ſed vt in eo implearis Spiritu ſancto, qui operatur omnia in omnibus, tene vtraq; manu in omni opere bono fructicans, repletus fru- *Iſa.40.1.* ctu iuſtitiæ, tunc recipies duplicia de *Tim.5.7.* manu Domini, promiſſionem habens vi- *Matth.19.* tæ, quæ nunc eſt, & futuræ; centuplum 20. tantum in hoc ſæculo, & in futuro vitam æter-

tam æternam, quæ sunt bona merita, & præmia. Graue iugum per legem positum fuit super filios Adam. Verum Christus, cuius sub lingua mel est, & lac, protesta-
Mat.11.29 tur. *Iugum meum suaue est.* Tollite ergo iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris, quia vestrum est regnum cœlorum. Porta igitur iugũ hoc, quod tibi Dominus, non sicut hi, qui imponunt onera grauia, & importabilia super humeros hominum, suauiter imponit, & leuiter. Sed sicut Baoz, qui quod donauerat, posuit super futuram sponsam, quæ illa portans ingressa est ciuitatem, vbi requiesceret. Heu! si relinqueremus patriam nostram, vbi falsi dij adorantur,
Ruth 1.16. sicut reliquit Ruth, si veniremus ad Deum
Ruth 2.2. verum, & sub eius alas cõfugeremus, gratiam, sicut dixit illa, clementis in nos patris familias reperiremus, inueniremus misericordiã, sentiremus suauitatem, & æternam salutem tandem consequeremur.

4 Nam (quod erat secundum) legi proponitur merces. *Intrabitis in regnum cœlorũ.* Transgressori autem supplicium intentatur. *Qui occiderit, reus erit iudicij. Qui dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Plena promissionibus & minis est diuina Scriptura tam noua, quã vetus. Quæ omnes, vt lege mẽsurantur, ita legum conditionẽ ostendunt: Vt vbi excellentior est lex, ibi vel amplior gloria, vel grauior pœna ab his expectetur, qui illam vel contẽserint, vel renuerint. Inde enĩ cõfecit Dominus, legẽ suã veteri esse eminentiorẽ, quod illius trãsgressoribus atrocior indicatur pœna, iis quoque, qui minori culpa, quã qui antiquam præterierint, teneri videantur. Qui enim occiderit, iudicij, per veterem, reus erat. Qua mulcta is stringitur hic, qui tantum irascitur fratri suo; at fatuitatẽ illi exprobrans, ignẽ gehennę in extremo dãnatur. Animus namque ad legem cum trahendus erat, tum impellendus. Nam ligari abhortet quisque, nisi inde speret vtilitatem, aut si in vinculis non remaneat, maius illum maneat incommodum, vt vincula, aut temperet expectatum bonum, aut malum contineat, quod timetur.

Verum hoc in quibuscunque actionibus sapienter prudenterque consideratur, 5
vt ne præsentia solum intueamur, sed quæ inde tunt in futurum profectura, intente prospiciamus. Brutorum est ea, quæ in conspectu sunt, tantum aspicere. Ratio ad futura quoque & ad ea maxime dirigit inspectionem, quo quæ præ manibus habet, diligentius vertat, & cautius. Nam præsentia modo si attendas, illa aut amas inhoneste, aut turpiter fugis. Ammon 1. *Reg.*13.
præsenti raptus delectione, montem sibi comparauit. Dauid à sibi illatis iniuriis auertens animum, bonum futurum sibique ex his euenturum, intendit, sperauit; & demum consecutus est. Abisai quod erat in prospectu attendens, occidere voluit iniurium Semei. At non sic sapiens Rex. *Dimittit* (inquit) *eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* 2.*Re*.16.11

Et quoniam multorum infirma mens, 6
in præsenti impiorum prosperitate, & fœlicitate nutat facilè: vnde est illud. *Mea penè moti sunt pedes, qui zelaui super iniquos pacem peccatorũ videns* Propterea monemur saluberrimè, vt oculos à præsentibus ad superuentura reuocemus. *Noli æmulari* Ps.36.1.
in malignantibus, neque zelaueris super faciens iniquitatem, quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum citò decident. Vides futura mala? ea te retrahant ab instantium concupiscentia. Verum futurorum bonorum spes, certaque expectatio tempus suum moderetur. *Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pasceris in diuitiis eius.* Spera (inquit) in Domino, futura prospiciens: fac bonitatem, præsentia disponens: inhabita terram, interim expectans tuæ bonitatis effectum: & pasceris in diuitiis eius, non mundi, nõ fortuna donatis, aut vano labore comparatis, quæ transeũt omnia, sed in diuitiis eius, Domini videlicet quæ semper manent. Propterea ergò, *noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Quoniam qui malignãtur exterminabuntur,* Ps.72.3. Ps.36.7.

buntur, sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabuni terram, & adhuc pusillum, & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. In hunc modum hortatur &
Pro.23.17. Salomon. *Non æmuletur cor tuum peccatores; sed in timore Domini esto tota die; quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur*

Hoc autem speciale est in lege, quia il-
7 lius munus est nedum præsentium habere rationem, sed ad futura dirigere; & quoniam illius obseruatio laboriosa esse videtur, indiget homo, aut præmio sustentari, aut flagello compelli; quod vtrũque futurum anteponitur. In quo istud est singulare, quòd à principio Deus in præ-
Gen. 2. 15 mio promittendo, vsus est facto; sed verbo, in comminando supplicio. Creatum hominem posuit in loco voluptatis, vbi erat lignum vitæ. Hoc igitur iam bonum præsens erat, quo & futurum poterat pręcognosci; totum in re. Sed malum intentans si homo præceptum præuaricatus
Gen. 2. 17. fuerit, verba facit solummodo. *In quocũque die comederis, morte morieris.* Et quãuis modò per esum ligni vetiti scientiam infœliciter, & experientiam boni, & mali consecuti sumus; vt ex pręsentibus malis futura suspicari possimus, atque coniicere, ac veluti prægustare: Deus tamen,
Eph. 2. 4. qui diues est in misericordia, libentius, atque frequentius commodorum promissionibus, atque prægustationibus nos confirmat. Mala verò in aliis potius, quam in nobis conspicienda proponit.

8 Post transitum maris rubri, vbi populus gustauit aquæ dulcedinem, quæ prius fuerat amara, constituit ei Deus præcepta atque iudicia, atque ibi tentauit eum di-
Exo.15.25. cens. *Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, cunctum languorem, quem posui in Ægypto nõ inducam super te Ego enim Dominus Saluator tuus* In ore dulcedo, in aure languor: gustans in se dulcedinem, audiens in alio languorem. Tentatur num mandatis obediat, & ad illorum custodiam inuitatur. Heu! quot, quantisque bonis nos ad custodiendam legem prouocamur? si mala intentantur, ad alios dirigimur. Quot bonis fruimur in Ecclesia sancta Dei. *Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* Multa bona ostendisti nobis ex Patre tuo, pertransiens benefaciendo, & sanando omnes oppressos. Fecisti cœnam magnam, & vocasti multos, parasti cibum illorum, nam tauri, & altilia occisa sunt, & omnia parata, occiso etiam vitulo saginato, dicam cum Apostolo. *Si proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum*: Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Vocat ergo. *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Et adhuc moramur tamen? Iam si malis compungeris magis, audi. *Ite ad locum meum in Silo, & videte quid fecerim ei propter malitiã populi mei.* Non enim frustra Dominus suæ legis iustitiæ apponit mercedem, regnum cœlorum: citans autem veterem legem, supplicij, aut iudicij facit mentionem, dicẽs. *Qui occiderit, reus erit iudicio* Neque ad pœnam præteriti Euangelij transit, nisi á veteri sumpta occasione, vt suæ legis super Mosaïcam, excellentiam demonstraret: quòd si & alibi minetur fletum, & stridorem dentium, & ignem inextinguibilem, coactus veluti id facit, imprimis amorem intendens, cœlestèmque mercedem. Ideò & Paulus ad punitiones antiquorum nos mittit dicens. *Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Neque tentemus Christum sicut quidam eorum tentauerunt & à serpentibus perierũt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.* Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei: in eos, qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem Dei: ex qua bonitate, disce tu bonitatẽ facere, rogans. *Quia bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine Bonitatẽ, & disciplinã & scientiã doce me* Sciẽtia illumina, disciplina cõpelle, vt faciã bonitatẽ, atq; ita *in bonitate tua doce me facere iustificationes tuas in omni tẽpore.* Quia bon⁹ es tu, & benè fac bonis.

Ps.118 65. Ioh 10.32. Act.10.38. Luc.14.16. Matt 22. Luc 15 25. Rom 8.32. Mat.11.28. Ier.7.12. Matt 8.12. & 13.42. & 50 & 22 13. & 24 51. & 25.30. Luc 13.28. Mar.9.44. 1.Cor 10 8. Num 25 1. Num.21.5. Nu.11.1. & 14.1. Ro 10.22. Ps.118.65. Ps 118 68. Ps.124.4.

SE-

SECVNDA PARS.

Prou.23.12. *INgrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.* Adeo enim bebitores summus Christo, qui est Dei Sapientia, vt doctrinę, ac verborum scientiæ, nos sua pietate dignatus sit abundantia mirabili. Propter quod hodie implens legem, atque perficiens iubet. *Si ergo offers munus tuum ad altare*, &c. Facta enim comparatione legum ex eorum præcipuis præceptis, dum alterum alteri anteponit, consecutionem innuit, qua altera alteri veniat præponenda. Vetus, maximè oblationes iubet; noua autem proximi dilectionem. Quòd nouæ sit dilectio proximi singulare mandatum, habet illius Legislator dicens. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Quod veteris præcipuum munus sit offerre, inde habemus, quòd mox post decem præcepta, quæ in duabus tabulis continebantur, legem cæremoniarum aggrediens mandat. *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues in omni loco vbi fuerit memoria nominis mei.* Explicauerat quidem in primo Decalogi præcepto ne fierent sculptilia, neque adorarentur. Sed nè quis illorum pretiositate decipiatur, nunc monet, vt non fiant ex auro, aut argento, subtrahens occasionem idololatriæ. Quò contrà subdit, vt de terra fiat altare eius, in quo oblationes sint faciendæ: sic vnà docens modum istum præcipuum illius colendi per sacrificia, & oblationes, quem modum iam olim vsque à constitutione mundi hominibus reuelauerat. Qui, vt naturæ consonus esse demonstretur, studium maximè & artificium ablegat in altari extruendo. *Altare* (inquit) *de terra facietis mihi. Quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus: si enim leuaueris cultrum super eo, polluetur.* Prima ergò iussio Mosaicæ legis est offerre hostias super terreum, aut lapideum altare, quæ est modificatio legis de colendo Deo. Ita prima iussio specialis Euangelicę legis, quatenus à veteri distat, est ista. *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris*, &c. quæ est modificatio quædam dilectionis proximi.

Ioh.15.12.

Ioh.13.34.

Exo.20.23

Exo.20.3.

Exo.20.25

Quid vero inter vtramque interfit, voluit Dominus à nobis sciri, vt & ipse cognosceretur legis consummator, & sua lex omnium legum consummatio; vt verè *sit latum mandatum eius nimis.* Iussio illa vetus pertinet ad cultum Dei, noua ista ad fratris coniunctum. Vtraque sancta. Nam lex est sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. At si occurrant ambo ista præcepta & se mutuo impediant, vtrũ illorum est præponendum? neutrum quidem omittendum, quia vtrumque iustũ, & bonũ, sed vt notum sit omnibus, quod Deus bonorum nostrorum non indiget, & quod in hoc, vt salui simus, suam gloriam collocauit, decreuit, nisi fuerimus cũ proximo dilectione coniuncti, munera nostra nõ acceptare, quin potius reprobare. Aliud est quidem, te Deum omnibus anteponere, etiam fratri; aliud prius offerre, quàm reconciliari. Nam quod teneris prius reconciliari, quàm offerre, hoc est, quia sic Deus ipse vult, cui debemus offerre. Et propterea vt obediamus illi, vt vereamur, vt gratum præstemus obsequiũ, pax cũ proximo, sacro sacrificio est præmittenda. Ideirco enim per Prophetã protestatus est. *Quia misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei magis quàm holocausta.* Queritur ibi quod populus misericordiam negligat. *Misericordia vestra* (inquit) *quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens* Matutinus vapor vel nube, vel rore cõcretus primo solis spiculo vix percussus mox euanescit. Huiusmodi est hominũ dilectio, & misericordia in proximũ, quantulacumque offensione, recedit. Hoc quam Deus abhorreat subdens significat. *Propter hoc dolaui in Prophetis, & occidi eos in verbis oris mei.* Qui dolat adimit, qui occidit interimit. Dolatio Prophetarum erant persecutiones, flagellationes, carcerationes, quas patiebantur à populo: vel erant separationes à negotiis sæcularibus, vt semper

Rom.12.18.

Psal.15.2.

Osea 6.6.

Osea 6.4.

Osea 6.5.

præstò essent diuinis mandatis, & populi monitionib. occisio per se manifesta est, quid sit. Sic dolabat Deus seruos suos, & occidebat mittens illos ad populum non credentem, sed contradicentem, atque contra missos à Deo crudeliter insurgentem. Qui tamen in sacrificiis suis se Deo placere reputabat: vt propterea dicat Dominus: *Misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei magis, quam holocausta.* Scientia Dei hæc est, qua intelligitur, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens.

Osea 6. 6.

11

Osea 6. 4.

Heu! quàm verá multis plurimisque Christianis dici potest. *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens?* nubes vapor est ad modicum parens in aëre, vbi in nubem condensatur. Ros quoque vapor est, qui raptus in sublime ad aquæ dispositionem frigore tactus inclinatur, qui vbi superuenientis solis radios modicum sentit, mox loco cedit, & in terram cadit, quasi fugiens Solem, & se ab eo abscondens. Sed sol sicut nebulam dispergit, sic soluit rorem; & sublimes facilè tangit, existentes veluti in aëre, exardescens ira, & humiles, veluti terram incedentes. Ecce misericordia nostra quasi ros. In tantum proximos diligimus, quantum nobis vtiles sunt. At si vel modicum incommodauerint, ira consurgit, indignatio, amaritudo. Paruula illa dilectio ex natura consurgens, qua diligimus diligentes nos, sicut faciunt Ethnici quoque, mox subtrahitur, fugit, euanescit. Et Ecclesias tamen intramus; in Missa Deo offerimus manibus Sacerdotum; pectus percutimus; veniam precamur, & misericordiam. Audite ergo, *Si offers munus* &c.

12

Gen. 15 1.
2. Cor. 13. 11

Sed quæ vtilitas in vtrisque? si fratrem arguero, si munus obtulero, quid erit mihi? quid consequar mercedis, & emolumenti; quando iam dictum est, quòd retributio lege proponitur? Quæ merces itaque? Deus ipse. *Ego* (inquit Deus) *merces tua magna nimis.* Pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Sic pollicetur Sanctus Apostolus: ergo pacis merces Deus est: itidem & oblationis, nam Deus ipse postquàm iussit sibi altare de terra fieri, ac super illo sibi offerri victimas, hanc eminentissimam promissionem subiunxit. *Veniam ad te, & benedicam tibi.* Ecce quomodo pace, & oblatione adest nobis Deus noster. Et cur putas nisi propter hoc inuitari Ierusalem ad laudandum Deum de his duobus? *Lauda* (inquit) *Ierusalem Dominum, qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* Et nihilominus ad eundem Dominum pro his duobus deprecandum hortatur. *Rogate, quæ ad pacem sunt Ierusalem, & abundãtia diligentibus te.* Sed quid abundantia ad oblationem? Audi pergentem, *Propter fratres meos, & proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.* Abundantiam (inquam) tibi bonorum concupiui, vt in domo Dei frequentes, pingues, abundantes fierent oblationes. Ideò abundantiam non absolutè postulat, sed iis, qui diligunt Dominum, & abundantia (inquit) *diligentibus te.* Ij enim deuotè offerunt Deo illi obtemperantes monitioni. *Honora Dominũ de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum.*

Exod. 20 24.
Ps. 147. 1.
Ps. 121. 6.
Ps. 121. 8.
Prou. 3. 9.

Laudet ergò Dominum Ierusalem, & roget pro pace, & oblatione, quoniam ciuitas ipsa ciuitas est Magni Regis, ciuitas sancta de qua dicit. *Et in ciuitate sanctificata similiter requieui.* Vnde & Psalmus. *Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion Ibi confregit potentias arcum, scutũ, gladium, & bellum.* Quod nos legimus in Pace, Hebræa habent, in Salem, vt intelligamus illum loqui de ciuitate Ierusalem, maximè cũ addat. *Et habitatio eius in Sion.* Qui erat locus insignior illius ciuitatis, à quo frequenter tota ciuitas denominatur. Vnde suprà dixit Dauid. *Lauda Ierusalem Dominum lauda Deum tuum Sion.* Rectè ergo Deus, qui est Deus pacis, locum sibi elegit in Ierusalem; quæ etiam dicebatur Salem, id est, Pax; vt Paulus interpretatur. Propter quod *ibi confregit potẽtias arcum, scutum, gladium, & bellum* Hoc eodem in loco iubet sibi offerri. Vnde vt supra iussit in lege. *Offeretis oues vestras, & boues vbicumque fuerit memoria nominis mei.* Quæ manifestè fuit in templo Ierusalem. Ergò cum

13

Matt. 5. 35.
Ezec. 24. 11.
Ps. 75. 3.
Ps. 147. 1.
Heb. 7. 2.
Ps. 75. 4.
Exo. 20. 24.

cum Deus in Ierusalē maximè habitaret, vbi propterea dilectio, & oblatio in primis quæruntur, & debent exerceri, planum est per hæc duo Deum fieri prope nos, id est nobis propitium atque præsentem.

14 Exo. 20. 24. Sed mysterij plena sunt verba illa. *Veniam ad te & benedicam tibi.* Quæ, quòd spectent oblationes, & sacrificia, lex innuit, ea inter altaris structuram interponens. Primum enim iubet. *Altare de terra facietis mihi* Hinc pollicetur. *Veniam ad te, & benedicam tibi* Rursus deinde. *Quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus,* & mox iussa oblatione, facit hanc promissionem. *Offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues in omni loco, in quo fuerit memoria mei Veniam ad te, & benedicam tibi.* Examinemus ergò quis sit, qualisque aduentus iste. Modum vnū expressit Moyses dicens. *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Adest ergò veniens ad liberandū nos, & ad benedicendum. Sic aderat, sic veniebat dum ei fierent oblationes, & obseruationes. Hinc altior habetur modus.

Deut. 4. 7.

17 Quare enim respiciebat Deus ad munera, quæ sibi in altari offerebantur? certè quia typus erant futuræ in cruce oblationis Christi. Ibi erat Christus in figura, ibi Christus: offerebatur interim in vmbra, donec veniret veritas, ibi veniebat, & benedicebat iustificans eos, qui oculos fidei per speculum figurarum in illum intenderent, credentes in eum, qui venturus erat. Si autem venturus aliquando qui est tertius modus veniendi, tum venit profectò, vbi venit plenitudo temporis. Quam temporis plenitudinem ex ipsis cognoscimus oblationibus: venit enim illas impleturus: illas terminaturus, illas in perfectum consummatumque translaturus. Audi illum in Psalmo concinentem cum interprete Apostolo. *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi Holocaustum, & pro peccato nō postulasti. Tunc dixi, ecce venio* Quid ergo lex? Facto mihi terreo altari offeretis in eo donec veniam, nam cum venero non vltrà offeretis oues vestras, & boues. Vna enim oblatione cōsummabo in æternum sanctificatos. Veniam ipse altare, hostia, Sacerdos. Quid putas vetabat lex nè alibi, quàm super altare, quod erat in tabernaculo fieret sacrificium, & alibi tamen sancti homines offerebant? lex ad Christum respiciebat decernens, quòd in alio aliquo non esset salus, neque gratus poterat esse, qui non per ostium hoc accederet ad Deum. Sancti alibi offerentes vel necessitate vel iussu Dei id faciebant, scientes tamen, & per eorum altaria vnum, eundèmque Christum designari. Est ergo altare nostrum, est & hostia, & sacerdos, qui obtulit semetipsum immaculatum Deo.

Psa. 39. 7. Heb 10 5.

Heb. 10. 14

Heb. 9. 14.

Cum ergò ideò mortuus sit, & oblatus, vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum: quis diuisus à fratre accedere audebit ad altare Dei? diuisus aliquo modo est Christus dum in cruce emisit spiritum; manens in cruce, & descendens ad inferos, vt omnes vnum essemus in illo, vbi non est Iudæus, neque Græcus; non est masculus, neque fœmina. Sed omnia, & in omnibus Christus, *omnes enim* (inquit Apostolus) *vos vnum estis in Christo Iesu.* Quis ergo nos separabit? quis rixas, & dissensiones seminabit? certè qui recessit à Deo creatore suo: qui super bonum semē, seminauit zizania: qui protoplastos qui erant in carne vnā, fecit in mente diuersos, vt se mutuò culparent. Hoc autem facit, vt à Deo elonget nos & pereamus. *Quoniā qui elongant se à te, peribunt: perdisti omnes qui fornicantur abs te* Heu! non plus valebit apud te Deus quam modicum illud, quod tibi reputas ab inimico subtractum? non totum mundum magis, quam Deum mundi creatorem perdere erit animus tibi? Vnde omnia, & agrum eme, in quo thesaurus est absconditus. Relinque parentes tuos sicut Ruth. Relinque terram, in qua natus es. Relinque semetipsum, vt cum Domino glorieris, vt Deo potiaris, vt sit Dominus Deus tuus, & corrona gloriæ, & sertum exultationis, Amen.

16 Ioh. 11. 52. Gal. 3. 28. Col 3. 11. Mat 13. 25 Gen 3. 11. Psa. 72. 27. Matt. 13. Ruth 3. 11. 44.

SECVNDA PARS.

17. ABundantiæ vox ista suauis, & grata, heu cur non illicit mentes nostras? cur non trahit? cur non impellit? sicut appetimus bonum, sic illius augmentum, magnitudinem, abundantiam maximè concupiscimus: eadem enim ratio, quæ ad bonum inuitat, ad id quod maximè bonum est, tractu vehementiore compellit, vt quemadmodum ipsum bonum crescit, crescat & amor & ardor. Quamobrem Deus, vt nos fortius ad virtutem animaret, mercedis repromittit magnitudinem, & abundantiam. *Date* (inquit
Luc. 6, 38. Dominus) *& dabitur vobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.*
Psa. 127. 2. Sic & Psalmo. *Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es, & benè tibi erit.* Bene erit (inquam) quia *vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Ideò in benedictionibus factis populo si legem custo-
Deut. 28. 4. 11. diret, audimus. *Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum fructu terræ tuæ.*

18. Sed si abundantia placet, eaque in sanctitate consistit, quę in bonitate, & in amplitudine terrena omnia bona superat: hãc potissimum nobis tùm natura, tùm recta ratio suadet, vt eam ardentius expetamus. Quod eò magis facere nos conuenit, quòd in lege nostra audimus. *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Stribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Abundantia abundantiam promeretur, abundantia iustitiæ, gloriæ cœlestis cumulatissimam abundantiã. Sub figura temporalium, quæ veteribus promittebantur, erant spiritualia, erant permanentia, ac diu duratura bona, erãt cœlestia: fructus vteri erãt fructus Sapientiæ,
Eccli. 24. 26. quę sic nos hortatur. *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini.* Non sat vobis sit gustare fructus meos, quos ego genero, illis implemini. Sit mens vestra sicut vitis abundãs, sint filij isti, sint opera vestra, sint merita sicut nouellę oliuarũ in circuitu mensæ, mens vbi deliciatur, præstant hi filij filiis naturalibus. Eadem enim Sapientia dicit per Salomonem. *Melior est fructus* Prou. 8. 19
meus auro, & lapide pretioso, & genimina mea argento electo.

Sed heu! abundantiam appetentes, ap- 19.
parentem modo, quæ bonis est vacua, quę penuriæ plena est, toto amplectimur cordis affectu. Verè bonum, si gustetur, fa- Eccli. 24.
mem accendit. Qui edunt me, adhuc e- 28.
surient: voluptas quam sentimus, nos ad maiorem accendit: atq; ita cum delectatione ad ea, quæ delectant magis, aspiramus. Falsum aũt bonum simul atq; sentitur, eius, nos vanitas, illiusq; fallacia, si sapientes essemus, arceret nos à se. At mente corrupti, & gustu interiori, ad vlteriora tendimus, aliena tentamus, neq; nisi terrena sapientes, veteribus proiectis, noua quærentes, semper esurimus, semper sitimus, semper desideramus. Satagimus impleri, quia sic est vita hominum, vt ad
completiora rapiatur; *sed non saturatur o-* Eccl. 1. 8.
culus visu, nec auris auditu impletur: &, vt alibi ait Salomon. *Non satiantur oculi eius* Eccl. 4. 8.
diuitiis. Non eadem etgò ratione abundantiam quærunt sapiens, & stultus: ille gustato spiritu, cupit bono illo impleri, quod verum expertus est, quod solidum, quod nunquam deficiens, quod tantæ est magnitudinis, vt quotidie possit completius possideri. Iste verò nempè stultus, quia quod quærebat, in quæsitis bonis non inuenit, putat in amplioribus comprehendere: & vacuus vanitatatem quærit, vt impleatur. Abundantiam quærunt hic, & ille. Alter ex plenitudine, alter ex vacuitate. Sapiens ex consolatione, stultus ex mœrore: sapiens quod quærit inuenit, stultus eo minus inuenit, quò plus quærit.

Te igitur, ô stulte, conuenio: laboras, 20.
vt diteris, & abundes: ad quid diuitiæ tantopere exoptatæ? ad quid illa, ad quam aspiras maximè, abundantia? num vt plus labores? vt plus affligaris? vt plus graueris?

certè

certè, vbi opes plurimæ, plurimæ quoq; sunt solicitudines, timores, anxietates, molestiæ Fluunt enim quo affluunt magis, neque sine maximo negotio possunt retineri: & illarum augmentum, nõ emolumentum creat, sed tormentum. Ergò laborans, vt diteris, quærens requiem, & non inueniens, stultus es, & eò stultior; quò manu tenes, & experientia, te vnquã & in diluuio diuitiarum multarum non inuenturum, vbi, vel pes tuus requiescat, nedum sensus multa cogitans, nedum animus optans grandia, nedum homo totus, totus ipse tu, qui vniuerso toto non potes voti tui esse compos, aut repleri, & satiari. Quòd si per labores in laboribus plurimis esse contendis, quis nisi stultus, stultum te, atque stultissimum esse non videat? Etiam *spiritus immundus quærit requiem, ambulans per loca arida, & inaquosa.* Nam in fluctibus ambulatur iugitur, neb vlla est quies, & qui miserè cruciantur in infernò, mortẽ appetunt, vt quiescãt. Omnes omnino qui aduersitatibus concutiuntur, in sola spe requiescunt. Quòd si desperant, appetunt se non fuisse, aut inter mortuos magis cõputari, quàm nõ quiescere. Patientis hæc est querula vox. *Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij? Quarè exceptus genibus? Quare lactatus vberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem.* Dicentes se esse beatos id propterea putant, quòd à laboribus requiescunt. Omnes itaque quærunt requiem. Quin & sapientia ipsa, qua sapientes viuunt, dicit de se. *In omnibus requiem quæsiui.* Tu solus ergò irrequietus, anxius, agitatus, quietis expers, quietis impatiens, quietis immemor, imò, & quietis inimicus, nihil expectas aliud in laboribus tuis, nisi vt labores? excutis requiem à te, vt quiescas nunquam? Vniuersi, vt in aliis insipientes sint, multi in hoc sapientes sunt, quod requiem optant, & vt illã adipiscantur, laborant Tu solus eiusmodi es, vt requiem abhorreas? fugias? detestetis? & stultitia non eris abundans, & superefluens? Quod dicit sapientia. *In omnibus requiem quæsiui.* Sicut intelligitur in omnibus rebus, ita in omnibus hominibus potest intelligi. Quoniam ipsa verè in hominibus omnibus quærit requiem: Ipsa enim omnibus creat hoc desiderium, hunc excitat appetitum? & in hoc solo absunt à sapientia, quod quærentes requiem, non illam, vbi est, inquirunt. Vbi verò? significat id tibi ipsa sapientia. *In ciuitate sanctificata similiter requieui, & in plenitudine sanctorum detentio mea.* Vbi inquam? in sanctitate, ciuitate sanctificata, plenitudine sanctorum. (Sancta intellige sanctuarium, cuius plenitudo erat in his, quæ in illo erant. Nempe arca, altaria, mensa, candelabrum, & suppellex omnis parata ad cultum Dei. Vbi est sanctitudo, ibi est quietudo. Extra sanctitatem requies nulla. Iam ad rem, iam ad stultum, qui adeò stultus est, vt nesciat quoque quid loquatur, nesciat quid operetur, nesciat quid concupiscat; Neque enim non coucupiscere non potest requiem; sed tam angustiis circumseptus est, vt non aduertat in his eisdem, aliud se quam requiem nequaquam exoptare. In quo verè stultus est.

Matth. 12. 43. Luc. 11. 24. Iob. 3. 11. Eccli. 24. 11. Eccli. 24. 15. & 16.

Eia ergò resipiscite insipientes omnes, scientes quod in abundantia cuiuscunque rei sola spectatur requies. Scientes nihilominus, quod non in abundantia cuiuscunque, vita eius est ex his, quæ possidet: & propterea neque requies: & propterea stultus ille vocatus est, & stultitiam suam declarauit mors ei qui dixerat: *Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epulare.* Non ergò qui sic abundat, nisi paupertate abundans est: vt ergó vera abundantia abundantes simus, sapientem audiamus. *Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substãtia pretiosa, & pulcherrima.* Reuocat prius animos nostros sapiens ab auaritia, qua vi, & dolo quis substantiam auget, fundos aggerat, pecúniã cumulare contendit; dicens. *Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum illis: quia rapinas meditatur mens eorum* (ecce violentia) *& fraudes labia eius loquentur* (ec-

Luc. 12. 13. Luc 12. 19. Prou. 24. 3. 4.

tur (eccè dolus.) Hac admonitione præmissa iam docet licitum, ac iustum modum thesaurizandi, propterea quòd ædificatur domus, roboratur, impletur per sapientiam, quæ est timor Domini. Ædificatur domus non materialis quidem, sed quæ est ex filiis, & familia honesta, pacifica, commoda. Roboratur tum, quando firmas mittit radices, vt non facile, vel quoquo modo dissoluatur. Repletur, si bonis abundet, si repleantur cellaria, horrea, caulæ, arcæ: vniuersa denique substantia pretiosa, & pulcherrima, vt verè sint gloria, & diuitiæ in domo ista. Et hoc quidem sapientia valet efficere, efficitq; etiam temporaliter, si non melius aliquid cogitauerit diuina prouidentia. At vera abundantia, quæ est iustitiæ, & illius fructuum, semper consequitur sapientiam, quæ pretiosam confert pulcherrimamque substantiam. O pretiositas! Nescit homo pretium eius. O puchritudo iustitiæ! Hanc non vident, qui oculos habent, & non vident. Hi cupiunt, quod non norunt. Hi sequuntur, quod non assequuntur. Hi ad ea totis anhelant visceribus, quæ non implent, sed instant viscera. Et propterea confundentur inopes, vacui, mendici, cum præterierit tempus, & morientur. Num dicent *Date nobis de oleo vestro?* num cupient merita sapientes coagmentasse? num non confundentur sapientes in tempore malo, & in diebus famis? Confusio etiam nunc operit illos, sed dum sperant in futuris saturari, qui præsentibus decipiuntur, pudorẽ non sentiunt: spes quam habent, & expectatio futurorum vbi desunt præsentia, quandã faciunt in decepta mente repletionem, vt non se aduertant vacuos, sed plenos autument. Veniet tempus, ô cæci, quando spes vltra non erit, nec vera, nec falsa, quando regnabit veritas, quando aperientur oculi cæcorum, quando quæ nunc latent, apparebũt manifesta. Tunc erunt confusi spernente illos Deo, quoniã *cum interiecerint, non jument omnia, neque cum iis descendet gloria eorum* O confusionem! ô pudorem! ô verecundiam!

Matt. 25. 8.

Psal. 48. 18

Prou 118. 6

Fœlix, qui dicit. *Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Qui perspexerit in legem perfectæ libertatis, & manserit in ea, hic beatus in facto suo erit.* Lex vera bona promittit, & concedit. In solo enim Deo docet confidere. *Appone* (inquit Salomon) *cor tuum ad doctrinam meam, vt sit in Domino fiducia tua.* Doceo te, vt in Domino sit fiducia tua. Si me audieris, super Domino initeris, sperabis in Domino. Quis autem vnquam sperauit in Domino, & confusus est? Hæc abundantia perficietur, illi adhærens, qui solus omne bonum est, *qui replet in bonis desiderium iustorum,* qui multiplicat augmenta frugum iustitię nostræ, qui satiat in bonis, & in seipso nos facit esse beatos. Ita dico vobis, hunc tenete: etenim, qui tenuerit eũ, beatus erit Quod nobis concedat ipse beatus. Amen.

Iac. 1. 25.

Prou. 22. 17.

Eccli. 2. 11.

Psal. 102. 5. 2. Cor 9. 10.

FERIA SEXTA, DOMINICÆ PRIMÆ.

CONCIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Ascendit Iesus Hierosolymam. Ioan. 5. *Ostenditur quòd nomen Angeli significatur sanctitas; nomine notionis aquæ, Pasio; & nomine sanitatis, salus animæ: quæ omnia excellenter considerantur allegoricè.*

QVÆ est ista diuersitas (nisi aduersitatem mauis dicere) consonantissima? Vbi homo de terra sistit cœlos, & Angelus & de cœlo mouet aquas? Scimus Iosuë, quem Paulus cum Septuaginta interpretibus, & libro Ecclesiastici, Iesum vocat, solem lunamque suo præcepto firmasse, donec victoriam perficeret contra hostes. Hodiè verò narrat Ioannes, quod *Angelus Domini de cœlo descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aquã. & qui*

1.

Hebr. 4. 8. Eccli 46. 1. Ios. 10. 12.

qui prior descendisset in piscinam, post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Itaque Iosuë æthera firmauit sursum ad expugnandum inimicos, Angelus Domini ferebatur super aquas, vt ille mouerentur ad liberandum infirmos; sed vterque ad Christum vocat & prouocat; ille enim in nomine Iesu, Iesum repræsentabat, qui redemit nos ab inimicis nostris pugnans aduersus eos, complensque victoriam, dum Sol, & Luna steterunt in habitaculis suis, quæ tunc illis ipse præfixit: Angelus verò, figura illius est satis aperta, quando mouens aquam, eum, qui illa primus tinctus fuerat, sanabat à quacunque detinebatur infirmitate: vbi Dominus Iesus per aquam baptismi, aspersam in remissionem peccatorum, omnem pellit languorē, sic vterque nos ducit ad Christum *qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostru, qui sanat omnes infirmitates nostras, qui redimit de interitu vitam nostram.* Factum est signum magnum in cœlo per Iosuë, obediente Deo voci hominis; sed in aquis per Angelum signum æquè magnum apparuit, signans per aquam deleri omnia peccata, eripique hominem ab omni iniquitate, & à potestate tenebrarum. Vnum sanabat Angelus, ex tanta multitudine languentium, cæcorum, claudorum, aridorū, spectantium aquæ motum, innuens quod ad perfectum non adducit lex, & ideò ducit ad perfectum, & consummatorem Iesum, qui perficit omnia quæ locutus est ei Deus. Expugnabat Iosuë hostes corporales, innuens quod verus Iesus, verusque Saluator mundi in medio terræ operatus est veram salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderant nos. Ecce mysterium magnum, quod ideò consideremus.

Ps. 102. 3.

Hebr. 7. 19.

2 In hoc sermone principaliter consideramus, quod Angelus hic, de quo Ioannes loquitur, Christum figurauit. Vbi propterea præmittitur quomodo legalia ad Christum adducebant, deinde statuitur, quod Christus fuerit Angelus, demum ostenditur, quod hic Angelus Christi notabat sanctitatem, & passionem, ac tandem, vim saluandi. De primò ergo dico, quod Angelus iste qui mouet aquam pro sanitate infirmorū, iure mouet etiã mentem nostram pro intelligentia mysteriorum, aperte demonstrans, q̃ antiqua beneficia homines perducebant ad summū benefactorē, qui factus viator pertransiit benefaciendo, & multa bona opera ostẽdendo nobis ex Patre suo, quibus salutem hominibus cõferret, & vitã æternam. Ideo beneficium istud corporalis sanitatis, q̃ certè ad vetus testamentum ex sua imperfectione pertinebat, hominem illum infirmū duxit ad Christū. Nam si infirmos omnes aqua illa sic tacta, & quouis tempore sospites reddidisset, nõ vidisset hic Christum, non bonum hoc de manu illius accepisset, non credidisset in illum, non percepisset ab illo saluberrimū illud documentum. *Ecce sanus factus es, iã noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Rursus si neminem sanaret aqua illius piscinæ, ibi non fuisset multitudo languẽtium, atq; ideo nec homo iste *triginta & octo annos habens in infirmitate sua* Venit ergo Christus: vbi lex non nihil quidem operabatur, sed opus suũ ad perfectum nõ adducebat; Venit (inquã) vt perficiat opus, & q̃ inchoabatur in lege, perficeretur ab ipso, & quod in vmbra ostẽdebatur, & promittebatur, opere iam, & veritate compleretur in nobis, qui secundum spiritum ambulamus. Aqua tunc corpus, aqua nunc, spiritum saluũ facit à quacunq; detinetur infirmitate. Angelus tunc descendebat de cœlo & mouebatur aqua, Angelus iam nostro hoc tempore descendit de cœlo & sacramenta instituit, vim conferens creaturis ad salutem electorum suorum.

Heb. 7. 19.

3 Consequenter dico, quod hic est Angelus testamenti noui iam olim à Deo promissus per Malachiam Prophetam. *Ecce ego* (inquit) *mittam Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quaritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Angelus ante Angelum mittitur; Angelus Domini ante Angelum Domini. *Mittam* (inquit Dominus) *ego Angelum meum, & præparabit viã ante faciem meam.* Quia & ego ipse venturus sum, vt propterea ipse præparet viam meam;

Mal. 3. 1.

meam: ac proinde ſtatim veniet Angelus teſtamenti, qui idem dominator eſt, & Dominus Angelorum. De Ioanne Baptiſta facta eſt promiſſio, qui Angelus dictus eſt propter cœleſtem vitam, quam ſegregatus à peccatoribus egit Angelicè in deſerto, ſed nunquid non & hic, qui verè eſt Angelus per naturam, præparauit viam ante faciem Domini? Ecce aduentus Domini per viam ab hoc Angelo ſibi præparatam. *Aſcendit Ieſus Ieroſolyma: erat autem Ieroſolymis probatica piſcina: & erat ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate ſua: hunc cum vidiſſet Ieſus.* Deſcenſus Angeli de cœlo mouentis aquam, viam fecit ſemitæ euntis Chriſti ad ſanandum infirmum. Ergò Ieſus noſter Angelus teſtamenti eſt. Quomodo verò?

Hebr. 2. 2.

4 Iam ſcimus quòd per Angelos factus eſt ſermo, quem exceptum à Deo, Moyſes populo referebat, nempè lex vetus: quæ data eſt, vt ait Stephanus, in diſpoſitione Angelorum, & ita Angelus ille legis veteris promulgator, & qui in nomine Domini loquens, dicebat. *Ego ſum Dominus:* verè Angelus teſtamenti eſt: ſed quia teſtamenti veteris, ideò nouum expectabatur, quod non iam ab Angelo illo priſco, ſed ab alio ſtatuendum erat, iuxta promiſſionem factam, quod non amplius loqueretur Dominus, id eſt, Angelus in perſona Domini, ſed homo ſimilis Moyſi loqueretur. Hic eſt Chriſtus, qui vt notum ſit, eſſe Legislatorem teſtamenti noui, Angelus dicitur teſtamenti annuncians Euangelium, nam Angelus dicitur ille, qui annunciat aliquid; ideò & ab Angelis accepit teſtimonium. *Videbitis* (inquit) *Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuprà filium hominis.* Si aſcendentes ſuprà, ergò, & deſcendentes infrà, ſuprà (inquam) quia *paulo minus ab Angelis minoratus eſt*; infrà, quia tantò melior Angelis effectus eſt, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.

Act. 7. 53.

Exod. 20. 2

Ioan. 1. 51.
Hebr. 2. 9.
Pſal. 8. 6.
Hebr. 1. 4.

5 Dico tertiò, quod ſi tantus eſt hic noſter Angelus, vt Angeli & de cœlo, & de terra præparent illi viam, nos ſaltem videamus Ieſum ambulantem per hanc viam nouam, conſiderantes myſterium nobis hic propoſitum, quod eſt ſemita Dei noſtri, & Angeli noſtri. Etenim in nomine Angeli apparet ſanctitas; in motione aquæ paſſio; in ſanitate corporis ſalus animæ, primum horum eſt ſanctitas. *Quem pater* (inquit) *ſanctificauit, & miſit in mundum, vt ſanctificaret Eccleſiam: quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Secundum eſt Paſſio, de qua in Pſalmo. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, infixus ſum in limo profundi.* Tertium eſt ſalus animæ, in ſanctitate iuſtitiæ: quæ non ſolum deſignata eſt in corporis ſanitate; ſed & verè cum illa donata eſt homini illi, dicente Domino. *Totum hominem ſanum feci.* Quorum trium ordo eſt congruus. Agnus immolandus, vt eſſet ſine macula oportebat, vt moriens tolleret peccatum mundi non ſuum. Vnde Petrus. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum*; ſi ſanctus non fuiſſet, proprium haberet peccatum, quod ferret moriens; non igitur noſtras portaret iniquitates, atque ideo non ſanctificaret nos ab illis, ac proindè adhuc immundi eſſemus, nunc autem ſancti ſumus, ſi in ſanctitate ſeruiamus illi omnibus diebus vitæ noſtræ. Cum ergò venerit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere, debuit immunis eſſe ab omni peccato, ſic innocens factus eſt nobis ſanctificatio & redemptio. Congruenter igitur eſt Angelus ſanctus, vt mouens aquam, & moriens in Cruce ſaluum faciat populum ſuum à peccatis eorum.

Ioan. 3. 36.
Eph. 5. 26.
Act. 20. 28.
Pſal. 68. 2.
Eccl. 30. 19.
Ioan. 7. 30.
1. Pet. 2. 22.
1. Tim. 1. 15.

6 Ab horum primo inchoantes, quod eſt ſanctitas, breuiter primo tangimus qualis fuerit eius ſanctitas. Secundo tangimus modum, quo nos ſanctificauit. Tertio demum quid à nobis, vt ab eo ſanctitatem aſſequamur, præſtandum ſit. Ad primum accedentes tantam dicimus fuiſſe Chriſti ſanctitatem, vt verè dictus ſit *Sanctus ſanctorum*, quem pater ſanctificauit, quem mater genuit Sanctum. *Quod enim ex te naſcetur ſanctum vocabitur filius Dei*; Dixit Angelus ad Mariam. Sanctitas iſta non tantummodo innocentia eſt, qua dicere poſſit. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* ſed

Dan. 9. 24.
Ioan. 10. 36.
Luc. 1. 35.
Ioan. 8. 46.

Matt.3.15. Heb 13.12. sed impletio est omnis iustitiæ, & plenitudo gratiæ, non ad mensuram sed supra omnem mensuram, & modum. Tanta sanctitas ad hoc venit in mundum, vt sanctificaret per suum sanguinem populum.

Ioan.1.14. Hebr.9.13. Quod vt faceret, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, plenum gratiæ & veritatis:* Carnem assumpsit, non qua inquinatur, sed qua inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, & spiritus.

7 Ecce mysterium vobis dico ad modum sanctificationis exponendum. Infecta est caro in sanguinibus: nam omnes propagati ab Adam ex sanguinibus ex voluntate Rom.15.12 carnis, & ex voluntate viri peccatores cõstituti sunt, quia in illo in quo corrupta est omnis caro, peccauerunt. Caro igitur purIoan.1.14. ganda erat à peccato. Ideò *Verbum caro factum est.* Prudenter Ioannes non homo factus est, sed Verbum caro factum est, dixit, vt specialiter designaret per hanc vnionem carnem potissimum esse sanctifiRom.8.3. catam, vt *Verbum caro factum*: De peccato damnaret peccatum in carne, id est, vt de carne, quæ iam erat peccatrix, & pecca2.Cor.5.21 tum ipsum, damnaretur, & tolleretur peccatum, quod erat in carne: quando Filius Dei in similitudinem carnis peccati apparuit in carne, & in carne mortuus est, factus pro nobis peccatum, id est, hostia pro peccato: qua morte carnis, peccatũ mortuum est; quia damnatum ad mortem, & ita occisum & de mundo sublatum est. Ita caro sanctificauit carnem. Quin magis vbi caro nostra infecta corruperat animam suam, nunc sanctificata sanctificat animas nostras. Sed caro nostra inquinabat spiritum; quando illi coniungebatur. Num ergò Deus, qui spiritus est, non poterit nos Ioan. 1.14 liberare ab omni inquinamento carnis sanctificans etiam ossa nostra? Propterea quia *Deus erat Verbum: Verbum caro factum est*, vnitum videlicet carni humanæ, vt hanc illi sanctitatem impertiret, qua sanctitate posset emundare conscientiam, & spiritum. Verbum hoc Dei, quod est Deus, est Filius Patris & imago, & figura substantiæ eius: & tamen neq; filium neque imaginem appellauit illum Ioannes exprimens incarnationem, sicut neq; hominem dixit qui assumptus est, sed illud dixit Verbum, hanc carnem. *Verbum* (inquit) *caro factum est:* quia Verbum, qua Verbum, quid mentale est, atque spirituale. Appellauit igitur Verbum, vt Deum spiritum nominaret: qui spiritus carni coniunctus est, vt esset corpus spirituale, vera quidem caro sed sancta & corpore, & spiritu; & ita sancta vt spiritu sanctificata spiritum sanctificaret. Ideò enim & caro manens, cibus est animæ, vt adipe, & pinguedine eius repleatur anima nostra; quo cibo viuit, & viuet in æternum. Sic delusa est serpentis astutia, qui ne carnem assumeret Deus ad saluandas animas, carnem hominis esu vetiti ligni studuit contaminare. Egit: prosperatus est; voti sui compos est factus in eo, quòd caro corrupta est, quam corruptionem sic dolis, & suggestitionibus suis auxit in tantum, vt verum esset, Quòd omnis caro corruperat viam suam, & diceret Deus. *Pœnitet me* Gen.6.12. *fecisse hominem.* Quam exultabundus serpens, si gaudii particeps esse posset? Gloriaretur ad hanc vocem Dei, se diuinum consilium atque decretum fregisse, & inane reddidisse, sed qui in parabolis loquebatur, vt audientes non audirent nec intelligerent mysteria regni Dei, sapienter incantauit etiam aspidem istam, & surdam fecit, ne intelligeret quæ dicebantur. *Pœ-* Gen.6.7. *nitet me* (inquit Deus) *fecisse hominem*, id est, agam ego pœnitentiam de peccato suo: eos delebo, qui non pertinent ad carnem, quam assumpturus sum, hos pœnitet me fecisse; & propterea delebo eos. Sed in reliquis consilium meum stabit, & voluntas mea fiet, quia excidere non potest Verbum meum. Et propterea *Verbum ca-* Isa.46.10: *ro factum est, non ex voluntate viri sed ex voluntate Altissimi.* Hic est Angelus, qui Ioan.1.14. descendit de cœlo; cuius descensu mota est aqua, & turbatæ sunt abyssi: quia terra mota est, & cœli, & virtutes cœlorum cum scriptum sit. *Mouebo cœlum & terram, &* Agg.2.7. *veniet desideratus cunctis gentibus.*

8 Vtinam ergo *moueatur mare, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo*, quoniam venit, & quando venit. Vtinam nos simus aqua munda, quam

Psal.97.7.

quam ideò mouere possit sua præsentia Angelus iste sanctus. Vel saltem in eius aduentu mundentur corda nostra, vt possimus stare ante filium hominis, & bona suscipere de manu Domini; ne mala sustineamus. A sanctitate igitur Domini trahamus hoc documentum, vt ipsi sancti simus, quando sanctus venit, vt sanctificentur quotquot recipient eum. Ideò enim misit Angelum ad præparandam viam ante faciem suam; vt doceret, quod in occursum eius non alii debent procedere, quàm Angeli Dei. Ipsi Iacob, qui tantę virtutis fuit, vt luctans tota nocte cum Angelo, non potuerit superari, obuiam fuerunt Angeli Dei, dum rediret in domum Patris sui. Christo dum venit saluare qui se susciperent, occurramus & nos quasi Angeli Dei: nam virgines exierunt obuiam sponso. Virgines enim Angeli sunt terrestres, qui in carne viuentes, non secundum carnem ambulant, expoliantes veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Hinc hortatur Paulus. *Sicut portauimus imaginem terrestris Adam, ita portemus & cœlestis.* A primo Adam accepimus animam viuentem, id est carnem viuam, à secundo Adam accepimus spiritum viuificantem: carnem corruptam dat nobis primus Adam; at verò de secundo est scriptum. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quæ enim conuentio sanctitatis ad corruptionem? Dat ergò secundus Adam Spiritum sanctum. Ille carnem, hic spiritum: Ille corruptionem, id est, carnem corruptam; hic sanctificationem, & incorruptionem, id est, spiritum sanctificationis. Vt mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus.

Gen.6.11. *Gen.32.24* *Gen.32.1.* *Matt.25.6* *1.Cor.15. 49.* *Psal.15.10*

9 Vt igitur discatis exhibere vos mundos, & incorruptos, memores estote, quod quando omnis caro corruperat viam suam, tunc repleta est terra iniquitate, quàm ideò voluit proiicere Deus à facie sua in diluuio aquarum multarum, vt ad eum non approximaret. Sicut enim immundus nemo accedere poterat ad altare Dei: ita incorruptio proximum facit esse Deo. Ne ergò proiiciat nos à facie sua, separemur nos à terra infecta in sanguinib⁹;

Sap.6.20.

Sicut Noë per arcam distinctus est à terra, quæ erat plena iniquitate. Qui autem terræ adhæserunt, plantantes, & ædificantes, hi destructi sunt: nam venit diluuium & tulit omnes. Caro de limo terræ facta ad suam originem naturaliter inclinatur, vt terrena sapiat, quærens quæ sunt super terram. Si sic dimittatur hærere terræ, perimus. Vt igitur abstrahenda de luto fæcis, & ad originem effectricem subleuanda est, nempe ad Deum, qui fecit illam, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, vt si caro de limo originem traheret: nulla alia esset spiritus origo, quàm Deus Pater spirituum. Ac proinde homo quia terra est, in terram reuertitur; quia spiritus, reuertitur ad Dominum, qui fecit illum; audite ô homines vocem clamantis; *Conuertimini filii reuertentes, & sanabo auersiones vestras.* De vultu meo inspirauí in faciem vestram spiritum vitæ, respicite ergò ad Patrem vestrum, leuate oculos vestros ad fontem vitæ vestræ, & quærite faciem eius semper, vt viuatis: nam si auersi fueritis à vita vestra, quæ Deus est, moriemini. Reuertimini igitur in idipsum vndè auersi estis, & ipse sanabit, & viuificabit vos.

Gen.7.7. *Matt.24. 39.* *Gen.2.7.* *Ier.3.22.* *Gen.7.7.*

10 Noë abstractus à terra, ingressus est in arcam iussu Dei, in locum videlicet, quem præparauerat illi Deus, quem Deus custodiebat, quippè qui clausit ostium arcæ, vt se illius custodem testaretur. Arca ergò erat veluti domus Dei, super quâ oculi Dei erant aperti. Hæc operante Deo, qui pluit super terram, separata est à terra; & eleuata est in sublime super omnes montes. Duo ista sunt, quæ facere debemus cum carne nostra. Per arcam diuinæ obedientię à terris separanda est, & ad Deum eleuanda: separatur per mortificationem, eleuatur per sanctificationem in obsequium Dei. O! quot sunt, qui non Deo, sed ventri suo deseruiunt? hi cum carnalibus & gigantibus perduntur, & submerguntur. Quia *qui amat animam suam, viuificans carnem suam, perdit eam. Si vis vitam diligere, & dies videre bonos, diuerte à malo, & fac bonum.* Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Egredere de terra

Gen.6.16. *Rom.16.18* *Ioan.12.25* *Psal.33.15.* *& 1.Pet.3. 10.*

terra tua; Ingredere in aream Dei; Nil cogites aliud nisi obsequium præstare Deo. Si resistit caro, quæ legi Dei non est subiecta, castiga illam & redige in seruitutem. Nō potes illam occidere vt intereat, sed debes mortificare, & castigare vt seruiat, quia ancilla est non Domina.

Matt. 5. 25. Gen. 12. 1. Rom. 8. 7. 1. Cor. 9. 27.

11. Non potuit populus neci Gabaonitas dare propter iusiurandum, sed redegit in seruitutem domus Domini, vt essent in ministerio populi, & altaris Domini, cedentes ligna, & comportantes aquam. *Sic viuant* (inquit Iosuë) *vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cedant, aquasq; comportent in domum Dei.* Sic quoq; viuat caro, vt sit in ministerio, & exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctā, Deo placentem. Populi isti erant Chananæi, de Chanaan verò patre eorum sic fuerat definitum. *Maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis.* Iuxta hoc dixit Iosuë Gabaonitis filiis Chanaan. *Sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cedens, aquasq; comportans in domum Dei mei* Ità caro nostra maledicta est, quia ipsa quoq; terra est, de qua decreuit Deus. *Maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ.* Labore colenda est hæc terra nostra, vt det fructū suum ad viuendū; ligone percutienda, aratro scindenda, cōtinua mutatione versanda, vt nullā requiē habeat caro nostra, sed perpetuò sit in laboribus plurimis, in ieiuniis multis, in frigore, & nuditate. *Si sic carnem mortificaueritis, viuetis.* Sed de aliis Cananæis diuersa fuit sors. Alij interfecti sunt, iuxta præceptū Dei. Alij contra præceptum Dei seruati sunt. Vrbes & possessiones interfectorū possedit populus. Qui seruati sunt, fuerunt illis in scandalum. Nā didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum. vnde incitatus furor Domini contra populum suū, *tradidit eum in manibus inimicorum suorum, & dominati sunt eorum qui oderunt eos.* O sors! quam amara est conditio tua, si fœdus cum carne contraxeris, vt pace cum illa perfruaris, dices quidem, Pax, pax, sed non erit pax: *spinas & tribulos germinabit tibi,* molesta erit adolescentiæ tuæ, importuna superabit te, & ad terram prosternet te, & iugo durissimo subiicet te, & in villam mittet te ad pascendum gregem porcorum. O si carnis miseriam intueri possent carnales homines, quibus ipsa dominatur, dicerent animæ suæ. O anima, quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas? subiiciam te sceptro meo.

Gen. 9. 25. Ios. 9. 23. Gen. 3. 17. Rom. 8. 13. Psa. 105. 35. 40. 41. Ier. 2. 36.

12. Indigna es, quæ admittaris ad pacem, cum pacis sis inimica, pacem frangens, pacis impatiens, menti iugiter bellum mouens. Sic loquere, homo, sic operare: aliqui quomodo potes, cum his, qui oderunt pacē, esse pacificus? & quę pax est hominibus non bonæ voluntatis? Inimica verò semper bellū mouet. Si cedas, nō ideo pax est in terra nostra: quia non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur, nec os vuluæ vnquam dicit sufficit: & regnum intra se indiuisum nescit concordiam, nescit pacē: commoda sunt omnia, ēt viscera eius turbata omnia, & finis illorum mors est, etiā si dederis animæ tuę concupiscentias suas, faciet te in gaudiū inimicis tuis. Qualis pax vbi supergaudent super te inimici tui? vbi hostes tui sunt in capite? vbi Pharao cui seruis, flagellis te cędit? & oneri te subiicit quod portare nō potes? Ergò mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. Ista est Chananæorum pars, quæ interfecta est: Tunc populo suo dat pacem Dominus, hostibus interfectis, sic enim scriptum est. *Pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis.* Nunquam potest pax hominibus esse, nisi carne subiecta, nisi insurgentibus concupiscentię motibus mortificatis, repressis, & quantū possibile est extinctis. Tunc requiescit spiritus; & caro etiam requiescit in spe, si adhuc plene non potest in re, quia per se legi Dei non potest esse subiecta, sed contra voluntatem carnis à voluntate spiritus, per vim, voluntati Dei iugiter subiicenda est, vt more Gabaonitarum Deo seruiat. Sic pace data Iosuë conuocatis vniuersis eos ad seruiendum Deo cohortatus est, qui promiserunt. Domino seruiemus, & Iosuë ad populum. *Testes* (inquit)

Ezech. 20. 37. Eccles. 1. 6. Prou. 30. 16. Rom. 6. 21. Eccli. 18. 31. Col. 3. 5. Ios. 23. 1.

vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum,
Is. 24. 21. *vt seruiatis ei.* Responderuntque: Testes.
Sic igitur viuat caro nostra, vt seruiat Domino, & ad descensum Angeli moueatur; faciens quæ præcipit Deus. *Non moueatur aut circumferatur omni vento.* Erant enim protinus circa pisciniam vt nõ in eam flarent venti, sed *descendebat Angelus,*
Deut. 8. 11. *& mouebatur aqua.* Non sequamur carnis concupiscentias, nõ moueatur ad flatum serpentis, qui est flatus adurẽs, sed ad descensum Angeli, ad voluntatem Dei.
1. Pet. 4. 1. Hoc est quod monet Petrus. *Iam non desideriis hominũ sed voluntati Dei, quod reliquum est, in carne viuat temporis* Hominũ desideria sunt venti flantes de terra & turbantes mare, sed turbetur & moueatur aqua ad motum Dei, vt quot reliquũ temporis est, in carne nostra viuamus Deo, &
1. Cor. 4. 11 voluntati Dei; & hoc cum timore. Qui enim rectè seruiunt illi nõ sunt stabiles; vnde, & Paulus. *Et instabiles sumus.* Si colũnę
Iob 26. 10. cœli contremiscunt, tremunt potestates, cœli cœlorumque virtutes, quantò magis nos seruiemus Domino in timore; & tremore? O fœlicem motum aquæ fluxibilis, hominis corruptibilis, & carnis cõmouibilis. Non sis petra, non sis terra firmata super stabilitatẽ tuã, quia difficilis est terræ motus: sis aqua, quæ facilè à vento circũfertur: sis docibilis Dei; inclina aurem tuã & audi; inclina ceruicem ad iugum Dei; & statim in auditu auris accinge lũbos tuos vt confestim aperias pulsanti, & obtemperes imperanti.

SECVNDA PARS.

13 De passione Christi. ISTA sanctus pro grege ouilis sui certauit vsque ad mortem: ideo enim Sanctus fuit, vt sua passio Deo esset accepta, qui habitat in sancto, & in Sanctis Sanctorum erexit thronum regni sui. In eo autem consurgit duplex tribulatio, vt nobis, qui tribulamur, concedat salutem, & redimat nos à malis, Angelus quidem est, & mouet aquam & in vtroque patitur. Patitur, vt sanctus interiori passione; patitur vt motor aquæ exteriori tribulatione. Interior passio in hoc fuit, ꝙ cũ esset sanctus, vt peccator tamen habitus est. *Nos scimus* (fallaces dicebant, & mendaces Iudæi) *quia hic homo peccator est. Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum nõ custodit.* Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia non solum Sabbatum soluebat, sed etiam patrem eius dicebat Deum. *Nonne benè dicimus nos quia Samaritanus es tu & demonium habes?*

Ioan. 9. 2[illegible]
Ioan. 9. 16
Ioan. 5. 16
Ioan. 8. 4[illegible]

Magna est hæc offensio. Primùm, quia tollit bonum nomen, & dignam existimationem, quæ magnis etiam diuitiis anteponitur. Vnde Salomon in Prouerbiis. *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ, super argentum, & aurum gratia bona.* Idẽ in libro Ecclesiaste. *Melius est nomen bonũ, quàm vnguenta pretiosa.* Odor vnguentorum gratus est, sed gratiosior multò odor bonæ famæ. Sic & vtilior est sentientibus. Propterea alius Sapiens hortatur. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi & magni.* Bonæ vitæ numerus dierũ, bonum autem nomen permanebit in ęternum. Hoc tanto bono voluit Dominus propter nos priuari, vt posset dicere. *Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit.* Mala culpæ sic animam Christi, videlicet ipsum Christum Iesum adeò repleuerunt, vt ad similitudinem inferni propè accederet, vbi nullum est bonũ, sed mala anima, eàq; maxima se ipsum exinaniuit opibus, commodis, quiete, delectationibus, & iis omnibus, quę carnem, & sensum oblectare solent. Proinde & hoc bono, quod mirum in modum in pretio esse consueuit, & á sapientibus cõmendatur, denudauit sese Saluator, qui verè est Rex gloriæ, cui soli debetur honor, & gloria; & cuius solius verus est honor, & gloria, maximus honor, & maxima gloria. Propterea magna offensio, vbi tantũ bonum, tam iniusta, & extrema priuatione sublatum est. Magna miseria fuit sancti Iob, qui cum magnus esset inter omnes Orientales, minimus factus est inter omnes mortales, multa bona sunt ei sublata & multa illata mala, ab altiori statu in ima profundi delapsus. Quis similis tui in gloriosis Domine, qui es splendor paternæ gloriæ?

Pro. 22. 1.
Eccle. 7. 2
Eccl. 42. 1[illegible]
Ps. 67. 4.
Iob 1. 3.

gloriæ? Ergò magna tua deiectio, qui vsque ad turpissimam mortem adactus es.

15 Secundò maxima est hæc offensio, quia tetigit illum dolore cordis intrinsecus, nõ æquè exteriora bona, dum surripiuntur, cruciant animam, nam non æqualis est illorum notitia, nõ æqualis illorum est propensio, nec eadem est in omnibus interioris animi dispositio. Christus probè, & summè vidit quale, & quantum bonum sibi auferretur, quam iniustè, quàm crudeli mente. Nobilissimus eius animus summa erat dispositione aptus ad sentiendos doloris aculeos, quos libera excepit voluntate, nullam vnquam præteriens occasionem patiendi, qui idcirco venit in mundum, vbi infinitæ sunt miseriæ, vbi idonea sunt vniuersa ad molestandum, ad affligendum, ad nocendum. Nec ergo putes, siccis quasi oculis cordis ipsius animam pertransisse torentes istos aquarum multarum, & intolerabilium. Verè tactus est dolore cordis intrinsecus; vere se dolor animo suo refudit vsque ad penetralia; verè, veraciterque dixit. *Tristis est anima mea vsque ad mortem* Non verò hoc euenit ex sola naturali dispositione animi, huiusmodi offensiones refugiẽtis: sed sicut oblatus est, quia ipse voluit, & proindè culpatus traductus, ex probratus; Ità hausit ipse inde secundũ voluntatem suã punctiones harum spinarũ, lacerationes, torsiones, verosque mentis languores, & dolores. Alioqui non vere diceretur. *Verè languores nostros, & dolores nostros ipse portauit* Cur non in aliis quoque recensitis illius pœnis addidit Propheta, vocẽ hanc affirmandi, verè? sed illam tunc demum solummodo vsurpauit, quando languores, doloresque nostros ab illo susceptos commemorauit? Ne forte quis arbitraretur insipiens, ea solum tormenta Dominũ tulisse, quæ exterius infligebãtur. Sed certũ nobis esset, atque persuasum eas maxime pœnas, suppliciaque tulisse, quæ mentem torquent, quæ animum flagellant, quæ in primis cruciant viscera misericordiæ, ac sentientia non minus mala propria quam aliena, vt aliena per propria aboleantur. Hac enim ratione dolores nostros tulit, dum sensit ipse illos in se, illisque nos, in se tolerando, leuaret; & qua nimia charitate præditus erat, veluti fortius premendo sibi ipsi vehementi consideratione, quę exterius infligebantur, applicabat, vt interdum vulnus animum suum profundius penetraret; vt in hac sententia, abstrusoque sensu vere per Prophetam iã dixisset olim. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.* *Matt.* 26. 38. *Isa.* 53. 7. *Isa.* 53. 4. *Ps.* 68. 3.

Tertio, offensionem auget, quod probra, quę falso illi impingebant ad eius crudelissimam necem dirigebãtur. Ideo enim culpabant, vt quasi iustæ morti obnoxiũ, morti adiudicarent. Sic enim Euangelistæ renuntiant, quod illum tentabant, vt caperent eum in sermone, & accusarent eũ. Propterea Pilato suggerebant. *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.* Sic accusabant. *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari.* Sic leuata voce clamabant. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Calumniæ ergo sibi impositæ tum per se affligebant vt noxiæ, tum quia eius intendebant mortem; qua intentione duplici ratione torquerent, & quia occiderent in carne, & quia iustas pœnas moriens dare videretur; atq; suis flagitiis commeritas, debitasque, vt nobilem hoc pacto, teneramque mentem acerbissime vexarent, & quantum erat possibile neci darent. *Matt.* 22. 10. *Io* 18 30. *Luc.* 23. 2. *Io.* 19. 7.

De his suis offensionibus in Psalmo loquitur rogans Patrem. *Non confundantur super me, qui quærunt te, Deus Israel.* Hic quæso sit fructus exprobrationum mearum, vt fideles mei quærentes, & inuocantes nomen tuum, non fic pudefiant super me, vt finis illorum sit sine honore, quia secuti sunt me; quin magis honorificentur à te, quia ministrant mihi. Huius meæ petitionis ecce quam iusta ratio: *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.* Et hoc in tantum, vt etiam fratres mei declinarent à me, ne confusionis meæ participes essent, veluti fratres hominis facinorosi, & merito despecti, & abiecti, & contempti. Sic extraneus factus sum fratri- 17 *Ps* 68. 7. *Ps.* 68. 8. 9

bus meis, & peregrinus filiis matris meæ.
Ij videlicet qui mihi summè deberent esse
10 coniuncti. Quod dixit Propter te sustinui
opprobrium; hoc est; quia zelus domus
tuæ comedit me, & opprobria exprobran-
tium tibi, ceciderunt super me. Summus
honor, qui communiter in terris Deo ex-
hibetur, ille est, quem illi offerimus in
templo sancto suo: vt meritò per Domum
Ezec. 3. 12. Dei, gloria Dei intelligatur. Vnde est il-
la cœlestis vox. *Benedicta gloria Domini
de loco suo.* Gloriam igitur Dei se zelasse
demonstrat dicens. Zelus domus tuæ
commedit me. Quòd verò ait. Opprobria
exprobrantiũ tibi ceciderũt supermẽ; hoc
est. Ego vt meas, accepi exprobrationes
tuas. Ego dolui super te, quòd blasphema-
retur nomen tuum; quod gloria nominis
tui ab hominibus iniquis obfuscaretur. E-
go vt has tuas inhonorationes compensa-
rem, sustinui opprobrium, cõstitui me vi-
rum despectum, nouissimum virorum,
quasi leprosum, & humiliatum. Sicut e-
nim hominum dolores portaui, vt ab ho-
minibus asportarem, ita opprobriis ex-
probrantium tibi me suppossui, vt ea ego
ipse portans longè faceremà te; & sic ap-
pareret gloria tua, & darent tibi creaturæ
tuæ gloriam, & honorem, & benedictio-
Ps. 68. 11. nem. Quod addit. *Et operui in ieiunio a-
nimam meam; & factum est opprobrium
mihi. Et posui vestimentum meum cilium;
& factus sum illius in parabolam.* Hoc est.
Multa bona opera ostendi illis, per quæ
me honorare debuissent, sicut victus, &
vestitus asperitas ab hominibus potissi-
mum suspici consueuit, propter quam
Ioannes Baptista maximæ fuit existima-
tionis; & tamen ego qui tot, tantaque
bona opera operatus sum in eis, irrisus,
illusus, blasphematus, accusatus, con-
demnatus, & reus mortis conclamatus
sum? A quibus vero? ab his qui sedebant
in porta. A iudicibus Israël egressa est
hæc iniquitas, & hoc falsum iudicium.
Cur verò? Quia ebrij sunt vino passionum
suarum, & in peruersis affectionibus suis
profundè sepulti. Qui hoc vinum bibebant;
hi psallebant in me ludentes, illu-
dentes, ridentes, irridentes, loquentes, ob-
loquentes, sanguinem meum sugentes, &
famam meam suggillantes. Hi ebrij hora
tertia linguis suis crucifixerunt me gau-
dentes, & lætantes.

Tu homo, gloriæ cupidus, ne verearis, 19
aut confundaris benefacere: quia gloria
magna est sequi Dominum virtutum. Si
qui autem virtutes culpant, orationes, cõ- Ecc. 23. 3.
muniones, eleemosinas, abstinentiam,
humilitatem, patientiam; dic tu. Hi ebrij
uni. Quis Sapiens se videns ab ebriis irri-
sum doleat, aut velit fieri similis illis, vt ab
huiusmodi hominibus honorificetur? di-
cet magis. Compatiendum est illis, nam Io. 15. 18.
ebrij sunt. *Si mundus me odit, scio, quia
Dominus meus aufert à me opprobrium, &
contemptum, quia mundus priorem illum
odio habuit*; & hoc, *quia de mundo non e-
rat*, quia non cum ebriis, & ludentibus se
miscebat. Ergò confundantur illi, qui bi-
bunt vinum in ebrietate, & non confun-
dar ego, qui sequor Dominum in ieiuniis
multis, & in nuditate, qui operit se ieiu-
nio, & cilicio. Non enim est seruus maior
Domino suo.

Tribulatio, & angustia secunda inuenit 19
eum descendentem in lacum, quasi viuum Ioh. 15. 20.
diglutiens, & in se recipiens, atq; submer-
gẽs. Nã certè submersus est in aquis vehe-
mẽtibus, & angustiis inenarrabilibus. Hoc
est quod etiam in hoc sensu dicit. *Veni in* Psal. 68. 3.
altitudinẽ maris, & tempestas demersit me.
Hoc mare magnũ immensa est tribulatio,
& passio incomprehensibilis. Venit in illã
ipsemet, quia voluit. *Holocaustum, & pro* Psal. 39. 7.
peccato non postulasti. Tunc dixi Ecce venio.
Venio ego nõ per funem tractus sicut ho-
stiæ legales & antiquæ. Ego dixi. Ecce ve-
nio, libens accedo, nõ quasi bos ductus ad
victimam, sed quasi filius obsequens Pa-
tri, tractus in vinculis charitatis, & veni
non secus littus maris, non longè à terra,
veni in altitudinem maris, veni in profun-
dum abyssi, vbi aquæ omnes, sub cœlo
sunt, operuerunt me, vbi sagittæ Potentis
acutæ cõpletæ sunt in me, vbi man° Omni Iob 16. 10.
potentis percussit me, & brachium Domi-
ni dominatum est mihi, & in puluerem
mortis reduxit me, & tempestas demer-
sit me; adeò vt crudelitas insatiabilis ini-
micorum

micorum meorum satiata sit pœnis meis. Ad duo colligit suam passionem, videlicet; *Quod à Patre sit derelictus, & ab hominibus afflictus* De primo dicit, laboraPsal.68.4. ui clamans. *Ad Dominum cum tribularer*
Psal.119.1. *clamaui, sed clamans laboraui; sed sub lingua mea labor & dolor*; labor quidem, quia laboraui clamans: sed non ideò recessit dolor, aut transiuit calix; quia lingua ipsa, quæ clamans rogauit, *vt transiret hora*,
Luc.22.43. libens se commisit Patris voluntati, subdens subdita. *Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.* Lingua ergo & panem doloris sumpsit, & comedit vsque ad saPsal.68.4. tietatem. Ergò *defecerunt oculi mei dum*
Psal.68.21. *spero in Deum meum. Leuaui quidem oculos meos ad Patrem; vndè veniret auxilium*
Isa.63.5. *mihi: sed consolantem me quæsiui, & non inueni.* Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret. Ità defecerunt oculi mei, suspicientes in exIsa.38.14. celsum. Domine vim patior: respondepro me. Quid respondebit mihi cum ipse fecerit? cum ipse percusserit? cum ipse affixerit? cum in me posuerit ipse iniquitates omnium? cum voluerit ipse conterere me? Quomodo defecerunt? extenuati sunt laborantes, vt vltrà intueri non possent altitudinem cœli. Sed & acrius defecerunt; quia auxilium non venit, donec
Psal.21. & Matth. 27.45. & Marc.15. 34. clauderentur in morte, vt non esset vltrà spes in vita mortali. Ecce derelictionem, de qua clamans, & veluti conquerens dicebat: *Deus meus, Deus meus*, vt *quid dereliquisti me.*

20. Alteram suæ passionis partem exprimit
Psal. 68.5. dicens: *Multiplicati sunt super capillos capitis, qui oderunt me gratis: confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè. Quæ non rapui tunc exoluebam.* Multitudo odientium, fortitudo persequentium, iniustitia tribulantium. Tria hęc innuunt, quantus dolor sit futurus in eo, qui tale odium patitur, talem persecutionem, talem tribulationem. Multitudo odientium multitudinem notat passionum atque tribulationum; nam odium omnes compellebat, vt mala infligerent, vt male affligerent, vt pessimè configerent liuore suo carnes eius. Fortitudo persequentium addit dolorum multitudini immensam magnitudinem, vim, vehementiam, acerbitatem. Iniustitia tribulantiũ notat summam dispositionem in tribulato. Odio habuerunt gratis, persecuti sunt iniustè. Iustus itaque perit, & innocens mactatur: si iustus, nullũ obduxit callum iniquitas, quia malum amarum est. Ergo ab omni passione, & dolore immunis est animus delicatus, præ teneritudine innocentiæ, vt vehementius vrãt carbones desolatorij. Ideò erat agnus anniculus, non *Exod.12.5.* minoris ætatis, quando sensus vegeti nondum erant ad plenum; non maioris, ne ijdem sensus iam inciperent obtundi & obdurescere. Ita Dominus Iesus in virũ perfectum, suam produxit passionem, vt validum corpus esset, aptissimumq; ad passiones sentiendas, & tolerandas. Ergò & innocentia ad hoc deseruit, vt dolorum sensus sit vehementior.

Rursus si iustus, volens patitur, & quia 21.
vult offertur. Nõ enim iniustus est Deus, vt iustum innuitum torqueat; quia per peccatũ mors in hunc mundum intrauit: *Rom.5.12.* & iustum æternumque decretum est, vt anima quę peccauerit; ipsa moriatur. Salus autem iustorum à Domino. Si autem *Ezec.18.4.* volens patitur, non ex tristitia, aut ex *Psa.36.29.* necessitate. *Hilarem enim datorem diligit* *2.Cor.9.7.* *Deus.* Ergò ex charitate, Sed qui sic iustus est, non ad mensuram iustus est, sed compos est iustitiæ omnis, vt nihil illi desit in vlla gratia. Et ita vbi nulla iniquitas, nulla est refrigeratio charitatis. Superexcellentissima igitur est charitas eius, adeò vt altitudo maris, & multitudo sonitus aquarum multarum, non valeãt tantam extinguere charitatem, immò neque sui immensi caloris vel vnam scintillam detrahere, vel modicum imminuere. Si *Apoc.1.5.* itaque, quia dilexit nos, lauit nos in sanguine suo, & pro nobis tradidit semetipsum: quantus amor, tantus dolor sit, *Ephes.5.2.* necesse est. *Commendat enim in hoc cha* *Rom.5.8.* *ritatem suam, quod pro impiis mortuus est*; spiritus autem dilectionis non ad mensuram datus est illi. Ergò neque sensus doloris vllo terminatur limite, aut mensura. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies *Eccli.1.2.*

maris,

sæculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum
Sap.11.12. abyssi quis dimensus est? Sed hæc tamen
Ioan.3.34. omnia in mensura creata sunt. Sed ad mē-
Rom.5.5. suram Christo spiritus non est datus, charitas verò per Spiritum diffusa est. Ergò, charitas quoq; sine mensura est immensa æstuimia. O passio Domini nostri Iesu Christi, quanta es, cuius mensura immensurabili charitate mensura-
Psal.105.2. tur. Quis loquetur potentias Domini? Quis explicabit patientiam Christi? Dirigamus corda nostra in charitatem Dei, & patientiam Christi, si fortè capere valeamus, quod neque cœli capere possunt, neque terra. Quam rectè per aquæ motum hæc nobis sanctissima passio figurata est? Terram si fodias, partem vnam moues, immota reliqua remanente. Aquę si partem moueas, tota mouetur. *Cum turbata fuerit aqua.* Dicebat languens. Non pars aquæ, sed *aquo.* Fluctus fluctum ciet. Tota aqua; æquæ omnes, omnis possibilis passio passibilem patientem aggressa est, inuasit, submersit, circumuallit, oppressit. Audi vocem eius: *Circumde-*
Psal 87.18 *derunt me sicut aqua tota die, circumdede-*
Psal.21.17. *runt me simul. Circumdederunt me canes*
Eccli. 51. *multi, concilium malignantium obsedit me.*
10. *Circumdederunt me vndique.*

22. Tam magna si est arbor crucis: certè, & fructus nimius erit in ea, vt vidit Daniel.
Dan.4.9. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Ne*
deterius tibi aliquid contingat Sanasset a-
Aug. epist. qua illa materialis languidum corpus, sed
ad Dona- Christi passio, quam illa figurabat, totum
tist. hominem sanum fecit, quia Passio Domini pretium est orbis terrarum. Passus enim totum orbem redemit. Quia pro omnibus mortuus est. O vtinam vellemus sani fieri, non enim frustra interrogauit hominem Sapientia Dei. *Vis sanus fieri?* quoniam multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, despicientes semetipsos; qui proinde non curant, aut latagunt liberari ab infirmitatibus suis. *Iam noli peccare* (inquit) *ne deterius tibi aliquid contingat.* Ergò quia dominata fuerat iniquitas, dominatur infirmitas. Vtraque simul pulsa est ab Angelo nostro Iesu Christo, qui totū hominem fecit sanum. Tu *vis sanus fieri?* *Eccl.30.15.*
Quis dubitet? Nam melius est corpus validum, quàm census immensus. Sed quæro, si cupis perpetua mentis & corporis sanitate gaudere? si totus *vis sanus fieri?* *Prou.2.14.*
Heù quot sunt, qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus, pessimis? hanc deputāt partem suam lætari, ac gaudere, rem augere, carni obsequi, conformari huic seculo, supergredi in negotio fratrem suum, innocentibus insidiari, voluptatibus inquinari. Hi in cubilibus, & impudicitiis, in cōmessationibus, & ebrietatibus carnem fouent & nutriunt, spiritum negligunt; cor terrenis apponunt thesaurizantes sibi thesauros in terra, de cœlestibus neque cogitantes. His si dicatur. *Vis sanus fieri?* quid poterunt respondere, nisi. *Hominem non habeo, qui mittat me in piscinam?* An tu non es homo? si hominem non habes, neque te ipsum igitur habes, quia tui compos non es: tu nullam super te habes potestatem, sub potestate constitutus tenebrarum, & principis huius mundi, qui te in villam mittit, vt pascas porcos. Vile mancipium diaboli, hominem non habes, qui te in piscinam mittat. Quia Christi dona, & mortis eius beneficium spernis, sanguinem suum pretiosum pollutum ducis & infirmum, quasi nec te lauare possit nec saluare. Estò habeas hominem, qui implicet te negotiis sæcularibus, & dicat tibi. Veni nobiscum, infidiemur sanguini, o- *Prou.1.11.*
mnem pretiosam substantiam reperiemus. At hominem non habes, qui ducat te ad Iesum, vt spiritus saluus sit. Accessit ad eum quidam, petens vt frater suus *Luc.12.13.*
diuideret secum substantiam, sed repulsus est. Temporalia ne quæras ab eo, vt in illis conquiescas, & delectēris; salutem corporis si quæras, animæ salutem specta, vt per bona temporalia transeas ad cœlestia. Tunc clamabis, & exaudiet ipse, qui totum hominem sanum fecit. Clama, ne cesses, & dic. Saluum me fac, vt custodiam mandata tua. Libera me de Æ- *Ps.118.94.*
gypto, vt audiam in deserto legem tuam. *& 134.*
Adiuua me, & saluus ero, & meditabor in *Psal.118.*
iustificationibus tuis semper. Vis sanus fieri 117.

hoc pa-

hoc pacto? non deerit Saluator, præstò erit medicus, qui venit saluum facere quod perierat. Noè cur saluus factus est in diluuio aquarũ multarũ? Quia vir iustus atque perfectus cum Deo ambulauit. Cur cæteri perierunt? cur gigantes gemũt sub aquis? Ideò perierunt, quia nõ habuerut sapientiam, quæ est timor Domini. Time Dominum, & sanitas erit vmbilico tuo, quia benefacit Dominus bonis & rectis corde. Impij verò de terra perdentur, & qui inique agunt, auferentur ex ea. Ergò *si sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Sic state in Domino chariſſimi, vt salui sitis.

Luc. 19. 10. Gen. 6. 9. Iob. 16. 5. Baruch. 3. 27. Prou. 3. 7. Prou. 2. 22. Phil. 4. 1.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ostenditur primò congruens esse, hominem recedentem à summo bono, malo ad quod accedit, puniri. Secũdò, quàm rationabile sit, hominem pati afflictiones illas quæ procul sunt à Deo, cùm ipse procul fiat per creaturarum oblectationes. Et omnia Euangelio accommodantur. In morali inuehitur, contra eos qui salutis desiderium paruipendunt.

1. DOCET Salomon, Dominum delectari in cognitione, & sapientia nostra, eamque tueri, quin & donare, & augere vt sapientior fiat semper homo: contra verò abominari dolosum, qui contrarius sit veritati, ait enim. Oculi Domini custodiunt scientiã, & supplantantur verba iniqui. Scientia verò, qua oblectatur, nõ quæuis scientia est, sed scientia Dei, de qua affirmat Osee Propheta, quòd plus valet, quam holocausta. Hoc ostenditur in hodierna historia Euangelij, vbi suam virtutem Deus ostendit, sæculis præcedentibus sanans quamcunq; infirmitatem ad motionem aquæ in piscina, factam per Angeli descensum de cœlo; nostris autem nihilominus suam facit notam potestatem, dum verbo ipse suo totum hominem facit sanum, qui triginta octo annos habuerat in infirmitate sua; sed amplius per hæc quasi figuras illuminare nos intendit de mysterijs, sub his quasi sub cortice latentibus. Innuens hoc pacto quod per suã passionem saluos nos facit, & redimit ab omnibus malis. Reliquum est igitur, vt ad hæc oculos nostros intendamus, vt digni efficiamus, quos oculi custodiant & intueantur.

Prou. 22. 12. Osee 6. 7.

Vbi duas personas in primis attendamus, Angelum videlicet, & infirmum: quorum ille sanctus erat. Angelus enim erat Domini, descendens de cœlo. Hic autem peccator, cui propterea dixit Dominus. *Ecce sanus factus es, iam noli peccare.* Inter hos, medius intercedit Dominus, Sanctus, & peccator: de illo dicente Apostolo. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Quòd Christus non nouerit peccatum, in hoc stat eius sanctitas, quia innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, in quo Pater sibi bene complacuit. Quòd Deus Pater illum, pro nobis peccatum fecit, hæ sunt iniquitates nostræ super illius dorsum positæ, quibus omnibus ne quidem peccator modò factus est, verum & peccatũ ipsum: non quidem ex se peccator, quia peccatum non nouit, sed aliundè factus, & sic reputatus, tollens peccata mundi. Hic venit in mundum, vbi erat multitudo languentium, cæcorum, aridorum, dicamus magis mortuorum: nam in Adam omnes moriuntur in peccatis suis: Venit autem vt destrueret mortem, illuminaret autem vitam.

2. Cor. 5. 21. Heb. 7. 26. Mat. 17. 5.

2. Propter hoc duo veniunt hic considerãda; Alterum, quomodo iste sanctus descenderet in piscinam, vt sanarentur infirmi; Alterum quid causæ fuit, vt ad sanandos infirmos oportuerit illum in aquas intolerabiles passionem simul introire. Descensus in piscinam est assumptio infirmitatis nostræ, in qua aquæ tribulationum ingressæ sunt vsque ad animam eius; atque ita pœnam tulit peccatorum nostrorum. Vt autem sciamus quarè per passio-

passiones suas, nos à culpis nostris voluerit liberare, decretum illud, quod intra-
Rom.5. 12. uit in hunc mundum per peccatum mors, ad mentem reuocandum est: & illius decreti ratio quærenda est; quæ duplex esse videtur. Primò enim rationabile est, atque rationi congruentissimum, quòd homo recedens à summo bono, malo, ad quod accedit, puniatur. Secundò, qui per delectationes in creatura repertas, à Deo elongatur, consonum est, vt sustineat tribulationes, quæ procul sunt à Deo. Quas rationes cum expenderimus, illicò videbitur, quarè Saluator per pœnarum sufferentiam peccatoribus decreuerit remedium adhibere. Vtile autem valde est, rationes illas considerare; quamobrem, videlicet, iustè peccanti sit attributa pœna. Eas itaque attentè consideremus.

3. A secunda exordientes, quod videlicet tormento torqueatur, qui à rectitudine oblectamento obliquauit. Non enim nisi
Sap.1.13. peccans patitur. *Quoniam Deus mortem*
Ezec.33.11. *non fecit, nec lætatur in perditione viuorum, quin etiam non vult mortem peccatoris, sed magis, vt viuat. Impij autem,*
Sap. 1.16. *manibus, & verbis accersierunt illam*: & æstimantes illam amicam, defluxerunt & sponsiones posuerunt ad illam. Hoc dicit Sapiens. Quia homines delectati in peccati suis, & animo illis irreuocabiliter coniuncti, quasi sponsi cum sponsa sibi ipsis mortis fuerunt causa. Ergò quod homo infirmus sit, hoc est, quia peccator est, & quo plus peccat, eò deterius se habet. Culpæ enim debetur pœna, nam si
Gen. 4.7. malefeceris, statim (inquit) in foribus aderit peccatum tuum. Aderit (inquam) puniens, & affligens, secumque punitionem adducens. Quo docemur ne amicam æstimemus mortem, id est, ne ea,
Prou.23.16 per quæ mors intrat per fenestras nostras, diligamus, aut sectemur, memores illius prouerbij, & saluberrimæ monitionis: Præbe, fili mi, cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Quod est, corde beneuolo & attento ausculta monitiones meas, & diligenter intuere quæ te doceo. *Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.* Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos inuenerit, interficit. Per meretricem, & alienam omnia intelligit, quæ sensum oblectant & illiciunt: vbi casus est frequens, periculosus, & pernicios: sunt enim quasi puteus profundus, & angustus: Profundus, quia profundè peccauerunt, qui vana secuti sunt, & à Deo se quam longissimè distraxerunt: Angustus, vt vix inde se se possint eripere & saluare. Propterea hæc delectabilia sapiens latroni assimilat, qui, quos viderit incautos, crudeliter ficit. Cautè ergò ab hoc te disiunge, nam si incautus incideris in latrones, non te relinquent semiuiuum plagis impositis, sed potius interficient. Æstimantes illam amicam, defluxerunt (dixerat prius Salamon) id est, deciderunt à statu suo, perdiderunt propriam dignitatem, & euanuerunt in cogitationibus suis, & ad nihilum redacti sunt: & nescierunt: nam obscuratum est insipiens cor eorum. *Prou.2.14.*
Dum amicam homines æstimant mortem, & lætantur cum male fecerint: stultitia quidem est gaudium stulto. At qui stultitiam hanc tandem vidit, scriptum *Eccles.2.2.*
reliquit. Dixi in corde meo. Vadam & affluam diuitijs, & fruar bonis, & vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? magnus certè error, pernicios aque deceptio, lætantem, & gaudẽtem mœrorem consequi, & in puncto ad inferna descendere.

Et si hoc sapientis est considerare, quòd 4.
stimulus mortis peccatum est; non enim *1.Corin.15.*
feriret mors, nisi acutam illam, & acu- 56.
leatam, peccatum reddidisset: & quòd per dulces illecebras trahitur homo ad peccatũ; vnde tribulatio & angustia fluit in omnem animam operantem malum. Deniq; quod hoc cum ratione congruit maximè, quo enim magis resarcienda est inordinata delectatio, quàm ordinata pœna? Illicitæ voluptati quid propriè magis debetur, quàm inuoluntariũ tormentum? Num merito comedentes de ligno, *Gen.3.16.*
quod bonum erat ad vescendum, aspectuq; delectabile, non damnati sunt alter ad labo-

ad labores, altera ad dolores, vterque in exilium, vbi terra germinat spinas, & tribulos? Idem sensus, qui oblectatur, etiam passionem sentit. Idem qui peccauit, pœnam soluit. Punitio autem peccato cum sit contraria, vt in supplicio consistat, oportet, quando per delectationem peccatum est. Lætitiam non vetat Deus, quin iubet magis: hoc tantummodo præscribit, vt in conspectu illius capiatur, & gaudeamus in Domino. Ad quod vt animum nostrum erigeret, atq; ad se dirigeret, iussit, vt in quibus gaudendum esset coram illo, de his in primis offerrentur illi primitiæ. Ideò lex postquam de primitiis offerendis dedit mandata, illicò subdit. Et epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ; tu & Leuites, & aduena, qui tecum est. Vbi vides legem velle quod & proximus noster particeps sit lætitiæ nostræ. Sancta ergò & salubris est delectatio, quæ Deum sibi finem statuit, & proximo communicatur. Qui autem à Deo fornicantur, hi ab ipso perduntur, vt quantum fuerunt in deliciis, tantum in tormentis affligantur, sicut de Babylone decretum fuit. Rectè ergò Salomon post supradicta infert. Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffossio oculorum? Nonne his qui commorantur in vino, & studentcalicibus epotandis? Vini proposuit exemplum, quoniam in ipso luxuria est, delectat potatum, & ad inhonestas rursus impellit delectationes. Et quoniam ebrietatem creat, mala tetigit, quæ plurimum inde sequuntur, videlicet, molestiæ, rixæ, casus, confusio. Hæc, & hic contingunt, & quæ post hanc vitam consequutura sunt, apertè designant.

Deut. 26. 11.

Apoc. 18. 7. Prou. 23. 29.

5 Altera huius retributionis, hæc est ratio manifesta. Quòd qui peccat, à Deo recedit, abiens in regionem longinquam. At Deus, qui bonorum omnium auctor est, in se bona omnia continet, & est ipsemet bonum omne; adeò vt nihil boni extrà ipsum possit reperiri. Quæ res cum sit, necesse est prorsus, vt qui Deum derelinquit, expers sit bonorum omnium. Quamuis autem hoc absolutè contingere non valeat, nam & ipse peccator bonum est quoddam à Deo factum, & quæ sunt, bona sunt omnia, extra quæ nihil est, nec quidquam esse potest, vt necesse sit, quidquid est & bonum esse, & in bonis esse. Attamen quoniam ipse sua voluntate peccator à Deo disiunxit, vt Deus ipse illi bonus nõ esset, qui bonus est his, qui recto sunt corde, & cum innocente innocens erit, & cum peruerso peruertetur. Idcircò huic peruerso homini nihil est bonum, quoniam nec ipse Deus illi bonus est, vt merito de quodam homine dictum sit. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.

Psal. 72. 1.

Psal. 17. 26

Si sic ergò malum est ei, quod sit natus, id est, natura ipsa sua malum est illi, quia repleta est malis anima eius, & bona quæcumque illi mala sunt: Audi in Ieremia Dominum promittentem. Si non ambulaueritis post Deos alienos in malum vobis metipsis, habitabo vobiscum. Et infrà. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos, quos ignoratis. Et dixistis. Liberati sumꝰ, eò quod fecerimus omnes abominationes istas. Vides delineatos peruersos homines, qui in peccatis suis sibi bene esse, fallaciter arbitrantur? In malum sibi ipsis certò id faciunt; ipsi sibi mala creãt omnia. Nunquid me ad iracundiam prouocant (dicit Dominus?) Nonnè semetipsos in confusione vultus sui? Ne itaq; Deo ascribas, sed tibi ipsi mala tua, molestias, aduersitates: cur enim Isaias dicit. Vnusquisq; carnem brachii sui vorabit? Quamuis enim de prœliis, & contentionibus mutuis populi loquatur; hoc tamen maximè ad damnatos transferendum est, qui etiam à Salomone inducuntur contra seipsos indignatos, ac dicentes. In malignitate nostra consumpti sumus. *Ergo tam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat* Cum scriptum sit. Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Et dicet omnis populus. Amen. Quid est dicere Amen, nisi confirmare, quæ à Deo statuta sunt? qui verò approbauerunt illa? profecto populus ipsemet, qui illas

6 *Matth. 26. 24.*

Ier. 7. 6.

Ier. 7. 19.

Isai. 9. 20.

Sap. 5. 13.

Deut. 27. 26.

sponte sua subiit maledictiones, legem transiens. Certa est ergò malorum punitio. Videte igitur quomodo cautè ambuletis, ne vosipsi vltronei descendatis in in-
Prou. 24.3 fernum. Et ideò. *Qui cogitat mala facere, stultus est.*

SECVNDA PARS.

7 EX hoc iam posito, quod pœna erat culpa soluenda ac dimittenda, manifestè conficitur, quòd qui saluare venerat peccatores, si consilium decretumq; Dei corrupturus non esset, passione atque tribulatione auferre peccata deberet. Quæ res lege ipsa probatur, quæ iubebat *propeccatis sacrificia offerri, simul remissionem illorum pollicens.* Quid verò hostiæ immolatio? Nonne ostendit, per vnius pœnam, alterius dimitti culpam? Quid enim hostiæ illæ peccassent? Et tamen illarum mors alienorum peccatorum remissionem faciebat. Ergò innocentis passio, peccatorum erat futura salus. Vbi in prima altaris institutione nobile aperitur mysterium.

8 Lata decem verborum lege in monte
Exod. 20.1 sancto, voce delapsa à magnifica gloria, quam postea Deus ipse digito suo scripsit in tabulis lapideis, præceptum hoc suum
Exod. 31.18 singulare Deus explicauit. *Non facietis*
Exod. 20. 23. *Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi.* Quamquam enim statuerit in lege, quam tulerat nè facerent sculptile, repetit tamen, tum vt fortius imprimat, tum vt ableget eos ab occasione faciendi simulacra & ea venerandi, iubens iam nunc, non simpliciter nè faciant sculptile, verum nè faciant Deos argenteos, nec aureos; Facilè enim trahi-
Bar. 6. 3. tur homo rerum pretiositate ad eas venerandas: quem vt vitarent errorem, sedulò moniti sunt tandem à Ieremia, quando fuerant in captiuitatem abducendi in Ba-
Eph. 5. 5. bylonem. Cum autem moneat Paulus, cauendum ab auaritia, quæ est idolorum seruitus; putauerim solitos fuisse homines mundi thesauros suos cogere ex idolis aureis & argenteis, quasi Dij ipsi se se tutarentur, vt non subtraherentur aut diripe-
Gen. 31. 30 rentur. Quamobrem Rachel furata est Deos Patris sui, quos certum videtur illos non fuisse furatam, si non ex auro vel argento essent. Quæ res mihi persuadet, Deum voluisse in primis auertere populum suum ab auaritia, tanquam à radice malorum atque diuinæ legi directè contraria. Quod canens Propheta testatur. *Psal.* 118. 36
Inclina cor meum Deus in testimonia tua, & non in auaritiam. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide. Ait Apostolus. Vt *1. Tim.* 6. videas, quam sapienter legi subdiderat de- 10.
nuo præceptum hoc. Non facietis Deos *Exod.* 31.
argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Propterea enim quoque hic de illis adorandis non facit prohibitionem: sed materiam duntaxat, ex qua faciant illos commemorat, vt intelligamus ad illam potissimum spectasse, ne vehemens esset illecebra ad idola cum facienda tum seruanda & adoranda.

Contra verò iubet. *Altare de terra fa-* 9
cietis mihi. Sic docens, simplicem intui- *Exod.* 20.
tum ad Deum eiusque cultum haberi de- 24.
bere. At verò sicut in Diis aureis auaritiam tollit, sic in altari terreo abstractionem à mundi concupiscentia docet, quod hæc sit compendiosa admodum via ad diuina mandata custodienda. Vnde tales voluit esse Apostolos suos: talis in primis voluit ipse noui testamenti mediator esse perspicuè, vt veniens ad eum princeps mundi, nihil prorsus sui inueniret in illo, & verè non haberet. Verè namq; Verbum *Ioan.* 14.
caro factum, altare est de terra factum: 30.
quoniam veritas de terra orta est, & est *Ioan* 1. 14.
fructus terræ sublimis, & aperta terra ger- *Psal.* 84. 12
minauit Saluatorem; & hac de causa po- *Isai.* 4. 2.
tissimum altare Christus est, quoniam per *Isai.* 45. 8.
ipsum redemptionem habemus peccatorum. In altare autem fiebant sacrificia pro peccatis.

Sed quod caput est, cum in principio legis prohibuisset fieri Deos atque adorari, sui cultum hic docet, modum quemdam instituens illius colendi & adorandi, iubens. *Altare de terra facietis mihi.* Vnaq; *Exod.* 20.
remedium his præbens, qui legem trans- 24.
gressi fuissent; nam in altari sacrificia quoque fiebant ad remissionem peccatorum;

vt quam

vt quam zelotes sit saluris nostræ Deus intentus consideres, qui data lege, etiam illius transgressoribus modum adhibet redimendi illius transgressiones. Simul ergò quod & ad cultum suum, & ad fructum nostrum erat, sapienter instituit. Altare videlicet, vbi eorum facerent sacrificia. Altissimo autem mysterio iubet, vt de terra fiat altare. Quoniam ipse, qui hominem de terra formauerat, homo futurus erat, caro factus, & de terra ortus, vt in hac humo, quæ est homo, esset ipse altare ad Deũ colendum hominemque saluandum. Neque altare esset modo, sed hostia quoque Deo offerenda, ad illum tum glorificandum tum propitiandum. Cuius, si humilitas in eo, quod de terra fieret; in eo quod fieret de lapidibus non sectis, innocentia demonstrabatur; inde videlicet amoto humano opere & artificio, sed integra existente natura, quã opus hominis in principio corrupit. Atque ita duo illa Christi mysteria potissima, videlicet Incarnatio & Passio, hac nobis figura demonstrantur. Primum quidem in hoc, quod iubet Deus. *Altare de terra facietis mihi.* Alterum verò dum dicitur. *Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de lapidibus sectis, si enim leuaueris cultrum super eo, polluetur.* Terreus est Christus, quia veritas de terra orta est. Lapideus, quia posuit faciem suam, vt petram durissimam: quin verè petra & lapis angularis, & quadratus, cuiusmodi erat altare, super quo Iudæi cultrum indignè leuantes, illud polluerunt. Qui culter fuit iste? lege Zachariam, & audies. *Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi. Percute pastorem & dispergentur oues.* Framea, quæ est gladius, & culter, qui est potestas iudiciaria, iuxta quod de potestate scribit Paulus. Non sine causa gladium portat. Nunquid non suscitata est super Christum, quando Pilatus dixit: potestatem habeo crucifigere te? Quam Christus illi de cœlo datam asseruit. Vt verè dixerit Deus Pater: Framea suscitare super pastorem meum. Et quid fuit illa magna persequutio, per quam Dominus Iesus ad tot tantasque passiones adactus est, nisi cultor iste leuatus super eum?

Exod. 20. 25.

Zach. 13. 7

Rom. 13. 4.

Ioan 19. 10

Ad forsan quæres, quomodo potuit cultro isto is pollui, qui est Sanctus sanctorũ? En tibi obiicio Apostolica verba. Quanto magis putatis, deteriora mœreri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit? Si sanguinem istum sanctissimum polluit Christianus, qui in illo sanctificatus est, dum peccat voluntariè; quomodo non illum magis polluerunt Iudæi, qui crudeliter illum fuderunt? qui maledictis persecuti sunt Christum? qui malefactorem appellarunt & seductorem? & condemnauerunt ipsum Iesum reum esse mortis, dicentes. *Morte turpissima condemnemus eum?* Et quid dicit Deus ipse sanctus in Malachia Propheta? *Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis. Mensa Domini despecta est.* Ergò & ipse Deus se pollutum arbitratur, dum polluitur atque despicitur eius altare per indignas oblationes in eo factas. Non ergò polluerunt Iudæi hoc altare, quod est Christus, illi tam indigna imponentes? tam turpia? tam crudelia? ac demum mortem turpissimam? Sicut ergo illi sanctitati non derogant iniquitates, quas in illo posuit Deus, sic neque pollutiones Iudæorum, quibus pollutum ducunt, id efficiunt, vt non sit sanctus, innocens, impollutus. Nunquid vero nomen Domini non est sanctum in se, quod tamen populus polluit in gentibus? *Et ingressi* (inquit) *sunt ad Gentes, & polluerunt nomen sanctum meum.*

10 *Heb. 11. 29*

Sap. 2. 20.

Malach. 1. 7.

Ezech. 36. 20.

Sed quid ibidem ait Dominus, promittens liberationem populi de captiuitate, & eiusdem exaltationem & sanctitatem in terra sua? *Non propter vos ego faciam, domus Israel, sed propter nomen sanctum meũ, quod polluistis in Gentibus. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter gentes, quod polluistis in medio earum.* Ergo pollutio nominis in causa fuit quod illud Deus sanctificaret, sanctificans populum ipsum. Et *effundam* (inquit) *super vos aquam mundam; & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Ergo pollutio altaris nostri, quod est Christus, est

11 *Ezech. 36. 22.*

Ezech. 36. 25.

Tit.2.14. sanctificatio nostra. Qui dedit semet-
ipsum pro nobis, vt mundaret sibi populũ
acceptabilem. En polutio magna. Factus
Gal.3.13. pro nobis maledictum; quia sciptum est:
Maledictus omnis, qui pendet in ligno.
Ecce sanctificatio nostra, Christus nos re-
demit de maledictione legis, vt in gentib⁹
Deut.21.21 benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu.
Gal.3.13. Vbi iam tandem intellige, cur dando Deus
modum construendi altaris sui, verba ista
Exod.20. interposuit: *Veniam ad te, & benedicã tibi.*
24. *Dum facies mihi altare de terra, veniam ad
te factus homo.* Dum de lapidibus, leuans
cultrum super eo & polluens, nõ benedicã
tibi. Sanctus in veritate, pollutus in appa-
rentia & æstimatione. In veritate sanctifi-
cat & in conspectu omnium: propterea
Tit.2.14. Angelus sanctus mouit aquam tribulatio-
nũ, vt sanaret omnes infirmitates nostras,
& redimeret nos ab omni iniquitate, &
mundaret sibi populum. Ecce quomodo
per pœnam erat culpa delenda.

12. Sed hoc distinctius demostratur eisdem
duabus rationibus, quibus ostendimus,
peccantes mœreri supplicia. Quarum al-
tera est discessio à creatore: Altera est de-
lectatio in creatura ex discessione à Deo
bonorum omnium authori. Id sequitur, ꝙ
Eccli.39. dicit sapiens: Vt impijs & peccatoribus
32. bona in mala conuertantur. Quando enim
bonum proprium, quod est eius vita, ma-
lum est illi, ac propterea mori desiderat,
sed incassum; quod aliud bonum, bonum
illi esse potest? Deus ipse, quem volunta-
riè reliquit infœlix, iam non est bonus illi,
sed seuerus, sed aduersarius, sed iudex, vl-
ciscens, cum ipse sibi illũ constituerit ho-
Psal.94.4. stem, & indignationis plenum. *Quoniam
Sap.5.18. verò in manu Dei sunt omnes fines terræ;
propterea accipiet armaturam zelus illius,
& armabit creaturam ad vltionem inimi-
corũ.* Atq; ita pugnabit cum illo orbis ter-
rarum contra insensatos. Hæc est prima
Prou.15.21. causa. Altera est, quòd ideò peccator rece-
dit a Deo, quoniã in creatura delectatur.
Stultitia quippe est gaudium stulto, nã in
vmbra rerũ delectatur, nũ in veritate: sicut
somnians bibit, & cum expergefactus fue-
Isa.29.8. rit, lassus adhuc sitit. *Est enim in vanitate
rerum temporalium non veritas & lætitia,
sed afflictio spiritus.* Qui ergò venit tolle- Eccl.1.14.
re peccata mundi, his duabus vijs statuit
portare dolores peccatorum Prlmum, vt
omnes illi aduersarentur: quando enim
Deum derelinquentium pœnam subiit, à
Deo decens fuit vt ipse derelinqueretur.
Quod quantum supplicium ijli fuerit, ex-
ploratum nobis moriens fecit, dum cla-
mauit: *Deus meus, Deus meus, vt quid* Matth.27.
dereliquisti me. 46.

Quæ derelictio elongatio fuit à salute: 13.
vnde in Psalmo post querimonium dixit.
Longè à salute mea verba delictorum meo- Psal.21.2.
rum. Peccata (inquit) mea; non quæ fe-
ci, sed quæ accepi, in causa sunt, ꝙ Deus
non quiuis, sed Deus meus, quem noui,
quem colo & amo, cuius ego sum, non
vnus tantùm de populo, sed filius de vte-
ro, is me derelinquens elongauit à me sa-
lutem meam, adeò vt ei cum veritate di-
cã. *Deus meus, clamabo per diem, & non ex-* Psal.21.3.
audies, & nocte: & hoc tamen non ad insi-
pientiam mihi, quia non insipienter roga-
ui, sed cum humilitate, cum ratione & af-
fectu. *Quod si Deus dereliquit, quid cæteri?* Psal.21.7.
Ego autem sum vermis & non homo, op-
probrium hominum & abiectio plebis. O-
mnes videntes me, deriserunt me. Tribu- Psal.2.10.
lario proxima est, & non est qui adiuuet.
Circumdederunt me vituli multi, tauri
pingues obsederunt me. Aperuerunt super
me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.
Longũ nimis esset, enarrare quemadmo-
dũ ab omnibus passus sit Dominus, quan-
do & ab his, qui compatiebantur, patieba-
tur. Quin & p̃ter homines cætera omnia.
Passio quidem est hominũ salus. Quidni
ergò quæ ad hominũ ministerium creata
sunt, ea omnia huic addicantur passioni,
per quam saluari & liberati sumus? vincu-
la, flagella, lapides, id est columnæ, spinæ,
ligna, vinum, mirrha, acetũ, arundo, hys-
sopus, terra, aër, vnguẽta, purpura, vestes,
aleæ, gladij, fustes, claui, lancea, mallei, &
quidquid ad affligendum fuisset idoneũ,
nihil prorsus defuit, vt ab omnibus pate-
retur, qui pro omnibus patiebatur, vt ho-
minum saluti inseruirent, quæ in mini-
sterium hominis producta fuissent. Quin
etiam sicut ab hominibus patiebatur, vt
illos

illos ipsos emundaret, haud secus quæ hominis peccato infecta erant, ea ipsa passionem illam efficerent, qua munda facta sunt omnia.

14 Hac via ad tormenta ventum est, quæ oblectamentis opponerentur, quibus homo peccauit. Si enim dilectiones in dextra vltiones efficiunt, & torsiones in sinistra; qui, quæ non rapuerat venit exoluere, is peccantium dulcedines debuit suis amaritudinibus compensare. Quod ipse
Psal. 68. 12 per Prophetam innuerat antè, dicens. *Dederunt in escam fel, & in siti mea potauerunt me acceto.* Hæc est mensa parata in conspectu suo; hic cibus, quo perfecit opus Dei; hic victus, quo vitam suam transegit, ac demum terminauit. Manducauit
Gen. 3. 19. primus Adam eiectus de loco voluptatis *panem laboris*, nempè in sudore vultus sui. Secundus verò Adã manducauit *panẽ doloris*, nõ eiectus de loco voluptaris, sed deie-
Psal. 68. 1. ctus in lacũ miseriæ, & in Oceanũ omniũ tribulationũ. Quæ aquæ intrauerunt vsq; ad animam illius, vt esset dolor eius in cõspectu illius semper, qui pauper fuit & dolens. Ne fortè putares, quòd non fuisset tactus dolore cordis intrinsecus: ideò pro-
Psal. 87. 17 testatur. Terrores tui conturbauerunt me. Si enim vera est sapientis illa sentẽtia. Cor
Eccl. 7. 5. sapientiũ vbi tristitia est. Qualis fuit Christi, qui ipsa sapientia est, tristitia cordis & dolor? Qui terram vidit repletam iniquitate? Quem zelus domus Dei comedit?
Ps. 118. 53. Quem verè tenuit defectio pro peccatoribus derelinquentib. legẽ Dei, blasphemãtibus nomen Dei, illius promissiones irri-
Isa. 1. 6. dentibus & minas, æternamque salutem habentibus pro nihilo? Et gladius, si animã illius pertransiuit, carnem profecto infirmam non dereliquit intactam; adeò vt à planta pedis vsque ad verticem capitis nõ esset in eo sanitas, sed tribulatio & angu-
Iob 6. 8. stia. Numquid illo fortior Iob dicens. *Quis det, vt veniat petitio mea; & quod expecto tribuat mihi Deus? & qui cœpit ipse me conterat, soluat manum suam & succidat me? & hæc sit mihi consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam*
Iob 2. 7. *sermonibus Sancti.* Et absque dubio, si ad tolerandum magis quam Iob Dominus Iesus non fuit paratus ac promptus, neque igitur dolores Christi, illius calamitatẽ superauerunt, & nihil tamen est ad cruciatus Saluatoris, quod de Iob scriptũ est. Egressus à facie Domini, nempè Satan, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsq; ad verticem eius; quia testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Hæc est mystica aquæ motio, quam fecit Angelus de cœlo descendens, vt eius liuore sanaremur.

Qui ergo primus, id est, promptus in 15
piscinam post motionem aquæ descendit, hic sanatur, à quacumque detineatur infirmitate. Tu ergo *vis sanus fieri*? aqua mota te suscipiat: Non poteras tuis passionib. sanari, etiam si viuens in infernum descen-
Ps. 13. 3. & 52. 4. disses. Homo non erat, qui neque alium quemquam posset liberare; propterea
Rom. 3. 23. quod omnes declinauerunt, omnes peccauerunt. Non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Ideò Angelus Domini descendit de cœlo. Angelus (inquam) segregatus à peccatoribus: homo quidem verus, sed in similitudinem hominum factus, qui erant peccatores, propter similitudinem carnis peccati. Et quoniam verus
Heb. 2. 7. Angelus passioni subiici non poterat: iste
Psal. 68. 1. noster paulò minus ab Angelis minoratus
Isa. 53. 4. est, sic descendens in aquas, vt aquæ intrarent vsque ad animam eius, vt verè dolores nostros ferret. Ecce iam saluberrima aqua mota est. Num modo tu solus in terra eris in quiete, expers aduersitatis? non
1. Pet. 2. 21. ità profectò. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Descendit Angelus; descende & tu post motionem aquę, si *vis sanus fieri*, communicans Christi passionibus, sequens illum, te ipso abnegato, tollens crucem tuam. Sed heù vix apparet cohors, vt Christum apprehendat, & discipuli eius omnes fugerunt.
Matt. 26. 56. Parcat illis Deus. Nondum mota fuerat aqua, nondum fuerat infirma caro sanata, & roborata. At post motionem aquæ,
Act. 5. 41. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro homine Iesu contumeliam pati. Tu etiam post motionem aquæ fugis, crucem abhorrens. Profectò si *vis sanus fieri*, illuc intrare

intrare te conuenit, vbi Angelus descendit de cœlo; calicem bibere, quem bibit. Sanator tuus; crucem portare post Iesum. Si lignum vitæ vitam æternam ostendebat, locus deliciarum facilitatem signabat, qua homo institutus potens erat frui gloria cœlesti.

16 At hominem inobedientia tanto bono reddidit vacuum, vt iam sicut labore vitã transigebat temporalem, ita ad æternam, nisi per magnos labores non posset peruenire. Quòd si Christus labore suo redemit nos ab omni iniquitate, non tu tamen absque labore comedes fructus suę passionis, donec redemptionem quoque corporis
Rom. 8.10. consequaris. *Nunc viuit quidem spiritus per iustificationem, quia iustificati sumus à peccato. Corpus autem mortuum est propter peccatum*, quòd quoad pœnam in illo hactenus non est deletum. Nam non adhuc mors dominatur in corporibus nostris,
2. *Ti* 2.3. neque ergo à laboribus ereptum est. *Labora* ergo *sicut bonus miles Christi*, non in remigando, nõ hoc mare magnum arando, non terram colendo, aut negotiis te secularibus implicando; ideò quod hi labores fructus sunt peccati. Labora magis in militia Christi, in sequela Christi, in cruce ferenda, vt Christum imiteris: atque ità vt Christo compatiens simul & glorificeris. O stulti, qui deliciis fruentes huius mũdi, ad complexum se arbitrantur Domini in cœlis peruenire! Ruth, vt à Booz duceretur in sponsam, à socru istam accepit iussionem: *lauare, vngere, & induere cultioribus vestimentis*: Congrua ornamenta illi connubio. Nostro aliq; conueniunt dispositiones, alterius modi preludia; cuiusmodi ornatur sponsus, eiusmodi debet & spõsa decorari. Christus in cruce spinatus, laceratus, afflictus, cruciatus, lassitudine & tormentis ad sitim vsque: Ita & Christianus debet aptari & cõformari. Quin Booz ille oculos in armenta non iniecit, cum esset nox, sed iam antè prænoscens, quod puella hæc mulier esset virtutis, gratũ habuit, quòd non iuuenibus cõiungi vellet, sed hominem iam ætate cõfectum postu-
Ruth 3.10 laret. Dixit enim: *Benedicta es à Domino filia, & priorem misericordiam posteriore supera-*
sti. Quia non es secuta iuuenes pauperes siue diuites. Quod tamen & iussa fecit; certum est, deliberatum est. Placentia opus est linquere, crucem amplecti, mundi florem spernere, Christi crucifixi existimare fructus atque decerpere. O homines, ô Christiani, ô fideles animæ, ad cor stringite hanc recordationem, nempè quòd alicundè, quàm per crucem ad verã sanctitatem non ascendit æternamque salutem.

MORALE.

MVLTITVDO languẽtium in quinque porticibus expectantium aquæ motum, vt est certa significatio communis omnium desiderij, de sanitate & salute, Ità & præostendit, quod huius Angeli descensus in aquam erat desideratus cunctis gentibus. Quæ duo vtinam in Christianis omnibus reperirentur. Salutis desiderium si verè esset in nobis, eò nos conferremus, vbi sperarur salus. Quæ quia in cruce tantum est in qua salus mundi pependit, stant iuxtà Crucem Iesu, qui inuocant nomen Domini. *Omnis* enim *quicũque inuocauerit nomen Domini, saluus erit,* *Ro.*10.13. Verum vbi est ad piscinam multitudo ista languẽtium? Magnus infirmorum numerus, magnus & immensus, & non habet finem. *Omnes* enim *peccauerunt, & egent* *Ro.*3.23. *gloria Dei. Et nusquàm est sanitas. Quoniã* 1. *Cor.*15. *in Adam omnes moriuntur. Infirmitas* enim *haec est mortem.* Sed, ô tantus infirmorum cœtus, *vis sanus fieri*? sed neque me ipsum noui ægrotum esse. Sanus sum, fortis, valens, & nullius egeo. 17

Heu qui infirmus, infirmum se esse non nouit, graui nimium infirmitate laborat; de illo actum est. *Magna infirmitas, cæcitas.* Dixit autem Dominus ad quosdam, qui in se confidebant & dicebant. *Nunquid & nos cæci sumus si cæci essetis, peccatum nõ haberetis; nũc autem dicitis, quia videmus, peccatum ergo vestrum manet.* Et cæcitas quidẽ peccati sequela est & effectus. Ambulauerunt enim, vt cæci, quia Domino peccauerunt; Excæcat enim malitia. Sed is potissimum laborat in extremis, qui cum cæcus sit, se videntem iactat; & cum infirmus sit, 18 *Ioh.*9.40. *Soph.*1.17. *Sap.*2.21.

mus sit, se fortem & validum arbitratur. Et propterea, ô tu, desperata est plaga tua; quis medebitur tibi? Aperi oculos tuos & vide, ô homo, infirmam valetudinem tuã, vt sanitatem concupiscas. Nec te decipiat caro infirma, nec te mundus fallat, qui semper transiens & nutans firmitatẽ nullã habet, nec te diabolus circumueniat, qui
Iob 17. tum verax fuit, quando interroganti Domino: Vnde venis? respondit. *Circumiui terram, & perambulaui eam.*
Apo. 12. 18 Et à Ioanne. Stans, visus est super arenam. Hæc tibi isti promittunt, vim, fortitudinem, sanitatem. Sed certè infirmus es, debilis, & absque fortitudine vadis à facie tribulantis.
Hab. 2. 14. Quid mirum si tot in peccatis moriuntur?
Iob. 14 30. si diabolo, qui mortis habet imperium, tãta subiicitur multitudo, vt *Princeps mundi* ab ipsa veritate dicatur? Heù cur vos asseritis esse videntes? validos? quæ est ruina vestra & mors? Neque expecto hæc, auribus audite, re video. Te peccatorem fateris, annuo. Sed eò rem adducam, vt te plusquàm verbis sanum iactare exploratũ sit. Num peccandi fugis occasiones? Num vitas peccantium Synagogas? Nũ à splendidis conuiuiis declinas? Num horres cõuenticula, vbi offenditur, blasphematur, ignoratur Deus? Num choreas detestaris, tot delictorum causas? Num reiicis negotiationes, quę sine iniquitate minimè possunt exerceri? Num latam nõ calcas viam, quæ ducit ad perditionem, per quam permulti ambulãt? Summa. Num cautè ambulas, vbi periculis referta sunt omnia? Ergò non times, sed amas periculum, propterea, quòd vel te validum arbitraris quasi nequaquam in illo periturum, vel, quod magis puto, mortem non reformidas, neque tibi curæ est illam euadere, neque interim benè vãlere.

19 Quæ causa est, quamobrem non ad piscina iaces, sed per plateas cursaris per vicos, per domos, per deuia, per inuia, per spatiosa, per angusta, quò te fert sensus, quò te impellit appetitus, quo te propensum facit caro, quo te mundus inuitat,
Ruth 2. 2. quo te excitat hostis infernalis? Ruth, spicas collectura, nequaquam passim ac sine delectu putauit quocumque eundum sibi, sed vbicumque (dixit illa) clementis in me patrisfamilias inuenero gratiam, certã conditionem sibi statuit loci quo pergeret, quam etiam, Deo sic disponente, assequuta est. At vos, vel nõ bonam spectatis, vel nullã, sed incautè. Ambulatis quasi insipientes, non quasi sapientes, quærentes non quæ sursum sunt, sed quæ sunt super terram: vt non immerito à sapiente sic dictum. *Cogitatio stulti peccatum est.* Peccatum est (inquã) vt propriè peccatum dicit culpã quia cogitat mala facere, quod qui fecit, ex Sapientis sententia, stultus vocabitur. Et sic peccatũ quoq; pro pœna peccati frequenter in Scripturis solet vsurpari, quoniam cogitatio stulti illũ in ærũnas dat, iniicit in calamitates, neq; vnquam, vel quod cupit, obtinet, vel quod timet, vitat. Sic enim ãb alio sapiente scriptũ est. *Si secutus fueris, non apprehendes: & non effugies si præcurreris.* Heu cuiusmodi mũdus iste est? transit quidẽ continuè, minimè vnquam quiescens; & tanta est eius in hoc suo transitu velocitas & festinatio; vt si tu illius bonorum actus desiderio cõsequaris, etiam currens, etiam volans, nulla tamen ratione possis apprehendere. At si illius aduersa timens, te in fugam dederis, ipse te sua pernicitate prosequetur & tenebit, & his malis afficiet, quæ fugiendo arbitrabaris euitare.

Pro 24. 9. Pro. 24. 8. Ecc. 11. 10.

Vides differentiam stulti & sapientis? 20 stultus, qui peccata cõtemnens, quasi nequaquam sibi obfutura, ea & committit, & pœnarum solutione compensat. Sapiẽs, qui sibi profutura sapienter intendit, ea plurimum assequitur. Ità Ruth clementẽ Ruth 2. 3. inuenit quendam Booz, qui erat homo potens, & magnarum opũ, a quo benignè accepta, collegit spicas, & tandem ab illo in sponsam accepta & filio fœcundata, qui inter patres Christi secundum carnem denique numeratur. O viri ergo ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum, videte infirmitates vestras, quæ sunt iniquitates vestræ, & ad illas nimia propensio: & vbi vos deprehenderitis infirmos, ne vos despectos habeatis; sed curare infirmos. Quòd si in corporali infirmitate vox hæc sapientis est audienda. *Fili in tua infirmi-*

Eccl.38.9. *tate ne despicias teipsum; sed ora ad Dominum, & curabit te.* Quantò magis in ea infirmitate id entendum est, quæ vera est animæ mors prima, quam secunda comitatur vel sequitur? Heu respicite! leuate capita vestra, videte vosmetipsos, curate vosipsos, vosmetà malis sedulo liberate.

21 Si dixeris. *Vires non suppetunt. Qui in-*
Ps.24.12. *spector est cordis ipse intelligit, reddetque homini iuxta opera sua.* Fecit quod potuit paraliticus ipse, se fecit ad piscinam ferri, hominem non habebat, qui post motionem aquæ illum mitteret in piscinam. Sola sibi erat voluntas sanitatis: Hanc Christus vidit, hanc quæsiuit, hanc excitauit dicens; *Vis sanus fieri?* Non ait, plusquam possis, postulat Deus: Non dixit: Quare in piscinam non descendis? Sciebat enim, quod non supperterent vires, nec haberet hominem: id ex infirmitate, hoc ex paupertate. Voluntas non his tenetur vinculis, libera est: hanc potuit habere, hanc medicus noster expetiuit. O vtinam hæc nobis saltem adesset voluntas! Medicus præstò est, si vis sanus fieri. Dum Christus interrogat infirmum, illius oculos ad se
Act.3.4. conuertit, neque enim nisi illum respiciens diceret. *Domine hominẽ non habeo.* Veniat vobis in mentem, quod Petrus & Ioannes claudo dixerit, qui iacebat ad portam templi, quæ dicitur speciosa. *Respice in nos, & ille intendebat in eos.* O respectus, ô intentio, ô inspectio! Hanc, si vis sanus fieri, habeas in Christũ, & hunc crucifixũ.

22 An forte scriptum non est. *Fecit ergò*
Num.21.9 *Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspicerent, sanabantur.* O infirmi, si cupitis salui fieri, respicite & leuate capita vestra, aspicientes in eum, quem confixerunt. Ideò enim exaltatus est, vt posset ab omnibus conspici, vt ad aspiciendum illum leuarent, erigerent oculos, quærentes quæ sursum sunt, non quæ super terram. Ita dico vobis, hũc videre, sic in aquam descenditur, quã ipse mouit. Heu cur non habent Christiani iugiter antè oculos Christum crucifixum? Hæc lux est, quæ venit in mundum, vt, donec durat seculum, Deum conspiciamus ad salutem. In cœlis beati erimus, quia illum videbimus in claritate; hic si illum in obscuritate, salui erimus: ipse enim est via & vita, vtrumque in veritate, quæ mentis oculorum obiectum est. *Vide viã veritatis & via veritatem, & saluus eris.* Ioan.14.6 *Vide vitam, quæ est veritas, & beatus eris, & benè tibi erit in Christo hic & inperpetuum.* Visio, tota merces: visio totum meritum. Merces in luce, meritum in cruce. Quò magis in cœlis vident sancti claritatem eius, eo plus fruuntur, suntque fœliciores. Ergo & qui nunc attentius intuentur illius obscuritatem, eo plus sibi thesaurizant meritorum. Hoc nunc agendum est: hic est sanitas, hic salus, hic sanctitas, quia communicantes Christi Passionibus illarum fructum excipimus abundantius. Hic itaque sit intentio nostra; hoc consilium, hæc meditatio, vt hunc serpentem æneum conspiciamus intentissimè. Cur quæso serpens est? An forte quia dictum est illi. *Maledictus eris inter* Gen.3.14 *omnia animantia & bestias terræ; super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.*

Quod si times maledictionem Christo 23
tribuere, audi legem. *Maledictus omnis* Deuter.
qui pendet in ligno. Quæ maledictio quod 25.
etiam super Dominum Iesum cadat, testatur Apostolus. Ita enim *redemit nos à* Gal.3.13
maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Vt autem à maledicto legis nos redimeret, in se suscipere oportuit legis maledictiones, quæ omnis generis malas tribulationes atque aduersitates complectuntur. Vide illas, si vis, quia longum esset enumerare. Heu mala omnia, plurimque Deuter.28.
alia nobis occulta ceciderunt super hunc 15.
serpentem, qui tamen serpens verus est, sed in similitudinem serpentis: quia, quantumcumque factus sit pro nobis peccatũ, hoc tamen non est nisi propter similitudinem carnis peccati. Verè tamen sumpsit in se & hoc abundantius, legis maledictiones, sic portans peccata nostra in corpore suo. *Tu ergò cõplare, quãta prote sit passus* Deut.28.
in anima, & in corpore. Aufert maledictio 20.
legis bona omnia tẽporalia. Immittet super te
famem

tamem (inquit) *& esuriem, & increpatio-*
22. *nem in omnia opera tua. Immittet mala*
omnia corporalia. Percutiet te Dominus ege-
state, & febri & frigore, ardore, & æstu Ho-
23. *stes illi constituit partes omnes mundi, aërem*
videlicet. Percutiet te aere corrupto. Cœlum
& terrã. Sit cœlũ, quod supra te est, æneum:
25. *& terra, quã calcas, ferrea Homines. Tradet*
te Dominus corruenẽ ante hostes tuos, & sis
semper calumniam sustinens, in corpore, &
33. *in anima afflictiones magnas. Percutiet te*
Dominus vlcere Ægypti, scabie quoque, &
27. *prurigine, vt curari nequeas. Percutiet te*
cæcitate & amentiã, & furore mentis. Hęc
& his similia applicat Lex, quæ nescio an
cuncta euenerint populo scelerato. Sed
certè vniuersa in Christum reciderunt
saltem in virtute, vt deteriora sit pas-
sus, quàm si, vt sonat lex, fuisset ma-
nifestè percussus.

24. O cur homines non hunc serpentẽ con-
templantur, quatenus videlicet est serpens
in similitudine, quatenus maledictus verè
66. passus verè languores nostros portans. Ad
finem maledictionum sic habet lex. *Dabit*
tibi Dominus ibi (id est, in captiuitate) cor
pauidum, & deficientes oculos, & animam
consumptam mœrore. Et erit vita tua quasi
pendens ante te. Erat vita eorum pendens,
quia iugiter sibi mori videbantur, & in cõ-
tinuo erant mortis periculo, quod consi-
derantes deficiebant: sed vita Domini Ie-
su pendentis in cruce erat ante illum con-
tinuè, & dolor eius in conspectu eius sem-
per, vt & diebus & noctibus crucis torsio-
nes amarissimas sentiret, iugiter in mente
crucifixus, semper patiẽs, semper moriẽs,
totus non in parte aliqua solũ serpens ma-
ledictus. At cur Æneus. Respondeat Iob.
Iob. 6. 11. *Quæ est fortitudo mea, vt sustineam? aut*
quis finis meus, vt patienter agam? Nec for-
12. *titudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea*
ænea est. Sit eiusmodi Iob, non tamen cõ-
parandus Christo Domino. At Domini
fortitudo, lapidum fortitudo est, qui asse-
Isa. 30. 7. rit in Propheta. *Posui faciem meam, vt*
petram durissimam. Vides lapidum for-
titudinem eamq; singularem, vt petræ, nõ
cuiuscumque, sed durissimæ, ergó & caro
eius ænea est, id est, sic firma & sustinens,
ac si ænea esset. Hoc te volo meditari, ani-
ma fidelis, vt scias quàm dilecta taber-
nacula tua, in quibus vt habitaret omni-
potens, omnes passiones neglexit & ha-
buit pro nihilo. Hæc sit visio tua.

Sed, & hoc scire te volo, quod in glo-
ria, vbi visio est tota merces vt sit merces
tota, non est animæ dumtaxat pars, sed to-
tius. *Beati diligunt, fruuntur, delectan-*
tur, transformantur, intrant in gaudium,
& gaudio refecti sunt. Ergó & visio ista nõ
oculorum modò sit, sed totius animæ,
mentis, cordis, viriumq; omnium. *Qui, vt* Zach. 12.
decet, *aspiciunt, in quem confixerunt, hi* 10.
plangunt super eum & dolent: sic in aquam
motam intrantes, non partem haurientes,
non intingentes extremum digiti sui in a- Psal. 68. 2
quam istam, non pedem immittentes, sed
infixi in limo profundi, venientes in alti-
tudinem maris, & profundum abyssi pe-
netrantes, Sic, ô Christiani, recogitate
eum, qui talem sustinuit pro vobis aduer-
sus semetipsum contradictionem, vt non Heb. 11. 3.
fatigemini animis vestris, vt sanemini &
saluemini. Accedite ad eum, & illumina-
mini, ne steteritis à longè quasi leprosi; sed Psal. 33. 6.
accedite, vt in proximo videatis. Aperi
oculos tuos, & vide tribulationem Chri-
sti, diligenter attende quod tibi apositum,
quod tibi propositum est. Sta iuxta cru-
cem Iesu corde, oculo, amore: *O Domine*
Iesu, datus in lucem gentium, vt sis salus 1. Ioh. 12. 13
Dei vsque ad extremum terræ, trahe nos ad
te ipsum iam exaltatus, sicut pollicitus es, vt
sit cor nostrum in Cruce, ibi sint semper oculi
nostri, vt videãt, & videntes plangãt, plan-
gentes intueantur. Sic tibi adhæreamus, vt
crucifixi tecum simus mundo, à mnndo
prorsus eleuati, separati & erecti; ostende
nobis faciem tuam, porrige manum, ape-
ri sinum, & introduc nos in absconditum
tabernaculi tui, & in thesaurum cordis tui,
ibi sit abscondita vita nostra, induta pu-
tredine, ac turpitudine mortis tuæ, vt te-
cum emittamus ad Deum spiritum no-
strum, & in illius manus commendemus
animas nostras, illas iam tandem ab eo re-
cepturi cum gloria & honore. Quod no-
bis concedat.

DOMINICA DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ. *Ioan 4.*

ARGVMENTVM.

Ostenduntur necessaria ad salutem assequendam. Quæ requirantur, vt petitiones nostræ effectum optatum sortiantur. Tractatur de petione Samaritanæ. De repletione & eruditione ipsius.

1. QVID mirum, si duo illi Sapientes Salomon, & Iesus Sirach author Ecclesiastici, tam frequentes sint in persuadenda auditione Sapientiæ, vt quasi importuni videantur, quando ipsa Dei sapientia in tantũ se demiserit, vt mutuum misceret colloquium, & solus cum muliere gentili, idololatra & peccatrice, sic libidini exposita, vt post quinq; viros, etiam soluta cum viro vitam ageret inhonestam? testatur Salomon, se parabolas edidisse ad docendam Sapientiam. *Parabola* (inquit) *Salomonis filij Dauid Regis Israel; Ad sciendam sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, iudicium & æquitatem, vt detur parvulis astutia, adolescenti scientia & intellectus. Audiens Sapiens sapientior erit* Ità ostendens, quòd prosit omnibus vacare Sapientiæ, siue parui & adolescentes id est imperiti, siue sapientes sint: nam illi euadent docti, hi verò doctiores. Deinde frequentissimè suadet, vt Sapientiam auscultemus, & addit Sapientiæ commendationem, vt magis illius amore capiamur. Idem facit & alius Sapiens, exordiens à laudibus Sapientiæ. *Omnis Sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est antè æuum.* Et vbique monet ad illam concupiscendam, & amplectendam. At Iesus Filius Dei ità emittit eloquia Sapientiæ suæ, vt exiens de populo Dei, quasi de paradiso, se vbique diffundat ad irrigandam vniuersam terram. Vnde quasi fons paruus in aquas plurimas abundauit, cum muliere loquens, quæ iam pota cœlesti aqua reuersa in ciuitatem dicit illis hominibus. *Venite, & videte hominẽ, qui dixit mihi omnia quæcumq; feci. Numquid ipse est Christus?* Sic Christus mouit gentem illam Samaritanorum, & ad se traxit, vt eo adito liberè confiterentur. *Quia hic est verè Saluator mundi* Id quod ad conuersionem, & fidem orbis vniuersi pertinere ostendit, dicens discipulis suis. *Leuate oculos vestros; & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Ego misi vos metere quod non seminastis.* Nostrũ igitur est hanc diuinã sapientiam excipere, quæ in Euãgelio nos sub persona huius mulieris alloquitur, dicens. *Da mihi bibere: & si scires quis est, qui dicit tibi. Da mihi bibere. Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.*

Prou. 1. 1.

Eccli. 1. 1.

Gen. 2. 10.

Esth. 10.

Vbi in postulatione nostram ostendit 2. salutem consistere. *Forsitan* (inquit) *petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Petitionem autem præcedit scientia, *Si scires* (inquit) *donum Dei; & quis est qui dicit tibi. Da mihi bibere. Tu forsitan petisses ab eo.* Et quoniam instructa mulier de dono Dei, & de eo, qui petierat ad bibendum, protinus postulauit; ideò repleta est aquis, & factus est in ea fons aquæ salientis, & aridam terram Samaritanorum irrigantis. Tria ergò nobis hic sunt attendenda: *Eruditio, Petitio, Repletio.* Nouit, petiit, & repleta est vsque ad satietatem & ebrietatem. Facta sunt autem ad correptionem nostram, & scripta sunt ad instructionem nostram.

Erudiamur ergò audientes Sapientiam, vt simus & ipsi sapientes: ideò Salomon inducit Sapientiam omnes ad se conuocantem. *Sapientia* (inquit) *foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarũ vrbis profert verba sua, dicens. Vsquequò imprudentes odio habebunt scientiam? conuertimini ad correptionem meã.* Vide zelũ Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad

Prou. 1. 20.

1. Tim. 2.

agnitio-

agnitionem veritatis venire. Vbi publicus est concursus, vbi conuenit multitudo, foris, in plateis, in capite turbarum, in portis ciuitatis: vbi ob iudicia, quæ ibi fiebant, vt plurimum erat multitudo magna. Vellet quippè ab omnibus audiri, vellet omnes auerti à mundo & ab ignorantia, & conEccl.51.15. uerti ad correptionem suam. Clamat, multitudini ostendens, quòd stultorum infinitus est numerus, qui oderunt scientiam: clamat, clamitat, leuat vocem suam, exaltat prædicationem suam, vt excitet etiam Isa.42.18. dormientes: *surdi audite, caci intuemini ad videndum.*

3. Quid verò scire nos oportet? *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi.* Quis ignorat quanta gratia, quale priuilegium fuerit huius mulieris, vt *à Filio Dei visitaretur*? vt illius dignaretur alloquio? vt illam compellaret, petens ab ea quidquam? Miratur ipsa, quòd cum Iudæus sit, qui populos Samaritanos abhorrebat, bibere petat ab ea, quæ erat mulier Samaritana. Admirabantur discipuli, quod cum muliere loqueretur, vel quia mulier, vel quia sola, vel quia Samaritana. Sed hæc est iusta & appetenda admiratio, quod Deus Sanctus sanctorum mulieri peccatrici adeò condescendat, vt familiari colloquio ad tantam euehat sanctitatem & sublimitatem, vt præconem constituat sui nominis, Euangelistam suæ fidei, basem quandam pariterque figuram Ecclesiæ suæ. Meritò igitur ipse. *Si scires donum Dei*, gratiam tibi inceptam conferri, præcipuum munus, priuilegium singulare. *Scires donum, si scires quis est*, cuius vides præsentiam, cuius verba sentis, cuius benignitate dignaris. Ergò in primis cognoscendus est Deus, vt cognoscamus in terra viam suam, qua visiPsal.66.3. tauit, & fecit redemptionem plebis suæ, & Luc.1.68. erexit cornu salutis nobis, qui eramus lonEph.2.12. gè sine Deo in hoc mundo, & ita cognosLuc.2.31. camus in omnibus gentibus salutare suũ, quod parauit ante faciem omnium populorum.

4. Hoc est donum, quod, vt sciamus, nobis S. Dauid canendo manifestat. *Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia. Introite in conspectu eius in exultatione: scitote quoniam Dominus ipse est Deus.* Vbi duo. Primùm enim explicat, quæ cognitio debeat ista esse. Secundò probat, quod de illa dixit. Cognitionem istam, primùm vult esse perfectam, & in claritate, & in operatione, & in effectu. Vt sit in claritate excellellens, dicit: Introite in conspectu eius. Nolo vos à longè stare, nec oculos ad cœlum leuare: Introite magis in conspectu eius; *Accedite ad eum, & illuminamini. Intuemini illum*, sed non procul vt Balaam de se prophetat. Intuebor eum, Num.24. sed non propè. Propè magis & de propin- 17. quo, vt clarius videamus. Vt perfecta sit hæc cognitio in operatione, seruite Domino. Ideò enim se Deus nobis manifestauit, vt seruiamus illi in sanctitate & iustitia. Qui astant ante Deum, serui illius sunt ministrantes ei. Sic habet Daniel de Angelis. *Millia millium ministrabant ei, Dan.7.10. & decies centena millia assistebant ei* Sic Regina Saba ad Salomonem. *Beati serui* 2.Par.7. *tui, qui assistunt coram te omni tempore.* Sic mulier Samaritana simul atque cognouit, seruiuit, prædicans aduentum eius, & illius sapientiam illis hominibus. Effectus tandem & cognitionis & claritatis & seruitutis gaudium est & exultatio. *Iubilate Deo: Seruite Domino in lætitia: Introite in conspectu eius in exultatione: omnia gaudenter.* Gaudium istud plenum, implens desiderium nostrum, est aqua viua, à Christo promissa cognoscentibus eum, & petentibus illam. Vide autem quale gaudium Propheta nobis annunciat, magnum profecto, cuius magnitudinem iam non sola Israelitarum capit terra, sed totus mundus capere non potest. Ergò iubilate Deo omnis terra. Cur vero? quia non estis præEph.2.19. terea hospites & aduenæ: quia qui eratis Eph.2.13. longè, facti estis propè, & serui Dei altissimi, vt cum fiducia accedere possitis ad ipsum, & intrare in conspectu eius. Ergo seruite Domino in lætitia. Facti serui eius, introite in conspectu eius in exultatione. Non enim stare ante Deum licet in fletu & planctu. Nolite flere: *Gaudium enim* 2.Esdr.8. *Domini est fortitudo nostra.* Dixit Esdras 10. populo reuerso de captiuitate, dum staret restaurato templo ante Deum.

5. Idcircò & summus sacerdos, qui præ omnibus Deo appropinquabat, non poterat etiã in morte cuiuscunq; valdè coniũcti habitũ lugentis assumere, aut lugubre quidquam præstare. Et certè si quis sciret donum Dei hoc maximum, quo assumpti sumus in populum Dei, facti ciues sanctorum & domestici Dei, gauderet cum tribus Magis gaudio magno valdè. Dixit hoc Deus Pater: *Epulari & gaudere oportebat, quia qui mortuus erat reuixit & qui perierat, inuentus est.* Et quoniam in hac reuersione gentium, quæ ignorabãt Deum, Ierusalẽ ædificatur, vt ciuitas, ideò fundatur exultatione vniuersæ terræ ciuitas hæc Regis magni. Ergò iubilate Deo omnis terra. Lugeat ergò mundus, fleãt peccatores alienati à vita Dei per ignorantiã, quæ est in illis. Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. *Glorietur autẽ frater humilis in exaltatione sua. Sit diues quis, sit magn⁹, sit nobilis, sit sapiens, edat & miracula. Esto, & maligni spiritus subiiciantur illi. In hoc nolite gaudere. Gaudete autem & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælo.* Plenum erit, ac superabundans gaudium hoc, cum datum nobis fuerit introire in cõspectu eius, in excelso solio gloriæ eius. Veruntamen & adhuc quanta est vera cognitio, tantum est gaudium. Tanta autem cognitio quanta seruitus: seruienti enim dicitur. Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. O donum excellẽs! *Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi.* Heu! si donum Dei est, quod possimus introire in conspectu eius, quale donũ est, quantumq; est, quod ipse accedat ad nos, etiam fatigatus ex itinere? quòd prouocet ad salutem? quòd peccatricem mulierem & alienigenam alloquatur? quòd altissima illi pandat mysteria, impleatque aqua sapientiæ salutaris, & sui nominis præconem constituat? Gratiam istam, nemo, qui illum non nouit, quantus sit, potest nosse. Adde quòd etiam hoc pacto ille, qui donat, donum est: seipsum enim præbet nobis. *Nam visitauit nos oriens ex alto panis iste viuus, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, vt verè qui sumus populus eius, simus & oues pascuæ eius.* Vt sciatis ergò donum Dei, scitote, quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos. Apud Hebræos vox, Dominus, est nomen quatuor literarum, quod est veluti nomẽ proprium. Vnde cum esset quæstio num Baal, an Iehoua esset Deus, pro, ositum est ab Elia argumentum sacrificij sine igne. vt is, qui exaudiret per ignem, ipse esset Deus. Vbi cum Iehoua exaudisset, Baal veluti surdo, aut mortuo, sed profectò impotente remanente, clamauit populus: *Dominus ipse est Deus, Iehouah ipse est Deus.* Ergò scitote, quoniam Dominus ipse est Deus. Scitote quis est, qui dicit. *Da mihi bibere,* quoniam ipse est Deus, ipse est Christus: *Hic est verè Saluator mundi.* Et in nullo alio est salus, solus ipse salus nostra. Si ergò *Scires quis est qui dicit tibi,* tunc demũ scires, quòd non saluatur Rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ, fallax equus ad salutẽ, in abundantia autẽ virtutis suæ nõ saluabitur. Ecce oculi Domini super iustos: *Quia hic est verè Saluator mundi.*

6. Promittat tibi caro, promittat mundus, promittat & deceptor Diabolus, mendax & fallax, promittant hi, quòd saluent confugientes ad se, & iurauerint non defuturos in necessitatibus, & in tribulatione: & hoc falso iurabunt, quia quod pronuntiant, præstare non possunt. Hic solus, *hic est verè Saluator mundi.* Quod ergò dicit Psalmus. Ipse est Deus, idem est ac si dicat: *Ipse protector tuus, & merces tua magna nimis sum.* Ad secundum accedẽs Propheta hac ratione probat dictum suũ. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Quasi dicat: *Vis scire, quod hic sol⁹ sit verè Saluator mũdi?* Scito, quòd ipse fecit nos. Magna est in his verbis probandi vis, & euidentia. Sit ergò prima ratio hic clausa. Qui fecit magna, potens est, & parua facere, & minima facere. Magnum enim & pusillũ ipse facit. At magna res est homo, & tam magna, vt à solo Deo fieri possit: solus enim ipse fingit corda hominum, & inspirat in faciem eorum spiraculum vitæ, dans vitam & inspirationem, quin & sine ipso factum est nihil: nam & corpus hominis formauit ipse de

Leu. 10. 6.
Matt. 21. 10.
Luc. 15. 32.
Psal. 46. 2
Eph. 4. 18.
Iac. 5. 1.
Iac. 1. 10.
Luc. 10. 10.
Luc 1. 78.
Ioh. 6. 33.
Psal. 9.
3. Reg. 18. 22.
3 Reg 18. 39.
Psal. 32. 16
Sap 6. 8.
Psal 32. 15.
Gen. 2. 7.
Act. 17. 25.
Ioan. 1. 3.

Gen.2.7. & 21. ipse de limo terræ, & sociam dedit illi mulierem, quam & ipsam ædificauit de costa à se creati viri, vt esset ei auxilium ad procreandam prolem, adeò vt totus homo sit opus Dei, & sis opus Dei, vt *non possit homo, vel capillum suum album facere, aut nigrum.* Mat.5.36.

7 Quàm verò parua alimenta, quando & volatilia cœli, & pisces maris, & vermes terræ his nutriuntur? *Num ergo qui fecit hominem rem magnam, negabit escam rem paruam?* Sed aliter attende. In natura Deus præfecit hominem cunctis animantibus terræ; In esca æquauit illis. In natura faGen.1.27. cienda dicit. *Faciamus hominem, & præsit pisibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis vniuersaque terræ.* In esca verò paranda Gen.1.29. *Ecce dedi vobis omnem herbam virentem, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum.* Vbi primum obserua, q̃ præclaram rem magnificamq; editurus, in qua seipsum, quasi in effigie declararet ac veluti effunderet & multiplicaret, semet alloquitur dicens. *Faciamus.* Quæ locutio quid quæso est aliud, quàm sui ipsius inspectio? *Verbum enim Dei sapientia illius est.* Nihil autẽ intuetur diuinæ oculus sapientię præter diuinam naturam, in qua omnia aperta sunt oculis eius. Et certè sui imaginem effecturus Deus, quem respiceret alium, quàm se, vnde sui ipsius exprimeret similitudinem, quo nihil præstantius in creatis omnibus potest reperiri? At verò vilem producturus rem, id videlicet, quo & homo, & cætera animantia alerentur & constarent, hominem ipsum in primis alGen.1.29. loquitur. *Ecce* (inquit) *dedi vobis.* Vbi rursus obserua, quòd statim post illi collatam præsidentiã super omnia animantia, mensam omnibus, illi videlicet & vniuersis, quibus præsidet, communem apponit, singulosque conuiuas suos exprimit, ac demum ait. Et vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens. Vt & vermes comprehendat, & muscas, minimaque animalcula omnia, in quibus est anima viuens. Sit igitur homo quantumlibet in capite mensæ, & habeat primum accubitum in illa, tamen ad mensam eius veniunt & lacertæ, & mures, & vespertiliones, & bruchi, & cenomia, & schinifes.

Quid igitur gloriaris conuiua serpentium, & aranearum, & eorum, quæ vix ob minimam quantitatem & nimiam paruitatem apparent hominibus, & vt minimum sunt manifesta, nimium molesta sunt illis? Hac ratione probatum est, quod *Deus est Saluator mundi vniuersi.* De qua salute sic olim Propheta canebat. *Homines, & iumenta saluabis Domine:* Psal.35.8. *quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.* Misericordis quidem est, esurientes egenos pascere. Vnde & Dominus pasturus turbam se sequentem dixit. *Misereor super turbam, quia iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Marc.8.2. Hanc misericordiam multiplicat Deus, dum aperit manum suam, & implet omne animal benedictione. Sed num vnam tantum habet misericordiam Pater Deus, quæ vt omnibus viuentibus communis est, multiplex est atque multiplicata? habet profecto maiorem, quam magnificauit facere nobiscum. Multiplicauit quidem misericordiam suam cum natura cõmuni omnium, in quibus est anima viuens. At cum natura humana se gessit excellentius, & magnificauit misericordiam suam cum illa. Multiplicauit nempè etiam ad bruta & viuentia, quæ ignorant eum, manum aperiens & curam suam extendens. Psal.144.16

At illum scientibus altiorem alimoniã, ac cœlestem prorsus prouidit, & hæc est misericordia, quam idem Propheta eodem Psalmo postulat. *Prætende* (inquiens) *misericordiam tuam scientibus te.* Psal.35.8. Quæ verò illa sit idem ante explicauit: postquam enim multiplicem illam communẽ misericordiam recensuit, subdidit immediatè. *Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt: inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Psal.35.8. Hi filii hominum sunt, quos idem Psaltes compel-

Psal. 4. 4. compellat alibi. Filii hominum scitote. Hi sunt scientes Deum, de quibus precatus est. Prætende misericordiam tuam scientibus te. Misericordia verò quam petit, illa est quam prædixit. In tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Quod est dicere. Proteges & pasces, proteges à malis, implebis bonis, vt sit securus à nocentibus,

Ioan 10. 28 satiatus iuuantibus. *Oues enim suæ sic pascuntur ab eo, vt vitam æternam det eis: sic proteguntur, vt non rapiat eas quisquam de manu sua* O pascua! Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Nunquid non est hæc aqua viua, de qua ad mulierem: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam?* O ebrietas! Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. O voluptas! Et torrente voluptatis tuæ potabis eos. O gaudium plenum, gaudium in voluptate, plenum in vbertate & ebrietate! An non ebria & læta mulier, quæ relictâ hydriâ suâ venit in ciuitatem. *Et dicit illis hominibus: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcunque feci. Nunquid ipse est Christus?* Vnde plena & ebria est? quia docuit illam Veritas omnem veritatem negotio aptam; quia Dominus fons vitæ & lux hominum aquâ sapientiæ salutaris potauit illam;

Psal 35. 10 quod pergens docet Psalmus. *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Fons, vnde aqua; lumen, vnde sapientia. Fons & lumen, vnde aqua

Ioan. 3. 16. sapientiæ, & hæc salutaris; *Quia hic est verè Saluator mundi; mundi* (inquam) *illius, quem sic dilexit Deus vt Filium suum vnigenitum daret, in quo est salus, vita & resurrectio nostra, per quem saluati, & liberati sumus.* Qui ergo fecit nos, saluat nos. Nos (inquam) non corpus modo cum iumentis, sed spiritum in primis super iumenta.

Matth 6. 25. & Luc 12. 23. *Nonne anima plus est, quàm esca? & corpus plus, quàm vestimentum?* Ergo, qui quod plus est dedit, non erit illius, quod minus est, auarus: immo, & quod minimum est suppeditat, vt ad prima extollat & optima? corpus nutrit, & animam saliat: *illud seruat, vt hanc beatam, reddat ab vbertate domus suæ.* Hæc ergo sit prima ratio; quod si fecit nos, saluat nos, quandoquidem qui in magnis affuit, non deerit in minimis. Ex quo consequente trahimus aliud excellentius, quod est hominum salus: qui enim salutem tribuit communem etiam brutis, quomodo non magis hominibus, quæ illis est propria, condonabit? Primum igitur consequens rursus, vt ab eo ad altius ascendamus, hac secunda ratione probemus.

9 Secunda ratio. Non est similis Deus homini illi, qui cœpit ædificare, & non potuit consummare: æthera firmauit sursum, & stabiliuit cœlos prudentia, fundauit terram super stabilitatem suam, vt terra in æternum stet; & quæ creata sunt, statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi. Sed omnia, in quibus est anima viuens, necesse est, vt habeant ad vescendum, & indigent cibo. Et ideò Deus pascit illa. *Qui ergò dat escam omni carne, & pullis coruorum inuocantibus eum, nunquid deerit homini, quem fecit ad imaginem & similitudinem suam?* Quod adeo fuit cordi Creatori, vt prius pararet cibum illorum, quàm formaret vitam illorum. Prius enim germinauit terra herbam virentem, & produxit lignũ pomiferum faciens fructum, antequam animalia formarentur. Quin immo quoniam germinantia in terra indigentia sunt virtute cœlorum, mox post germina terræ facta sunt lumina cœli. Et vt appæreret, hæc ad vitam sustentandam esse creata, in arborum creatione nihil expresse dictum est, nisi de fructificantibus. *Germinet terra lignum pomiferum faciens fructum*; vt manifestum esset rerum productionem, vitam spectare viuentium, quibus summè necessarius est cibus: non sic obsequia aliorum lignorum. Præterea obseruandum, quod homini proposita est huiusmodi mensa non solum per creationem, sed etiam per ostensionem. *Ecce dedi vobis* (inquit Deus) *omnem herbam, & omne lignum pomiferum, vt sint vobis in escam.* Poterat sicut & bestiis producere victum, vt per se homo accederet ad illum, sed illum huius sui decreti atq; prouisionis admonere

monere voluit, vt certus esset, sibi nunquam defuturum cibum, quando sciret à Deo hæc ideo creata esse, vt essent illi in escam. Ex qua scientia hanc aliam deduceret, quod ad perfectam ædificationem, sicut cibum prouiderat corporalem, & spiritualē quoq; prouideret, in quo salus est hominis atq; vera consummatio. Alioqui esset quod scribit Sapiens Deum alloquēs: Sap. 9.6. *Si quis erit consummatus inter filios, si abfuerit ab eo sapientia tua, in nihilum computabitur.*

10 Iam ad tertiam rationem accedamus. *Ipse fecit nos sua manu, ipse conseruat nos sua virtute, portans omnia verbo virtutis suæ, quomodo non ergò & ille omnia nobis donauit, quibus ad perfectum adduceretur opus* 1. Cor. 9.9. *manuum suarum. Qui saluat homines & iumenta, non multò magis, quando non est illi de bobus cura, homines iumentis superiores, propria illius salute saluabit?* Et si naturalem omnibus hominibus impertit perfectionem, nō potius suos perficiet electos? Ipse ergò est, qui dat aquam viuam, quâ homo & in hac vita perficitur, & in futurâ valens ad omnia promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Quid verò est aqua ista? de aqua, & per aquam, facta sunt, quæ ad naturam pertinent, vt ex Pe- 1. Petr. 3.5. tro colligimus. *Sed qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum.* Non possunt naturalia perficere hominem, qui ad imaginē Dei factus est, propter quam imaginem, sicut ad superiorem se habet ordinem, sic ad superiora propensionem habet & appetentiam; adeo vt quacumque re, quæ illo minor sit, neque perfici, neq; ideo satiari possit. Cur ergo aquam naturalē homini deputauit, pluuiam quoq; voluntariam illi segregauit? Ps. 67.10. *Communis est illa omnibus gentibus, vt* Exod. 19.12 *habeant ad viuendum super terram.* Hanc Dominus segregauit hæreditati suæ; quæ hæreditas est plebs eius, quæ profecto ex se infirmata est, vt ne quidem tangere possit montem, vbi Deus est, quanto minus in verticem eius ascendere. *At tu Deus super* Psal. 22.2. *aquam refectionis educando plebem tuam, perfecisti eam, ascensiones illi præbens & benedictionem, vt vadat de virtute in virtutem ad videndum Deum Deorum in Sion.*

Nam *qui biberit ex aqua hac, fiet in eo fons* Psal. 83.8. *aquæ salientis in vitam æternam* Aqua igitur ista refectionis & perfectionis perficit hæreditatem Domini, de qua noster Psalmus. *Populus eius, & oues pascuæ eius, in-* Psal. 99.3. *troite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi. Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus. Si populus eius sunt oues pascuæ eius, qui Creator est, ipse & Pastor est. Si autem Dominus regit* Psal. 22.1. *me* (Hebræa habent pascit me) *nihil mihi deerit; si nihil deest, necesse est, vt perfectus sim; quoniam vbi nihil deest, ibi sunt omnia, & omnia bona valde*; & si hoc, nihil præterea potest aut haberi aut desiderari, in quo stet summa perfectio & satietas plena. Quomodo vero nihil deest, aut quarè? quia in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquam refectionis educauit me. Si aliundè portetur fœnum ouibus, ad mensuram portatur, consumpto illo, aliud desideratur. Si exeat mulier haurire aquam, oportet vt iterum veniat haurire, nam sitiet iterum. At in loco pascuæ, & super aquam refectionis perfectio est, quia nihil deest. Ergo populus eius, & oues pascuæ Psal. 99.3. eius introite portas eius, & atria eius. Appropinquate Deo in confessione, in hymnis, in laudibus, quoniam suauis est Dominus. Vbi fluuius aquæ viuæ procedit de sede Dei & Agni. Vbi flumen Dei repletum est aquis, vt repleat vos omni gaudio. Apoc. 20.1. Ibi enim tu Deus parasti cibum illorum; Psal. 64.10. quoniam ita est præparatio eius, riuos eius inebria, multiplica genimina eius, & campi tui replebuntur vbertate, & valles abundabunt frumento. Ita ergo clamantes hymnum dicent. Quis enim non laudet, non confiteatur, non ex gaudio eructet hymnum, vbi nihil deest, vbi vera est, ac plena fruitio omnis boni?

Ecce quàm apertâ demonstratione pro- 13
batum est, quod Dominus ipse est Deus. En quanta vi cohortati sumus, vt illum cognoscamus, vt illi seruiamus, vt ad eum accedamus; quoniam qui fecit nos, perficit nos, replet nos, satiat nos facitque beatos. *Ergo scitote quoniam Dominus ipse est* Psal. 99.3. *Deus.* Ergo populus eius, & oues pascuæ eius, introite portas eius in confessione,

confitentes eum coram hominibus, atque clamantes; *Venite, & videte Dominum Deum, quia ipse est Saluator mundi.* Sed heu! stultitia colligata est in corde plurimorũ; qui habentes oculos non videt; qui sitientes negligunt intelligere quisnam sit, & vbi sit fons aquæ viuentis, sitim in æternum extinguentis. Quid expectatis miseri
Ier. 1. 11. atq; insipientes? Flagella docentia? Virgam vigilantem, quæ somnum excutiat? Isti
Proũ. 22. 15. sunt pueri, de quibus Salomon: *Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam.* Mulier & populus Sichar sapientiam acceperunt de ore Saluatoris. Tu virgam expectas? sed quidem, neque virga fugat stultitiam à corde istorũ. Pueri quidem sunt sensibus, vt paruuli sentiẽtes, sapientes, cogitantes: at non facultate discendi, accipiendiq; disciplinam. Sed inueterati sunt dierum malorum, qui spernunt
Apoc. 9. 2. consilium Dei, quos manet, & quibus apertus est puteus abyssi. Vnde ascendit nõ aqua viua, sed fumus, sicut fumus fornacis magnæ excæcans oculos, vt non videant veritatem, vt concupiscentiâ vanitatis accendantur. Cauete, miseri, ab hoc hiatu terræ, ne vos terra deglutiat. Sapientiam
Prou. 22. 14. audite. *Fouea profunda os aliena. Cui iratus est Dominus, incidet in eam.* O quot absorbet concupiscentia mala? quot inciduntin eam? his certè iratus est Deus.

SECVNDA PARS.

14 *TV forsitan petiisses ab eo.* De cognitione iam diximus. Restat dicere de postulatione. *Tu forsitan petiisses ab eo.* Cognitio petitionem gignit, petitio repletionem. Vt autem petitio eiusmodi sit, quod exaudita repleat, duo in primis habeat necesse est, nempè, quod decet petat, & modo quo decet. *Decens postulet & decenter.* Mulier ista vtrumq; seruauit. Rem desiderabilem postulauit, dicẽs. *Domine da mihi hanc aquã.* Et vbi adorandus esset Deus, voluit edoceri. Modum quoq; appositum adhibuit, mox credens, & reuerenter loquens. Nam vbi prius dixerat: *Quomodo tu Iudæus cum sis* Dixit postmodum. *Domine, da mihi hanc aquam, & Domine, vt video, Propheta est tu.* In primo itaq; q̃ est res petenda, statuitur, quod qui nouit rei magnitudinem atq; præstantiã, facilè mouetur, & tenetur illius desiderio. Quòd si petendo putat habere accessum ad illud q̃ appetit, id petit. Ideò sapientes, quos antea citauimus, laudes coaceruant sapientiæ, vt ad eam excitent concupiscendam. Et Dominus noster *Matth.*
affirmat: *Quod qui inuenit thesaurum, suis* 44. &
distractis omnibus ad illius anhelat acquisitionẽ. Sic, qui pretiosam margaritam inter alias deprehendit, nullum non mouet lapidẽ, vt illam faciat suã, omnibusq; postpositis ac spretis illius solius tenetur desiderio. Et nunc apertè protestatur: *si scires donum Dei* & quis te petit, *tu forsitan petiisses ab eo:* sic facto euenit. Cognita enim virtute aquæ, q̃ semel pro semper extinguat sitim, mox mulier rogat. *Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neq; veniam huc haurire.* Totũ nostrũ malum, defectus est petitionis: Ideò hortabatur Dominus ad pe- *Matt. 7.*
tendum. *Petite, & dabitur vobis.* Sed quia petitio supponit appetentiã, ideò non petimus, quia non appetimus. Sed tamẽ esurimus omnes, & sitimus, & quærim⁹, & pulsamus, & postulamus. Verùm, quæ est peti- *Esth. 5.*
tio tua Esther, vt detur tibi? & pro qua re postulas? Sic facti sumus, vt cibo indigeamus, vt dictũ est: *nobis ipsis non sufficimus;* *Eccl. 13.*
corpus, q̃ corrumpitur, eget restauratione, vt non pereat vsq; ad diem mortis suæ, sed & anima calida non quiescit, donec aliquid deglutiat.

Totum ergò nostrum studium in hoc 15
esse debet, vt sciamus, quid petere debeamus. Ideò prima admonitio sapientiæ est, *Prou. 1. 22.*
vt *qua noxia nobis sunt, nõ appetamus. Vsq;* *quò* (inquit) *paruuli diligitis infantiam? & stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cupient?* Hominẽ prius, ne deceptus suasionibus impiorũ, acquiescere eis, & iret cũ illis, monuerat, ostendens quid mali faciant, & quo fructu. Malũ est auaritia, quia iniustè desiderãtes, quę sua non sunt, animas possidentium rapiunt Sic semitæ (inquit) omnis auari animas possidentium rapiunt. Malum ergò, 19.
malum est desiderium, sacra fames, siti inordinatâ exæstuans, q̃ tanta est, vt ad mala facta impellat, & quærat, vt nõ prępediatur

volun-

voluntas eius, adiutorium simile sibi. Fructum verò pessimæ huius cupiditatis indicat sapiens attestans. *Ipsi quoque cõtra sanguinem suũ insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas.* Et hoc certè, quia finis illorum, qui terrena sapiũt, mors est, & gloria in confusione ipsorũ. Vnde infrà de impiis dicit; quòd ambulant per vias tenebrosas, & de mala muliere, quòd inclinata est ad mortẽ domus eius. *Inclinata* (inquit) *iam ruinas minans, quin & inchoans, vt qui in ea morantur, moriantur.* Rectè ergò reprehendit & culpat eos, qui sibi noxia cupiunt. Hinc & Dominus noster incœpit; nam mulieri suam propinans aquam, illi proposuit, quomodo sibi noxia diligeret & teneret, nempe alienum virũ. *Vade* (inquit) *voca virum tuum.* Nõ habeo (inquit illa) *Scio,* respondit ipsé; *Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir.*

18 Philip. 19. Pro. 2. 13. Pro. 2. 18.

Ergò primus gradus Sapientiæ est declinare à malo, cessare à peccato, nõ vltra delectari cũ alieno, neq; id concupiscere. *Nõ est* (inquit) *tuus vir.* Sic, & de mala muliere dixit Salomon. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea. Vide igitur diligenter si tuũ est, quod cupis, & tenes, quo frueris. Audi veritatem. *Nunc quem habes nõ est tuus vir.* Paulus docet. *Qui cum vxore est, cogitat, quæ sunt mundi.* Quænã verò sunt hęc, nisi terrena, temporalia, corporalia, transeuntia cum mundo? si mundi sunt, vt ait Apostolus, ergo tua non sunt. Tunc videbis, quando in extremis te deserent, non præterea vnquã ad te reuersura. Cum non vestris coniungimini, ò miseri, qui adhæretis pueris alienis, & abeuntes post cãrnẽ alterã, quæ vobis sunt noxia, cupitis. Hinc etiã consequens est, vt ista non satient, cũ nostra non sint; ac proinde quantumcumque coneris illa tibi admouere & agglutinare, ipsa alienum non sequuntur, sed fugiunt ab eo, vt quotidiana docet experientia. Venit enim Diabolus, & rapit de manibus eorum. Venit mundus, & tollit quod suum est. Venit iustitia Dei & nunc substãtiam tuam, nunc animam tuam aufert à te, vt nudus reuertaris, vnde egressus es de corde terræ. Et si non ob aliud, numquid saltem propter hoc noxia non sunt, quia tempus tibi tollunt, quod tuum erat: vt curis sæcularibus intentus non thesauri-zes tibi thesauros in cœlo? At noxia sunt, quia, qui diligit aurum, non iustificabitur. *Qui festinat ditari, non erit innocens.* Quin *& si diues fueris, non eris immunis à delicto. Qui diligit mundum, & ea, quæ in mundo sunt, inimicus Dei constituitur. Nam non est charitas Patris in eo. Qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi, pœnas dabunt in interitu æternas. Qui amat animam suam, perdet eam.* Ergò verè, qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et qui oderunt Sapientiam, diligunt mortem. Numquid ergò hi non sibi noxia cupiunt? Numquid non contra sanguinem suum insidiantur? Numquid non moliuntur fraudes contra animas suas? vt quid ergo diligitis vanitatem ô filii hominum? vt quid quæritis mendacium? *conuertimini ad correptionem meam* (inquit Sapientia.) *En proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Et veritatem guttur meum meditabitur.*

Eccli. 31. 5. Pro. 28. 20 Eccl. 11. 10. Iac. 4. 4. 1. Io. 2. 15. 2. Thes. 1. 8 Ioh. 12. 25. Psal. 105. Prou. 8. 36 Prou. 1. 23. Prou. 8. 7.

Quæremus igitur, quæ prosunt, quæ iucunda sunt, quæ vtilia, quæ pacifica, audientes Sapientiam, quæ dicit: *In viis iustitiæ ambulo, vt ditem diligentes me.* Ambulat ipsa dum nos facit ambulantes. Ait enim. *Ducam te per semitas æquitatis.* Ergo ij ditantur, qui iustitiam colunt, obedientiam tenent, sectantur prudentiam; cum temperantia coniunguntur, qui fortes in fide resistunt Diabolo, mundum derelinquunt, carnem macerant. Hi bibunt aquam viuam, quam profert vitæ fons Dominus noster Iesus Christus: *Quoniam beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Signum quo seruus Abraham senex, & prudens cognouit futuram vxorem sancti Isaac, & Matrem populi Dei, charitas fuit. Dixit enim: *Bibe, Domine mi; quin & Camelis dabo potum.* Absonumne tibi videtur, per virum senem, prudentem, colentem Deum, obedientem Domino suo, promissa seruantẽ, intelligi rationabile obsequium, rationem videlicet, Dei mandata fideliter amplectentem? Quidni vero per Camelos

Prou. 8. 20 Prou. 4. 11. 1. Pet. 5. 9. Matt. 5. 6. Gen. 24. 14

intelligamus sensus corporales? *Charitas ergò satiat totum hominem, vt cor, & caro exultent in Deum viuum.* Saturabuntur ligna campi, & Cedri Libani. Domestica videlicet, & siluestria, pomifera, & infructuosa. *Homines & iumenta saluabis Domine.* Iacob dilectus Rebeccæ filius, *Ipse nobis dedit puteum, & ex eo bibit ipse & filij eius, & pecora eius.* Quid hac abundantia designatur, qua bibunt homines, & iumenta, nisi plena quædam satietas, quæ tanta est, vt potus aqua viua, non sitiat in æternum? *Charitas* ergo; *& gratia Dei est aqua viua, ad cuius ripas ligna virentia edunt fructus suos per singulos menses* Ideo rogat ille. *Viuifica me, & custodiam sermones tuos.* Nam qui manet in charitate, repletur fructu iustitiæ, qua repletione fit vt non esuriat amplius, nec sitiat in æternum. Ergo *beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis; quia gloria & diuitiæ in domo eius.* Non sic vt sitiat, & veniat denuo haurire aquam; sed semel hausta, semper in eo manet, & ideo iustitia eius, id est effectus iustitiæ, qui est saturare panibus, manet in seculum seculi, cuius non deficiunt aquæ, & superabundant panes. Hæc est petitio iustorum, qui quærunt, quę sursum sunt, non quæ super terram.

Psal. 83. 3. *vs.* 103. 15. *Psal.* 35. 8. *Apoc.* 22. 2 *Ps.* 118. 17. *Psal.* 15. 11. 3 9 18

Sed adhuc modus quærendi quærendus est. Qui quærit non quærenda, is neq; quærendi modum tenet, quia nullo modo non quærenda, quærenda sunt. Sic errabant duo illi, quibus dictum est. *Nescitis quid petatis;* quia neque rem tenebant, neque modum. At rem contingit iustam peti, sed non iustè, aut modo congruo. Mulier ista benè postulauit, cui propterea multum datum est. Quando Pater dixit Filio suo, quem ante Luciferum genuit ex vtero suo. *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Nũ preces dum daxat requisiuit ab eo, aut verba? Ad postulationem illam misit, qua factus est lapis in caput anguli Dominus vniuersæ terræ. Quæ vero ista fuit postulatio? *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput angeli.* Si non reprobassent, forte in medio vel in imo parietis statuissent. At dum reprobant, dimittitur tamquam inutilis. At in summis parietibus tandem optimè quadrat; *quoniam à Domino factum est illud mirabile profectò in oculis nostris.* Ecce cur exaltatus, quia reprobatus. Reprobatio, Passio, Crux, Mors, labores manum, dolores sensuum, molestiæ persequentium, calumniæ blasphemantium, & quidquid egit & passus est, vt nos redimeret ab omni iniquitate; totum hoc postulatio est. Esther postulatura salutem ex inimicis, & vindicem malefactorum, non supplicationes modo adhibuit, sed multa præterea. Primum enim in tanto discrimine constituta, vt videret neci destinatam gentem suam, omnes videlicet Iudæos, qui erant in regno Assueri, Ieiuniis se tradit ac precibus cum omni domo sua: *ieiunium indicit, & supplicationes pro se ad Deum, Mardochæo ac reliquis de populo suo.* His armis munita audet contra legem Regis, se oculis illius non vocata offerre, ac præsentare cum capitis periculo. Inde præambulam exponit petitionem, inuitans ad conuiuium. Regale parat conuiuium, in quo, vbi Rex incaluit mero, dixit Reginæ. Quid petis, vt detur tibi? & pro quare postulas? Quæ respondit. Petitio mea & preces meæ, sunt istæ, si Regi placet, vt meam impleat petitionem. Veniat Rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & eras aperiam voluntatem meam. Ità in alterum conuiuium distulit petitionem suam, quam demum obtinuit. Putabas tu paucis prolatis verbis in oratione, & forsan etiam corde dispersо, mente distracta, frigido pectore, plenam petitionem perfeciſſe? sed non est ita. *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna.* Dixit Angelus ad Tobiam. *Ieiunantibus & orantibus;* dixit Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam. *Si scires donum Dei;* quanti sit aqua, quæ procedit de sede Dei & Agni, si quam mirabilia sint opera Dei; Si quanta sit necessitas nostra intelligas: durum non tibi videbitur, quod des omnem substantiam tuam, quod exeas de domo tua, quod manum pedemque præcidas, quod oculum eruas, quod affligas animam, non manducans neque bibens, quòd

Esth. 4. 11 *Esth.* 5. 1. 23 4. 5. 7. *Esth.* 7. 3. *Tob.* 12. 8. *Act.* 13. 2. *Apo.* 22. 1.

quòd suspensus in oratione tollas manus puras, lachrimis riges stratum tuum, immo strato, omnique derelicta commoditate, in montem ascendas, ibique Deum, diu instantissimèque deprecaris. Quid Iudæi post publicatum edictum necis eorum ? In omnibus prouinciis, oppidis, ac
Esth.4.3. locis, ad quæ crudele Regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco, & cinere pro strato vtentibus. Sic, sic fiant postulationes, obsecrationes, supplicationes.

19 Iam tertium punctum prosequamur, quod largitatem Dei continet, qua petentibus postulata concedit. *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Vbi vides quòd certos nos esse vult de exEsth.7.5. auditione, si recte petamus. Si exaudiuit Assuerus Esther petitionem vt promiserat; quanto magis desiderium nostrum
Psal.10.17 exaudiet Dominus; præparationem cordis nostri audiet auris eius ? Vt nos de hoc faceret cercitores; primus prouocat mulierem ad colloquium. *Da mihi bibere.* Promittit se daturum postulanti. *Petiisses, & dedisset tibi*, ac demum postulata concessit, nam repleta aquis cœlestibus, ad illius fidem etiam cæteros cœpit inuitate. *Venite & videte hominem.* Christus ergo, vt fidem nostram confirmet in petendo, prouocat, promittit, profert, quæ signa sunt, quod sitiat. Ideò prouocans dicit. *Da mihi bibere.* Quem vero potum sitiret, euentus declarauit, nempe fidem eius, sanctum desiderium, virtutis propositum, atque sanctitatem. Erat ipse fons vitæ, plenus gratiæ, & veritatis, de cuius plenitudine, vt mulier acciperet, fortiter æstuabat. Ad quod vt illam alliceret sic aggreditur. *Da mihi bibere.* Quod est dicere. *Fac satis desiderio meo, quo, vt te ad desiderandam petendamque salutem excitem, Ego, qui à Deo constitutus sum Saluator mundi, ardenter anhelo. Non quæro vestra, sed vos* (inquit Apostolus.) Non
1.Cor.12.14. potum aquæ frigidæ nunc Saluator quærit, sed vt, quæ erat frigida, fiat huius mulieris anima calida, de qua illud impleaEcc.23.22. tur. *Anima calida, quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat.* Quod certè impletum est, nam ad ignem quem Christus venit mittere in terram, calefacta non deferbuit, donec deglutiuit largè aquam viuam; & repleta est, & factus est in ea, *Fons aquæ salientis in vitam æternam.* Lu.12.49.

Vide ergo prudentiam & charitatem 20
Christi. Quærit suam facere mulierem hanc, vt salua sit. Saluator ipse prius modum nouit, de quo Salomon: *Victoriam* Pro.22.9. *& honorem acquiret, qui dat munera, animam autem aufert accipientis.* Nam qui dat indigenti, ipsum sibi seruum facit, iuxta quod idem ipse Sapiens antè dixerat. *Diues pauperibus imperat, & qui accepit mutuum, seruus est fœnerantis.* Hoc pacto Christus ad se trahere disponit animam Samaritanæ, sibique eam subdere, nempè dans illi munus hoc magnum aquæ viuæ. Quæ est salus ex Iudæis, & ex ipso, cui illa dixit: *Quomodo tu Iudæus cum sis.* At aqua ista non datur nisi sitienti, illamque ardenter desideranti. Opus ergo fuit, Christum in illius corde hanc sitim excitare, eamque calentem reddere atque desiderantem. *Nam Anima calida* Ecc.23.22. *non extinguetur donec aliquid glutiat.* Vt autem calorem istum ignemque accenderet, ab illa sui ipsius petitione exorsus est. *Da mihi bibere.* Quæ verba si superficialiter accipiantur, occasio sunt colloquij, quo Christus suum molitur propositum: si profunde, docent, quod dum potum petit aquæ frigidæ, frigus ab ea intendit pellere vt calefiat; quasi dicat, *excute à te frigus huius aquæ, illamque desine sitire, reiice in me peccata tua, quibus mundum secutæs: nam ego sum, qui tollo peccata mundi.* Ecce cur potum postulat à muliere.

Rursus quod verbis egit cum illa, factis 21
nobiscum frequenter exhibet. *Hic petit, alibi operatur*; illa videlicet subtrahemus, quæ vel inordinate appetuntur, vel ea quoque, quæ necessaria sunt, à quibus tamen non sursum ascendimus in Deum bonorum omnium largitorem, *Exo.17.1. & Num.* vt illis vacui ad ipsum omnis boni inex- 22.2. haustum fontem assurgamus. Propter

hoc enim in deserto populum sitire permisit, vel clamaret ad Dominum, qui eduxit aquam de petra, vt esset exploratissimum, aquam illam à nullo tribui alio quam à Deo, cuius potentia legibus non est ligata naturæ. Quæ ideò aqua typus erat huius, quæ per fidem hausta, facit in hauriente fontem salientem in vitam æternam, id est hæc potata completur in æterna vitâ. Propterea quoniam Moyses, & Aaron, in hac educenda increduli fuerunt, introitu priuati sunt illius terræ desiderabilis, quæ viuentium terram præfigurabat, vt sciat omnis caro, quod qui per fidem ad fontem huius vitæ non accedit, repulsam patietur ab introitu cœlestis patriæ. Habes ergò excitantem Deum ad petendum, ex quo certò concludimus ipsum velle nobis dare; dare (inquam) magna pro paruis, & pro labentibus æterna.

Nu. 20.18.

22 Sed certissimam iam habemus illius promissionem. *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.* Certò si petisses, obtinuisses; dedisset enim ipse tibi aquam, non huic similem, sed nobiliorem & perfectiorem, nempè viuam; viuam, inquam, non quia in motu semper sit, vt flumina, sed quia verè qui illam bibit, viuit. De qua: *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauritet salutem à Domino* Titubat aliquando humana infirmitas, quando magna promittuntur. *Vnde habes aquam viuam?* Inquit mulier. Putabat illa Christum haurire consueto more. Ideò dixit. *Domine neque in quo hauries habes, & puteus altus est: Vnde ergò habes aquam viuam?* Heus mulier, dum aquam viuam pollicetur, non eam intendit, quam tenet puteus, nam qui ex puteo biberit, adhuc sitiet: qui autem ex aqua ista viua biberit non sitiet in æternum. Non ergò animum deponas, si funem, si hydriam non vides in manibus pollicentis, nam sicut spiritualis est & cœlestis, ità spiritu & habetur & hauritur. O quot sunt, qui diuinam potentiam suis cogitationibus metiuntur! Huiusmodi erant qui dicebant. *Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ. Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? certò iam & panè dederat iuxta promissum: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. Nam vespere ascendens coturnix cooperuit castra, manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum*: de quo Moyses. *Iste est panis, quem dedit vobis Dominus ad vescendum Biberunt quoque de petra aquam procedentem* Iuxtà quod canit Propheta: *Et de petra melle saturauit eos.* Et visa tamen tanta Dei potentia ac prouidentia, dicunt adhuc: *Numquid Deus poterit parare mensam in deserto?* Et ad debilitandam eius virtutem subinferunt. *Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ: Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?* Non magnum est aquam præbere, non hinc sequitur, quod & panem possit dare.

Pro. 8.35.

Pf. 77.19.

Exo. 16.12. Exo. 16.15. Nu. 20.11. Pf. 80.17. Pf. 77.19.

Sed heus tebelles, cur aquam modo recensetis? cur non & carnium, & mannæ mentionem facitis, quæ illius fortitudinem protestantur? signum certè ingrati animi. Propterea, & carnes cupiebant non pro vna hora tantùm, sed in longa tempora. Manna, non vt panem habebant, dicentes magis: *Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Et vt incredulí aquam tantùm referunt. Ideò iratus est & indignans exaudiuit eos, præbens illis carnes mensę integro. Sed adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus. Et ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plagamagna nimis. Non sic euenit huic mulieri, quæ Christi personam non nouerat, ac Dei potentiam nondum fuerat experta, neque inordinatè concupiscebat, vt populus. Nam & illi pepercit Deus, quoniam fame concitatus & siti, murmurauit: At quando fastidiens cœlestem alimoniam, carnium flagrauit desiderio, iratus est furor Domini valdè; Sed & Moysi intoleranda res visa est. Ecce quid facit inordinata concupiscentia, dum se putat fieri quod cupit, malum sentit concupiscentiæ suæ. Vnde Salomon. *Qui seminat iniquitatem, metet mala & virga iræ suæ consummabitur.* Quod dicit de ira, intelligè & de concupiscentia; nam ira ortum à con-

23

Nu. 21 5. Nu. 11.33.

Nu. 11.4.

Pro. 22.8.

concupiscentia habet, & quæ videbatur baculus ad sustentandum, fit virga ad flagellandũ & consummandũ. Sanctè igitur petamus, & nõ erit nobis oratio in peccatum; sed in auxilium & gaudium.

14. Iam factis propositum confirmemus. Quod daturus sit Deus, quę petimus, inde conficimus, quòd idem ipse prouocat ad petendum, quod pollicetur daturum se nobis. At verò dum præbet postulata, testimonia sua credibilia facta sunt nimis. Videsis mulierem postulantem: *Domine, da mihi hanc aquam*: exaudiuit *Vade* (inquit) *voca virum tuum*. Quid est hoc quæsò? Aqua ista, vt viuificet, mortẽ pel-
Rom. 5.12. lit, quæ per peccatum ingreditur in hunc mundum & in quemlibet peccantem. Ergò pœnitentiam præmittit iniquitatum. Hinc orsus est Saluator, sic trahens illam ad dicendum. *Virum non habeo*, vt demum reuelet illi turpitudinem suam, quam non inficiatur ipsa, sed liberè confitetur, dum respõdet, *Domine, vt video, Propheta es tu*. Ac demum Christum prædicans, peccata sua non erubescit confiteri. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcũq; feci: Numquid ipse est Christus?* Aqua ista splendida sicut crystallus speciẽ reddit vultus intuentis, quasi speculũ, vt seipsum norit, & videat, quam vilis factus sit, iterans vias suas, denigrata facie eius super carbones, vt ita turpitudinẽ suam intuens, sibi ipsi displiceat, caueatque in posterum ab iniquitatibus, vt de illo verificetur,
Ieb. 5. 24. quod scriptum est: *Visitans speciem tuam non peccabis*. Quin & illos, ad quos peruenit aqua ista nedum illuminat, verum & lauat; eorum quippe oculos lauat vt videant, vultum vt splendeat. Et quod primum est, à notione & lotione sui eleuat ad cœlestium cognitionem & claritatem. Et enim mulier hæc suæ iniquitatis admonita, Christum non iam Iudæum appellat, sed Prophetam. *Domine* (inquit) *vt video Propheta es tu*. Hinc ad altiora consurgens de diuino cultu satagit edoceri, sic exordiens: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt*, &c. Ex quo fit digna, vt quomodo in spiritu & veritate adorandus sit Deus, à Veritate doceatur. Ac demum inferẽs; *Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus*. Audiat vocem illam dulcissimam. *Ego sum qui loquor tecum*. O aquam viuam, ô salutarem sapientiam, ô veram certamq; salutem, quæ ex Iudæis est, & quam is donat, *qui est verè Saluator mundi*. Videsnè exauditam mulieris orationem? vides impletam veritatis promissionem? *Petiisses, & dedisset tibi aquam viuam*.

Nos ergõ, qui scimus, quis est, qui nos 15.
prouocat ad petendum, qui iustis dat desi- *Hortatio.*
derium, petamus non aquam, quæ est in
mari mortuo, sed aquam viuam proce- *Apoc. 22. 1.*
dentem de sede Dei & Agni, vt non simus
semper sitibundi, & frustra desiderantes:
Audiamus ipsam Sapientiam, ipsum fontem; aures inclinemus vocibus aquarum
multarum, nam eleuauerunt flumina vo- *Psal. 99. 3.*
cem suam, clamat ipsa aqua Sapientiæ salutaris. *Qui me audierit, abundantiâ per-* *Prou. 1. 33.*
fruetur, timore malorum sublato, inquit Sapientia quæ foris clamitat. Quid quæso quærunt homines? Quid is, qui circuit mare & aridam, vt inueniat sufficientia sibi? Quæ est petitio vestra homines vniuersi? Fortè Abundantiam? longè esse ab aduersis omnibus? Audite ergò sapientiã ae veritatem. Qui me audierit, abundantiâ perfruatur, terrore malorum sublato. Parabolæ Salomonis hæ sunt, in quibus loquitur Sapientia. Christus Sapientia Dei Patris tunc in parabolis loquebatur, sed ecce nunc palam loquitur & prouerbium nullum dicit. *Ioh. 16. 29.*

Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, 16.
non sitiet in æternum. Sitit, qui non perfruitur abundantiâ qui modicis pauciſq; cõtentus non est. Sitit, qui terrena concupiscit, qui fugientia sequitur, qui somnia apprehendit, qui diligit vanitatem. Vbi enim vanitas est, repletio non est, satietas nõ est, nõ est qui consoletur, qui adiuuet, qui frangat panẽ esurienti, qui det potũ sitienti, qui anhelanti det desideriũ suum. Omnes declinauerunt, omnes dereliquerũt, irriserũt omnes dicentes. Quia hic ho- *Luc. 14. 13.*
mo cœpit ædificare, & nõ potuit consummare. Habitationẽ in terra, pspicit sibi, vbi quietus sedeat; vbi dormiat & requiescat,

vbi di-

Luc.12.19. vbi dicat : *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, epulare.* Sed heu cœpit ædificare, & non potuit consummare, quia desiderium peccatorum peribit, decidunt à cogitationibus suis, quibus meditati sunt inania, inania (inquam) vacua, vana, quia vana certè facta est spes eorum, qui confidunt in nihilo. At qui audierit Sapientiam, abundantiâ perfruetur. O Rebecca potâsti nos omnes, inde in domi patris tui locus est ad manendum; Palearum, & fœni plurimum est (inquit illa) apud nos, & locus spatiosus ad manendum. O charitas, quàm abundans? ô vanitas, quàm deficiens es? Illa & Camelis potum tribuit, hæc dimittit omnes vacuos. Illa spatiosum habet locum ad manendum. Hæc ait, Augustus stus est mihi locus, coangustatum est stratum: duos nequit capere, socium non admittit, non est sufficiens sihi. Illa palearũ, & fœni plurimum elargitur, vt etiam carnem nutriat, & foueat, ne dum menti faciat cœnam magnam. Hæc tamen vix arctum dat, & aquam breuem. Charitas magis ac magis abundat, sed abundantia vanitatis pascit ventum & sequitur vmbrã, non habens solidum cibũ, neq; escã permanentem. In vanum laborauerunt, qui ædificant eam; in vanum postulauerunt, qui quæsierunt eam; in vanum sperauerunt, qui confisi sunt in ea. *O Deus, auerte oculos meos ne vel videant vanitatem. Vidisti ea, quæ fecisti & erant valdè bona. At quis ostendet mihi bona, nisi Tu qui solus es?* Quid sathanas ostendit? omnia Regna mundi & gloriam eorum; sed non in veritate, in phantastica apparitione, in phantasmatum illusione, in apparenti imaginatione. Quid mundus ostendit? non substantiam, sed apparentia, non solidam rem, sed prætereuntem figuram ipsius mundi. Quid caro repromittit? heu breuis est ipsamet, paucis, vel minimis plena. Et quænam bona pollicetur? *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni: exortus est sol, & aruit fœnum, & flos eius decidit.* Modica aduersitas, modica infirmitas, labor, dolor, fames, sitis, quid boni a carne permittunt exspectari? gutta roris antelucani nunquid non ad spiculum irradiantis solis mox euanescet? Et quid est totus orbis terrarum, nisi gutta roris antelucani? Ergò omnis qui biberit ex aquis eius, sitiet iterum. *Omnia enim vanitas, & vanitas vanitatum.* Quid est vanitas vanitatum? verè summa vanitas, vt nihil vltra vanitatis adiici possit. Sed est vacuũ vacui: Si vacuum nihil in se continet, capax est tamen, & propterea dicitur vacuum, & capacitas forma est aliqua, aliquid est, sed vacuum vacui, etiam capaci capacitatẽ tollit, etiam minimũ illud esse propè nihil: quod vbi est, aliquid esse potest: sed vanitas vanitatũ aufert & esse, & posse, quia mundus totus vnũ hominem complere, & satiare non valet: præterit. n. velut vmbra, vt neq; formam habet, neq; firmam naturam, aut existentiam. O ergò homines, quæ est petitio vestra vt detur vobis? pro qua re postulatis, vt impleatur voluntas vestra? vt repleatur vacuitas vestra? vt impleatur petitio vestra? vt compleatur expectatio vestra?

Isa.59.4. Gen.24.23. Isa.49.20. Isa.28.20. Ps.118.37. Gen.1.31. Matth.4.1. Isa.40.6. & 24. 1.Pet.1. Eccle.1.2.

Ite ad Antecessores vestros, quærite à Patribus vestris ficubi inuenerunt quod desiderauerunt oculi eorum? ficubi inuenerunt iuge conuiuium plenè oblectans animam? si quando cœlum, & terra implere potuerint quemquam hominum? si quando in terra inuenerunt veritatem? si quando occurrit illi homo verax? *An non potius omnis homo mendax?* Etsi homo maior omnibus mendax est, in minoribus erit veritas? Si diminutæ sunt veritates à filiis hominum; certè in minutioribus erunt diminutiores: Nam & diuitiæ fallaces sunt, & falsæ rerum omnium promissiones, pollicentes satietatem; Vbi sunt maiores nostri? & Propheræ vbi sunt? dicant si quid verum fuit in omniũ vanitate. Audio Prophetã vnum, qui ideò verax est, quia dicit Dominus, non loquitur homo: Quid ergò? *Verè mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.* Verè, verè ita est, quòd vanitas nõ veritas fuit, falsitas non veritas fuit id totum, quod possederunt patres nostri: Veritas ista est, quòd veritas illa non fuit, sed vanitas, sed falsitas, sed mendaciũ, & id ò null.us

Ps.115.11. Psal.11.2. Ier.16.19.

nullius vtilitatis, aut fœlicitatis, aut satietatis. Vanitatem possederunt, quæ eis non profuit. Et tu ergò inuenies veritatem? Confusi sunt qui confisi sunt in vanitatibus, sicut confunditur fur deprehensus in furto, quod mox eripitur de manibus eius; confusi sunt, quia nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. At non sic, qui accedit ad fontem aquæ viuæ, cuius non deficiunt aquæ; qui inclinat autem suam Sapientiæ; qui excipit attentè verbum veritatis. *Qui audit me, non confundetur; qui elucidant me, vitam æternam habebunt; quia fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Quam nobis concedat, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. 75. 6.

Eccl. 24. 30

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Demonstratur quomodo Christus sit vere Saluator mundi Quam conducat scientia ad salutem comparandã. Arguitur fidelium surditas ex conuersione Samaritanorum.

1. DVLCISSIMVM nomen illud Domini nostri, & Saluatorem Iesu Christi quo clauditur suauis hæc, humilisque historia mysteriorum plena, quæ profectò altissima sunt, nos omnes inuitat ad ea propenso animo suscipienda, quæ in illa nobis tanta suauitate, tantaque facilitate proponuntur. Idque potissimum, cum hinc bonum omne, quod bene appetere possimus & quærere, certò pendeat. Quid enim quærunt homines nisi salutem? Vnde illa nisi à Saluatore? Qua vero ratione non alia proculdubio, quam ea, quæ in Sacra Euangelij huius lectione ad se quærendam est exposita. Dulcis conuersatio & officiosi mores Noëmi, illecebra fuerunt nuribus suis, vt illam relictis parentiqus & diis suis, & patria, in qua natæ erant, sequi vellent. Et quænam alia tanta gratia poterit inueniri, animos ad se illiciens, quam narratio ista Euangelica, nobilesque sensus in ea contenti? Simus nos Ruth, quæ constanter adhæsit socrui; non Orpha, quæ cessit, & recessit. Veniamus ad puteum, vbi nos diuina moratur Sapientia quasi mater honorificata. At propterea vt scriptum est: *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit; assidentem enim illam foribus suis inueniet* Quod est dicere: Simul ac extra domum pedem fixeris, illam te expectantem ad inuenies. Non teipsum tam citò à curis domesticis extricaueris, quam inuenies, qui te deducent ad regnum perpetuum.

Ruth. 1.

Sap. 6. 11.

2. A fine narrationis Euangelicæ nostram narrationem adorientes, Samaritanorum verba perpendamus, libera & constanti voce pronuntiantium: *Ipsi audiuimus & scimus, quia hic est verè Saluator mundi* Vt sic primum de saluatore loquamur, ac demum de salutè. Primum ergò probamus, quomodo Christus verè sit Saluator mundi, vt illum appetamus & quæramus, à quo salus nostra dependet. Salute nihil appetibilius, vtilius nihil. Ergo Saluator est omnibus appetendus, ab omnibus quærendus, suscipiendus ab omnibus, cum gratius nihil esse possit, quam Saluatoris nomen. *Vnde & Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ* Quantam gratiam viuentia omnia Noë sancto viro habere tenentur, qui toto

Phil. 3. 20.

pereunte orbe terrarum semen seruauit, quo tandem totus mundus saluus esset? Vnde non immerito appellandus esse videatur Saluator mundi. Sed perierunt homines sæculi præcedentis, posteri duntaxat saluati sunt.

1. Tim. 4. 10. *At Dominus Iesus Saluator est omnium hominum, qui potens est ipsos quoque pereuntes viuificare, & mortuis vitam æternam perpetuamque salutem impartiri. Hic itaque est verè Saluator mundi.*

3. Hanc veritatem triplex ratio confirmat, & primùm, quia ipsius est solius perficere, qui cœpit opus bonum. Ne illi dicatur: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Quod autem cœperit ipse, habet veritas manifesta. Quoniam omnia per ipsum facta sunt. *Est enim brachium Domini & virtus Dei, qua in principio creauit Deus cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Hæc autem manus Domini non est abbreuiata, vt saluare nequeat.* Si dedit ab initio, reddere etiam demum potest; quod instaurauit, etiam restaurare valet, & restituere, quod constituit. Quando eiusdem virtutis est & creare, & recreare: qui induxit populum in terram promissionis, potuit solus ipse reducere, & reduxit verè. Ideò inducitur à Propheta quasi adiutorem quærens, sed non inueniens, vt quod in alio aliquo non sit salus pateat manifestè. *Circumspexi, & non erat auxiliator; quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret, & saluauit mihi brachium meum*: id est, aliud nihil fuit mihi, ad saluandum in adiutorium, brachium meum duntaxat affuit, ipsum solum salutem hanc magnam operatur. Itaque Deus solus, qui hominem instituit, eumq; in iustitia constituit & sanctitate ad eandem quam perdidit iustitiæ perfectionem potuit reuocare. Et quemadmodum per Filium mundum, id est, hominem ante perfecit; ita demum eundem Filium

Phil. 1. 6. Luc. 14. 30. Ioh. 1. 3. Gen. 1. 1. Isa. 59. 1. Isa. 63. 5.

suum misit Saluatorem mundi. Hæc est ratio prima. Ioh. 4. 14.

Secunda ratio inde sumitur, quod Deus, qui solus ac totus bonus est, adeò vt ad malum respicere non possit: putauit bonum esse, si mala quoquoque, quæ ipse facere non potest, à natura defectibili fieri permitteret, quòd inde, veluti per occasionem ampliorem ostenderet in creatis, atque compleret bonitatem. Vt qui Creator cuncta fecerat bona, & bona valdè: denique & rector illustrioris bonitatis esset author, mala nostra in bonum cõuertendo. Vos cogitastis (inquit Ioseph) de me malum, vertit illud in bonum. Operationem autem creandi ad omnia extendit, vt per illam essent omnia, saluandi autem in excellentioribus potissimum creaturis perpetrare decreuit, illis videlicet, quæ Deo sine interposita re alia aliqua valent coniungi, nempè rationalibus, quæ ad illius sunt imaginem constitutæ, & illarum in ea parte maximè, vbi cum Deo contingit vnio, id est, in mente. Hic, & hinc suam in primis bonitatem magnificauit & amplificauit, quæ hac ratione postmodum in cætera creata vniuersa sese extenderet. Nam mente se homo à Deo disiunxerat, eius præcepto inobediens, sicque à summa bonitate recedens, in summam miseriarum omnium decidit infœliciter. Vnde vt salus esset, erat excitandus denuò & reuocandus. Opus hoc diuina censuit prouidentia se dignum, quo amplius illius gloria foret omnibus perspicua & explorata. Propter hoc ergò hominem perditum saluare disposuit per semetipsum. 4. Abach. 1. 13. Gen. 1. 31. Gen. 50. 20.

At modus huiusce rei faciendæ debuit illius magno consilio respondere, quo magna, qui potens est, magnificè perpetraret. Quod non apertè videretur effectum, si quo modo creauerat, eo penitus saluaret; iterum videlicet creans, quod destructum fuerat; &

eodem

eodem informans hominem, qui illius abscessu fuerat deformatus; nempe, si absolute illi denuo iustitiam condonaret & sanctitatem. Altiori itaque modo opus fuit, eaque potissimum ratione, quod homini adulto restituenda iustitia, eiusdem hominis assensum postulabat. Præterquam quod sic ei gratia fuerat impartienda, vt suus quoque diuinæ iustitiæ locus relinqueretur. En modus iste: *Verbum caro factum est, plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Creat Deus, saluat Deus homo, Verbum caro. Quasi creatorem se gessit Deus, ponens in Patriarchis suj populi fundamenta, docens illos, ac protegens: At vero dum illum saluat educens de Ægypto, deducens in desertum, & in locum à se delectum introducens: ipse solus, non alius quisquam (ita enim scriptum est: *Dominus solus dux eius fuit:*) sui itineris se comitem præbuit, illi semper affuit, habitans cum illo in sanctuario suo; qua præsentia populus aliquando factus indignus, timens ne Deus, quod fuerat illi comminatus ab eo discederet, & audiens (vt inquit Scriptura) sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Ait verò & Moyses ipse: Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto: Ergo in magna ista salute, qua Saluator Israel, duntaxat non est, sed omnino est Saluator mundi vniuersi, debuit excellentissime mundo adesse, vt vere esset Emmanuel, nobiscum Deus. Quod factum est, quando. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus. Quoniam vult omnes homines saluos fieri*; quorum omnium idcirco Saluator factus est. Vnde aiebat: *Venit filius hominis saluum facere, quod perierat.* Perierat totus mundus, positus in maligno, quia omnes peccauerunt, & vnusquisque declinauit in viam suam, & ita omnes declinauerunt & inutiles facti sunt. En quare Christus est Saluator mundi; id est, saluator omnium hominum.

Deut. 20. 12.
Exod. 33. 4
1. Reg. 14. 39.
Matt. 1. 23.
Ioan 1. 14.
Tit. 3. 4.
1. Tim. 2. 4
Luc 19. 10
Rom 3. 23.
Isai. 5. 36.
Psal. 13. 3.

Pro tertia ratione audi mysterium. 6
Excellentior quidem est modus, quo nobiscum est Deus, eo quo cum populo ambulauit, & affuit illi in tabernaculo: propterea quod modus ille in vmbra fuit; hic verò in luce. Vnde *iam neque in monte hoc* (inquit Veritas) *neque in Ierosolymis adorabitis Patrem; sed in Spiritu, & veritate.* Sed quod ad rem pertinet, quomodocunque secum iret, portabatur sedens. Sedebat enim super Cherubim, pedes habens super arca, quæ erat scabellum pedum eius. Totum verò à Leuitis portabatur. Sic populus glorificabat, & portabat Deum in corporibus suis. Quod vt fieret euidentius, iubebat lex, vt vectes semper essent in circulis arcæ ad hoc in ea factis, nec seruabantur seorsum applicandi ad arcam, quando esset ferenda: sed in ea manebant semper. Sic enim præceptum est. Facies quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. Facies quoque vectes de lignis setim, inducesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Nunquid non per hoc innuitur, quod nec videri Deus in vmbra illa, neque considerari poterat, nisi vt sedens, qui ab aliis portaretur? Pondus populi super Moysen erat, qui aggrauatus conqueritur. Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eã, vt dicas mihi. Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum; & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum? Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia grauis est mihi.

Psal. 98. 1. Num. 1. 50
Exod. 25. 12.
Num. 11. 12

Portauit quidem Deus, sed sine labore; quia super humeros Moysi, & Aaron, qui fuerunt Aquilæ illæ, de quibus dixit ipse populo. *Vos ipsi vidistis, quæ* 7

Exod. 19 4 *fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas Aquilarum, & assumpserim mihi.* Portauit ergò sed in fortitudine sua, vt Moyses cecinit. Sed quando Deus factus est viator verè, & habitauit in nobis, iam non portatur, sed pedibus suis incedit, & fatigatur ex itinere, vt hodie Ioannes dicit. Et nedum non portatur, sed portat: Inuenta enim oue, quæ perierat, imponit in humeros suos. Promissus fuerat Propheta similis Moysi. Ecce & in hoc similitudo, quia portat populum suum, quamuis sit illi grauissimus, *portans videlicet iniquitatem illius, & peccata mundi in corpore suo.* Hac ratione factus est Saluator mundi, qui & comitaretur nos, & fatigaretur ex itinere, graui pondere oneratus peccatorum totius mundi. Portauit autem peccata ista super lignum, quando crucifixus est, & mortuus pro peccatis nostris, & ita factus est Saluator noster. Vnde Paulus: *Expectantes aduentum magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate. Sua enim passione, qua traditus est propter delicta nostra, saluum fecit populum suum à peccatis eorum* Huc tendunt laudes Angelorum: *Quia natus est vobis hodiè Saluator. Vocabis nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

Exod. 15. 13

Luc. 15. 4.

Deu. 18. 18

1. *Pet.* 2. 14

Tit. 2 13.

Rom. 4. 25.

Luc. 2. 11.

Matt. 1. 21.

8 *Exhortatio* Heu! quis iam diffidat de salute, cum talem ac tantum habeat Saluatorem? Quis iam salutem negligat, pro qua DEVS venit in hunc mundum peccatores saluos facere? Habet pro magno Moyses, quod DEVS tam magnificè eduxerit populum de Ægypto, sequefecerit audiri, dum legem ferret. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die, quo creauit DEVS hominem super terram, à summo cœlo, vsque ad summum ejus, si facta est aliquando huiuscemodi res, aut vnquam cognitum est, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis: sicut tu audisti, & vidisti. Si fecit Deus, vt ingrederetur & tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, & robustam manum, extentumq; brachiũ, & horribiles visiones iuxta omnia, quæ fecit pro vobis Dominus Deus noster in Ægypto, videntibus oculis tuis. Sed numquid non figuræ erant illæ? non vmbræ? non signa longinqua veritatis & lucis quam attulit nobis iste, *qui est verè Saluator mundi?* Interroga, percontare, inquire, si quando factum est, vt *Deus fieret homo, Verbum Caro, Pater omnium Filius hominũ? Si qui sedet super sceptrum diuinitatis suæ, sit fatigatus ex itinere? Si qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione, sitiat, & sedens super puteum petat ad bibendum aquam, expectans discipulos, qui ierant in ciuitatem, vt cibos emerent?* Si verbum Dei, per quod facta sunt omnia, mulierem alloquatur, quæ sit Samaritana, Idolorum cultrix, peccatrix, & lubrica? quid vetera illa si cum his nouis & nostris conferantur? Heu! adhuc post tantam virtutis, bonitatis ac pietatis ostensionem ad saluandũ nos, tantam negligemus salutem? Iudæos tu criminaris si ex Ægypto, tanta Dei magnificentia eruti, eò iterum redire meditabantur? Et quis nostrum, rectum susceptum tenet iter, constanter pergens vsque dum perfectam salutem consequatur? Quot subsistunt? Quot declinant? Quot à cœpto itinere reuertuntur, vnde per Dei misericordiam eruti fuerant? *Eripuit nos DEVS* (inquit Apostolus) *de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum dilectissimi Filii sui.* Et est inter nos, qui rursus locum dare Diabolo non veretur? Et est, qui assumptus ad regnum istud iustitiæ se denuo velit tradere in seruitutem? Et est, qui relicta paterna domo, vbi etiam mercenarii abundant panibus, abeat in regionem longinquam, & libens

Psal. 144. 6.

Ioan. 1. 1.

Coloss. 1. 13.

Luc. 15. 13.

& libens mittatur in villam, vbi porcos
pascens, se satis pascere non valeat? Sic
Ec 38,9 ne miseri potestis salui fieri? *Qui infirmus est, à Sapiente monetur, ne despiciat semetipsum, sed salutem quarat.* At tu longinquus à salute, non te modo despicis, sed Deum magnum, ac verum Saluatorem aspernaris? negligis qui pro te mortuus, nam illum perdis, dum teipsum perdis, pro quo CHRISTVS mortuus est, qui pro omnibus
Isai. 46.8 mortuus est, *Redite ergo prauaricatores ad cor.*

SECVNDA PARS.

9 DE Saluatore, quantum breuitas temporis & mentis hebetudo concessit, iam egimus: reliquum est, vt de salute, quam in nobis operatur, vtcumque possumus, iam hæc pauca verba faciamus. Non enim Saluator est sine salute, sine qua neque nos saluati dici possumus, nec vere saluari. Hanc Saluator ipse notauit, dum mulierem sic affatur. *Vos adoratis, quod nescitis; nos adoramus, quod scimus. Quia salus ex Iudæis est.* Vbi liquet, quod pedetentim Dominus hanc peccatricem ad salutem perducere satagebat, vt non frustra iam illius perspecta virtute ciues Sicharitæ conclamarent: *Hic est vere Saluator mundi.* Quam salutem vt assequamur & nos, eam ipsam diligentius inueamur. Primo ex ipsius Veritatis verbis attendentes;
Pro. 19.2 quod *vbi non est scientiam animæ, non est bonum.* Quod Salomon testatus est. Nihil autem extra salutem bonum est. Ideo Gentes, quæ ignorant Deum, salutis pariter expertus sunt: Cuiusmodi erant, mulier illa & Samaritanorum populus; qui postquam salui facti sunt, libere professi sunt. *Nos scimus* (en scientia vera) *quia hic est vere Saluator mundi.* Mulier vero dum quærit veritatem, se profecto illius fatetur exortem. *Domine, vt video, Propheta es tu?* Quasi dicat; Sapiens es, solue igitur dubium. *Patres nostri in monte hoc adorauerunt & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.* Hoc est dubium. Tu igitur, quia Propheta es, aperi veritatem. Et hoc ipse, qui Saluator est, plane contendit. *Mulier credi mihi, quia venit hora, & nunc est, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Sed veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.* Iam te video inclinatam ad suscipiendam ex me veritatem. Vlterius progrediare: *Crede mihi*, qui suscipionem, ne meis faucam, à te vt tolla libere pronuncio. *Quod neque in monte hoc, neq; in Ierosolymis* adorandus est Deus. Adhuc incerta mulier & hæsitans, ait: *Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus; cum ergo venerit ille, nobis annunciabit omnia.* Ergo Saluator, vt saluet, illuminat mirabiliter, dicens: *Ego sum qui loquor tecum.* Et mulier bene pota aqua sapientiæ salutaris, & iam plena salutis, recedit, ardens pro cæterorum salute, quos ad scientiam salutis inuitat.

Stat ergo sententia, quod *Salus* sit *vere Scientia*, qua Deus per fidem cognoscitur maxime. Vnde Paulus: *Virtus Dei est in salutem omni credenti.* Quam recte igitur monet Sapiens: *Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam & intelligentiam.* Vende vende omnia, quæ habes; & eme pretiosum istud margaritum. Sit tibi veritas chara super omnia; sine veritate, omnia nihil sunt: Veritatem tene, & tenes omnia, nec quidquam sit in mundo quod pluris facias, quam veritatem, quę est sapientia, doctrina, intelligentia, & profectu salus vera. Hæc est aqua viua sitim excutiens, perfecte satians. Propterea bene mulier o missa aqua putei, relicta hydria, tota est in euulganda salute, quoniam qui vere sapiens est & saluus, cunctos exoptat esse sapientes & saluos; teste Salomone, qui dixit. *Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus gaudebit tecum cor meũ, & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint rectum labia tua.* En alienæ salutis zelus, & ardor? Non hortatur modo, nõ

10 *Rom.* 1.16 *Pro* 23.23 *Pro* 23.15

insistit iugiter, non multipliciter tantum docet : sed gaudium sentit, sed exultat mirabiliter de profectu nostro. *Gaudebit* (inquit) *tecum cor meum: exultabunt renes mei, si sapiens fueris.* Mat. 12. 34 Vbi & hoc vides quod ex abundantia cordis os loquitur, nam qui sapiens est, recte loquitur & sapienter. Ita mulier, ita Samaritani, ita super omnes Saluator ipse, qui est ipsa sapientia, & hoc adeo vt non sit sapientia, vbi est mendacium, & peruersa loquutio. Quod innuit Sapiens illo prouerbio. *Oculi Domini custodiunt* Pro. 22. 12 *scientiam, & supplantantur verba iniqui.* Vbi manifeste apparet scientiæ opposita esse verba iniqui. Hic autem videmus quoque quanti Deus scientiam faciat, quando oculi eius in illam respiciunt veluti in illa delectati, eamque custodiunt & conseruant. Contra vero iniquorum verba subuertit, malitiamque persequitur, iniquitatem & ignorantiam.

Restat videre præterea explicatius, cur, aut quomodo huiusmodi sapientia salutem tribuit : hoc nihilominus docemur in Euangelio : *Domini est* Psal. 3. 9. *salus.* Hoc planum est, & *in nullo alio* Act. 4. 12. *aliquo est salus*, hoc quoque perspicuum. Ergo *accedite ad Deum, & salui* Psal 33. 4. *eritis* : Ecce Psaltes. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & de omnibus tribulationibus suis saluauit eum. Quod dicit. Illuminamini, intellige, eruimini de tenebris tribulationum vestrarum, vt exortum sit in tenebris lumen oculis vestris : saluati de omnibus tribulationibus vestris. At quis audeat accedere ad Deum, vt salutem consequatur ? sacerdotibus ingressuris ante Deum, vinum interdicitur, ne forte (inquit) moriamini. *Quis ergo poterit stare in conspectu Domini Dei Sancti huius ?* Christus dicit : *Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur.* Quid trepidamus talem habentes mediatorem, per quem habemus accessum in gratiam istam ? Apostolum audiamus : *In Christo habemus fiduciam,* Eph. 3. 12 *& accessum in confidentia per fidem eius.* Sic bona ista mulier per Christum ad DEVM vsque peruenit. Quapropter de cultu Dei inter eos factus est sermo, quo Deo appropinquamus : Et verum cultum docuit ipsa veritas, quo veri adoratores Deum adorant in spiritu & veritate. Quia in re quod salus consistat, tunc dixit. *Vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Iudæis est.* Vides, quod tibi & inde salus est, vbi est scientia : Scientia (inquam) qua Deus cognoscitur, & vere adoratur ? Dominus Iesus itaque cum nos ante Deum ducat & sistat, ipse vere Saluator noster est. Ideo Apostolus : *Vnde & saluare in perpetuum* Heb. 7. 16. *potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.* Fœlix hæc mulier, cui datum est, vt Christum reperiret, cognosceret, audiret, mediatoremque haberet, per quem auditus illi ad Deum essent patens. Gratiam istam non habuit à progenitoribus suis, quorum vnusquisque adorabat Deum suum ; non à populo suo, qui adorabat, quod nesciebat. Christus illi annunciauit omnia; omnia contulit, salutem, pacem, vitam æternam.

14

Sed nunquid & nos beati non sumus, vocati in gratiam, in qua stamus, Hortatio. & gloriamur in spe gloriæ Filiorum Rom 5. 2. Dei ? certe si digne ambulamus vocatione, qua vocati sumus, si quæ sunt mundi, relinquamus omnia, vt Deo fruamur, salui erimus. *Vera salus à veritate procedit, aterna salus à firmitate procedit. In lege Dei veritas est, & firmitas.* Lex ergo qui sibi adhærent saluat, qui illam obseruant, hauriunt salutem a Domino. Fac ergo opus legis, & saluus eris. Ostulti, qui operantes iniquitatem, saluos futuros arbitrantur ; qui terræ hærentes, cœlum se putant conscendere ; qui recedentes à Deo recipi autumant in æterna tabarna-

Matt. 21. 13 tabernacula. Cur qui mittuntur in tenebras exteriores, ligantur manibus & pedibus? ligatio ista testimonium est & signum quoddam causæ, propter quam illuc mittuntur, quia nec bene operati sunt nec ad Deum accesserunt, sed male operantes steterunt à longe. Quid, quid innuit rursus ista ligatio? mala fuerunt illorum opera, viam iniquitatis ambulauerunt. Ne igitur se putent posse prosequi quod male vixerunt: ligatas habent manus & pedes, vt sciant, quod desiderium illorum peribit, vt non præterea valeant male egere. Ideo ligantur manibus & pedibus. Adde, quod & hac ligatione significatur finitum esse tempus merendi per bona opera salutem æternam. Ergo nulla vltrius spes. Ergo in inferno Gal. 6. 10. nulla est redemptio. *Ergo dum tempus habemus operemur bonum. Ergo dum soluta sunt manus, leuemus illas ad mandata Dei, ad preces Dei. Ergo dum via patet ambulemus, & curramus viam mandatorum legis*: Veritas ad operandum, legis firmitas ad firmiter procedendum instruit operantes. Non satis est iter capere, non opus aggredi, non paulisper conari. De Noemi reuersura ad populum suum de regione Moab, vbi decem annis morata fuerat, scriRuth. 1. ptum est: *Egressa est itaque de loco peregrinationis cum vtraque nuru; & iam in via reuertendi posita in terram Iuda; dixit ad eas: Ite in domum matris vestræ, & osculata est eas. Quæ eleuata voce flere cœperunt, & dicere. Tecum pergemus ad populum tuum, restitit illa ostendens illas, si secum pergerent, commodum vllum non fore inituras.* Sed quid? eleuata igitur voce rursum flere cœperunt. Orpha (sic vocabatur vna) osculata est socrum, ac reuersa est. Ruth (sic altera vocabatur) adhæsit socrui suæ, ostendens non commodum spectare, sed amore ad illam superari. Heu quot iam carpunt, incipiunt bonum opus, feruentes se demonstrant, & Ruth 2. 12. reuertuntur tamen. Non sic Ruth. Et propterea digna facta in qua impleretur efficax illa imprecatio. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas.* Qui sic perseueranter ad Deum veniunt sub vmbra alarum eius vere in salutem, & huius vitæ, & æternum poteguntur. Mitte excusationes in peccatis, ne culpes infirmam carnem, fallacias diaboli: Te ipsum accusa. Et Pro. 24. 12. audi Sapientem: *Si dixeris, vires non suppetunt: Qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit reddetque homini iuxta opera sua.* Seruator tuus est Deus ipse Liberator atque Saluator; nouit ipse vires nostras, & imperfectum nostrum vident oculi eius, quod potes petit, quod non potes præbet, & sic saluaris in Domino. *Ergo* Eccl. 9. 10. *quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi, cui est gloria nunc, & semper.*

MORALE.

OVtinam quemadmodum mulier 15
Samaritana, ciuitas Samaritana, Isa. 9. 2.
populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam simul atque illuxerunt coruscationes eius super terram, non aliter nos, qui etiam dicimus, quia videmus, videremus hanc beatam lucem, qui tamdiu illuxit nobis. Mulier hæc simul vt ex reuelatione secretorum suorum cognouit hominem hunc Prophetam esse, ipsum interrogauit de diuino cultu, cupiens intelligere, vbinam DEVS esset adorandus. Vbi ex ore illius audiuit: *Ego sum Christus*, illico credidit propter quod & locuta est, prædicans: *Venite, & videte.* Quam credendi facilitatem etiam ab exordio sermonum DEI ostendit petens à CHRISTO, qui obtulerat illi aquam viuam. *Domine da mihi hanc aquam.* Samaritana plebs ad mulieris vocem statim ad fidem se erexit;

erexit; sed ex consortio sermonis Christi tantopere profecit, vt mulieri iam diceret. *Non propter tuam loquelam credimus: Ipsi enim audiuimus, & scimus, quia hic est vere Saluator mundi.* Heu & nos quamdiu sumus in Christo per fidem eius? quam sæpe ac iugiter vocem mulieris admus non illius, quæ
Eph.5.27 fuerat adultera, sed huius, *quæ gloriosa est non habens maculam, neque rugam, quæ est sancta, & immaculata, quæ sole*
Apoc.12.1 *amicta est & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim domina mundi & Angelis coronata?* docet nos continua Ecclesia sancta Dei clamans, non habens requiem die ac nocte! *Ambulate digne Deo. Si populus Dei*
Col 1.10 *estis, super quos inuocatum est nomen eius. Si serui Dei, vocati serui ab eo qui nos vocauit in admirabile lumen suum. Si filij Dei accipientes spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba Pater. Ambulate digne Deo.* De veteri populo scriptum est, & dictum est illi:
Deut.26 *17.18* *Dominũ elegisti hodie vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, & obedias eius imperio. Et Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris: & custodias omnia præcepta eius.* Ergo si Dominus est Deus noster, nos autem populus eius, tunc digne ambulamus in vocatione, quâ vocati sumus, quando illius paremus imperio, custodientes omnia præcepta
Eph 4 1 eius. Nunquid ergo in auditu auris o-
Psal 1 45 bedimus illi? Num digne Euangelio
Phil 1 27 Christi conuersamur? An magis stul-
Luc 24.25 ti sumus, & tardi corde ad credendum? tardi manibus ad operandum tardi pedibus ad proficiendum? & non tardat tamen Dominus venire ad nos, vocare absentes, suscipere reuertentes, honorare obedientes.

16 Audis in Ieremia: *Locutus sum ad*
Ier 35 14 *vos de mane consurgens, & non obedistis*
Luc.14.21 *mihi. Audis vocem Patrisfamilias; Exito in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc: Et ait seruus, Domine factum est vt imperasti.* Vides velocitatem in imperio, & in obsequio? Imperat, exi cito. Vix imperatum est, & nunciatur factum: *Factum est, vt imperasti.* Et non audimus eiusdem Pa- *Luc 15.22*
tris vocem illam. Cito proferre stolam *Ambr.*
primam: Nescit tarda malimina Spiritus sancti gratia: Nos vero tardi sumus ad obediendum. Vix pulsauit ad ostium DOMINVS, & aperuerunt illi mox Samaritani, & ita *venit Iesus in ciuitatem Samariæ.* Quid putas, dixit Iesus discipulis suis? *Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ego autem dico vobis: Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem?* Naturam præuenit gratia; distet materialis messis menses adhuc quatuor, instat iam spiritualis: exierant enim de ciuitate & veniebant ad eum. Hæ regiones sunt albæ ad messem generationes dispositæ ad credendum. O dignum exemplum, quod attendamus, quod expendamus, quod amplectamur. Cur tanta, quæso, negligentia nostra? cur tarditas & oscitantia? Pu- *Exo.14.22*
to quod non lento gradu incederet populus per mare rubrum, ne forte aquis improuiso obrueretur. Et erant tamen illi, iubente Deo, aquæ pro muro. At *Matt.7.13*
quis tibi pollicitus est quod hoc mare magnum & spatiosum, vbi spatiosa via est perditioni, & multi ambulant per eam, stet, & non fluat super te, ne tempestas demergat te? quin po- *Ps 147.18*
tius stabit Spiritus Dei, & fluent aquæ ad operiendum incautos, securos, contemnentes. Ita enim scriptum est. *Vidi eos qui operantur iniquitatem* *Iob 4.7*
stante Deo periisse, & spiritu iræ eius *Exo.15.10*
esse consumptos. Ita contra Ægyptios cantatum est: *Flauit Spiritus tuus, & operuit eos mare, & submersi sunt in aquis vehementibus.* Hi sunt, hi sunt (inquam) qui submerguntur in diluuio aquarum multarum, qui confidunt in nihilo, qui labenti adhærent, qui amant periculum, qui vbi omnes pereunt, non se perituros arbitrantur, qui

cur, qui vocati renuunt, vel differunt de die in diem, donec diluuium veniat, vt auferat omnes. Expergiscimini ebrij, quid dormitis? Ecce venit hora, vt dispergamini, & confundamini, & submergamini. Venit hora, & nunc est reddendæ rationis talentorum. Quid ergo moram trahitis? quid procrastinatis? Quid agitis quoduis aliud præter id, cuius causa, creati estis, vocati estis, baptizati estis, & in domo Dei hactenus estis conuersati.

17 Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum. Si causeris, & dicas: *Mandatum Dei in cœlo situm est: Quis nostrum valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus, atque opere cõpleamus.* Stultus es, quia excelsa stulto Sapientia, alta procul posita, longè absens, superãs vires nostras, excedens facultatẽ, qui sic cogitat, stultus est. Nũ excelsa fuit mulieri Samaritanæ, & populo eius? Nunquid non *venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ*? Nunquid non expectauit mulierem ad puteũ? Nunquid nõ occurrit ad se venientibus Samaritanis? Nunquid apud illos nõ mansit duos dies? Optantibus illam occurrit Sapientia, quasi mater honorificata. *Honorifica tu illam, scias pretium eius quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & obuiabit illa tibi, quasi mater.* Mulier Samaritana, quòd optaret sapientiam, inde scimus, quòd simul atque Christum intellexit esse Prophetam, de diuino cultu fecit interrogationem: quòd de Sapientia cogitaret, verba eius apertè manifestant: *Scio* (inquit) *quod Messias venit.* Expectatio ista Messiæ nunquid non erat initium Sapientiæ? si verũ dicit Salomon: *Da sapienti occasionem, & addetur ei Sapientia.* Addita sapientia Samaritanis, qui dixerunt: *Iam non propter loquelam tuam credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus, quia hic est verè Saluator mundi.* Ostendit iam illos aliqua ex parte fuisse Sapientes, expectantes videlicet cum desiderio Saluatorem mundi. Propterea ergò Christus Dei Sapientia, quasi mater honorificata, quæ apud illos erat existimationis maximæ, illis occurrit, illis obuiauit, illis benigne subnenit cibans, potans, satians, saluas. His ergò, qui non fuerunt stulti, sed Sapientes, nõ excelsa fuit Sapientia, sed proxima quasi mater; *non enim obliuisci potest mulier infantem suum. Sapientia autem filiis suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se.* Heu & nos, qui propter tempus deberemus magistri esse & doctores sapientes, in tenebris versamur, pleni insipiẽtia & insensati. In schola Sapientiæ sumus semper discentes, sed pauci ad scientiam veritatis peruenientes, lutum sapientiæ præponentes, vmbras veritate pretiosiores existimantes, tenebras magis quàm lucem diligentes. Quis clamoribus posset à mente hominum hanc discutere insipientiam? *Audite, & intelligite. Adhuc & vos sine intellectu estis? non intelligitis? non percipitis corde?*

Pro 24.7. Deut. 30. 11. Er. 15. 12. Sap 7. 4. Prou. 9. 9. Isa. 45. 25. Eccli 4. 12. Heb. 5. 12. Mat. 15. 16.

18 Audiuntur forsitan excusationes in peccatis. Caro sumus, dissipata sunt ossa nostra, absque fortitudine ambulamus à facie tribulantis. Quis stare poterit in cõspectu Domini Sancti huius? vbi nobis tanta sanctitas? vbi tanta virtus? vt dignè simus qui stemus ante Deum? terram incedimus, terram colimus, pro pane laboramus. Illis data est lex, qui manna fruebantur. Illam ipsi promiserunt, nondum experti hostium bella, sudores vultus, panem doloris. Ecce quòd in laboribus declinauerunt à lege. Sic loqueris stulte? sic cogitas? sic viuis? eiusmodi sunt mores tui, quasi innocens, propter infirmitatem carnis tuæ? Num aduertisti Salomonis verba. In porta non aperiet os suum? Aperi nunc os tuum ad excusandas excusationes in peccatis. In porta, vbi sedent senes in iudicio, quando pro se rationem vnusquisque reddet Deo, obmutescet. Quia sic definitum est: *vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.* In tempore isto, subiectionem hanc respuis, subtrahis te ab imperio Dei, quasi graui, & intolerabili propter imbecillitatem nostram, propter onera grauia & importabilia, quæ nobis imponit mundus, à cuius seruitute absolui non possumus. Tunc dico, in porta (inquam) in iudicio os suum stultus non aperiet. Dicat nunc Excelsa mihi est Sapientia, grauis est ad portandum. In illo tempore, in illa die, in illa hora, quid dicat nõ habebit, nõ aperiet

1. Reg. 6. 20. Exod. 16. Rom. 3. 19.

Osea 6.5. riet os suum. *Iudicia eius quasi lux egredientur. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri, pondera operis, vires operantis, subsidia Dei auxiliantis.* Fac nunc, prætende, valeant excusationum velamina, omnia nuda tunc erunt, aperta omnia, omnia
Mat. 12.41 reuelata facie discooperiuntur. Viri Niniuæ surgent in iudicio. Samaritæ clamabunt contra insensatos, ac duros: & quid
Ruth 14. poterit responderi ad increpationes Ruth Moabitidis? Nata puella hæc ex gentibus, educata inter gentes, quæ ignorabant Deum, quę seruiebant idolo Chamos, morum fuit eiusmodi, vt digna redderetur, quæ à Deo vocaretur in sui obsequium, quæ à Spientibus laudaretur, quę Deo grata esset, & hominibus, quam Christus eligeret in matrem secundum carnem. Num
Matt 1.5. audiuit illa prædicantem Apostolum? Doctorem iustitiæ Christum? num frequens Euangelij lectio & annunciatio lumen illi fidei suggerebat? & tanta tamen euasit, propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, propter charitatem & constantiam & obedientiam. Vnde illi tanta charitas, vt socrui suæ sic adhæreret, vt hortanti
Ruth 1.16. illi recessum, responderet. *Ne aduerseris mihi, vt relinquam te, & abeam, quocumque enim perrexeris pergam?* &c. Vnde illi
17. tanta constantia, vt iuraret? *Hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat, si non sola mors me & te separauerit?* Vnde illi tanta obedientia, vt nihil nisi ad nutum socrus faceret? *Si iubes* (inquit) *vadam in agrum, &*
Ruth 2.2. 3.5. *colligam spicas.* Et ab illa docta, quæ perficere debuisset, respondit. *Quidquid præceperis faciam?* Quod executa sponsa facta est Booz hominis potentis & magnarum opũ. Sit sit mulier ista, quę est mater Christi, mater Christianorum, norma, exemplar, speculum. Alioqui, quid respondebitis in porta videntes in aliena muliere tot, tãtas virtutes; à se sibi comparatas, etiam in terra alienarum gentium, vbi nesciebatur lex, vbi non erãt Sacerdotes Dei, vbi ad malum potius trahebant omnia, quàm ad bonum? Audio clamantem Deum ad populum su-
Isa. 46 12. Act. 7 15 um: *Audite me duro corde qui longè estis à iustitia.* Cur duri? quia dura ceruice Spiritui Sancto resistebant: qui illos per Prophetas vocabat ad iustitiam. Et vt magis premat Deus, illis anteponit exemplum Abrahę, qui, vt auis velox, mox vocatus venit de terra longinqua in obsequium Dei. *Isa.46.11* *Deus* (inquam) *vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ.* Eccli.1.
Audite ergò & nè sitis duro corde. Quia cor Pro 28.
durum, habebit malè in nouissimo: & qui mentis est dura, corruet in malum. Qui autem velox est in bono opere, vt vir voluntatis Dei, cui ad nutum obsequens est, iste dignus erit, quem visitet Dominus, qui stet in conspectu Domini & ad mensam illius, etiam in capite: Quia scriptum est: *Vidisti virum velocem in opere suo: coram* Pro.22.
Regibus stabit, & datio Dei permanet iusti, Eccli.11.
& profectus illius successus habebit in æternum, Amen.

FERIA II. DOMINIC.

DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Esto consentiens Aduersario tuo. *Matt. 5.*

ARGVMENTVM.

Qui sint aduersarij nostri. Quomodo cum eis sit versandum. Amputandæ occasiones mali. Mortificanda caro. Rationes nos mouentes ad obediendum huic præcepto, & omnia optimè.

MAGNA Sapientia est scire quibuscum vitã degere & actus 1
dirigere debeamus, quaue ratione cũ vnoquoq; tractãdũ sit. Propterea Sapies plura arcet à nobis hominũ genera, vetãs, ne cũ illis de quibusdã specialib. negotiis studiose agam⁹. Vnde ironicè loquẽs ait: *Cũ viro irreligioso tracta de sãctitate, & cũ iniusto de iustitia* Ac de multis similib. pergit admonere, vt ab hoc, & ab illo, hac in actione, & 11
in illa rem nõ habemus vllo pacto. At verò de omnibus concedit cum viro sancto nos agere. Et quoniã magnæ Sapientiæ hoc est opus, ad ꝙ ægrè ingenium suppetit & vires huma-

humanæ, nos docet ad Deum confugere, vt ipse in omnibus huiusmodi noster sit
Eccl 37.19 ductor: *Et in his omnibus* (inquit) *deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam.* Quis enim viam veritatis eligere atque secernere possit in tanta hominum quoad naturam, & complexionē, quo ad mores, quo ad actiones, & propensiones varietate? Ideo deprecandus Deus, vt nos semper dirigat in viam rectā, docens quos familiares habere, quos velut alienos arbitrari, quaue ratione cum his, aut cum illis sit nobis agendum. En quanta animi attentione doctrinam, quā hodie nobis exhibet Dominus, excipere nos conuenit, in qua nos ita molitur sapientes facere. Dicit enim: *Esto consentiens aduersario tuo. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eū; & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam.*

2 Vbi ad duo hominū genera omnes colligit, nempe ad Aduersarios & ad Amicos: quid cum alterutro agendum nobis sit, apertè explicans atq; distincte: Et hoc profecto mirabiliter, vt hæc paradoxa superficietenus esse videantur. Iubet enim vt Aduersariis cōsentiamus, Amicos abiiciam⁹. Nam per oculum, qui dirigit, p manū, quæ adiuuat, illos significat, qui nobis chari sunt, & necessarii, ex quibus plurimū hauriamus emolumenti, quasi oculus sint, & quasi manus, iiq; dextri. Quod vt faciam⁹, idq; rectè, prudēter, & vtiliter, addit rationem; q̄ simul prouocet ad opus, modumq; præostendat, quo ad illius executionem accedamus. Nè (inquit) si non consentias Aduersario, mittaris in carcerem: & si scādalizantem oculum, vel manum, non abieceris, mittaris in gehennam. Quis n. non libenter ac diligenter effugiat carcerem & gehennā⁹? hæc est excitatio. Eatenus vero & Aduersario præstandus est consensus, & cauendum est a Necessario, quatenus hæc, si non fiant, mittant in carcerem & in gehennam.

3 Primum itaq; prosequentes, tria videmus: *Quis sit aduersarius. Qualis consensus habendus sit cum illo, & Quæ ratio à nobis consensum istum flagitet.* Ad primū, vt vere & secure intelligamus, quis Aduersarius noster sit, quouè pacto illi consentire debeamus, Apostolum Paulum, in quo Christus loquebatur, audiamus, qui scribens ad
Gal. 5. 13. Galatas ait: *Per charitatem Spiritus, seruite inuicem. Omnis n. lex in vno sermone impletur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicē consumamini*: Quibus ver- 16.
bis ostenditur vnus Aduersarius. Alius itē dum pergit: *Dico autem Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis: Caro enim concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus Carnem. Hæc enim sibi inuicē aduersantur, vt nō quæcunq; vultis illa faciatis:* Ecce secundus Aduersarius. Ad tertium ducunt sequentia verba Apostoli: *Quod si* 18.
Spiritu ducimini, non estis sub Lege: Manifesta sunt autem opera Carnis, quæ sunt fornicatio, & immunditia, &c. Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, &c. Aduersus huiusmodi non est Lex: Ecce tertius Aduersarius. Primus ergò est proxim⁹ offendens de quo dixit: Si inuicē mordetis. Et Dominus: Diligite inimicos vestros. Secūdus est Caro & Spiritus, qui sibi inuicē ad- *Matt. 5. 44*
uersantur: *Caro n.* (inquit) *cōcupiscit aduersus Spiritū.* Tertius est Lex, q̄ si non est aduersus fruct⁹ Spiritus, vt dicit Apostol⁹, cōsequēs est, vt aduersaria sit operib⁹ carnis.

Sunt autem hi tres Aduersarii inter se ita 4
cōiuncti, vt vbi primus est, sint reliqui duo pariter aduersantes. Vnde enim proximum offendisti; nisi quia Spiritui restitisti, carni obsequens? Innuit hoc Apostolus dicens:
Gal. 5. 13. *Vos enim in libertatem vocati estis Fratres, tantum ne libertatē in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus seruite inuicem.* Vide oppositionē Carnis & Spiritus. In occasionem Carnis, sed per charitatem Spiritus? Quid verò agit Spiritus? sed per charitatem Spiritus seruite inuicem. Huic mutuæ seruituti secundum Spiritum quidnam aduersatur? subdit Apostolus: Quod si inuicem mordetis & comeditis. Aduersari igitur proximo cum illius offensione, hoc est secundum Carnē. Ergo qui habet aduersarium proximum, habet & Spiritū. A proximo ergo cœpit Paulus, & ad Spiritum progressus est: deinde ad Legem. Nam posita oppositione operum Carnis &

fructuum Spiritûs, ſubiecit de fructibus Spiritûs. *Aduerſus huiuſmodi non eſt Lex.* Si ergò *Lex conuenit cum fructibus Spiritus, profectò aduerſaria eſt operibus Carnis.* Dum ergo iubemur conſentire aduerſario, qui eſt frater, itidem iubemur facere, & Spiritui & Legi.

Gal. 5. 23.

5 De primo autem, qui eſt proximus, expreſſe locutus eſt Dominus, vt per illum & alios intelligamus. Quoniam mox ante docuerat de non irascendo fratri, ſed illi reconciliandum nobis eſſe. Vnde dicebat: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te* Quid eſt verò habere aliquid aduerſum te, niſi aduerſarium tuum eſſe? Subdens ergò: *Eſto conſentiens aduerſario tuo.* Docet facere, quod ibi monuerat: *Vade reconciliari fratri tuo.* Et quis magis aduerſarius, quàm qui mordet? comedit, conſumit? Ideò Paulus: *Quod ſi inuicem mordetis & comeditis, viaete ne inuicem conſumamini.* Quod ne fieret, monuit: *Per charitatem Spiritus ſeruite inuicem, adhibita Lege: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum.*

Mat. 5. 25.

Gal 5. 15.

Leu. 19. 18.

6 Ita ergò Aduerſarium accipiamus, intelligentes in eo illum eſſe aduerſarium, quòd aduerſum te habet aliquid. Habet autem non in ſua imaginatione & reputatione, ſed in veritate. Nam qui ſe putat à te offenſum, quem verè non offendiſti, iſte putat aliquid habere aduerſum te, ſed verè tamen non habet. Sic putabat Eſau habere aduerſus Iacob, qui ſupplantaſſet eum, & ſurripuiſſet ſibi debitam benedictionem. Et tamen quod iuſtè expoſtularet, non habebat. Tum quia iam primogenita, id eſt ius primogenituræ vendidiſſet, ac proinde Iacob ius ſuum proſequutus eſt, ſatagens ſibi obtinere paternam benedictionem, tum quia à Domino res agebatur, qui matri reuelauerat: *Iacob minorem maiori præponendum eſſe* Vnde & Iſaac benedicens illi, ſenſit ſe à Domini Spiritu agi; vnde & Prophetica fuit benedictio illa. Semei quoque iuſtè ſe putabat criminari Dauid, quod regnum Saulis inuaſiſſet: Sed & hoc falsò. Nam Deus Saulem reprobauerat, & vnxerat Dauid in Regem per Samuelem. At contrà verè Dauid iuſtas habebat querelas aduerſus inimicos ſuos, qui perſecuti ſunt eum iniuſtè: *Confortati* (inquit) *ſunt, qui perſequuntur me inimici mei iniuſtè, quæ non rapui tunc exoluebam.* In quo etiam Chriſti figura fuit, qui per eundem Dauid dixerat in Pſalmo. *Odio habuerunt me gratis*, id eſt, *ſine cauſa.*

Gen. 27. 36.

Gen. 25. 29

Gen 27. 5

Geneſ. 25. 28.

2. Reg. 16. 7

1. Reg. 15. 26.

1. Reg 16. 13.

Pſal. 68. 5

Pſal. 68. 5 & Ioan. 15. 25.

Sed tanta eſt mentis humanæ cœcitas, tantus inordinatus amor ſui, vt qui nõ obſequitur nobis quacumque in re, ſiue iuſta ſiue iniuſta, aduerſus illũ aliquid arbitremur habere. Sic Nabuchodonoſor ſe offenſum arbitratus eſt à Gentibus & Regibus, qui ſe illi ſponte non dediderunt. Vnde per thronũ ſuum iurauit, q̃ defenderet ſe ab illis. Defenſio offenſionem præſupponit. Ergò offenſũ exiſtimat ſe ab iis, qui propriam tuebantur Libertatem, nihil illi moleſtiæ inferentes, nihil iniuriarum. Sic Aman odio proſecut⁹ eſt crudeliſſimo nedum Mardochæũ, qui ſibi non aſſurgebat, ſed vniuerſam plebem Iudæorum, q̃ ideò totam extinguere molitus eſt. Sic ô quàm plurimi ſunt, in primiſq; Potentes, ac diuites, de quibus Sanctus Iacobus: *Nonnè ipſi diuites per potentiam opprimunt vos?* Ità & Sapiens: *Venatio leonis onager in eremo. Sic & paſcua diuitũ ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas; ſic & execratio diuitis pauper. Diuiti decepto, multi recuperatores. Locutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illum. Humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſate & non eſt datus ei locus.* Onager beſtia eſt ſylueſtris, q̃ nihil niſi velocitatem habet ad ſe tuendũ contra leonem, ſicut lepus à canibus. Iam leo hũc proſequitur quaſi eſcã ſibi à Deo deputatã & appoſitam, atq; adeo propriã ſibi: Haud ſecus diuites inuadunt pauperes, opprimunt, exſpoliant, excarnificant, deuorant, ſicut eſcam panis, id eſt ſecuti cibum ſibi congruentem & deſignatum à natura. Et videtur mundus huic tam inani atq; iſmani opinioni aſſentiri: nam *omnes fauent diuitibus, in neceſſitatibus opitulantur; & laudatur homo quamuis peccator in deſiderijs animæ ſuæ; & quamuis iniquus, benedicitur.* Et ſicut opera, quamuis iniqua, ſic verba, quãuis ſuperba, & falſa omnes ſuſpiciunt, & ad-

Iudith. 2. 12.

Eſth. 3. 4

Iacob. 2. 6.

Eccl. 13. 23. 26.

Pſal. 10. 3

& admirantur. At verò pauperi contraria eueniunt, quidquid facit quidquid dicit, calumniis obnoxium est, contemptui, derisui, despectui. Et propterea, si expiletur à diuite, non est, qui consoletur aut manum porrigat adiutricem. Is ergò solus aduersarius à Domino designatus est, qui iustam aduersum te habet querelam.

8 Ergò *iuberis illi consentire*, vt hoc illi præstes, quod debes, & ab eo ne auertaris. Nam si conuersus fueris ad eum, dicens: Luc. 17. 4. *Pœnitet me, & pœnitentiam agens*; tunc & ipse iubetur tibi remittere, vt Christiana pax sequatur & amicabilis reconciliatio. Quē consensum, vt probe quomodo adhibendus sit intelligamus, singula huius præcepti verba diligentius expendamus, simul cum præcepto illius rationem consi- Eph. 4. 25. derantes. *Hoc* (inquam) *faciendum est citò, ne sol occidat super iracundiam vestram.* Vnde & prius vult Deus reconciliationē, quàm oblationem. Ira, ignis quidam est comburens atq; consumens: Vnde & diffinitur: *Accensio sanguinis circa cor: quapropter & huius flammæ fumus è naribus egreditur.* Propterea & per eorum ad Deum translationem, quæ nobis eueniunt, dici- Psal. 17. 9. tur in Psalmo: *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Carbones nigri sunt, & aptissimi ad succendendū: Isti sunt peccatores denigrati super carbones propter tenebras & maculas iniquitatum: apti propter eorum demerita ad excipiendam flammam iracundiæ eius. Hi ergò ab ira furoris eius, & à flamma ignis succenduntur. Sic patet iram, ignem esse: At ignis iste deuorans est, si cito non extinguatur: & verè est sicut ignis in spinis, & flamma comburens montes, portata à vento furoris & iracundiæ. Ne ergo deuoret, & destruat subiectum suum, & materiam, in qua ardet, nempè hominem iracundum, cito illum Prou. 6. 27. excutiat de sinu suo. *Quis enim si scintilla saltet in sinum eius, non repente excutiat illam? Nunquid* (ait Salomon) *potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant?* Quapropter nisi stultus esse non potest, qui hoc facit. Hinc in alio libro idem Salomon: *Ira in sinu stulti requiescit.* Itaque *esto consentiens aduersario tuo cito.* Eccl. 7. 10.

9 *Dum es in via cum eo.* Hic rationem aperit, quamobrem & consentiendum. Aduersario sit, & cito consentiendum. Ratio consentiēdi hæc est: *Ne fortè tradat te Aduersarius Iudici, & Iudex tradat te ministro, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.* Cur item citò faciendum sit, hæc est ratio. *Dum es in via cum eo.* Simul ergo vtriusq; rationem prosequamur. Vbi primum considera, q̄ dum in vita sumus, in via sumus. Neq; enim hic habemus ci- Heb. 13. 14 uitatem manentē, sed futuram inquirim⁹, & ideo aduenæ sumus & peregrini. Vnde 1. Par. 29. homo nunquam in eodē statu permanet, 15. similis rotæ, quæ ab aqua siue à vento cir- Iob. 14. 2. cumfertur & velociter currit. Cur putas per desertum, & loca arida, inaquosa, sterilia, lapidea Deum duxisse populum? Absq; dubio ne delectaretur in via, & Diuinæ promissionis obliuisceretur. Vnde neq; necessaria ad vitā ex his locis habere permisit, ne prorsus affectu modo aliquo illis adhæreret. Idcirco manna pluit illis de cœlo: & si eduxit aquam de petra, docuit petram Exod. 16. riuos aquarum non habere in se; sed vigo- 14. rata & aucta virtute ex alto propter videlicet Verbum Dei, de quo facta est iussio illa. Num. 20. 8 *Loquimini ad petram, & illa dabit vobis aquas.* Locutio illa, sermo ille, verbū istud, quod est Verbum Dei, illud est de quo dictum fuerat: *Non in solo pane viuit homo,* Deut. 8. 3. *sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* & Matth. Ita scirent ea, quibus vterentur ad vitam, 4. 4. non terram illam, non loca illa, sed solum Deum habere authorem, vt discerent; non terræ sed Deo adhęrere bonum esse, iis qui viuunt in terra deserta, inuia, & inaquosa. Quid ergo insipiens tu terram colis, non cultura laboris, sed cultu honoris? quid veneraris, q̄ pedibus calcas? via est hæc, qua graderis, quam calcat pes tuus ambulans super terram, & terram tamen superponis capiti tuo, ingrediens fossam, & dicens montibus: cadite super me: vide quid expectes si montes cadant super te: nam lapis super quem ceciderit, conteret eum. *Tu quod amas, ponis super cor tuum,* Matth. 21.

1. Ioan. 2. 15 *super caput tuum. Ergò ne diligas mundum, neque ea, quæ in mundo sunt; alioqui cadent super te, & conterent te, & sub terra erit locus tuus, vbi sempiternus horror inhabitat.*

10 Secundo considera, quod in via hac, qua ambulamus, ad Iudicem ambulamus, qui examinabit omnes gressus nostros, neque pedem mouemus, neque verbum loquimur de quo ratio non sit reddenda Iudici, ad quem tendimus. O quot errantes sunt in via ista! Nouit ille, qui dicebat: *Erraui sicut ouis, quæ periit: quære seruum tuum* Fatentur, qui dicunt: *Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque declinauit in viam suam.* Quibus verbis docemur, multiplicem esse viam: Alia est enim via vniuersæ carnis, quæ ideò communis est omnibus, & finis eius mors est: & hæc est vita temporalis, quam morte concludimus. In hac dum ambulamus, aut Deum ducem habemus, sequentes vestigia eius, aut Alium quemque: Si Deum, quod fit dum legi illius obtemperamus, tunc via illa dicitur, via Domini, via mandatorum, aut iustificationum eius. Si aliò deflectimus, non sequentes Deum, tunc via illa dici potest, vel Mundi, vel Carnis, vel Sathanæ: sed communi nomine dicitur via vniuscuiusq;, sicut dictum est: *Vnusquisque declinauit in viam suam. Quicunque enim auertuntur post tergum Dei, hi proprias sequuntur concupiscentias, quicunq; sit illector, incentor, persuasor, promotor, siue Caro, siue Homo, siue Spiritus immundus.*

Psal. 118. 176.

Isai. 53. 6.

Isai. 53. 6.

11 De prima via loquitur nunc Dominus in Euangelio, ait enim: *Dum es in via cum eo;* Sic inuenis, te cum Aduersario procedere via communi. Neque enim via, qua ambulas, est via Domini, quia ille habet aliquid aduersum te, qua in re iustus ipse est, tu autem iniustus. Iustitia ergò ante illum ambulat, & ponit in via gressus suos. In hoc verò tu ambulas viam iniquitatis, propter quam si Aduersario non consentis, in carcerem es mittendus. Neque potest esse via cuique propria, donec ille Aduersarius est, quin magis vbi iniquitas est, idem plurium esse iter impossibile est. Nam si vnus iniquus, alter iustus est, non ambulant pariter: quæ enim participatio iustitiæ ad iniquitatem? si vterque iniquus est, vnusquisque declinauit in viam suam. De communi igitur via est sermo Domini, *in hac communiter ambulant & boni, & mali: adeo quod duo erunt in lecto eodem, carne coniuncti, & vnus tamen assumetur, & alter relinquetur. Duæ molentes in mola, eadem via incedentes, vna tamen calcante viam Domini, altera declinante a bea, quamuis viuant pariter.* Sic tu & Aduersarius tuus communem vitam viuitis, communem viam perambulatis. At via ista breuis est, cito peragitur. *Esto* igitur *consentiens Aduersario tuo cito.* Quãdiu cito? *Dum es in via cum eo. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem Aduersario consentientes.* Heu! quid moramini expectantes finem itineris vestri? *Cito dum es in via cum eo.* Eandem viam calcarunt in medio maris & populus & Ægyptus: Sed quia diuersus & aduersus fuit in eis sensus, & nullus consensus; ideo perierunt Ægyptii de via ista, & submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Communis via non communem sortitur finem, nisi quoad exitum eius, quia omnes morimur. At in hac pergentes, ad iudicium properamus. In portis ciuitatis iam olim erat iudicium. In exitu huius viæ vniuersæ carnis, formix erectus est, positus est thronus iudicii, vbi reddenda est ratio omnium, q̃ acta sunt in via. Heu! cur hoc non attẽdis?

2. Cor. 7. 14

Matth. 24. 40.

Gal. 6. 10.

Exod. 14. 22.

Exod. 15. 10.

2. Reg. 14. 14.

Ruth 4. 1.

Ne fortè tradat te Aduersarius Iudici. 12

Hæc est vera & præcipua ratio, cur aduersario consentiamus & reconciliemur. Similitudinem sumpsit à duobus litigantibus, qui ad iudicium accedunt: Vbi iustus Iudex vltionis iuste iudicat, innoxiũ liberans, nocentem condemnans. Sed ipsa culpa tua, ob quam habet homo aliquid aduersus te; ipsa (inquam) iniquitas tua te Iudici præsentabit, vt secundum illam iudiceris. O qui iniuriam facitis! ô qui fraudatis, non cum homine vobis est res, quem offendistis, cum Iudice agendum, trademini Iudici. *Omnes oportet stare ante tribunal Christi, qui iudicat iustitiã. Dei n. iudicium*

Deut. 1. 17. Psal. 67. 6.

Psal.9.39. *iudicium est. Iudicat pupillo & humili iu-*
Psal.71.4. *dex est viduarum Iudicat populum in iu-*
Psal.36.14. *stitia, & pauperes in iudicio. Iudicabit pau-*
peres populi. & saluos faciet filios pauperum,
& humiliabit calumniatorem: eripient inopem de manu fortiorum eius, egenum, &
pauperem à diripientibus eum.

Et Iudex tradat te ministro. Non potest pauper se tueri à calumniis hominum, à violentiis, ab offensionibus, ab infectationibus. Sed habet Iudex ministros potentes virtute, facientes verbum illius. Nam
Ps.102.20. Matth.13. 41. *mittet Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.* Iste est, potestatem habens, qua valet virtute irrumpere iniquitates, ministros habens, & obsequentes, & intentos ad audiendam vocem sermonum eius, & veloces ad faciendam voluntatem eius. *Hunc*
Ps.102.20. Luc 12.5. *ergò timete, qui potest & animam & corpus mittere in gehennam.*

13. *Et in carcerem mitteris. Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem.* Hic primum attende, quod hic supponitur te debitorẽ esse; *Donec* (inquã)
Psal.9.31. *reddas.* Ne ergò dicas: *oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat in finem.* Secundò attende, quod *omnino redditurus es.*
Mat.5.18. Exod.22.2. & 2. Reg. 12.6. *Quia iota vnum, aut vnus apex nõ præteribit à Lege donec omnia fiant* Iubet autem, vt qui defraudauit, reddat aliquando etiã in quadruplũ. Et monet Apostolus: *Reddite omnibus debita* Nec putes aliter omnino, euadere posse, nisi reddendo, quod debes. Tertiò attende, quod in hac vita id reperitur, quo à te offensum proximum possis compensare. Ideò enim iuberis illi reconciliari, *dum es in via cum eo.* Neque enim plus quàm potes, exigeris. Ne ergò tardes, dum habes vnde reddere possis:
Luc.16.3. Iob.1.21. Prou.27. 24. *Esto consentiens cito* Non enim *hac habebis semper, quia Dominꝰ auferet à te villicationem, & nudus abibis ex hoc sæculo. Non habebis igitur potestatem.*

Quartò attende, quod egressus, te solum, qui egressus eris, habebis ad reddendum; ideò erit contra te actio personalis. Ideò mitteris in carcerẽ, vt luas in teipso pœnas debiti tui. O infœlices! audite Salomonem: *Redemptio animæ viri, diuitiæ eius. Dum has diuitias habetis, redimat vnusquisq; animam suam de manu Aduersarij* Dies est vnusquisque, dum geritur viam vniuersæ carnis, quia non permisit Deus, vos exigi super id, quod potestis. *Citò, citò; Ne dicas, cras dabo tibi:* Prou.3.28. *Nescis enim quid erit in crastino. Fortè enim* Iac.4.14. *hac nocte animam tuam repetent à te.* Repetent (inquam) quia non tu ipse es creator Spiritus. *Quid enim habes, quod non* Luc.12.20. 1 Cor.4.1. *accepisti? si autẽ accepisti, repetetis, qui dedit, cui propterea debitor es* Citò igitur da, cũ statim possis dare. Nam si exspectes diem Prou.11.4. vltionis, quando videlicet *mittaris in carcerem*, tunc non proderunt diuitiæ in die vltionis, quia non vltra erunt in manu tua: vt dicere valeas: *Si aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Quintò attende, quod nulla erit euasio, vt possis non soluendo liberari, nam mitteris in carcerem, *& non exies inde donec reddas.* Dei statutum est, quod præterire non licet magis quàm decretum Persarum & Medorum, cui & Rex ipse, qui fecerat, obstrictus erat. *Iudicia Dei recta, ideò mandauit ea in æternum.* Nonne dixit Deus: *Et* Luc.19.8. Dan.6.15. *non parcet oculus meus, & non miserebor?* Ezech.5.11. *Quando hæc erunt, tunc certum Iudicium* Iac.2.13. *erit sine misericordia iis, qui non fecerint misericordiam, & iudicium, & iustitiam.* Sextò demum attende, quod plena facienda est restitutio, vsq; ad nouissimũ quadrantem. In via id, quod potes, exigeris, & multa quoque fit remissio, si pœnitentiam agas iuxta vires: At in futuro sæculo reddendum est vsq; ad nouissimum quadrantem. O stupor! ô mirabile dictu! Nil vltra habebit homo, quàm seipsum, animam videlicet & corpus, quæ duo mittet Deus in gehennam: Num ergo his duobus pœnas sustinentibus reddetur vsque ad nouissimum quadrantem? Prorsus. *Nam veritas Domini manet in æter-* Psal.116.2. *num.* Qui legem statuit omnipotens Deus, tantæ capacitatis fecit animam rationalẽ, & corpus eius, vt quantauis quotuis commiserint scelera in hac vita, possint iustas pœnas dare in hoc futuro sæculo, vt reddat vsq; ad nouissimũ quadrantẽ.

O ho-

O homines, hæc attendite, vos compescite à peccatis, obseruate vos ab iniquitate vestra. Sint cordi hæc pauca verba: *Non exies inde, donec reddas ad nouissimum quadrantem.* Si peccatum fuerit admissum, si sub ira Dei terminaueris viam vniuersæ carnis, ibitur in supplicium æternum. A morte illa non datur resurrectio: redditio erit æterna; semper plena, nunquam plena; sufficiens ad vlciscendum, sed nunquam finiens vltionem.

Esto itaq; consentiens aduersario tuo. Si proximus offensus sit aduersarius: vade, priusquam finiatur via ista, reconciliari fratri tuo. Si Spiritus sit aduersarius, qui continuè aduersatur. *Esto consentiens* illi, vt Spiritu ducaris & agaris, vt Carni non acquiescas aut sanguini; non faciens voluntatem Carnis, sed Spiritûs; alioqui & ipse mittet te in carcerem, cogitationibus accusantibus. Si Lex est aduersarius, *Esto illi consentiens*, quia bona est, & contra malum bonum.

SECVNDA PARS.

14. *Audistis, quia dictum est Antiquis: Non mœchaberis: Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam; iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum.* &c. Contra odium docuit, nunc disputat contra amorē inordinatum Ibi regulabatur Irascibilis: hic Concupiscibilis refrænatur. Ibi mala ex odio prodeuntia pelluntur? hic iis remedium adhibetur, quæ ex libidine procedunt & concupiscentia.

Vbi duo. Primum est proprium & immediatum contra peccata carnalia, quæ sub nomine Mœchiæ omnia concluduntur. Secundum est corollarium, quod inde trahitur, quo docemur fugere occasiones peccandi. In primo adhuc duo. Primum est perfectio præcepti. Secundum est ratio mouens ad obseruandum illud. Perfectio præcepti stat in hoc, quod nedum non peccetur in corpus, luxuriâ exteriori actu exercendo; quod Lex prohibeat; verum & eo ipsum custodiamus à concupiscenda muliere aliena; quod prohibetur ab Exo. 20. 14. Euangelio, sed dices. Nunquid nō & Lex prohibebat. *Non concupisces?* Verū est quidem; sed non puniebat nisi exteriores actus. At Lex Euangelica pœnam adhibet etiā malis cogitationibus & concupiscentiis: Et ratio est, quia lex illa potissimum spectabat polytiam quandam congruam hominibus, qui essent populus Dei; & ideò actibus exterioribus imprimis legem adhibebat, & regulam. Lex autem nostra expresse animæ salutem spectat potissimum, & ideò eas recenset pœnas, quæ saluti contrariantur.

Ratio ergò mouens ad huius præcepti 15. obseruationem est mors æterna, nempè gehenna. *Melius est* (inquit) *vt pereat vnū membrorum tuorū, quàm totum corpus tuū eat in gehennam.* Attende ergò, ô homo! ô mulier! quod absq; corporis actione aut motu, solo corde potes mereri gehennæ incendia æterna. O in quantis periculis sumus constituti? Quàm verè inferi vbique patent? Quanta igitur custodia adhibenda? Quam stultè Pharao dedit se discrimini, ingrediens mare rubrū? cuius stultitiæ pœnā dedit. Debuisset considerare, quòd natura iter huiusmodi non parabat, sed sola manu Dei illius, quę toties illū flagellauerat in Ægypto. Stultè igitur egit, & stultus apparuit. Custodite ergò vosmetipsos à periculis, quorum plenum est mare magnum, Mundus videlicet. Exo. 14. 15.

Ex hoc præcepto & adiecto periculo, 16. conficit Christus consequentiam hanc, nempè, vt si oculus aut manus dextera scandalū nobis faciant, eos à nobis projiciamus, q̄ erat secundo loco videndū. Vbi certum est, Dominū de oculo isto materiali aut manu, non esse loquutū; quandoquidem nō licet nobis illos amputare. Sed duo potissimum per oculum, & manū Dominus intellexit: videlicet charos & necessarios, & quascunq; peccandi occasiones, etiam si multum videantur afferre emolumenti: charos aūt non simpliciter aut absolutè iubet elongādos. Sed tunc tantum, quando scandalizant, quando prouocant, & ducunt per viam perditionis.

Sapiens docet cautelam, quam cum his, 17. qui videntur & videri volunt amici, adhibere

bere conuenit: Nam postmodum ad inimicitiam conuertuntur. Quanto igitur magis ab his summoperè cauendum est, qui sub prætextu amicitiæ, damnum inuehunt in animam nostram damnationis æternæ! Sic ergò loquitur Sapiens: *Omnis amicus dicet: Et ego amicitiam copulaui.* Eccli.37.1. *Sed est amicus, solo nomine amicus.* Communiter solent homines amicitiam iactare, amicos se profiteri & prædicare; sed non omnes verè amici sunt, sed dumtaxat nominetenus. Habent nomen, habent apparentiam, prætextum habent amicitiæ; sed non facto & re sunt, quod esse præ se ferunt. Ideò sequitur: *Nonne tristitia inest vsq; ad mortem*: Sodalis autem & amicus, ad inimicitiam conuertentur. Dixit amicum esse aliquem solo nomine. Hic est, qui data occasione inimicum se demonstrabit aperte: quæ causa est maximæ tristitiæ, tantæ videlicet, vt ad mortem propè deducat: Quo- Matth.26. modo dixit Dominus: *Tristis est anima* 38. *mea vsque ad mortem.*

18. Magnus quippè dolor est, videre se traditum ab eo, qui cum tanta videbatur esse necessitudo. Ideò & hæc inter pœnas Psal.87.19. Domini Iesu enumeratur: *Elongasti* (in- Psal.40.10 quit) *à me amicum & proximum, & notes* & Ioan.13. *meos à miseria. Homo pacis meæ in quo spe-* 18. *raui, qui edebat panes meos leuauit contrà* Eccl.37.3. *me calcaneum suum.* Ideò Sapiens sequitur exclamans: O præsumptio nequissima! Vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? Præsumptionem nequissimam intelligit cogitationem affligentem, & præ tristitia cruciantem, nempè magnum illum dolorem vsque ad mortem. Vnde creata es? id est, quæ est causa tanti mali, quod inundat vbique & cooperit terram malitia, & dolositate amici conuertentis se ad inimicitiam? Simulata amicitia sub dolis causa est, cur tot homines in profundum tristitiæ demergantur, videntes se deceptos à simulantibus amicitiam. Quam simulationem pergit ostendere: *Sodalis amico coniucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit.* Si hæc deceptio, & incommodorum inuectio tantam tristitiam creat insensato homine, quantam debeat in nobis cautelam generare, ne per hos amicos in gehennam præcipitemur? Nonne sic eorum amicitia conuertitur in inimicitiam? Nonne sic in tempore tribulationis erunt aduersarij? O æternam aduersitatē! Sit igitur huiusmodi amicus, oculus isque dexter, sit manus eaq; dextera: *abscinde illum, & proiice abs te: pereat vnum membrorū tuorum*, careas emolumentis ab eo expectatis, careas familiaritate, cæterisque, quę à charis solent hauriri, ne totus ardeas in inferno.

Specialia mala, quæ ab huiusmodi fal- 19.
sis amicis procedunt, exprimit Sapiens infrà dicens: *Verbum nequam immutabit* Eccli 37. *cor, ex quo* (videlicet corde) *partes quatuor* 21. *oriuntur, bonum & malum, vita, & mors; & dominatrix illorum & assidua lingua.* Quæ autē lingua magis est assidua, quàm necessariorū, domesticorum, familiariū, cognatorum, eorumque omnium, quos Veritas ob maximam coniunctionem & charitatem, oculum dextrum vocat, manumq; dexteram? Nostrę aures his semper patent: Suggerunt perpetuò blanda, vtilia, commoda, & ea, quæ mundus quærit, appetit caro, venatur sensus, & fauent concupiscentiæ. Hæc lingua dominatrix est eorum, quæ ex corde proficiscuntur. *Quia verbum nequam immuta-* Eccl 37 21 *bit cor.* Quæ ab intimis suggeruntur, mirum est, quantam vim habeant super corda nostra; immutant enim cor, conuertūt, auertunt, alterant, excitāt, & ad quodcunque voluerint, mouent illud. Cum ergò ex corde exeant bonū & malum, virtus videlicet & vitiū & pariter vita & mors, merces videlicet & virtutis & vitij, quàm cauendū est ab iis, qui potestatē habēt super cor? Vide si elegantius potuit hoc demonstrari, quàm per similitudinem oculi & manus? Vide si efficacius potuit persuaderi quàm per comminatam gehennę pœnam? Hoc & Propheta intendebat iubens: *Caue ab ea, quæ dormit in sinu tuo* Nam, vt *Mich.7.6.* Dominus quoque docet; *Inimici homi-* *Matth.10.* *nis domestici eius.* 36.

Hæc est ratio quamobrem Patriarchæ, 20.
ex quibus semen electum progenitum est,

adeò profecerunt in carnis maceratione ac mortificatione. Abraham, cui factæ
Gen.16.61. sunt a Deo promissiones de semine eius, diu sine filiis vixit, ita vt propè nonagenarius filiũ haberet Ismaëlem, quẽ cum iam puer posteafratrisamorem sibi vendicasset, pater ipse iubetur abiicere cum matre
Gen.21.10. eius. *Eijce ancillam hanc, & filium eius*: instabat Sara *Durè accepit hoc Abraham* (dicit Scriptura) *pro filio eius. Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua. Omnia, quæ dixerit*
Gen. 22.1. *tibi Sara, audi vocem eius.* Sed vt ad sum-
Gen.27.28. mam carnis mortificationẽ adduceretur,
Gen.37.33. & 42.36. filium vnigenitũ, quem diligebat Isaac iubetur manib⁹ pprijs sacrificare. Ita quoq; Isaac diligebat Esaũ, & tñ coactus benedixit Iacob. Haud secus Iacob doluit super perditione Ioseph, & super absentia Benjamin. In illis ergò nobis præmonstratum est, ne nobis asperum videatur carnem crucifigere cum concupiscentiis suis, adeò vt si opus esset oculos erueremus. Sic Se-
Exod.4.24. phora ne virum perderet, filium circumcidit. Melius est modicum, quam totum
Exo.32.27. perdere. Sic Moyses partem illam populi, quæ vitulum adorauerat, interemit, ne furor Domini totum exterminaret populum: Et quando sanguine etiam coniuncti Deum offendunt, eorum supplicia siccis
Leu.10.10. oculis intueri debemus. Propterea Aaron à lugubribus in morte filiorum Nadab, & Abiu prohibetur.

21. Sed de hac occasione peccandi distinctius ac præsius adhuc agamus, quæ præscindenda est ac proijcienda, ne nos inducat in tentationem. Hoc docet Dominus dicẽs: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam.* Hac phrasi vsus est, intendens ostendere, quòd sola concupiscentia rerum hominem æternæ mortis facit, vt simul ostenderet, quòd via ad talem concupiscentiam est oculus. Vnde Scriptura di-
Gen.6.2. cit: *Videntes Filij Dei filias hominum, quòd pulchræ essent, acceperunt sibi vxores & omnibus, quas elegerant.* Sic & Dauid, qui
2.Reg.11.2 tantę erat sanctitatis, per oculos ductus est ad Bethsabeã concupiscendã, quam concupiscentiã etiam opus subsecutũ est, cui operi regia potestas præbuit occasionem.

Idcircò sanctus Iob id aduertẽs, ita custodiuit pupillam oculi sui, vt diceret: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* Visio oculorum cordis gignit cogitationẽ, quam sequitur delectatio, demumq; concupiscentia, quæ parit peccatum, quod cum fuerit consummatũ, generat mortem. Quoniam verò habilis est oculus, & à conspectu rerum concupiscibilium difficilè custoditur; ideò fœdus cum eis pepigit Iob, & firmiter statuit, ac si fœdus pepigisset eos compescere diligenter. Vbi discimus, quòd, quæ periculis magis exposita sunt, & in quæ facilior est lapsus atque frequentior, iis maior est adhibenda solicitudo, strictiorque ac diligentior custodia atque studium. Ideò
Eccl.42.12. imprimis Sapiens iubet patri, vt super filia firmet custodiam.

Ex oculo enim instruimur ad vniuersa, 22.
quæ occasionem præbeant transgrediendi diuina mandata. Hinc diuina illa præcepta manarunt de Gentibus Chananæis habitatoribus terræ, ad quam populus ingrediebatur possidendam. *Non inibis cum eis*
Exo.23.32. *fœdus, nec cum Diis eorum. Non habitent in terra tua; ne fortè peccare te faciant in me, si seruieris Diis eorum:* Et rursus: *Ne*
Exo.34.12. *ineas pactum cum hominibus illarum regionum, ne cum fornicati fuerint cum Diis eorum, & adorauerint simulacra eorum, vocet te quispiam, vt comedas de immolatis. Nec vxorem de filiabus eorum accipies filijs tuis, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in Deos suos.* Rursus de eisdem Gentibus renouatur præceptum in Deuteronomio:
Deut.7.2. *Percuties eas vsque ad internecionem. Non inibis cum eis fœdus, nec miserearis earum. neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam eius accipies filio tuo: quia seducent filium tuum, ne sequatur me.* Vides in his omnibus præceptis adiectam causam eorum: Ideò enim prohibet Deus illarum gentium consortia, quia erant muscipula, quâ caperentur, & laqueus, quo illaquearentur in sceleribus & abominatio-
Exo.23.33. bus earum. *Ne fortè* (inquit) *peccare te faciant in me.* Ne cum fornicati fuerint

cum

Exo. 34.15. cum Diis suis, vocet te quispiam, vt co-
Deut. 7.4. medas de immolatis Quia seducet filium
tuum ne sequatur me.

23. Horrendum præcipitium tanti Regis, vt fuit Salomon, tam sapientis, tam deuoti, qui templum ædificauerat, & dedicauerat Domino Deo suo, qui habuerat ab eo reuelationes; persuasissimum cunctis facit quàm periculosa, quàm noxia, quàm
3. Reg. 11.1. damnabilis sit occasio peccandi. En præuaricatio huius præcepti. Rex autem Salomon adamauit, super quibus dixit Dominus: *Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra, vt sequamini Deos earum.* En sequutus pessimus effectus pre-
3. Reg 11.3. uisus & prædictus à Deo. *Et auerterunt mulieres cor eius.* Cumq; iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo. Sed colebat Astharthen Deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. Tunc ædificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab; & Moloch, idolo filiorum Ammon. Atq; in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis. Quis tantum scelus, tàm sacrilegum facinus in vno Salamone non admiretur vltrà quàm credi
2. Reg. 12. 25. potest? Qui in iuuentute sua fuit Idida, id est amabilis Domino, cum iam esset senex deprauatum est cor eius, vt templa ædificaret dæmonijs, vt eorum veneraretur simulachra, thura incenderet, offerret victimas, cultumque eis, ac si essent veri Dij impiè exhiberet.

24. Quanta est vis occasionis non euitatæ.
Nu. 23.21. Hoc Diabolus probe nouerat, qui non va-
Nu. 24.14. lens per Balaam maledicere populo, eò quòd quidquam non haberet in eo, cum in illo non essent diuini, auguria, incantationes: artem hanc versipellis, adinuenit, coque consilio atque artificio vsus est, vt per mulieres Madianitas illiceret ad sacri-
Apoc. 2. 14. legos earum cultus. *Heu, quod non potuit*
Num. 25.1. *ariolus sceleſtus, atque sacrilegus malitiâ dæmoniorum, potuit mollitie mulierum. Fortiores sunt ad tentãdum mulieres, quàm dæmones.* Valentior pulchra caro, quàm immundus spiritus; blanditiæ carnales, quam insidiæ spiritales. Quid B. Paule scribis? *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contrà spiritualia nequitiæ in cœlestibus*; Quando caro & sanguis maiore impulsu impulit populum, vt caderet, quàm spiritus maligni, qui sunt, (vt ait consors gloriæ tuæ B. Petrus) virtute maiores. *Eph. 6.12.* *2. Pet. 2.11.*

25. Verum & hoc fuit inuentum diabolicum. Spiritus armis munitus carnalibus sic fortis est, vt non sit potestas super terram, quæ comparetur ei. Cum fortis armatus, (dicebat Dominus Iesus.) Fortis, vt spiritus, sed carne armatus. Sic armatus matrẽ omnium nostrum expugnauit per lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Quid tu infœlix Eua ad lignum vetitum accessisti? cur non procul recedebas ab arbore mala? neque fructum illum aspicere debuisses, ne fortè illius in te appetentia exoriretur, insurgeret, inuitaret, illiceret, caperet, illigaret, raperet, mortiq; te faceret miserabiliter obnoxiam. Occasio peccandi arma sunt diaboli, funes peccatorum, laqueus venatorum, hostium illecebra, ruinarum initium, infirmitas ad mortem, præambulum ad diuinam offensam, portæ inferi, via perditionis, fouea insidiantium, proximaq; dispositio ad subeundam vindictam malefactorum & furorem Omnipotentis. Heu quot hic armis deiiciuntur quotidiè & in singulas horas, quando totus mundus concupiscentiæ plenus est? Non enim frustra dixit B. Ioannes: *Mundus transit, & concupiscentia eius.* Quid est cõcupiscentia eius, nisi mundanę res concupiscibiles, concupiscentiam prouocantes? Quid putas dixerit Dominus; *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*? cur diuitias nomine iniquitatis denotauit? cur etiam fallaces appellauit? quia fallunt, quia iniquitatem sociam habent, vix sine peccato tractantur. Alioqui cur idem Dominus omnium, omnibus dicit: *Facilius est camelum per foramen acus transire,* *Gen. 3.2.* *Iob. 41. 24.* *Luc. 11.21.* *1. Ioh. 2.17.* *Luc. 16.9.* *Mat. 13.22.* *Mat. 19. 24.*

quam diuitem intrare in regnum cœlorum? Vnde tanta difficultas, nisi quia diuitiæ fortiter animam impellunt ad iniquitatẽ, & declinare faciunt à mandatis Dei: Occasio (inquam) sunt trahens hominem in funiculis vanitatis: Et hanc tamen occasionem peccandi nõ fugiunt homines, sed quæritant, sed appetunt. Quia Beatum
Ps.143.5. dixerunt, cui hæc sunt: nempè prospera mundi, commoda carnis, abundantia diuitiarum, ambitus seculates, ipsaque, quã diximus, mundi concupiscentia. Hæc si saperes, abiiceres homo non quæreres, etiamsi chara essent, velut oculus dexter, etiamsi vtilia & necessaria, velut dextera manus tua. Tutius vixit populus inter saxa arida atque sterilia, quàm in terra fluente lac & mel. Tutius solus segregatus à peccatoribus, quàm quando cõmisti
Ps.105.35. sunt inter gentes. Solus legẽ susçepit. Inter gentes didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. O scandala. *Si oculus tuus scandalizat te*, si est tibi in scandalum,
Psal.16.7. si est occasio peccandi, qua scandalum tibi est; *erue eum, & proiice abs te*, sit procul à te, nedum non sit in te vt Deo appropinques, qui saluos faciet sperantes in se. Quod nobis concedat.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ostenditur via, per quã pergere debemus. Quid faciendũ in ea. Qua cautela in bonis tenenda sit memoria mali. Ad talem deueniemus terminum, qualis via præcesserit, cum inter vtrumque proportio esse debeat. Arguuntur qui Gloriam vellent, verùm non per viam rectam. Doctè & benè.

1. IN via sumus, qua continuo cursu tendimus ad terminum; quem assecuti, vltrà non erit nobis progrediendum, ibi in æternum permansuri, vt vltra de loco in locum transeundum non sit, neque status ille sit in alium commutandus. Qui terminus, qui locus, qui status aptus erit, & congruens itineri, per quod ad illum fuerit ab hominibus peruentum. Ita quòd qui rectà incedens cautè ambulauerit, & secundum diuinæ legis præcepta, is terminum consequitur, vbi in pace sine fine fœliciter requiescat. Is autem, qui semitam reliquerit mandatorum Dei, iueritq; in adinuentionibus suis ambulans in via non bona, sed post peccata sua, vbi terminum attigerit viarum suarũ; tum ibi sic requiescet, vt requiem minimè habiturus sit in sæcula sæculorum. Ergò is solus est sapiens, qui dirigit pedes suos in viam pacis. Insipientes, stultique sunt omnes, qui viam pergunt iniquitatis. O sapiens documentum Salomonis: *Audi fili mi, & esto sapiens: & dirige in via animam tuam.* Pro. 23.19 O lectionem sancti Euangelij dignissimam, quæ audiatur attentè, & sollicitè custodiatur; In qua à Domino dictum intelligatur & iussum: *Estò consentiens aduersario tu citò, dum es in via cum eo. Expedit tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam.* Vbi quid in via agere debeamus docet, & quò per viam à quibusdam tenditur, manifestat.

2. Vt meritò de duobus sit sermo noster, de via & de termino; qua videlicet eundũ sit: & quò perueniatur. Imò quid in via sit faciendum, & quid in termino propterea simus recepturi. Viam vniuersæ carnis pergimus omnes, qua vitam hanc naturæ peragimus, qua demum acta, atque excursa in loco perpetuo collocamur: & hoc variè, quemadmodum pedibus animi rectè ambulamus aut obliquè. Dum enim corpore viam istam, quæ & nobis & aduersario communis est, quin potius cunctis perambulamus; animus quoque, qui ad altiora creatus est, quam ista sint, quæ in via hac sunt, pertransiturus, suos agit gressus, suas alias quasdam perambulat vias, bonas quidem, si sapiens sit; malas, si stultus. Iuxta quod audistis à Salomone: *Esto Sapiens, & dirige in via animum tuum.* Pro. 23.19

3. Animi verò pedes affectus sunt, quibus in aliud

in aliud fertur. Et duo sunt, Amor videlicet, & Odium. Quos ambos Christus nos monet in lectione ista dirigere. Nam non quauis re alia quisquam est aduersarius nobis quàm odio: Neque concupiscitur mulier nisi amore. Hos pedes dirigit Dominus, dum odium regulat & Amorem: Odium dicens: *Estò consentiens aduersario tuo.* Amorem, dicens. *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo* Postquàm esu ligni scientiæ boni & mali, de loco eiectus homo, vbi scientiam boni tantummodo exercebat, in hanc terram descendit, vbi & malum cœpit exercere, & scire; in mediũ nos malorum ambulamus semper, & bonorum. Vnde & à dextris & sinistris conuenit ordinatos esse, circumspectos, armatos, ne vel ad dexteram declinantes vel ad sinistram, pereamus de via recta, & propterea ad constitutum nobis terminum ab initio non valeamus attingere.

Hanc verò cautelam, & cum hominibus & cum rebus aliis obseruare debemus.
Eccl. 39. 5. Cum hominibus quidem: nam de sapiente viro Sapiens scribit. *Bona & mala in hominibus tentabit* Tentabit inquam) & veluti palpabit, vt sciat vtraque versus, quomodo se gerat, vt neque bonorum perdat fructus, neque malorum effectibus noceatur. Sic medius inter hæc, & illa securus incedat, vt ex ambobus profectum assequatur. Cum aliis verò rebus: quoniam
2. Cor. 6. 4. hortatur Apostolus: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros.* In omnibus (inquam) non enim vno modo cum re quaq; incedendum est, sed suus est cuique modus, & propterea sedulitate opus est in vnaquaque: ob id multis horum recensitis Apostolus eo deuenit, vt subderet.
7 *Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris per gloriam & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam.*

4 Cautela autem ista cum de re graui & sancta, non leuis sit & infirma, à tota anima adhibenda est, vt circa hæc inuigilet intellectus, incumbat affectus, & memoria intentionis consuetudine agat custodias. Opera intellectus erit discernere inter bonum & malum, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Ne veniat sub pelle ouina lupus, & malum, cum specie, & apparentia boni. Rursus verò, ne lucem fastidiat homo propter oculorum siue infirmitatem siue dissuetudinem. Admonet propter hoc Salomon: *Qui bene-* Pro. 27 14
dicit populo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit. Qui publicè laudant, qui in manifesto arrident, meritò dubitandum est, ne id simulate faciant: plurimum enim homines eiusmodi detrahunt in secreto. Cupit simulator tibi prospera, grandia repromittit, gloriosa auguratur, si illum audias. Verum post terga exprobrat, & mala deprecatur. Tu ergo, si sapis, discerne causam tuam de gente non sancta, sed ficta, ne à malo capiaris, & sub specie boni decipiaris. Rursus Sapientem auscultа: *Meliora sunt vulnera diligentis,* Pro. 27. 6.
quàm fraudulenta oscula odientis. Quis non malum reputet vulnerari? quis non bonum osculari? & tamen si vulnerans diligat, osculans odiat, in contrarium cadent vulnus & osculum. Bona vulnera sunt, quæ infligit amor, qui semper bonum vult & admouet. Bona (inquam) & meliora quàm oscula odientis. Hæc enim apparentiam solummodo habent boni non veritatem, illa vero, quidquid in superficie videantur, reuera bona sunt. Quæ vulnera sunt diligentis? ibidem dixit Sapiens. *Me-* Pro. 27. 5.
lior est correptio manifesta, quam amor absconditus. Correptio vulnus est, sed ad saniem educendam, ad sanitatem comparandam. Amet quis, sed amorem operibus non ostendat, quid proderit fratres mei? si ex dilectione corripiat, & veluti vulneret, maxima ista tibi erit vtilitas. Conducens valde cautela ista est, sed & voluntas sua vtatur cautela necesse est. Sensus & caro nostra ab his facile afficitur, quæ tangit, nisi prudentia reguletur: & hoc maximè inter conuersandum cum hominibus, qui vel malis vrgent, vel bonis trahunt nostram infirmitatem. Et ne longius procedamus: Homines plurimum vel blanditiis illaqueant animum, vel lacessiunt iniuriis. Tenta bona ista in hominibus, & mala. Tenta pede si molle sit solum, quod calcas, vel durum, ne currens imprudenter

vel infringas, vel infigas, vt scias (inquam) quomodo te oporteat ambulare. Durum reperisti proximum; patientia opus est atq; constantia: In mulierem incidisti, q̃ mollit sermones suos, cautela opus est atque prudentia. Non cum vtroq; eadem ratione agendum est. A duro ne recedas, ad molle ne accedas; sis cautus cum vtroque. Et primò ne illis efficiaris similis, qui dicentes: *Durus est hic sermo, abierunt retrò, & iam non cum Domino Iesu ambulabant*; Neque pigro illi, qui abscondit pecuniam Domini sui, dicens: *Domine scio, quia homo durus es.* Qui propterea sententia illa percussus est; *Inutilẽ seruum eiicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dẽtium* Secundò verò recorderis, q̃ vecors iuuenis, qui propè viam domus mulieris præparatæ ad capiendas animas graditur, irretitus ab ea multis sermonibus, sequitur eam quasi Bos ductus ad victimam, nesciens, quòd de periculo animæ illius agitur. Quamobrem, & alius Sapiens monet: *In medio mulierum noli commorari* Currit similitudo. Si durum est solum, liberè figis pedem; si molle, retrahis: contra aduersa securus procede; prospera, & quæ sensum illiciunt, vita. Hoc primum est in re adeò periculosa remedium, quæ irascibilem prouocant, virtute superentur; quæ concupiscibilẽ, ab his cautè declinare oportet.

6 Ad memoriam pertinet iam terrius modus cautelæ, postremumq; remedium adhibendum in via hac, qua ambulamus inter bonos & malos, inter mala & bona. Quod remedium Sapiens ille nos docet Salomone posterior, dicens: *In die bonorum ne immemor sis malorum; & in die malorum ne immemor sis bonorum.* Dum adsunt vel bona vel mala, recordare, quod nunquam hic mundus in eodem statu permanet, & quod *sicut dies diei eructat verbum, ita & nox nocti indicat scientiam imo dies noctem vocat, & nocti succedit dies.* Bona enim non pœnitus a malis separantur: & mala cum bonis coniunguntur. Sicut autem re ipsâ currit ista coniunctio, ità mentis comprehensione diuidi illam non conuenit. Ista verò cõiunctio, vel ex ipsorum natura contingit, vel huius mundi conditione. Bonorum, & malorum temporalium, quæ nobis in hac vita contingunt, eiusmodi est natura, vt in vno reperiatur & alterum. Non enim bonum tantummodo bonum est, neque malum tantùm malum; sed inuenitur in bono malum, & malum non bonum prorsus excludit. Consuetudine præterea mundi comparatum est, vt non sint mala perpetua, neq; bona; sed ista illis, istisque illa succedant. Ne igitur hæc, vel illa totum ad se rapiant hominem; vbi alterum re adest, alterum sua consideratione mens facit adesse præsens; vt monet Sapiens. Et in vnius aperta adiectione, alterius quoque, quod non ita patens est, recordatio habetur. Malum est, (vt quod monemur faciamus) Malum est (inquam) quod non benè tibi conuenit cum proximo tuo. Malum est (inquam) saltem apud sensum tuũ, quòd a proximo prouocaris, vnde in illius ruis iniuriam, raptus furore contra illum. Malum est, vt tibi videtur, humiliari, veniam petere, satisdare, vincere superbiam tuam, duritiam emollire. Tunc illum imitare, *qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, vt mala ista superes*, bonorum cogitatione tuum studeas animum armare. Cogita, quod homo iste est opus D E I, quin & imago Dei, factus ad imaginem eius, & Deum proprerea repræsentãs; quod bonum est maximum, longè malum illud prius excedens. Cogita quòd est frater tuus, alter tu; vt plus valeat apud te bonũ illud naturæ, bonum societatis, propinquitatis, fraternitatis, quàm malum, quod debes contemnere. Cogita bonum charitatis, quod in te ipso consequeris fratri tuo consentiens, quod non minus est in te quàm in illo. Cogita bonum pacis, quæ est res iucunda & maximè delectabilis. Cogita, quòd ab hoc Boni principio plurima sequentur bona. Nam *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam*: & reliqua, quæ enumerat Apostolus. Et inter hæc cogita, quod proximo consentiens, Deum promereris; quòd quæ mala ante videbãtur, cõuertentur in bona; dulcia erunt, quæ amaritudinem præ se ferebant: nè bona alterius aperire præsentia, quæ

Ioan. 6. 60

Mat. 25. 17

Prou. 7. 8.

Eccl. 42. 12

Eccl. 11. 27

Psal. 18. 3.

Hebr. 12. 2

1. Cor. 13. 4

quæ dicere habeo in sequentibus. Sic induere fortitudine tua, gradiens in multitudine virtutis tuę, vt hostem repellas longius, illi resistens fortiter; pede conculcans tartara, leonem & draconem; & quidquid aduersitatis occurrerit, viriliter infringens atque depellens. Alioqui *si desperaueris lapsus in die angustia, imminuetur fortitudo tua*, vt est in Prouerbiis. *Noli ergò*, vt Paulus monet, *vinci à malo, sed vince in bono malum.* Vtrumque pondera in statera, & malo præponderabit bonum sicut arena maris. Quod si quod tutum est feceris repugnando, aderit propugnator Dominus ad saluandum; vt de te quoque, quod primum de Christo dictum est, verum sit. *Dominus à dextris tuis, confringet in die iræ suæ inimicos tuos*; vt te viderit dextera tua pugnare, viteſque omnes exerere, vt oppugnantia expugnes, ipse indignantis instar, pluet super peccatores laqueos, super aduersantia pluiam salutarem. Hoc pacto non imminuetur fortitudo tua, sed introibis in potẽtias Domini, quia scriptum est. *Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem*, propria exuti, diuinæ induti atque cœlesti.

Pro.24.10 Ro.11.21. Psa.109.5. Isa.40.31.

Rursus in die bonorum ne Immemor sis malorum. In Tobia scriptum est: Cum esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ. Filius nunciauit ei vnum ex filiis Israël iugulatũ iacere, statimque exiliens de accubitu suo, relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus; tollensque illud portauit ad domum suam occultè, vt dũ sol occubuisset, cautè sepeliret illud: cumque occultasset corpus manducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam. *Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum.* Nihil in hoc mundo tam bonum est, quod non in malum recidere possit, quin & plurimum consueuit. Prandium bonum in domo Tobiæ, mala iugulatio in platea, & bonum & malũ vnà coniungens manducauit panẽ cum luctu. Idem prædixerat Dominus per Prophetã: Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum, in tempore lætitiæ tristitia superueniet. Quòd si hoc est in quibuscunque sæcularibus bonis, quid bona illa, quæ ad peccatum trahunt, in peccato sumuntur, & per peccatum habentur? An huiusmodi non sunt species mulier s? blãditiæ? deliciæ? impudicitiæ? bona si non essent, homo illa non concupisceret, nec videret quis mulierem ad concupiscendam eam. Nec Lege indigeremus iubente: *Non concupisces vxorem proximi tui.* Nihil vnquam concupiscitur, quod apparet sub specie mali. Bonum tantummodo id est, quod cupimus.

7 Ec.11.27. Tob.2.1. Amos 8.10 Cor.13.4 Exo.20.17

In his bonis maximè oculum ad mala debemus intendere. Sic Sapiens docet: *In die horum bonorum non immemor sis malorum; cogita in primis mala, quæ in bonis existunt.* Quæ mala? An non malum boni, quod bonum sit momentaneum, non manens sed currens, sed auolans, mòxque deficiens? An non malum boni, quod turpe sit? omne bonum pulchrum, omne pulchrum bonum. Turpe est adeò bonum istud, vt turpitudinis nomine illud lex ipsa detestetur. *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies. Turpitudinem vxoris patris tui discooperies. Turpitudinem vxoris tuæ, & filiæ eius non reuelabis.* Et alia huiusmodi plurima habes in lege, vt videas, quam turpe sit, quod tibi bonum videtur. An non malum boni, quod boni maioris priuatio est; tollit sapientiam, tollit existimationem, tollit pacem, etiam diuitias ipsas consumit? Et quæ mala inde non procedunt? Dicat id Ammon filius Dauid; quin & Dauid ipse. Dicant Sichimitæ: dicat id primus ille mundus, qui in die bonorum, malorum noluit recordari, quæ illis Deus per Noë minitabatur, quæ mala non memorati experti sunt. Quid quod ait Sapiens. *Malitia hora obliuionem facit luxuriæ magnæ?* Si Iob maledixit diei natiuitatis suæ: quot sunt maledicẽtes diei voluptatis suæ? Malitia enim horæ, malum: quod vna hora tantum pateris, superat quanta bona hausisti in cubilibus & impudicitiis: Si appenderentur bona illa, & calamitas horæ vnius, quæ inde processit, quasi arena maris hæc grauior appareret. Si experientia

Ec.11.27. Leu.18.7. 2.Reg 13.11 & 23. 2.Reg 11.2. Gen.34.1. Ec.11.29. Iob 3.3.

sic in-

sic iudicat in præsenti, cur in futuro memoria non prospexit? Cogita, cogita ergò in bonis mala, vt non per bona in te mala excurrant & deriuentur. Imò & mala etiam præsentia cum bonis illis coniuncta videnda sunt, atque penitius consideranda. Hoc vnum dico: qui bonis illis adhæret, malus est ipse: malo autem nihil contin-
Matt. 7. 17. gere potest boni. *Sicut enim non potest ar-*
Eccli. 11. 33 *bor mala bonos fructus facere; sic omnia etiã bona impiis & peccatoribus in mala conuertuntur.* Vt sicut malum facit, sic bonum vllum excipere non potest. Ecce mala in bonis illis pessimis cogitanda. Heu! quid si bonis præsentibus mala futuri sæculi mente coniungeremus? si malis bona? ô vtilem coniunctionem! Hanc præcipuè petit Christus gehennam commemorans, & huius viæ terminum, de quo nunc agemus.

SECVNDA PARS.

8 DE termino, ad quem acceditur in via,
Eccli. 11. 27 nunc acturi considerabimus quod Sapiens verbis illis: *Malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ:* hæc quoque addit: *Et in fine hominis denudatio operum illius.* In quibus manifestat, quod merces, qua opera hominum remunerabuntur in fine, bona ne fuerint an mala, euidentissimè demonstrabit. Quam rem summopere coram oculis nostris omnes nos operæ pretium est tenere. Tu ipse fortè nescis quid agas, rectè ne an perperam. Nam si nesciant alij non magnopere curandum est. Tu hoc vt videas, si non alibi, at prospice finem; finem vitæ, finem operum, finem tui ipsius operantis. Tunc enim denudatio erit operum: tunc manifesta erunt consilia cordis, & circunstantiæ operis, & hominis qualitates. Propterea Dominus finem hũc anteposuit menti nostræ dicens. *Et mittaris in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas vsque ad nouissimam quadrantem. Totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Alibi etiam de oculo, manu,
Matt. 18. 8. & pede agens, dixit: *Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus, & duos pedes habentem mitti in ignem æternum.* Ex quibus perspicuum est loca duo extra hunc mundum, & post hanc vitam dari. Alterum vitæ, alterum gehennæ, illum in cœlis, hunc in inferno: quæ quòd respondeant huius vitæ consuetudini & moribus ex hoc patet, quòd dicit Dominus. *Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cum eo, ne fortè mittaris in carcerem. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te, expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Consentire ergò, alioqui mitteris in carcerem. Quod scandalizat te, abs te proiice, alioqui corpus tuũ mittetur in gehennam. Rursus apparet, quòd iusta est proportio inter meritum, & præmium, cum dictum sit. *Non exies inde, donec reddas vsque ad nouissimum quadrantem.* Si autem hoc in mercede iniquitatis, quis ambigat non idem euenire in bonorum laborum fructu glorioso? De carcere autem, cum tangitur ista proportio, solum mentio facta est, vt tertius quidam alius locus subostenderetur, qui carcer quidem est, sed non vt gehenna, quæ eadem dicitur ignis æternus, vnde exibit nemo in perpetuum. Nam ex hoc alio loco soluto aliquando eo omni, quod debetur, datur egressio. Ita sermonem suum Dominus tẽperauit, vt carcer quidem posset intelligi, locus, quem dicimus infernum & gehennam. Vnde quia ibi non erit vnquam debiti completa solutio, nullus vnquam erit exitus: possit nihilominus locus alius intelligi, quem appellamus Purgatorium: vbi perfecta purgatione & debito plenè soluto, liber dimittitur, qui propter delicta sua illuc missus fuerat, & mundus ducitur in vitam æternam. Tria ergò loca nobis ex Domini verbis innuuntur, Cœlum, Infernus, & Purgatorium. Infernus solus impiis, qui hostes sunt Diuinæ Maiestatis, destinatus est. Cœlum & Purgatorium sunt filiorum Dei, qui viuentes in carne, à via veritatis non penitus recesserunt: Et quia in cœlum nihil introbit iniquitatum, iis qui sunt immaculati, cœlum datur: Qui verò maculas quasdam habent, vel in corpore vel in opere, his oport. t exui, vt demum

mum plenè purgati ad montem Domini
Psal.2. valeant ascendere. Nam *illicis solus habi-*
Psal.23.3. *tat, qui ingreditur sine macula, innocens manibus & mundo corde.*

9 De his ergò omnibus locis conditiones attendamus duas: Quòd inter illa videlicet, & hanc vitam, quædam sit proportio & congruentia; & quòd iusta sit ista proportio & correspondentia. Proportionem
Luc.16.25. notauit Abraham dicens diuiti, qui erat in inferno sepultus: *Recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: Hic verò consolatur, tu autem cruciaris:* Et cruciatus & consolationis loca respectum habẽt ad vitam istã, in qua vel ad vitam ambulamus, id est; ad consolationem, vel ad perditionem, id est, ad cruciatum. Quæ consideratio multum valet ad excitandos
Pro.24.19. fidelium animos, virtutem vt colant, & vitium spernant. Propterea monet Salomon: *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios: quoniam non habent spem futurorum mali, & lucerna impiorum extinguetur.* Contendere cum pessimis hoc in loco est indignari de prosperitate malorum, quod qui facit, in seipso quodammodo contendit, disputans & tabescens: *quare qui sceleſtus est, bonu frui à Deo permittitur in hac vita?* quamuis & ad æternam contentionem possit sententia accommodari: *Nam & cum proximo contendere, & pessimo, malum est.* Prohibemur itidem inuidere impiorum prosperitati; atque ita erga eos regulatur nostra irascibilis, ne contra eos accendatur; regulatur & concupiscibilis, ne desideret illorum prosperos successus. Ratio verò ad hæc incitans ista est, quia huiusmodi homines impij promissionem non habent vitæ, quæ nunc est nec futuræ. Non quidem futuræ, quoniam non habent spem futurorum mali, nec est quod sperent in futuro quidquam boni, cum bona receperint in vita sua. Neque vitæ, quæ nunc est vllam habent promissionem, quoniam lucerna (inquit) impiorum extinguetur: Eorum lucerna est rerum abundantia & claritas, quia inter cæteros splendent, quasi spectabiles, quæ mox extinguetur, vel cõtrariis succedentibus, vel eã succidente morte.

Postulata ista congruentia inter præsens & futurum, vt mente simul vtrumque coniungamus, quando diuina prouidentia illa sic re coniunxit, vt ad vnum sequatur aliud, nec possint vlla ratione diuiungi.

Hanc coniunctionem si feceris, fuerisque sapiens, tametsi alterum tibi arrideat, alterum aduersetur, ei quod arridet, libenti animo renunciabis. Propinquus ille viri Elimelech proposita sibi à Booz optio- *Ruth 4.5.*
ne, si vellet partem agri ipsius Elimelech, illico respondit: *Ego agrum emam.* At vbi audiuit, quòd Ruth quoque Moabitidem deberet accipere, subintulit: *Cedo iuri propinquitatis. Neque enim posteritatem familiæ meæ delere debeo.* Agrum voluisset, sed nomen familiæ suæ perdidisset, cum fratris sui Elimelech nomen, Ruth ducens vxorem, suscitare deberet. Quod fecit iste in re leui, cur in re tam graui nos facere grauamur? Coniunge viam cum termino, compone cum præsentibus accidentibus futura terrentia & torquentia: Mæchiæ appone gehennam: concupiscentiæ, ignis ardorem: carnis voluptati, totius corporis interitum simul cum anima. At è vestigio ad duritatem, & asperitatem in his amouendis à nobis, quæ grata sunt, quæ chara, quæ vtilia, veluti oculus, manus, pes, admoue fideli cogitione bona futura, vitam æternam, gloriam Dei, regnum cœlorum, & non videbitur tibi asperum. Propinquus ille iu- *Ruth 4.6.*
ri omendi agrum cessit, ne nomen deleleret familiæ, illud transferens in propinquum.

Durum si visum est Abrahæ in princi- 11
pio eiicere de domo sua Agar & Ismaë- *Gen.21.11.*
lem, mollita est durities illa cum promissione ista: *In Isaac vocabitur tibi semen: si filium ex Ancilla perdideris, te Patrem constituam multarum gentium: pro vno decies millies sexcentena millia apponentur tibi.* Ita & de Domino Iesu, qui fuit semen Abrahæ, in quo benedictæ sunt omnes tribus terræ, prædictum fuit post: *Si* *Isa 53.11.*
posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum Et de nobis omnibus stat
sententia illa Veritatis: *Qui odit animam* *Ioan.12.25.*

ſuam in hoc mundo, in vitam cuſtodit eam. Non pigeat ergò huius mundi, vel proſpera renuntiare, vel etiam aduerſa tolerare.

12 Res altera, quæ hic conſideranda venit, huius proportionis iuſtitia eſt & æqualitas. Reddetur enim vnicuique ſecundum opera ſua : & ſecundum menſuram delicti, erit & plagarum modus. Et qui decem mnas lucratus eſt, ſuper decem ciuitates fuit conſtitutus. Qui ex mna Domini attulit quinque mnas, audiuit ab eo. Et tu eſto ſuper quinque ciuitates. Quæ iuſtitia non propriæ æqualitatis eſt, ſed cuiuſdam proportionis in bonorum maximè operum retributione, vt ibi patet, quòd decem mnis, decem dantur ciuitates, pro quinque quinque. Vbi vide iuſtitiam, quòd decem dantur decem, quinque quinque : qui plus lucratus eſt, plus conſequitur mercedis, qui minus minus. Quòd autem non ſit æqualitas, ex eo vides, quòd pro pecunia vna, quæ non eſt magni valoris, datur vna ciuitas. Vnde & à Domino dicitur : *Super pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam.* Abrahæ pro eo, quod filium ſuum obtulit Deo, & proprius filius conceſſus eſt, & filius vnigenitus Dei promiſſus, qui inenarrabilem illi auxit generationem, ita vt ſit Pater omnium credentium. Hinc habemus documentum illud. *Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, vt poſteà ædifices domum tuam.* Ædificabis tibi domum, in qua quieſcas in pace & vita ſempiterna, ſi ſapienter nunc & prudenter fueris operatus. Ità in mundo ab eo fit, qui rationabiliter ſua diſponit omnia : præparat & intus in animo, & foris in corpore, quæ ſibi perficienda ſunt ; & vt domum ædificet, præparat antè, quæ neceſſaria ſunt : Sic enim ratio monet, & de exercendo agro ſermo eſt Salomonis, quia *cultura hac ſuppeditantur expenſæ ad domum ædificandam.* Ergò per agriculturam intelligit omne licitum opus & aptum ad bona vera paranda, vt inde erigamus mentem ad parandam nobis quietem in domo Domini per opera laborioſa ; ſcientes, quod iuxta opera lucrum & præmium, & quantum quiſque laborauerit, tantum & in deliciis erit. In malis autem non eſt quidem exceſſus, vt acerbius quis puniatur, quàm ſit comeritus : *Iuſtus* enim *eſt iudex vltionis.*

Rom. 2. 6. *Luc.* 19. 16. *Mat.* 25. 21 *Gen.* 22. 16 *Rom.* 4. 11. *Pro.* 24. 27

At in opere, quod paruum videtur, maximum poteſt eſſe demeritum ; modica delectatio maximi cruciatus iuſta contingit eſſe cauſa. Quid fuerunt regula aurea illa, ducenti ſicli argenti, & pallium occineum, quæ concupiſcens Achan abſtulit? & punitio tamen iuxta decretum Domini iuſtum iſta fuit. Tollens Ioſuë Achan filium Zaræ, argentumque, & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & aſinos & oues ipſumque tabernaculũ & cũctã ſupellectilẽ. Lapidauit eum omnis Iſraël ; & cuncta, quæ illius erant, igne conſumpta ſunt. Contempſerat ille præceptum Domini factum per Ioſuë *Sit ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in eis ſunt, Domino.* Quo præcepto ſibi illa Deus quodammodo ſeruauerat, quæ ideò debebant prorſus extingui. Quidquid autem (inquit) auri, & argenti fuerit, & vaſorum æneorum, & ferri, Domino conſecretur, repoſitum in theſauris eius. Quandocunque quis peccat, quod Domini eſt, vſurpat ſibi ; ſiue rebus creatis abutatur, ſiue proximo noceat, ſiue in corpus ſuum peccet & in animam ſuam. *Domini* enim *eſt terra, & plenitudo eius.* Non parua res eſt Deum offendere, etiam in paruis rebus. Quicumque ergò peccauerit, iuſtas dabit ſuæ præuaricationi pœnas. Propterea dictum eſt ſub aſſeueratione : *Amen dico tibi, non exies inde donec reddas vſque ad nouiſſimum quadrantem.* Vide Deum ſe legibus etiam hominum accommodantem. Qui regis præceptum, per illius tranſgreſſionem immutat, punitur aliquando & in capite : cur non ità puniat & Deus? Ille corpus poteſt occidere, Deus autem in gehennam quoque perdere, vterque iuxtà dignitatem & poteſtatem ſuam. Propterea vtrumque ſimul coniunxit Salomon, dicens. Time Dominum fili mi, & Regem, & cum detractoribus non commiſcearis (detractor hic eſt, qui detrahit

13 *Ioſu.* 7. 21. 24. *Ioſu.* 6. 17. 19. *Pſal.* 23. 1. *Pro* 24. 21

trahit legi, vel verbo vel opere, spernit enim qui transgreditur) quoniam repentè consurget perditio eorum (Dei, videlicet & Regis perdentium) & ruinam vtriusque quis nouit? Attendite vobis homines. Quis nouit quanta sit ruina, in qua illos mittunt Deus & Reges, qui mutant eorum præcepta, aliter viuentes, quàm iubent (pro detractoribus Hæbreis est verbum, quo mutare significat, mutat autem, qui soluit, & non facit.)

14 Nè metiaris tu pœnam ex voluptate tua in peccando capta; ex diuina ordinatione, & offensione metienda est, quam quia non nosti, neque ruinam vales prænoscere. Sicut repentè & inopinatò consurgit perditio; Ità nemo scit quantum supplicij secum afferat ruina ista. Ruinam vtriusque quis nouit? Quid Rex cogitet aut facturus sit, non est facultas ad notitiam: At quis cogitatione poterit comprehendere, quàm horrendum sit incidere in manus Dei viuentis? Certum est hoc, quod iustus est Deus in omnibus operibus suis: certum est quoque, quod ait Propheta, *Deus æmulator, & vlciscens Dominus*; vlciscens Dominus, & habens furorem; vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Hostis est Dei & inimicus, quicumque declinatà mandatis Dei, qui non consentit aduersa-
Nahum 1.1 rio. *Qui viderit mulierum ad concupiscendam eam*, qui scandalizantem se non eruit oculum, & non abscidit manum & pedem. Cum his iustè irascitur, hos iustè vlciscitur, hos non veluti innocentes habet, quasi mundet. Magnus fortitudine, valet enim manus eius reddere vnicuique se-
1.Pet.3.9. cundum opera sua. At simul patiens est, patienter agens, nolens aliquem perire, sed ad pœnitentiam conuerti. Quòd si non fuerit conuersus tunc in illum emit-
Ezech.7.9 tet furorem suum, & non parcet oculus eius, & non miserebitur. Dum ergo in via es, conuertere ad Dominum Deum tuum.

Amen.

MORALE.

PAVLVS Apostolus dum de Iudæis 15
dixit: *Nunquid sic offenderunt, vt ca-* Rom. 11.11.
derent? Absit. Sed illorum delictio salus est gentibus, vt illos æmulentur. Docet peccatis ipsis nostris Deum vti ad salutem nostram. Quandoquidem infidelitas Iudæorum occasio salutis fuit Gentium: Quamuis repelli mererentur Iudæi propter incredulitatem illorum, non fuissent tamen à Deo repulsi, nisi illis Gentes subrogare decreuisset. Neque malos malè perderet, Mat.21.41
nisi vineam suam locaret aliis agricolis, qui redderent ei fructus. Sed hæc eadem translatio & subrogatio, malis quoque ipsis, ingratis, & infidelibus in commodũ cedit, vt illos (inquit Paulus) æmulentur. Nam Iudæi æmulantes nos, qui intrauimus in domum Domini, tandem resipiscent, quando considerabit Dominus nouissima eorum. Neque minus eorum ipsorum rebellio, detrectantium terræ promissæ atquæ illius ingressui, vtilis fuit illis. Quoniam propterea factum est, vt in deserto vagarentur quadraginta annos: quandoquidem in deserto culti & expoliti per Moysen è Deo fuerunt, vt ad terræ illius introitum appositiores essent. Quæ vagatio incedentium ad requiem apta figura est nostri itineris, quo ad locum ęternitatis properamus, vt nõ immeritò dicat Dominus: *Esto consentiens citò aduersario tuo in via.* Viæ vagatio, viæ consideratio multum valet ad nos excitandos, vt quæ in via, atque in itinere isto necessaria sunt, diligenter prouideamus. Quæ verò ista sunt? Charitas, Pax, Patientia. Propterea Ioseph dimittens fratres suos, postquàm quæ opus erant in via, omnia abundè prouidit, demum dixit illis: *Ne irascamini in* Gen.45.24
via. Vnà enim incedentibus, longumque iter facientibus nihil magis noxium incommodumque videtur, quam non esse, vbi exterius vniti sunt, in interiore quoque animi dispositione coniunctos. Sæpè Salomon culpat litigiosam vxorem, quòd cum sit coniux iure videlicet corporeque coniuncta, mente aliena sit, & pacifica conuersa-

tione. Vnde est illud ab eo replicatum Pro-
Pro 21.9. & 25 24. uerbium: *Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi.* Magnum quippè incommodum est, corpore coniunctos spiritu esse diuisos. Propterea Ioseph simul itinerantibus appositè dixit: *Ne irascamini in via.*
Gen. 45.44 Et Dominus iubet. *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via cum eo.* Societatem notans itineris, quæ societatem flagitat & mentis, vt quantumuis comes in via tibi aduersa moliatur, tu contrà etiam cum his, qui oderunt pacem sis pacificus, & molliter blandèque loquaris cum his, qui te gratis impugnant, & tibi fine causa irascuntur. Vnio fit mentium, vbi est &
Eph. 4. 4. corporum. Vt fit quod dicit Apostolus: *Vnum corpus, & vnus spiritus:* hoc bonum est, quod ex occasione mali comitis in via nos excipere debemus, & lucrari.

16 Quæ verò est vita nostra, nisi via, qua mouemur continuè, hinc secedentes, aliò tendentes? Paulus prædicans Athe-
Act 17.28. niensibus inter vitam & essentiam, medium posuit motum, dicens: *In ipso viuimus & mouemur & sumus.* Mouemur quidem agendo & cogitando iugiter, & hoc libere; sed necessarius motus est, motus corruptionis, quo labentes sumus in terra. Motus iste vt ad quietem ducit, ita decet, vt si dux itineris nostri vt qui se cogitat esse moriturum, disponat sermones suos in iudicio, intentus iugiter illi voci:
Isa 38.1. *Dispone domui tuæ quia morieris tu, & non viues.* In via sumus; semper peregrinamur, & nulla est requies, morti appropinquamus. Si es, moueris; si viuis, moueris: es quidem, sed in motu; viuis quidem, sed in tempore, quod nunquam quiescit, sed currit & volat. Et hæc non est ratio eos impensè mouens, qui continuè mouentur & currunt? Quamobrem sic disponant vitam suam, vt expleto motu isto temporali, tum demum requiescant in requie æterna? Sed heu! quot sunt, qui vnde fructum haurire deberent, damnum trahunt, qui de accidentibus, quæ cadunt in via, offensionem recipiunt; salutis loco, qui-
Deut. 31.27 bus conueniunt verba illa Moysi: *Adhuc viuente me semper contentiosè egistis?* Vixit Moyses, dum per desertum perrexit populus, dum ad requiem aspirabat illis in terra promissionis repromissam. Sed quot, sed quantæ contentiones fuerunt in populo illo? quantæ seditiones? quantæ rebelliones contra Deum, & contra Moysen? Et in via hac, qua nos ambulamus num desunt bella? lites? contentiones? sectæ? insectationes? aduersantium impulsiones? vindictæ? iniuriæ? offensiones? Viuente te semper contentiosè egisti. Christus non quasi sub conditione locutus est, dicens: *Si frater tuus habet aliquid aduersum te.* Sed absolutè? *Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es in via.* Veluti supponens, quod nemo viuit, pergens viam vniuersæ carnis, qui non aduersantia patiatur atque sustineat. *Quia non est, qui faciat bonum,* Psal. 13.1. *omnes declinauerunt. Vnusquisque declinauit in viam suam;* via communi pergentes Isa. 53.6. propter vitam corruptibilem, quæ omnes comprehendit: declinat vnusquisque in affectu, in moribus, in actionibus in viam suam, iurgia excitans, & à charitate recedens. Propterea. *Esto consentiens aduersario tuo.*

Durus est hic sermo. Concedo. Sed iis, 17
qui Deum non quærunt, qui mundumamant, qui terrena cernunt, qui non ad futura prospiciunt. Cur putas cecinit Psaltes Propheta. *In toto corde meo exquisiui te,* Ps. 118.10 *ne repellas me à mandatis tuis.* Num repellet Dominus plebem suam? cur ergo rogat iste non repelli? Vidit repellentia multa à mandatis Domini. Quanta vi opus est aduersario consentire? te malè iniuriantem ex charitate corripere? diligere inimicum? malefacientibus benefacere? calumniantibus bonum deprecari? Non potest homo suis viribus repellentia ista repellere: Auxilium petat ab eo, qui dat benignitatem: tunc Dominus non repellit, quando vt repellamur, non permittit. Qui hanc difficultatem sentit, hic roget Deum: hic clamet: *Domine salua nos, pe-* Mat. 8. 25. *rimus.* Non adeò venti nauem agitabant, in qua erant Apostoli, sicut nos exagitant affectiones istæ, turbines, tempestates, quæ mentem eorum quatiunt, qui in via vitæ huius aduersarios tolerare coguntur.

Isti cla-

Mat.8.26. Isti clament in fortitudine, vocem eleuēt, & oculos ad eum, qui & ventis & mari imperat, quo imperante fit tranquillitas magna. Hoc est quod dixit Dauid: *In toto cor-*
Psa.118.10. *de meo exquisiui te ne repellas me.* Qui declinant in via, & diuisum est cor eorum in his tempestatibus, interitum patiuntur.
Osea 10.2. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt:* Inquit Propheta. Vellent quidem esse in castris Christi, sed pondus belli sustinere
Mat.22.11. detrectant. *Vellent Christum sequi*, sed cruce exonerati. Nuptiis eius adesse pręsentes; sed sine sumptu vestis nuptialis, non frui manna solum, sed & carnibus ve-
Num.11 4 sci cupientes. Non sic, non sic Dauid. *In*
Ps.118.10. *toto corde meo* (inquit) *exquisiui te. Totum me dedi ad te deprecandum, video ventum validum, submergor, nisi ad te clamem. Quomodo potero sustinere, nisi tu adiuues me.* Hoc est quod requiritur. Vbi fortior hostium impulsus, ibi fortiùs est resistendum. Ibi eleuata voce fortius clamandum ad Deum, qui clamantes exaudit. A Domino diriguntur gressus viri. Quis autem hominum intelligere potest viam suam? si per nos viam rectam
Prou.20. 14. inuenire non possumus, vt necesse sit à Domino dirigi gressus nostros, num poterimus ambulare viam istam grandem, nisi præstet ipse vires?

18. Cognoscat homo ignorantiam suam, cognoscat imbecillitatem, non accuset legis impossibilitatem. Non potuisset populus per se mare rubrum transfretare: nō
Exo.14.21. potuisset insectantis Pharaonis manus effugere. Cessit mare, periit Pharao, sed filij Israel ambulauerunt per siccum in me-
Exo.15.19. dio maris. *Viam muniuit, insectantem strauit.* At quod poterant ipsi facere, non fecerunt? non ambulauerunt pedibus suis liberati ab obstantibus? *Surge, comede* (di-
3.Reg 19.7 xit Angelus ad Eliam) *grandis enim tibi restat via.* Vt amouet exteriora impedimēta, ità & impertitur adiumenta interiora, Vtinam nos vellemus, non deesset manus Domini. Nos nobis debemus im-
Exod.28.1 & Heb 5 4 perare, superbiam deponere, discutere inflationem. Quid culpæ fuit in Moyse; qui vnxit Aaron in Sacerdotem? quid peccauit Aaron, qui vocatus à Domino iniit Sacerdotium? Et tamen Leuitæ Chore, & socij tumentes superbia stantes aduersus Moysen & Aaron dixerunt: *Cur eleuamini super populum Domini?* Num.16.3. Tumor mentis eorum illos disperdidit. Sic in omnibus euenit. Vince tu teipsum, dominare in medio passionum tuarum, quæ hostes sunt animæ tuæ, & erit tibi pax. Poterat Deus in deserto sic populo prospicere, vt nullius rei vnquam indigentia contigisset. Exo.15.32. Sed vbi probata fuisset eorum fides? sitierunt, esurierunt, & clamauerunt Exod.16.3. ad Dominum, & Dominus exaudiuit eos. Ità aduersarium tibi permittit, vt tu illi consentiens, fidelis proberis & patiens vt quantum diligas Deum appareat, pro cuius amore diligis fratrem tuum, & consentis aduersario tuo. Sic, quæ videntur aduersa, prospera sunt; qui aduersantur iuuant; aduersarius auxiliarius fit. At tu vide, ne quæ ad bonum tuum à Deo ordinata sunt, cedant tibi in malum, nam in bonum aliquorum certum est illa cessura. Sic Aaron confirmatus Sacerdos in Num.17.8 seditione Chore. Sic *Iudæorum paupertas* Rom.11.12. *diuitiæ gentium facta est.* Caue ergò tu tibi, & sta in timore & tremore, ne alius accipiat coronam tuam. O magnum emolumentum, quod nobis offert Dominus, dimittens nobis in via Aduersarios. Hac ratione nobis pretium parat, quòd peccata, quibus in Deum iniurij fuimus, facillimè redimere valeamus, dimittentes proximi debita, vt nostra nobis misericorditer dimittantur. De hoc ergo gratias aguamus, vt tantum beneficium Dei gratia consequamur, vt mundi ad Deum accedere mereamur. Amen.

FERIA III. DOMINICÆ DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Audistis quia dictum est, quicumq; dimiserit. *Matth.5.*

ARGVMENTVM.

Suadetur Pax & Vnio. Quare in veteri lege permitteretur Coniugum diuisio. Cur non in noua; rationes pulchræ & doctæ. De iuramento tractatur, ostenditur introductum ex carentia huius vnionis. De Patientia & ipsius excellentia.

1. BENE considerantibus doctrinam illorum duorum sapientum, quos certi sumus nobis veram Sapientiam, quæ desursum est protulisse, quippe qui ductum Spiritus Sancti in illa proferenda sint secuti, apertè manifestum est illos imprimis aptam congruamque spectasse conuersationem hominum inter se, vt per illam ad Deum peruenirem, & interim pacificè & congruenter inter nos vitam ageremus. Vnde Salomon in principio post breuem exhortationem mox infert: *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Pro.1.10. Et rursus proposita prædicatione atque inuitatione Sapientiæ, docet eius fructum esse: *vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur, qui relinquunt iter rectum.* Prou.2.12. Et postmodum: *vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos.* Prou.2.16. Iterum Sapientiam commendans, & hortans, vt quæ hominem benè & congruenter componat cum Deo, redit ad demonstrandū qualem debeamus habere cum hominibus cōuersationem. *Noli prohibere benefacere eum, qui potest. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere. Ne moliaris amico tuo malum:* Prou.3.27. & cætera huiusmodi. Ità & alius Sapiens totus est in eadem docenda atque ostendenda conuersatione. *Certè, vt Deus dixit: non est bonum hominem esse solum, sed malum est cum aliis non conuenire* Gen.2.18. Et minus malum esset, solitariam ducere vitam, quam duram cum aliis, & inconcinnam habere conuersationem. Quare Deus expetens à nobis vitam communem & æquabilem, voluit ex vno esse omne genus hominum; Act.17.26. voluit ex latere viri producere mulierem; Gen.2.11. ex duobus sic simul vnitis dum sunt vna caro, vniuersos homines proficisci. Hinc & Paulus ad Timotheum: *Hæc tibi scribo, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari.* 1 Tim.3. Et Petrus: *Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam.* 1.Pet.2. Id quod optimè fecerunt Patriarchæ nostri etiam cum alienis. Hæc autem maximè est hodiernæ lectionis Euangelicæ doctrina, Quam ergò rogo vos, vt intenti audiatis.

2. In qua de tribus instruimur. Primum de insolubilitate matrimonij, dicente Domino. *Audistis, quia dictum est antiquis. Quicumq; dimiserit vxorem suam, det ei libellū repudij | Ego autem dico vobis quicumq; dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari.* Secundò de iuramento. *Iterum* (inquit) *audistis, quia dictū est antiquis: Non periurabis: Reddes autē Domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino.* Tertiò, de tollerantia. *Audistis* (inquit) *quia dictū est. Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego aūt dico vobis, nō resistere malo.* Hæc congruūt tribus vinculis, quibus cum cæteris hominibus alligamur. Primum vinculum est Matrimonij, in quo duo coniuges fiūt vna caro. *Et erunt* (inquit) *duo in carne vna.* Gen.2.24. Tertium est Pacis, in quo plures homines fiunt vnus spiritus. Solicitè (inquit) seruare vnitatē spiritus, in vinculo pacis. Eph.1.3. Secundum Iuramenti, quo vnus homo astringitur alteri. Vnde ab Apostolo dicitur Immobile: *Vt* (inquit) *per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deū.* Heb.6.18. Primum est inter eos, qui sunt valdè coniuncti, nempè inter coniuges. De quo Dominus: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Matt.19.6 Tertium est inter eos qui sunt valdè disiuncti; vbi alius aliū offendit, percutit, contendit, aufert, angariat. Mediū verò cum omnibus est indiscriminatim, quia iuratur cū omni genere hominū quibuscum negotia tractamus. Primū vinculum, videlicet Matrimonij, iubemur conseruare, sed nō contrahere: Sed est in potestate hominis, vt docet Paulus: *Secundum vinculū iubemur, vel saltem monemur non adhibere, sed adhibitum tenemur obseruare.* 1.Corin.7.27.

Tertium

Tertium tandem vinculum omnibus de-
Rom.12.18 bitum est, dicente Apostolo : *Cum omnibus hominibus pacem habentes.*

3 Ex quibus commune trahitur & necessarium documentum, quod maxima inter homines debet esse coniunctio. Quod autem secundum vinculum, videlicet Iuramenti, expresse prohibeatur, dicente Do-
Mat.5.34. mino: *Ego autem dico vobis, non iurare omnino:* hoc non infirmat, sed firmat potius vnionem, ad quam tenemur. Quod enim
37. dicit Dominus. *Sit sermo vester, est, est; nō, non: quod enim abundantius est, à malo est:* notat iusiurandum malam habere originem. Iam enim adhibetur, quia non sibi mutuò confidunt homines; decipiunt ipsi de vanitate in idipsum, dolose agunt, promissis non stat. Si non esset hoc malum, vi-
Ps.61.10. delicet defectus charitatis, non esset opus iuramento, quo defectus reficitur ipsius charitatis & perfectæ vnionis; vt hoc remedio pacificè viuant homines vinculo charitatis alligati. Ad hanc vnionem aptis quibusdam similitudinibus seu probationibus nos Salomon conatur promouere.
Eccl.4.9. *Melius est* (inquit) *duos esse simul, quàm vnum: habent enim emolumentum societatis suæ: si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, mutuò fouebuntur. Vnus quomodo calefiet? & si quispiam prævaluerit contrà vnum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficilè rumpitur.* Prima similitudo in vno subsidium ponit collatum ab altero. Secunda ponit mutuum subsidium. Nam vnus fouet alterum, & alter vnum; dum alter alterum calefacit: Et ambæ procedunt ex connaturali nobis infirmitate, propter quam ille cadit, & vterq; per se frigidus est. Tertia similitudo ponit subsidium contrà malum exterius ab extra contingens, contra quod duo propugnantes facilius prævalent, quàm vnus solus, & totum confirmatur exemplo funiculi, qui fit ex tribus chordis sibi mutuò circumplexis: adeò quòd si earum quamque singulam infringas, vbi fuerint connexæ in funiculo, non ea facilitate rumpuntur. Ergo homines sibi coniuncti & adiuuant infirmitatem propriam, & alienā consequuntur firmitatem, quâ firmati & confirmati non ita facilè deiiciuntur: O quantum bonum ex vnione procedit! subleuat à malo, in quod quisq; cecidit; præseruat à malo imminenti ex pugna aduersariorum; & tuetur, & complet bonum habitū, sed imperfectum. Iuuat ambulantes, iuuat dormientes, iuuat pugnantes, si malum incurristi cadens, liberat te; si malum times pugnās, defendit te, si insufficiens est bonum tuū, ab eo, qui tecum est, suppletur.

4 Cum igitur tantum bonū sit vnio inter homines, pessimi omnium illi sunt, qui seminant inter illos dissidia & discordias. Hinc Salomon. *Homo apostata, vir inutilis* Prou.6.12. *graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malū, & omni tēpore iurgia seminat.* Hic est totus homo peccati, qui omnibus suis partibus corporis & animæ vtitur ad malum, ore, oculis, pede, digito, corde, vt tandem dissidia inter homines creet. Homo apostata, Hebræis est, homo Belial, id est insigniter impius. Hic est inutilis sibi & aliis, quin magis noxius, & hoc impense: Graditur ore peruerso, agēs fallaciter, ac dolose. Annuit oculis, terit pede, digito loquitur: id est, quamuis placidè loquatur, id tamen ad decipiendū & nocendū facit: q; suis cōplicibus oculorū signis, pedis digiti ostendit: tēdit n. ad iurgia seminanda, vnionēq; inter homines dissoluendam. Quod quantum malum sit, ostendit Salomon ibidem subdens: *Sex sunt, quæ odit Dominus, &* Prou.6.16. *septimum detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes sanguinem innoxium, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendū in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum, qui seminat inter fratres discordias.* Vide quomodo ab aliis peccantibus discernit discordias seminantē: eumq; nouissimum tanquam omniū pessimū ponit: quem ideò Deus singulariter detestatur. *Anima* (inquit) *Dei illum detestatur*, quasi dicat, Totus Deus ex corde illum habet exosum, quasi qui aduersus Deū incedat, id moliens sua malitia destruere, quod Deus sua bonitate ædificauit. Discordiā n. res etiam maximæ dilabuntur, discordias

igitur

igitur seminans, destructorem se præsefert operum Dei.

5 Sed iam de tribus illis vinculis pro tuenda societate inductis agamus sigillatim. De quorum primo audiuimus dicentem
Mat. 5. 31. Dominum: *Audistis, quia dictum est antiquis: Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudii* Planum & certum ex verbis Domini, permissam hanc dimissionem vxorum populo illi ad duritiam cordis eorum: cum ab initio instituti hominis perpetua fuerit, & indissolubilis cõiugum coniunctio. Vbi discimus DEVM intendere semper salutem nostram; quam si respuimus intendit minas & malum. Primum intendit fœlicitatem Adam, & ideò
Gen. 2. 8. statuit illum in loco voluptatis. At lapsum expulit inde in terram spinas, & tribulos
Gen. 3. 23. germinantem. *Ne fortè* (inquit) *comedat de ligno vitæ, & viuat in æternum.* Quod illi absque dubio, magno fuisset exitio: paruipendisset enim diuinum decretum,
Gen. 2. 17. quo illi fuerat protestatus: *In quacunque die comederis ex eo, morte morieris*: arbitrans illud inefficax; quæ res fuisset illi occasio, alia scelera committendi, neque de præterito faciendi pœnitentiam. At moriturus ac sudaturus, vt vitæ mortalis cursum perageret, ad cognitionem peccati atq; adeò ad pœnitentiam excitabatur: quod si neq; pœniteret, non tot, ac tanta scelera perpetrasset. Sic mulierem, partus cum dolore
Gen. 3. 16 à peccando iterum validè cohibebat. Sic
Exod 16. 13. populo coturnices dedit in deserto, ne errarent in fide, arbitrantes imbecillem Deũ,
Ps. 77. 20. & impotentem ad carnes apponendas. Vnde in Psalmo. *Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ.* Sic Paulus de Alexandro, & Hymenæo.
1. Tim. 1 20. *Quos tradidi* (inquit) *Sathanæ, vt discant non blasphemare.* Videns igitur duritiam populi huius, ne fortè si inuiti vxores retinerent, ad vxoricidium deuoluerentur, permisit illas dimittere. Vt tamen quantum conueniebat compesceret, iussit, vt libellum darent, in quo scripta esset ratio, quamobrem repudiabant, vt sic moram trahentes forte pœniterent & reconciliarentur. Vnde excellenter impleretur documentum Sapientis: *Noli prohibere benefacere eum, qui potest, si vales, & ipse benefac.* Nam sic nedum non prohibetur, sed adiuuatur. Nam & à malo retrahitur, vnde facilè reconciliatur. Prou. 3. 27.

Sed cur modò non admittitur repudiũ? 6
Quia lex nostra immaculata est, nullam admittens imperfectionem, quando & *verbum otiosum subiicitur examini futuri iudicii.* Ecce quam bonus & rectus corde debet esse fidelis quisque. Si gloriabatur Iudæus: quia annunciasset verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua Israël, & taliter non fecisset omni nationi. Quæ ergò gloriatio nostra, dummodo nostram legem impleamus? Ideò ad sapientiam hortamur, vt intus & foris simus cum illa vniti. *Circunda eam gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui* Sit fixa in corde ex quo motus omnis procedit, sit circa guttur, vt ne vel flatum emittere possit, qui per legem non transeat. Ita iubemur illam arripere, tenere, amplexari, diligere, & huiusmodi, vt perfectus sit homo Dei ambulans in via immaculata, speciosus forma præ filiis hominum, qui fuerunt ante nos. Nam & circundare sapientiam gutturi, est ab illa decorari. Vnde Ecclesiæ dicitur. *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia.* Sed quæ pulchritudo est in turture? aspectum habet simplicem, sicut & columba. Hic est color non fucatus, sed simplex & natiuus, vt ad præscriptum naturæ sint compositi mores nostri. Vnde Christus de repudio: *Ab initio autem non fuit sic:* tunc enim regnabat lex naturæ. Quod autem à natura est, à Deo est, & est bonum & pulchrum: & cum simplicibus sermocinatio eius: collum verò sicut monilia, id est, velut monilibus ornatum, vt monilia sit abstractum pro concreto, id est, moniliatum: vt nedum in genis sit natiua pulchritudo, sed in collo sint augmenta gratiarum, & incrementa virtutum, per additionem donorum, & per superpolita ornamenta sacramentorum. Nostrum itaque est implere, quantum possibile est, omnem iustitiam. Matth. 12. 36. Ps. 146. 19. Prou. 3. 3. Cant. 1. 9. Mat. 19. 8. Prou. 3. 32.

Secunda ratio est huius indissolubilitatis. Vt firmior vnio, vnde originem trahimus, 7

mus, ſtrictiorem doceat, & generet Spiritus vnitatem; ſtabilior ſit pax, perfectior charitas, dilectio intimior, & adeò ardens amor, vt ab aquis quantumlibet multis
Luc.10.1. nulla poſſit ratione extingui, aut etiam vel modicum refrigeſcere. Ideò enim & Dominus binos miſit Apoſtolos ad legem ſuam, quæ eſt lex amoris, Euangelizan-
Ioan.13.34 dam. Ideo & mandatum amoris nouum nominat propter nouam excellentiam illi ſuperadditam. *Mandatum nouum do vobis* (inquit) *vt diligatis inuicem*: vt & amor ipſe nouus ſit ſemper, viridis, ardens, perfectus, non diminutus, non aliqua ex parte
Mat.19.14 veteraſcens aut deficiens. Quapropter aſſimilauit, ſiue etiam æquauit amorem proximi, cum amore noſtri; vt quemadmodum amor noſtri, quòd ex natura procedat, quæ ſemper eſt eadem, integer perſeuerat & recens, ita proximum amemus indeſinenter & indeficienter. Quòd ſi natura corrupta prona ad malum, quærit quod ſibi vtile eſt, non quod multis, non æquè
Gen.7.8. acſe, diligens alios: Recordare quod in Arca es nobiliori, quàm fuerit Arca Noë: Vbi ſi leo, aut vrſus, aut mala beſtia inſurrexiſſet aduerſus infirmiora animalia, turbata pace, nec ipſa validiora ſeruata eſſent à diluuio. Coërcuit Arca naturam beſtiarum, & tuam non coërcebit Eccleſia? non Chriſtus? non Euangelium? non pericu-
Gen.8.8. lum? non tua ipſius pernicies? Si Aquila comediſſet columbam, quis nuncius fuiſſet iam siccatarum aquarum? ô aquilis velociores ad dilaniandam deuorandamque columbam, aut auferendam pacem: vos beneficium Arcæ non accipietis? Voluit in Arca Deus ſaluari omne ſemen: Vos non eſtis ſemen verum, non vos ſaluabit Arca, quam turbatis, concutitis, confunditis.
Iſai.11.6. Prædixit Dominus, quod in Arcâ *iſta habitabit lupus cum agno, vitulus, & leo ſimul morabuntur: & puer paruulus mittet manum ſuam in cauernam reguli: & quod non nocebunt in vniuerſo monte ſancto eius*: Et tu qui inſidiaris, vt leo paratus ad prædam. Vbi habitas? num in Arca? num in domo Domini? num in monte ſancto eius? at quomodo verum erit, quòd non nocebunt in vniuerſo monte ſancto eius? Cer-

tè cum feris eſt habitatio tua in Babylone:
Iſai.34.11. vbi habitat onocrotalus, & ericius, ibis & coruus, onocẽtaurus, & piloſus, & miluus. Vbi eſt cubile draconum, & paſcua ſtruthionum. In mundo: non in Eccleſia eſt conuerſatio huiuſmodi hominum, qui vt beſtiæ viuunt, quamuis enim corpore degant cum ſanctis, ſpiritu tamen ſeiuncti ſunt, & cum venerit tempus iudicii, exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de me-
Matth.13. dio iuſtorum, & mittent eos in caminum
49. ignis, vt ignis igni reſpondeat, & alter alterum puniat, flamma vindictam, ardor pœnæ ardorem culpæ.

Tertia ratio eſt, quia Synagoga inducitur in paginis veteris inſtrumenti veluti Sponſa Dei: Ita & Eccleſia in nouo noſtro. Illa repudiata eſt, & datus eſt ei libellus repudii, nempè Euangelium, immò & vetus Scriptura: Vbi apparet quàm meritò repudiata ſit à Domino, ſi fortè hæc cognoſcens, ad virum priorem reuertatur. At Eccleſia certam habet ſponſionem, nunquam repudiatam iri: *Ecce ego* (inquit)
Matth.28. *vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſæculi. Dabo vobis Spiritum*
Ioan.14.16 *veritatis, vt maneat vobiſcum in æternum.*
Dan.2.44 *Hoc eſt enim regnum, quod alteri populo non tradetur*: Ecce cur ibi permittebatur repudium, hic autem non: erat enim figura temporis inſtantis: Et quid nos monet figura iſta? Ad Synagogam pertinere, qui
Gen.4.11. ſeparatur à Deo; Iudæum viuere, qui ſic
1.Reg.15. viuit, vt à Deo abiiciatur. Cainum imitatus, Saulem ſequutus, quos proiecit Deus
11. à facie ſua. O quantum ſtudium vobis eſt adhibendum, ne à gratia Dei excidatis?
Eph.1.4. *Eripuit nos Deus de mundo, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate*: Sed nos immunda tangimus, & inquinamur, conformamur huic ſæculo imaginem portantes veteris Adam. Fim-
Num.15. brias quaſdam iubebantur Iſraëlitæ porta-
38. & re in veſtimentis ſuis, vt à cæteris gentibus
Deut.22. eſſent hoc ſigno diſcreti. At quo ſigno diſ-
12. cernimur nos à non diſcipulis Chriſti? *In hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem* In
Ioan.13.35 hoc ſigno vinces mundum. Magnificat
Matt.32.5 Iudæus fimbrias, tu magnifica charitatem:

dico tibi, quod quicunque inuenerit te, occidet te, si non fueris hoc signo signatus.
Gen.4.15. *Scimus enim quia translati sumus de morte*
1.Ioan.3.14 *ad vitam, quia diligimus fratres.* Ideò Angelis percutientibus clamatum fuit ab An-
Apoc.7.3. gelo Domini: *Nolite nocere terræ, & mari, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* O signum! ô mores Chri-
Rom.12.2. stiani! *Nolite, nolite conformari huic sæculo.*

9 Si fuerit inter nos dilectio (vt ad secundum vinculum nunc transeamus) necessarium non erit iuramentum. *Ideò dico vobis* (ait Dominus) *non iurare omnino.* Sit charitas inter vos, & non erit opus iuramento: quo non existente, necessariò. *Non iurare omnino, dico vobis.* Cur verò; Sapientẽ audi.
Ec.23.9. *Iurationi non assuescat os tuum: multi enim casus in illa.* Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorũ non admiscearis, quoniam nõ eris immunis ab eis. Sicut enim seruus interrogatus assiduè, à liuore non minuitur; Sic omnis iurans, & nominans in toto à peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga. Ecce expressam rationem, cur frequens in ore hominum non debet esse iuramentum: multi enim (inquit Sapiens) casus in illa; frequenter cadit, qui frequenter iurat. Iuramentum res est magni põderis, non leuiter committendum.

Iuratur in vero iuramento per Deũ semper. Quamuis enim non expresse nominetur Deus; implicitè tamen nominatur: Et
Heb.6.16. ratio est; quia est regula Apostoli, quod *omnis iurans per maiorem sui iurat* Fit enim iuramentum ad cõfirmandam veritatem; si tu tantæ authoritatis es, vt simplici verbo tuo credatur, ad quid iurare? si tibi non præstatur fides, testimonium alicuius maioris adhibetur. Quis vero hic nisi Deus? & ideo præceptum erat, vt non nisi in nomine Dei iuraretur. Veteres, vt ex hoc loco trahitur à Sapiente, iurantes nominabant sacrarium, id est, tabernaculum, vel templũ, vel altare, quod esset res sacra, & ideo res Dei, vt sic ad Deum referretur nomi-
10 natio & iuratio illa.

Et quia in tabernaculo erant duo illa loca, quæ dicebantur sancta; ideo monet Sapiens: *Nominibus sanctorum non admiscearis.* Ec.23.10
At Dominus Iesus rem exaggerat dicens. *Neque per cœlum, quia thronus Dei est.* Mat.5.34
Neq; per terram, quia scabellũ pedũ eius est. Neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni Regis. Vbiq; igitur quidquid nominauerit, intelligitur Deus, cuius hæc omnia sunt, & vt res Dei citatur in iuramento, si verũ est iuramentũ, id est, si verè, & reipsa iuratur. *Sed neq;* (inquit) *per caput tuũ iurabis;* quia tu ipse nõ tuus es, sed illius, qui te fecit. Si tu tui ipsius author es, fac album capillum tuum, qui niger est; fac nigrum, qui albus est; quod si hoc, quod minimum est, præstare non præuales; ergo ipse facit nos, & non ipsi nos, ergo non sumus nostri, sed eius, qui fecit nos. Qui ergo per caput suũ iurat, per aliquid Dei iurat. Rectè ergo *nõ iurare omnino* Propterea quod Lev.19.12.
si non magna adhibeatur diligentia, facilè Deut.5.11.
quis periurabit, & cadet, & casus eius erit in mortem, quia per peccatum mors. Sed audio excusantem te: putabam verum esse, quod iurabam. Num sciebas te homi- Psal.115.
nem esse? Nũ sciebas, quod omnis homo mandax? num sciebas, quod non omnia nouimus omnes? quod facilè decipimur? quod fallit memoria? quod affectus peruertit intellectum? nũ expertus es aliquãdo te, vel potius frequẽter falsum asseruisse? falsum iurasse? & adhuc exponis te discrimini? leuiter iuras? ergo inexcusabilis es; ô homo omnis, & qui iuras, si nõ necessitate cogaris. Audisti Dominum demonstrantem, quod iuramentum complectitur nomen Dei.

Audias & legem: *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* In vanum verè assumis, quando falsum iuras! quia non adest quod tu dicis adesse; & vbi illud deficit, vacuum est, vanum est. Verum nunquid non in vanum iuras, quando nulla est vtilitas? nulla Deut.5.11.
necessitas? Tunc igitur & ob irreuerentiam peccatur assumendo pro re futili nomen Domini. Multi ergo casus in frequenti iuratione. At dices: Nõ intendo iurare: profiteor hodiè, quod in nominibus creaturarũ creatorem non complectar. Ad quid ergo formam assumis iuramẽti? Nunquid & hic

non est

non est casus, cum dolose rei sacræ prætextu prophanam prodis? Facio ex leuitate (inquis) non dolo: lingua labilis aliquid vult pronunciare, futilia verba illi permitto. Quidquid dicas te excusans, non eris innocens à delicto: quoniam iusiurandum res est diuina, quæ soli Deo debetur, ergo quidquid inducitur quasi tale, vel cum talis rei apparentia, Deo facit iniuriam & irreuerentiam: Sed tandem si aliud mali nõ esset, periculum est in lingua, facile cades
Eccl.23.12 in periurium. Stat ergo sententia: *Vir multum iurans implebitur iniquitate, & non recedet à domo illius plaga.* Similitudinem aduertisti animo? Seruus si assiduè interrogetur, frequens flagellatur; quia facilè, ne in errore deprehendatur, mentitur; & si mendacium discooperitur, tergum flagellis discooperitur: Sic frequens in peierando, in patiendo non minus erit frequens: quia virum dolosum abominabitur Dominus. Ergo *non iurare omnio*, vt euitetur tum periculum tum peccatum.

Hæc eadem est ratio cur non esset repudianda vxor, quia, *qui dimiserit vxorem suam, facit eam machari.* Quomodo autem? præbens illi mæchandi occasionem, vt vbique doceamur has peccandi occasiones euitare.

SECVNDA PARS.

11 *AVdistis quia dictum est antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo. Sed si quis te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram* Hoc est tertium vinculum, vere vinculum perfectionis, dignum quod proprio ore doceretur à Filio Dei, qui sicut se præbuit exemplum bonorum operum omnium, sic imprimis huiusce veritatis præ-
Mat.11.29 cipuum se voluit esse magistrum. *Discite* (inquit) *à me, quia mitis sum, & humilis*
Apoc.19.7 *corde.* Ecclesia vxor est Agni, & *vxor eius præparauit se* Agnus mansuetus est, nesciẽs resistere malo, sed & obmutescens coram
Isai.53.7. tondente & expilante se, imõ & victimante. Vxor Agni si se præparat, vt tanto sit digna coniugio, quibusnam se ornamentis
Apoc.17.4 decorabit? sedeat Babylon super bestiam induta coccineo, & ornata pretiosis. Vxor Agni, qui tõsus est, expoliatus est, decorticatus est, denique & occisus est, & in occisione sua vxorem duxit, quo mundo muliebri ornata procedet? Esther nullum
Esth.2.15. quæsiuit ornamentum, se voluntati commisit illius eunuchi, quem virginibus Rex præfecerat. Vxor Agni se illius voluntati totam tradidit, glorioſam se reputans, si sit
Eph.5.25. sicut Sponsus eius. Ille solicitus est de illa. Quantum vero? *Christus dilexit Ecclesiã, & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauacro aquæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, neque aliquid huiusmodi, sanguinem fudit proprium, vt illam emundaret:* Doloribus ergo, calumniis, persecutionibus, illusionibus, flagellis, cruce, morte illam mundauit & exornauit. His vxor Agni se præparauit ornamentis: quæ de cœlo allata sunt. Totus enim mundus talia non habet iocalia, vestes, mytras, monilia, sandalia, margaritas. *Vidi Ciuitatem*
Apoc.21.2 *Sanctam, Ierusalem nouam, descendentem de cœlo à Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo.*

Cur de cœlo à Deo? Audi Sponsum & 12
virum eius: *Sicut misit me Pater, & ego*
Ioan.20.21 *mitto vos* Quomodo misit te Pater? Quãdo clamauit de cœlo Pater: *Hic est Filius*
Matt.3.17 *meus dilectus.* Tunc præco Ioannes Bapti-
Ioan 1 29. sta vox clamantis in deserto clamauit & i-
Isai.16.1. pse: *Ecce Agnus Dei.* Hunc Agnum postulabat Propheta: *Emitte Agnũ Domine, dominatorem terræ, de petra deserti:* id est, de
Deut 8.15. petroso deserto. Missus est ergo, vt Agnus non de loco pascuæ, sed de petra deserti, sed de vasta solitudine, de eremo horroris pleno. Vbi est serpens dipsas flatu adurens, de necessitatibus, de tribulationibus, de angustiis, de plagis supra modum, de mortibusque tandem: hæc est petra durissima. Vnde ad Ecclesiam, quæ est mons filiæ Sion, missus est Agnus dominaturus vniuersæ terræ. Inde & Ecclesia occurrit Deo suo. Inde veniens coniungitur Sponso
Luc.10.3. suo. *Ecce ego mitto vos sicut Agnos inter lu-*
Cant.4.2. *pos: & volo situ sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, nolo vt onusti situ lana, & lino, & onere rerum temporaliũ; sed*

Luc.10.4. Matth.10.10. *vt greges tonsarum. Nolite portare saccum, neque peram, neque calceamenta, neque duas tunicas habeatis.* Sic erit Ecclesia secundum similitudinem eius, qui creauit eam ex latere suo; quæ non est ex sanguinibus, sed ex sanguine Agni; non ex voluptate carnis, sed ex morte. Ideò *dico vobis non resistere malo*, alioqui non Agnos referetis quos misit Agnus, sed lupos, ad quos suos misit Agnus.

13 Quadrat optimè Synagogæ, *oculum pro oculo*: quadrat Ecclesiæ, *non resistere malo*. Incepta est Synagoga & electa, vt sponsa Dei in vindicta malefactorum; facta in manu forti & brachio excelso. Percussa est Exod 7 & sequentib. Ægyptus plagis multis: Percussus est Pharao morte primogeniti & interitu suo & totius exercitus sui. Tunc cantatum est: Exod.15.11. *Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia? Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra. Flauit Spiritus tuus, & operuit eos mare.* Quid mirum, si vindicta perseuerauit in populo illo, ex qua creatus est? At nouus populus, noua sponsa, quæ non ascendit de Ægypto à Pharaone, sed descen- Apoc 21 2. dit de cœlo a Deo: Ioan.3.16. *qui sic dilexit mundum,* Isai. 53. 8. *vt Filium suum vnigenitum daret: quem propter peccata populi sui ipse percussit,* non ita edocta est à Deo, sed didicit *non resistere malo.* Quia non est percussus Pharao, sed sponsus accepit percussuram plagę maximæ, quam fecit illi manus Omnipotentis. Ideò dicit: *Siquis te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram*, & illatas iniurias sustinete, & ad sufferendas estote parati.

14 Iam duas rationes vidimus, cur nobis dictum sit à Domino Iesu Christo. *Non resistere malo:* vbi fuerat dictum antiquis: *Oculum pro oculo:* nempè vt Ecclesia conformaretur sponso suo, & principio suo. Tertia huius mansuetudinis fit ratio, quòd dum postulatur Agnus à Propheta, simul vocatur Dominator terræ; vt intelligam⁹, quod nulla est alia via perueniendi ad cōpletum mundi dominium & possessionē, Psal.36.11. quàm mansuetudo: *Mansueti* enim *hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis:* Et *Beati mites, quoniam ipsi* Matt.5. *possidebunt terram.* Viribus quidē & armis instituta & ampliata sunt regna: Sed quatuor bestiarum nulla (q̄ sunt quatuor regna mundi, omnium potentissima & amplissima) armis subegit mundū vniuersum; dicat licet Daniel Regi insignissimo primi & Dan.7.17 potentissimi regni. Magnitudo tua peruenit vsq; ad cœlum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. Sicut n. hyperbolicè dictum est, q̄ magnitudo eius ita creuit, q̄ peruenerit vsq; ad cœlum; ita per amplificationē dictum est, q̄ potestas eius peruenit vsq; ad terminos vniuersæ terræ. Quod Dan 7.4. experientia docet: Nam bestiæ istæ inter se pugnauerunt in mari magno. Reliquus erat modus dominandi super omnem terram. Hic est, quē figurauit Dominus, quā- Mat. 21.5 do super asellum sedens conclamatus est Rex, & acclamatum est regnum eius; sic ostendens, quod non armis bellicis, sed mansuetudine & paupertate subiugaturus esset omnia suo imperio.

Hinc Zacharias hoc præuidens scripsit: 15 *Ecce Rex tuus veniet tibi: Ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli* Quod & Dauid si bene attendatur, ibi docuit, quando cecinit: *Minuisti eum paulo* Psal.8.6 *minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eū, omnia subiecisti sub pedibus eius.* In eo n. in quo passus est atq; tentatus, paulo min⁹ ab Angelis minoratus est: meritò itaq; super omnes est cōstitutus. Vnde Paulus: *Eū* Hebr.2.9. *qui modico, quā Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum. Factus n. obediens vsq; ad* Phil.2.8. *mortem;* loquutus est victoriam, quia Deus Prou. 21. exaltauit illū, *vt in nomine Iesu omne genu* 28. *flectatur. Et adorent eū omnes Reges terræ, &* Phil.2.9. *omnes Gentes seruiant ei.* Ita & ipse, quos Psal.71.11. misit, vt agnos inter lupos, hos constituit Psal.44.17 principes super omnē terrā. Ita n. meretur mansuetudo. Verum & ipsa per se mansuetudo verū sibi acquirit regnū super omnia regna mundi. Dixit modò Psalmus: *Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes Gētes seruient ei:* ex quo habetur, quod ille omnibus dominatur, cui omnia seruient. Psal.71.11.

At man-

At manſueto omnia obſequuntur, ergò princeps eſt omnium. Quidni manſueto omnia ſeruiant, quando & qui offendere moliuntur, hi magis, egregiéque obſequuntur? Quid Arcam extulit ſuper omnia cacumina montium, niſi fluctus feri maris? Quid Ioſephum euexit ad principatũ Ægypti; nonne fratres perſequentes? nonne mulier inſidians & calumians? nonne diutinus carcer? Si mali iuuant, boni quid facient? Martyres teſtes ſunt. Apoſtoli Domini, & omnes id experiuntur, qui manſuetudinem colunt: *ſunt enim cum omnibus hominibus pacem habentes: pacem* (inquam) *quæ exuperat omnem ſenſum, nempè pax Dei: & delectabuntur* (inquit) *in multitudine pacis:* quæ vera eſt delectatio cordis, quando per illam fit, vt homo veluti inſuperabilis ſit, quem nemo offendere poſſit. *Si ambulaueris ſuper ignem flamma non nocebit tibi, adiò vt neque odor fumi illi officiat.* Hoc verum, hoc maximum eſt dominium. Qui ſic ſapit, Domino ſapit, qui intuetur corda, & probat renes: ſtultum illum, licet appellent inſipientes. Sapiens enim dicit. *Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace.* Videntur affligi, concuti, iactari, turbari, illi autem ſunt in pace, & delectantur in multitudine pacis, in abundantia pacis. *Obſeruabit peccator iuſtum, & quærit mortificare eum. Dominus autem irridebit eum, inanes reddens omnes conatus eius.* Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iuſtos Dominus, & hereditas eorum in æternum erit. Num igitur manſueti ſapientes non ſunt? Audi tu Sapientem, vt ſapiens fias. Eſt ſapiens animæ ſuæ ſapiens; & fructus ſenſus illius laudabilis. Qui ſic ſapiens eſt, ſibi iuuat ſapientia ſua, ſentit ipſe emolumentum, & fructum ſapientiæ ſuæ. Videtur ſemen ſuum nunc ab hominibus, videtur arbor patientiæ & ſufferentiæ, ſed fructus non videtur, effectu ſentit ipſe, alij neque aſpectu percipiunt. At tantus fructus ſenſus, & ſapientiæ illius ſuo tempore, & ab aliis laudabibitur, dicentibus: *Non inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam: ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei?* Cur inter filios Dei? *Quia beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

Gen. 7. 17. Geo 37. 19. Gen. 39. 7. Rom 12. 18 Phil. 4 7. Pſ 36. 11. Iſa 43. 2. Sap 3. 2. Pſ. 36. 11. Ec 37. 25. Sap 5. 4. Mat. 5 9.

Quarta ratio, cum tantus ſit manſuetudinis fructus, vt per eam factus ſit homo filius Dei, vt ſi hæres mundi, & totius vniuerſi poſſeſſor: magna tamen facilitate ad apicem tam excelſi imperij peruenitur. Non facile eſt ſeipſum defendere, proprias vleiſci iniurias, ſi vi eſt repellenda vis. Quis tantam habet vim, vt tantam perſequentium, infeſtantium, diripientiũ, calumniantium, perturbantium, quin & interimentium vim repellere poſſit? Nabuchodonoſor, qui per thronũ ſuum iurauit, quòd ſe defenderet ab vniuerſis nationibus, quæ illi ſubiici detrectauerant, quanto labore hoc eſt aggreſſus? exercitum coëgit, & miſit ſub Holoferne ad ſe vleiſcendum de iniuria, quam ſibi ab iis ſomniabat illatam, qui illi nulla nocuerant ratione, aut modo. Sed quid? neque hoc tanto adhibito labore, tantis impenſis, tantis imperij ſui viribus, virtutibus, diuitiis conſilium ſuum aſſequi potuit, aut deſiderium obtinere. Vna mulier in domo Nabuchodonoſor fecit confuſionem, fruſtrauit intentionem, diſſipauit conſilium, confregit potentias aruum, ſcutum, gladium & bellum, & tantum opus quanta facilitate confecit? facilius ipſa manibus ſuis perfecit, quàm nos verbis explicare poſſimus. Mulier, mulier mollis, delicata, pulchra, ornata, ſed caſta, tanti exercitus virtutem ſuperauit. Vbi tanti exercitus virtus & potentia defenſionem, quam fuerat meditatus, exequi non valuit aut moliri. O doctrinam. *Non reſiſtere malo:* reſiſtentia ſine labore nulla ratione eſſe poteſt. Non reſiſtas; & non laborabis. Cede locum, vt mitia poma, vt caro mollis, vt tenerum quid. Hoc facillimum eſt, ſed num ideò cedendo cades à cauſa? à negotio? ab incurſu & occurſu pugnæ? Nequaquam, quia cedendo potius & perdendo victor abibis. Audi Apoſtolum: *Non vosmetipſum defendentes chariſſimi, ſed date locum iræ.* Scriptum eſt enim: *Mihi vindicta, & ego retribuam: ſed ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum; ſi ſitit potum da illi. Hoc enim faciẽs, carbones ignu cõgeres ſuper*

Iudith 1. 12. 24. Iudith 14. 16. Rom. 12. 19 Deu. 32. 35

caput eius. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Horum Apostolicorum verborum coniunge cum fine principium: *Nõ vosmetipsos defendentes, sed date locum iræ.* Hoc est principium. Finis verò; *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* Nunquid vult aut hortatur Apostolus, vt perdas, vt expugneris, vt in fugam conuertatis quin intendit magis, vt vincas cum impugnaris, & glorioſam referas victoriam. *Noli* (inquit) *vinci, sed vince*; sed quomodo fiet istud, quia modum non cognosco? Docet ipse doctor Gentium: *Non vosmetipsos defendentes, sed dantes locum iræ, eritis victores.* Cur ità?

17 Duabus rationibus. Altera est: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, quia ipse dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam.* Promisit; mentiri non potest. Vide Dominum stantem promissis. *Iurauí Dauid seruo meo: Vsque in æternum præparabo semen tuum & ædificabo in generatione, & generationem sedem tuam.* At Saul persecutor totis regni sui viribus insidians vitæ eius, cur quærit illum de terra tollere? Ipsemet filio suo Ionathæ expressit apertè: *Omnibus diebus, quibus vixerit filius Isai super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum.* Agè, persequitur illũ Saul, conatur interficere. Quid Dauid? seipsum non defendit; dat locum iræ, fugit, abscondit se. Et data illi facultate interficiendi persecutorem suum: parcit, abstinet, & iurat. *Viuit Dominus quia non mittam manum meam in Christum Domini.* Sic tamen vincit per manum Dei retribuentis vindictam. *Manus* (inquit) *mea auxiliabitur ei & brachiũ meum confortabit eum.* Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere. Et concidam à facie ipsius inimicos eius. Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cœli. Ecce firmatam facto promissionem; vt inde dicat Dominus. *Semel iurauí in sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit.* Sic vixit, & vicit cedens locum maiori, seque non defendens.

Alterum modum vincendi Paulus verbis sumptis à Salomone, sic manifestat: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ, si sitit, potum da illi. Hæc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius.* Tanta est vis bonitatis, tanta virtutis, quæ ideò virtus dicitur, quod est fortitudo, tanta patientiæ potentia, tanta mansuetudinis fortitudo, vt nihil ei resistere possit. Quid mollius aqua? quid ardentius igne, & tamen aqua extinguit ignem. Ità ergò & responsio mollis frangit iram. Sic mulier, quæ mollit sermones suos, vincit & Sampsones; & fortissimi quoque ab illa superati sunt. Si hoc in luxuriis, quantò magis in virtutibus? sic Abigail iram Dauid mitigauit. Haud secus Dauid ipse furorem sæuientis inimici sui Saul ad tranquillitatem & æquanimitatem reducebat, quem cum audisset Saul eodem tempore & loco, quo illum ad mortem quærebat, dixit: *Numquid hæc vox tua fili mi Dauid? Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi malefaciam. Benedictus tu fili mi Dauid, & quidem faciens facies, & potens poteris.* Audi pronuntiatam potentiam patientiæ, ab impatiente & impotente persecutore, qui vt erat potestatem habens regiam, sic impotens erat, non valens resistere malo spiritui, & iræ, & odio, contra innoxium imò beneficum Dauid. Hoc fuit *carbones congerere super caput Saulis*, vt in verticem eius iniquitas eius descenderet, vt liberè fateretur se peccasse, se stultè egisse, & ideò nihil potuisse. De patiente verò ait: *Et quidem faciens facies, & potens poteris.* O magna patientia solius patientis & mansueti! Ergò hæc est victoria, quæ vincit mundũ, fides nostra. At fides potẽtis patientiæ cõiuncta est. Ità enim scribit Ioannes: *Hic est patientia, & fides sanctorum.*

Quis igitur hanc non suscipiat doctrinam, veramq; sapientiam? Modum illius seruãdæ explicat Dominus dicens. *Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram.* Et malum sufferre, & bonum cõferre docet. De malo audisti. *Si quis te percusserit.* De bono subiungit. *Qui petit à te, da ei, & volenti mutuari à te, ne auertaris.* Si absolutè *qui petit, da illi.* Si mutuo petit, nempe ad tempus, & hoc concede, *ne auertaris.* De malo, aut illud est in persona aut in facultate. Contingit, quòd in ma-

in manu hostis sit labor & dolor; dolor dum percutit, labor dum angariat. Quid tu: vt non resistas malo? super dolorem tuum adde. Præstò sis ad mala etiam maiora toleranda. Si quis te laborare fecit in peccatis suis, iniurius, contrarius, cogens, & fatigans, vt Egypti laboribus iniustis populum subigebant, non recuses laborem. Dic angarianti; fiat voluntas tua, præstò sum, paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Derebus, *Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicã tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Tollat, licet persecutor res tuas easq; imprimis, quæ necessariæ sunt, vt est tunica. Si vult, quasi iustè id faciat, cooperiatq; malitiam suam, per iudicium noceat, si irreparabilem offensam irrogare prætendit, vt victus & conuictus in iudicio, tuũ vlterius recuperare nõ possis. Quid tibi opus est facere? *Dimitte eum & pallium*; adde tu spontaneè ad ea, quę tibi sublata sunt. Mõstra te tuorũ bonorum esse Dominum, nõ seruum, qui possis de eis liberè disponere ad tuam ipsius voluntatem.

Exod. 1.10. & seqq.

O quæ esset fœlicitas humano generi, si hanc Sapientiam amplexaremur? Inde Salomon post nobis propositam Sapientiam & exhortatam, subdit: *Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus nõ impinget.* Temporalia ista offendicula sunt, saxa, impedimenta, ne viam curramus mandatorum Dei; in his sæpè offendimus omnes, mille cadunt, pauci resurgunt. Qui autem malo non resistit, qui hæc terrena spernit, calcat, non est illi scandalum; ambulat fiducialiter in via sua, ambulat in via immaculata, vbi impingere non potest pes, sublatis impedimentis omnibus: *Beatus; Beatus, qui sic non fuerit scandalizatus, Beati immaculati in via.* Hi verè sunt beati, quos cæteris Dominus autepositi, dicens: *Beati pauperes spiritu:* qui cum Noë totum dereliquerunt mundum, vt totum possiderent, quantò à terra remotiores in altum euecti, tantò totius orbis facti pacifici possessores, vbi nemo vltrà molestus est, deletis iniquis, ablata videlicet iniquorũ facultate nocendi. Innocuus enim ille est, in quo princeps huius mundi non habet quidquã, & hic est, qui in hoc mundo nõ habet quidquam, prorsus à terrenis spiritu seiunctus, corde separatus, animo prorsus alienus. Hunc manet cœlũ, quod nobis donet Dominus cœli & terræ, qui abscondit hæc à sapientibus, & reuelauit ea paruulis, quorum sunt omnia sua.

Prou. 3.2.

Mat. 12. 6.

Psal. 118.1.

Matth. 5.3.

Gen. 7.7.

Matth. 11. 35.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Radix mala, à qua prouenit iuramentum, consideratur. Quam malũ sit periurare, destruit enim excellentiã Euangelicæ perfectionis. Hortantur homines ad pacificè viuendũ cum vxoribus suis etiã malis.

MAGNA prudentia est scire quò sint oculi nostri cõuertendi & à quo pariter auertendi, Nam per oculum, illa ad interiora nostra, quæ sunt exterius, ingrediuntur; & afficiunt facilè animum nostrum, vbi in illo sibi locũ fecerint. Ideò sapienter iustus ille cum protestatur: *Leuaui oculos meos in montes:* tùm rogat: *Auerte oculos meos: ne videant vanitatem.* Præterq̃ quod exterior oculus eiusmodi ad interiorẽ habet necessitudinẽ, & dependentiã, & in eadẽ re dispicienda cõueniãt plurimũ. Quapropter ne animus ergà illicita afficiatur, exterior oculꝰ sedulò est custodiendus. Hãc prudentiã à Christo Domino apertè docemur, quando, postq̃ dixerat: Qui viderit mulierẽ ad concupiscendã eam, iã mœchatus est eã in corde suo: Hodiè monet. *Volenti mutuari à te, ne auertaris.* Vt ergò prudentes simus, hanc doctrinã lubenti animo suscipiamus.

P∫al. 120.1. P∫. 118.37. Mat. 5.28.

Legẽ suam Christus pergit super veterẽ exaltare, vt quæ à vitijs magis arceat, & ad eminentiora virtutis opera mentẽ extollat & vitam nostram: Oculum regulauerat in superioribꝰ dicens. Qui viderit mulierẽ ad concupiscendam eã, iam mœchatus est eã in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Regulat & modo dicens: *Volenti mutuari à te, ne auertaris.* Qua in re nos docet, ne illa sic abiiciamꝰ, q̃ specie teaus nõ arridẽt, vt ab his mẽtis & capitis oculos auertamꝰ. Et quo magis appinquãt nobis, eo minus sunt amouẽda.

Mat. 5.28.

Vbi

Vbi apparet Euangelicæ legis excellentia super Mosaicam, quæ vxores repudiare viris permittebat, quando illorum animo non cedebant. At Dominus: *Ego autē dico vobis: Quia omnis, qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari.* Magna libertas, vel licentia magis, posse quis odiosam vxorē repudiare. Magnum è contra vinculum, magna virtutis atq; constantiæ fortitudo, huiusmodi vxorem tolerare. *Melius est enim*
Prou.21.9. (inquit Salomon) *sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo cōmuni.* Et rursus: *Melius est habitare in terra deserta, quàm cū muliere rixosa, & iracunda.* Dura nimis est talis conuersatio, quæ sine magna patientia continuari non potest, vt melius videatur vel in deserto habitare, vel se in domus angulum recipere atq; abdere, quàm liberè conuersari, vbi sit mulier huiusmodi. Ad tantam tolerantiā vetus nō cogebat lex, propter duritiam cordis eorum: quasi licentia non esset repudij, homines facilē vxorū sanguine polluerentur. Atq; ideò minus malum putauit lex repudium, quàm vxoricidium. Viri tamen sancti molestas quoq; mulieres
Iob.2.9. sufferebant, sicut de Sancto Iob legimus,
Tob.2.22. & de Tobia. Lex ergò Euangelica, quæ
19. mitiora corda requirit, nos cum aduersis omnibus ita componit, vt malo non resistamus, sed illud potius & patienter toleremus, & lætanter quoq; obuiis brachiis amplectantur. Ideò statuit: *Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillū, præbe ei & alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuā tollere, da ei & pallium. Et quicumque angariauerit te mille passus, vade cum illo & alia duo.* Num ergo lex quæ tantam exigit in aduersis fortitudinem, coniugum diuortium, & vxoris repudium fuerat permissura?

3. Legis ergò nostrę tantam excellentiam nunc maximè expendamus, quam in charitate potissimum, in pace, & veritate constituit altissimus Legifer noster. Prohibet enim separationem, prohibet iurationem, prohibet vltionem. In quibus stat præce-
Zach.8.16. ptum illud Domini per Zachariam. *Veritatem tantum, & pacem diligite.* Veritatem (inquam) vt prius dixerat. *Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo* (quod 16. Eph.4.25
& Paulus iubet) *& iuramentum mendax ne diligatu.* Pacem verò vt ait: *Iudicium* Zach.8.16
pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris. Et quoniam separationis, & vltionis prohibitio ad pacem vtraque pertinet: iuratio verò ad veritatem: hanc seorsum & primum consideremus, de his quæ ad pacem sunt postmodum tractaturi; Duo autem consideremus, quid sit malum illud, à quo est iurare, & quàm malum sit periurare. Malum illud vnde ortum est, & in vsu est, jusiurandum duplex est, sicut duo sunt inter illud, videlicet qui iurat & cui iuratur. Alterum infidelitas, infirmitas alterum. Infidelitas (inquam) illa, qua alter alteri, non vt se habet res, loquitur, & asserit, aut negat. Quæ tanta est, vt iam vulgatissima
Psa.115. sit illa sententia: *Omnis homo mendax:* & Rō.3.4.
Quod cum ita sit, non facilè quis proximi sermonē, vt verum probat & accipit; quæ est humana infirmitas. Et cum necessitudo inter homines ex verbis potissimum, & cōmuni colloquio constet; si his duobus malis non adhibetur remedium, infœlix nimium est vita & conuersatio humana. Sunt autem huiusmodi mala hæc, vt nihil humanum ad ea medicanda sufficiens videretur. Quid? Diuinum fuit necessariū, & hoc est nomē Domini, quo Deus in testem aduocatur eius, quæ in sermone prętenditur veritatis. Quod nomen tantæ cū sit maiestatis, terroris, ac sanctitatis, obnoxium se diuinæ offensæ imprimis ac vehementer faceret, qui illud violaret; qui etiam non à proximo iam quem fefellisset, sed à Deo quem inhonorasset, exspectaret vltionem. Hæc est causa cur iuramentum adinuentum est, & in hominum mores & consuetudinem inductum.

Hinc lex vbi dixit: *Non mentiemini, nec* 4.
decipiet vnusquisque proximū suum. Mox Leuit.19.
intulit: *Non periurabis in nomine meo. Nec* 11.12.
pollues nomen Dei tui: Ego Dominus. Et quoniam tanta est hominum non infidelitas modo ad homines, sed irreuerentia

quoque

quoque ad Deum, vt temerariè inuocetur iureiurando nomen Domini, & sacrilegè quod iuratur, non impleatur; inter Dei præcepta istud: *Non assumes in vanum nomen Dei tui.* post ipsius veri Dei notitiam & cultum proximè statutum est. Quin & Exod.20.7 transgressori simul intentata punitio: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui fru-* Deut.5.11. *stra.* Ità & in repetitione legis: *Non vsurpabis nomen Domini Dei tui frustrà, quia nõ erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit.* Vbi rem vanam intellige, quę veritate sit vacua: Ea enim est vanitas, quam cum mendacio coniungit Psalmus. Psal. 4.3. Vtquid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Sic igitur lex. At Euangelium ad excelsiorem gradum statuens nos euehere, superaddit; *Ego autem dico vobis: Non iurare omnino. Sit autem sermo vester: Est, est, Non, non.* Gratia enim Christi ad priscum innocentiæ statum, quantum fas est hominęs reuocare contendit. Audistis enim dum repudiũ tollit, dicentẽ Domi- Matt.19.8 nũ. *Abinitio non fuit sic:* quando verò ab initio? quãdo Adã cõstitutus in iustitia, & Gen.2.25. sanctitate ex ore Omnipottis dixit: *Relinquet homo patrẽ suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna:* Quibus verbis Christus subscribens ait: Matt.19.6. *Quod ergò Deus coniunxit, homo non separet.* Si ab initio hęc dicta sunt, & ad id temporis vxoriam rem reducit Dominus: ergò Euangelica lex ad apicem illum quantum possibile est, nos laborat erigere. Ità ergò intẽdit, vt fides seruetur, eademque, vt tunc esset factum, adhibeatur. Ità & infidelitatem submouens, & infirmitatem per virtutem gratiæ confortans.

5. Ergò qui veritatem mendacijs, ac periurijs euertit, prosternit, negat & polluit; hic maximè omnium legi Euangelicæ cõ- Psal.84.12 tradicit. Cur veritas de terra orta est? nonne, vt quæ erat in cœlo Angelorũ medio, in medio nostrum staret quoque, vt illam diligeremus, faceremus, veneraremur? Estò, dicat verum Paulus: Rom. 3.4. *Est autem verax Deus, omnis autem homo mendax* Si iam Deus homo est, verax iam erit & homo: si diuinitas homini coniuncta est, cur nõ & veritas, quando, qui veritatem misit, verax est, vt ait ipsa Veritas? Iuncta quidem Ioh.8.26. est vni tantum hypostaticè Veritas increa- Iudic.6.37 ta. At non vt in illo dumtaxat, veluti collecta esset; sed vt a vellere, super terram omnem diffunderetur. *Verbum quidem* Ioh.1.14. *caro factum plenum est gratiæ, & veritatis: Sed de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Promiserat Deus daturum se nobis: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eam, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Sic & pa- Psa.131.11. tribus pollicitus fuerat quòd in semine Genes.12.3. eorum benedicerentur omnes tribus. Fi- 18.18. delis quidem Deus in omnibus verbis 28.18. suis, sed veritas tunc illius enituit, quando ea, quæ promiserat adimpleuit. Audi Paulum: *Dico Christum Iesum minis-* Rom.15.8. *trum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia honorare Deum* Veritas fuit, quòd missus sit Christus ad oues Israël propter promissiones patrum: misericordia, quòd repulsus à Iudæis processerit ad gentes, quibus nulla fuerat facta promissio. Gentibꝰ enim non loquebatur, sed patribus, quibus & de Gentibus locutus est. Sic ambo ad laudes Dei inuitantur. *Quoniam confirmata est* Psal.116.2. *super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum.* An non hæc magna veritatis obseruandæ ratio, ꝙ propter veritatem Dei, veritas de terra orta sit? *Vt* Psa.84.12. *sicut misericordia Domini plena est terrà: Ità sit & veritas eius in generationẽ, & ge-* Psal.32.5. *nerationem:* Attende & causam, cur venit Psal.99.5. in hunc mundum is, qui perdit omnes, qui loquuntur mendacium. *Diminutæ erant* Psal.11.2. *veritates à filiis hominum, vana id est falsa, loquebantur vnusquisq; ad proximum suum: labia dolosa in corde duplici:* hinc miseria inopum, hinc gemitus pauperum. Ergò *propter miseriam inopum, & gemitum* Psal.11.6. *pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.* Qui iaceo inuisus, & absconditus, nunc exurgã, meipsum manifestabo, dabo salutare meũ & Saluatorem vestrũ, producam

veritatem, vt iam diminutæ veritates amplificentur: vt iam vestra eloquia sint eloquia Domini, vt verbum meum sit in ore vestro, & vos ipsi quasi os meum sitis.

6 *Exhortatio.* O veritas! quanta nunc est dominatio tua super terram? *sermo vester sit, Est, est; Non, non.* Qui ad Euangelium pertinent, qui cum Christo sunt qui est veritas, qui in veritate sunt Christiani, hi ambulant in veritate, hi dolos fugiunt, hi mendacium abominantur. *Ecclesia Dei viui columna est, & firmamentum veritatis.* Qui veritatem abiicit, se ab Ecclesia elongat, indignum se declarat, qui in illa sit. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum aduersus proximos suos.* Dirutum vetus templum, quis nisi veritas restaurauit? Adolescens Zorobabel, qui veritatem extulit super omnia, gratissimus propter hoc regi Dario, ab eo obtinuit, vt templum reædificaretur & ciuitas. Et tu qui veritatem negas, qui obruis, qui destruis, habitabis in domo veritatis? Veritas à Zorobabel magnificata obtinuit captiuis libertatem reuertendi in patriam. Et scripsit omnibus Iudæis, qui ascendebant à regno in Iudæã pro libertate. Et putas tu diligens vanitatem, & quærens mendacium, & loquens in dolo, liberè ascendere in montem Domini, ibique requiescere? *Diabolus mendax est, & inuentor paterque mendacii, & ideò mendaciorum omnium, paterque mendacii,* ipse captiuos tenet omnes, qui loquuntur mendacium. Sola veritas te potest liberare, si manseris in ea, si sermonem illius seruaueris. Audi illam: *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos* Sed væ mundo à scandalis mendaciorum, dolositatum, simulationum, ex quibus tanta malorum illuuies iugiter prodit, manat, scaturit, erumpit.

1. *Tim* 13. 15.

Psal 14. 2.

3. *Esdr.* 4. 14.

3. *Esdr.* 4. 49.

Ioan. 8. 44

Ioan. 8. 31.

Matt. 18. 7

SECVNDA PARS.

7 QVoniam non custoditur os nostrum, nec veritate regulatur, iam mundus in hominũ moribus, veluti ad Chaos antiquum miserrima cõuersione reuertitur, vt vix sciam an illa prisca confusio, Babyloniã istam in hominum moribus, actionibus, & tractationibus referre valeat sufficiẽter. In aëris alterationem Salomon retulit falsas hominum promissiones dicens: *Nubes & ventus, & pluuia, nõ sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens.* Aër nubilosus vẽtis concussus pluuiam repromittit, at non semper etiam post huiusmodi alterationes sequitur pluuia: Haud sec⁹ gerit se homo, qui multa & grandia pollicetur, q̃ non tribuit tamẽ. Quod si huiusmodi falsæ ac vanæ promissiones turbato aëri comparãtur: quid erit tãta mendaciorũ aggregatio atq; frequentatio? quid hominum in dolo loquentium, dolose agentium, fraudibus fallentium multitudo? De separatione ergo & vltione, q̃ paci officiunt maximè, acturus propono prius visionẽ Ezechiel. Vnde trahitur exhortatio pacificę vitæ cũ vxore, & patientiæ cũ offendente. Ezechiel itaq; intellecturus ex visione quatuor animaliũ, q̃ mala procedunt ex hominum iniquitate se mutuò fallentium, infectantiũ, turbantiũ, hoc vidit: Et vidi (inquit) & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone; & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, & de medio ei⁹ quasi species electri, & in medio ei⁹ similitudo quatuor animalium. Horrida ista visio, & terrore plena; nonne veluti in speculo, statũ nobis mundi repræsentat, vbi res tam diuersæ ad inuicem coniunguntur? homo, leo, aquila, bos? ô mõstrum, ô confusio, ô chaos inuisibile. Benè turbo, nubes, ignis, & hæc ab Aquilone, vnde malum panditur omne, simul inuoluta & veluti indistincta veniebant. Nunc quis hoc ambigat peruersã hominum conuersationem & vitã designare? vbi tot diuersa, tot aduersa, tot peruersa concurrunt, & versa omnia, atque mutata à conditoris summi instituto. Homo es, sed Leoni proximus & similis. Ideò Sapiens monet: *Noli esse sicut Leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.* Et de muliere, quæ & ipsa homo est, idem Sapiens nonne dicit? *Commorari Leoni & Draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequã.* Homo

Prou. 25. 14.

Ezechiel. 1.

Ier. 1. 14.

Eccl. 4. 35. *Eccl.* 25. 25.

es,

es, verùm cum boue coniunctus es, quando de vecordi iuuene, quẽ meretrix irretiuit dicit Salomon: *Sequitur eam, quasi bos ductus ad victimam* Homo es, sed cur bestia illa prima quæ fuit regnũ Assyriorum habebat alas Aquilæ? quia scelesti, aquilis velociores sunt ad effundendum sanguinem. Væ nobis si non esset filius hominis super hæc animalia: capiti eorum imminebat firmamentum, & super firmamentum similitudo throni, & similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et cum fieret vox super firmamentum, stabant, & submittebant alas suas. An non iam manifestum est, vocem hanc verè cœlestem vocem esse Domini nostri Iesu Christi, qua sistunt animalia, qua distinguitur chaos; qua tot ac tantę hominum turbationes sedantur, componuntur, regulantur? Audi vocem istam: *Ego autem dico vobis. Quicumque dimiserit vxorem suam, facit eam mœchari Ego autem dico vobis; non resistere malo.* Vidit Ezechiel animalia, & coniuncta & currentia. Vidit & Ioannes, sed distincta & quiescentia. Facta enim voce Christi super firmamentum, & eo sedente iam pacata sunt omnia, vbi vox illius auditur & custoditur.

Prou. 7. 22.
Dan. 7. 4.
Ezech. 1. 5.
Apoc. 4. 6.

8. Exhortatio.

Audite ergò verbum Domini. Docui non iurare omnino, sed simpliciter asserere veritatem; si verbo, vt nõ offendamus, monet, quantò minus facti permittit offensionem? si iuramentum vetat, quantò magis periurii, quod & lex vetabat? quantò magis dolos, fallacias, iniurias, calumnias, detractiones, iurgia, contentiones? sed adhuc leo est in via, cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo. *Sub lingua eius labor, & dolor, sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, quasi leo in spelunca sua, vt rapiat pauperem, & interficiat innocentem.* Quid verò tu? ne sis leoni coniunctus, sis homo, sis mitis sis mansuetus, sis ratione præditus, ne communicaueris superbo, ne induas superbiam & ferocitatem, ne fias leo & tu. Esto vxorẽ habeas, de qua scriptum est: *Nequitia mulieris immutat faciẽ eius, & obcecat vultum suum tanquã vrsus.* Quid hic agis tu? iam dimittere non potes, numquid similis ei efficieris? Absit. Docuit Salomon: *Ne respondeas stulto iuxta stultitiã suam, ne efficiaris ei similis* Quid est respondere stulto iuxta stultitiã eius? stultè loqui indignanter, obiurganter, si & ipse sic locutus est. Sed si stultè ille, sapienter tu; si indignanter ille, patienter tu; si obiurganter ille, tu in mansuetudine suscipe verbum, & molli responsione frange illius iram.

Psal. 9. 28.
Eccl. 25. 24
Prou. 26. 4. 5.

Cogita quod vidit Ezechiel, nempè super animalia illa coniuncta sedere virum, quem adorat multitudo Angelorum. Non sine (inquam) illius prouidentia factum est, vt cum huiusmodi muliere coniungereris: hæc est crux tua, quam post Christum ferre debes. Nunquid non fuit Synagoga Sponsa Dei? & quam se illi tandem exhibuit? Ipsa, ipsa quod nec permittebat lex, neque cogitauerat, sponsum suum ne repudiauit modò, etiam sine libello, sed de domo expulit, eiecit extra vineam, deturpauit, occidit, vt re iam dicat, quod verbo dixerat aliquando per Prophetam. *Ipsa non vxor mea, & ego non vir eius: & patienter egit tamen, & paratus est se iterum coniungere illi.* Hoc facite viri, hoc discite à Christo: *Diligite vxores vestras, sicut & Christus Ecclesiam nouam sibi sponsam istam accepit, vt doceret qua ratione cum vestrũ vitam nunc agere debeatis.* In lege sic scriptum est: Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odiosam, & fuerit filius odiosæ primogenitus, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ. Quæ vxor Christo odiosa, si non Synagoga? Quæ dilecta, si non Ecclesia? & ex Synagoga tamen assumpsit Apostolos: de quibus Dauid: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: & constituit illos primogenitos, constituens eos principes super omnem terram:* iuxta quod de illo met Dauid sub suiipsius cecinerat figura. Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ. Tam malè igitur Christus habitus à Synagoga, non repulit tamen plebem suam, vt discas, etsi sit odiosa mulier, in hoc Christi mansuetudinem imitari, eamque vt dilectam habere

Matth. 21. 39.
Osee 2. 1.
Eph. 5. 25.
Deut. 21. 15
Ps. 44. 17.
Ps. 88. 28.

iam, & diligere, ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Magna quippe fœlicitas humana vxorem habere ad ſuam voluntatem; mutuus enim amor & honeſtus voluptatem creat. Vnde Sapiens: *In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene ſibi conſentientes: Et hoc Dei donum eſt: ſed non omnibus datum.* Nouit enim Deus quid cuique expediat. Si alter coniugum moroſus ſit, moleſtus, diſſentiens; cogitet alter, Deum ſuam neceſſitatem prænouiſſe, & quod præuiderat ſibi expediens fore, illi contuliſſe, atque ita diſponat ſermones, & actus ſuos in iudicio, id eſt prudenter, vt quod illis datum eſt ad beneficium, non ſit ad præiudicium: prudentia opus eſt, atque patientia: prudentia ad alterum; ad teipſum patientia: quin & vtrumque & prudentia, & patientia. Eccl. 25.1.

9. Generalem illam regulam. *Non reſiſtere malo:* Pro omnibus, & erga omnes dedit Dominus: Ergò illâ potiſſimum coniuges inter ſeſe obſeruare tenentur. Magna virtus: *Non reſiſtere malo.* Sed ſi tantum bonum eſt malo non reſiſtere, quantum malum bono reſiſtere? quale piaculum, bonis malum inferre? Hoc dolebat Paulus, quòd nedũ malo reſiſterent fideles, verùm & ſibi mutuò malum inferrẽt: *Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini: ſed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſſidebunt?* Duo Paulus culpat in Corinthiis: & quòd malo reſiſtant; & quòd malum inferant, quę duo ex verbis Domini trahuntur. Dũ enim docet malo non reſiſtendum, malum ſupponit illatum. Primum ergò eſt malum inferre, hoc contra legem omnem agitur: Namque lex nulla admittit, quòd proximo noceatur. Quare Romani in quo laudem conſtituebant, nõ erant ipſi innoxij, cæteris nationibus moleſti, quas ſibi ſubigebant. Et propterea neque alię tres beſtiæ, quæ orbem vniuerſum ſibi ſubiectum habere laborauerunt, immunes ſunt à delicto. Vnde Nemrod, qui primus per vim ſibi regnũ erexit, dicitur: *Robuſtus venator coram Domino.* Venatio illa ſua, vt ad oppreſſores debilium ſe extendit, à Sapiente ſic deſcribitur: *Venatio leonis onager in eremo, ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes.* Erat Robuſtus gigas iſte, non poterũt illi gentes reſiſtere, quapropter illos iniuſtè & violenter opprimebat: Hoc autem erat coram Domino, quoniam *vultus Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Videbat enim Deus, & diſplicebat ei: ſic ſunt omnes, qui proximum offendunt quoquo modo. 1.Cor. 6.7. Gen. 10. Eccl. 13. Pſal. 33.

10. Paucos inuenias potentiores, qui debiles non offendant. Sunt enim, vt dixit Sapiens, paſcua diuitum pauperes; ſicut enim feri debiliores à fortioribus rapiuntur & comeduntur: cuiuſmodi eſt aſinus ſylueſtris, quem onagrum appellant. His Paulus interdicit regnũ Dei propter illorũ iniquitatem: *Iniqui* (inquit) *regnum Dei non poſſidebunt.* Qui namq; terram ſibi iniuſtè rapiunt, quomodo cœlum poſſidebunt? Iuſtitia vnicuiq; tribuit, quod ſuũ eſt. Fac tuum regnũ Dei, & dabitur: Cœlum cœli Domino. Quomodo autem illius iuriſdictionem adipiſcimur? Audi Iuſtitiam, quæ de cœlo proſpexit: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Pauper huiuſmodi non eſt, qui terram diligit, qui terram diripit, qui terræ laborat dominari. Vnus tantum Deus, Dominus eſt cœli & terræ. Tu ſi terræ volueris eſſe Dominus, tuum non erit regnum Dei. Vt ſis Dominus cœli, terræ te conuenit pauperem eſſe. At quomodo pauper, ſi oculi tui diuitiis numquam ſatiantur? *Si quaſi ſolus habitaturus in medio terra coniungis domum ad domum, & agrum agro non ceſſas iugiter copulare?* Cum itaque pauper non ſis, neque tuum eſt regnum cœlorum, quod pauperum eſt: at ſi non tuum, neque illud poſſidebis. Ideò quòd *iniqui regnum Dei non poſſidebunt* 1.Cor. 6.9. Iſai. 5.8.

11. Secundum quod Paulus culpat, eſt: *Malo reſiſtere. Quare* (inquit) *non magis iniuriam ac-* 1 Cor. 6.7.

riam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Hoc verò bifariam fieri contingit: Vel tantum impediendo ne quis sibi noceat, vt angarianti resistere, ne angariet; & tunicam tollenti obstare, ne auferat: Quod profectò, vt iniquum non est infirmum tamen est: propterea quòd resistẽtiam Christus vetans vinculo obligationis non adstringit, sed ad gradum dirigit Euãgelicæ perfectionis. Vel resistentia ista etiã ad vindictam procedit offendentis, vel repetens ablatum bonum, vel vlciscens illatum malum: Et hoc nouissimum fieri contingit, vel priuata propriaque authoritate, vel communi, quæ est iudiciaria. De communi per Iudices statuebat lex oculũ pro
Exo.21.24 oculo, dentem pro dente: Id autẽ fieri poterat zelo, aut vindictę, aut iustitię. Ne zelo vindictæ, id lex ipsa quoque interdicebat, dicens. *Nõ quæras vltionem nec memor*
Leu.19.18. *eris iniuriæ ciuium tuorũ.* Legis tamen erat vindicare iniquitates, & iniquos castigare.

Et summa in Euangelio statuta punitio est, de populo per excommunicationem exterminari. Neque concedit ex vi sua, vt etiam ex iustitia cõtra proximum tuas iniurias prosequaris. Quod si licitè fit, aliunde est, quàm ex Euangelio, qui leges polyMat.19.24 ticas; vt non statuit, ita nõ destituit. Quod propterea minus admittit, quòd vt difficile est diuitẽ intrare in regnũ cœlorum, ita & suas iniurias prosequentẽ. Et enim quemadmodum diuitiarum amor eas habentem facile astringit: Ita quærentem vltionem, odium facillimè incurrit.

Quò fit, vt sicut diues, sic & vlciscens
Gen.13.2. maximo intret negotio in regnum cœlo-
Gen.9.25. rum: fuit tamen Abraham diuis & sanctus, diuitiisque vtebatur in obsequium Dei. Eo etiam modo Noë vltus iniuriam suam est in Cham maledicens filiũ eius Chanaam: Quod tam sanctè fecit, vt esset ipsius maledictio prædictio diuina: quamquam iudiciaria authoritate, qua super filios potiebatur, & hoc fecit. Qui suus iustitiæ zelus, quòd zelũ legis prætenderet, & gloriæ Dei; inde liquet, quòd ad filij maledictionem, Dei benedictionem adiecit, dicens. *Benedictus Dominus Deus Sem; sit Chanaan seruus eius.* O vtinam castigationes peccantium hac ratione spectarent gloriam Dei! Propria demũ authoritate iniurias vlcisci, lege quacunque iusta vetitum est. Si nullus, dum sua res agitur, dicit testimonium, quòd si dicit non creditur, quanam ratione in re sua contra quemcunque licebit iudicium facere? Quis enim te constituit iudicem super illũ? Dei iudicium est nõ tuũ. *Deut.1.17.*
Rectè igitur Salomon: *Ne dicas: Quomodo* *Pro.24.29.*
fecit mihi, sic faciam ei, reddam vnicuique secundum opus suum. Vide quæso quanta temeritas, quanta superbia; *solius Dei est* *Rom.2.6.*
reddere vnicuique secundum opera sua; & audes tu dicere: Reddã vnicuiq; secundũ opus suum. An vales tu quoq; hoc præstare; sed ô vtinam verè id præstares. Nam & Deo redderes secundum opus suum. Gratias redderes, honorem, cultum, obedientiam, reuerentiam, timorem, amorem. An fortè de malo opere te loqui declaras? Res ista te malis plenum ostendit, quãdo malo reddere vales, bona nequaquã. At quare in hoc quoque nõ generalis es, ac totus? redde hosti tuo, homicidæ omnium, Diabolo (inquam) secundum opus suum. Quanta super te congessit, & indies mala congerit? hunc inimicum habes, contra illum exerce inimicitias. Quomodo fecit tibi, sic facias illi: te deiecit, deiice illum: te interfecit, interfice illum: te expulit de Paradiso, tu de hoc mundo, de corde tuo eiice foras, vt bene sit tibi. Amen.

MORALE.

VIDE ergò quàm verè dixerit sanctus 13
ille, qui in spiritu loquebatur. *Tunc* *Psal.118.6.*
non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Is perspector est, qui similiter factor est. Sicut & Deus quãdo præstat, tum nobis ostendit misericordiam suam, & Christus postquam pertransiit benefaciendo, tum dixit; *Multa bona opera ostendi* *Act.10.38.*
vobis. O fœlicem inspectionem! ô beatum *Ioh.10.32.*
hominem perspicientem in omnibus mãdatis Dei. Quid enim Dei mandata prętendunt, nisi vt perfectus sit homo Dei? Vbi autem perfectio est, ibi confusio non est: confunditur fur deprehensus in opere manuum suarũ. Confunduntur superbi, quan-

do dum alleuantur, deiiciuntur. Qui rei innititur labenti, si cum cadente cadit, cõfusione suffunditur. Qualis erit confusio hominum, qui terræ innituntur, cum illã excutiens Deus, impios excludit ab ea? Qualis confusio diuitis in die vltionis, in quo nihil proderit iactantia diuitiarũ? An non confusus ille, cuius frustratur desiderium? cuius opera nõ succedunt prospere? cuius inimici gloriantur in malis eius? & qui exaltatus incæpit cum rubore nouissimum locum tenere? Nabuchodonosor, *Iud* 2.3. qui in superbiam elatus, dixit cogitationem suam in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio: quàm confusus euasit, quando vna mulier Hebræa, præciso *Iud*.14.16. capite Holofernis, fecit confusionẽ in domo Regis huius superbissimi? An non con- *Esth*.6.12. fusus Aman, qui indignatus contra Mar- *Esth*.7.6. dochæum, vbi illum cum omni gente Iudæorum cogitauerat perdere, coactus est illũ honorare, vnde festinauit ire in domũ suam lugens, & operto capite. Et quid, vbi glorians se solum ad regale conuiuium inuitatum, hostis Reginæ Esther declaratus est, & in cruce suspensus? Vnica via vitandæ confusionis est sapientiam audire, & in Ec.24.30. illa operari. Ita enim ipsa protestatur: *Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt.* Audire, & operari simul cõiungit. Qui audit me. Qui operantur in me. Quia is verè audit legem, & in ea perspicit, qui secundum illam operatur. Ita simul componit confundi, & peccare: non confundetur; non peccabunt. Nam profectò peccatores cõfundentur in tempore malo. Sicut enim est confusio, quæ *Ec*.4.25. adducit peccatum, vt ait Sapiens, ita peccatum omne adducit confusionem. Sic e- *Isa*.45.16. nim scribit Isaias: *Confusi sunt, & erubuerunt omnes. Simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. Israel saluatus est in Domino salute æterna: non cõfundemini, & non erubescetis vsque in sæculum sæculi.* O Psal.118.6. optatam veritatem! *Tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandata tua.*

14 Quanta esset consolatio procul ab omni confusione, si in ea intenderent homines, quæ Christus Dei Sapientia nobis hodiè profert ore suo benedicto? Quale gaudium vbi sunt vir & mulier benè sibi consentientes? qualis voluptas viget, vbi veritas regnat? Quali, qui patientia vtuntur, pace fruuntur? Vides Ecclesiam nouam *Apoc*.21. sponsam descendentem de cœlo? cœlestia sunt hæc, eõsensus in bono, veritas in corde, pax & patientia in omni opere nostro: terra nostra non dabit fructum istum. De cœlo allata sunt: Ibi, hinc, inde consensus, veritas, pax. Hic non mutua sunt ista continuè, interdum claudicant, quia sumus in mundo, vbi sat est seruari à malo. Si coniuges non coniungis adeò, vt vterq; idem sapiat, idem sentiat, sintque vterque bene sibi consentientes: Tu quod tuum est perfice, & bene tibi erit. Nam Deus ita decreuit, vt verum bonum nostrum non aliunde nobis eueniret, quàm ab ipso, qui solus est bonus. Ipse nullo indiget ad benefaciendum nobis auxilio, hoc tantum postulat, vt ipse se homo coaptet Deo per conformitatem & obedientiam. Re sic composita, quidquid huic contingat homini, totum illi in bonum conuertitur. Adsit tibi licet homo ille, de quo Sapiens ait: Bo- *Ec*.11.33. na in mala conuertens insidiatur, & in Electis imponit maculam: exies tu absque macula, liber ab eius insidiis & molestiis, si cum Deo fueris coaptatus: cõuertat homo pestifer bona in mala, valentior Deus ad mala in bona conuertendum. Sit vxor stulta, qualis fuit Iob, num ideò vir sanctus *Iob* 2.10. quidquam suæ virtutis amisit? stultus sit vir quoque. An non stultitia Nabal digni- 1.*Re*.25.11 tas fuit & exaltatio vxoris suæ Abigail? Si verò consentiant in virtute, sicut iuuenis Tobias & Sara vxor eius: hoc à Deo da- *Tob*.8.4. tum est. *Qui inuenit mulierem bonam, in- Pro*.18.22. *uenit bonum, & hauriet iucunditatem à Ec*.26.3. *Domino: & mulieris bonæ, beatus vir.* Pars bona, mulier bona, in parte timentiũ Deũ dabitur viro pro factis bonis. Magna profectò in hac vita fœlicitas ista est, vir & mulier bene sibi consentientes, & hæc aliquãdo viro datur pro factis bonis: quod & de muliere dicendum est. Quò enim contrà eueniat: tu Deo coniungere per voluntatis conformitatem, & statum nobiliorem eris assequutus.

Sed quid faciunt homines? bona sibi in 15 malo

Lam. 10.1. mala conuertunt. Quod Nadab & Abiu filii fuerint Aaron ſummi Sacerdotis, hoc illis ex ſua temeritate exitium fuit. Quod populus in deſerto Dei præſentia in Sanctuario fuerit honoratus, hoc illi ad ſuam perniciem conuerterunt. Quod ingreſſi poſſiderent terram lacte & melle manantem, detrimentum commiſti cum Chananæis ſibi fecerunt. Quod Gens illa à Deo fuerit per Filium ſuum vnigenitum viſitata, ad omnium peſſimum ſcelus traxerunt ingrati, & ad horribile exterminium. Sicut non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit, ita neq; maculabit, neque violabit. Tua, tua eſt culpa non ſocii, non coniugis, non proximi cuiuſq;, ſi non fueris bonus, ſi non benè, quæ tibi apponuntur, fueris vſus. Si prudens non fueris, patiens in malis, in quorum medio verſatur vita hominum. Non dixit Propheta: *Tunc non confundar, cum proſpera mihi euenient, ſed cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.* Viam mandatorum perſpice, ne erres in ea, ne declines neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Siniſtra, quæ ſunt aduerſa, ne te extrà viam impellant; dextera, quæ ſunt proſpera, ne te extrà eandem viam trahant; vt non declines à mandatis tui Dei. Tunc immaculata erit via tua, tunc tuta, tunc tranquilla, & iucunditatis plena.

Exod. 49. 31.

Pſal. 105. 35.

Prou. 12. 21

Pſal. 118. 6

16 Etiam ſi ecciderit, non collideris, quia Dominus ſupponet manum ſuam, etiamſi eſurieris, non deficies; propterea quod dicetur tibi. Surge, comede; grandis enim tibi reſtat via: huc faciunt verba iſta Domini. *Si quis te angariauerit mille paſſus, vade cum illo & alia duo.* Sic ad ſenſum tuum accommoda. Si moleſtiæ, calamitates, paupertates, cæteraque ſenſui contraria angariauerint te, rebellem tuam compulerint voluntatem, vt viam pergas mandatorum Dei; tu ſtimulo aſſuetus, liber iam nunc incede: Si fiſte agebaris, nunc voluntariè ambula. Stimulo concitatus equus, etiam non concitatus currit: Si in anguſtia cordis propter prementia, & adſtringentia mala, viam pergebas diuinorum mandatorum; nunc quando dilatatum eſt cor tuum, quare non curris velox? ò popule, ſi in deſerto, vbi nunquam habitauit homo, legem accepiſti, heu! quare in requie recedis ab ea?

Pſal. 16. 24.

3. Reg. 19. 7

Sic circa tabernaculum Dei populus erat diſpoſitus, vt ſua loca quiſque tueretur & cuſtodiret. At in tribus aliis omnibus numerati ſunt, qui poſſent ad bella procedere; præter tribum Leui, quæ tamen per gyrum tabernaculi figeret tentoria, ne fieret indignatio ſuper multitudinem. Quid hoc quæſo? pugnaturi procul à tabernaculo, propè non pugnaturi, omnes tamen circa illud. In aduerſis pugnatur, in proſperis eſt quies. Vtroque ad honorem Dei nos conuenit vti, vt non declinemus neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtram; vt ſit pax his qui propè, & his qui longè. Video tamen in aduerſis multitudinem accedere ad Deum. At extrà militiam retrocedunt, cum debeant magis appropinquare. Te malis impulit Deus, aduerſis quodammodo coëgit, vt in pace, Leuita veluti eſſes, Deo propinquus magis, Deo coniunctior, Deo obſequentior, vt quæ ad cultum Dei pertinent, humiliùs ac deuotiùs frequentares.

Num. 1. 50

17 Intentus audiſti varia Domini præcepta? In aduerſis quid? *Non reſiſtere malo.* Sed dolorem inferenti, & honorem auferenti in percuſſione maxillæ, *præbe illi & alterã:* laborẽ ingerenti angariando mille paſſus, adde tu ad laborem. Tuam tibi tollenti tunicam, ſponte tua *præbe illi & pallium:* hæc ad ſiniſtram, & veluti à tabernaculo procul, vbi ſunt numerati ad bellum. Nunc in dextera propè Deum, vbi non eſt militia, ſed quies, quid? *Qui petit à te da ei, & volenti à te mutuari, ne auertaris.* Iam liber, non coactus, pecuniam voluntariam da indigenti. Ita perſpicies in omnibus mãdatis Dei. Ita non erit tibi cõfuſio, ſed gloria, & pax, & requies. Sed heu! quid euenit nobis? Id quod ait Salomon. *Acetum in nitro qui cantat carmina cordi peſſimo.* Acetũ nitro auget vim, ſi cum illo miſceatur. Nitrum eſt cor peſſimũ, quid acre, ex corrupta terra concretum. Acetum correptio & doctrina, qua cor peſſimũ corripere laboramus: hæc enim carmina ſunt dulcedinẽ afferentia, ſalutem, & pacem: ſed cor peſſimum ex correptionibus peioratur, fit acrius

Prou. 25. 20.

acrius, sit infestius, sit molestius, sit ad malum suamque ruinam vehementius. Vbi sunt, qui patienter ferant incommoda? qui malo non resistant? qui cum se offendentibus concordent? Vbi qui tribuant petenti? qui gratis mutuent? qui mala sufferant? qui bona conferant? qui veritatem loquãtur? qui pacem custodiant? In monte Synai Deus dedit legem, ibique cum Moyse loquebatur. At erecto tabernaculo inde loquebatur. Id habes in fine libri Leuitici: hoc in principio libri Numerorum. Sed quid primum iussit de tabernaculo? Vt tollerent summam virorum fortium procedentium ad bellum, & nomina singulorum. O bellum! ô pugna! ô militia!

Leu. 27. 34
Num. 1. 1.

In monte olim Deus cum longè esset à nobis, dedit legem: At verò simul atq; nobis in sanctuario & templo corporis sui propè accessit ad nos, de militia est sermo illius, de bello Euangelico, quo per patiẽtiam hostes vniuersos superamus, & homines, & spiritus. Audistis iam de monte: *Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem* de templo meo *dico vobis. Non resistere malo* Sumite summam virorum fortium procedentium ad bellum, qui populus meus sunt, qui de numero exercitus mei fortes sint in bello, castra vertentes exterorum, non in gladio & hasta; sed in nomine Dei viuentis, vt Christiani, vt Euangelici, vt veri discipuli Christi, qui *vt agnus mansuetus ductus est ad victimam.* Heu! & tu te Christianum iactans, resistis malo? reddis malum pro malo? vindictam sumis contra proximum tuum? *ô Domine suscipe me secundum eloquium tuum, quo me docuisti, non resistere malo*; suscipe me (inquam) in numero seruorum tuorum. Sic enim viuam, & non timebo mala, quia tu mecum eris: & hoc pacto non confundar: propterea rogo, vt non confundas me ab expectatione mea, qua à te non à me ipso expecto liberari: Sic promittente viro, qui fuit sapientia tua olim repletus. *Ne dixeris. Reddam malum: expecta Dominum, & liberabit te* Suscipe ergò me, ô Domine! secundum hoc verbum tuum. Ne dicas. Reddam malum: Et non confundas me ab expectatione mea, quam audiui, videlicet: *Expecta Dominum, & liberabit te:* quod si fecero, scio quod non confundar. Da mihi virtutem hanc contra hostes meos, vt in pace mutua dormiam & requiescam. Amen.

Ier. 11. 19.
Psal 118. 115.
Prou. 20. 22.

FERIA IV. DOMINICÆ DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Audistis quia dictum est antiquis diliges proximum tuũ, *Matth. 5.*

ARGVMENTVM.

Agitur de perfectione dilectionis inimicorum. Quid sit ostenditur. Quod est possibilis, & de fructu & vtilitate ipsius. Consideratur ista dilectio vt actus, & vt obiectum.

NON mirum si Creator condens mundum non omnia immediatè fecit ex nihilo, sed congeriem quandam cõfusamq; materiam velut effudit, vt ex eadem quasi expolita post atq; distincta, mundi totius partes efformaret: cum enim nihil, nihil sit, & ideo in mentem, aut imaginationem nostram cadere non possit, ex recessu creaturarum ab illo, non nobis sic apparet perspicuè sapientia Dei, sicut in eo, quod ex rudi, inani, & vacuo quodam chaos extraxit pulchram hanc totam molem, in cuius ordine, ornatu, & perfectione maximè nobis ostenditur, quod omnia in sapientia fecit, fundauit terram prudentia sua, & stabiliuit cœlos in intellectu. Haud secus in creatione hominis spiritualis facti ad imaginem suã se habet Deus. Mala permittit, quæ solus bonus Deus facere non potest; ex quibus, quasi ex tenebris dicit lucem splendescere, & veluti

Psal 103. 24

& veluti ex rudi materia perfectum formathominem, & hoc potissimum facit, quando ad imaginem Dei illum effingit, ea in perfectione, in qua maximè Deus sibi similem sui facere delectatur, in quo iam naturaliter impressa est suæ similitudinis pulchritudo, de qua perfectionis similitudine est hodiernus sermo Domini. *Vt sitis filii Patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Estote ergò vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Hanc perfectionem suam Deus, quomodo, si mali & iniusti non essent, manifestaret? Nos quoque ipsum quomodo in hac perfectione imitaremur, si nullos haberemus inimicos? nullos odientes? nullos calumniantes? Sicut ergò ad pulchritudinem vniuersi, turpis illa contulit informis, atque deformis rerum prima confusio; Ita odientium, atque insectantium malitia in pacis pulchritudinem surgit, quam vera in homine, qui diligit inimicos suos, creat sapientia. De qua sa-
Prou.3.17. pientia ideò scriptum est: *Via eius via pulchra, & semita illius pacifica.* Pax enim inter alias virtutes singularem habet pul-
Isa.32.18. chritudinem propter admirabilem proportionem, & ordinem personarum dissimilium. Inde Propheta: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* O nobilissimam perfectionem, atq; pulchritudinem Euangelicæ legis! Hanc quæso nunc dispiciamus, quando à diuina Sapientia, quę Christus est, nobis proponitur.

2 Tria verò de ista excellentissima perfectione videntur esse proposita, quæ proinde nos conuenit diligenter considerare. Primum est, quidnam illa sit, alioqui quomodo illam consequemur, si non discernatur atque dignoscatur? Secundum est, quod sit possibilis; ne forte visa eius essentia, atque adeò excellentia exterreamur, putantes illam nobis inaccessibilem. Tertium est fructus & merces. Vnde tanti culminis animemur ad ascensum; neque nos aut labor, aut pugna subeunda, vt palmam victoriæ consequamur, tædium generet atque fastidium. Sed cum turbis potius læ-
Psal.120.1. tantes, ascendamus ad montem oliuarum.

3 Huius itaq; perfectionis essentiam Dominus ipse constituit in tribus. Nempè, *Diligite inimicos vestros. Benefacite his, qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.* Vbi duo nobis obiiciuntur, obiectum & actus. Iussio enim ista Domini ad aliquid agendum nos impellit. Propterea quòd lex omnis circa humanos actus versatur, illos vel prohibens vel præcipiens. Actus autem creaturæ cuiuscunque in obiectum aliquod tendit, vel faciens illud, vel agens circa aut erga illud. Vnde duo in actibus nostris necessario requiruntur: Videlicet actus ipse, & obiectum illius. Actus est dilectio, obiectum est res dilecta. Ideò dicit: *Diligite inimicos vestros.*

4 Obiectum itaque à principio attendamus. Tribus nominibus hoc nobis obiectum est propositum, audimus enim hæc: *Inimicos vestros Qui oderunt vos: pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Notantur ergò his tribus nominibus inimici, odientes, persequentes, & calumniantes. Nomen inimici tribus commune est, quorum sunt specialia nomina, Odientes, Calumniantes, Persequentes. Inimicus autem, de quo hic est sermo, est inimicus homo, non diabolus aut quæuis alia creatura: Et hic homo non omnis homo, sed omnis homo viuens: nam non omnes, qui hac vita sunt functi, sub hoc nomine comprehendentur: Cuiusmodi est diues ille, *Luc.16.19.* qui induebatur purpura, & byssо, & sepultus est in inferno. Qui inimicus quidem est; quia & Deo odiosus est: cui tamen, quòd benefaciendum non sit, Abraham demonstrauit, nullum ei subsidium porrigens, nulla misericordia motus super eum: sed in suis miseriis subsistere, atque in necessitatibus perdurare dimisit. Inimicus ergò, quem diligere debemus proximus noster est, cui exhibenda, vel à quo expectanda est misericordia. Sicut declarauit *Luc.10.30.* Dominus in parabola semiuiui & Samaritani, qui fecit misericordiam in illum. Ergò sub nomine inimici, quem diligere iubemur, proximus intelligitur.

5 Quæ igitur differentia est inter proximum & inimicum, cum dicat Dominus:

Audistis quia dictũ est antiquis. Diliges proximum tuũ, & odio habebis inimicum tuũ. Dicendum est, quod omnis inimicus est proximus, sed nõ omnis proximus est inimicus. Sunt enim aliqui proximi, qui inimici nõ sunt, de quib⁹ Domiuus in textu; *Si diligitis eos qui vos diligunt, & salutaueritis fratres vestros tãtùm.* Hi ergò qui nos diligunt, & quos vocamus fratres, proximi quidẽ sunt, sed nõ inimici, quãdo ipse Domin⁹ distinguat illos ab inimicis. Frequẽs autẽ scriptura illos appellat inimicos, qui nos persequuntur & nocent, amicos verò qui diligunt & iuuant. Hinc Dauid: *Super inimicos meos prudentẽ me fecisti mandato tuo: Et elongasti à me amicũ, & proximum.* Pharisæi simul coniungentes amicum & proximum quasi idem essent prorsus, ex opposito arguebant, si diligendus est proximus, qui idem est & amicus: Ergò odio habendus est inimicus. Neq; a lege ipsa videbatur hoc abhorrere, quæ concedebat oculũ pro oculo, & dentem pro dente. Ergò videtur quod & hominẽ pro homine, Et ita, qui insidiosè, vel animo deliberato hominẽ occidisset, conuictus tradebatur in manus cognatorum occisi, vt de illo sumerent decretã pœnam. Præterea lex hostes deputabat, qui non essent de populo, eidemq; aduersarẽtur, quos in bello interficere, aut iubebat, aut permittebat, cum hisq; volebat hostiliter agi. Secundũ hoc videtur dictum antiquis. *Odio habebis inimicum tuum.* Sed vbi lex videbatur distinguere inter hominem & hominẽ, videlicet inter proximum & inimicum: Euangelicũ in vno eodemq; homine ponit distinctionem, ostendens eundem, alia ratione dici proximum alia inimicum. Proximus namq; est, quia homo est, quia capax beatitudinis est & misericordiæ: Inimicus vero est, qui odio habet, qui persequitur & calumniatur. Et statuit ꝓximi rationem, rationi inimici præualere.

Ps. 118. 98. Psal. 87. 19. Exo. 21. 24. Deu. 19. 21. Deut. 19. 11. Nũ. 35. 20. Deut. 20. 3. & 16.

6. Itaq; quantumlibet offendat quis, aduersetur, exerceat inimicitias; mandatur tamẽ nobis illum diligere, illiq; benefacere. Nam quòd homo est, opus Dei est, quòd inimicus est, opus eius est. Num ergò apud nos, nõ est præstantius opere hominis, opus Dei? Nõ perditur imago Dei naturalis propter peccatũ. Nam non ideò nõ est homo quis, quia peccator est. Imago autem Dei vera & a Deo decreta, causa est; quamobrẽ non licet nobis interficere quemquam. Ideò dixit Deus ad Noẽ: *Quicumq; fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem quippè Dei factus est homo.* Et ideò si per sententiã iudicis, aut decretum Principis quis interficitur, homini interficienti nõ imputatur; quia hominis non est iudiciũ, sed Dei, qui potest ꝑcipere de quibuscunque, quod libet. Qua Dei nõ assistente authoritate, nobis nõ licet interficere quemquã. Attamen & quando per iudicium iustum reus mortis constituitur homo, nõ licet odisse naturã, in qua est imago Dei; sed dumtaxat exequi mandatum Dei per obedientiam, qui quod gratis dedit, iustè potest exigere. *Dat autẽ omnibus vitã & inspirationẽ:* iis ergo, qui digni sunt morte, iustè vitam aufert. Hoc & lex ipsa si non ita apertè, certè tamen intendebat, iubens: *Non oderis fratrem tuũ in corde tuo, sed publicè argue eũ; ne habeas super illo peccatum. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuiũ tuorum. Diliges amicum* tuum sicut teipsum. Sed quia primum præceptum, nempè: Non oderis fratrem tuum in corde tuo; de illo, qui peccat in alium, quem debebam arguere; & secundum præceptũ de iniuriis iam illatis, de quibus iniuriantẽ fortè pœnituit, poterant intelligi: addita sunt præcepta alia videlicet: *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eũ: Et si videris asinam odientis te iacere sub onere nõ pertransibis, sed subleuabis cum eo.* In quibus duobus præceptis apparet manifestè etiã inimicis, & his, qui de præsenti, odio habent, secundum legem esse benefaciendum, & in horũ primo præcepto apparet, si quid cuiquam faciendum esset, quod illi videretur aduersari, puta, si arguendus, si puniendus, & etiam si occidendus sit, sic tamen id faciendũ esse, vt eum verè animo diligamus. *Non oderis* (inquit) *fratrem tuũ in corde tuo,* ità quod, quamuis arguas publicè, nõ propterea desinas illum ex corde diligere. Quæ quia non admodum aperta erant,

Gen. 9. 6. Deut. 1. 17. Act. 17. 15. Leu. 19. 17. 18. 19. Exo. 23. 4. 5. Leu. 19. 17.

erant, à gente illa facilè, & à Pharisæis maximè peruertebantur.

7 Venit Iesus, qui aperuit sensum, vt Scri-
Luc. 24. 3. pturæ intelligerentur, & eam legem dedit, quæ Spiritu Sancto misso de cœlo apertâ doceret omnem veritatem. Poterat quis adhuc ad sui excusationem dicere, quòd lex deberet intelligi de inimicis & odientibus, qui essent fratres, vel ciues, pro qua excusatione facere videntur exempla, Io-
Gen. 45. 1. seph, qui fratribus sibi malefacientibus benefecit, & Dauid qui a Saulis abstinuit nece, quoniam erat Rex, & caput ciuiũ suorum. Id quod innuunt verba Dauid dicẽtis: *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt*
1. Reg. 24. 7. 2. Reg. 26. 23. *mittam manum meam in eum: quia Christus Domini est.* Nam aliquando ita succẽsus sumpturus erat pœnas ingrati erga se Nabal. Ideo Dominus Iesus vt legem ad verũ & Euangelicũ sensum euehat, suaque noua lege illã adimpleat atq; perficiat, ita quod omnes comprehendat homines, non fratres tantum & ciues, primũ dat ipse generale præceptum, dicens: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos*; postea discernit inter inimicum & fratrem, dicens: *Si salutaueritis fratres tantũ, quid amplius facitis?* Ergo inimicorum nomine, quos diligere debemus, non eos tantum comprehendit, qui fratres sunt aut ciues, sed omnes prorsus homines, qui nobis aduersentur. Ideò in præcepto generali nõ personas notat, sed actus personarũ, nempe odium, calumnias, persecutiones, personas, quicumq; illi sint, vocans inimicos vestros, in quibus actus isti fuerint, quæ videlicet corde oderint, ore calumnientur, opere persequantur.

8 Nam si non illis actus isti sint odiendi, videlicet, calumniandi & persequẽdi, nulla possunt ratione inimicorum nomine appellari. Quibus si forte iam oderint, vel calumniati sint, vel persequuti, sed iam id facere destiterunt, quin magis dolent se id fecisse; & verè & sufficienter pœnitent, dimittere iubemur alio Domini præcepto. Huiusmodi fuerunt Rex Gerare, & principes eius cũ Isaac, quibus dixit Isaac: *Cur veniſtis ad me hominem, quem odio habuistis?* Sic & Esau aliquando statuerat interficere fratrem Iacob, sed eiusdẽ fratris humilitate placatus, fratrem se esse demonstrauit non inimicum. Quæ duo exempla respondent illis verbis Domini: *eos qui vos diligunt, fratres vestros.* Dauid autem tunc dilexit ac benefecit, quando Saul ad mortẽ illum quærebat. Vnde & in Psalmo canit: *Domine Deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.* Fatetur apertè, vt vides, in manibus illius esse iniquitatem, qui malũ pro malo reddit, pro qua meritò sit puniẽdus pœna illi delicto congruente, nempè, vt qui pœnam sumpsit ab inimico, pœnam det, reddatq; inimico. Decidam (inquit) ab inimicis meis inanis, vtpote expoliatus, euacuatus, exinanitus ab eis, adeò vt persequentes eius personam, comprehendant, conculcent, & ad nihilum veluti reducant, vel in puluerem mortis. Disce ergo & tu parcere inimicis. Quis enim te mouet ad vindictam? honor, & gloria. Non sustinet (inquis) existimatio mea, vt ita conculcer, vt gloria mea obscuretur. Sed Spiritus Sanctus per os Dauid docet illum verè conculcari, qui quærit vltionem; illum verè priuari gloria, vt quasi in puluerem redigatur, qui quacumq; ex causa reddit retribuentibus sibi mala.

Genes 26. 27. Gen. 33 4. 1. Reg. 24. 11. & 26. 10. Psal. 7. 4.

9 Viso obiecto, ad actum nunc tandem transeamus. Qui vt respondeat obiecto in tribus pariter constituendus est, in corde, in ore, in opere. Quia de corde dicit. *Diligite.* De ore dicit. *Orate & si salutaueritis.* De opere, *Benefacite* Esto quantũ poterit, te offenderit inimicus; Tu verò è cõtra, ex omnibus viribus tuis erga illum te præbeas verum amicum, verum proximum, verum fratrem; corde, lingua, manu illũ amantem prosequere. Non sufficit cor, non sufficit lingua, si, facultate existente, opus desit: Immo non est verè cor; id est non vere, ac vero corde diligis, si manus non cõcurrit; & quid prosunt verba, si opera desiderãtur?

etiam cum Deo, si desint opera, verba sunt
Mat. 7. 21. inania. Audi Dominum: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit voluntatem*
1. Ioan 3. 18 *Patris mei.* Benè ergo Ioannes: *Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate.* Ergò si non opere diligis, neque veritate diligis: non est vera dilectio, vbi non est veræ dilectionis operatio.

10 Benè & Sapiens: *Annuens oculo fabricat*
Eccl. 27. 25 *iniqua, & nemo eum abiiciet. In conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones suos admirabitur; nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis suis dabit scandalum.* Cum depingit Sapiens eum, qui oculis, & lingua, externè videlicet, se fingit amicum, quod exactè adeò præstat, vt nemo id deprehendat, hoc est quod dixit: Et nemo eum abiiciet, nemo videlicet repellet, vt hostem, vt simulatorem, vt decipientem, & tamen verus est deceptor, & illusor, quod in fine & data occasione patebit. Hic confector & illusor meritò odiendus est. Ideò pergit Sa-
Ecc. 27. 27 piens: *Multa audiui, & non coæquaui ei, & Dominus odiet illum.* Præ omnibus (inquam) quæ odi, hunc odio habui, multa displicent, abhorreo plurima; sed nihil æquè ac istum simulatorem, quem & Creator ipse odio prosequitur: non quidem quia homo est, sed quia simulator. Cauete ergò, ne dum alios decipitis, ipsi vosmetipsos decipiatis. Nam malum vbi est, nocet. Ab hoc errore nos deterrat Sa-
Ecc. 27. 31 piens dicens: *Illusio & improperium, & vindicta sicut Leo insidiabitur illi.* Quid putabas? alios irridere? improperare? vlcisci? Nihil tibi nocentius, nihil periculosius, nihil damni tibi afferre maius, quam irrisio hæc tua, improperium, vindicta. Hæc enim mala, mala tua sunt, tibi sunt mala, tibi noxia, sicut leo tibi ipsi insidiantur. Idem Sapiens volens ostendere, quam molesta sit mulieris iniquæ conuersatio,
Eccl. 25. 23 dixit: *Commorari leoni, & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam.* Si habitare cum leone tam est molestum, quid quæso habere intra se leonem sibi insidiantem? ô si sentirent homines malum, quod patiuntur, dum malum aliis reddere moliuntur! similitudo est hæc, quæ tamen ad veritatem vsque non pertingit. Num leoni æquandus est diabolus, qui tamquā 1. Pet. 5.
leo rugiens circuit quærens, quem deuoret? quid leo naturalis potest inferre mali? mortem? ô quæ mortes, ô quales mortes, Leo ille, qui homicida fuit ab initio, inducit super illū, qui vindicari vult, mortē æ- Ioan. 8. 44
ternam. Sed nunquid non & vitam istam temporalem reddit amariorem morte? sint ergo hæc Sapientis verba medullitus impressa: *Illusio, & improperium, & vindicta* Eccl. 27.
sicut leo insidiabitur illi.

Hinc & possibilitatem huius præcepti 11
licet inferre. Si enim obseruatu esset impossibile, immeritò is tantas, qui non obseruat, lueret pœnas. Et non esset blasphemia in Deum, dicere illum impossibilia præcepisse: si naturam attendas iam corruptam, ad malum & prona & prompta est. Ideo declinat ad malum, & quasi aqua dilabitur in terram. Sed gratia stabilit cor, vt non fluat & dilabatur, confortatur in eo, qui est virtus Dei, in quo ideo possumus omnia. Gratia Dei filios Dei facit, quos fecerat natura filios iræ. *Qui autem* Rom. 8.
filii Dei sunt, non a carne infirma, aut corrupta natura, sed *Spiritu Dei aguntur.* Vbi 2. Cor. 3.
autem Spiritus Dei, ibi libertas, ibi pote- 1. Cor. 13.
stas, ibi charitas, quæ potens est, patiens est, benigna est, non irritatur, non cogitat malum, non quærit, quæ sua sunt. Libertas, (inquam) est vbi Spiritus est, qua liberè possis velle, quæcumq; volueris, & quæ velis, possis implere, maximè autem diligere inimicos ex charitate.

Ad gratiam te mittit Christus iubens diligere inimicos, non ad naturam. Dicit enim. *Vt sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est.* Num quisquam se potest generare? Nulla res est, quæ seipsum gignat, vt sit alioqui sui ipsius, filius esset pater. Si naturæ hoc est impossibile, multo minus in ordine gratiæ hoc est possibile. Nemo ergo seipsum potest facere filium Dei, hoc opus est Patris nostri cœlestis, *qui dedit nobis* Ioan. 1. 12.
potestatem filios Dei fieri vt verè ex Deo natis simus. Dilectio ergo ista inimicorum, qua sumus filii Dei, & charitas ex Deo est, Luc. 1. 37.
gratia Dei, opus Dei. Si ergo non est im-

possibile

impoſſibile apud Deum omne verbũ; ver-
Marc 9.22 bũ præcipiens, vt diligamus inimicos, non
& 14 36. erit impoſſibile apud Deũ, apud quem o-
Ec 17.9. mnia poſſibilia ſunt. Sapientẽ ergò audia-
Pro. 25, 3. mus: *Si quæris iuſtitiam apprehendens illã, & indues quaſi poderem honoris* Non qui
leporem ſequuntur, apprehendunt ſem-
per; non qui diuitas, non qui honores, non
quod caro appetit, aut mundus. Sed diui-
tiæ faciunt ſibi pennas, & volabunt in cœ-
lum (inquit Sapiens.) At ſi ſequaris iuſtitiã,
apprehendes illam. Tu modò ſequere,
quære, ama, cupias, conare: Sentis difficul-
tatem in hac ſequela? otium eſt in cauſa,
diu non ambulaſti per ſemitas æquitatis,
jacens ſub porticu, vbi eſt multitudo lan-
guentium, cæcorum, claudorum, aridorũ.
Surge, ſurge, & ambula, pelle languorem,
hebetudinem, marcidam negligentiam, &
accediam. Languidus, qui jacebat in le-
Ioan. 5. 3. cto audita voce iubẽtis: *Surge, tolle graba-*
8. *tũ tuũ, & ambula. ſtatim ſurrexit, & ambu-
lauit* in fortitudine verbi illius vſq; ad do-
mum Dei, vbi inuenit eũ Ieſus in templo:
Audias tu vocem præcipientis: *Diligite i-
nimicos veſtros*: in mandato iſto cupias ni-
mis: ſit in lege Domini voluntas tua: dila-
ta cor tuum, & implebit illud, qui diffun-
dit charitatẽ in cordibus noſtris. Stat enim
Ec. 17 9. ſententia: *Si ſequaris iuſtitiam, apprehendes
illam*: Neque apprehendes modò, vt ma-
nu tangas, vt manu teneas, vt apprehendas
fimbriam veſtimenti eius: Sed circumda-
bit te veritas eius, id eſt, verè & non appa-
renter ſolum indues eam. O quæ veſtis eſt
hæc? ô quæ ſtola gloriæ? ô quale indumen-
tum, & ornamentum gratiæ accipies? & in-
dues quaſi poderẽ honoris. Veſtis nuptia-
lis hæc eſt, digna conuiuio ciuium ſancto-
rum. Heu vbinam ſunt, qui te accuſabant,
ô inimicorum ſancta dilectio? qui te cul-
pabant, quaſi illos inhonorantem, qui te
amplectũtur? quaſi ſit gloriam alteri dare,
dum diligitur inimicus? *vt ſitis* (inquit) *fi-
lij Patris veſtri qui in cœlis eſt* Quid nobi-
lius? quid honorabilius? quid glorioſius?
falſa exiſtimatio, & verus error, quòd ho-
nore ſe priuet, qui diligit inimicos, erat in
cauſa, cur videretur adeò difficilis dilectio
inimicorum. At cognoſce, quòd in hoc ſit
honor, & gloria, & quòd iuſtitia iſta erit
tibi ſtola gloriæ poderis honoris, & ambu-
labis in latitudine, & facilis erit tibi virtus;
& probabis veram eſſe ſententiæ huius ra-
tionem, quam adhibuit Sapiens: *Volatilia* Ec. 27, 10.
*ad ſibi ſimilia conueniunt, & veritas ad il-
los, qui operantur illam.*

Virtutes ſunt ſibi connexæ. Vnam tantũ 12.
habere, ſpretis aliis, non conceditur in do-
mo Dei. Non erat in candelabro vna tan- Exo. 17. 15
tum lucerna, erant ſeptẽ Non erat in men- Exo 40. 20
ſa panũ vnus ſolus panis, erant duodecim. Gen. 7. 13.
Nõ fuit in arca ſalutis vnus ſolus Noë, fuit Ioan. 4. 53.
toto familia. Non credidit ſolus regulus in
Capharnaum, credidit ipſe & domus eius
tota. Nõ vnus erat lapis pretioſus in veſte
ſancta ſummi Sacerdotis, plurimi veſtem
illam ſanctam ornabant. Quid tu? Paganũ
viuens, mundum ſequẽs, vitia colens, vir-
tutes contemnens, putas, balſamum hoc
pretioſum excellentiſſimum charitatis, in-
fundendum in vaſa iræ? in puteum interi-
tus? in lacum miſeriæ? in foueã peccatorũ?
in catinum iniquitatis? Emundate corda
veſtra peccatores, & vngimini oleo ſan-
cto. Pluuiam enim voluntariam charita-
tis, qua perficitur noſtra volũtas, ſegregat
Deus hæreditati ſuæ. Pluuiam naturalem.
Pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos At voluntariã Pſ. 67. 10.
hanc, quam ſecundum beneplacitum vo-
luntatis ſuæ ſegregat, ſegregatã donat iis,
qui ſunt hæreditas Domini, filij, merces
fructus ventris. Sicut ergò volatilia cœli Pſal. 126. 3.
ad ſibi ſimilia conueniunt: ita veritas, ita Ec 27. 10.
iuſtitia, ita virtus iis, qui quærunt iudiciũ
& iuſtitiam, iis qui amant veritatẽ, iis qui
amplexantur virtutem, copulãtur. *Pacem,* Zach 8. 19.
& veritatem diligite, & nihil erit difficile.
Aquæ nihil eſt difficilius, quam vbi obex
non eſt, non fluere; ideo quod fluxus ſibi
eſt naturalis. Fluxus voluntatis humanæ
eſt amor, currit per ſe ſi non ponatur obex.
Fac tu vas fluuij rectam, & decurrent aquę
tuæ in directum. Vas iſtud factũ eſt a Deo
iubẽte. *Diligite inimicos v. ſtros.* Curre per
hoc vas; fluant aquæ tuæ per hunc aquæ-
ductum, & nullum erit negotium. Stare a-
quis, erigi, indureſcere, hoc eſt difficile,
quia contra naturam illarum eſt, & hoc ta-
men fecerunt ſine vllo labore, præſente

Vss. 3. 13. Deo, præsente arca, in qua erant legis tabulæ. Tu modo in flumine isto arcã loca, Deum recipe, & in lege eius meditare die
Mar. 9. 22. ac nocte, fidens in virtute sua, & manu tãges, quòd omnia possibilia sunt credenti, ita firmabis aquas amoris inordinati: siccabis quæ tendunt deorsum, de terrenis videlicet, & tu eleuaberis ad ea quæ sursum sunt: qui obediunt Euangelio, eleuabuntur, & nos in nomine Domini faciemus virtutem.

SECVNDA PARS.

NVNC dicamus, quam mercedẽ habebitis. Vbi duo. Primũ, quod verè mer
Mat. 13. 57. ces est operi huic. Secundũ est, quę merces sit huic operi deputata. De primo dico, ꝙ non est Propheta sine honore, nisi in patria sua. Quod est dicere, quod qui res inspiciunt secundũ exteriorem apparentiam, falso iudicant. In patria sua, ciues eius iudicant de Propheta secundũ ea, quæ patent.
Ioan. 6. 42. Sicut de Domino Iesu dicebant: *Nonne hic*
Mat. 13. 55. *est Iesus filius Ioseph, & mater eius dicitur Maria, & sorores eius apud nos sunt? Quomodo ergò dixit hic, quia descendi de cœlo?* In patria nostra, si patriam deputamus mundum, homines terræ huius contemplantes quæ videntur, dicunt: Dilectio inimicorũ est causa malorum, transeunt impunè delicta, crescunt facinora, & viri impij extolluntur, detrahitur honori diligẽtis inimicum, aperitur via sceleribus, deluditur iustitia: frænanda igitur est eorum audacia, qui gloriantur in fortitudine sua: Cesset vindicta, & omnia pessum eunt.

14 Fructus huius operis est suimet iustissi-
Ioan. 6. 31. ma conculatio. Sic dicunt, qui sunt de patria ista, quia, qui de terra est, de terra lo-
Ioan. 7. 24. quitur, & ita fit falsum iudiciũ, cõtra quod dicebat Dominus: *Nolite iudicare secundũ faciem, sed iustum iudicium iudicare.* Sed qui de cœlo venit iustè iudicat, veritatem
Ioan. 6. 46 renunciat, palam loquitur. *Diligite inimicos vestros vt sitis filij Patris vestri qui in*
Mat. 13. 55 *cœlis est.* Aufert de ore vestro verba illa vanitatis. Nonne iste est Iesus filius Ioseph, & mater eius dicitur Maria? Ad alta erigit, &
Gen. 9. 22. ad cœlestem originem, qua sumus filij Dei, auertit à vili, terrena, carnalique origine. Chanaan filius Cham, qui verenda Gen. 9. 17.
patris ostendebat, nempè vnde processerat secundũ carnem, maledictus est, & designatus seruus seruorũ fratribus suis. Nõ sic alij, non sic duo fratres maiores, sed auersis vultibus, retrò abeuntes, ad patrem accedentes, operuerunt verenda eius. Hi sunt, qui claudunt oculos ad terrena, qui cœlestia cõtemplantur. In his benedicitur
Deus: *Benedictus Dominus Deus Sem.* Et 26.
benedictio Domini super eos cadit, qui diligunt inimicos; cœlestem originem attendentes, qua sunt filij Dei: Quæ profectò magna est merces. Diligere diligẽtes se ex natura est, originẽ habet carnalẽ; *nã & Ethnici, & Publicani hoc faciunt*, & pec-
catores peccatoribus fœnerantur. Quã ergo habebunt hi mercedẽ? Quã dare natura Luc. 6. 34.
potest, aut caro. Sed amplius faciendũ est, altior origo nobis expetenda est, quò non pertingit natura: id quod fit in dilectione inimicorum, cuius origo ex Deo est, *qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.* His quæ expectanda merces? Quæ a Deo Patre, & Rege cœlorum proficiscitur: Et, *Pater tuus,* Matt. 7. 4.
qui videt in abscondito, reddet tibi. Certiores huius mercedis nos facit Paulus dicẽs:
Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, laboris, ac sustinẽtiæ & spei. Voluit Heb. 6. 10. Exo. 15. & sequent.
Deus labores populũ suũ sustinere in deserto, quib. quasi quibusdã meritis dignus fieret terra promissa: Sic Sapiens, qui facilitatem aperuit iustitiæ, post ostendẽs fructum illius dixit: *Et inhabitabis cum ea,* Ec. 27. 9.
& proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. Iustitia protegit te in hac vita, firmat in futura. Malis hic circundamur, opprimimur, molestamur: At iustitia nos protegit, vt ab illis non offendamur.

15 Veniam ad hanc iustitiam, quæ est dilectio inimicorũ. Hæc ita protegit, vt nihil proficiat inimicus in eo. In quo enim nocet inimicus? bona auferendo, inferendo mala. Tantum bonum est ipsa dilectio, vt compenset, idque abundanter, quæcumque inimicus vel infert vel aufert.

16 Præcidas ramum ab oleastro, & inseras in bonam oliuam, vel oleastrũ ipsum præcidas

præcidas, vt inseratur bona oliua: quid
noces arbori siluestri sic inserendo? aufers
aliquid eius, sed vt melius inseras, quò
dulces edat fructus. Aufert inimicus, quæ
natura dederat syluestris, confert verò, si
diligas, quæ gratia donat cœlestis. Disiun-
git te ab origine veteri terreni Adami, &
consortem te facit Adami cœlestis, *vt sis
filius Patris qui in cœlis est.* O quæ prote-
ctio iustitiæ? protectio perseuerans, non
vt amicus temporaneus, sed proteget te in
sempiternum. Et quod maius est in die
Eccl. 27. 9 agnitionis inuenies firmamentum. Dies
1. Cor. 4. 5. mortis, dies iste, quando aperientur oculi
cæcorum, & illuminabit Dominus abscō-
dita tenebrarum, & manifestabit consilia
Matth. 10. 26. cordium. *Tunc reuelabuntur abscondita
secretorum, & nihil erit occultum quod non
reuelatur, neq; absconditum, quod non scia-
tur.* Dies itaque hic est dies agnitionis;
nunc enim in tenebris ambulamus: & ideò
dicimus malum bonum, & bonum malū.
Tunc natura, tunc mundus deseret, tunc
caro derelinquet, tunc præcisa erit, velut
a texente vita nostra. Qui his adhæserit,
in his confisus fuerit, nullum inueniet fir-
mamentum, vbi requiescat pes eius, &
non erit substantia: At qui iustitiæ adhæ-
serit, securus erit: quia iustitia eius manet
in sæculum sæculi, & ideò in illa inueniet
firmamentum quo sustentatus ruinā non
patietur, & quō plus natura deserit, eò ma-
gis iustitia comitabitur, fulciet, & conser-
uabit. Deserit autē illos natura, qui magis
illā dilexerunt: illos tuetur gratia, qui plus
illi adhæserunt. Dilectio inimicorū ma-
ximè naturæ contrariatur, gratiam pror-
sus sequitur: ergò diligens inimicos in die
agnitionis firmissimum inueniet firma-
mentum, non fluctibus quatietur, non
commouebitur in æternum per Spiritus
procellarum; terram, quæ in æternum
stat, securus possidebit: de qua scri-
Psal. 36. 11. & 29. ptum est: *Mansueti hæreditabunt terram,
& inhabitabunt in sæculum sæculi super
eam.* Hæc est terra viuentium, & firma
possessio vitæ æternæ.

17. Declaraturi, quæ sit ista merces, consi-
deramus primò in genere, quòd sit magna:
secundò, quæ sit in specie, quod innuitur
in eo, quod dicitur: *Vt sitis filij Patris ve-
stri, qui in cœlis est.* Circa primum dico,
quod Scripturæ sacræ, vbi agunt de sacra
ædificatione aliqua, mensuras adhibent.
Sic Isaias, vbi agit de lapide posito in fun-
damentis Sion, ibi ponderis meminit, &
mensuræ. *Et ponam (inquit) in pondere iu-* Isa. 28. 16.
dicium, & iustitiam in mensura. Eze-
chiel quando in spiritu vidit nouum tem- Ezec. 40. 3.
plum, vidit simul Angelum metientem
omnia. Sic & Ioannes in ciuitate Ierusa- Apoc. 21.
lē ædificanda. Sed re ipsa Deus qui Moysi 5.
demonstrauit exemplar tabernaculi men- Exod. 25.
suras addidit, quia ad mensuram dat Deus
mercedem operarijs: *Facta primo mane cū* Mat. 20. 2.
illis conuentione ex denario diurno. Alijs
verò dixit: *Ite & vos in vineam meam, &* 4.
quod iustum fuerit, dabo vobis. Quam mer-
cedem, cum tribuit, dixit cuique illorum:
Tolle quod tuum est. Quod si cum aliqui- 14.
bus miser cordi teragere sic disponat, vt
priuilegia concedat, potest quod vult fa-
cere. Vbi ergo maius meritū, ibi amplius
præmium. Gratia diligendi inimicum tā-
ta est, vt de illa hortans Dominus dicat:
*Estote ergò vos perfecti, sicut & Pater vester
cœlestis perfectus est.* Ista enim est singula-
ris imitatio diuinæ perfectionis: ergò &
merces magna nimis.

Vbi & illud attende, quòd se Deus, in 18.
eo quòd *Solem suum oriri facit super bonos
& malos, & pluit super iustos & iniustos,*
perfectum vocat. Perfectus quidem est
in omnibus, quia super omnia infinitus, &
immensæ est perfectionis. Sed in amore
tamē, & beneficentia erga malos, qui ini-
mici sunt illius, nimiam suā commendat
perfectionem. Vt cognoscamus in terra
suæ charitatis, quæ in cœlis regnat, ex-
cellentiam singularem. Ideò enim duo
commemorat, quæ Deus de cœlis com-
municat hominibus, nempè lucem Solis,
& pluuiæ abundantiam: vt hæc notetur
esse cœlestis beneficentia. Qui ergò in hac
Deum imitantur: apicem quendam attin-
gunt cœlestis perfectionis. Sint veræ per-
fectiones virtutes omnes, hæc est singu-
laris: omnis virtus amor est quidam or-
dinatus; propterea quòd in amorē resol-
uitur, tamquam in suum proprium princi-
pium,

pium, virtutum omniũ eminentiam. Ideò
1.Cor.13.4. *quòd charitas patiens est, benigna est, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert.* In hoc verò stat amoris excellentia, vbi & imprimis apparet si inimicum diligamus. Ergò omnium maxima perfectio ista est: ergò
Matth.20. & omnium maxima est merces illius; &
12. vide si fortè, qui nouissimi vna hora fecerunt, mansuetiores fuerunt, & pacifici contra murmurantes, quòd pares facti essent conductis primo mane, vt dignè pro minori opere exteriori, secundum magnitudinem interioris differentiæ, & intimæ charitatis non sunt defraudati à desiderio suo: qui minorem laborem maiori amore compẽsarunt: sicut & mulier, quæ nedum nõ laborauerat in via Domini, sed sudauerat in
Luc.7.37. cultu vanitatis & iniquitatis; ardenti amore peccata multa, quæ ante commiserat, compensauit. O si scirent homines quanta sit vis in amore, gratiam deputarent, se odientes inuenire, quos diligerent, vt eos diligentes, essent *perfecti, sicut & Pater cœlestis perfectus est*

19. Ad speciem huius mercedis descendentes, dicimus primò, quòd *charitas hæc operit multitudinem peccatorum; nam remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Diligit autem multum, qui diligit inimicum, quando perfecti vis amoris erga Deum tota causa est, quamobrem diligit inimicum. Pennarum vis in Aquila magna quidem est, sed illarum vis maEzech.1.5. xima in animali, quod vidit Ezechiel, ostenditur: vbi præter leue corpus Aquilæ, grauia erant corpora hominis, leonis, bouis, quæ vi pennarum volatu celerrimo per aëra leuabantur. Vbi contrarietas est, ibi maior ostenditur vis superantis: & quę contrarieras sit in diligendis inimicis hi testentur, qui quauis ratione Euangelica ad hanc adduci non possunt dilectionem. Etgò & merces magnanimis est multitudinem operiens peccatorũ. Quam-
Matt.6.12 propter rogamus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Secundò dicimus, quòd magna est merces magnus amor, quo Pater vos diligit, cum filij sint eius. Quis enim est filius, quem non amet Pater? Hinc de vnigenito vox Patris intonuit: *Hic est Filius meus dilectus.* Si ergò filij, & dilecti. Dilecti à Deo, qui charitas est: qui in hoc proponitur nobis, vt perfectionis exẽplar, quod etiam inimicis benefaciat. Quantus ergò amor eius erga iustos? erga amicos? erga filios? illos donat naturalibus influxis, hos supercœlestibus condescensionibus. Mensurat, qui potest, nimiam charitatẽ, qua Pater cœlestis diligit filios suos. Amorem citauit Deus paternum, quando iussit Abraham, vt immolaret filiũ suum, Gen.22.2
Tolle filium tuũ vnigenitum (inquit) *quem diligis Isaac*: & poterit fortè comparari Abraham amor erga filium Isaac, amori Patris cœlestis erga filios suos. Dilectionem itaque, quam exhibes inimicis, datur pro mercede dilectio Dei Patris erga illos, qui verè sunt filij eius. O mæstimabilem compensationem! ô nimiam nimisque magnam mercedem! ô infinitam retributionem! Et hinc non sequitur, quòd bona maxima Deus conferat sic dilectis, quæ tertia merces est: Nam amor, qui operari renuit, amor non est. Vere diligit Deus, qui benefacit iis, quos diligit: Immò amorem illius immensum, mensura effectuum nos metimus, ita quòd sicut benefaciendo diligit, ita plus ille Deo dilectus intelligatur, cui maiora bona collata sunt: propterea enim Ioannes dicitur in suo Euangelio, Discipulus, Ioh.13.23
quem diligebat Iesus.

20. Tantà ergò dilectio Dei erga illos, qui diligunt inimicum, eximiam ostendit, & infert bonorum abundantiam, quæ illis à Deo Patre communicantur: An bona vulgaria, & leuia sunt hæc duo, videlicet, filiatio & perfectio? *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est. Estote ergò vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Multa bona recensuit Christus, iisque promisit, qui virtutes perfectè colẽt, quos simul beatos appellauit. Dixit enim *quòd* Matth.5.
illorum est regnum cœlorum, quòd possidebunt terram, quòd consolabuntur, quòd saturabuntur, quòd misericordiam consequentur, & tandem, quod Deum videbunt. At horum omnium extremũ, quasi omnibus eminens, vel omnia continens, exprimens

mens dixit: *Filij Dei vocabuntur.* Maximũ itaque bonum est, Filium esse Altissimi, idq; palam & gloriosè. *Nunc quidem filij* 1.Ioh.3.2. *Dei sumus*, vt ait Ioannes; *sed nondum apparuit quid erimus.*

Sed quid erimus? nunquid plus aliquid quàm filij Dei? Hoc enim quid maius, vel esse, vel etiam intelligi potest? quid igitur apparebit tunc, quod nunc non videatur? Audi Dominum: *Filij Dei vocabuntur.* Erit ista filiatio aperta, apparens, omnibus manifesta. Filij Dei ab omnibus cognoscentur, vocabuntur, de- Sap.5.5. clarabuntur. Non audis vocem illam: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei? Nunc itaque sumus filij, si aduersarium diligamus, sed vita nostra, & filiatio ista abscondita est cum Christo in Colos.3.3. Deo. Quomodo cum Christo? quia & Christus mortalis erat Filius Dei. Illi namque, qui cæcus fuerat, scimus, quòd dixe- Ioh.9.35. rit: Tu credis in Filium Dei? & illo pro respõsione interrogante. Quis est Domine, vt credam in eum? Christus intulit: Et vidisti eum, & qui loquitur tecũ, ipse est. At verò hæc tanta sua dignitas adeò erat occulta, vt tametsi adiuratus annuerit in iudicio Iudæorum, quod esset Filius Dei Matth.26. viui, ob hoc tamen, tanquam blasphemus 63. morti fuerit adiudicatus. Nam & Pilato Ioh.19.7. clamantes dixerunt. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.* Haud secus, qui inimicum diligit; est quidem Filius Dei, sed nondum apparet, quin magis à mundo contemnitur, qui vitam illius æstimat insaniam, & despicit. Est enim aspectus eius inglo- Isa.52.14. rius, sicut & Christus fuit inter filios ho- Sap.5.4. minum. Filij hominum, qui graui corde in cœlum non suspiciunt, illos habẽt in derisum, & in similitudinem improprij, qui iniurias condonant, qui malis bona rependunt, qui sibi malefacientibus benefaciunt.

21. Agè, hi quos inimicorum dilectio facit filios Dei, vocabuntur in tempore opportuno filij Dei. Quemadmodum principio ille, qui despectus fuit, vt virorum nouissimus, demũ fuit magn⁹ inter mortales oẽs, immò & immortales; vnde vocatur Filius Altissimi, iuxta quod dixerat Angelus: *Hic* Luc.1.32. *erit magnus, & filius Altissimi.* Magnum itaque bonum etiam nunc est *esse Filium Dei.* Vt quemadmodum in beatitudinib. vocati Filium Dei, super omnia bona constituitur, eaq; continet omnia: Ita & nunc bonorum omnium maximum est esse Filium Dei. O eximiam mercedem!

Huic adde consequenter, quod Filius Dei est hæres vniuersorum: *nã tua omnia* Exhorta- *mea sunt: Dixit Filius Patri: Pater autem* tio. Ioh.17.10. *Filio. Filitu semper mecum es, & omnia mea* Luc.15.31. *tua sunt.* Quæ verò ista bona sunt? *Domi-* Psal.23.1. *ni est terra, & plenitudo eius.* Confiteor tibi Mat.11.25. Pater cœli, & terræ. Leuo manum meam Gen.14.22. ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli & terræ. Et si parua sunt ista, adiiciam tibi multo maiora: Dixit Dominus ad Dauid, recensitis quæ illi contulerat bonis. Quæ verò multo maiora illi à Domino adiecta sunt? Hoc certè, quia Christus est Filius eius. Ostenderat illi Deus bona, & bona multa: multo maiora post contulit, quando dedit illi Filium suum. Cui Pater cœlestis, quod maius Ioh.10.29. omnibus est, illum gignens, tribuit; nempè totum suum esse, suamque naturam & diuinitatem. Hæc sunt multò maiora, quæ filijs suis Pater communicat. Hoc intellexit Dauid ipse, qui propterea cecinit. *Quid mihi est in cœlo, & à te quid vo-* Psal.72.25 *lui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Pars idem est quod hæreditas. Hanc hæreditatem exspectabat Dauid, cui Deus in Filio promiserat semetipsum, hãc expetebat super omnia, quemadmodum super omnia expetibilis est, & expetenda: Et hæc est, si bene attendas, hæreditas; quam dedit Abrahã Isaac filio suo. Dicente Scriptura: Dedit Abra- Gen.25.6. ham cuncta, quæ possederat Isaac; Filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo. Vbi obserua, quòd Isaac vocat filium suum, alios verò filios concubinarum. Quia Deus ipse de Isaac dicit illi: *Non pepercisti vni-* Gen.22.12 *genito tuo propter me*: quasi cæteri non essent eius liberi. Hoc quare? quia huic soli debebatur hæreditas illa, de qua dixerat illi Deus: *In semine tuo benedicentur omnes* Gen.22.17

Gal. 3. 16. *gentes terræ*. Quod semen Paulus declarat esse Christum.

22. Hæc est hæreditas præclara, quæ soli Isaac debebatur. Quia in Isaac (inquit) vocabitur tibi semen. Nam sicut Abraham, ita & ipsi Isaac promissus est Filius Dei. Vide autem si Dauid, cui promissus fuit Christus, de hac loquatur hæreditate, sic concinens: *Dominus pars hæreditatis meæ* (id est hæreditas) *& calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.* Hæc, hæc (inquam) hæreditas nostra est. Dominus noster hæreditas nostra, qui dat semetipsum nobis. O præclaram hæreditatem! ô pretiosam substantiam! ô plusquam copiosam mercedem. Ergò *diligite inimicos, vt sitis filij*, & si filij & hæredes *Patris vestri, qui est in cœlu*. Quid quæris amplius homo? si qui implet cœlum & terram, non implet desiderium tuum, hoc aliunde esse non potest, quàm quia desiderium tuum non est omne bonum, & tu iustus non es. Nam scriptum est: *Desiderium iustorum omne bonum est*. Et ideò filius Dei non es, quia nec filius Abrahæ, sed concubinarum filius: Filius (inquam) secundum carnem, qui propterea carnalia spectas, & terrena meditaris. Audisti? Dedit Abraham cuncta, quæ possederat, Isaac: filiis autem concubinarum largitus est munera. Si filius Dei es, constituet te Deus super omnia bona sua. Si filius concubinarum, id est, si filius carnis, si secundum carnem vixeris, portionem accipies substantiæ, non omnem substantiam, & illam dissipabis, viuendo luxuriosè, & famem patieris, vt canis, vt nunquam dicas sufficit: & desiderium tuum peribit, vt numquam quod concupiscis, consequaris. Mulier illa, quæ deserto mariti thoro adhæsit alieno, quid consequebatur? num ideò dicebat sufficit? Num ideó implebat desiderium suum? sed parum est hoc: si in iudicio conuincebatur, moriebatur: si in sacrificio, vtero intumescente disrumpebatur. Bibere cogebatur aquas amarissimas, in quas congestæ erant istæ maledictiones: *Det te Dominus in maledictionem, exemplum & cunctorum in populo suo, putrescere faciat fœmur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur, ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente putrescat fœmur.* O exemplum! Det te Deus exemplum cunctorum in populo suo. Vide tu, & attende exemplum istud: pro modica delectatione aquas bibet amarissimas; pro transeunte voluptate, vterus tumore impletur, humore disrumpitur & perit. Iste finis est hominum, qui derelinquunt Deum suum, replentem illos, & inebriantem à bonis suis. Delectaris in vindicta inimici? sed quid Deus? cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas Deo displicet hoc gaudium tuum: sic adente Salomone: Et in ruina illius ne exultet cor tuũ: ne fortè videat Dominus & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.

Psal. 15. 5. Prou. 11. 23. Gen 25. 6. Num. 5. 12. Eccl. 31. 17. Prou. 24. 17.

O inimicorum osores audite verbum Dei. Etiam si Deus ipse per se irascatur inimico tuo, forsitan propter te faciens de illo vltionem, non tibi licet tamen in ruina illius delectari; hoc enim signum est odij. Propterea si te viderit Deus de casu illius gaudentem & exultantem, auferet ab eo iram suam, cessabit vindicta, beneficiis illum magis prosequetur: displicet quippè illi tale gaudium tuum. Si neq; de casu asinii inimici tui licitè potes exultare, quantó minus de casu ipsius inimici? permitteris verò de casu bestiæ gaudere, quando iubet Lex: *Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo?* Si asinum cadentem subleuare teneris, quantó magis hominẽ, quantumlibet te odientem? Et poteris ergò gaudere de ruina illius? Et poterit tibi placere vindicta etiam ab ipso Deo sumpta de illo? pro gaudio isto, vel quocumque alio, quod non sit in Domino, sed in mundo, aquas potabis amarissimas: pro eo quód vacuis bonis delectaberis, repleberis vanitate, disrumpêris crepans medius, & diffundentur omnia viscera tua. Quid si vt odio animi tui satisfacias, tu ipse vltionẽ facis? ô aquæ amarissimæ, quæ intrabunt vterum tuum! Deus ipse constituet te illius protectorem, vel saltẽ vltorem,

Exod. 23. 4. Deut. 22. 4.

vltorem, vt disperdat te. Mitte ergò hoc leue gaudium animi tui, vt non perdas gaudium Domini tui.

Et dum quæris vltionem nescis, quòd de te ipso illam sumis? si parcas, si ames, perfectus eris, completus, bonis omnibus repletus: quoniam hortatus Dominus dilectionem inimicorum exemplo Dei Patris nostri: *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos*: Addit. *Estote ergò vos perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est.* Ergò si Patrem non imitaris, imperfectus es: id est imminutus, deficiens ab omni bono. Nonne ergò perspicuum est, quòd dum demis aliquid ab inimico, à te ipso demis multum? teipsum diminuis? te vacuas & reddis inanem? & quid dico inanē? tabescentem magis, & fœtentem, & pessima eructantem. Audi Sapientem: *Sicut eructant fœtentium præcordia, sic & cor superborum, & sicut prospector in casum proximi sui.* Qui prospicit, & in hoc delectatur de casu proximi propter superbiam suam, similis est eructanti fœtentia de visceribus suis. En quibus rebus plenus est, fœtidis, marcidis, sanie tabescentibus: O virum imperfectum! *Estote ergò perfecti: super omnia charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis.* Ne quando dicatur vobis; vbi est timor tuus? fortitudo tua? patientia tua? & perfectio viarum tuarum? Sed Apostolum audiamus: De cætero fratres gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis, & dilectionis erit vobiscum. Amen.

Eccl. 11. 32

Colass. 3. 14

Iob. 4. 6. 2. Cor. 13. 11.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Cur Christus dignetur nobis rationes afferre, vt inimicos diligamus. Ponderantur verba illa. Vt sitis filii Patris vestri. *In morali acerrimè inuehitur contra insaniam mundi, vindictam suadentis.*

NON sine causa aut inaniter Deus sibi locum eligere volens, ad quem non nisi sanctè ascenderet & accederet, se Dominum prius declarauit vniuersæ terræ. Vt qui Dominus esset omnium, quandam partem ex omnibus sibi reseruaret, cuius non omnes sed ii solummodo, quos ipse instituisset, fierent participes. Hoc quippè nobis per Psalmorum cantorem innotuit, qui cecinit: *Domini est terra, & plenitudo eius. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde.* Quo docemur iure illum nobis posse quędam sua lege præscribere, quæ nos oporteat facere, cum sit Dominus vniuersorū, & in ditione eius cuncta sint posita. Quapropter nobis durum videri non debet, si iubeat: *Diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Id quod eò magis à nobis præstandum est, quòd & mercedem adiicit, quæ magna est ratio, cur illi obtemperare debeamus. Quemadmodum in Psalmo dixit. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Haud secus in Euangelio dicit. *Vt sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est.* Hoc itaque cum hæc audimus à Domino, nobis est hodie considerandum. 1

Psal. 23. 1.

Vbi duo proposita sunt, nempè: Quid facere opus sit; &, Quare. Opus enim nobis & iubet & ostendit, quod compleamus; & rationē addit, vt id faciamus. Primum, dicens. *Diligite inimicos vestros.* Secundum, subiungens. *Vt sitis filii Patris vestri.* Opus per se perspicuum est, & manifestè propositum. Nempè vt corde diligamus, ore deprecemur, opere auxilium præbeamus: & hoc nō erga quoscunq; modò, sed erga illos potissimum, qui corde alieni sunt à nobis odiētes nos, ore calumniātur, opere persequūtur, qui inimicorū nomine declarantur. Opus arduū maximè, q; nedū naturam excedere, verum & illi repugnare maximè videatur. Quapropter Dominus noster ad tantā hui⁹ operis superandā difficultatē, tantum nobis auxiliū cōtulit, tantū constituit præsidium præstantissima ista 2

potentissimaque ratione. *Vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est*: veluti si diceret. Repugnet natura, quam ab Adam consecuti estis, excellentiorem aliam vobis cœlestis præstitit Pater, quā si sequamini, erit ipsa vobis dux, & vis in hoc opere perficiendo: vosque significabitis filios esse Dei, cuius natura bonitas est, cuius opus pietas, & cuius viscera, misericordia. *Qui solē suum oriri facit super bonos, & malos.*

3. Sit ergò sermo noster circa rationem hanc; cum enim quid sit faciendum appareat clarè, id nunc à nobis exigitur, vt animos nostros excitemus ad id assequendū. Vbi primum constituo, quòd Deus, licet sit magnus Dominus, neque propterea teneatur nobis rationem reddere suorum iudiciorum ac præceptorum, tum ratione dominationis, tum ratione conditionis; quia videlicet bonus, rectus, iustus & *Psal.* 14. 13. clemens est, adeò vt certi simus, quòd fidelis est in omnibus verbis suis, sanctus & iustus in omnibus operibus suis: & omnes viæ eius veritas & misericordia. Rationes tamen ad nostram infirmitatem fulciendam, plerumque suis addit mandatis, quibus nostra imbebillitas innitatur & fulciatur, & dum his rationibus *Psal.* 18. 12. nutritur ratio nostra atque delectatur, interim sentiat de mandatis Domini, quòd etiam sit in custodiendis illis retributio multa.

4. Non enim parua retributio, quòd mens humana se videns in lege Domini ambulare, intelligat, quòd via ista immaculata est, sancta & recta atque admodum quadrans cum naturali sua tum rectitudine tum dignitate: & propterea Salomon iudices monens dixit: *Cognoscere personam* *Prou.* 24. *in iudicio, non est bonum.* Homo, qui 23. non sit Iudex iniquitatis, in iudicio scit reprobare malum, & eligere bonum: hoc est munus suum, iste scopus iudicij sui, nil aliud illi spectandum, quàm discretionem habere boni & mali, & secundum illam iudicare: quod cum faciat super alienas actiones, plus multò in sua ipsius, & in ea potissimùm, qua de alijs judicat, præstet necesse est. Sciat ergò quod cognoscere, id est respicere personam in iudicio non est bonum, vt qui constitutus est in vindictam malefactorum, & in laudem bonorum, in quo alium judicat, nō condemnet semetipsum, eligens quod non est bonum, idq; tum præstans, dum assumit iudicium Dei, quod est reprobare malum, & eligere bonum.

5. Rationem verò sui dicti exponens Salomon subiecit: *Qui dicunt impio, iustus* *Prou.* 24. *es: maledicent eis populi, & detestabuntur* 25. *eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio.* Dicere malum bonum; & respicere in iudicio personam hominum, tam est contra rationem, vt communis hominum cōceptio id detestetur: contra verò si fiat, & impius arguatur & condemnetur, id probet communiter humana natura. Vbi etiam vide bonitatem & sanctitatem Dei, qui, vt ipsa mens nostra sibi ipsi rationes crearet mandatorum Dei, lumine illius vultus eam signauit, de quo fit illa petitio: *Da vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui sic videant æquitates, vt & oculi mei lumine vultus tui illuminati eadem videant æquitates.* *Psal.* 16. 2. Sic ergò diuina ordinatione comparatum est, vt ratio ipsa sicut ipsi sibi lex est, ita ratio sit legis, ob quam legum conditor Deus iusta decernit. Propterea vt Salomon docuit, sic hominum more comparatum est, vt bonum omnibus placeat, malum verò exprobrent & detestentur: ex quo fit consequens, vt iustitiā & veritatē fœlicitas quædam etiam in hac vita comitetur: dum sibi complacet mens, in æquitate & veritate.

6. At contra (vt rationes iam huius præcepti videamus) iniquitas de sui natura molestiam affert, quæ iniquitas, vt nobis propinquior, ita est & molestior, ratione ipsa illam detestante. Vnde factum est, vt eos in primis detestemur, qui contra nos suam iniquitatem acuunt & exercent, qui propterea quoque inimici nostri habentur. Atq; adeò duplici ratione odio illos prosequi videamur, videlicet, & quòd iniqui sunt, & suam contra nos iniquitatem produnt & euomūt: & iubemur tamē eos diligere, vt meritò videatur externa ratio adhibenda huiusce dilectionis, quando interna

interna & connaturalis oppositum magis dictare videatur. Rectè ergò Dominus. *Diligite inimicos vestros, vt sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est:* non illius præterea, qui in terris est. Vetus lex duplici illi iam dictæ rationi assentiri videbatur, puniens iniquos, & ad puniendum tradens in manus eorum, qui iniuriam iniquitatis illius passi fuissent. Sic enim habet: Si quis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ eius, surgensque percusserit illum, & mortuus fuerit, arripient eum, tradentque in manu proximi, cuius sanguis effusus est & morietur. Vbi certum est hoc fieri non potuisse principaliter zelo vindictæ, cum statuerit lex. Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Sed zelo iustitiæ, quam Dominus ardenter expetebat, & seuere præcipiebat. Idcirco & de homicida illo addit: *Non misereberis eius, & auferes innoxium sanguinem de Israel, vt bene sit tibi* Et ideò ne fortè misericordia moti, illum dimitterent, iubebat offensis tradi, qui licitè poterant sententiam mortis contra illum exequi, quamquam hi si propinqui non essent, fortassis non exequerentur; Sat erat illis, vt non principali intentione vltionem quærerent, si autem intentio illa tantum esset occasio, quæ dicitur causa sine qua non, licita erat illa punitio, quam tamen principalem intentionem non magno negotio habere poterant, id facientes, quòd Deus præcepisset; & ea intentione, quia præcepisset.

Deut. 19. 11

Leuit. 19. 18.

Deut. 19. 13

D. Th. 2. 2. q. 107. a. 1.

7 Quando nunc Canonici spectant quotidianas distributiones, quibus tamen iussum est, vt eas consequantur, modò sic secundario spectent, vt etiamsi non haberentur, horis non interessent. Quam tamen ego in lucro mutui, ex vi mutui, secundariam intentionem non admitto, quando sic speratur lucrum, vt sine illius spe mutuum non daretur: Ita enim habet canon: *Qui non alias mutuo traditurus, eò proposito pecuniam credit, vt licet omni contentione cessante, plus tamen forte recipiat pro intentione lucri quam habet (cum omnis vsura, & superabundantia prohibeatur in lege) iudicandus est malè agere: & ad ea, quæ taliter sunt accepta, restituenda in animarum iudicio efficaciter inducendus.* Cur verò ista secunda intentio, sine qua opus non fieret, excusaret à simonia, non verò ab vsura, hæc est ratio, quia cultus diuinus res est publica, sicut erat & iustitia punitiua in lege, mutuatio verò res est particularis: præterea publicum illud opus, siue castigandi impium, siue colendi Deum, à Deo maximè expetitum est, & expressè mandatum, vt patet ex lege, mutuatio autem in consilio est tantummodo. Deniq; cultus diuinus huiusmodi, vt videtur, certè non fieret sine interesse illo, nec satis esset Deo querela illa. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est voluntas mea in vobis. Cum ergò cultus sit tanta res publica, diuina, necessaria, quæ sine spe illa secundaria non fieret, iustum fuit, vt spes illa permitteretur. Huc accedit, quod cultus ipse cum tanta sit res, trahit ad se facilè animum nostrum oculo principali, non sic bonum proximi, cui mutuum damus: & præterea personale opus est cultus Dei, cui totus homo debet esse deditus, vt merito inde viuat: *Nam qui altari seruit, de altari debet viuere, à qua re longè distat mutuatio.* Non ergò valet consequentia à re simoniæ ad vsuram: & quod dicitur, quòd materia simoniæ est arctior, facit magis ad propositum nostrum, quàm ad oppositum. Est quidem arctior, quia in illa magis peccatur, non ita facilè tamen, quæ peccati magnitudo, & facilitas euitandi, rationabiliter admittunt secundariam illam intentionem, quàm mutuum. Hæc incidenter dicta faciunt ad exponendum, quòd in punitione homicidæ facilè admittebatur dicta intentio secunda. Nam quod prima prorsus non obligaretur, Sapientes illius temporis apertè significant. *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam: Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam?* Vides quomodo remouetur ira & odium & vindicta ex ira procedens, non ex zelo iustitiæ & obedientiæ? Ità & Salomon: *Ne dicas, reddam malum.* Quæ quãuis etiam de redditione & vindicta possint intelligi, quæ priuata authoritate sint facta, certum est tamen ea quoque in publi-

Extra de vsuris cap. Consuluit.

Mal. 1. 10.

1. Cor. 9. 13

Eccl. 28. 1.

Prou. 20. 22.

eo iudicio esse seruanda : vtrobique enim arcetur zelus vindictæ , qui in priuata vltione apparet maximè. Itaque zelus contra iniquitatem primus erat , contra Dominum nostrum erat secundus.

3 Quoniam verò tunc Deus iniquitatem temporaliter quoq; ex lege puniebat, vt ea ratione homines duræ ceruicis flecteret, ideò sic & præcipiebat & permittebat. At Dominus Iesus, qui dicit: *Non veni vt iudicem mundum , sed vt saluificem mundũ:* & : *Non misit Deus Filium suum in mundum , vt iudicet mundum , sed vt saluetur mundus per ipsum* ; iam non contra iniquitatem pugnat iustitia & iudicio, sed misericordia & beneficio ; ideò à lege sua sustulit vindictam omnem, & oppositũ potius docuit, & iussit dicens : *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos.* Sit ergò huius præcepti ratio ista prima, quòd huic legi, quæ salutem nobis affert , non iudicium, huiusmodi præceptum admodũ congruebat , quæ ratio in verbis illis Domini Iesu Christi innuitur : *Ego autem dico vobis.* quasi dicat. *Dictum est antiquis* in lege , quæ iudicia continebat, *odio habebis inimicum tuum. Ego*, qui Saluator non Iudex veni, aliter mando, nempè ; *Diligite inimicos vestros.*

Ioan. 12. 47.

Ioan. 3. 17.

9 Ex quibus verbis consequenter educitur ratio ista secunda. Summa diuinæ legis, in dilectione erat constituta. Nam primum mandatum, erat : *Diliges Dominum Deum tuum :* secundum verò. *Diliges proximum tuum* Euangelium itaque cum legi illi esset supponendũ in dilectione , maximè congruum erat , illam vt excederet. Id autem in dilectione Dei fieri non poterat, iubente lege : *Diliges Dominum ex toto corde tuo , & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* Ergò in proximi dilectione excessus erat ponendus. Vbi ergò diceret illa : *Odio habebis inimicum tuum :* hæc dicere habuit : *Dilige inimicum tuum.* At vbi præcipiebat odio haberi inimicũ? numquam profectò, nisi in eo, qui homicidam tradi iubebat in manu propinqui hominis illius, cuius effusus esset sanguis. Qua in re lex nostra non iudicat quemquam meq; videlicet vt moriatur homicida, neque in manus tradatur offensi, sed illũ iubet diligi ac iuuari. In quo & hoc videtur aliqua ex parte iussum, ne plus q̃ nosmetipsos proximũ diligamus. Quod vt intelligamus, meminerimus hortationis illius Apostolicæ : *Debemus aũt nos firmiores, imbecillitates infirmorũ sustinere & non nobis placere. Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonũ ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit :* Si nobis placere non debemus, sed proximo , nunquid non in hoc proximum plus quam nos ipsos diligimus?

Matth. 22. 36.

Deut. 6. 5.

Rom. 15. 1. 2. 3.

Quid verò est placere sibi, nisi q̃ sibi vtile est q̃rere; Quid proximo placere? illũ iuuare. Dũ ergò Paulus dicit: *Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant:* Certè quantũ Christiano licet, proximum diligebat plus q̃ seipsum. Et Christus in quo nõ sibi placuit? certè in eo, q̃ passus est pro nobis. Ita n. exponit Paulus dicẽs: *Sed sicut scriptum est : Improperia improperantiũ tibi ceciderunt super me.* Quib. verbis in Psalmo vnde sumpta sunt subiungitur: *Et operui in ieiunio animã meam, & factum est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meũ cilicium, & factus sum illis in parabolã. Aduersus me loquebantur qui sedebãt in porta.* Vbi apparet Christi passio cum in his , quæ sua sponte passus est, tũ in his, q̃ illis ab inimicis illata sunt. In hoc ergo cõmendat charitatem suam Deus in nobis, quoniã cũ adhuc inimici essemus, Christ⁹ pro nobis impiis mortuus est, & pro tanto , homo iste Christus Iesus plus q̃ seipsum dilexit nos.

10 11. 12. 13. Rom. 5. 4.

Qua in re nos illum conuenit sequi, dicente Apostolo : *Ambulate in dilectione, sicut & Dominus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.* Ergo qui inimicũ diligit, secundum aliquem modum plus proximum diligit, quam seipsum, nõ sibi placens sed proximo , non quod sibi vtile est quærens, sed quod illius saluti fiat. Repugnat caro , mens refugit , sensus oppugnat clamans corde : Diligam qui me odio habet? Ad Dominum pro illo clamabo, qui contrà me clamat & apud homines calumniatur? Illi benefaciã, qui me persequitur? Amicus illi ero, qui dum mihi iniurius est, inimicus Dei constituitur? Quid? nedum bonis meis mala illius compensabo;

Exhortatio. Eph. 5. 1.

mensura

mensura bona remetiar, qui mala mensus sum, sed in bonis meis superefluens ero, malis inimici? Corde odit me, & nedum corde diligam, sed ei benefaciam? Quid enim iubeor aliud his verbis; *Benefacite his qui oderunt vos?* Qui totis viribus suis me offendit, ore calumnians, persequēs opere, hunc ego nedū viribus meis prosequar beneficiis, verumetiam Omnipotentem deprecabor, vt sua manu impleat, quod mea præstare nō potest? Sic ego diligam inimicum, vt non reddam modò bona pro malis, sed addam bonis meis ad suam iniquitatem? Diligam itaque proximum, & hunc inimicum plus quàm me ipsum? Heu quid clamas de terra, ô homo terrene? Audi tu clamorem Sapientis, qui desursum est: *Eme eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahūtur ad interitum liberare non cesses.* Quòd loquatur Salomon de innocentibus qui à peccatoribus opprimuntur, volo; enim ei Dauid iubet: *Eripite pauperem, & egenum, de manu peccatoris liberate* Sed quæ mors aut egestas, aut oppressio potest morti æternæ comparari? Qui tibi inimicus est, te odio prosequens & persequens, offensione hac non ducitur ad mortem, & in portas mortis ingressus est, non trahitur ad interitum, at iam interiit iam periit. Hunc à morte erue, hunc ab interitu liberare nō cesses. Quo autem modo? Diligēs illum, illi benefaciens, & si adsit facultas, etiam corripiens; Nam si te audierit, lucratus eris fratem tuum. Parum est quod exhibes, quod perdis, paruus labor, maximus fructus. Si resistat caro & mala consuetudo, odio tibi habenda est anima tua, vt diligas animam proximi, & saluum facias eam. Ergò ne perdas quid temporale, perdes illum, per quo Christus mortuus est? vt tibi placeas, Deo displicebis? ne te incōmodes, fratrem interimes? pasce morientem, si non pauisti, occidisti; erue morientem, si non eruisti, interemisti.

Pro.24.

Psal.81.4.

Mat.18.15.

SECVNDA PARS.

11 AVdistis quia dictum est antiquis: *Diliges proximum tuū & odio habebis inimicum tuum.* A quo quæso dictū est antiquis. *Diliges proximum tuum?* Certè à Deo, sed per seruum Moysen. Qui verò huius doctrinæ doctor: *Odio habebis inimicum tuum?* certè, vt sonant verba, nō alij quàm Scribæ & Pharisæi. At quis est qui dicit: *Ego autem dico vobis?* Hic est Filius Dei dilectus. Iste paternam hereditatem, cuiquam non inuidet. Quilicet verè vnigenitus Filius sit in sinu Patris, libet tamen ei esse primogenitus in multis fratribus, quibus sine vlla diuisione diuidat substantiam suā. Et quia vnus duntaxat natura est & esse potest Filius Dei, per gratiam adoptionis curat fratres multiplicare: & propterea docet: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* O magnam diligendorū inimicorū rationē! Hanc vnicus proponit Filius, vt solus non sit filius, sed sit in medio fratrum rector illorum in honore. His Patris nomen annūtiat; Patris (inquā) non sui solummodo, sed etiam ipsorum. Quinimò vbi aliquandò dixit: *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Hic tantum dicit, *Patris vestri. Nuntiabo* (inquam) *nomen tuum fratribus meis. & in medio Ecclesiæ laudabo te.* Quę verò laus? quia Pater noster. Sicut enim Filius non cōfunditur fratres eos vocare, sed laudem suam hanc deputat & honorem; ità & Pater non confunditur filios eos vocare, sed gloriosum sibi reputat hominum illorum Patrē vocari, qui Vnigenito suo fuerint vera fide atque perfecta coniuncti. Vt quid enim vnigenitus ipse quodammodò apud Patrē gloriatur dicens: *Pater, manifestaui nomen tuum hominibus.* Quod nomen (inquàm) nisi nomen Patris manifestauit? neque enim frustra Patris nomen præmittit, dicens: *Pater manifestaui nomen tuum* Ad quid verò nisi ad eius gloriam manifestauit? vt certò scias Deum in nomine Patris nostri gloriari. Quòd si non aliud, certe Oratio Dominica demonstraret, quam sic adorimur. *Pater noster qui est in cœlis.* Cum autem Propheta protestetur: *Laudans inuocabo Dominum:* cōstat ad laudem Domini pertinere, quòd illum inuocaturi, vocemus Patrem, vt hac in re coniectura iam nihil opus sit. Eia nunc Pater non confunditur nos miselios vocare filios, & Patrem

Ec.10.24.

Ioh.20.17.

Psal.21.23.

Hebr.2.11.

Ioan.17,6.

Mat.6.9.

Psal 17.4.

Patrem ipsum omnipotentem vocari cõfundar ergo? Gloriatur in nomine isto Deus, & sibi homo opprobrium assignabit, quod vocetur filius Dei? O gloriſa nomina Patris & Filij. Tantam gloriam nobis inimicorum dilectione comparamus. Quid igitur dilectione ista potest esse glorioſius? quid nobilius? quid præstantius? quid (inquam) desiderabilius? Ecce tibi Christus, Deum, dum Patrem nostrum vocat, de illo dicit, *Qui Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos*, vt videas illi ad honorem tribui quòd sit prestabilis super militia, quòd mala nostra superet sua benignitate, quod benignus sit
Luc. 6. 35. super ingratos & malos. Hæc est ergo plena efficacitatis ratio, quamobrem inimicos diligere debeamus, quod res est glorioſa, & verè cœlestis plena claritatis. Quid igitur, vos insipientes corde, dedecori assignatis & ignominiæ, si qui vos oderunt, hos verè diligatis?

13 Sit modò alia ista consequens ratio tàm excellentis operationis. Deus populi sui se protectorem declaraturus primogenitum suum illum appellabit. Multa quidē signa fecit in Ægypto, multa flagella peccatori illi Regi superinduxit, sed eorum omnium summam paucis illis verbis collegit, quæ Moysi reuertenti à terra Madiam in Ægy-
Exo. 4. 22. ptum in primis dixit: *Dices ad eũ Hæc dicit Dominus. Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi Dimitte filium meum, vt seruiat mihi & noluisti dimittere eum Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.* Quis enim filius, quem non protegat pater atq; defendat? Sic Deus, vt filium suum hunc, quem per Patriarchas sibi genuerat, saluaret, percussit inimicũ Regem Ægypti, totamq; Ægyptũ; vt sciat omnis caro, quod si in manu Domini sunt omnes fines terræ, filius ipse est in sinu Patris, quò nemo potest accedere, neq; valet flagellũ appropin-
Ps. 94. 10. quare. Sis tu in sinu Patris, *& nõ accedit ad te malum, neq; flagellum appropinquabit tabernaculo tuo*: sic enim altissimum posuisti refugium. Eris autem ibi habitans in adiutorio Altissimi, & in protectione Dei cœli, filius si fueris Altissimi: Filius verò, inimicum si dilexeris; neque enim aliter eris in sinu Patris, iuxta cor illius, qui benignus est super ingratos & malos.

An forte in Deo somniamus corporalẽ 14
sinum? qui est in sinu Patris, iuxta cor suũ est, quin & ab eo habetur in corde & in visceribus. Hic est, qui facit quæ placita sunt illi. Hinc Deus: *Suscitabo mihi Sacerdotem* 1. Reg. 2.
fidelem qui iuxta cor meũ, & animam meã faciet. Hinc Samuel de Dauid: *Quæsiuit sibi Dominus virum iuxta cor suum.* Quid verò sit esse iuxta cor Dei, Paulus citans hunc eundem locum, ità declarat: *Inueni* Act. 13.
virum secundum cor meum, qui facit omnes voluntates meas. Is ergò est in sinu Patris, qui facit voluntatem Patris, & eam potissimum, in qua Patrem se declarat, benefaciens etiam ingratis & malis. Ergò qui filius Dei est, diligit inimicum, vt non ab re ab Vnigenito, qui est in sinu Patris, dictũ sit. *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Pa-* Ioan. 1.
tru vestri, qui in cœlis est Hic Filius, quoniã est in sinu Patris, cum adhuc inimici essemus & impij, dedit semetipsum pro nobis, & ab hominibus crucifixus pro transgressoribus & crucifixoribus exorauit. Propterea & Ioannes, quandò illi maximus ille Ioan. 13.
inimicus Iudas reuelatus fuit, erat recumbens in sinu Iesu, vt quemadmodum Iesus inimicum iustum diligebat, eundem diligeret & ipse Ioannes. Qui propterea potuit Ioan. 19.
stare iuxta crucem Iesu cum Maria matre eius, & Crucifixo cõformari. Qui clamãs, Luc. 23.
dixit: *Pater dimitte illu.* Patrem vocat cuius est ipse Filius, & est in sinu eius Sacerdos fidelis iuxta cor illius & animam, & tunc fratrem sibi assciscit Ioannẽ, non mi- Ioan. 19.
nus Patri dicens, quam Matri: *Ecce filius tuus.* Filius (inquam) vt si quemadmodum in sinu Filij, ita & in sinu Patris. Et quare de 1. Re. 13.
Dauid maximè dixit Propheta: *Quæsiuit sibi virũ iuxta cor suũ?* Id scire desideras, memento Dauid & omnis mansuetudinis eius, qua benignus fuit super ingratos & malos. Qui ergò sic est sinu Patris vt quemadmodum suos Pater, sic & ipse diligat inimicos suos. Hic ratione etiam ista in sinu Patris est, vt ab eo protegatur & liberetur ab inimicis suis iracundis. Id quod tũc re demõstrauit, quando dixit: *Filius meus* Exod 4.
primogenitus Israel: dimitte filium meum, vt seruiat

seruiat mihi. Percussit enim post tot tãtaque flagella & plagas, omne primogenitũ
Exo 12.29. Ægypti, vt perderet etiam Pharao primogenitum suum, qui Dei Primogenito tam
Exo.5.6.7. molestus fuit & persecutor. Et quando dixit inimicus: *Persequar & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea.* Tũc dextera Domini percussit inimicum, & in multitudine gloriæ suæ deposuit aduersarios suos. Antiquis illis Deus monstrauit, sibi vindictam reseruari, quam ipse inimicis eorum sumpsit gloriose, vt nos moniti, vt inimicos diligamus, nihil dubitemus de sua erga nos paterna protectione. Ideò filios vocat, filios asserit, & quasi Pater in filiis suis sibi complacet. O quanta vis in hac filiatione ergà dilectionem inimicorum! Hæc nobis sit cordi: Hæc veniat vobis in mentem, ibique subsistat perpetuò.

16. An filius potest offendi, vt non offendatur & Pater? Qui tibi inimicus est, si illum diligas, Dei quoque & eius potissimũ
Iob 9.4. erit inimicus: *Eris enim filius Altissimi.* Pa-
Sap.11.22. ter iste sapiens est, & fortis robore; scit enim tempus, scit modum vlciscendi, & virtuti brachij sui nemo resistere potest. Si te ipse zelat, tanta faciens contra Pharaonem, vt saluet populum suum ac Filium suum, quid tu non zelas illum, vt plus tibi displiceat illius offensa, quàm tua? si sic af-
Num.5.6. fectus esses, illi obtemperares. Audi pręceptum legis: *Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis, quæ hominibus solent accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem desuper ei, in quem peccauerint; sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Domino* Cur, qui offendisset proximum, si fortè proximus ille offensam despiceret, & nollet resarciri, daret Domino; nisi quia dum fratrem offendimus; offendimus Deum Patrem. Altior nunc postulatur obseruatio, vt Domino compensationem reseruemus, etiamsi offensio non per ignorantiam patrata sit, sed ex malitia. Quod à nobis est, etiam cum huiusmodi pacem habeamus, dimittẽtes, vt ipse compenset, siue vlciscatur. Tunc enim nobis partem nostram in sua hæreditate compensabit. Quoniam si filij fuerimus, erimus & hæredes. Tantùm faciamus quæ precepta sunt nobis, tantum audiamus vocem Filij Dei clamantis: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est. Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit Sapientem, & aurem obedientem.* O quæ gloria erit tibi, quod ornamentum gratię accipies? Quid hoc maius esse potest, quàm vt simus filij Dei? Hac quæso gratia, hac gloria contenti simus, & nihil nobis deerit expectantibus hæreditatem immarcescibilem in cœlis & in terris: Interim pascemur alimonia etiam cœlesti ab eo, qui olim dixit per Prophetam: *Filios enutriui, & exaltaui:* cui est gloria in sæculum sæculi. Amen. Pro.25.12. Isa.1.2.

MORALE.

SED cum homines plerunque sibi ipsis 17
sapientes esse videantur, hac in re maximè prætendunt sapientiam, vbi respuunt diligere inimicos, rationes plures coaceruantes, quibus id iure se facere probare moliuntur; quasi ipsa Dei Sapientia sint ipsi sapientiores. Sed Dauid suadenti sibi Abisaï, vt de illo maledicenti Semeï vindictam sumeret, Respondit. *Quid mihi, & vobis est filij Saruiæ? Dimitte eum, vt maledicat.* Triplicèmque subiunxit rationem, 2.Re.16.10
qua illum patienter tolerare suadebatur. Quarum prima est: *Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere. Quare sic fecerit?* Secunda verò: *Ecce Filius meus, qui egressus est de vtero meo, querit animam, quantò magis nunc filius Iemini?* Tertia denique. *Dimitte eum vt maledicat iuxtà præceptum Domini: si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus pro maledictione hac, hodierno die.* Vides prudentiam Dauidis rationibus ostendentis, quòd debet homo æquanimiter caluminantes ferre & persequentes. Vide quanti ponderet, quòd 2.Re.16.9.
hoc sine Dei prouidentia non contingat, vt permissionem illam vocet præceptum Domini. Abisaï carnis sapientia ductus dicebat: *Quare maledicit canis hic moriturus domio meo Regi? Vadam & amputabo caput eius.*

eius. O quot sunt adulatores, & satellites, qui vindictam suadent? ô quot falsi amici illam proponunt? ô quot falsæ rationes contra veram rationem adducuntur, atq; sapientiam: ô quot sibi hac in re sapientes esse videntur? Sed quid Salomon verè sapiens dixit: *Ne sis sapiens apud temetipsum: time Deum, & recede à malo.* Quid dicitis ô insipientissimi sapientes? Num vos Deo sapientiores? Num quæ ipse dixit falsa sunt? quæ vos effutitis plena sunt sapientiæ? *Ne tibi videaris sapiens: Time Deũ & recede à malo, & eris sapiens.* Bene & Paulus: *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: Nulli malum pro malo reddentes.* Qui Deum non timet, & à malo non recedit, hic quamuis sibi sapiens esse videatur, verè insipientissimus est. Quomodò sapiens, qui malo adhæret? qui malum seruat? qui mali plenam habet animam? qui dicit malum bonum? Nemo tam odit animam suam, vt velit illam malis esse repletã; quia impleri bonitate omnes naturaliter concupiscũt. Quid laboras ergò tu, vt repleta sit malis anima tua: nisi quia dicis malum bonum? nisi quia tunc te putas bonitate repleri, quando accedit ad te malũ? quando percutis fœdus cum morte? quando te vincit malitia? quando nõ audis obedienter, *noli vinci à malo?* Et hoc an nõ est summa insipientia, qua tamen te sapientem arbitraris? *Ergò ne sis sapiens apud temetipsum; time Deum, & recede à malo.*

Prou. 3.7.
Rom. 12.16.
Rom. 12.21
Prou. 3.7.

Quomodo à malo rececedit, qui malũ reddit pro malo? Num quia malo resistis, malum non est in te? imò idcircò malum est in te, quia non audis Dominum præcipientem. *Non resistere malo.* Quid est, *non resistere malo?* audi eundem: *Audisti quia dictum est antiquis: oculum pro oculo, dentẽ pro dente.* Istud quid erat, nisi malum pro malo reddere? licebat tunc fortè, si legis authoritate fiebat: vnde malus non erat actus reddendi malum pro malo: at tu qui vindicari quæris, legi, Deoque Omnipotenti inobediens, qui dixit: *Mea est vltio.* Non potes nisi malè malum pro malo reddere. Non potes nisi malo actu, malo motu, mala operatione, pro malo malum rependere: quod dum facis, malus es tu, à malo vinceris tu, malitiâ ac malignitate plenum est cor tuum. Cain quare occidit fratrem? quia ex maligno erat, & opera eius maligna erant. Ergó non recedit à malo, qui reddit malum pro malo, sed declinat à bono & facit malum. Et tamen cum insipientia sua manifesta sit, sibi ipsi sapiens videtur ac prudens. Ostendat adhuc Paulus horum insipientiã. Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Vides oppositas operationes: Reddere malũ: ꝓuidere bona: Quomodo bona prouidet, qui malum reddit? Bonus homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bona; & malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Quod dicit de thesauro, intellige de abscondito. Homines videntes ea tantũ, quæ patent, nesciunt quid sit in abscõdito cordis tui. Quia neq; quale vinũ sit in vtre nescitur, si nõ hauriatur. Profer extrà, quæ intus latent. Si malum profers, si malũ reddis, certè malus est thesaurus cordis tui, malæ cogitationes sunt in corde tuo, malum machinaris in corde tuo, intus plenus es malitia, & iniquitate, veluti monumenta plena ossibus mortuorũ. Prouide bona, & bona erit meditatio tua, bonum cor, bona voluntas, intellectus bonus, ꝑcordia bona, bonus thesaurus cordis tui, Quomodo autem bona prouideantur, pergens docet Apostolus; *Quod ex vobis est, cũ omnibus hominib pacem habentes.* Pax est bonũ istud, qua non redditur malũ pro malo, sed bonum. Ideò pax est hominibus bonę voluntatis, & boni thesauri cordis. Hoc est bonũ. ꝙ profertur de bono thesauro cordis, qui sic profert bonus est, quia bonus homo de bono thesauro cordis sui ꝓfert bona. Qui autẽ bonus est, is solus sapiens est, is solus prudens, quia de Sapientia sapiens dicit: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.* Is sapiens est animæ suæ; verè sapiens, verè prudens. Ergò malus homo, apud semetipsum sapiens, qui dicit malum bonum, & ideò non recedit à malo, insipiens est, paruulus est, infans est, stultus est. *A stutus videns malum absconditus est, paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia:*

Matt. 5.39. 38
Deut 32. 35.
1. Ioh. 3.2
Rõ. 12.17
Mat. 12.
1. Reg. 16.
Rom. 12.18
Luc. 2.14.
Mat. 12.35
Sap. 7.11.
Prou. 27. 12.

dia. Dixit Salomon. Qui malum non vident, qui noxia non discernunt, qui pericula non attendunt, iniiciunt pedem in laqueum, ruunt præcipites in foueam. Et his quis insipientior? quis stultior? Benè
Rom.12,16 ergò mones ô Paule: *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes.*

18 Vis verum agnoscere prudentem? vis verum stultum? audi duos: infestantem, & infestatũ: retribuentem mala pro bonis, & reddentem bona pro malis. Audi Saulem persequentem bonum virum Dauid. Audi Dauid sustinentem malum virum Saulem.
Psal.118.98. Quid dicis ô Dauid? *Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in*
1.Re.26.21 *æternum mihi est* Quid dices ô Saul? *Apparet quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis.* Audis quomodo voces diuersas insonant? Dauid in spiritu prudentem se asserit: Saul doctus experientia, se stultum confitetur. Neque hoc solum; sed Dauid prudentem se factum dicit super inimicos suos: Saul laudat Dauid quòd pru denter fecisset, se verò stultissimè. Sed vn-
Psal.118.98. de ista diuersitas? aperit vterque: primum dicamus: Dauid: Prudentem (inquit) me fecisti mandato tuo, tantam prudentiam nõ arrogo industriæ meæ: tu Domine prudentem me fecisti, est enim hæc prudentia descendens desursum: qua vero tatione tanta me decorasti prudentia? mandato tuo. Quod vero mandatum, num præcepta
Psal.7.8.9 multa? *Exurge* (canit alibi) *in præcepto quod mandasti, & Synagoga populorum circundabit te.* Quid petit his verbis Dauid? In altum regredere: *Dominus iudicat populos, Iudica me secundum innocentiam meam.* Tu (inquit) præcepisti, vt iniurias, ac persecutiones nostras tibi cõmittamus, promittens quod tu ipse vltor existes. Fecimus, sic fecimus quod iussisti. Tu igitur partem tuam ostende nobis, erige thronum tuum, te iudicem omnibus manifesta iudicans nos de gente nõ sancta. Quod cum viderint populi; nempè quod sis adiutor innocentum, conuenient ad te vndi-
Psal.118.98. que, & laudabunt nomen tuum. Hoc præcepto tu me prudentem fecisti super inimicos meos, qui persequuntur me. Dum veniam ego do, alius me defendit; dum sequor pacem, vitam apprehendo; video dies bonos, dum fero viros malos. Tu es protector meus, dum spero sub pennis tuis. Gallina congregat pullos suos sub alas, qui non sunt sub pennis eius, raptui patent milui. Hi non sunt sub pennis eius, qui non congregati sunt, qui segregati sunt, qui non diligunt fratrem suum, qui odio habent inimicum suum. Congrega, congrega nos de nationibus vbi sumus dispersi, congrega in vnum, vt sit anima vna, & cor vnum, vt diligamus inuicem, vt non sint in nobis schismata, sed dicamus idem omnes, & nos mutuo diligamus. Tua hæc doctrina est, tua gratia, tua prudentia, qua nos exornare dignaris, qua tu me prudentem fecisti super inimicos meos. In quo vero stultè egit Saul? fatetur ipse. *Iustior tu es quam ego. Tu enim tri-* 1.Re.24.18
buisti mihi bona; ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie, quæ feceris mihi bona. Quomodo tradidit me Dominus in manum tuam: & non occideris me? Quis enim, cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sic primum dixit Saul. Sed secundo expertus Dauidis 1.Re.26.21
mansuetudinem, addidit: *Apparet quod stulte egerim, & ignorauerim multa nimis.* Dum persequebatur, dum tendebat insidias, dum coangustabat vndique, sibi prudens tamen esse videbatur & potens. At tandem victus à veritate Dei, & à patientia hominis suam stultitiam confitetur.

Putasne homo, frustra legem, dum 19
iussit benefacere inimicis, casum meminisse bestiarum domesticarum? Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti. Si videris asinum odientis te iacere Exo.23.4.
sub onere? Quid phrasi tam rudi? Quid Deut.22.1.
verbis tam simplicibus? Quid tàm humili, abiectoque mandato prætendit lex? Heu in bestiis inimici iussionem posuit altissimæ dilectionis. Bestiam puta inimicum tuum, asinum arbitrare, qui te odit. Bouem cornupetam existima esse, qui te persequitur; quia comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ps.48.13.
Quando vero boui & asino erranti? cum & 21.

Psal 39. 8. inquit lex, Asinum iacere sub onere. O errantes, ô imprudentes in populo, ô stulti aliquando sapite; odientes malum, adhærentes bono. Bos errans est qui non recedit à malo, qui proximum suum sicut seipsum non diligit; qui putat in iniquitate, bonitarem & salutem reperire. Asinus onustus & iacens, qui pondere peccatorum pressus, malo se interimit, qui putat se proximum conculcare; Bestiam viuit, qui te offendit, nam stultus est. Num & tu reddens malum pro malo similis efficieris illi?

Rom. 12. 9.

Pro 26. 4. *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris similis.* Errans bos currit, in vanum laborat: iacet asinus onustus & æquè laborat. O sor proximi si vadat, si stet, in laboribus est, in animi tristitia, in corporis molestia, & in peccatis est tot' & in pœnis: prudentia enim stultorum errans est. A-

Pro. 14. 8. dite ergò vocem Domini: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis. Laborans bos agnoscat Dominum suum, & onustus asinus præsepe Domini sui. Venite ergò ad præsepe meum, & ego reficiam vos.* Venite & faciam vos homines, prudentiores homi-

Mat. 11. 28 num. Videte quòd ego sim solus, apud quē solum possit inueniri *requies animabus vestris. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*, qui in cruce pendens oraui pro persequentibus & caluminantibus me; qua in oratione me Filiū declaraui Patris mei, qui in cœlis est. Ideò enim dixit: *Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.*

Luc. 23. 34. Patrem rogaui, Patrem meum rogaui, qui hi sunt filij charissimi, qui ambulant in dilectione hac, qua diligitur inimicus. Dixi. Non enim sciunt quid faciunt, quia nescius est, imprudens est, vt iumentum

Psal. 33. 6. factus est, qui fratrem suum odit. *Ergò venite ad me, qui erratis: accedite ad me, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur, sed erit vobis honor, & gloria, & nunc & in perpetuum.* Amen.

FERIA V. DOMINICÆ DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. *Mat. 6.*

ARGVMENTVM.

De operibus nostris. Quis debeat esse ipsorum scopus. De fructu ab ipsis manante. Omnia ista in tribus punctis Euangelij fundantur. Gloria mundana in operibus nostris & leuis & momentanea; honor verò Dei, & grauis & æternus.

VITA hæc nostra, qua continuè ad mortem tendimus, sic in motu est semper, vt via sit magis, quàm domus; locus peregrinationis, quàm locus habitationis; & hoc nedum propter ipsam corruptibilitatem, qua in terram imus, vnde sumpti sumus, verùm etiam propter infirmitatem & instabilitatem, propter quam homo semper aliquid facit, & erga aliquid affectu suo mouetur, iuxta quod varias perambulamus vias. Et quoniam (vt ait Pro. 14. Salomon.) Aliquorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum: prudentia, eaque cœlesti opus habemus, quæ nos periter rectum ducat ad terminum desiderabilem. Vnde idem Salomon dicebat ibidem: *Prudentia seruabit te, vt eruaris à via mala.* Pro. 11. Propterea Deus quoque quando eduxit Abraham de Vr Chaldæorum, non quò duceret significauit, sed dixit ei: *Veni in terram, quam monstrabo tibi.* Gen. 12. Ne forte illius intentio à recto declinaret, vel locum culpans, vel illum plus iustè appetens, sed totus esset in manu Domini, nihil præterea quærens, quàm diuinam voluntatem. Etsi fortè non ipse deflecteret, Thare pater eius, qui non erat amicus Dei, deflecteret ab itinere recto, cuius gratia annos multos substitit in via, Domino forsan expectante eius mortem, antequam amico Abraham determinatum locum demōstraret. Tanti est dirigere intentionem in operibus nostris etiam bonis. En cur Dominus & legislator noster promulgans Euangelium hanc potissimum affert doctrinam. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis*, &c.

Quo-

2. Quoniam in opere duo potissimùm attendenda sunt, ipsius substantia siue essentia, & illius finis: quia omne per se agens, agit propter finem. Propterhoc Euangelica lex, quæ docet operari congruè, hæc duo potissimum hominibus demonstrauit. Operis excellentiã proposuit Dominus & proposuit; quia suam legem super legem Moysi extulit, ostendens in sua dari perfectiora præcepta. Ideò frequens dicebat: *Audistis quia dictum est antiquis. Ego autem dico vobis.* Rectam deinde intentionem docuit, dum sic loqui aggressus est. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Lex quidem vtrumque proponebat, & bonum opus, & bonum finem; sed in medulla erat perfectio, in cortice imperfectio. De operibus iam visum est, quomodo exterius præcepta deficiebant ab Euangelica perfectione. De intentione rursum apparet, quòd omnia in Dei honorẽ essent dirigenda; attamen temporales aut prosperitates, aut aduersitates pro retributione communiter proponebantur. Hinc iussu Dei, completo itinere per desertum, ingressuris in terram promissionis, pronuntiantur benedictiones his designatæ, qui legem audierint & obseruauerint. Maledictiones verò his, qui legem posthabuerint, & non impleuerint Domini voluntatem, in quibus temporalia & bona & mala proponuntur. Quod vt solemniter ageretur, duos constituit montes Garezim, & Hebal, in quorum vno benedictiones, in altero autem maledictiones proclamarentur. Quia & Tribus distinxit, quarum sex benedicerẽt, sex verò maledicerent, totus autem populus ad vtrasque responderet. Amen. At in Euangelio proposita est cœlestis beatitudo, & regnũ cœlorũ, vt merces propria huic legi, contrà verò pœna & æterna transgressoribus intentata est. Ibi etiam maledictiones ante benedictiones pronunciabantur: at nobis præ omnibus cœlestis promittitur beatitudo, ad quam vt ad proprium Euangelij finem nostra dirigatur intentio. Ideò Dominus apertè promulgat: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, alioqui mercedem non habebitis apud Patrẽ vestrum, qui in cœlis est.* Quæ verò merces nisi cœlestis habetur apud Patrem nostrum, qui in cœlis est? propterea superius dixerat: *Nisi abundauerit iustitia vestra, non intrabitis in regnum cœlorum.* Cœlestem igitur mercedem nos spectare vult Dominus, cuius amore accensi rectè operemur.

Matth. 5.

Deut. 11. 26

Ios. 8. 33.

Matt. 5. 20.

Vbi tria potissimùm consideranda proponit. Subiectum, quod intentione recta debet dirigi, nempè opus. Secundum, scopus ad quẽ opus ipsum dirigendũ est. Tertium est fructus inde procedẽs. De primo dicit Dominus: *Ne iustitiã vestrã faciatis.* De secundò *Coram hominibus, vt videamini ab eis.* De tertio. *Alioqui mercedem non habebitis apud Patrẽ vestrũ* Nec contentus regula ista generali, ad specialia documenta descendit, tria in primis exprimens opera, in quibus rectitudo ista intẽtionis obseruari necesse est, nempè eleëmosyna, oratio, & ieiuniũ, in quibus quid in cæteris omnibus faciendum sit, clarissimè edocemur. Hodie autem eleëmosyna exprimitur, quæ est ipsum opus subiectũ, cuius intentio dirigitur dum dicitur *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua.* Mercedem verò ostendit dicens: *Et Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.*

Diuisio.

3. Horum igitur primum attendentes notamus intentionem dirigi debere in operibus iustis, quæ Dominus iustitiam vocat, non autem in operibus peccatorum. Cuius rei ratio ista est prima, Proposuit Euangelicam iustitiam, opera videlicet perfecta, quæ iubet Euangeliũ, nunc modum illorum exequendorum docet, qui potissimum finis circumstantiã continet, ideò iustitiàm regulat Non enim satis est rem iustam facere, nisi & iustè fiat. Substantia omnis creata, sua habet accidentia: sic habent & actiones humanæ suas dispositiones. Vt sit perfecta substantia, etiam in accidentarijs dispositionibus suam conuenit habere perfectionem. Nõ vinum quodq; apponebatur in conuiuio Assueri, sed preciquum & optimum. Esth. 1. 7.

*Exod.*12.5. Non agnus quisq; offerebatur in sacrifi-
Exod. 25. 30. cio Domini, sed agnus anniculus immaculatus. Panes in mensa Domini apponebantur calidi, oleum in lucernis purissimum. Vestes sacerdotales & sacræ exige-
Exod. 27. 20. bantur in ministerio sacerdotali. Ita actio-
*Exod.*28.2. nes adhibebãtur bene factæ, vt in oratione
1.*Tim.* 2.8 leuarentur manus puræ, mente deuota fie-
Exod. 35. 21. rent oblationes, thorus immaculatus, sic
*Heb.*13.4. & huiusmodi. Propterea ergò post edoctam iustitiam, addit modum illius faciendæ. Secunda ratio est, quia quæ per se mala sunt, bonum modum habere non possunt Ideò illis explosis prorsus & repudiatis, nullus rectus modus potest adhiberi. Periuria, blasphemia, inobedientia, sacrilegium nulla ratione aut modo possunt bene fieri. Ad quid igitur, docere, qualiter sint facienda, cum nullatenus sint facienda? In his, quæ per se mala sunt, bona non potest intentio reperiri: sed quę per se bona sunt, etiam malè fieri possunt. Nam & oratio aliqua fit in peccatum: & ieiunium aliquando suo aspectu Dominus non dignatur Et coniugium sine timore Domini contrahitur aliquando. Regulantur ergó recto fine opera de sui natura bona. Propterea Dominus ait: *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus*; id est, ne bonum malè faciatis. Hinc colligitur, rectè ab Apostolo explodi atque damnari sententiam aut persua-
Rom, 3. 8. sionem illam: *Faciamus mala, vt veniant bona*; & magnus hominum error aperitur, putantium licitè posse peierare etiã in iudicio pro salute hominum impiorum, vel quacunq; ex causa. Vnde & cõquerebatur
*Malac.*1.7. Dominus quód offerrent super altare suum panem pollutum

4. Quæ vt apertius ostendantur, ponamus hanc inter opera distinctionem. Quædam enim de suo genere bona sunt, cuiusmodi est eleëmosyna, de qua loquitur hodierna lectio. Quędam sunt de suo genere mala, quæ lege diuina prohibentur, de quibus in præcedentibus dicebat Dominus.
*Matt.*5.21. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Non mœchaberis Non periurabis. Quædam sunt indifferentia, vt manducare & bibere. Quæ de se mala sunt, sic semper mala sunt, vt bene nequaquam fieri possint, nec in bona conuerti Cum enim essentialiter mala sint, stante illorum essentia ad bonitatem transire nõ possunt. Si enim bona fierent, eorum essentia destrueretur: atque ita iam non essent opera illa, quæ prius erant. Ista ergó per quascunqne bonas circumstantias, & rectam intentionem nunquã rectè fieri possunt. De his ergo non est hic sermo Domini: Quæ indifferentia sunt, bene possunt & malè fieri, vt vel bona sint, vel mala iuxta conditiones, quibus facta sunt. Vt malè comedit Adam de ligno scientiæ bo- *Gen.*3.6.
ni & mali, & bene de alijs lignis comedisset. Ista vt abstrahunta bonitate & malitia, & vt in suo genere considerantur, cum indifferentia sint, sub nomine iustitiæ non comprehenduntur, & propterea neque de his est sermo iste Domini. Cum itaque iustitiam appellet, de his perspicuum est ipsum loqui, quæ ob bonitatem naturæ suæ possunt iustitia dici & esse. Quando verò monet, vt sic fiant, quòd earum merces non euacuetur, innuit manifestè ea & bene fieri posse & male, ac propterea & bona esse & mala. Hæc vt verè bona sint dignaque cœlesti mercede, circumstantias bonas omnes quæ ad ea requiruntur, habeant necesse est; nam si qua illarum necessariarum desit, inde perfecta non erunt, vt verè bona possint dici. Et puto quod propterea Moyses dans præcepta populo, verba multiplicabat, quibus illorum obseruatio exprimebatur, dicens: *Diliges Dominum Deum tu-* *Deut.*30.6
um, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius, & cæremonias atq; iudicia; & alia huiusmodi. Cum autem ex defectu cuiuscunque circumstantiæ, possint bona ista opera in mala conuerti, ad duo capita reducimus istos defectus. Nempè ad defectum rectæ intentionis, & ad defectum aliarum circumstantiarum, quæcunque illæ sint: Vtroque enim modo iustitia, id est, opus de suo genere bonum, potest sua mercede priuari. Puta, si eleëmosyna habeat requisitas omnes circumstantias, præter finem rectum, non habebit mercedem in cœlis. Et de hoc

defe..u

defectu propriè loquitur hic Dominus. Possunt vero & aliæ circunstantiæ deesse, puta si non seruato loco, vel tempore fiat, si ex furto, aut male acquisito detur, si fiat contra præcepta sapientis, qui dicit: *Benefac humili, & non dederis impio, prohibe panes illi dari* Eccl. 12. 6.

5 Bona ista sic male facta, atque ideo verè mala, erant iam in lege damnata, vt necesse non fuerit Domino speciali ea criminatione culpare. Hæc enim erat Iudæorum iniquitas, qui malè facientes cum Deo cõtendere volebant: quasi gens quæ iustitiã fecisset, & iudiciũ Dei sui non dereliquisset. Ideo Deus arguit eorum peccata. Et iubet Prophetæ: *Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorũ.* Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt. Hoc maximè Deum offendit. Ideo & Pharisæi, tempore Christi maxime Deo displicebant, qui cũ essent auari, superbi, & legis trangressores, vellent nihilominus in pretio haberi, quasi gens, quæ iustitiam fecisset. Vnde & Dominus dixit ad quosdam, qui in se confidebant, tanquam iusti, id quod legimus in Luca de Pharisæo & Publicano. Et generaliter aliquando dixit eis: *Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Et olim insultationi illi: *Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti?* Respondit Deus: *Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis & percutitis pugno impiè* Vides malitiam horum operũ ex defectu esse circunstantiarum, quæ, vt bona essent, prorsus erant necessariæ. Num inter nos non sunt peiores? qui nutriunt odia, qui alienum vsurpant, qui versantur in volutabro luti, & inquinamento, qui supergrediuntur & circumueniunt in negotio fratrem suũ, vt decipiant ipsum, de vanitate in idipsum, qui vana loquũtur vnusquisq; in proximo suo. Hi profecto non sentiunt de Domino in bonitate, arbitrantes quod sit eorum similis, sustinens illos in multa patientia, si fortè resipiscant, & reuertant ad Dominum. Quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum. Hinc & Salomon: *Hostiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex scelere.* Hinc & alius Sapiens: *Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata.* Et nõ sunt beneplacitæ substantiones iniustorum, loquuntur sapientes de iis, qui ex eo q̃ proximo surripuerant, Deo offerebant victimas, quas ideo vocãt abominabiles, & irrisiones, quasi, qui huiusmodi offert, Deũ irrideat & subsannet. Vnde exaggerans Sapiens subdit: *Qui offert sacrificium ex substantia pauperũ, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Victimare, id est sacrificare, opus bonum est de genere suo, quia à Deo institutũ est. Sed quale bonum, immolare Deo filium in conspectu patris sui? Quanta crudelitas occidere filium in oculis patris, & prætendere tamen iustitiam & sanctitatem, quasi hoc sit sacrificium Deo gratũ? Dupliciter itaq; hoc modo malefaciunt homines: Altero, quod putant ex bonis quibusdam operibus iustificari, cum sint onerati peccatis, quibus impii sunt & Deo odibiles: Altero quod & ipsa, quę videntur bona, ipsorum opera, scelera sunt, abominationes, irrisiones. Huiusmodi eorum sunt, qui immundi accedunt ad sacrum; qui alienum retinentes audent Eucharistiã sumere; qui viuentes in cubilibus, & immunditiis audent sanctum tangere; qui in contentione, in æmulatione, in mala voluntate accedunt ad altare Dei; qui sacrilegas faciunt confessiones, mentientes Spiritui Sancto; qui huiusmodi sacris actionibus scelera moliuntur, facientes domum D E I speluncam latronum: huiusmodi sceleribus tam immanibus, tam horrendis, quid attinet modum adhibere?

Luc. 18. 9. Mat. 21. 31. Isai. 58. 6. Isai. 58. 1. Prou. 2. 15. Prou. 21. 27. Eccl. 34. 23. Ecc. 34. 24.

6 Patet ergo ex his, quænam sint opera illa, quæ Dominus intendit per rectam intentionem regulare: Illa videlicet, quæ sic sunt bona in se, vt si adsit recta intẽtio, perfecte bona sint; & si sola illa absit, mala sint. Quod etiam docet Paulus scribẽs in hunc modum ad Philippenses: Quidam quidem

Phil. 1. 15.

dem & propter inuidiam & contentionem: Quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant: Quidam ex charitate, scientes quoniam in defensionem Euangelii positus sum: Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincerè, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Hæc Paulus. Bonum opus erat prædicatio Euangelii, opus (inquam) iussum à Deo. Poterat hoc fieri recta intentione, nempè, vt audientes crederent & salui fierẽt, Christusque cognosceretur, & glorificaretur. Aliqui tamen prædicabant, vt contra Paulum iam vinctum persecutionem excitarent, qui erat dux verbi: Quantò enim magis vigeret prædicatio, eò magis infideles contra illum insurgerent; & contra Paulum, qui iam propter illum in vincula cõiectus erat, magis accenderentur, peiusque tractarent. Tanto tamen ardebat Paulus desiderio, vt nomen Christi propalaretur, quòd dum hoc fieret, non multum penderet, qua id fieret intentione. Sic euenit in Ecclesia Dei, vt multa bona opera fiant etiam intentione non rectâ, vt in eleëmosynis erogandis, in piis operibus erigendis, in Ecclesiis frequentandis, in iustitia administranda, & in ipso quoque Euangelizando verbo Dei, quæ tamen omnia sunt aliis vtilia. Quo modo Gabaonitæ non credebant, & seruiebant tamen populo in cultu Dei, ligna & aquam deferentes ad templũ. Immò & templum à quodam Hiram, vt videtur, infideli ædificatum est: & serui Regis Hiram qui erant pagani, cedebant ligna, & deponebant in ratibus, vt ædificationi templi Salomonis inseruirent. Horum hominum greges, inueniuntur ingentes in populo Christiano, quorum opus, vt ipsis inane est, cæteris non modicum præstat emolumentum. Nam & asinus portauit Christum in Hierusalem; & per dæmones manifestata est virtus Christi; & ministerium Iudæ, qui loculos habebat, & parabat ea quæ necessaria erant, & egenis aliquid dabat ex præcepto Domini, non fuit inane, immò vtile & necessarium. Sed quid prodest huiusmodi hominibus, vt quod exit ab eis, bonum sit; quod manet in eis; malum sit? His certè compatiendum est, quòd inutiliter sibi laborent, sumptus inanes dispendant, & quasi saxa fortia portent in domum Domini, ipsi tamen in imo profundi, nullam inde percipientes vtilitatem.

Ioſ. 9 23.

2. *Paral.* 2. 23.

3. *Reg* 5 10

Matt 21. 7 *Luc.* 4 33. & 41. *Ioan.* 12 28

Demonstrato subiecto opere, quod regulandum est, de ipsa nunc intentione regulante agamus. De qua tria: Quæ videlicet sit recta intentio: Et quod Vna tantũ: Eaque necessaria. Quod distortæ intentiones plures sint; & quare vnam solam Dominus criminatur. De primo. Recta intentio, eaque sola & necessaria est, quâ in iustitia facienda, Dei gloriam principaliter spectamus. Rogabat quidem Iosue Deum benignum se præstare populo, vt non caderet ante hostes suos, quod eratipsi populo in salutem, sed eandem quoque salutem ad ipsius saluantis Dei gloriã dirigebat, dicens: *Mi Domine Deus, quid dicam, vidẽs Israelem hostibus suis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atque delebunt nomen nostrum de terra: Et quid facies nomini tuo magno?* Ita nos quoque quidquid facimus, ad Dei gloriam referre debemus. Cuius ratio est, quòd cum bonum & finis conuertantur, summum bonum debet esse supremus finis. Illud autem Deus est: ergò finis vltimus, ad quem omnia dirigenda sunt, Deus est. Hinc Salomon: *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.* Id est bene sentire de Domino, bona sit existimatio vestra de Domino, quod tunc tantum fit, quando Deum ipsum deputamus summum bonum; quam Dei cognitionem sequitur simplex quæsitio cordis; Est enim simplex cor in Deo quærendo, quando solus ipse Deus quæritur, non aliud cum illo, & totum cor non diuisum erga Deum ipsum conuertitur, illum super omnia appetens & quærens. Id quod ab eo fit, qui actiones suas omnes in illum dirigit, quærens in omnibus Deum glorificare, Deo placere, ipsumq; summum bonum 7

Ioſ. 7. 8.

Sap. 1. 1.

mereri.

mereri. Hoc vt à nobis fiat summopere contendendum est: neq; enim frustra dicit Dominus: *Attendite*. Summâ enim attentione studendum est, vt recta sit in omnibus actionibus atq; appetentiis intentio nostra.

8 Atque ideò omnibus inuigilandum, ne
Cant. 2. 15. etiã vulpes paruulæ vineas nostras demoliantur, & ne muscæ morientes perdãt suaEccl. 10. 1. uitatem vnguenti. Quod est, quando obliquæ intẽtiones se cogitationibus nostris ita inserunt, vt vel non videantur, vel non pendantur aut curentur à nobis. O quis latrunculorum istorũ euadet insidias? Proinde Dominus admonet nos verbo isto: *Attendite*. Furtim venit, surripit anguis iste
Ier. 17. 9. latens in herba operas viridantes. *Prauum est cor omniũ, & inscrutabile: Quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes.* Cor omnium ex sui natura prauum est, varios habẽs sinus, abditos recessus, latentes intentiones, vt ne quidem sibi ipsi pateat. Solus Deus profundũ penetrat abyssi, & secreta scrutatur vniuersa. Prauæ affectiones excæcant oculos etiam prudẽ-
Exod. 28. 8 Deut. 16. 19. tium. Vnde est enim, q̃ munera exteriora tantam habent vim, vt prudentium oculos
Eccl. 20. 32 priuent lumine prudentiæ, nisi quia oblectant cor, & inclinant ad amandũ & ad fauendum iis, qui munera obtulerunt? Sed omnes sunt se ipsos amãtes, voluptatum amatores, carnem nutrientes, quæ sua sunt quærentes: & in hoc cæci sunt, declinantes in obliquitates, ponentes etiam dulce in amarum, & amarum in dulce. Amor enim humor est, qui si impurus sit, afficit palatum & inficit, vt non rectè sentiat, vt non videat oculis, nec auribus audiat, neq; corde intelligat, quæ sunt abscondita cordis. Ergò, *Attendite vobis*.

9 Paulus plenus sapientiâ attendens cor-
1 Cor. 4. 3. dis omnium prauitatem, nõ audet de cor-de suo ferre sententiam. *Sed neque* (inquit) *me ipsum iudico. Qui autẽ iudicat me Dominus est, Qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiũ.* Quo consilio quaue intentione quis quid
Num. 8. 2. fecerit, tunc apparebit manifestè. Lucernæ Tabernaculi erant ad partem australẽ cõtra meridiem, vt noueris splendorem etiã meridianum non sufficere ad illuminationem mentiũ. In splendoribus sanctorum, in luce splendida, quæ intra sancta iugiter rutilabat, iudicium cordis nostri ineundũ est, si veriluminis compotes esse volumus. *In lege Domini meditandum est: Nam consilium meum iustificationes tuæ:* Inquit Propheta. Hoc concilio ducti non errabimus in scrutandis consiliis cordis nostri. *Viuus* Heb. 4. 12. *est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Iste solus discernit cogitationes & intentiones cordis: pertingit enim vsq; ad diuisionẽ animæ, & spiritus:* Discernens, videlicet, quæ ab anima procedunt, vbi in actione corpori coniuncta, & corporalia & sensibilia sapit: quæ rursus à spiritu prodeunt, qui carni operãdo non est concretus, sed discretus per vim potentiæ suæ, quę sine organis corporis operatur. Et ideò facilius cœlestia contemplatur, & sequitur legem mentis aduersariam legi membrorum. Videt ergo quæ à carne suggeruntur, & declinant à mandatis Dei; videt quæ Spiritus concupiscit secundum legem Dei: & hoc pacto discretor est cogitationum & intentionum cordis; & iudicium eius iustum est. Propterea Sapiens: *Sine mendacio consummabitur ver-* Eccl. 34. 8. *bum legis, & sapientia in ore fidelis complanabitur.* Perfectio legis nullũ admittit mendacium, nullum falsum iudicium, rectè indicat, verum docet, opertum aperit, secreta rimatur, vertens & conuertens animas, vt nihil opertum sit, q̃ non reueletur, neq; absconditum, quod nõ sciatur. Ex quo sequitur quod edoctus in lege & verax, plenam faciat claramq; sapientiam, videlicet, vt qui secundum legẽ iudicat de occultis, veram aperiat viam prudentiæ, factus põderator spirituum, & scrutator cordis: & ita nullum ibi sit mendacium. Hic est modus discernendi abditas cordis intentiones. Quem modum, quia mundani non tenẽt, sibi ipsis occulti sunt, seipsos nesciunt, neq; qua incedant via, probè norunt. O igitur quam salubre, necessariumq; præceptum! *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.*

Nunc ad secundum accedamus, videli- 10
cet,

cet, quod qui à recto recedit itinere, multipliciter errare poteſt. *Errãt* (inquit Salomon) *qui operantur malum: miſericordia, & veritas præparant bona.* Recta linea, vna eſt; obliquæ, infinitæ. Qui à via recta declinat, poteſt ad ſiniſtram diuertere & ad dexteram, idque variis atque infinitis. Sola virtus recta eſt, ipſaque rectitudo; quam virtutem ſapiens per miſericordiam intelligit & veritatem: quod eſt in Scripturis frequens: Nam quod per veritatem, vera virtus intelligatur, habetur à Ioanne ſcribente: *Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos ambulantes in veritate.* De miſericordia ſic declaratur: Booz dixit ad Ruth: *Benedicta es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriore ſuperaſti.* Priorem miſericordiam ſic antea idem Booz explicauerat. Nuntiata ſunt mihi omnia, quę feceris ſocrui tuę poſt mortem viri tui; & quod reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populũ, quem antea neſciebas. Poſteriorẽ vero nunc tangit dicens: Quia nõ es ſecuta iuuenes pauperes ſiue diuites. Hoc dicit, quia illum, cum eſſet ſenex, iuſſa à ſocru, requiſiuit iure propinquitatis in maritum. Ecce quod per miſericordiam intelligit virtutem & iuſtitiam illius. Vnde mox ſubdit: Scit enim omnis populus mulierẽ te eſſe virtutis. Vnde & miſericordia accipitur pro ſanctitate, vt in Pſalmo, vbi nos dicimus: *Mirificauit Dominus ſanctum ſuum*: Hebræa habet miſericordem. Vbi verò ſimul coniunguntur miſericordia & veritas, multò magis omnem exprimunt iuſtitiam & ſanctitatem. Virtus ergo præparat bona, quia facit rectos corde, & dirigit pedes eorum in viam pacis & fœlicitatis. Ergò erant qui operantur malum, pereuntes de via recta, & per obliquationes ad interitum incedentes. Et hoc per varios caſus, atq; per tot diſcrimina rerum, vt vix errores iſtos poſſimus dinumerare; plurimæ enim ſunt peruerſæ viæ, innumerabiles errorum ſemitæ: Sicut alius trahitur à voluptate, alius à poteſtate, alius à vanitate, alius à diuitiis, alius ab honoribus, alius à fauoribus, & hæc ſic inordinate concupita adeo ſunt inter ſe perplexa, vt vnũ ad aliud, aliud præterea etiam ad aliud ordinetur, vel potius deordinetur. Ille diuitias appetit, vt honores per illas conſequatur, commoda, voluptates, & huiuſmodi. Hic verò honores proſequitur, vt inde ditior fiat. Quapropter merito de Leuiathan ſcriptum ſit, quod nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Vbi appetitus regnat, & libido, qua quodlibet concupiſcitur, ibi perplexitas neruorum eſt, inter ſe varias colligantium appetitiones. At Dominus, vnã tantum tetigit inordinationem, per quam cæteras quoq; omnes intelligi voluit, quæ potiſſimum opera Phariſæorum contaminabat, qui gloriam quærebant ab hominibus. Ideò ait: *Ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.*

II.

Quare autem hanc culpauerit in primis, quod erat tertium videndum, hæ videntur fuiſſe rationes. Primũ, quod in hac potiſſimum Phariſæi arguendi eſſent ac Scribæ, qui omnia opera ſua faciebant, vt viderentur ab hominibus, quos propterea Dominus arguẽs ſubinde clamabat: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi, hypocritæ.* Et eminentiorem declaraturus legem ſuam, quàm veterem, ità exorſus eſt: *Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.* Quo nõ ſimpliciter legem illam culpare, aut illi detrahere videretur, ſed ea ratione, qua a Phariſæis verbo doceretur, & facto exprimeretur. Et idcirco cautè dixit continuò: *Audiſtis quia dictum eſt antiquis*; minime autẽ dixit. Lex Moyſi ſic vel ſic præcipiebat. Vt notet ergo cum maxime Phariſæorum vitia, qui vel legem interpretabantur, vel vt illius obſeruatores ſe iactabãt, eam in primis ſugillat intentionem eorum, qua hominibus quærebant placere. Alia ratio eaque potior eſt, quod recta intentio ea ſola cum ſit, qua in operibus noſtris ſoli ſtudemus Deo placere, inter obliquas illa maximè arguenda erat & arcenda, qua directè ex oppoſito homo ipſe ſibi ſtudet placere gloriam propriam quærens, quæ ſoli Deo debetur.

Quapropter hęc gloriæ appetitio pugnã videtur aggredi contra Deum; veluti cum Rege illo ſuperbiæ, dicens: Conſcendam in cœ-

Pro. 14. 22.

3. Ioan. 4.

Ruth 3. 10.

Ruth 2. 11.

Ruth 3. 10.

Pſal 4. 4.

Pro. 14. 22.

Iob 40.

Mat. 23.

Mat. 23.

Mat. 5. 20.

Mat. 5. 21. *&ſeq.*

Iſa. 14. 13.

in cœlum. Et vide si non hoc est, quod de gigantibus illis primis post diluuium scriptũ est. Et dixerunt. Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomẽ nostrum. Vides glorioſos ad cœlum tentantes ascendere? Non mirum ergò, si Deus ab hoc nefario opere linguarum confusione illos compescuit, vt qui contra Deum pugnare conabantur, à Deo ita confunderentur, vt quæsita ab illis gloria esset in confusione ipsorum. Et idcircò inquit vocatum est nomen loci eius Babel, id est confusio. Meritò ergò Dominus etiã in Euangelio contra huiusmodi glorioſos. Voluit & hoc pacto Dominus (hæc sit tertia ratio) ad radicem arboris securim ponere, vbi origo est & iustitiæ, tum veræ tũ falsæ, itidemq; iniustitiæ. Nostra ipsorum natura sic comparata est, vt in penetralibus nostris atq; in profundiori interno cordis nostri igniculus quidam sit sublucens & ardens, quo tametsi subobscurè lucem intuemur virtutis ac veritatis, atque ad eam colendam propensione quadam naturali inclinamur & excitamur. Quoniã verò glorioſa quædam res est atq; honorabilis, virtus; honestumq; vere bonum quod sit necesse est; & inde est, quod virtutem naturaliter cum appetamus, gloriam omnes consequenter naturæ ductu requiramus. Atq; inde est, ꝙ virtus ab omnibus communiter, vbi se nõ immiscet carnis concupiscentia & naturæ corruptio, probatur, laudatur, & expetitur. Licitumque apud mundi Sapientes est habitum, gloriam quærere: nescientes enim æternam, temporalem prosequebantur.

Gen.11.4.

7.

9.

12.

Et inter virtutem & gloriam, hæc est, quoad rationem, illas appetendi differentia, quod virtutis splendor cum in aliis emineat clarius, ꝙ nulla nostra praua cupiditas in aliis adsit, neq; virtus aliena nobis ẽt secundum carnem officiat, propterea in aliis illam semper commendamus, eosque, qui illa sint præditi, & amore prosequimur & honore. Honor verò quasi nos tangit, nosq; clarificat; In illius concupiscentia ita sumus, vt illum libentius trahamus ad nos, neque in nobis ipsis ita fugimus vitio corrumpi, quam dedecore deturpari. Hæc nobis à Salomone sapientissimo illo fiunt manifesta. Ecce communis amor virtutis. *Qui dicunt impio, iustus es: maledicent eũ populi, & detestabuntur eos Tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio:* Vnde est quod populis cõmuniter laus impiorum displiceat, arguitio verò si placeat, vt arguentes laudent & benedicant, benedicentes autem maledicant & detestentur, quia vitiũ naturaliter ab omnibus improbatur, probatur autem virtus. Iam verò de honore notum est omnibus, quòd gloriam concupiscimus vniuersi, quo propterea proposito præmio ad virtutem vndique animamur. Hinc Salomon, vbi aggreditur homines ad virtutem & sapientiam accendere, sic hortatur: *Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo & torques collo tuo.* Patrem & matrem inducit hortantes, à quibus filii vt naturam acceperunt, nisi bonum minimè possunt expectare. Duo autem bona manifestè spopondit gratiam videlicet & gloriam; ac si dicat: *Carus eris hominibus*; hæc est gratia capitis: *Et apud illos glorioſus*, hæc torques colli. Hinc Matathias ad filios. Viriliter agite in lege, quia in ipsa glorioſi eritis. Et sapientia frequenter dilectoribus suis, atq; cultoribus gloriã repromittit. Rursus Salomon gloriæ amissione, quasi stimulo pungens incitat ad virtutem. Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias. At si dicat. Gratiam hominum, & illorum amicitiam tibi compara & retine, quod virtute consequimur, alioqui eris sine honore opprobriis affectus. Hinc est quoque, quod sine culpa iudicatur vir, qui spiritu zelotypiæ concitatus, scire voluerit de vxore, an fuerit adultera, adducens ad templum & faciens quæ hac in re præcipiuntur. Tametsi in huiusmodi inuestigatione, quæ peccauerit, moreretur. Et quòd in scelere alio nullo minimè constituta esset huiusmodi inuestigatio, in qua scelestus moreretur, sed in hoc tantùm, quod est adulterium, ostendit Deus, maximum crimen esse, quo deturpatur homo & dehonestatur, gloriaq; sua priuatur; *Mulier enim* (inquit

Pro.1.24. 24. 25.

Prou.1.8.

1.Mach.2. 64.

Prou. 25. 10.

Num.5.31.

1. Cor. 11. 7. Apostolus) *gloria viri est.* Qua propter gloria si in confusionem conuertatur, damnũ grande nimis incurrit homo; & tàm grande, vt etiam si occultum sit scelus, nec testibus argui possit, Deus se illius exhibeat detectorem pariter & vltorem. Ad rem igitur reuertentes: est hypocrisis origo, quando gloria verè ex virtute oriatur, hanc potissimum, quæ virtuti tribuitur, appetit, qui gloriosus apparere desiderat. Hancque venatur diligentius virtutem prætexens apud homines. Qua in re duo sibi parat emolumenta. Alterum est potior gloria, alterũ maior illius certitudo. Amplior quidem gloria, quoniam ex virtute nascens, est maior certitudo propter communem animi cõceptionem, quod honore digna sit virtus. Huc ergò spectauit Dominus in hac doctrina, vt fontem purificaret, ex quo hypocrisis fluxus emanat atque inordinata gloriæ appetentia. Facilè namque vbi nostrarum affectionum fons ab ea, quæ recondita est magis virtutique proxima, eiusq; velamine circumamicta, mundatus fuerit, aliæ quoq; inordinationes auferentur ex animo, & quominus in illum ingrediantur, statuetur obex: cupit enim Dominus & curat, vt omnia munda sint nobis, & propterea immunditiarum scaturiginem nobis intercludit.

13 Quarta igitur sit ratio quamobrem distortam hãc maximè intentionem in medium explodendam protulerit, quòd hæc multorum malorũ sit causa. Etenim vt diximus contra Deum pugnat, illiusque maximè honori detrahit. Vbi homo se cõstituit alterũ Deum, vt ferè dicat sicut superbię Rex: *Similis ero Altissimo.* Altissimo (inquit) non Deo, nõ Omnipotenti, aut Sapiẽti, sed Altissimo. Quare Altissimus? quia sumus, cui si quis æqualem se faciat, rapinam cõmittit. Ad summum omnia tanquam in finem vltimum referuntur. Ergo qui se finem præstituit, ad cuius gloriam, quę facit, referantur, nonnè iste similem se, quãtum in ipso est, facit Altissimo? Et quæ Dei potest esse maior iniuria? *Ne gloriosus* (inquit Salomon) *appareas coram Rege, & in loco magnatorum ne steteris.* Et audebit superbia tua te Altissimo æquiparare, si non in loco magnatorum, sed in cathedra Dei sedere? quin & ipsum deponere potentem de sede, vt illius tu solium gloriæ teneas? Arguat te malitia tua, quæ tam est aperta, vt ab omnibus merito exprobretur, vt necesse non videatur illam nos verbis amplius probro dare. Et quando ad virtutem proximè accedit concupiscẽtia ista, veluti petens ad dexteram illius sinistramq; sedere, eo quòd virtuti gloria sit cõiuncta, perspicuum est & consequens, in capite illam aliarum affectionem esse constituam; nam simul ac recesseris à virtute, in hanc illicò incidis, a qua deinde continuato gradu procedas ad alias. Ergò ad reliqua multa declinamus mala, vbi regnat ista tam peruersa libido. Et veritatis testimoniũ. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam abinuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?* Qui laborant, vt ab hominib. honorificentur, hi certè ab humilitate longè absunt: At humilem spiritu susceipit gloria, quæ à solo Deo est. Hic ergò, qui humilitatem abiiciens ab hominibus gloriam studet recipere; de his est, qui gloriã ab inuicẽ accipiunt, & gloriã non quærũt, quæ à solo Deo est. His vero aditus ad fidẽ intercluſus cum sit. Quomodo enim (inquit) vos potestis credere? nullatenus erit virtutum accessus, vbi omnium erit vitiorum ingressus, vt profecto radix omnium malorum sit ista cupiditas. Merito itaque Christus in lege sua condenda eam ablegat à suis singulariter. Tertium tantę illius malitiæ argumentũ sit, quod quę omnium maximè cara sunt Deo, hæc aliis à Deo, in illius contemptũ tribuuntur. Iustitiæ porro opera ista sunt, quæ Deo authore, & institutore comparantur, eleemosyna, ieiunium, oratio, cæteràque huiusmodi opera, quæ Christus iustitiam vocat, Dei lege prescripta sunt atque præcepta. Qui vero in his quærit gloriam propriam, à Deo illa manifestè aufert, aliisque offert, nempe vel sibi vel hominibus. Et hoc quàm graue scelus?

Isa. 14. 14.

Prou. 25. 6

Ioan. 5. 44

Pro. 29. 23

Ioan. 5. 44

14 Qua in re, quæso, Deo similis est homo, nisi in virtute & iustitia? Ergo iustitia Dei similitudo est, qua homo ad similitudinem Dei factus filius est Dei; hanc si tollas, hominem, qua ratione filius Dei est, interimis

terimis. Hac Deum priuas, qua nihil illi carius. Qua ablata, iam homo non est homo
Psal. 105. 37. Dei. Heu quantum scelus! Culpat Deus, quòd de populo suo quidam immolauerat filios suos & filias suas dæmoniis: verũ vt turpiorem & horribiliorem eorum ostendat iniquitatem, eosdem eorum filios ac filias, quas immolauerunt dæmoniis, filios suos vocat ipse ac filias. Ecce illius
Ezech. 16. 20 querela per Ezechielem Prophetam. *Et tulisti filios tuos, & filias tuas, quas generasti mihi, & immolasti eis ad deuorandum.* Nũquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos & dedisti illos conseerans eis, nempè idolis. Doluit supra, quòd fecissent sibi imagines, quibus obtulerunt bona Domini. Et oleum meum, & thymiama
3. meum posuisti coram eis. Et panem meũ, quem dedi tibi, similam & oleum, & mel, quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum. Sed quod maxime omnium illi displicuit, & in quo offensus fuit, hoc est, quòd filios illis immolauerint. *Immolasti*
Ezech. 16. 21. (inquit) *filios meos.* Qui verò filij Dei, si nõ iustitia? si non virtutes? si non opera bona? An non de illis potest intelligi quod scriIsa. 45. 11. ptum est: *Interrogate me super filios meos, & super opus manuum mearum.* Heu quanta iniquitas! quæ maior rapina, quàm ista esMat. 22. 21 se potest, vel etiam cogitari? *Reddite, quæ sunt Cæsarũ, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Si alienum non licet in hominibus vsurpare; erit, qui de manu Dei rapiat, quæ illMat. 21. 37 ius sunt, quę cara illi sunt? Filium suum in mortẽ misit, vt acciperet de fructu vineæ,
Phil. 1. 11. qui est fructus iustitię. Repleti (inquit Apostolus) fructu iustitiæ, & fructum tu illum, pro quo Christus mortuus est, auferes de manu Dei, & trades alienis? Videte quanta mysteria, quanta que latent documenta in his verbis Domini. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Quæramus ergò Dei gloriam, & non perdamus quę operati sumus, ne sit inanis labor noster.

SECVNDA PARS.

MVLTAS rationes alias potuisset Dominus adducere, quamobrem in operibus iustitiæ, nõ hominum gloria quærenda sit, sed solius Dei. Hac vna tamen contentus ait. *Alioqui mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cœlis est. Sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi* Vbi duo. Primum, quam meritò sic variè remunerantur, qui varios istos habent fines in iustitia sua facienda. Secundum, quæ sit propriè merces ista. Ad primum ex modo loquendi Christi fit perspicuũ, cur sic homo varie remuneratur. Nam quibus seruimus in opere nostro, ad hos pertinet nobis conferre mercedem. Quibus autem obsequium præstatur, pertinet ad eosdem opus probare obsequij nostri. Etenim ad oculum sic seruire tenemur, vt quod facimus, illis ex conuentione placeat. Et ideò mercedem daturi, opus contemplantur, an iuxtà condictum patratum sit atq; perfectum. Propterea Creator omnium Deus, quoniam à nemine sui operis mercedem expectabat, illud sibi soli tunc seruauit cõtemplandum. Ob hanc enim causam scriptum est: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona* Et Salomon dixit: *Gloria Dei est, celare verbum:* Nam & ad eius gloriam pertinet secreta tenere iudicia & consilia sua, quasi nulli prorsus redditurus sit suarum operationum & voluntatum rationem. At verò quòd huiusmodi sint Regum consili aatque dispositiones, vt meritò valeant inuestigari ac tutò, illis gloriosum est: Tenentur enim sic suum regimen disponere, vt ab omnibus probetur & cõmendetur, ac propterea dignum sit quod inuestigetur. Et ideo Salomon adiicit: *Et gloria Regum inuestigare sermonem.* Vbi per sermonem & verbum, opus phrasi Hebraicâ intelligendum est. Ergo qui in oculis alicuius operatur, hac se ratione fatetur operari in illius obsequium: à quo propterea sui operis merces expectanda est. Homines ergo, coram quibus operaris & facis iustitiam tuam, tu ipse tibi deputas remuneratores. Et merito dicit Dominus: *Mercedem non habebitis apud Patrem vestrum.* Qui verò in abscondito facit, vbi solus Pater videt, is à Deo Patre iustitiæ suæ præmium præstolatur. Quod aperte Christus

manifestauit dicens: *Sit eleemosyna tua in abscondito. Et pater tuus qui videt in abscõdito, reddet tibi.* Præterea tu ipse operi tuo, si taxasti mercedem, vt propter illud honorificeris ab hominibus, aliam profectò, neq; aliundè debes velle, quam si assequeris, quod cõcupisti, iam tenes. Si verò, qui te honoret, extet nullus, cur queraris non est: nullus enim tibi illam promisit, cum aliquo non conuenisti, vt quemquam compellare valeas, ad reddendam tibi tui operis mercedem. Is verò qui in sua iustitia facienda solum quærit Dei beneplacitum & honorem, eoque contentus est, accipit misericordiam à Deo salutari suo; qui quo minus mercedem expectamus, quòd sic illi obsequentius seruiamus, eò ampliorẽ mercedem donare donatur.

16 Quæ autem sit merces ista disquirere meditantes, primũ attendimus, quòd quæ ab hominibus expectatur, cuiusmodi sit, exprimitur dicente Domino: *Cùm facies eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus.* Vides hominem ab hominibus expectatũ? nam quòd ista sit merces, declarat subdens: *Amen dico vobis, receperũt mercedem suam.* Merces verò quam apud cœlestem Patrem expectamus, alia nulla nobis nota manifestatur, quam his verbis: *Pater tuus reddet tibi.* Sed ex altera alteram licet coniicere, ex notiore ignotam, cœlestem ex terrena, ex humana diuinam. Humana illa, honor, est; & hæc quoque honor est: nam vtrobique honor quæritur. Ibi honor hominũ, hic honor Dei. Honor ille hominum dicitur, quoniam ab hominibus exhibetur, sicut & exquiritur. Hic vero dicitur honor Dei, propterea quod Deo tribuitur. Porrò Deus dixit: *Quicumque glorificauerit me, glorificabo illum.* Ergò dum Deum honoramus, honor ille recidit super nos, gloriosi vt simus & nos; atque ob id, & in hac parte, honor est merces nostra, quæ à solo Deo est. Sed honor mundanus duas habet conditiones, quarum opposita in cœlesti reperiuntur. Leuis enim ille est & momentaneus: Hic verò cum grauis tum æternus.

1. Re. 2. 30.

17 Has igitur mercedes diligentius expendamus, vt sciamus & quæ à Deo donata sunt nobis, & quæ mundus simul vt offert, aufert. Et à parte hominũ exordientes põderamus imprimis quod honor est merces ista. Cuius nomen adeo mentes illicit, vt etiam à Sapiente dicatur: *Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.* Quin & alius Sapiẽs iubet. Curam habe de bono nomine. Sed pretiũ suum non à se habet gloria, sed ab origine sua, vnde procedit. Virtus pretiosam facit gloriam, sicut & gloria filiorum, patres eorum sunt. Vt enim virtus est grata, ita gloria reputatur in pretio, & ea homines delectantur. Ideo in Canticis dicit Sponsa: *Oleum effusum nomen tuum.* Et in Ecclesiaste scripsit Salomon: *Melius est bonum nomen, quam vnguenta pretiosa.* Quod si aliunde gloria quam à virtute proficiscatur, vel virtus illa solida nõ est ac vera; sed apparens modo: Profecto gloria illa, vt quantumuis splendeat, vmbra est & vapor ad modicũ parens: neq; enim quæ in se inania sunt, aliis possunt veritatem communicare. Imò quod plus est, gloria ista humana tantæ est perniciei, vt virtutum, quæ alioqui vera esset & vero digna honore, sola sui appetentia inficiat & interficiat, vt iam verè in virtutum numero aut bonorum non sit. Qui enim ideo virtutem colit, vt honorificetur ab hominibus, rem non facit honorabilem, quæ debeat ab hominibus vel à quoquam glorificari: ideòque verè huiusmodi virtus nõ est virtus. Et qui sic laborat, stultus verè est, propterea nihil est quod honorificetur. Audi Salomonem: *Quomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe, sic indecens est stulto gloria.* Num fert natura, vt descendat nix æstiuo tempore? Num hominibus commodum est, vt tempore messis inundent pluuiæ? Ita neque meritò honorandus est stultus, & nec illi gloria quidquam affert commodi & vtilitatis.

Pro. 22. 1. Ec. 41. 36. Pro. 17. 6. Can. 1. 1. Eccli. 7. 2. Pro. 26. 1.

18 Repugnante itaque tum vero iudicio, tum beneficio, sicut non decet stultum gloria, ita quæ illi ab hominibus cõfertur, in ignominiam commutatur. O stultorũ ignominia! ô insipientiũ stultitia! Verumtamen quæcunque illa sit aut cuiusmodi:

Amen

Amen dico vobis, receperunt mercedem suã. Auram captare dicuntur, qui gloriam ab hominibus accipiunt, quia profectò aura leuis est, ciusmodi gloria, absq; vllo pondere de ore hominum procedit per verba leuia nullius ponderis, nullius pretij, nullius soliditatis. Quæ leuior, quæso, merces, quæ vilior, quæ minimè digna æstimari atq; perpendi? & laborat tamen homo, vt illam assequatur: Et laborat in vanum, sicut qui dixerunt: *Venite, celebremus nomen nostrum, in vanum laborauerunt ædificantes turrim* Ita in vanum laborauerunt, qui gloriam æmulantes Iudæ Machabæi dixerunt: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes. Fugati sunt enim. Et quàm leuis gloria, quæso, credentiũ ex circumcisione quorundam, qui circumcisionem ingerebant *Vt in carne* (inquit Apostolus) *vestra glorientur?* Hinc sequitur vt momentanea quoq; sit gloria & gloriatio ista. Dum illã accipis præteruolat, in momento euanescit: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Iam non adhuc accipiunt: In momento, in ictu oculi perdis si accipis, amittis dum recipis; simul atque assequeris gloriam, ab illa destitueris.

Gen 11 4. 1. Mach. 5. 56. Gal. 6. 13.

19. Nam gloriam sapientes possidebunt; stultorum exaltatio, ignominia. Quid dicis Salomon? *Gloriam sapientes possidebunt.* Non enim transit ab illis, cum illis manet, eam tenent, possident, illã fruuntur. Corona illorum de lapide est, & de lapide pretioso, non de aura leui, de verbo volante: quoniam à Deo est: *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* At stultorum exaltatio & gloriatio ità breuis est, vt illam mox ignominia subsequatur. Et illorum recordatio non cum laude fit, sed cum vituperio magis. Nam & in Prophetà ait Dominus: *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Et per Sapientem: *Nomen impiorum delebitur.* Quin magis & per Salomonem: *Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet* Vt nedum pereat, verùm & puteat. O stulti apud homines! ò impij apud semetipsos! Hoc solo nomine Christus auertere nos studuit ab hypocrisi, quòd in vanum laboratur, quòd merces accepta est iã, vt præterea nihil exspectandum sit emolumenti. Sed quid? si quid remunerationis illos etiã in futura vitã maneat, exprimere voluisset? Quid si addidisset vt alibi: *Va vobis Scribæ & Pharisæi, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes; propter hoc amplius accipietis iudicium.* Heu longam vestram orationem productius sequitur & amplius iudicium. Non quæritis modò gloriam, sed & quæstum, domos comedentes viduarum, quæ in suis necessitatibus vobis mandant deprecationes. Et his eisdem, qui circumibant mare & aridam, vt facerent vnum proselytum. Cum id non salutis illius causa, sed gloriæ suæ præstarent, nonne assignat mercedem futuræ damnationis: Et facitis eum (inquit) filium gehennæ duplo quàm vos. O vanitas vanitatum, quæ & gloriam vanam in præsenti, & gehennam veram requirit in futuro.

Prou. 3. 35. Osee 4. 7. Eccl. 41. 14. Prou. 10. 7. Matth. 23. 14.

At iustitia, quæ honorem dumtaxat re- 20.
spicit Altissimi, mercedis promissionem habet vitæ, quæ nunc est & futuræ, eamque magnam & maximam. Pater enim est qui reddit, & Pater cœlestis. Pater (inquam) cœlestis reddens. Si Pater est, diligit filium: paterna autem dilectio & magna est & efficax, non verbo & lingua solùm, sed opere & veritate. At Pater cœlestis potens est, vt magnam dilectionem magnus effectus consequatur. Voluit hoc innuere Dominus Iesus dicens: *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eũ Pater meus.* Magnus enim Pater, est Pater Christi, qui Deus est. Ergò si Pater noster est, magna est illius dilectio atq; bona voluntas erga nos Si Pater est Christi Dei, magna est eius potestas ad benefaciendum filijs. At verò si ita benefacit, vt reddat: magnum erit profectò bonum, quod dabit nobis; magno nos afficiet honore. Nõ enim pater reddit filio in ratione dati & accepti, sed pro paruis magna, pro debitis obsequijs paternam hæreditatem. Et quod dicit Dominus: *Reddet tibi*; non videtur quandam obligationem in patre erga filium insinuare? Tantum quippe ad Dominum & Patrem nostrum valet amor

Ioh. 12. 26.

ille

le sincerus, quo in illius seruitute non videamus nosmetipsos, sed ipsum tantummodo spectamus, illi soli placere studentes, illius facere voluntatem, ipsius solius gloriam quærere, vt veluti se nobis obligatum offerat, vt quo minus commodum nostrũ attendimus in eius obsequio, eò magis ipse bonum nostrum nostramq; salutem perficiet. Multum enim valet seruientis sincera dilectio & intentio, etiam
Ruth.1.11. ergà homines. Vide Ruth socrum suam sincerè amantem, nihilq; in adhæsione ad illam suæ vtilitatis dispicientem Reuertimini filiæ meæ: dicebat Noëmi ad Ruth, & ad cognatam suam: Reuertimini filiæ meæ, quid venitis mecum? num vltra habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? Id illis, quòd posset illas illicere, vt impossibile proposuit & obiecit. At Ruth, quæ non proprij commodi causa agebatur, sed amoris purissimi, constans adhæsit illi.

21. Hanc amoris sinceritatem Deus absq; fructu, copiosaque mercede abire non sinit, nam eam in vxorem copulauit cum Booz, qui proximè descenderat ex Nahasson, qui fuerat Princeps in Tribu Iuda. Cui sic benedixerunt maiores natu in populo & populus omnis, qui erat in por-
Ruth.4.11. ta: *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel, vt sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem.* Quæ horum benedictio in effectu coniuncta est: Nam & celebre nomen non in Bethlehem modò, sed vbique, & omni tempore iam habet, estque & erit iugiter cunctis virtutis exemplum, vt sciat omnis caro amorem purum ampliori dignum esse mercede. Nam ipsi Ruth, quæ parentes suos reliquit, datus est filius, Filius Dei. Ideò enim & libellus iste, qui Ruth intitulatur, scriptus est, vt Christi generatio continuatam haberet non interpolatam se-
Ruth 4.18. riem. Et propterea in calce illius dicitur: Hæ sunt generationes Phares; Phares genuit Esron; Esron genuit Aram; Aram genuit Aminadab; Aminadab genuit Nahasson; Nahasson genuit Salmõ; Salmon genuit Booz; Booz genuit Obed; Obed genuit Isai; Isai genuit Dauid. Si homines sic diuincit amor purus, quin & Deũ ipsum, qui in eo delectatur; Quanto plus erit Deo carus amor iste, quò ipsum solũ Deũ, nobis ipsis spretis, intuemur? Gloria ergò, quam Deus se glorificantibus repromittit ac reddit, magna est, atq; hominum gloriam in immensum excedit.

Propterea tres habet oppositas illi con- 22
ditiones, easque maximas. Vana est illa leuis & breuis: Hæc itaq; vera est grauis est & æterna. Cur vana illa? quia vanam habet originem, falsam videlicet solummodoque apparentem virtutem. Virtus autem vera est iustitia; quæ in directione cordis Deo confitetur, Deum laudat & honorat. *Confitebor* (inquit) *tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.* Discere in schola Christi, est o- *Mat.11.29.*
perari: *Discite* (inquit) *à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ.* Requiem autem non inuenit, nisi qui verè mitis est: & humilis corde. Hic ergó solus discit. Didici ergò iudicia iustitiæ tuæ id est præcepta, quibus iustitia continetur; etenim illa feci. Faciens autem iustitiam hanc, & dirigens ad te opus & cor meum: Confiteor tibi Pater, quia abscondi hæc ab hominibus, & tibi soli reuelaui iustitiam, quam in abscondito vbi tu solus vides, ego perpetraui. Vera ergó iustitia ista est; quoniam tua est, qui verax es & ipsa veritas. Didici enim iudicia iustitiæ tuæ. Didici (inquam.) Ergò non à me ipso scientiam istam habeo, quæ est iustitia: A Deo ergo est, qui dixit: *Discite à* *Mat.11.29.*
me An non Filius ipse dicebat? *A me ipso* *Ioh.8.28.*
facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Hinc Paulus: *Non habens meam iu-* *Gal.3.9.*
stitiam, quæ ex lege est; sed illam, quæ ex Deo est, Iustitia in fide. Qui in lege gloriabantur putantes ex operibus legis iustificari, ignorantes Dei iustitiam, suam quærebant statuere, sibi illam tribu- *Rom.10.3.*
entes, non Deo; gloriam sibi, non Deo ex consequenti tribuebant; quæ gloria sicut & iustitia, falsa erat & vana Qui ergo in Deo gloriantur existimantes, quòd gloria virtutis illorum ipse est, hi soli gloriam

veram

nequuntur. Quemadmodũ namque Deo ipsi verâ & iustitiam & gloriam offerunt, haud secus veram gloriam ab eo merentur & assequuntur. An non vera gloria, qua Deus amicos suos honorat? Psal.138. 17. *Nimis, nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Vt vera est, ita & grauis, non volatilis: ex ore enim Altissimi prodit, vt in animas sanctas se transferat. Gloria ista est non in ore hominum, non in verbis transeuntibus, sed in splendoribus sanctorum, in operibus electorum, in vera existimatione Dei & Angelorum, in veritate Christi, qui dixit apertè: Matth.10. 32. Luc.12.8. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, & coram Angelis Dei.* Non extrinsecus modò est gloria hæc, sed ab intus. Gloria enim nostra est Psal.4.4. 2.Cor.1.12. 1.Ioh.3.20. testimonium conscientiæ nostræ, quia cor nostrum non reprehendit nos. Sed Luc.17.10. tamen quia Deus est maior corde nostro, humiliamur coram illo, dicentes: Mat.23.12. *Quia serui inutiles sumus.* Qui autem sic se humiliauerit, exaltabitur.

23 Rursus, si grauis est gloria hæc nostra, non mox euanescit: Sicut enim iustitia manet in sæculum sæculi; ita gloria, quæ de iustitia orta est; quin de mercede magis iustitiæ intelligitur, quod dicit: *Iustitia eius manet in saculum saculi* Propterea Psal.111.3. Psalmus: *Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in saculum saculi.* Quod est dicere, gloria & diuitiæ, quæ merces sunt iustitiæ, non transibunt, sed manebunt in sæculum sæculi. Ita & sapiens cum hac mercede gloriæ & diuitiarum, quę à sapientia procedit, durationem Prou.3.16. longam coniungens ait: *Longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius diuitiæ, & gloria.* Vbi aduerte quod si per manus opera intelliguntur, in manibus sapientiæ esse diuitias & gloriam, simulque longam vitam, hoc est virtutum, quæ sunt in manibus, præmia ista esse, videlicet abundantiam, & honorem: quæ non fugiant, sed diu maneant. Non enim de manibus sapientiæ, quæ terram fundauit & cœlos stabiliuit, quæuis potentia rapiet præmia, quæ ipsa suis amicis seruat & confert. Ergò æternum gloriæ pondus operatur in nobis? pondus, quia non leuis gloria; æternum, quia non breuis. Hinc & Sapiens: *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi quàm mille thesauri pretiosi & magni. Bona vita numerus dierum, bonum autem nomen permanet in æuum.* O si possemus mercedem istam intelligere, si gloriam hanc mente comprehendere; sed si nil potes aliud capere, attende quòd à Deo Patre nostro veniet, *Qui est in cœlis*, qui dexteram habet plenam & sinistram, qui non vna manu, non vno modo, non vno sæculo duntaxat, sed plena vtraque manu, sed multifariam multisque modis, sed in præsenti & in futuro sæculo tribuit abundanter. Ecclus.41.15.

Gloriam igitur Dei quæramus: hæc sit 24. pars nostra, hæc sors nostra. Quo magis te gloria nudaueris totum Deo tribuens, inde gloriosior apparebis, inde mercedem magis referes abundantem. *Et Pater tum qui videt in abscondito, reddet tibi.* Hinc Ecclus.35.12. Sapiens: *Bono animo gloriam redde Deo, & non minues primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sacrifica decimas tuas. Da Altissimo secundum datum eius, & in bono oculo ad inuentionem facito manuum tuarum. Quoniam Dominus retribuens est, & septies tantùm reddet tibi.* Quid in bono animo, nisi recto corde & prompta voluntate Deum glorificare? Hæc autem gloria non verbis tantùm redditur, sed operibus; primitias, decimas, voluntarias oblationes afferendo & offerendo: Hæc & his similia lætanter, promptè, & ex cor- 1.Reg.17.7 de exhibenda sunt, quia homines vident ea quæ patent, nempè munera exteriora; Deus autem intuetur cor; cuius signum est vultus hilaris, & plurima hostia. Ita Deus glorificatur facto, opere videlicet & veritate. Audi iam mercedem: Quoniam Dominus retribuens est, & septies tantùm reddet tibi. Prior ipse dedit, tu retribue illi. Da Altissimo secundum datum eius. De datis tibi ab Altissimo da illi: & eadem mensura, qua mensus es tibi, tu illi remetiare: si multum, multum; si modicum, etiam modicum libenter impertiri

Iob.4.9. ſtude. Et quamuis de bonis illius des illi, adhuc tamen iterum reddet tibi. Quoniam Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi, non tantundem ſolum, ſed ſepties: tantum, quantum illi dederis; tantum reddet tibi non ſemel, ſed ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, centuplum tantum, & hoc in vita præſenti, & in futuro vitam æternam. Quis tam liberali Domino non ſeruiat? Dat prius ipſe talenta, & lucrantem ex illis conſtituit ſuper omnia bona ſua.

Matth 25. 15. & 20.

25. Terram promiſſionis prior dedit ipſe in hæreditatem populo ſuo. Inde primitias requirit in profeſſione directi dominij. Inde exigit decimas tanquã perfector, conſeruator, vt longo viuant tempore ſuper terram, quam tradidit illis poſſidendam. Inde ſacrificia & oblationes, vt illum tanquam verum Deum colant, vt norint verũ fuiſſe prætextum, quo illos eduxit de Ægypto, nempè vt immolarent illi, vt ſeruirent, vt colerent, vt adorarent. De primitijs audi legem: Cum intraueris terram, quam Dominus Deus tibi daturus eſt poſſidendam, & obtinueris eam, atque habitaueris in ea, tolles de cunctis frugibus primitias, & dices ad Sacerdotẽ. *Profiteor hodiè quod ingreſſus ſum in terram, pro qua iurauit patribus noſtris, vt daret eam nobis.* Audin' inculcantem? Cum intraueris terram, & obtinueris eam, & inhabitaueris; non ingreſſio tantùm, non acquiſitio, ſed inhabitatio exigitur, vt ad primitias tenearis. Bona Dei ante dantur perfectè, tum datorem per primitias cognoſcimus & profitemur. Sic intellige de decimis & ſacrificiis. Pollicebatur Sathanas omnia, quæ daturus non eſſet, ſed ſui adorationem ſacrilegus flagitabat: Dominus autẽ prius liberauit, deinde ſeruitutem ſacrificiorum exegit. Nonne igitur adorandus, nonne pura mente colendus, cuius gratia eſt animus nobis, corpus & omnia? Et quid quæſo reddet? Pro terrenis cœleſtia, pro temporalibus ſempiterna: temporalia prior dedit. Si igitur temporalia pro redditis temporalibus reddat, temporalis negociatio erit iſta noſtra, in ratione dati & accepti. Cum ergò dixit Dominus: *Alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Cœleſtis cœleſtia tractat, cœleſtis cœleſtia reddit; nam & nos, quæ damus illi, cœleſtia fiũt; & theſaurizamus theſauros in cœlis. Si terram inhabitantibus das, in terra manent quæ das; ſi des ei, qui habitat in cœlis, qui recipit, in cœlis recipit; In cœlis nihil, niſi quod eſt verè cœleſte, reperitur. Ergò qui cœleſtia recipit, cœleſtia reddet. Hoc eſt ſepties id eſt abundanter, quia abundanter miniſtrabitur nobis introitus in æternum regnum Domini noſtri Ieſu Chriſti.

2. Petr. 1.

Heus quantum honum, modò aſcenderet ſuper cor noſtrum, modò aliqua ſaltem ex parte intelligeremus. Salomon conatus eſt pluribus verbis exprimere, quæ nobis bona proueniant à ſapientia, proteſtatus eſt pretioſa omnia terræ nihil eſſe comparatione bonorum, quæ dat ipſa Creatrix cœli & terræ. Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negotiatione argẽti & aurî primi, & puriſſimi fructus eius: pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius viæ pulchræ & ſemitæ illius pacificæ. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam; & qui tenuerit eam, beatus. Quid attinet hæc ſingula proſequi? Conatur Sapiens per viſibilia declarare. Sed quid plura? Dominus Sapientiã fundauit terram, ſtabiliuit cœlos prudentiã, &c. Quid eſt hoc? Quid opus eſt (inquit) per hæc ſenſibilia pretioſitatem oſtendere eius Sapientiæ, à qua hæc ſenſibilia omnia proceſſerunt? In ipſo ſint omnia neceſſe eſt, à quo omnia prodierunt. Tantùm hæc cogitemus. Ideó Salomon demum infert: *Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Hæc ſemper aſpice, iugiter intuere, nunquam effluant, aut recedant ab oculis mentis tuæ; & verè beatus eris; quia veris bonis, manentibus grandibus, perpetuis potieris.* Quæ in ſcipſis fluunt, hæc effluant ab oculis tuis, tanquam dies heſterna, qui præterijt. Quæ manent,

26.

Prou. 3.

Prou. 3.

Prou. 3.

manent, maneant ante oculos tuos, vt ea iugiter contempleris, ne effluant ab oculis tuis. Auerte oculos tuos ne videant vanitatem. Conuerte oculos tuos, vt videant Veritatem. Quod si vana & fluentia videre delectat, vide illorum vanitatem, illorum fluxum, sicut ille qui dicebat. Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Sic vide transeuntia, sicut transeuntes aquas fluminis; vt noueris, te, si illis inhæreas, alio transferendum, te iugiter commouendum, agitãdum, vrgendum, circumuoluendum, sicut rotam molendini, quam aquarum currentiũ impetus circumgyrat, te, sine vlla quiete vitam hanc irrequietam & turbatam acturum. Lignum vitæ est sapientia his, qui apprehenderint eam. At eam deserentes à loco voluptatis, emittuntur ad vallem, vbi fluunt aquæ. Emisit eum (inquit) de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. Cur ita: Ne fortè mittat manum suam & sumat de ligno & comedat, & viuat in æternum. Non dignus est iam vita permanente, emittatur, eiciatur, commoueatur, sit in perpetuo transitu & fluxu ad deteriora prioribus; operetur terram, de qua sumptus est. Alterauit suam originem, recessit à Deo creatore suo, in quo solo quietam & tranquillam vitam agere potuisset, inquietam nunc agat, & laboriosam operans terrã, de qua sumptus est, vnde originem traxit; sua origo, sit sua ærugo, quæ inficiat, infirmet, frangat, conterat, interimat, vt viuat in laboribus & in doloribus moriatur. Hæc si consideret homo, conuertet pedes in testimonia Dei, quæ quia in æternum fundata sunt, possunt requiem dare. *Hæc, hæc fili mi non effluant ab oculis tuis, vt bene sit tibi.* Et Pater tuus reddat tibi, & habeas mercedem apud illum, qui viuit & regnat in sæculum sæculi. Amen.

Eccl. 2. 11.

Prou. 3. 18.

Gen. 3. 23.

Prou. 3. 21.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Qualis esse debeat intentio operum nostrorum. Opera nostra bona, bene sunt facienda, ne eorum fructum amittamus. In Morali contra eos qui propriam, non Dei gloriam in operibus quærunt.

SI verum Sapientia dixit: *Spiritus meus super mel dulcis*; maxima animi propensione illud nobis prouerbium attendendum est & accipiendum. Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic & doctrina sapientia animæ tuæ: quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua nõ peribit. *Quid dulcius melle?* Profectò spiritus virtusq; sapiẽtiæ super mel est dulcis: Comedamus igitur, & accipiamus in nobis sapientiam istã, cuius dulcedinem non nunc duntaxat gustabimus, sed illa replebimur in nouissimis diebus. Docet n. & eò ducit, vbi sit vita & pax, vbi requiẽ inueniemus animabus nostris. Vbi satiabimur in mensa Domini, dulces cum illo capiẽtes cibos. Et spes nostra non peribit; quia nec fallet promissio, nec desinet possessio, nec erit vnq̃ fastidio, dulcissima illa fruitio. Videte autem si Dominus Iesus sit prudens ille, de cuius ore procedit mel, dum nobis sapientiã profert, q̃ in hodierna sancti Euangelii lectione exposita est nobis: Vbi ait. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus.* Mel profecto sunt verba ista, & dulciora super mel & fauũ. Quod mel comedim⁹, vt monet Salomon, quando corde auido accipimus hanc doctrinã, qua spe gaudẽtes veluti melle atq; fauo dulcissimo delectamur. Prou. 24. 13. Eccl. 24. 27. Iudic. 14. 18.

Quam vt suauius deguſtemus, in duas tribuemus partes, quarum altera visionem habeat Domini docentis ac monentis, quid facere debeamus: rationẽ altera excitantem ad id pstandum, q⁹ iubetur a Domino. De illa audimus: *Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis. Cũ ergo facis eleemosynam noli tuba canere ante te.* De secunda verò. *Alioquin mercedẽ nõ habebitis apud Patrẽ vestrũ, qui in cœlis est. Et Pater tuus, qui videt in abscõdito reddet tibi.* Partẽ primam exequentes primum videamus, quid intelligat De⁹ per 2

hoc quod dicit, *coram hominibus, & in abscondito.* Hoc enim declarat ipse dicens. *Cũ facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus.* Facere ergò *coram hominibus*, vt videamur ab eis, est honorem ab hominibus quærere de opere iustitiæ, q̃ facimus. Ergò facere *in abscondito*, est gloriam non q̃rere ab hominibus, sed à solo Deo, *qui videt in abscondito.* Non ergò vel absconditum iubetur, vel manifestum prohibetur, nisi adhunc finẽ, vt gloria Dei tantummodo spectetur. Propterea si etiã in occulto quid fieret, habito respectu ad gloriam nostram, vel ad alium finem, qui non sit gloria, hoc nihilominus à Deo reprobaretur. Rursus si op⁹ fiat manifestẽ, aperto solum oculo ad gloriã Dei, istud profectò aspiciet Deus & accipiet, & habebit gratum. Vnde Paulus: *Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.* Ita etiam Dominus: *Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.* Per publicum ergò & per absconditum intelligit Dominus finẽ, qui in operanda iustitia spectatur ab operãtibus. Cuius finis excellentia siue in malo explicatur per magnam manifestationem, quæ fit tubâ canendo, & per summum absconditũ; in quo nescit sinistra, quid boni dextera operetur: quasi dicat: Adeò sit opus tuum in occulto, vt neq; tu ipse, qui operaris, illud quantum possibile est, intuearis. Non enim parua vanitas, quod tu ipse tuũ opus contempleris, gaudens in illo, & glorians in te ipso vt operatore excellente. Eo enim pacto tu ipse te ipsum laudas, & à te ipso, qui homo es gloriam venaris humanam. Deus quidẽ vidit quòd esset bonum quodcunq; fecerat, & lætatus est in operibus suis, veluti ludens in orbe terrarum. Quoniã verò omnia propter semetipsum operatus est, quæ ab ipso sunt, & non ab alio. At nos nec ipsi à nobis sumus, & omnia opera nostra in nobis operatus est Dominus; & ideo si lætamur in operib⁹ nostris, tanquam in nostris, vana est lætitia nostra, inanis est gloria nostra. At si exultamus in illis, tanquam in operibus Creatoris, dantes illi gloriam, cui est gloria & imperium, plenum est gaudium nostrum non inane. Ideo enim iubebat Dominus. *Et lætaberis Deut. 16.*
& epulaberis in conspectu Domini Dei tui. Hinc & Psalmus: *Magnificauit Dominus Psal. 125.*
facere nobiscum, facti sumus lætantes. Vides quomodo lætandum est in eo, quod Deus ipse magna in nobis facit, in conuertendo captiuitatem nostram, eruendo de malis, bonisque replendo.

Rom. 15.2.
Mat. 5. 16.
Gen. 1 31.
Prou 8. 31.
Prou 16 4
Isai. 26. 12.

Secundo videamus, q̃ Dominus obliquam intentionem potissimum damnat in operibus iustitiæ, quia in his facilius surgit proprii honoris quæsitio, sed verè in omnibus illam intendit arguere, sicut in omnibus vult nos Dei gloriam solummodo spectare. Iuxta q̃ Paulus iubet: *Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quidquam facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Expressit autem in primis cibum & potum, tum vt doceat ea, quæ indifferentia sunt, & quæ vitæ sunt necessaria ad Deum referenda esse, tum sic nobis esse viuendum, vt Domini simus, siue viuamus siue moriamur. Sicut enim dolet Deus q̃ ieiunium celebrantes nõ illi ieiunabant, ita lege cauebatur ne quosdam cibos nisi in conspectu illius ad templum comederentur. *Cum ieiunaretis* (inquit) *& plangeretis, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis?* Huc autem facit, quod docet Paulus: Qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino nõ manducat; & gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur: Siue enim viuimus, Domino viuimus; & siue morimur, Domino morimur. 3

1 Cor. 10. 31.
Deut. 12.
Zach. 7.
Rom. 14.

Videamus quæso si fortè oblatio de simila istud figurarit. Anima (inquit lex) cũ obtulerit oblationem sacrificii Domino, simila erit eius oblatio, fundetq; super eam oleum, & ponet thus. Si per victualia, & victum figuratur vita. Vnde Paulus à manducatione transiit ad vitam: quid vitam magis, eamq; mundam figurat expressius, quam simila nempe nobilior farinæ pars? Ex farina quippe fit panis, qui adeo cibus est communis & consuetus, vt per manducare panem, simpliciter intelligatur manducare. 4

Leuit. 2. 1.

ducare. Farina autem potius sumitur quã panis, tum quia tota panis substantia, qua nutrimur, farina est; nam aqua apponitur, vt simul compingatur, & coqui possit, in qua coctione aqueus humor absumitur, vt videtur; tum quia farina cum exordium sit panis, vitam nostram præsignat vsque ab initio eius. Simila verò, quæ flos est farinæ, vitam puram designat & immaculatã. Super hanc, quando Deo offertur, funditur oleum, & thus ponitur. Oleum istud illius erat generis, quo lucernæ nutriebantur, vt essent ardentes; rectè ergò per oleũ intelligitur lumen, cuius esca & origo est. Thus autem quòd bonæ vitæ odor & fama intelligatur sapiens habet apertè, dum Eccl. 49. 1. Iosiam Regem commendat: ait enim memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarii. Etenim huiusmodi artifices aromata componunt diuersa, quæ Eccl. 24. 10. suauem redolent odorem. Vnde & Sapientia: Famam suam ac memoriam proponit sub horum aromatum odore. Thus ergò quod communis vsus ad odoris fragrantiam assumit, apertè vitam notat, qua dici 2. Cor. 2. 15 possit cum Apostolo: *Christi bonus odor sumus.* Quæ ergo vita Deo offertur, hæc splendorem emittat & odorem, vt in illa Deus honorificetur. Hinc est, quod quando mulieris vita suspecta erat, & zelotypiæ sacrificium offerebatur nõ simila, sed hordeacea farina admouebatur, neque fundebatur oleum, neq; Thus ponebatur, quia non erat in odorem suauitatis, sed ad adul- Num. 5. 15. terium inuestigandum. Offeret (inquit lex) oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ, non fundet super eam oleum, nec imponet thus, quia sacrificium zelotypiæ est. Farina hordeacea vitam despectam ex suspicione pretendit. Decima verò erat pars sati: Propterea quod in discrimen versabatur, vtrum ne relicto mariti thoro cum altero viro esset polluta, atque Exod. 20. 14. ita decalogum hoc in præcepto violasset. Non mœchaberis. Neq; oleũ, neq; thꝰ adiiciebatur, quia nõ in odorẽ suauitatis Domino, id est non in illius honorem offerebatur, sed ad detegendã veritatem. In summa igitur figuris istis edocemur, vt sic Domino viuamus, vt vitam nostram hostiam viuentem offerentes; siue manducamus, siue bibimus, siue aliud quidquam facimus, omnia in gloriam Dei faciamus.

Tertio videamus modum simul cum ratione coniunctum, quomodo & quamobrem Deum in operibus nostris glorificemus. In his doctor noster sit Apostolus, qui 1. Cor. 4. 7. ad Corinthios ita scribit: *Quid habes, quod non accepisti? quid gloriaris quasi non acceperis?* Ostendit quippè his verbis, de eo nos tantummodo opere posse, quod nostrum est, gloriari: nã de aliorum virtute, ac bonis gloriari adeo stultum est, & præter rationem, vt quisq̃ minimè inueniatur, qui id faciat, nisi quatenus forsan alterius bonum sibi tribuat. Et propterea qui ex operibus legis se arbitrabatur iustificari, quasi ipse sua virtute ea patrasset; & propterea meritis suis iustificationem tribuẽs, se suæ iustificationis causam deputabat. Iste non in Domino gloriabatur, sed in seipso. Et hoc adeo verũ est, vt idem dicat Apostolꝰ: *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.* Quod vt breuiter intelligas & apertè, aduerte animo, quod ad iustificationem duo sunt necessaria, fides & opera. Fide quippe cũ Deo coniungimur, à quo intus virtus fluit bene operando ac meritoriè. Propterea si quis fide vacuus operetur, nõ quasi ex virtute, q̃ administrat Deus, sed à semetipso; hic gloriam propriam quærit, veluti qui seipsum ipse iustificauerit. Quomodo etiã de verbis, non de operibus tantùm dicebat Dominus. *Qui à semetipso loquitur, gloriã propriam quærit.* Gratia vero quæ per fidẽ accipitur, si operibus vacua sit, in vacuum accipitur, & sine fructu efficitur, ac propterea fides sine operibus mortua est, non valens viuificare mortuos neq; iustificare. Vndè quod dicit Paulus: *Ei qui non operatur, credenti autem in eũ, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secũdum propositũ gratiæ Dei.* Ne sic intelligas, vt opera prorsus abiiciantur, sed ea tantũ, de quibus ibi mox ante. Ei qui operatur, merces nõ imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Opera (inquã) illa, q̃ homo quasi à semetipso facit, propter q̃, q̃ sibi fit iustificationis causa falso putat,

Rom. 4. 2. Ioan. 7. 18. Iac. 2. 26. Rom. 4. 5.

non verò illa, quæ per fidem ex Dei gratia proficiscuntur. Hanc quippè doctrinā Paulus propter illos, & contra illos docuit, qui non ex fide Christi, sed ex legis operibus homines tenebāt iustificari. Stat ergò propositum, quod nisi de bonis propriis, pro quibus alij cuiquam non teneatur, gloriatur nemo apud semetipsum. Quæ gloria vana est, falsa, & quemadmodum fugax & transitoria, ita perniciem afferens multam hominibus.

Vt ergò non frustra gloriam quæramus
11 nostram, sed Dei, non inaniter Principis Apostolorum præceptum suscipiamus; vbi
1 Pet. 4. 11. ait: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei; si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum.* Omnia nostra tum verba tum opera si bona sunt, Dei sunt, à quo est bonum omne. Qui ergò in Euangelij prædicatione laborat, cognoscat margaritas illas, quas mittit ante homines, non sibi ipsi comparasse, sed mi-
1. Cor. 4. 1. nistrum se Dei esse, & dispensatorem my-
Mat 24. 45 steriorum Dei, constitutum à Deo super familiā suam, vt det illis cibū in tempore, non de pane proprio, sed Dei. Ita labor suus in Domino non ex virtute sua est, sed ex virtute quam administrat Deus. Itaque
1 Pet. 4. 11. nec sua propria dispensat, sed quę Dei sunt, nec à se vires habet laborandi in vinea Domini, sed ab eo, qui portat omnia verbo virtutis suæ: ità in omnibus honorificatur
Heb 1. 3. Deus. Sic ergò docemur bonum, quodcumque facimus, non nostrum, neque ex nobis esse, sed ex Deo, vt illi totum tribuamus, quod benè agimus.

6 Si enim Iudices constitui voluit, vt de-
Deut. 1. 15 cernerent quod cuiusque esset, quomodo sustinebit, vt quod illius est, propria nobis authoritate vsurpemus? Neque pauperis permittebat respectū haberi; sed Iustū (dicebat) iudicium iudicate. Vt intelligeres propria vnicuique etiam Deo esse reddenda. Et quare in portis vrbis? vt ciues
16 exteris nō essent superiores, nec exteri ciuibus. Vult etiam Deus ipse æquala lance nobiscum iudicari. Nunc ergò viri Iuda, &
Isa. 5. 3. habitatores Ierusalem iudicate inter me & vineam meam, & vincas cum iudicaris. Stemus & appropinquemus iudicio. Appareat autem ex iusta sententia, omnia Dei esse. Reddamus ergò quæ sunt Dei, Deo. Hinc est quòd primogenita, & decimæ, Deut. 15.
quæ omnia ex præscripto legis Dei erant, non in proprios vsus ab hominibus vsurpari patiebatur, sed Deo necesse erat offer- Deut. 12.
ri; admittebat tamen Deus, vt non solùm ex immolatis ederunt, sed etiam, quasi illis apponeret ipse in domo sua mensam, de bonis Domini comederent, & hoc hilariter, illum laudantes & honorantes, quia cibus & potus hilarem reddunt. Vnde est illud: *Sicut adipe & pinguedine repleatur a-* Psal. 62.
nima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Hinc iterum est, quòd non permittebat Deus, vt se inciderent, aut facerēt caluitium super mortuo, aut tangerent siue manducarent quid immundum; vt se quasi rem diuinam, non suam ipsorum seruarent ad nutum Dei. Vndè ibi præmit- Deut. 14.
tit Deus. Filij estote Domini Dei vestri, non vos incidetis, nec facietis caluitium super mortuo, quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo, & te elegit, vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ sunt super terram. Ne comedatis, quæ immunda sunt. Reddūtur autem Deo, quæ Dei sunt, dum sic Deo tribuuntur, vt ex illis honorificetur. Vnde & alibi. Dominus Deut. 26.
elegit te, vt sis ei populus peculiaris, & custodias omnia præcepta illius; & faciat te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen & gloriam suam; vt sis populus sanctus Domini Dei tui. Cū enim res omnes & gentes creatæ sint à Deo in gloriā suam; idem vt honoretur ab eis, populum hunc elegit, quasi suum peculiarem, in quo specialiter honoretur, dum ille se Deo seruat, & per sanctitatem suam Deum sanctificat & honorat. Vt quemad- Leuit. 3.
modum in sacrificiis adeps, & pars quædam nobilis incendebatur super altare, reliqua remanentein vsum offerentium. Ità de cunctis gentibus populum istum peculiarem sibi segregauit, qui totus esset Dei, per quem oblatio etiam gentium esset in honorem Dei. Donec factum sit plenū holocaustum, in quo fiat quod scriptum est:

Omnes

Psal. 4.1.2. *Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate Deo*
Rom. 15,16 *in voce exultationis*; nempè quòd plenitu-
1. Pet. 4. 11. do gentium intret ad altare Dei, & omniũ gentium oblatio sit accepta. Ita visum est secundum Principem Apostolorum, quod Deus honorificatur, quandò quæ illius sunt, illi tribuuntur, & non aliter, quam sicut res diuinæ vsurpantur à nobis. Et hic est scopus & finis, ad quem omnia nostra, & iustitiæ potissimum ad Deum sunt referenda.

SECVNDA PARS.

7 QVANTVM attinet ad secundam partẽ huius lectionis, quę agit de mercede, quæ oritur ex iustitia sic vel sic facta, ad rẽ
2. Ioan. 8. fecit impense hortatio sancti Ioannis in Epistola sua secunda. *Videte vosmetipsos, ne perdatis, quæ operati estis, sed vt mercedem plenam accipiatis.* Res ista non parui momenti, digna est ex sua præstantia, quæ sedulò ascipiatur & continuè; propterea & Dominus dicit. *Attendite*, & sanctus Euangelista. Videte vosmetipsos? totum bonum nostrum ex nostris operibus pendet. Filius enim hominis venturus est in gloria Pa-
Mat. 16. 27 tris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Ita enim decreuit Deus, vt vniuersa, quæ fecit, ad finem per illorum opera pertingerent, ad quem ab ipso Creatore fuerunt destinata. Propterea & terram fecit germinare, & cœlos illuminare, & animalia per cibum viuere, & hominibus inseruire. Hic quippè illorum est finis. At finis hominum altior altiora exigit opera, quibus illum pos-
Mat. 5. 20 sit assequi. Quæ opera in nomine iustitiæ à Domino comprehensa sunt, dicente: *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in Regnum cœlorum.*

Circa quæ cum dicat Dominus. *Attendite*, duplex nobis est attentio necessaria. Altera, vt bona opera faciamus: Altera, vt ea sic faciamus, vt non perdamus illa. In operibus faciendis dupliciter peccatur: cùm si non fiant, quod est omissio; tum si oppositum illorum magis admittamus, quod est commissio. Contra quæ duo nos mo-
Pro. 24. 30 net parabola illa Salomonis. Per agrum hominis pigri transiui; & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ & maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Parum itaq; dormies, modicum dormitabis, pauxillum manum conseres vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas, & mendicitas quasi vir armatus. Hic primum vides licere & prodesse aliquando aliorũ facta finesq; respicere, vt inde, etiamsi ipsi fuerint insipientes, sapientiam nobis valeamus comparare. Ideo exemplum sibi proposuit stulti Sapiens, & didicit disciplinam. Dominus quoque ob oculos suorũ vanitatem obiicit hypocritarũ; vt inde nos discamus simplicitatem. *Noli* (inquit) *tuba canere, sicut hypocritæ faciunt.* Vidit sapiens in pigritia stulti egestatem inde sequentem, quam & mendicitatem ad illam amplificandam dixit esse. Docuit Dominus egestatem nihilominus sequi hypocritarum vanitatem. *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

Rationem apposuit Sapiens, cur tale pi- 9
ger incurreret incomodum, nempè quod totũ repleuerunt vrticæ, & spinæ operuerunt. Hoc & Dominus intelligi voluit innuens, hypocritarũ iustitiam inanem esse, ac sine fructu, hoc est enim mercedem accepisse, id est iam nullũ reliquũ esse emolumentum. Sic aliud & Sapiens, narrans, maceriem vineæ esse destructam, vndè possint extranei, si quem fructum ager attulerit vel vinea, illum decerpere, & asportare. Etenim fructum illum iustitiæ, qualiscunque sit, perdunt, quoniam intentum laborant vanitatis. Beneque obseruandum est nobis, quod in agro pigri fructum aliquem Sapiens non asserit se vidisse, sed vrticas tantùm & spinas. Propterea quòd homo, qui pigritia innexus non operatur bonum, nedum sine fructu manet, verum & vrticæ obruũt & spinæ. Vides nunc & omissionem & commissionem: otium & sterilitas hæc est omissio: vrticarum & spinarũ punctio hæc est comissio. Quoniam si terram non colueris, spinas & tribulos germinabit tibi. Si iustitiam non feceris, peccato absque dubio obedies concupiscentiis.

Nam

Nam anima noſtra ſicut terra, aut fructum bonum aut germẽ malum edat neceſſe eſt. Quò enim plus in pondere fundata eſt ſuper ſtabilitatem ſuam, eo magis in germine ſuam prodit inſtabilitatem vt è veſtigio cœli, vbi mouenter magis in ſubſtantia, nihil ex ſe producunt in efficacia. Ergò ſi virtute ſis vacuus, vitio redundabis, quia
Ec.32.19. terra inculta vepribus operitur. Et multã malitiam docuit otioſitas. Et otioſus homo neceſſario eſt, cùm infructuoſus tùm
Pro 24. 33 ſpinoſus. Ab his auocat nos Sapiens promittens mendicitatem, quæ & velox ſit & potens, velox vt curſor, potens vt vir armatus: quo monemur, vt illicò prouideamus, nam citò illa ſuperuenit: Id quod ſi non præſtabimus, iam præſidium cõtra illam nullum erit nobis, quandoquidem armis munita venit & fortitudine, vt illi nulla poſſimus ratione reſiſtere. Et propterea ab oculis pigri, ſomnus fugiet, vt iam neque dormire poſſit, neque dormitare
Pſal. 48.9. aut quieſcere. Sed laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem pro modico illo otioſitatis ſomno, qui vt vmbra tranſit. O ſqualidus aſpectus hominis non operantis
Mat.20.6. bonum, ô marcidus effectus! Vt quid ergò
Iob 7.3. ſtatis tota die otioſi? certè otioſus in die,
Ioan.9.4. noctes ſibi vacuas numerabit: nam venit nox, quando nemo poteſt operari.

10 Sed iam ad alteram conſiderationem accedamus, quæ non opus bonum modo, verum & benè factum exigit. Porrò ſanctus Ioannes de bonis operibus & benè
2. Ioan.2. factis loquebatur, monens: *Neperdatis quæ operati eſtis.* Quibus tamen ſi deeſſet perſeuerantia, ea perderentur, & abirent ſine mercede, quę in ſero tantum datur die completo & opere: alioqui ſi quis ante Solis occaſum exeat à vinea, opus intermittens, tunc nõ aderit, quando operariis
Mat.20.9. reddetur merces. Aliqui porro, qui manè defuerunt, acceperunt in ſero mercedem ſuam, at nullus in ſero abſens quatumcunque in die laborauerit, fructum referet & præmium ſuæ fatigationis. Hos ergo monet Ioannes. *Neperdatis quæ operati eſtis, ſed mercedem plenam accipiatis.* Id, defectu perſeuerantiæ ſi contingat, longè plus ſi debiti finis deſit circumſtantia, continget operantibus: qui non benè bonum fuerint operati, captantes ex iuſtitia ſua humana auram, gloriam ex illa Deo non tribuentes. Hi namque cùm mercedem ſuam acceperint, nõ plenam mercedem accipient. Ergo videte voſmetipſos ne perdatis quod operati eſtis, ſiue quod operamini, ſed vt mercedem plenam accipiatis. Stultum, ſapiens illum vocauit, quoniam eſſet piger. Peragrum hominis pigri & per vineã *Pro.24.* viri ſtulti trãſiui. At quis ſtultior ſit neſcio. Vtrumne qui otio marceſcit, an qui fruſtra *Mat.20.* laborat? Ego credo, quod ſi redarguti fuerunt qui in foro otiabantur; ſi qui vineam fuerant ingreſſi, eam malè coluiſſent, vel ſarriendo lædentes radices vel putando, bonos palmites præcidendo, vel quouis alio modo illi præiudicantes, hi actiũs reprehenſi fuiſſent. Et certè qui in vanum laborant, & delectione quietis carent, & conſecutione mercedis. Pigri ſi non fructum, laborem ſaltem lucrantur. Hi & ſe fraudant, & labore fatigantur. Leuitæ, qui ſacra nõ inuoluta portaſſent, præter laborem, in portando mortem obiiſſent quo-
Num.4. que. Portent (inquit) inuoluta: & non tangent vaſa Sanctuarij, ne moriantur. Magna profecto ſtultitia eſt, oleum & operam perdere, nullum inde fructum conſequi. Si quam gloriam conſequeris, vana illa eſt & falſa, ſed plerunq; illam neque qualemcunque adipiſceris. Non vera iuſtitia eſt, quæ alio dirigitur quàm ad Deum; ergo neque vera eſt gloria inde proficiſcens. Sicut enim quod non eſt, quod aliquid ſit, cauſa eſſe non poteſt; haud ſecus, quod nõ eſt verum, verum quod non eſt, efficere non poteſt. Ergo falſa iuſtitia veram gloriam minimè generabit, ſit veræ iuſtitiæ quamuis ſimilis. Porro ſimilitudo mater eſt falſitatis. Simulachra quidem ſimilitudinem referunt alicuius veritatis, ſed veri-
Pſal.113. tas ipſa non ſunt. Simulachra quidem gentium argentum & aurum, os habent, & nõ loquuntur, oculos habent & non vident, neque manibus palpant, aut pedibus ambulant: ſiue etiam guttere clamant. Ideo non niſi falſus honor, falſuſque cultus illis exhibetur. Quæ vero eſt falſa iuſtitia virtutiſque ſimulachrum? Hoc diſcitur a ſimulachris

mulachris gentium. Hæc enim non ob aliud populis proponebantur, nisi vt eis cultus adhiberetur, non vero vt auxilium ab eis aut bonum aliquod hauriretur, cum non esset spiritus in eis, non sensus, nõ vita, non vires, non quæuis cultores suos iuuandi facultas; erant enim falsi dij.

11 Haud secus iustitia illa opusque virtutis, quod ideo fit, vt hominibus ad gloriam capessendã ostentetur, falsa iustitia est, ad nihilũ valens; ac propterea falsus nõ verus honor illi exhibetur. Labor & sumptus vanè in hoc consumuntur, vt fiat opus inutile: quæ magna stultitia est. At neque simulachris à cognoscentibus veritatem, cultus exhibebatur. Plures etiam in mũdo sunt, qui apertos habent oculos; & ipse mundus, vbi nouerit hypocritarum vanitatem, eam spernit, illos culpat & habet cõtemptui. Et hęc non est stultitia magna, laborare non in vanũ modo, verum etiam in malum sibimetipsi? O hominum stultitiã, qui vile pretium expetunt; & illud ab eo requirunt, qui nec promisit, nec promissis stare consueuit, imò qui non nisi fallaces reddit mercedes; quæ ideò, cum à decepto prodeat, deceptio est, vanitas & mendacium. Vnde non nisi ruina tibi expectanda sit, cum vanitas grauitatem sustinere non valeat. Nam quòd grauitas sit, vbi vanitas quæritur, Psalmus aperit manifestè exclamans: *Filij hominũ vsque quò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mẽdaciũ?* Si grauis es, & vanitati aut vacuo inniteris, quid aliud te manet quã casus? quã ruina? quam pręcipitium: quam cordis cõfractio, contritio, perditio? O vani homines laborantes, vt doleant; operantes, vt fleant; satagentes, vt pareant. Miser quid quæris à mũdo? quid à principe huius mũdi? extolli? portari super pinnam templi? super cacumina montiũ? An nescis, quòd ideò eleuat, vt allidat? Non audis verba eius? *Mittete deorsum Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me* Vt cadas iubet, vt deorsum te dimittas. Cecidit ipse vt fulgur de cœlorũ sublimitate, socios quærit suarũ ruinarũ. Ideò leuare contendit, vt deiectos illos cõtemnat, deprimat, vt humiliet vsque in profundum. Quid igitur stultius? quid nocentius quàm gloriã mundi quæritare? At verò nunquid solus diabolus, aut mundus, aut quæuis creatura spernit huiusmodi gloriosos? Deus, Deus ipse contẽnit illos, abiicit, deiicit. Quoniã Deus dissipauit ossa eorũ, qui hominib. placent: cõfusi sunt quoniam Deus spreuit eos. Huius stulti dissipãtur ossa, qui nihil habet solidi, nihil firmi, cum sit vanitas ipsa: quin magis dũ extollitur quærens hominibus placere, de alto cadit, & ossa illius confringuntur, deiectus à Deo, dũ alleuaretur. Hoc est enĩ Deũ spernere, illũ deturbare de loco celsitudinis, ingloriũ reddere atq; despectum. *Ergò videte vosmetipsos, vt nõ perdatis, quæ operati estis, sed vt mercedẽ plenã accipiatis.* Perdis opus (vt intendit Ioannes) si ex eo mercedem non accipis. Quid si malũ inde compares tibi? quid si damnũ? quid si damnationem? Merces inaniter operantis ad gloriam humanam, aut mala aut nulla est, aut falsa est & vacua.

Psal. 4. 3.

Mat. 4. 6.

Mat. 4. 9.

Psal. 12. 16.

2. Ioan. 8.

12 Ergò mercedem plenam studiose adipiscamur. Hanc reddit Pater cœlestis. Si benè feceris, scito cui feceris: Inquit Sapiens: & erit gratia in bonis tuis multa. Cui, quæso, eleemosynam das, quando tuba canis, vt honorificeris ab hominibus? quicunq; ille sit, qui illam accipit, mihi videtur, quod ei illam das, pro quo das illam. Si ergò das, vt honorificeris ab hominibus, non Deo das, sed hominibus; imò neque hominibus, sed tibi ipsi, quia bonum tuum respicis, bonũ tibi spectas & expectas: consequens ergo est, vt à teipso mercedem expectes. Tu ergo tibi ipsi retribue, à teipso accipe mercedem: Sed quid? dum hoc facis, nunquid nõ malefacis? Ergò das malefactori, peccatori, iniquo, impio. Et quid expectare debeas emolumenti, disce à Sapiente, ita scribente: *Da bono, & non receperis peccatorem Benefac humili, & non dederis impio; nam auplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi.* Esto, loquatur Sapiens non de misericordia, sed de iustitia distributiua, siue de cõmuni quadam beneficẽtia, in qua personarum delectus habendus est. At eleemosynam quoque ita accomodantur, vt detur iusto & negetur impio, quatenus iustus illam meretur, & illi seruit

Ec. 12. 1.

Ec. 12. 5.

ad iustitiam faciendam, & quatenus iusto facit ad pietatem, iuxta quod dicebat Do-
Mat.10.41 nus: *Qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedẽ iusti accipiet.* Ità quòd finis in hoc spectandus est magis, quam persona, vt iustitia vera intendatur & gloria Dei; repellatur verò impietas, quæ obsistit gloriæ Dei. Ex quo sequitur verè iusto dari, quando studetur gloriæ Dei; impio autem & peccatori, vbi humanos fauores expectamus, qui Deũ pugnemus. Quod qui facit, duplicia in bonis suis inuenit mala, q videlicet, & infructuosa sibi sit iustitia ista, quæ est eleemosyna, & itidem pernicios: Ergò vt mercedẽ plenam accipias, hac ratione da iusto, vt honorificetur cœlestis
Ec.12.2. Pater. *Benefac iusto* inquit Sapiens iste; *& inuenies retributionem magnam, & si nõ ab ipso, certè à Domino* Quare enim das iusto? Quia est Filius Dei: Quia Deo rem gratam facis: Quia hoc præcit Deus: Quia ad iustitiam prouocas inspicientes: Quia Deus inde laudatur & glorificatur. Ergò Pater ipse Deus, quem honoras, reddet tibi retributionẽ magnam. Scito cui feceris, quando benefeceris, & erit gratia in bonis tuis multa: grata erit Deo gratia ista eleemosynæ tuæ; grata hominibus. Et inde tu gratias cõsequeris & gloriam. Quæ est gratia multa,
Num.8.11. mercesq; copiosa. Sibi Deus Leuitas dono à filiis Israël dari voluit, vt Deus retribuens totum populum remuneraret, & totũ haberet populum acceptabilem. Ad hoc verò Leuitas voluit, vt ipsi Deo ministrarent in cultu Tabernaculi. Ergò donum istud spec-
Ec.45.9. tabat gloriam Dei. Hinc & de Aaron principe omnium ministrorũ Dei scriptũ est, quòd stolam gloriæ induit eum, qua Deo appropinquabat, vt in omnibus honorificaretur Deus. Hanc igitur Dei gloria intẽ-
Pro.16.4. damus fratres charissimi. Hanc quæramus in omnib. vt qui in omnia propter semetipsum operatus est, in omnibus honorificetur, & sit splendor gloriæ eius super nos, & dum hic viuimus, & in æterna vita, quam speramus. Amen.

MORALE.

13 HEu! quàm rationabilia sunt præcepta Dei, quam æquę viæ illius? & propterea quam peruersæ viæ nostræ, qui recedimus ab illis, & declinamus à mandatis Dei? Omniũ author est Deus: omnia propter semetipsum operatus est; nõ indigens aliquo, cum det omnibus quidquid habẽt Pro.16.4 boni, sed neque opus habet, vt illum laudemus & honorificemus. Etenim qui sibi Act.17.25 ipsi gloria est, eaque infinita, habet & Filiũ, qui est splendor gloriæ eius, qui honorificat Patrem suũ. Quod ergò postulat ab Hebr.1.3 hominibus glorificari, sic rerũ natura cõparatum est. Eiusmodi est Deus ipse, vt debeat ab omnibus honorari, quòd sit summus & vltimus finis, propter quem omnia. Eiusmodi est creatura omnis, vt non nisi ad gloriam Creatoris, in esse produci potuisset: nam ex nihilo cũ sit, à quo nisi à supremo agente possibile non est, educi. Ipsum verò primũ agens, nisi propter æqualẽ sibi finem quidquam producere non potis est: ac propterea vt fieret creatura, necesse fuit intendi gloria Creatoris, qui vt est primũ efficiens, ita & vltimus finis est. Eiusmodi maximè est rationalis creatura, quæ idcircò præ cæteris omnibus suæ naturę excellentia, & diuinæ maiore similitudinis expressione ad Deũ accedit propius, vt eius etiam gloriam possit intueri, atque in ea beatificari; cuius propterea exaltationem & magnificationem debeat totis viribus procurare. Et hoc magis adhuc, quoniam huius creaturæ tam nobilis pars magna recessit à Deo, quin & aduersus illum processit, contra illius gloriam pugnatura: vt iure merito quæ vel remansit integra, vel quæ ad statum pristinum, siue æqualem, siue etiam maiorem reuocatur, ea conatu vehementiori debeat ipsum Altissimum honorare. Et maximè præterea quod Creator ipse Altissimus, vt à suis, quos restauravit, magnificaretur, illos potissimum in omnibus honorauit & magnificauit, seque illis præsentem glorioſe declarauit, & quomodo ab eis honorandus esset docuit, & ad id maximis adduxit beneficiis.

Tot ergò cum sint tantæque causæ, 14
quamobrem Deum nostrum gloria teneamur afficere; vnde est quod ab hoc munere tam sumus alieni? Vnde quod tot peccatis illũ afficimus ignominia? Vnde quod vnus-

vnusquisq; gloriam propriam quærit? Vnde quòd bona illa pauca, quæ quasi Deum honorantes, efficimus, ad nostram conuertimus exaltationem: Reddatur ratio huius tanti sceleris, si vlla est. Respondeat humana iniquitas, quæ infirmitas esse prætenditur. *Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor Regum inscrutabile.* An non potius peruersorum omnium prauum est cor & inscrutabile? Altitudinem cœli, terræ profunditatem ignoramus? Sed Reges sic occultant sua consilia, vt sibi secreta sua solis seruent, vt illorum non valeat homo rationem vllam reddere, sed quis tanti huius facinoris, quod omnibus ferè commune est, rationem poterit inuestigare, quandoquidem aduersus illud clamitet omnis ratio?

Prou. 25. 3.

15. Si Deus tibi, ô homo, propositionem quandam naturalem dedit ad gloriam, illud est causa, quòd similem valdè sibi te creauit, vt idem esses veluti res diuina, & honore digna, & honorem diligens. Verum ista similitudo vt in suum prototypũ tendat, cum natura sit comparatum, non quasi in se pulcherrimo, & a se, sed quasi ideò pulchra, quia pulcherrimo similis ad illum, id totum quod gloriosum est, referri debet, extollere, eleuare. At tu tibi id seruas, tibi assignas, auarè tibi ipsi quod Dei est arripis, improbè retines, animo possides obstinato. Quam gratiam Deus tibi in creatione iam fecit, vt ex eius similitudine gloriosus esses, vnde illius gloria, per tuam ostenderetur, eandẽ tu gratiam ad illius dedecus, vt solus tu appareas honorabilis, iniquè retorques? Vbi honorem accepisti, ibi tu inhonorationem rependis, pro splendore tenebras reddis, pro claritate obscurum, pro honestate turpitudinem? Hæccinè est ratio cur ita facis? contra rationem agere? contra debitũ? contra naturam ipsam, adde contra te ipsum, contra illam, quam expetis existimationem: Si ideò gloriosus apparuisti, quia summè gloriosi Altissimi similitudinem induisti quasi stolam gloriæ, simul ac ipsum Deum gloria sua expoliaueris, tu qui similis eius es, profectò nõ gloriosus iam, sed turpis apparebis.

An hoc non te parentes tui exemplo docuerunt? mox vt Dei gloriam sibi vsurpare studuerunt? inglorij adeò turpesq; sibimetipsis visi sunt, vt se mutò firma oculorum acie non auderent intueri. Vbi nunc est honor, laus, ô homo, dum Deum inhonoras? Homo cum in honore esset, non intellexit; vt similis fieret iumentis insipientibus, quibus non est intellectus. Cur homo consuis folia ficûs, facisque tibi parizimata? num tanta est turpitudo tua, vt eam oculi ipsi sustinere non possint? quid facies miser, ante oculos Domini? sat cooperient, ipsam tuam turpitudinem perizomata illa? Si operuerunt satis, cur te abscondisti à facie Domini Dei in medio ligni Paradisi? Cur Domino interrogante: *Adam vbi es?* respondes: *Audiui vocem tuam, & timui eò quod nudus essem & timui?* Amissa gloria sua eam non valet homo per se recuperare, etiamsi naturam totam sib adiungat auxilium. Quæ illi turpia sunt, hæc turpissima sunt ante Deum. Quod rectæ rationi displicet, id tanta turpitudine mundos Dei oculos offendit, vt neque ligna frondibus suis ac stipitibus tametsi pulcherrima, atq; densa, illam valeant operire. Memento homo, qui cinis es, quòd peccatum, vt appareat peccatum quantum quantũ est, indiget lumine vultus Dei. Vidit oculus hominis aliquantisper eius turpitudinem, & putauit satis illam opertam perizomatibus. At neque sic velatus homo ausus est comparere, ante oculos Domini, totus iam turpis erat, nudum se fatetur etiam perizomatibus indutus.

16. Gen. 3. 7.

Psal. 48. 13. & 21.

Gen. 3. 7.

8. 9.

O turpitudinem, quã honoris pulchritudinem quærens inuenit homo, & confusionem induit. Hæc est nostra hæreditas, ex turpitudine turpes nascimur & obscuri? Lex illicitas viri & mulieris copulas prohibens vtitur ista phrasi: *Omnis homo non accedat ad proximam sanguinis sui, vt reuelet turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies. Turpitudo enim patris tui est.* Ergò & in licito connubio turpitudo reuelatur, quam ibi Scriptura vocat ignominiam & fœditatẽ. Ergo ex ignominia nati sumus, neque ob

17.

Leu. 18. 6. 8

aliud, nisi quia parentes nostri gloriæ cupidi, dum sibi illa adiungere student, eam à Deo subtrahere non verentur, vt meritò vlti in quo peccauerunt, pro vestimentis gloriæ, operti sint ignominiâ, & confusionē induti. Quid ergò, viam hanc sordidā ambulamus vniuersæ carnis, vt gloriam, quæ soli Deo debetur, nobis ipsis tribuamus, nostram facere velimus? Dominus regnauit, decorem indutus est. Sis Rex tu quoque, & decorem indueris. Rex fueras constitutus, quando dixit Rex Regum nobis: Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus. At iumentis similis factus, iam super illa dominationem non habet plenam, quam tibi Dominus omnium largè concesserat: & propterea decorem exuisti, Et tu tamē indumento gloriæ Deum expoliare moliris, vt illo indutus tu in oculis hominum appareas gloriosus? Moysi præcepit Dominus: Facies vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem: Vt ita Deū gloriosum quodammodo referret. Addit Sapiens: Non est indutus illâ alienigena aliquis, sed tantùm filij eius soli, & nepotes eius. Quis ergó temerarius audacter nimis gloriam istam Dei atque decorem sibi præsumet applicare, illaque circumuestiri: ô hominum temerariam nimis præsumptionem!

Psal. 92. 1.

Gen. 1. 28.

Exod. 28. 2.

Eccl. 45. 16.

18. Isti fures sunt & latrones, qui non ouem tantùm de ouili, sed gloriam de cubili, furto putant se Deo subtrahere. Qui ante Deum veniunt, se ante Christum faciunt, dum Christi gloriam, dum Dei honorem ad se trahunt. Sed quid tandem? *Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur: sic illi confusi sunt.* Audi illorum confusionem. Quàm vilis facta est nimis, iterans vias tuas. Et ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum. Quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea. Vt intelligas Scripturam, noueris, quòd in ea illi gloria datur, in cuius virtute confidit quis, & in eo gloriatur, qui petit auxilium. Quód si res in contrarium cadat, vt inde potius accipiamus detrimentum, à quo emolumentum sperabatur, redit gloria in confusionem. Populus dum idolis fidebat, dum ab Assyrijs petebat auxilium, dum ab Ægypto, à Deo derelictus maiori afficiebatur tribulatione, Domino conterente confidentiā eius, quam in huiusmodi vanis habebat auxiliatoribus; & ideò dicit, quòd eorum manus essent super eorum caput, quoniā qui valdè pudescit, suis vultum manibus operit. Tu ergò, qui in te ipso gloriaris, vt confundaris necesse est; sicut fur quando deprehenditur, quòd gloriam Dei furatus sit, quam tamen restituere cogitur, addita & quinta parte, dum nō manu sua, quæ est quinque digitorum, declaratur, si quid boni fecit, se Dei virtute fecisse. Vides malum, quod geritur? Dum Deum inhonoras, teipsum inhonoras, dum tollis quod Dei est, perdis quod tuum est. Perdis tempus, perdis laborem, perdis opus, perdis gloriam, perdis Deum, ac teipsum deniq; perdis. Heus! videte ne perdatis, quæ operati estis. Tibi ipsi, quæsò, applica quod monet Salomon. *Ne sis testis frustra contra proximū tuum, nec lactes quemquam labiis tuis.* Testis frustra est, qui iurat in dolo proximo suo, assumens nomen Dei in vanum & frustra. Contra id quod lege cauetur: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, nec enim habet insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.* Lactat labijs; qui blande loquitur sed in dolo. Quod proximo facere prohiberis, hoc ne tibi ipsi facias; magis intendit eloquium Dei. Falsum tibi persuades non minus firmiter, quàm iuramento; tibi ipsi blandiris, te gloria dignum, tibi ipsi esse persuades, dum tibi places, dum in te gloriaris, dum teipsum exaltas & tollis in sublime. Sed non debemus nobis placere, non nobis adulari neque lactare nos, quia totum & contra naturam est, & contra nostram vtilitatem. At si Deum glorificemus, omnia nostra sunt. Deo consecratus solos capillos de se offerebat. Caput capillis apertum Dei gloriā significat, vt docet Apostolus. Completa sanctificatione capilli, quos seruare tenebatur toto tempore suæ consecra-

Dr. 2. 26.

Leu. 6. 5.

2 Ioh. 8.

Pro 24. 28.

Exod. 20. 7.

1 Cor. 3. 21.

Num. 6. 5.

1. Cor. 11. 7.

Num. 6. 18.

secrationis, igni comburebantur, quæ erat protestatio, quòd Deo darentur, vt fiebat quoq; in omnibus sacrificiis. Heu! gloriam Deo dare, capillos nostros est illi offerre; non caput ipsum petit, capillos duntaxat; non manus, non pedes, non corporis aliud quidquam. Heu! quàm modico contentus est Deus, & id modicum tamen iniustè subtrahemus illi? detrahemus? rapiemus? Et quid inde continget nobis? libertatem perdemus cum Samsõn, oculos, requiem, existimationem, vitam: Captus enim fuit, oculis priuatus, molæ addictus, irrisus denique, & ad vltimum interemptus. Ergò soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Iud. 16. 21.

FERIA VI. DOMINICÆ DE SAMARITANA.

CONCIO PRIMA.

Simile est regnum cœlorũ homini Patrifamiliâs, qui plantauit Vineam. *Matth.* 21.

ARGVMENTVM.

Quid sit fructus huius vineæ. Ostenditur esse Dei honorem. Quanti Deus faciat hunc fructum. Quomodo istum reddere debeamus.

MIRVM est cum solus sit bonus Deus, à quo bona cũcta procedunt, dona sua maiora amplè communicaturus, expectare videatur rationes quasdam siue occasiones ex hominibus assumptas ad tanta bona largè expandenda super latitudinem terræ. *Plantauit à se Vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis.* At nimiam illã charitatem suam, qua sic dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitũ daret; tunc ostendit, tunc commendauit, quando inimicus homo retribuit malà pro bonis, non reddens fructum vineæ, sed seruos quoq; ad illum accipiendum missos cædens, occidens, lapidans; post hanc enim, immò quasi propter hanc ingratissimam impiorum retributionem decreuit summus Prouisor mittere Filium suum, dicens: *Verebuntur filium.* At verò vndè factum est, quòd nimiam illam suam charitatem amplificauit maximè, ad certam mortem tradens eundem Filium suum, vt illius morte mundum viuificaret? hoc ex verbis eius apparet processisse ex intolerabiliori & ingratitudine, & scelere agricolarũ, qui *videntes filium dixerunt: Hic est hæres: venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Propterea enim & filius ipse testatur se ad obsequendum excellenter Patri venisse propter indigna illi exhibita obsequia populi sui. Audiens quippe conquerentem Patrem contra Iudæos. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Ne offeratis vltra sacrificium frustrà: incensum abominatio est mihi. Solemnitates vestras odiui tanima mea. Facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens: Se huic prospicere tanto malo promptũ ostendit & obtulit. Vocem eius audimus in Psalmo. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. Holocaustũ & pro peccato non postulasti. Tunc dixi ecce venio. Inde veluti occasionem tanti sacrificij offerendi arripiens, quod vetera illà iam veterascerent, & digna essent quæ repudiarentur. Quòd quia mirabile est nimis, præposuit ipse Filius. Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Innumera sunt (inquit) mirabilia Domini, sed in hoc vno comprehenduntur omnia, quæ ideò, qui hoc præstat, facto magis, quàm verbo annuntiat vniuersa. Si cogitationibus nostris assequi possemus nõ essent mirabilia, non sic ea contemplantes, repleremur stupore & extasi. Ergò sic operatus est, vt stuporem adderet super stuporem, atq; ita magis accenderet nos ad hæc con-

Isa. 1. 11.

Psal 39. 7.

Psal 39. 6.

rem sancta mysteria. Debemus itaque ea contemplari, hocq; potissimum, nempè q; Filius ipse Dei venerit morte sua mundum saluare; quod est aliorum omnium compendium sufficientissimum. Ideò enim in parabola nobis propositum est.

2. Diuisio. In qua tria sunt consideranda. Primum, quid sit fructus vineæ. Secundum, quanti Deus faciat fructum istum. Tertium, quonam modo fructum hunc nos reddere debeamus. Quoad primum statuitur, quod proprius fructus vineæ est honor Dei. Si enim omnia propter semetipsum operatus est Dominus, quid ab operibus suis accipit Deus non indigens aliquo, nisi gloriam & honorē? Vt honoretur ergò Deus in creaturis suis, illas effecit atque creauit molem hanc magnam, in qua honoraretur, & magnificaretur, qui in seipso gloriosus est & magnus. Illa est vinea. Hic est fructus. Sed quia vitis nobilissima huius vineæ est homo, vnde fructus præcipuus expectatur & optimus; propterea singularis vinea est homo ipse. At verò quoniam magna hominum pars vitiata in sua radice per inordinatam proprij honoris, quinimo & diuini appetentiam, vbi debuit Deum honorare, inhonorauit magis. Idcircò ex omnibus gentibus populum vnum sibi elegit, qui, vt præcipua & fœcunda vinea, redderet ei fructum istum optimum honoris & reuerentiæ. De quo populo ait Propheta: *Vinea Domini exercituum domus Israel est.* De fructu verò Psalmus canit: *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.* Ratio autem huius est, quoniam populus iste & regnum Dei est & filius. Ad regnum autem & ad filium pertinet, honorare regem & patrem. Quòd regnum sit, habet Dominus dicens Iudæis: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.* Gens quippe ista dum populus Dei est, est regnum Dei, super quod Deus singulari prouidentia regnat. Vnde dixit iis Dominus à principio: *Eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra, Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* Et Samuëlis quem populus postulato Rege repudiauerat, dixit Dominus ipse: *Non te abiecerunt, sed me ne regnem super eos.* Et propterea facta translatione regni ad gentē quæ facit fructum, quæ est Ecclesia, repudiato antiquo populo, ita vt præterea non sit populus, Principes Apostolorū populo huic nouo scribit: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Quare autem hunc elegerit populū Deus, qui est possessor cœli & terræ, insinuat aperte vocans per Moysem regnum Sacerdotale, & per Petrum sacerdotium regale. Nam Sacerdotij propria functio est, diuino cultu Deum honorare & sanctificare. Ideò huic regno additur sacerdotium, veluti quid essentiale cum illo: vt ex hoc appareat, proprium munus huius regni esse Deo honorem tribuere. Propterea & Petrus dixit: *Populus acquisitionis, vt virtutes annūtietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.* Quod est dicere: Christus sanguine suo vos acquisiuit, & regnum suum fecit, vt illius virtutes prædicetis, qui tantâ vos gratiâ prosequutus est, illum magnificantes & sanctificantes. At verò quis honorandus nisi Rex? *Deum timete* (inquit Petrus) *Regem honorificate.* Vnde & ipsemet Deus, quia Rex est, debet glorificari. Propterea idem Petrus de illo ait: *Ipsi gloria & imperium.* Quare gloria? quia imperium. Ita & Paulus, Deo tanquam Regi gloriam tribuit & honorem: *Regi sæculorum immortali, & inuisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum.* Regi (inquam) illi, qui solus est Deus, honor sit & gloria. Ergò cum vinea ista & populus sit regnum Dei, illius fructus & functio est, Deum ipsum, qui Rex eius est, potissimum honorare.

Rursus quòd populus iste, qui est vinea, & regnum Dei, sit filius Dei, habet Deus ista dicens per Moysem Pharaoni: *Primogenitus meus Israel: Dimitte filium meum, vt seruiat mihi.* Et in Osea: *Puer Israel, & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum.* Nam quod de populo loquatur quem veluti puerulum nuper natum illi, eduxit de Ægypto, docens præcedentia & sequentia in Propheta, & manifestum est ex mod.

1. Reg. 8.
1. Pet. 2.
1. Pet. 2.
1. Pet. 4.
1. Pet. 2.
1. Tim. 1.
Exod. 4.
Osa. 11.

ex modo dictis, populum ipsum vocatum à Deo filium suum, quem propterea quoque vt filium eduxit de Ægypto. Præterea & Septuaginta sic habent: Ex Ægypto vocaui filios meos. Ita de populo interpretantes prophetica verba. Nec obstat quod Matthæus Euangelista de Christo citat verba ista, sed fauent magis proposito. Narrans quidem ipse reuersionem Christi de Ægypto in terram Iuda, addit: *Vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam: Ex Ægypto vocaui filium meum.* Primũ enim hinc apparet, exitum Israël de Ægypto figuram fuisse huius reuersionis Christi ab Ægypto in terram Iuda, quæ figura vt esset euidẽtior, nomine filii voluit Deus populum appellare. Secundo, ipsum populũ à summa illius excellentia denominari decuit, quæ maximè ista est, nempè quod vnus de populo ipso, sit verè filius Dei etiã naturalis, propter quem totus ipse populus appellatus est filius Dei. Vnde principaliter quidem Christus vocatus ex Ægypto filius est Dei, consequenter vero totus populus. Adde tertio quod Deus educturus populum de Ægypto, in primis Christum spectabat, qui ex populo illo fuerat nasciturus, propter quæ ideo totum populum filium nominauit, eumq; primogenitum. *Primogenitus* (inquit) *meus Israel. Dimitte filium meum.* Et propterea percussit omnia primogenita eorum. Non ergo prohibet quod populus vocetur filius Dei, quia de Christo dictum est. Ex Ægypto vocaui filium meum, sed magis id est causa, vt populꝰ ipse vocetur filius Dei. Huc facit promissio illa Abrahæ facta. *Omnem terram, quam conspicu tibi dabo, & semini tuo vsq; in sempiternum, faciamq; semen tuum, sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit* Semen quippè istud Abrahæ, quod sint filii Israël descendentes ab eo per Isaac, apertissimum est ex verbis Dei dicentis Abrahæ: Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiicient eos seruituti: & post hæc egredientur cum magna substantia: Pater enim hoc dictum de seruitute populi in Ægypto; vnde egressus est tandem cum magna substantia. Et tamen semen illud decernit Apostolus fuisse Christum, dicens. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno & semini tuo, quod est Christus. Sicut ergo per semen Abrahæ & populus intelligitur & Christus, ita per Filium Dei vterque habet intelligi. Et hoc potissimum dicente Apostolo: *Omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Si autem vos Christi: Ergò semen Abrahæ estis, secundum promissionem, hæredes.* Vbi vides eundem & Filium Dei, & semen Abrahæ.

Mat. 2. 15. Exod. 4. 22. Exod. 13. 15. Gen. 13. 15. Gen. 15. 13. Gal. 3. 26.

Ex quo sequitur, quod si antiquus populus iure propter Christum Filium Dei, filius Dei dictus est; rectius & euidentius diuina ista filiatio tribuitur populo Christiano, qui est corpus Christi. Et ipsius Christi nomine intelligitur Christus, qui passus est pro nobis, & simul cum illo tota Ecclesia, quæ est corpus eius. Quod excellẽter Oseas Propheta delineauit, qui postquam repulsam prædixit Iudæorũ, translationem regni sui ad gentem, facientem fructus eius, quæ prius non erat populus neq; regnum Dei, prædicens ait: *Et erit in loco vbi dicetur eis: Non populus meus vos, dicetur eis: Filii Dei viuentis.* Vt videas apertè, quod pro eodem accipitur, & populus Dei & filius Dei. Vbi aduerte ꝙ præcipiens Deus Prophetæ, vt accipiat sibi vxorem fornicationum, & faciat sibi filios fornicationum; intendit per adulterã & filios adulterinos, eandem synagogam & eundẽ populum, qui cum deberent esse legitimi filij Dei, facti sunt filii alieni & non filii eius, in sordibus fornicationum & cultu falsorum Deorum. Ergo qui populus verus est, verus est & legitimus filius Dei. Et hoc maximè verum in populo Christiano, qui agitur spiritu Dei. 4

Oseæ 1. 10. Oseæ 1. 2.

Hinc ergo iam apparet, quare adnos in primis spectet honorare Deum. Præcipit enim Lex: *Honora patrem tuum & matrẽ:* & Deus in Propheta: *Filius honorat Patrẽ, & seruus Dominum suum. Si ergò ego Pater, vbi est honor meus?* Et propterea hac ratione voluit Deus populum dimitti, vt tanquam filius illum honoraret: *Dimitte* (inquit) 5

Exod. 20. 12. Deut. 5. 16. Mal. 1. 6.

Exod 4.22 (inquit) *filium meum, vt seruiat mihi:* Quæ
Exod 5. 1. seruitus erat sacrificium. Vnde frequenter
& 8. 1. repetitur. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Et Pharao aliquando dicebat: *Dimittam populum, vt sacrificet Domino.* Sacrificium autem maximè honorat Deum. Propterea Christus, qui & primogenitus Dei est & vnigenitus, hoc solum spectauit continuè, vt Patrem honoraret.

Ioan. 8. 49. Hinc quoque dicebat: *Honorifico Patrem meum.* Propterea & doctrinam suam & opera sua in Patrem referebat, vt illi soli gloIoan. 8. 29. riam exhiberet. Dicebat enim: *A me ipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæcIoan. 14. 10 quor.* Item, *Verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.* Ecce ergò fructus vineæ Domini, quem ferre debet, cum ipsa sit & regnum Dei & verè filius Dei. O insignissimum documentum, quod nos hinc debemus trahere: nempè quòd propria functio nostra est Deum honorare, magnificare, & glorificare. Vt verò sit consequens, quòd qui Deum non honorat, nec populus eius est nec filius eius. Heu! qui blasphematis, qui Deum inhonoratis, qui vestris operibus mäliguis obscuratis nomen Domini, num inter filios Dei recenIob. 1. 6. sebimini? Et Satan visus est inter filios Dei, sed non erat ipse filius Dei, sed aduersarius, sed calumniator, & accusator fraApoc. 12. 10 trum suorum. Memores estote dictum à
Eccl. 21 3. sapiente: *Confusio Patris est de filio indisciplinato.* Sitne iactas filium Dei, & disciplinam tamen abiicis, aliud profectò non conaris, quàm Patrem cœlestem inhonorare, quàm Deum ipsum confundere: & iste est fructus vineæ?

6 Quanti autem faciat Deus fructum istum vineæ (quod erat secundum considerandum) ex pluribus licet internoscere. Ex vineæ plantatione & locatione, ex missione seruorum & filii, ex agricolarum perditione & vineæ translatione.

Vineæ plantatio cum requisitis omnibus, sepe, torculari, & turri est sufficiens eorum creatio, vnde potuit Deus & debuit per creaturas & à creaturis glorificari:
Rom. 1. 20. adeò vt inuisibilia Dei, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, per ea quæ facta sunt, hominibus reuelata sint à Deo, & ita verè Deum cognouerunt; pro cuius notitia ipsum glorificare tenebantur, intantum quod si non facerent, essent inexcusabiles. Et posset ipse Deus interpellari: *Quid debui vltrà facere vineæ meæ & non feci ei?* Isai. 5. c. Num admitteretur illius excusatio, si fructum non reddat me glorificando & gratias agendo? Quod si plantationem hanc ad peculiarem populum ex gentibus omnibus à Deo sibi delectum restringamus: Num defuit aliquid huic vineæ, vnde non debuerit fructum hunc diuinæ glorificationis reddere abundantem? Propterea iure meritò increpat illam Deus de sua hac maxima defectione & ingratitudine. *Ego Ier. 2. 21 autem plantaui te* (inquit) *vineam electam omne semen verum: quomodò ergo conuersa es mihi in prauum vinea aliena?* Quòd si adhuc Christi Ecclesiæ vineam istam addicamus, quanta fecit Deus, quanta passus est Christus, quantis donis repleuit eam Spiritus Sanctus, vt in omnibus ab ea honorificetur Deus? O nostrum immensum debitum Dei glorificandi!

Locatio vineæ agricolis facta, est facul- 7
tas fructificandi cum obligatione nobis collata, quæ quamuis in parabola à plantatione distincta sit, re tamen idem est; dum enim plantat, omnia nobis tribuit & exhibet, quibus possimus & debeamus Deo seruire, ipsumque diligere & honorificare. Partem istam tamen veluti locationem, distinctè voluit Altissimus exprimere, quando educto populo de Ægypto, & veluti plantata vinea, legem tulit, eamque populo ipsi proposuit, petens ab eo an voluerit ipsam obseruare. Quamquam enim & omnis homo, & potissimum populus ab Exod. 24. eo electus teneatur Deo obtemperare: Deo tamen placuit cum illo fœdus inire, vbi liberè pollicitus est populus, se diuinam legem perpetuò obseruaturū. Quod Deut. 29. vt firmius eorum mentibus inhæreret, denuo percussit fœdus cum eis, vnde se teneri ad illius obseruationem cognoscerent euidentius. Eosdem & Iosuë ante mortem suam ad eandem promissionem prouocauit. Qui propterea dixerunt: *Domino Deo Ios. 24. 24 nostro seruiemus, & obedientes erimus præcepto*

ceptiùeius. Quæ omnia faciunt ad intelligendum quanto vinculo, quamque forti nos fideles teneamur diuinæ atque Euangelicæ legi, & debeamus totis præcordiis maximoque ſtudio Deum exaltare in operibus noſtris. Audientes Apoſtolum:
1.Cor.6 20 *Empti eſtis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore veſtro.* Heu! quid facimus?

8 Miſſio ſeruorum frequens eſt prouocatio, qua nos Deus illicit & impellit, vt debitum illi ſedulò præſtemus obſequium: quod quia & antiquitus fecit per ſanctos ſuos, maximè Prophetas & per paſtores ſemper & doctores, teſteſque ſuos facit, qui plurimum malè habiti ſunt & habentur: propterea dicitur in parabola, quòd cæſi & interfecti ſunt. Qua in re apparent maximè, quàm huius fructus vineæ ſuæ ſit cupidus Altiſſimus, quandoquidem vt illum accipiat laboribus, opprobriis, cædibus, & neci ipſi exponit ſeruos & amicos ſuos, adeò vt ſeipſum dicat illos occidiſſe.
Oſee 6. 5. En illius vox: *Propter hoc dolaui in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei.* Propter hoc (inquit) quia illorum miſericordia, id eſt virtus erat quaſi ros manè pertranſiens; modicum ibi fructum, & quaſi nullũ reddebant: propterea dolaui in Prophetis, id eſt Prophetas, Hebraica phraſi, eos cędens ſicut quando dolatur lignum: & ponere in ore eorum verba mea, quæ referrent ad populum non credentem, ſed contradicentem, in cauſa fui, quòd occiderẽtur ab eo, vt ita videlicet inducerem populum ad magnam miſericordiam & virtutem, quã magis volo quàm ſacrificia eorum. Ergo fructus appetentiã, miſit Deus ſeruos ſuos & ad mortem deputauit.

9 Sed quid de Filii miſſione dicendum eſt? num inde non eſt exploratiſſimum, quàm auidus ſit Omnipotens huius fructûs vineæ ſuæ? Hoc quia admirationem omnem ſuperare videtur, rationem quæſo videamus, quare miſerit Deus Filium ſuum, vt acciperet fructum vineæ: & quare ſciens quid illi euenturum eſſet, nempè quod occidendus eſſet ab Agricolis, ad certam mortem illum deſtinauit. Ratio cur miſerit ad fructum accipiendum pa-

terni honoris, fundatur in hoc, quod honor Patris cœleſtis, eſt illius manifeſtatio. *Nam ſecundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ;* non ſic aliorum quorumcunque. Porro ſunt quædam, quorum conditio & mores ſi manifeſtentur, opprobrium eſt illis. Salomonis conſilium hoc aperte teſtatur: *Cauſam* (inquit) *tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extranео ne reueles, ne fortè inſultet tibi cum audierit, & exprobrare non ceſſet.* Certè ſi ſecretum illud fuiſſet honore dignum, timendum ab eo non eſſet cur fuiſſet reuelatum, ne inſultaret aut exprobraret. Deus, qui ſolus eſt bonus & potens, tantùm honoratur, quantum manifeſtatur. Ergo honorat ille Deum, qui nomen illius manifeſtat atque virtutem. Cuius vero eſt illum manifeſtare? illius certe, qui eſt ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius. *Hic, ſi ſe noſtris proponat obtutibus, Patrem declarat.* Dicebat enim: *Qui me videt, videt & Patrem meum. Quomodo ergò tu dicis: Oſtende nobis Patrem?* Ita enim manifeſtauit nomen eius hominibus. Rurſus dicebat: *Ne que Patrem quis nouit niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.* Quod autem de Patre in primis Filius manifeſtare venerat, charitas Patris eſt. Ideo enim maxime Patrem illum vocat, quod eſt nomen amore plenum. Patrem vero, non ſuum modo, ſed & noſtrum. *Aſcendo* (inquit) *ad Patrem meum, & Patrem veſtrum.* Et frequens dicebat: *Pater veſter. Scit enim Pater veſter.* Et, *Pater tuus, qui videt in abſcondito. Pater autem diligit Filium, vt Filius ipſe teſtatur. Diligit ergo nos Pater cœleſtis, ſi filii ſumus illius.* Qui ergo Patrem illum noſtrum eſſe declarat, eius in nos nimiam manifeſtat charitatem. Hoc autem facit Filius, qui eſt imago bonitatis & charitatis illius, atque ita illum clarificat: ipſo atteſtante, qui dicebat: *Ego te clarificaui ſuper terram. Manifeſtaui nomen tuum hominibus.*

Pſal. 47. 11
Prou. 25. 9.
Hebr. 1. 3.
Ioan. 14. 9.
Mat. 11. 27
Ioã. 20. 17.
Mat. 6. 32.
Mat. 6. 4, 6. & 18.
Ioan. 3. 35. & 5. 20.
Ioan 17. 4

Amor vero, quo Pater diligit Filium, Spiritus Sanctus eſt: Ergo dum Filius Patrem manifeſtat, manifeſtat & Spiritum Sanctum, qui eſt amor Patris in Filium; neque minus ſeipſum quoque manifeſtat. 10

Non enim Pater est sine Filio: & si Pater diligit Filium, non minus Filius Patrem diligit, quin magis eodem amore nedum mutuo se inuicem diligunt Pater & Filius, qui amor vtriusque nexus est & vnio. Propter hanc ergo manifestationem conuenientius missus est Filius. Quamuis enim vnaquæque persona sese & notam facere possit & notam faciat, decreuit tamen diuina Sapientia, vt altera potissimum alteram declararet. Vnde Filius ad Patrem: *Pater clarifica Filium tuum, vt Filius tuus* *Ioan.* 17. 1. *clarificet te.* Et de Spiritu Sancto: *Ille me* *Ioan.* 16 14 *clarificabit.* Et Filii potissimum, qui est Dei Sapientia, est Patrem atque Spiritum Sanctum manifestare.

11 Attende ergò. Si venisset Pater ad redimendum nos, appareret quidem charitas ipsius Patris, at non ita charitas Filii, qui partem, vt persona distincta à Patre, non videretur habere in hoc tantæ charitatis opere. Neq; enim Filii est Patrem mittere: At dum Pater mittit Filium, fit manifestus amor Patris, qui habens Filium dilectissi- *Ioan.* 14. 31 mum, misit illum pro salute mundi. Appa- *Ioan.* 3 16. ret nihilominus manifestè amor Filii, qui diligens Patrem, sicut mandatum dedit illi Pater, sic facit. Et videns quòd Pater ita diligit mundum, vt illi det charissimum sibi Filium, diligit & ipse mundum, & seipsum pro illo tradit. Vnde ex hoc opere nobis ostenditur, quod se Pater & Filius mutuò diligant, quo amore coniuncti vnà *Ioan.* 5. 37. salutem hominum operantur. Ideò fre- *& seq.* quens Dominus se missum à Patre declarabat, vt mittētis elucidaretur amor simul *Psal.* 39. 7. & missi. Quin & in Psalmo vtrumque distinxit, distincteq; declarauit vbi dicit: *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi:* siue vt refert Paulus: *Heb.* 10. 5. *Corpus autem aptasti mihi.* Deinde: *Holocaustum & pro peccato non postulasti. Tunc dixi: Ecce venio.* Vides mittentem Patrē? aures perfecisti mihi. Vides venientem Filium? tunc dixi. Ecce venio. Quid est verò aurem perficere? Auris est audire, & per consequens obaudire & obedire. Auris ergò perfectio, est obedientia. Perficit ergo aures, qui implet illas obedientiâ. Incipit autem implere, qui præcepto perfectissimo implet auditum: complet, qui obedientem facit. Summum autem præceptum, est Patrem iubere Filio, vt pro seruis & talibus subeat mortē, talemq; mortē. At quomodo posset Filius æqualis Patri parere illi, cū sit & ipse Dominus omnium nulli subiectus, sedens in eodem throno cum Patre & Spiritu Sancto? Ergò vt posset verè obedire, corpus aptauit illi Pater, pelle & carnibus vestiuit illum, ossibus & neruis; & hic habitu vt homo inuentus est, habēs & aures, quibus præceptum audire posset, & corpus quo posset implere. Id quod perfectissimè libens & volēs impleuit. Vnde ait: *Psal.* 39. *Vento, vt faciam voluntatem tuam: Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Totis (inquam) visceribus ac omni prorsus affectu hanc legem tuam, & hoc præceptum ad summum obseruaui. En quāta Sapientia, quantaq; charitate misit Deus Filium suum, vt acciperet de fructu vineæ.

Quare autem ad mortem missus sit, iam 12 nunc videamus. Nam ad illam missum esse, non est ambigendi locus; quando dixit ipse Christus. *Sicut Moyses exaltauit serpen-* *Ioan.* 3. 14. *tem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret; vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vides morti addictum, priusquam veniat, quando mors eius, ipso testante, figurata est in eleuatione serpētis in ligno per Moysen in deserto. Vides nihilominus eundem *Num.* 21. fidei fructum, nempè vitam æternam, assignatum & passioni & missioni, vt dubium non sit, quod ad Crucem missus sit. Cur verò ad Crucem? ex eadem radice ratio trahatur, vnde ratio est, cur ad vineā missus sit, nempè quia fructus vineę honor est Dei. In Cruce enim exaltatus, Patrem exaltauit. Hortabatur Tobias filios Israël dicens: *Regem sæculorum exaltate in operibus* *Tob.* 13. 6. *vestris.* Iuxta quod & Dominus: *Videant* *Matt* 5. 16. *opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.*

Quòd verò opus bonum fuit vnquàm, 13 aut esse potest simile huic, quod operatus est Dominus in medio terræ? *Opus* (inquit) *Ioan.* 17. 4. *consum*

Ioan. 4. 34. *consummaui quod dedisti mihi, vt faciam Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* Ergò in opere isto Deus magnopere exaltatus est. Propterea Christus in Psalmo, postquam se Deo exhibuit holocaustum, & pro peccato sacrificium & oblationem, illicò subPsal. 39. 7. iecit: *Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuũ*
10. *dixi. Non abscondi misericordiam tuam, &*
11. *veritatem tuam à concilio multo.* Ista quidem annunciatio potest intelligi & de veritate, quam antè mortem prædicauit, cuius causa crucifixus fuit; & de doctrina Euangelica, quam post mortem suam per Apostolos suos, & Ecclesiam vbiq; terrarum diuulgauit. At potissimùm patiens ac moriens Dei Patris iustitiam annuntiauit & misericordiam, atque adeò veritatem & salutare, id est salutem. Atq; ita Patrẽ summè glorificauit. Ideò enim se vsq; ad mortem turpissimam crucis humiliauit, vt honorem ab homine Patri sublatum eidem
Rom. 15. 3. restitueret. Hoc enim est, q̃ dicit Paulus:
Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut
Psal. 68. 10 *scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.* Sicut hominibus placere est ab illis gloriã aucupari: ità sibi ipsi placere, est gloriam propriam quærere. Hoc modo Christus non sibi placuit.
Ioan. 8. 50. Vnde dicebat. Ego non quæro gloriã meã.
54. Si ego honorifico me ipsum, gloria mea
Psal. 68. 8. nihil est. Et in Psalmo: Propter te sustinui
9. opprobrium, operuit confusio faciẽ meã.
10. Extraneus factus sum fratribus meis, &
11. peregrinus filiis matris meæ. Quoniã zelus
12. domus tuæ comedit me, & opprobria ex-
13. probrantium tibi, ceciderunt super me. Et operui in ieiunio animam meam, & factũ est in opprobrium mihi. Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum.

14 Sustinuit autem Christus opprobrium
a Isai. 9. 24 & confusionem, quia totum, quod fecit in
b Ioan 8. 15 terra, fuit opus Dei & obedientia Patris, &
& 10. 20. tamen propterea reputatus est *a* peccator, *c* Mat. 9. 3. *b* dæmoniacus, *c* blasphemus, *d* seductor, & *e* reus mortis. Vnde fratres sui id est populus suus, abiecerunt illum, tanquam extraneum & exterum, qui dignus non esset cum illis conuiuere, & quòd periisset anima eius de populo suo. Ideò, & gentibus *f* tradiderunt ad illudendum & crucifigendum, & principes in primis ac iudices (hi enim sunt sedentes in porta) loquebantur aduersum eum *g* quærentes falsum testimonium contra eum, arguentes eum condemnantes, & apud Pilatum *h* accusantes & coram *i* Herode, *k* instantes clamoribus magnis vt crucifigeretur. Et quãuis protestarentur quòd secundum *l* legem deberet mori, tamen ex ebrietate, id est, affectionibus inordinatis, puta inuidiæ, superbiæ & auaritiæ hoc molieban-
d Mat. 27. 63 & Ioã. 7. 12.
e Mat. 27. 6. & Mar. 14. 64.
f Matt. 27. 2. & Mar. 15. 1.
g Mat. 26. 59 & Mar. 14. 55.
h Mat 27. 12 Mare. 15 3. Luc. 23 2. & Ioan. 18 29
i Luc. 23 10
k Luc. 23. 23. Mare. 15. 13. Mat. 27 23. & Ioan. 19. 6.
l Ioan. 19. 7
1. Petr. 2. 24.

tur. Hoc est vinum quod bibebant. Et hoc pacto exprobrationes omnium hominũ, qui per transgressionem legis Deum inhonorabant, qui gloriam Dei dabant sculptilibus, qui per incredulitatem Deum blasphemabant, super Christum ceciderunt, quandoquidem peccata illa omnia pertulit ipse in corpore suo super lignum, vbi mortem obiit turpissimam. Atq; ita amouens à Patre tantas iniurias, contumelias, offensiones, Patrem suum maximo affecit honore. Meritò ergò Filius ab agricolis occidendus missus est, qua morte glorificaturus erat Deum Patrem. Nunquid ergò ex his non apparet manifestissimè, quã auidè cupiat Deus fructum gloriæ suæ? & per consequens quam soliciti esse debeamus, vt gloria sit semper Deo nostro, & quam indignum sit, quod à fideli quocunque quoduis committatur, quod non sit ad gloriam Dei?

Hanc eandem magnam Dei honoris existimationem nobis aperit veteris illius populi repudium, non ob aliud factum nisi quia fructum non reddidit Deo sibi debitum, id quod patet maximè in seruorum & Filii Dei interemptione. Synagogam tenebat Deus vt sibi dilectam sponsam, populũ illum veluti charissimum filium diligebat, adeo vt illum sub eodem nomine cõprehenderet quo & Filium suum sibi coæternum nominabat: quin & ad ipsum populũ, ipsum connaturalem Filium destinauit ad 15

illius salutem. At illum videns experiensque tam ingratum tamque rebellem, tandem abiecit à se, par pari referens; quasi diceret. Tu Filium meum charissimum extra vineam eiecisti & occidisti; & ego te, quē vt Filium charissimum diligebam, vineæ meæ faciam exortem, & honorem auferam à te, vt vltra non sis populus & filius meus, te, quoad hoc esse nobilissimum, interficiens. Si sponsam abiicit, si filiū repellit, eo quod fructum non reddant, hoc non est euidens argumentum, quod vehementer desideret fructum istum? Hoc vt fieret manifestum, sponsæ ac filii nomine populum illum veterem designauit, q̄ sponsam demum propter illius perfidiam Vxorem appellat fornicationum, & quem filium nominibus appellauit reiectionis, nempè
Oseæ 1. 2. absq; misericordia, & Non populus meus.
6. Obscurum autē videtur, quod primo no-
9. men dederit Iezrahel causam istam adii-
4. ciens. Quoniam adhuc modicum (inquit) & visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciam regnū domus Israël, & in illa die conteram arcum
3. Reg. 21. Israël in valle Iezrahel. Vide historiam vbi vinea Naboth Iezrahelitę, per summā impietatem ablata est ab eo, illi insidiante Ie-
4. Reg. 9. zabel: & vbi Iehu occidit Iezabel; vbi in agro Iezrahel canes comederunt carnes Iezabel: & noueris quod Iehu assumptus ad regnum, vt vlcisceretursanguinem Naboth contra Iezabel, quia secutus est peccata Ieroboam: In quarta generatione filiorum suorum priuatus est regno; quo figuratum est, quod tota domus Israël regno erat propter suam ingratitudinem demum priuanda: idcirco filius fornicarius primus dictus est Iezrahel, vt casus iste ad memoriam reduceretur, qui quoniam obscurus erat, declaratus est à Domino per Prophetam. Et quoniam Iezrahel significat semē Dei, innuitur, quod qui prius erat semen Dei id est filius Dei, propter ingratitudinem suam erat abiiciendus, vt vltrà non esset nec filius nec populus Dei. Cum autem gentes nō minus essent quin magis Absq; misericordia, quàm populus ille abiectus: & non minus, sed magis quàm ille, essent Non populus; propter fructum tamen, quem erant reddituræ factæ sunt populus, & misericordiam consecutæ sunt. Ecce ergo quam Deus appretiauit fructū istum. Heu ergo fideles fructificate, Deum honorantes. Ideo enim cum gentes essetis, Deum ignorantes, à Deo in populum eius assumpti estis.

SECVNDA PARS.

DIximus præcipuum vineæ fructum esse honorem Dei; nunc dicamus, quomodo reddatur. Porro fructus a vinea non producitur, nisi sedulo ipsa colatur. Propterea enim agricolis est locata. Hæc cultura sunt opera nostra bona, dicēte To-
Tob. 13. 6. bia. Exaltate eum in operibus vestris: Si enim mulier gloria viri est, vt ait Paulus.
1. Cor. 11. 7. *Quare Christus exhibuit sibi gloriosam Ecclesiam, non habentē maculam neq; rugam,*
Ephe. 5. 27. *nec aliquid huiusmodi, nisi vt ostendat diuitias gloriæ regni sui?* Propter hoc enim &
Hest. 1. 4. Assuerus post conuiuium illud magnum præcepit, vt introduceretur coram eo Regina Vasthi, posito super caput eius diade-
Hest. 2. 17. mate, vt ostēderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius. Erat enim pulchra valde. Huic autem sponsæ Christi, vt concupiscat Rex decorem suum, da-
Apoc. 19. 1. tum est, vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorū. Ita enim ipsi Christo datur gloria & Deo Patri. Quapropter ibi ante audiuit Ioannes vocē magnam. *Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam Deo,* 7.
quia venerunt nuptiæ Agni: & vxor eius præparauit se. Vides ergo ex præparatione & stola gloriæ, qua sancta Ecclesia, quæ est vxor Agni, ornata est, gloriā Deo accedere? Cum itaq; byssinum eius, quo in fimbriis aureis circumamicta est varietate, sint iustificationes sanctorum, opera videlicet iusta & sancta, clarissimū fit ex huiusmodi operibus Deum exaltari. Et hæc sunt primus fructus vineæ, quasi vua, ex qua vltimus & præcipu⁹ exprimitur, quod est bonum vinum. Fructus itaq;, quem nos debemus edere ad gloriam Dei, iustitiæ sunt, vt repleri fructu iustitiæ sic operemur, vt in omnibus honorificetur Deus.

Hunc fructū ostensurus Apostolus exē- 17
plo

plo terræ, quę si fructū afferat, benedictionē non accepit a Deo, incho ata quibusdā quasi præambulis veluti palmitibus, vt ad verum fructum perducat, sic exordiens.

Hebr.6,1. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectoria feramur, non rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, & baptismatum doctrinæ, impositionis quoq; manuum, ac resurrectionis mortuorum & iudicij æterni. In quibus verbis notat Apostolus, quæ fiebant, quandò quis ab infidelitate conuertebatur ad Christum. Deo quippè præmittebantur, fides & pœnitentia; fides, qua credebant in Christum; pœnitētia, qua a peccatis pristinæ conuersationis recedebant. Et tunc instruebantur de Baptismo; & si fuissent Israëlitæ, quæ esset distantia inter baptismum Christi & baptismata legalia, vt scirent ista istius fuisse figuram: baptizatis manus imponebantur per Sacramentum Conformationis, & docebantur de resurrectione mortuorū, & finali iudicio, quod vocat æternum, quia illius effectus, nempè sententiæ executio, erit æternus. Ista est inchoatio sermonis Christi.

18 Hanc igitur intermittentes ad perfectiora feramur (inquit). Non satis est introiisse in Ecclesiam Christi, in vineam Domini, aggregatū esse fidelibus, ad vlteriora procedendum est.

Heb.6,7. *Terra enim* (inquit) *sæpè venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur; accipit benedictionem à Deo: Proferens autem spinas, & tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora, & vicinio ra salutis, tametsi ità loquimur. Non enim iniustus Deus vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis*, quam ostenditis in nomine ipsius, qui ministratis sanctis. Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem, vt non segnes efficiamini; verum imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Heu! quot sunt in vinea Domini, quot qui profitentur Christi nomen, seque fideles Christianos nominantes, qui tamen terra sunt, germinant spinas & tribulos, etiamsi sæpè venientem super se bibant imbrem: Imber iste est prędicatio verbi Dei, & ministratio Sacramētorum, & consuetudo & cōuersatio Christianorum, & inculcatio mandatorum: frequens hic imber est. Et tamen quanti sunt, qui nō herbam generant, qui moribus statui fidelium non respondent, sed vitiis sceleribus & curis huius sęculi germinant spinas & tribulos? Hi vt sunt inter fideles, reprobi tamen sunt, & maledicto proximi, quorum consummatio erit in combustionem & cibus ignis. Nunc reprobi sunt à Deo proiecti. Maledicentur euidenter in fine, qua maledictione mittentur in ignem æternum. Nec illis proderit, quòd sæpè venientem super se biberint imbrem, quin magis propterea amplius accipient iudicium. Hi sunt imitatores agricolarum, qui segnes fuerunt in reddendo fructu vineæ, qui in grati in offensione seruorum, furentes, sacrilegi, immanes in filij interfectione. Hi non audiunt Sapientiæ documenta. *Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Ne contendas aduersus hominem frustrà, cum ipse tibi nihil malifecerit. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius.* Hi (inquam) imitantur vias agricolarum, mores pessimorum, studia scelestorum, qui moliti sunt malum iis, qui confidenter accesserunt ad eos, vt acciperent fructum eius. At non habuit cum illis fiduciam Christus, cum diceret Pater. *Verebuntur Filium meum?* Quid mali intulit illis Christus, qui dicebat: *Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: & tamen frustra*: Id est, sine causa aduersus illum contendebant, insidiebantur, & furore tamquam amentes accendebantur. O spinæ non fructus; ô tribuli nō vua aut vinum. Cupit Apostolus in fidelibus multam in bonis operibus solicitudinem, in eisdem perseuerantiam. Cupit vt non segnes efficiamur, sed ô segnitiem, ô torporem, ô negligentiam in operibus bonis. Cupit vt imitatores simus eorum, qui in fide & patientia hæreditabunt promissiones: At nos contra intentionē Pauli ad fundamēta reuertimur, & vbi deberemus esse perfecti,

Pro.3.29.

Mat.25.41

Ioan.10,32

indigemus quotidiè malorum operum agere pœnitentiam. Quam ô vtinam quoque ageremus! nam & hanc abiicimus, & imitatores agricolarum pessimorum, dignos nos facimus, in quos illa feratur sententia veritatis. *Malos malè perdet.* Sed verè peccamus, falsò pœnitemus: multum peccamus, modicum pœnitemus. Toti sumus peccando, & digitum vix admouemus ad sarcinas pœnitentiæ. Re ipsa peccamus, superficietenus agimus pœnitentiam, quin & pœnitendi speciem vix induimus, sequentes vestigia mundi, & eorum, qui & seruos Dei & Filium abiecerunt & pessimè habuerunt.

19 At fructum iustum quem in nobis desi-
Hebr.6.7. derat Apostolus, apertius demonstremus atq; distinctius, quasi granũ excussa palea. *Terra* (inquit) *venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quib. colitur, accipit benedictionem à Deo.* Herba igitur opportuna cultorib. fructus est terræ, potæ imbre cœlesti. Primus cultor est Deus. Et *Pater meus* (inquit) *agricola*
Ioan.15.1. *est.* Quę verò illa opportuna herba, nisi cultus illius & honor, nempè, vt seruiamus illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitæ nostræ? Sed explicet Paulus modum reddendi fructum istum; postquam dixit:
Hebr.6.8. *Proferens autem spinas & tribulos reproba*
9. *est, & maledicto proxima.* Subiiecit illicò: *Confidimus autem de vobis meliora, & viciniora saluti.* Duo contraria proposuit; herbam opportunam hinc; indè verò spinas & tribulos. Iam scimus propter peccatum Adæ maledictã terram, dicente Domino:
Gen.3.17. *Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi.* Quod dicit in opere tuo, intellige propter opus tuum, videlicet quia peccasti. Quo sensu dicebat Dominꝰ:
Ioan.8.21. In peccato vestro moremini; id est propter peccatum vestrũ. Digna ergò retributio & apta similitudo: Tu qui terra es, malè operatus es. Ergò & terra, quam colendã tibi trado; spinas & tribulos germinabit tibi. Spinæ fuerunt & tribuli ea, quæ tu fecisti; similia similibus redduntur. Spinę & tribuli erunt retributio tua. Ecce quàm appositè per spinas Apostolus, & tribulos opera hominis inutilia & nociua, quæ sunt peccata, designat. Spinas germinauit maledicta terra. Si ergò maledicti sunt qui declinant à mandatis Dei: Igitur herba opportuna est obseruatio mandatorũ Dei, quam qui præstat, à Domino benedictus est. Hæc sunt meliora & viciniora saluti, quæ subinfert Paulus: Confidimus de vobis meliora & *Heb.6.9.* viciniora saluti. Si hæc meliora; ergo peiora peccata. Si hæc viciniora saluti; ergò lõgè à peccatoribus salus. Quare autẽ viciniora saluti? Non enim iniustus Deus (inquit) vt obliuiscatur operis vestri. O sancte Paule, quæ sunt hæc verba tua? Nũ si obliuisceretur Deus operis nostri, esset iniustꝰ? nũquid iniquus est Deus aliquando? Hac phrasi certiores nos voluit Apostolus facere; quòd si benè egerimus, benè recipiemꝰ.

Age nunc, in specie videamus quidnam 20
sit opus hoc saluti propinquum. Pergit A- *Gen.4.7.*
postolus: *Et dilectionis, quam ostendistis in* *Heb.6.10.*
nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem. *Fructus Spiritus est charitas, pax, patientia,* *Gal.5.22.*
&c. Dixit ad Galatas aliquãdo idẽ Apostolus. Hic est præcipuus fructus, de quo Dominus ad discipulos suos dicebat: *Posui vos* *Ioan.15.16.*
vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Fructus finis est, quem intendimus plantantes vineam eamq; colentes. Inde dictus fructus, quia fruimur illo, in eo veluti in fine laboris quiescentes. An nõ finis præcepti est charitas? Hanc spectat *1.Tim.1.5.*
Deus, hanc à nobis expectat, ad hanc nos præceptũ ducit tanquã ad finẽ. Vt verè di- *Mat.22.40.*
ctũ sit, quòd in duobus præceptis siue actibus charitatis, vniuersa lex pendet. Hanc in corde non satis est habere, in opera manifestare illam oportet. Ideò dixit Paulus: Quam ostẽdistis in nomine ipsius. Quomodo verò ostendistis? Qui ministratis *Heb.6.10.*
sanctis: & hoc nõ leuiter, sed sollicitè in nomine ipsius, id est illius causa: sanctis, quia sancti sunt ministrastis, quia Christi sunt, quia in Christum credunt, quia in nomine Christi persecutionem patiuntur, rapinam bonorum suorum in gaudio suscipientes. Nunc audi seruũ à Patre familias nullum, vt acciperet fructus eius, audi inquã fructus hos postulantẽ: *Cupiens autem vnu-* *Heb.6.11.*

quemque

quemque vestrum, eandem ostentare solicitudinem ad expletionem spei vsque in finem. Iam multi ostendistis dilectionem sanctis ministrantes. Cupimus autē vnumquemque vestrum, eandem ostentare solicitudinem Omnes hortamur & singulos. Verba ista velim cordibus singulorum fidelium profundè admodum infigi & esse impressa. Et vos, qui ministrastis & ministratis, cupimus eandem quam cœpistis ostentare solicitudinem, ad expletionem spei vsque in finem. Dum operamur, speramus: completo opere, expleta erit & spes: cui in fine succedet res. Cupit ergò Apostolus perseuerantiam in operibus bonis, vt verè tandem fructum vitæ æternæ recipiamus. Subdit propterea: *Vt non segnes efficiamini, verùm imitatores* (supple efficiamini) *eorum, qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones* Quod est dicere: Solicitudine nō pigri, spiritu feruentes, Domino seruientes, in tribulatione patientes, necessitatibus sanctorum communicantes. Per fidem & patientiam promissio possidetur Fides necessaria est, quæ per charitatem operatur; sed non fides eorum, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. De his enim dicitur: *Semen cecidit supra petram & narum aruit, quia non habebat humorem;* Ergò sine fructu efficitur. *Patientia vobis necessaria est, vt fructum plurimum afferatis.* Patientia, perseuerantia est; & est eorum, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Dicit Dominus? Ergò non segnes efficiamini, sed imitatores eorum, qui in fide & patientia hæreditabunt promissiones.

Heb. 6. 12.
Rom. 12. 11
Gal. 5. 6.
Luc. 8. 14. 6.
Heb. 10. 37
Heb. 10. 36
Luc. 8. 15.
Heb. 6. 12.

21. Exhortatio. Missi a Patrefamilias vt acciperent fructum, suo quoq; exemplo nos prouocant, & fructum postulat: quòd laborant, quòd patiuntur, quòd moriuntur hoc totum est agricolas solicitare, vt reddant fructum. Phil. 1. 17. Ideò scribens hortatur Apostolus: *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi:* Hi fide & patientia hæreditarunt promissiones Ità & Iacobus: *Exemplum accipite, fratres: Exitus mali* (*id est mortis laboris & patientiæ*: *Prophetas*: *qui locuti sunt in nomine Domini, nempè missi vt acciperent fructum.*) *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt* Sufferentiā Iob audistis, & finē Domini vidistis. Prophetæ locuti sunt, in nomine Domini, docentes seruare omnia, q̄ præcepta sunt nobis. Vnaq; exemplū dederunt exitus mali, id est mortis, qua ab Agricolis affecti sunt. Laboris, quem libēter ipsi susceperunt secundū præceptū Domini, & patientiæ in vtroque, sic reliqui missi à Deo: qui verbo & exemplo fideles prouocant ad fructus iustitiæ. Hinc Baptista verbo p̄dicabat: *Facite fructus dignos pœnitentiæ* Exemplo demonstrabat, vt mundo abstinerent, carnē mortificarent Hinc Apostoli, factores verbi; q̄ dictū est ad illos. *Luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona: Et docete omnes gentes seruare omnia, quæcunq; mandaui vobis.* Cœperūt facere, & docere. Vnus aūt ex illis Paulus nomine audet, & dicit: *Abundantius omnib. laboraui. In fame & siti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate, & in reliquis huiusmodi.* Verum & verbo quonam modo fructificare debeamus, audiamus ab illo.

Luc. 3. 8
Matt. 3. 4.
Matt. 5. 16.
Matth. 28. 19.
1 Corin 15. 10.
2. Corin. 11. 27.

Sed qui sup omnes prouocat ad fructum istū, ille est qui ait: *Ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Dixit quidē discipulis suis in primis verba ista sed ità vt ad nos quoq; deriuaret. Nā in tm̄ Apostoli fructū attulerunt, in quantum mundū traxerunt ad Christi fidē operantem & fructificantē. Nam de omnibus suis fidelibus tūc loquebatur, quando eisdem Apostolis dixit: *Ego sum vitis, vos palmites, & Pater meus Agricola est, omnē palmitem in me non ferentem fructū, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructū plus afferat* Humor in vite transit ad palmites, fœcundans illos, vt fructū producant. Hæc est gratia Christi, de cuius plenitudine accipiētes, gemmas emittimus, folia demonstramus, vuas generamus, in omni opere bono fructificantes, simus filij Dei, imitatores Patris, ambulantes in dilectione sicut & Christus. *Nam fructus Spiritus est charitas. Charitas autem patiens est, benigna est, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa,* &c.

Ioh. 15. 16.
Ioh. 15. 1. 5.
Eph. 5. 1.
Gal. 5. 22.
1. Cor. 13. 4.

Isti

Heb.6. 7. Isti sunt fructus vineæ. Nam & Paulus supra ad Hebræos in dilectione concluſit fructum terræ, quæ à Deo accipit benedictionem.

22. Sed & Legem veterem audiamus: *Filij estote Domini Dei vestri.* Lex Christum
Deut 14 1. Filium Dei promittebat, ad illum ducebat, in illum tendebat. Nam finis legis
*Rom.*10.4 Christus est. Lex charitatem præmittebat, in ipsaq; charitate completur. Nam
*Matth.*22. 40. in duobus præceptis charitatis vniuersa
*Rom.*8 14 lex pendet. Qui autem spiritu charitatis aguntur, hi sunt filij Dei. Meritò ergò lex
*Deut.*14.1. ait: *Filij estote Domini Dei vestri.* At quomodo viuimus filios Dei? Lex suo more, cortice ruuido crassum illum, ac tardum
2. populum instruebat. Non vos (dicens) incidetis, nec facietis caluitiũ super mor-
3. tuo, quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit, vt sis eis in populum peculiarem de cunctis gentibus, quæ sunt super terram. Ne comedatis quæ immunda sunt: Hæc lex. Diuina prouidentia statuit sibi de vniuersis nationibus orbis terrarum populum eligere peculiarem, qui diceretur & esset populus Dei Altissimi, per quem se cæteris omnibus declararet verum & solum Deum. Vt ergò populus hic ab aliis discerneretur, legem peculiarem dedit ei, & non fecit taliter omni na-
*Ps*146.20. tioni. Præcipuè verò iussit, vt ipsi singuli, se quasi Deo sanctificatos obseruarent à quibusdã indecentijs aliorum populorũ.
Deut. 14.1. De quibus nunc. *Non vos incidetis*, &c. Et quid hæc obseruatio præseferat, præostendit dicens: *Filij estote Domini Dei vestri.* Quasi filij, non quasi gentes, quæ ignorant Deum, vos ipsos gerere debetis. Filius in exteriori apparatu & aspectu, & in victu differt à seruo; honorabilior est & magis spectabilis. Inde scriptum est de eodem populo sub nomine Ephraim. Si Filius
*Ier.*31. 20. honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus. Ita fideles Christi debent ambulare
*Col.*1. 10. dignè Deo, vt eorum vita fidei respondeat & statui; alioqui nomen Dei per illos blasphematur, dum dicitur En qualis populus est Christianus? En quales seruos habet Christus, qui in lege illius gloriantur, & per præuaricationem eiusdem legis illum inhonorant? Tria verò sunt, quæ specialim populo prohibebantur: Incisio caluitium, esus immundi. Per incisionem effunditur ex interioribus & venis, sanguis. Per caluitium tollitur honorabilis aspectus, Per esum immundi, etiam pars interior iniquinatur. In his tribus tota consistit vita Christiani, & eius qui verè filius Dei est. Ne immunda admittat ad præcordia cordis, vt sit cor mundum. Non effundat sanguinẽ operibus malignis & iniquitate. Ne sit inglorius aspectus eius, & deponat ornatum suum ædificantis
1.Pet.3.3. exempli, sed conuersationem inter gentes bonam habeat, vt ex bonis operibus illum considerantes glorificent Deum. Hunc fructum Filius Dei expetebat. Hunc fructum reddit, qui verè est filius Dei. Per illa materialia, hæc spiritualia figurabãtur. Non vos incidetis; ne tibi sis noxius: Ne offendas ad lapidem pedem tuũ: ne con-
*Deut.*32. tra teipsum conuertas gladium tuũ; ne in-
Psal 35. sidieris animæ tuæ; ne illam oderis in ma-
13. &c. lum; ne diligas mortem. Anima hominis in sanguine est. Ergò *si vis vitam diligere,*
*Pet.*3.10. *& dies videre bonos, prohibe linguam tuam à malo, & labia tua, ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum. Inquire pacem, & persequere eam.* Sed heù! quod sunt seipsos incidentes, sibi ipsis iniurij, nocentes, malum ac mortem inferentes?
*Psal.*10.5. *Nam qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Qui agit perperam, perpeti semetipsum facit; quę nemo, neq; Diabolus ipse cum omnibus satellitibus suis cuiquam inuito inferre potest, mortem (inquam) animæ, quæ extremum est malum omnium. Dilige, dilige miser homo temetipsum, vt possis proximum diligere sicut
Eccl 30.24. teipsum. *Miserere animæ tuæ placens Deo.* Sapiens dissuadens tristitiam, ostendit eam esse nociuam. *Tristitiam* (inquit) *Eccl*30.23. *non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum consilio tuo. Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine. Congrega cor tuum in sanctitate eius. Et tristitiam longè repelle à te. Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa.*

Ratio potissima tristitiã repellendi hæc 23.
est, quia perniciosa est. Heu! ergò quam
longè

longè repellenda est iniquitas, ex qua & tristitia & mala omnia vitæ proficiscuntur? Tu, tu ipse tibi inimicus es, qui diligis iniquitatem. Tu tibi exosus es. Tu contra teipsum exerces inimicitias, ne dum inimici hominis domestici eius. Sed ipse interimit semetipsum. De inimico sic docet Sapiens: *Non credas inimico tuo* Matth. 10. 36. Eccl. 12. 10 *in æternum. Sicut enim æramentum eruginat nequitia illius, & si humiliatus vadat curuus, adiice animum tuum, & custodi te ab illo.* Hæc doctrina pro nobis est, contra nos, statue tibi hanc veritatem: sic diligis iniquitatem, verè tibi ipsi inimicus es, sed non manifestè, sed quasi in occulto. Si humiliatus inimicus vadat curuus, veluti adorans te, & tuis vtilitatibus inclinatus, & totus intentus; adiice animum, animum aduerte, solicitus cogita, quam te erga illum geras, & omni custodia custodi te ab illo: quia sicut ferrum æruginem parit, sic eruginat nequitia illius. Fomes ille maledictus carnis nostræ spinas producentis & tribulos eruginat semper, mouet concupiscentias, ad malum inclinat: si teipsum non custodis, teipsum perdis. O documentum cordi profundissime imprimendum. Ergò *estote filij Domini Dei vestri.* Deut. 14. 1. Non vos incidetis. Nec facietis calùitium super mortuo. Hæc erant signa tristitiæ, quam nobis noxiam Sapiens declarauit. Noli sic tristari super mortuo, vt teipsum lædas. Sed & auferà te opprobriũ & contemptum. Nemo insipientiam tuã contemnat, qui cum speciosus debeas apparere inter filios hominum, vita degeneres à nobilitate Patris tui, qui in cœlis est. Rom. 8. 15. Galat. 4. 7. Deut. 14. 1. Ephes. 5. 1. *Non enim accepisti spiritum seruitutis, sed spiritum adoptionis filiorum Dei.* Iam non es seruus, sed filius. Ergò *filij estote Domini Dei vestri; estote imitatores Dei, sicut filij charissimi.*

24. Non facietis vobis calùitium, ornatum, quem dedit natura, ne deponatis. Simul vadant & appareant benignitas & humanitas. Si homo es, benignus sis, non canis latrans, non leo rugiens, non lupus rapax, non vulpis insidians, non bos cornupeta, non fera deuorans. Eph. 4. 31. Tit. 2. 7. *Estote inuicem benigni, & misericordes: Teipsum præbe exemplum bonorum operum omnium.* Si naturæ non habes ornatum, quantominus gratiæ! Ille tibi innatus est velut capilli: hic tibi studio assumendus est, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo: habes iam gretiam capillorum, addatur gratia capiti tuo: ornamentum gratiæ accipias. Quomodo verò id præstatur? *Audi fili mi disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo.* Puta Deum Patrem tuum, qui per sapientem loquebatur, te alloqui dicentem. Audi fili mi disciplinam Patris tui. Ego te affectu paterno & materno alloquor. Ego prudentia patris, dulcedine matris hortor te. Ego à quo totus es, plusquam à patre & matre. Ego qui te genui, & ideò noui figmentum tuum per viscera misericordiæ. Verum tibi bonum quærã, verum tibi honorem prouideo, vt pater & mater. Audi ergò disciplinã meam, & ne dimittas legem, fac quæ dico, serua quæ doceo, amplectere quæ præcipio, quia te vt filium diligo. O si audires vocem Dei! si intelligeres quod loquitur in te Dominus Deus! scires quòd Loquatur Psal. 84. 9. pacem in plebem suam, & super Sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor: scires eum & iustis & pœnitentibus pacem afferre, per quam bona omnia intelliguntur, & diuitiæ, & gloria, & innumerabilis honestas. Prou. 1. 9. Eccl 32. 5. Prou. 1. 18.

25. Tandem, Ne comedatis, quæ immunda sunt. Omnia munda mundis. Si mundus es, quidquid in te recipis mundum est; si immundus, immunda omnia etiam in se mundissima, immò quò magis munda, peius tibi afferunt inquinamentum: quia inquinatis & immundis nihil est mundum. Cor autem mundum est, si rectum est. Quomodo autem rectũ est cor, vbi non propter Deum quidquam diligitur huius mundi? Quomodo rectum, vbi tanta peruersitas, quòd apponitur cor diuitijs, & longe est à Deo? Qui sic diligit mundum, nullum fructum affert ex eo. Nam qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Ager est mundus, vinea in eo plantata est Ecclesia, qui mundum colit, Deut 14. 1. Tit. 1. 15. Eccl. 5. 9.

non vineam, qui est agricola, non vinitor, hic non facit fructum O agricolæ ! ô mundum colentes & diligentes , & in eo laborantes , scitote quod mali fuerunt agricolæ reddentes mala pro bonis; & mali quia malè perierunt & comede-
Prov. 1. 31. runt (vt dixerat Sapientia) fructus viæ suæ, nempè fel draconis, & botros amarissimos. Igitur vineam colamus & fructificemus Deo , qui dabit nobis vitam æternam. Amen.

CONCIO SECVNDA.

Argvmentvm.

Quod ad nos spectat , perficere debemus. Nil nobis impossibile iubetur. Ad præstandum quod iubemur, à diuina Vocatione auxilium nobis subministratur. In morali, contra eos qui Vocationi non respondent.

1. TANTÆ bonitati diuinæ, quantam exprimit parabola vineæ, quam plantauit Pater cœlestis , cum omnibus requisitis ad fructum copiosum optimumq; reddendum, tanta opponitur malitia humana, quantam exprimit eadem parabola , referens quid agricolæ perpetrarunt erga seruos & Filium hominis, qui vineam suam tantis bonis exaggerauit, vt illam nos apprehendere & sequi; hanc totis viribus euitare studeamus. Sic Salomon consueuit vnà proponere Sapientiam diuinam , & humanam concupiscentiam. Admonitiones diuinæ legis, & inclinationes humanæ fœcis; Vtilitas virtutis, detrimenta iniquitatis. Hinc proposita Sapientia monet immediatè, ne aures peccatoribus præbeamus , pessima
Prov. 1. 10. suadentibus. *Fili mi* (inquit) *si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis.* Iterum propositis Sapientiæ documentis, damna eorum subdit , qui illa contempserunt. Rursus , facta denuò exhortatione ad audiendam Sapientiam & legem Dei , fructum subinfert : *Vt eruaris* (inquit) *à via* Prov. 2.
mala, & ab homine, qui peruersa loquitur. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit sermones suos. Et frequens auertit ab impijs , & à fallacia mulieris , & ob oculos ponit suaues fructus Sapientiæ. Vbi vt vehementius moueat, graphicè depingit procacem mulierem , & ex aduerso Sapientiæ magnificentiâ veris effert commendationibus , vt sic appositis malis & bonis efficacius à malis amoueat , & moueat ad bona. Hæc est sapientia nobis hodiè proposita in sacra lectione.

Vbi tria docemur. Primum, ex tota ipsa 1. Diuisio.
parabola docemur, quod quisq; quæ ad se pertinent, perficere tenetur. Secundum, ex vineæ plantatione & locatione docemur, nihil nobis præcipi quod impossibile sit. Tertium , quòd ad præstandum quod iubemur, diuina prouocamur vocatione.

Quoad primum, hoc in primis statuendum est, quòd quisque quid facere teneatur, & à natura doceamur & à lege. Nam vt non otiosæ sint mundi partes (quod abhorret natura) illarum quæque suum faciat munus necesse est, idq; impletur ab omnibus & singulis , & omnibus perspicuum est: Nam germinat terra , illuminant astra: influit cœlum , suas æthera impressiones continuant , & variis varia hominum genera negociis addicta sunt Lex verò diuina , vt mandatorum plena est, quibus suum vnicuiq; opus tribuitur, contrariumq; vetatur. In cultu porrò Dei diuersa ministris distribuit officia , singulis tribubus loca disposuit , tempora cunctis distinxit & assignauit, quibus vel mouenda essent castra , vel quiescendum , declararet. Quin & tubarum sonos varios iussit , iuxta quorum varietatem intelligeretur , quid à quoquam perficiendum esset. Caput est hoc , quòd quisque suum munus exequatur, idq; sedulò , promptè, atque perfectè. Nempè quòd Paterfamilias vineam plantet , illique adiungat quæ necessaria sunt, sepem, turrim, torcular, & quòd locet eam agricolis , quòd suo tempore mittat, qui fructum accipiant , quòd scelestis agricolis auferat illã, transferatq; Num. & seq. Num. 2. & seq. Num. 9. & seq. Num. 10. & seq.

in gentem

in gentem facientem fructum eius. Vineæ est suum edere fructum. Agricolarum eandem colere, fructum reddere Domino vineæ. Ad eos, qui mittuntur, pertinet accedere ad agricolas, fructum postulare, & nihil non agere, quo mittentis voluntas impleatur.

§ Hoc nos docet parabola hodiernæ lectionis, vt vnusquisq; nostrûm faciat opus suum. Tuba est ista similitudo; nos populꝰ
Num.10.7 aduocatus ab ea. Quando congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concisè vlulabunt. Vide huius doctrinæ simplicitatem, qua nos ad Deum vocamur. Ergò nostra interest, vt audiamus & obaudiamus, vt huc faciat prouer-
Prou.25.12 bium illud. Inauris aurea & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem. Fulgens margaritum est verbum arguens, dicente Domino ad Apo-
Matt.7.6. stolos. *Ne mittatis margaritas vestras ante porcos.* Inauris aurea est sapiens & obe-
Exod.32.2 diens auris. Populus Iudaicus inaures aureas aliquando ad vitulum aureum conflandum, quem etiam adorauit, tradidit; vt iam non dignus esset, qui reciperet sanctum ac fulgens Euangelij margaritum, factus ad illud surdus auditor. Quid ergò? Num perdentur margaritæ istæ cœlestes? nequaquam. Sed genti dabuntur, quæ reddant ei fructum suum in tempore suo. Ideò Apostoli, repellentibus illas Iudæis, conuersi sunt ad gentes. Attinet ad nos ergò, qui gentes eramus, vt inaures nostras, immò aures nostras, Dei verbo accomodemus, vt simus Christi imitatores, qui in
Psal.39.7. Psalmo dicit ad Deum Patrem. *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfeciſti mihi.* Et Rebeccæ, quæ fuit vxor Isaac, in quo vocatum est semen Dei, prolatæ sunt inaures aureæ & armillæ au-
Gen.24.22 reæ. Nec vacat mysterio, quod Scriptura dicat. Protulit vir inaures aureas appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem. Sat sunt sicli duo ad inaures, ne fortè maius pondus & illarum amplior quantitas, cum aures grauet, tum faciei tollat decorem, apponuntur e-
Gen.24.47. nim ad ornandam faciem. Vnde idem ille vir post dixit: *Suspendi inaures ad ornandum.* Manus autem tanto pondere non grauantur, & ampliori indigent. Sed mysterium est, quòd duo sicli ponderis dentur inauribus, decem armillis. Verbum e-
Mat.13.3. nim Dei prædicandum est opportunè & & Luc.8.5 importunè. Nam & semen, quod est verbũ Dei, & in loca cecidit infructuosa & in terram bonam: missumque est ad agricolas, qui seruos portantes illud interemerunt, & ad gentes, quæ fructum retulerunt abundantem. Quod autem dicit Dominus:
Matt.7.6 *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos*: Expone cum Paulo: *Hæreticum hominem post v*
Tit.3.10. *nam, & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est.* Vbi certò scires Verbum esse repellendum prorsus, cum audiret nemo, ita quòd canes essent omnes ac porci, tum abstinendum esse ab eius prædicatione. Vbi autem fructus operatur ab aliquibꝰ, omnino spargendum est. Etenim tametsi & Prophetæ occisi sunt & Christus à Iudæis, reliquiæ tamen saluæ factæ sunt. Duo ergo sicli inaurium sunt modi isti duo admonendi aures opportunè importunè. At armillarum sicli, qui decem sunt, per se puto notum esse, quod decem verba legis opere sunt complenda. Nam inaures petunt, vt audiamus; armillæ, vt opere compleamus. Audiamus ergo nunc, vt operemur; Nam
Gen.24.22 & seruus ille Abrahami aures prius ornauit, postea manus.

4 Vt iam ad reliqua duo transeamus; sciendum, quod homini duo fecit Deus iam inde ab initio. Naturam tribuit, ac virtutem bene operandi, & ad id præstandum verbo instruxit & incitauit. Illud est vineæ plantatio: Istud seruorum missio & filii quoque: Vtrumque necessarium, nam alterum sine altero nequaquam valet. Sit plantata vinea electa, sit sepe munita, ac turri, cum adiutorio torcularis, si verbo non doceatur atque ducatur, erit sine fructu. Sed quis mouere quemquam velit ad id præstandum, quod est ei impossibile? Hoc igitur ex vinea docemur, fructus edendi datam nobis esse facultatem. Propterea Deus populo, dum esset in Ægyptiaca seruitute, non dedit legem,

quam vt posset obseruare ipsum liberauit, Hic enim finis à Deo illius liberationis præstitutus ac præostensus fuit, dum dixit
Exod.4.23. Pharaoni: *Dimitte Filium meum, vt seruiat mihi.* Quod idem dicendum est de bonis omnibus, quæ hominibus tribuit, quibus quasi talentis negociari conuenit, vt lucrum afferat tribuenti. Ideoque in deserto etiam data lege, non tenebatur populus ad sacrificia instituta in lege, quia nondum hostiarum erat copia, sed ad ea solùm, quæ facilè ibi valebat perficere, nempè Deum diligere ac proximum. Et ita possumus intelligere verba illa Prophe-
Amos 5.25. tæ, quæ Stephanus recensuit: Nunquid
Act.7.42. hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israël? Itaq; si quæ facerent in deserto sacrificia, hoc erat ad libitum eorum. Quapropter
Deut.12.8. Moyses tunc dicebat. Non facietis ibi (videlicet in terra promissionis) quæ nos hic facimus hodiè, singuli quod sibi rectum videtur. Neque enim vsque in præsens tempus venistis ad requiem & possessionem, quam Dominus Deus vester daturus est vobis. Transibitis Iordanem, & habitabitis in terra. Illuc omnia quæ præcipio conferetis holocausta, & hostias, ac decimas, & primitias manuum vestrarum, & quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vouebitis Domino.

5. Quid ergò excusationes prætendis tu; non posse te quæ præcepit Dominus obseruare? Nunquid sine vineæ locatione fructum flagitat? *Locauit eam agricolis.* Nunquid quòd singularis ferus depastus sit illam? *Sepem circundedit ei.* Nunquid quòd non sit facultas vinum ab vuis exprimendi? *Fodit in ea torcular.* Numquid ꝙ non habes, quo tutè congreges omnes eos
Ioh.6.63. fructus tuos? *Turrim ædificauit.* Ne dixeris; Caro infirma non potest totam legem
Phil.4.13 seruare. *Spiritus est, qui viuificat*, qui roborat, qui dicit. *Omnia possum in eo, qui*
Ier.2.21. *me confortat. Ego te plantaui vineam electam.* Ne dixeris: Pronitas ad malum trahit, ignorantia tenebræ est & lubricum, ligat concupiscentia, & compellit illũ. Au-
Rom.7.24. di, qui tollit hanc excusationẽ. *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum.* Et lapides elegit ex ea. Ne dixeris: *Vuas protulit vinea, sed quis ad perfectum adducet,* Isa.5.2.
vt vinum fluat? Velle adiacet mihi. perficere autem non inuenio. Ne vnquam hoc Rom.7.
dixeris. Propterea quòd: *Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsq; in diem Christi.* Qui eduxit de Ægypto, ducet in præcipuam terram, & in requiem introducet. Phil.1.6.
Torcular extruxit in ea. Ne dixeris: Accessi ad seruitutem Dei, sed impetor ab hostibus, tentationibus expositus sum, insidiæ & angustiæ mihi sunt vndique. Isa.5.2.
Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, neque à dæmonio meridiano. proteget te in abscondito tabernaculi sui. Nam sæpe circundedit eam. Ne Psal.30.
dixeris. Etiam per vim molestiæ mihi inferuntur. Occurrit Amalech, ne progrediar in via, obstat Chananæus, ne in requiem ingrediar. Assur captiuum ducit in terram alienarum gentium. Et quomodo possum perseuerare vsque in finem? qui de cœlo cecidit, de terra me deturbare conatur. *Ne timeas à facie eorum, quia ego* Ierem.1.
tecum sum, dicit Dominus a *quasi vir pugnator Omnipotens nomen eius.* b *Dominus conterens bella.* c *Et ad nihilum deducens inimicos nostros.* Hæc est turris, quàm ædificauit. *Nam* d *turris fortissima nomen eius: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur.* O vtinam voluntas prompta esser ad ea, quæ potest, perficienda: si enim *e* voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Deus à Leuitis ministerium exigebat non nisi à vigintiquinque annis, vsque ad quinquaginta: cum tamen sibi ascisceret, ac dedicaret à mense vno & suprà. Et vt scias, habitum respectum ad vires, quę solent ætatem comitari: ministerium in templo ab eis exigebat à vigintiquinque annis, vsque ad quinquaginta. Ad portandum verò tabernaculum cum partibus suis ac vasis, non tenebantur nisi à triginta annis vsque ad quinquaginta. At verò de populo numerus virorum fortium, qui possent ac deberent ad bella procedere, sumebatur à vigesimo anno & suprà. Quid hoc quæsò, nisi propterea quod

a Exo.15.3. b Iud.16.4. c Psalm. 107.14. d Prou.18.10. e 2.Cor.8.12. Num.8.24. Num.3.43. Num.8.24. Num.4.3. Num.1.3.

quod Deus à vobis non exigit ſuprà id, quod poteſtis? Hoc innuit, dum plantatam vineam cum omnibus requiſitis ſuis locat eam agricolis, vt reddant ei fructum vineæ. Vbi etiam obſerua quod non prius, ſed tum modò, *Cum tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.* Non antequam poſſis exigit, ſicut dictum eſt de Leuitis, non pluſquam poſſis, non quod non poſſis. Eia ergò reddamus ei fructum ſuum in tempore ſuo.

Sed quem fructum nos reddimus? Qui tantæ virtutis effectus? Num ſi Leuitæ arcam non portaſſent & tabernaculum, ingrederetur populus ad requiem promiſſam? Tantum procedebat populus, quantum laborabant Leuitæ portantes onera ſua. Arca fœderis Domini præcedebat eos per tres dies, prouidens caſtrorum locum. Num. 10. 33. Portabatur illa à Cahathatis, vnà portabatur Sanctuarium. Labor præcedit. Deus laboranti proximus eſt. Heu! natura tam nobilis otiabitur? arbor tam excellens fructum non dabit? Dauid quando dixit: Num. 4. 4. *Ego autem ſicut oliua fructificaui in domo Domini Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum:* Quid, quæſo, dixerat prius? audi: *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Vides illum potentem alloqui, diuiti inſultare, in vanitate præualentem exprobrare; quòd potentiâ abuſus ſit, & quia potens eſt, nullum timere, nullum vereri, ſed gloriari magis in malitia & iniquitate? Potens eſt, diues, præualens, quinam fructus ex hac ſua poteſtate & fortitudine prodiere? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua, ſicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem. Homo es, tibi adeſt humanitas, benignitas ergò cur abeſt? Potentia hæc tua, in vanitate præualet, non in veritate. Fallax gratia & vana eſt fortitudo tua, eſt enim in multitudine diuitiarum, ſed fallit eà diuitiarum fallit ſperantes in ſe. Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Arbor infructuoſa euelleris à radice, & aliò proiicieris, vt nunquam ex te quiſquam fructus manducet. Sed in ipſo comedes fructus viæ tuæ. Fructus in tabernaculo tuo iniquitas, fructus extra tabernaculum acerbitas. *Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum.* Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meę, & in gloria decoris mei? Quid ergò? Cumque ſermo adhuc eſſet in ore Regis, vox de cœlo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonoſor Rex: Regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eiicient te, & cum beſtiis & feris erit habitatio tua: fœnum quaſi bos comedes. Hæc eſt arbor illa magna, quæ gloriabatur in robore fortitudinis ſuæ, quę euulſa eſt & eiecta de tabernaculo ſuo & de humano conuictu, & tradita ad comedendum fœnum ſicut bos. Sic, ſic euenit omnibus non facientibus fructum, ſecundum propriam virtutem, vt vnicuiq; Deus dedit; Sperans tamen in Domino, qui eſt refugium noſtrum & virtus, fortitudo & firmamentum. Meritò ergò Dauid: *Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei* Ille in tabernaculo ſuo & in domo regni ſui: Iſte in domo Dei. Ibi fructus nimius, ſed iniquitatis & vanitatis, nullus vero iuſtitiæ: Hic autem fructus oliuæ, fructus pacis, fructus miſericordiæ. Pſal. 51. 10. Pſal. 51. 3. Pſal. 51. 9. Dan. 4. 27 Pſal. 51. 10

SECVNDA PARS.

NVnc tertio loco conſideramus DEI vocationem, qua per ſeruos ſuos poſtulat à nobis debitam ſeruitutem, quod eſt vinum ab illo de vinea ſua expectatum. Vbi duo attendenda ſunt. Neceſſitas noſtra, & benignitas Dei. Noſtra neceſſitas in hoc ſtat, quod quantumcunque à Deo virium ſuſceperimus, adhuc iacemus, veluti dormientes ac mortui, vt nullam poſſimus operam nauare, quæ Deo accepta ſit, ſi non ipſe noſtrum torporem excitauerit, ſi non vocatione ſua ſancta clamauerit: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis* Populus afflictus in fornace ferrea Ægypti, neq; vel de exitu cogitabat, tantum abeſt, vt per ſeipſum quærat euadere. 7 Eph. 5. 14. Exod. 3. & ſeq.

Deus ipse primus per Moysen excitauit, vocauit, animauit, ac demum liberauit. Erexit in spem Deus aliquando Abraham
Gen. 15. 1. dicens: *Noli timere Abraham, ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Quapropter sic est ausus respondere. *Domine quid dabis mihi? ego vadam absq; liberis.* Quem & verbo prius, & facto post consolatus est in Ismahele filio: amplius vt videtur beneficium non expectabat. Sed ecce Deus ex-
Gen. 18. 10 & 21. 1. citans velut mortuam & mentem & carnē eius, denuo repromittit ac concessit denique semen de Sara vxore sua. Indiget homo Dei auxilio, quo ad altiora vocatur & adiutus ascendit. Videamus ergo benignitatem Dei, qui succurrit miseris & adiuuat infirmitatem nostram, mittens ad nos ver-
Isai. 55. 11. bum suum, quod nunquam ad illum reuertitur vacuum. Hæc est seruorum missio.

8 Qua in re tria emicant, in quibus excellenter ostenditur benignitas Dei. Primum, ibi apparet. *Cum autem tempus fructuum appropinquasset.* Mirum profecto quomodo tempus obseruet Dominus, quomodo dispositioni nostrę accommodet vocatio-
Prou. 25. 11 nem suam. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.* Prouerbium si in hominum locutionem quadrat, multo magis in diuinam. Res argentea, quæ auro aspergitur, si id fabrè fiat, pulchior redditur. Vt est exemplum in lectis argenteis, quæ olim erant in vsu, maxime in conuiuiis, vt patet in historia E-
Esth. 1. 6. sther. Sit lectus argenteus, diuina locutio quā nos vocat, addatur illi aureus ornatus, qui mirè delectet, vt suauius acceptetur, vt in illa animus quadam trahatur voluptate, quæ plurimum in his Dei vocationibus degustatur; vt ideo aureis malis vsus sit in comparatione ista, vt nedum delectabilis oculis ostendatur, verumetiam ad vescendum gustandumque suauis. Intenti igitur simus erectis auribus, vt vocantem Dominum audiamus. Secundum est, quod non vocat per se modo, verumetiam per seruos suos, eosq; fideles. Sic per Moysen Deus ad populū loquebatur, qui in domo sua fuit fidelis. Sic per Prophetas multifariam multisq; modis, vt ait Paulus. Vt & nos illos audientes securi essemus, & ipse Deus in illis veluti requiesceret. Inde Prou. 25. Salomon: *Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.*

Vbi attende quàm hic perspicua sit Dei 9
benignitas. Iratus Deus populo propter eius pertinaciam atque perfidiam, vbi debuisset indignari & vindictam contra rebelles sumere, homines in mundum misit, qui ignem sui furoris contra peccatores extinguerent, veluti si tempore messis, quando extremi sunt calores, superueniat frigus niuis: Vt vbi expectanda erat impiorum perditio, ibi ex impiis facti pij, quasi per messē à Deo per seruos suos me- Ioan. 4. 35
terentur, & colligerentur, iuxta metaphoram illam Dominicam. Et quando Deus vnquam contrà populū in deserto debuit magis irasci, quàm eo tempore, quo vitulum conflatilem adorauerunt? & tunc tamen illis suam præsentiam repromisit. De Exod. 33.
tabernaculi effectione tunc Moysen instruebat, in quo in medio illorum habitaret, quando ipsi Deū repellentes, opus manuum suarum adorauerunt. Voluit quidē, vt cognoscerent, se ob hoc indignos factos, quibus cū Deus moraretur. Ideo dixit: Mittam præcursorē tui Angelum. Nō Exod. 33.
enim ascendam tecum. Rogatus tamen à Moyse, comitem itineris illorum seipsum pollicitus est, quin & se in carnem venturum pnunciauit Moysi dicens. *Videbis po-* Exod. 33.
steriora mea, faciem autem meam videre nō 23.
poteris. Deum visibilem cæcus populus petit, qui non erat Deus, sed pecus; neq; illud viuum, sed simulachrum. Et Deum se visibilem præbiturum Moysi pollicetur, quis tanti sit splendoris, vt à viuente videri non possit. *Non poteris* (inquit) *videre faciem meam; non enim videbit me homo, & viuet.* Putasne otiose factum, vt quo tempore populus colit vitulum aureum, eodem, videlicet immediatè post, populi princeps Moyses petat: *Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te:* Simulque impetret sibi & populo Dei ipsius præsentiam? Vbi maior furoris occasio, ibi amplior est amoris ostensio. Et occisis seruis, qui missi fuerant ad agricolas, vbi ex iustitia illos

debuit

Hebr. 1. 2.

debuit paterfamilias interimere, misit ex summa benignitate charissimũ Filium; & quo tempore occisus est Filius, eodem, & per eandem occisionem saluatus est mundus. Vt sit ab homine magis reiectus Deus, homini longè magis appropinquaret, atque se cum illo coniungeret. Hic ergo Dei
Mar.12.6. resplendet benignitas, quod misit seruos, & nouissimè habens Filium charissimum, & illum misit. Tertio denique eadem manifestatur excelsa benignitas, quod prænoscens quid illis euenturum esset, nihilominus illos misit. Non enim aliter verum appareret, quod dicit ipsemet in Prophe-
Osea 6.5. ta: *Dolaui in Phrophetis; occidi eos in verbis oriumei.* Num occidisset ipse, nisi certo necãdos ad necis authores delegasset? Quod si dicas contra. Missurus filium dixit. *Verebuntur filium meum* Hoc magis cõfirmat propositum. Parabola hæc est, quæ ex verisimilibus conflatur. Nõ autem verisimile est inter homines, eiusmodi Patrem inueniri, qui vt dubius habeat vinum, certus ad necem mittat Filium, sed vbi res ad Deũ transfertur, qui futurorum omnium est cognitor, tantæ benignitatis inuenitur Altissimus, vt etiam veluti percutiat ipse Filium, mittat ad necem certissimam. Heu benignitas Dei! Heu quanta malignitas
Rom.2.4. hominis. *Ignoras, ô homo, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundũ autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ?* Quanta benignitas Dei in plantando vineam? in locando agricolis? in expectãdo fructus? in mittendo seruos? in dissimulando iniuriam occisionis illorum? & denique in mittendo filium suum dilectissimũ? Quanta vero malignitas agricolarum ingratè agentiũ, dum fructus non reddunt? iniquè concidentium seruos Domini? sacrilegè & anarè interimentium filium, vt possideant vineam? Quid inde igitur expectandum? *Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis* Secundum enim duritiam suam & impœnitens cor thesaurizarunt sibi iram in die iræ.

10 An vero ipsa vineæ plantatio & locatio, nõ magna fuit vocatio? Quod rem tantam fecerit & tam admirabilem, qualis est vinea ista nobilis. Quod adintuendam illam duntaxat non patrarit, verùm ad fruendum nobis contulerit ad nostram vtilitatem, ad salutem. Hoc totũ, non est clamor magnus? non vox de cœlo? non tonitru ineffabile? & adiicit adhuc tamen expressam vocem, apertam vocationem per seruos & per Filiũ suum. Audite ergo: Pascebat Moyses oues Iethro soceri sui Sacerdotis Madian, apparuitq; ei Dominus in flãma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Dixit ergo Moyses. Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Hic est primus vocandi modus, mirabilia ostendere, quib. in stuporem tractus animus, illorum causam dum requirit, ad sublimia erigatur, & ad Dei cognoscenda mysteria disponatur; quibus in Deũ ipsum ascendat. Moles ista mũdi admirabilis valdè potuit mentes hominũ ad Deum adducere, sed quod in ea est præcipuum, homo ipse est, in quo memoriam fecit Deus mi- *Psal.*110.4
rabilium suorum. Hæc tuba Dei est excitans veluti mortuos aut dormitẽtes. Si hominis naturam attendas, videasq; vineam hanc electam à Deo plantatam, nihil erit ei in ea, quod te in admirationem non trahat, quod animum tuum ad laudem opificis tanti operis nõ inuitet & eleuet? Quodque nihilominus sicut ad agendas gratias, ità ad reddendum fructum vineæ non animet; quin etiam ferè compellat. *Vadam* *Exod.*3.3.
(inquit Moyses) *& videbo visionem hanc magnam.* O vtinam respicientes homines mirabilia magna, explorarent Altissimum, & cum cognouissent Deum, sicut Deum glorificarent, & gratias agerent, obsequiaque præstarent. Addit ad hæc vocem Deus 4.
expressius vocantem. Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait. *Moyses: Moyses* En duplex vox, en multiplex missio seruorũ, qui annuntient Verbum Dei, qui pro Deo fungantur legatione, qui quæ videmus oculis, verbis nobis explicẽt; qui narrent & declarent, quomodo Paterfamilias plantauit vineam, muniuit, ornauit, locauit. Et hæc vinea sit hominum species eleuata in sublime, cæteris prælata. Vt illorum

rum minet gregem ad interiora deserti, vt fecit Moyses vsque ad Montem Dei Horeb, vt facto clamet. *Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate, & superexaltate eum in sæcula.* Ità per se, & in se, & in creaturis omnibus glorificet Deum Patrem, & non deficiat laus eius de ore hominum. Iste quippè est vineæ fructus *Adsum*: Respondit *Moyses*. Quid hoc? audi Prophetam. Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt. *Adsumus*. Illarum locutio est operatio, respõsio est obedientia, præsentia est ad obediẽdum promptitudo, ad ministrandum perpetua assistentia. Ità respondetur vocanti, sic præcipienti obtemperatur. Vide ergò in his bonitatem Dei, vide charitatem, vide clementissimam prouidentiam, & illi apta te ipsum.

Dan. 3. 57.

Bar. 3. 35.

11 Sed heù confundor. Lego legem, & audio in illa iubentem Deum. Si exieritis ad bellum, clangetis vlutantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. Ergò Deus ad sonitum tubarum recordabitur nostri, & liberabit nos de inimicis nostris. Et nos ad tot illius voces surdi erimus? clamat ipse beneficiis, vocat donis, trahit in funiculis Adam, cui tot tantaque elargitus est bona, trahit (inquam) in vinculis charitatis: inuitat & vocat per seruos suos, quos etiam occidit in verbis oris eius, dum ad agricolas mittit, qui illos occiderunt. Vndè vnus ex illis Doctor gentium Scripturam citat dicentẽ: *Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sicut oues occisionis.* Et vos quem fructum tribuistis illis? quam obedientiam Euangelio? quam reuerentiam Deo? quam credulitatem verbo? quam pietatem seruo? quam charitatem filio? quam tantis beneficiis compensationem?

Num. 10. 9

Oseæ 11. 4.

Oseæ 6. 5.

Rom. 8. 36.

Psal 43. 23.

Indignatus Moyses contra populum, qui carnem appetebat, & petebat; dicebat: *Vnde mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? Non possum solus sustinere omnem hunc populum. Obsecro vt interficias me, ne tantis affictar malis.* Audiuit Deus preces illius, dedit illi adiutorium, populo carnes, quæ illi fuerunt ad interitum. Et sanguis seruorum suorum, & sanguis filij dilectissimi non clamabit? non audietur? non vindicabitur? Habeat populus carnes, vinea fruantur agricolæ, & non videbit Deus? & non intelliget Deus Iacob? & qui hæreditatem & benedictionem transtulit ab Esau ad Iacob, non perdet agricolas illos, & vineam locabit aliis? Et tu ingrate Christiane, innocens relinqueris, qui omnium pessimè peccas in Deum Patrem? in seruos? in filium? in vineam? in temetipsum? qui tantis bonis affectus nullum pietatis præstas effectum. Ergò facit fructus dignos pœnitẽtiæ; Quoniam Dominus misertus est pœnitentibus, & genti facienti fructus dabit regnum cœlorũ in cœlo & in terra. Quod nobis concedat. Amen.

Nũ. 11. 13. 4.

Gen. 27.

Luc. 3. 8.

MORALE.

12 HEù! quot clamores? heù! quanti nos ad reddendum fructum prouocant? O vtinam illis essemus itenti. Nobilis naturæ plantatio, addita innumera auxilia; intentio plantantis & auxiliantis, qui ideò locauit vineam suam; expectatio eius, nolentis aliquem perire, sed ad pœnitentiam conuerti; Vox clamantium in deserto, in domo-in platea, per vicos, per vias, per sepes compellentium fructificare; Sanctorum exempla, quę fortius quàm verba ipsa mouent, Mira illa condescensio Dei, & Filij ipsius Dei descensio, qui descendit, non vt videret clamorem turrim ędificantium, sed miseriam inopum & gemitum pauperum, suppetiasque illis ferret. Passio Domini nostri Iesu Christi num parua, num submissa vox est? non potius dicendum est tonitru esse factum? & qui præibant & qui sequebantur, non fortiter clamauerunt omnes? In omni opere bono fructificate. At verò si dormis adhuc, si surdum viuis, si obedire detractas, insonet vox illa in auribus tuis. *Malos malè perdet.* Cui adde Prouerbium Salomonis. Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris Sapientem, intelliget disciplinam. An non pestilens Iudæus? An non pestilens Synagoga? Iam non in cathedra seniorũ laudat Deũ. Iãnõ in Cathedra Moyses recta docet, & exponit legem Dei; sed in cathedra pestilentiæ

Gen. 11. 5.

Colos. 1. 8.

Pro. 19. 25.

Ioan. 9. 22.

Ioan. 19. 2.

stilentiæ sedit corrumpens turbam, vt extra Synagogam fiat, qui Christum confitetur, vt illum protestetur, quòd secundum legem debeat mori, opere illum insectans & sermone, sic claue abutens & potestatis & scientiæ contra Filium Dei & contra populum Dei; vt apud illam veritas non sit neque iustitiæ neque doctrinæ. Neque fructum facit vt vinea, neque vt agricola audit vocem Dei ex ore seruorum & filij. Vide in opere pestilentiã. Gloriosus factus
1.Mac.10. erat Ionathas in populi salutem & pacem,
6. sed vt ait Scriptura. Conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israël, viri iniqui interpellantes aduersus eũ. Vide pariter in
Pro.15.12. doctrina. *Non amat pestilens eũ, qui se corripit, nec ad Sapientes graditur* O Synagogę maximam pestilentiam, quæ simul & eloquium repulit, & homicidiũ perpetrauit.

13 Sed quid? dimittetur continuè secundũ desideria cordis sui, vt eat in adinuentioni-
Pro.25.4.5 bus suis? *Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimũ. Auser impietatẽ de vultu Regis, & firmabitur iustitia thronus eius.* Pro rubigne habent Hebræa, scoriam;
Isa.1.22. pro impietate, impiũ; sicut & 70. Igne decoquitur scoria, vt habet Isaias, & iuxta eũdem impios illa significat. Si igne illam auferas, argentũ remanet purum, non enim igne consumitur. Sit ignis rigor iustitiæ, qua Rex secernat impios à probis, illos de-
Ps100 7.3 struens, hos protegens. Hoc est autem impietatem auferre de vultu Regis, vt impij non dirigant in conspectu oculorum suorum, & facientes præuaricationes odio habeat Ignis iste & purgat, & firmat quasi argentum regnum eius & thronũ. An nõ Regnum Dei Regnum omnium sæculorum,
Psal.5.6. cuius non erit finis? Ergò *non permanebunt iniusti ante oculos eius, & oderit omnes, qui operantur iniquitatem.* Propter hoc à facie sua proiecit populũ suum, eiiciens de terra, quam illi dederat, & in captiuitatẽ mittens. At demum vltionis die superueniente, populum qui Deum ipsum abiecit, ne regnaret super eum, prorsus amouit à facie sua, delens ac destruens, vt præterea eius non esset neque populus neque regnũ. Sic
Pro.21.11 flagellatus est pestilens, sic mulctatus, & vt repetit Salomon. *Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus: & si sectetur Sapientem, sumet scientiam.*

Videamus ergò si de nobis sermones isti 14
veri sint. Nos sumus gens illa stulta, de qua in Cãtico dicit Deus: *In gente stulta irritabo illos.* Irritauit autem dum abstulit ab eis Regnum Dei, & genti huic qui sumus nos tradidit, fructus facienti. O exemplum! ad duo nobis proficit Iudæorum casus & ruina, vt pœnam timeamus, & culpam caueamus. Pestilente flagellato: En culpa; pestilente: En pœna; flagellato. Sic eo flagellato, stultus sapientior erit, quomodò Sapiens? Si malum eius faciat nos cautos. Heu quot Regna, quot Prouincias, quot vrbes, quantas Regiones & nationes Christianorum abiecit Dominus. Quare? quia non didicerant Sapientiam, quia Sol intelligentiæ non luxit illis, quia videntes malum non absconderunt se, ab illo se protegentes. Ægyptiorum plagæ ad duo seruierunt Israëlitis, vt ipsi liberarentur, & vnà instruerentur. Ideò sicut ad illorum liberationem Ægyptum flagellauit, ità ad illorũ instructionem eisdem multa flagella Pharaonis commemorauit; dicens. *Si audieris* *Exo.15.26*
vocem Domini Dei tui, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te. Ità ità ergò & nobis prosint omnia ista. Iam *Rom.11.11.*
Iudæo derelicto salus est mundi, & diminutio istius diuitiæ gentium. Neque enim nisi propter eos repulit Deus plebẽ suam: quemadmodum vt inde educeret populum suum, flagellauit Ægyptum. Vnde ab *Rom.11.28*
Apostolo vocantur Dei inimici propter nos. Ergò illorum infirmitas & mors nobis facta est ad medullam.

Sit itaque & ad cautelam, vt non simus 15
concupiscentes malorum, sicut & illi con- *1.Cor.10.6*
cupierunt, neque simus persecutores bonorum, sicut & illi persequebantur iustos. Vineam sibi concupierunr, & ob hanc causam mortem hæredis sibi proposuerunt, dicẽtes: *Hic est hæres venite occidamus eũ, & habebimus hæreditatẽ eius* Sed heu quid
Iacob.1.2. dicit sanctus Iacobus Apostolus: *Concupiscitis, & non habetis: occiditis & zelatis Num malũ non est concupiscentes dũ concupiscitis uxorem proximi? facultates eius? honores? potestates?* En malorum concupiscentes.

Nostra erit hæreditas. Vacui iam sæculari
Marc.12.7 potestate, Regem habentes Cæsarem, Præ-
Luc.3.1. sidi Pilato subiecti & Herodi. Eò magis
Mat.23.6. Ecclesiastica anhelabant, amantes primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis & salutationes in foro. Et quòd Pontificatum ambirent, ex eo manifestũ est, quòd non erat vnus perpetuus; sed eo alternatim fungebantur. Nam Caiphas e-
Ioan.11.49. rat Pontifex anni illius. Hæc est hęreditas,
& 51. quam sibi per Christum timebant eripi, di-
Ioan.12.19. centes: *Ecce totus mundus post eum abit.* O
Ioan.9.28. Pontifices Iudæorum, qui dicitis. Nos autem Moysi discipuli sumus. An hoc à Magistro vestro didicistis? socios adhibet suæ
Num.11.16 potestatis septuaginta viros, arguit Iosuë
26. ministrum, qui pro illo æmulans nolebat illorum duces in castris prophetare. Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum? Vos autem vt sedere debeatis in cathedra Moysi, sedetis in cathedra pestilentiæ. Et nos Christiani vbi sedemus? quid quærimus? pro quo laboramus? alienam hæreditatem. Hinc bella, hinc lites. Qui impediũt ab acquisitione & retẽtione alienorũ, quasi fructũ petentes, cuius erat Dominus Paterfamilias; hos persequimini, hos interimitis, præ omnibus hominib. vos reputantes. Sed heu! inanis est labor
Iac.4.2. vester: *Concupiscitis & non habetis: occiditis*
Psal.75.6. *& zelatis, & non habetis. Auferetur à vobis*
48.12. *vinea. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in*
manibus suis. Et sepulchra eorũ domus illorũ
Pro.22.16. *in æternũ. Quin malos malè perdet.* Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne fortè satiatus euomas illud. Ne te rerum temporalium dulcedo decipiat, vt illas quàm satis sit plus appetat, plus adipiscaris. Statis debuerat agricolis esse merces laboris eorum. Hac non contenti vineam ipsam totã concupiere, & vt illum possiderent, necì hæredem tradiderunt.

16 Sed quid? *Malos malè perdet, & vineam*
suã locabit aliis agricolis. Ità quod superest euomitur, ne fortè satiatus euomas illud.
Iob 20.12. Audi, audi quid scribitur in libro Iob de
14.15. homine impio. *Cum dulce fuerit in ore eius*
malũ, abscondet illud sub lingua sua. Panis
eius in vtero illius vertetur in fel aspidũ in-
trinsecũ. Diuitias quas deuorauit euomet, &
de ventre illius extrahet eas Deus. Hæc verba quæso infixa sint in cordib. vestris, sint dulcia secularia in ore eorum, qui diligunt mundũ, & ea q̃ in mũdo sunt vertentur in trinsecus in fel aspidũ. Quot malorũ quãtorumque causa sunt diuitiæ istæ fallaces? Vnde est quòd mũdus iste infernus factus est, nisi quia pecuniæ obediunt omnia? *Qui diuitias habet, eis abutitur ad mala per-* Eccl.10.
petranda: ad pauperũ oppressionem, ad vin-
dictam inimicorũ ad concupiscentiam voluptatũ, ad graduũ ascensionẽ, vnde alios deturbare conatur. *Panis suauior sit panis do-* Psal.119.
loris. Cadet enim cũ dominatus fuerit pauperũ, & cum quod concupierat fuerit adeptus: quoniam diuitias quas deuorauit euomet, quòd si hæc euomere noluerit, de ventre illius extrahet illas Deus. O turbantem euomitionẽ, ô violentã extractionẽ! *Et malos malè perdet.* Et quid proderit, si Pro.26.11.
fueris velut canis reuersus ad vomitũ tuũ? & 2.Pet.
Si quę perdideris, repetieris? nũ manui Dei 22.
omnipotẽtis resistere poteris, qui de ventre tuo denuò extrahet illas? Audi sequentia: *Nec est satiatus venter eius. Et cum ha-* Iob 20.20.
buerit, quæ concupierat, possidere non poterit.
Nunquid ergò nõ melius est fructũ reddere, & labores manuũ manducare, vt ex hac vinea denique transferamur in domum Patris nostri qui in cœlis est. Quod nobis præstet ipse Rex in Regno Dei. Amen.

DOMINICA DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.
Ioan. 8. 31.

ARGVMENTVM.

Describitur cõtentio stultitiæ nostræ cum Sapientia Dei. Qui sint fructus huius Sapientiæ, & quæ excellentiæ. Tractãtur hæc sic sapienter, diuinè & vtiliter, vt nil melius.

SICVT

1. SICVT Diuina bonitas bonum trahit ex malis nostris, dicente Ioseph fratribus suis: *Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum*: Ita diuina Sapientia ex insipientia & contradictione nostra magis relucet. Est enim Sapientia, vt fluuius. Vnde ait: *Ego Sapientia effudi flumina, & fluuius meus appropinquauit ad mare*, id est, abundauerunt aquæ meæ, quasi maris. Fluuius autem de montium sublimitate descendit. Est enim Sapientia, quæ de sursum est, & per immania saxa & etiam per horrenda prærupta cadens ac ruens fluit. Hi sunt, de quibus hodiè Iudæis Dominus dicit: *Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.* Nec tamen impediunt, sed illam frangentes clariorem reddunt ac dulciorem ac puriorem. Propterea tàm mirabilem Sapientiam hodie audimus à Christo, dum stultorum refellit inanes argutias, imò insanas responsiones Iudæorum. Quam ideò diligenter audiamus.

Gen. 50. 2. Eccl. 24. 40. 43. Psal. 10. 3. Pro. 26. 11. & 2. Pet. 2. 21. Iob 20. 20.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum, ait Euangelista. Dicebat ergò Iesus ad eos, qui crediderunt ei ex Iudæis. *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatẽ, & veritas liberabit vos.* Sermo igitur hodiernus & colloquium Domini cœpit fieri in his, qui crediderunt in Iesum, vt in fide confirmarentur. *Si manseritis in sermone meo; verè discipuli mei eritis* Sed vel hi non permanserunt in sermone Dei, vel subintroierunt alij Iudæi, Christo se opponentes.

Ioh. 8. 30.

2. Vbi primum videmus, Contentionem stultiæ cum Sapientia: Deinde fructũ verbi Sapientiæ. Circa primum Salomon ait: *Ne respondeas stulto iuxtà stultitiam suã, ne efficiaris ei similis. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur* Sic docens magnam esse adhibendam cautelam in colloquio, quod cum stultis habetur, ne dum putamus illos siue arguere siue instruere, in eandem cum eis stultitiã deuoluamur. A qua stultitia si cauere possumus: bona est redargutio contra illos, ne sibi sapientes esse videantur. Dominus itaque Iesus: in quem (cum esset ipsa Sapientia) stultitiæ nota cadere non potest, illos redarguit, vt nos instruamur: Illorum multis ramanentibus in insipientia sua. In quos benè quadrant verba illa Salomonis: *Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata* Argento sonoro solens verba oris assimilari. Quando igitur verba sunt indecora, meritò argento sordido cõparantur, ex quibus propterea homo tanquàm vas fictile decorẽ non induit, sed magis exaltat & in propatulo ponit stultitiam suam. Et tunc potissimum, quando tumẽs superbiâ loquitur homo simul malũ corde pessimo. Certè Iudæi vtrumq; in suis contradictionibus p̃ferunt. Nam quantus eorum tumor, qui se iactant filios tũ Abraham tũ Dei, & quòd nemini seruiuerint vnquàm. Quàm pessimũ verò cor, quandoquidẽ vt ait Christus quærebant illum interficere; & blasphemias illas temerè imò temulenter effutiunt? *Nonnè benè dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* Sed hinc quàm viles ipsi & stulti apparuerunt, quando insipientia eorum manifesta extitit? dicente illis Domino? *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax.* Ac demum *Tulerũt ergò lapides vt iacerẽt in eum, Iesus autẽ abscondit se, & exiuit de templo.* At Iesu sapientia manifestè apparuit; vt meritò dicat. *Si ego honorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quẽ vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum.*

Principalis diuisio. Prou: 26. 4. Prou 26. 23.

3. Rectè ergò de Sapientia Sapiens decernit. Luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox. Sapientiam autem non vincit malitia. Lux quidem est Sapientia imò ipse candor lucis æternæ, sed lux ista supercedit visibilẽ hanc sensibilemq; lucẽ multis quidem modis, sed hoc potissimũ, quòd lux sensibiliter à tenebris superatur, nam illi succedit nox. Sapientiam autem non vincit malitia. Quid putas insipiens tu? quid loqueris; quid agitas? quid cogitas? si sint opera tenebrarum, à luce diuina conuin-

Sap 7. 29.

conuincuntur. *Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, scrutans corda & renes Deus.* Quid frustrà conaris? quid in vanũ laboras; Quid in cassum sudas & fatigaris? Inanis non secus est labor tuus, ac
Gen.11.4. fuit eorum, qui turrim pertingentem vsq; ad cœlum ædificare meditabantur. Omnis conatus contra Sapientiam frustratorius
Exo.14.7. est. Quid egit Pharao persequens Israëlem? Principes Ægypti ac Taneos consiliũ in-
Isa.19.11. sipiens dederunt Pharaoni: post multa per-
Exo.14.25. 27. pessa flagella ad vltimum dixerunt: *Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis.* Sed ad vnam eleuationem virgæ submersi sunt omnes in aquis vehementibus, & ferebantur in profundum. Quid egit Saul
1.Re.31.4. persequens Dauid? Dauid saluatus est, pe-
Pro.10.4. riit Saul. Et quid agis tu mundi assecla? Audi Salomonem: *Qui nitiur mendaciis, pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volantes.* Certe qui nitiur contra Sapientiam, contra veritatem, qui hominem vi-
Psal.115.2. uit, mendaciis nitiur, *nam omnis homo mẽdax.* Omnia enim temporalia iis mentiuntur, qui cõfidunt in eis; hi pascunt ventos,
Ec.5.15. quia vt ait de se Salamon laborant in ventum. Num tum regere potes ventos, huc illucque dirigere ad tuam ipsius voluntatem? num obediunt tibi venti? vt dicas illis, hucusq; venietis & non vltrà procedetis? Ventus ventus sunt temporalia quærẽtibus. Stringe manum & tene quod habes; ô hebes, qui niteris mendaciis. Estò, tibi obediãt venti, & dicas huic, Vade & vadat, & alio veni & veniat. Quem fructũ habebis in illis? num lac bibes, lana operieris, ac si esses pastor ouium, qui nunc est pastor ventorum? sequere sequere nunc aues volantes impennis, grauis, terrestris ac terre-
Pro.1.17. nus. Vola si potes, quando etiam frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Labo-
Osea 8.7. ras ergò frustrà & sine fructu. Hoc & Oseas figura venti demonstrauit: *Ventum seminabunt, & turbinem metent. Culmus stans non est in eo Germen non faciet farinã; quòd & si fecerit, alieni comedent eam.* Quid est ventum seminare nisi in vanitatibus laborare? Quem verò faciunt lætum segetes istæ & sata ista? si laborat in spe fructus percipiendi, quam messem colliget? Turbinem metent, ventum venti seminatores metent, sed nõ quecunque turbinem turbantem naues, deglutientem, puluerem excitantem, parietes impellentem, ruinas minantem. *Tribulatio & angustia* (inquit Apostolus) *in omnem animam operãtis malum.* Hic est fructus, quem mali Iudæi disputantes cum Domino consecuti sunt, Culmus stans non est in eo: ex vento sato non genaratur culmus, non spica, non granum: ideò quod germinat, non facit farinã oportunam iis, a quibus laboratum est in culturahuius sationis. Quod cupiunt non apprehendent, & si quidem videantur aliquid perfecisse, aliquid esse molitos, thesaurizasse thesauros in terra, alieni comedent hanc farinam. Quid infœlix, infidelis, perfide Iudæe consecutus es, homicidium, secundum desideria Patris tui, qui fuit homicida ab initio, perpetrans contra Filium Dei? Quid meditabaris occisurus illum? occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Hãc farinam fecit culmus tuus, sed alieni deuorauerunt eam. Sed venerũt Romani, & tulerunt locum & gentem, & in dispersionem gentiũ iturus, dereliquisti terram tuam. O inanem laborem! ô noxij sudores, vires debilitantes & bonum succum exhaurientes.

Rom.2.9. Osea 8.3. Marc.12.7. Ioan.11.48.

Sed tandem, vt hoc clarescat euidentius, bonum fructum examinemus Sapientiæ Dei. Melior enim est acquisitio eius negociatione argenti & auri primi, & purissimi fructus eius. Hunc distinguit Dominus, dicens: *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Ergò fructus sapientiæ est discipulatus Christi, veritatis cognitio, libertas & vita. Quæ omnia Christus tribuit sermoni suo, qui est sapientia. Cum ergò sermo Domini origo sit tot tantorumque bonorum, hanc originem suam examinemus; de qua dixit ad eos, qui crediderunt in eum, Iudæos. *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.* Manere itaque in sermone Domini horum bonorum origo est, quam ideò consideremus.

4 Pro.3.14.

Isti in

5 Isti in eo quod crediderant, erant in sermone Domini, capti in sermone eius. Sicut corpus est in terra, sic animus credens est in verbo; corpus ideò sustentatur, quia nititur terræ stabili, quam fundauit
Psal 103.5. Deus super stabilitatem suam, non super alienam firmitatem, & ideò in æternum stat, & non inclinabitur in sæculum sæculi. Multò igitur magis *verbum Domini nostri manet in aternum.* Vnde Psalmus: *In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cœlo: In generatione, & generationem veritas tua. Fundasti terram & permanet Verbum quidem, quod idem est quòd & veritas, permanet in cœlo, quia verbo Domini cœli firmati sunt. Permanet in terra, quia eodem verbo reposita est* Si ergò firmitas cœli à verbo est, qui non super alienum fundamentum superædificati sunt: multò magis animus per fidem fundatur & stabilitur in verbo Domini: *Cui soli innititur, à quo portantur omnia* Non enim verbum alieno hæret fundamento, nec alterius indiget virtute, vt in se maneat, & cætera omnia portet. Qui ergò crediderant Iudæi, erant in sermone Domini. Et vnusquisq; est in eo, qui illi nititur. O qualem firmitatem! ô qualem quietem haberes! si verbum Dei esset fulcrum tuum, fundamentum tuum, requies tuâ in sæculum sæculi. Sicut est in verbo Domini per fidem, sis per spem, sis per charitatem, vt in illo speres, vt id diligas
Gen.7.18. omne, quod tibi præcipit diligendum. Firmior fuit arca Noë super vndas, quàm terra sub vndis, quia verbo Dei arca nitebatur. Ideò terræ innitentes, quia nõ crediderunt verbo Dei perierũt. In arca conclusi propter verbum Dei salui facti sunt à fluctibus. Ne aspicias hoc, ne sit lignum vel tellus; sit arca vel terra; sit leue vel
Luc 21.33. graue. Id tantum respice si id est verbum Dei. *Qui cœlum & terra transibunt, verba autem Dei non transibunt.*

6 Nostræ igitur partes sunt; vt maneamus in sermone Domini, vt non ab illo auellamur, ne de arca ista exeamus. Ideò
1 Reg 10.1. dixit: *Si manseritis in sermone meo* Saul fuit in verbo Dei, per quod vnctus est Rex dum obediens fuit, nam vera adhæsio verbi, vera obedientia est. Nam si etiã victimes & non secundum verbum, instabilis es recedens à Deo. Per inobedientiam autem relinquitur verbum Dei Ideò Sauli dictum est: *Melior est obedientiam, quàm victima.* Et propterea, quia non obediuit, abiectus est & proiectus à facie Dei, & non fuit stabile regnum eius: Dixit miser Ionathæ filio suo: *Omnibus diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabieris tu, neq; regnum tuum* Perfectione putabat stabiliri regnũ suum; in qua erat inobediens voci Dei, qui illum abiecerat & elegerat Dauid; & propterea re-
1.Reg.16.1. gnum eius euanuit, quoniam Deus exsufflauit illud. Dauid verò huc illuc fugiens,
1 Reg.2.& seq. neq; pedibus valẽs sistere, verè permansit: appetit' à Saulo, à Deo semper protectus, ad regnum peruenit; in quo tanta stabilitate potitus est, vt diceret Deus: *Semel iuraui in sancto meo. si Dauid mentiar: semen eius in aternum manebit. Et thronus eius sicut sol in conspectu meo; & sicut luna perfecta in æternum.* Cur ita? Saul fidit suis viribus suâque potestate: Dauid nixus est verbo Dei. Quid leuius aëre & parte in primis illa superiori, quæ dicitur æther, quæ tenuissima à cœlis proximis iugiter circumuoluitur? eam tamen obtinet firmitatem, vt nullo vnquam tempore deficiat vel imminuatur, sed vastam illam cœlorum vacuitatẽ implet perfectissimè. Et hoc illi datum est à verbo Dei, quando æthera firmabat sursum. Sic Dauid vndique agitatus, destrui aut minui non potuit, firmatus & fultus verbo Dei, *quod portat omnia virtute suâ.* Sic est quicunque verbo ac lege Dei nititur. Vnde is dicere potest: *nisi quòd lex tua meditatio mea, tunc fortè periissem in humilitate mea. Periissem ex mea infirmitate, sed legis firmitate subsisto.*

Psal.88.36. Prou 8.28. Heb.1.3. Psal. 118. 92.

At contra: *Non saluatur Rex per multam virtutem, & Gigas non saluabitur in multitudine virtutis sua.* Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur Rex Saul, qui quasi Gigas
1 Reg.10. 23. ab humero & sursum cæteris omnibus eminebat, per multam suam virtutem nec saluari potuit nec stabiliri, vt non perde-

1. Reg. 31. 2. ret, & regnum & vitam, secumq; in ruinã
Psa. 118 91. traxit filium, vt nec ipse nec regnum eius potuerit stabiliri, quòd contra verbũ Dei pugnaret, cuius ordinatione perseuerat dies. Hi Iudæi qui crediderant per fidem, erant in verbo Dei. At non videtur quòd in eo manserint, ex eo quòd responderunt primò. *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquàm. Quomodo ergò tu dicis: Liberi eritis?* Aliaq; huiusmodi, vt in colloquio patet, quod inter ipsos & Christum sequutum est: Et ideò fructu caruerunt, quem generat verbum Dei. Fructum istum notant verba Domini. *Verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*

7. En triplex fructus Primus est hic: *Discipuli mei eritis,* Secnndus: *Et cognoscetis veritatem.* Tertius: *Et veritas liberabit vos.* Quoad primum: considera, quanta dignitas sit discipulum esse Christi, & hoc verè.

Ioh. 9. 28. Gloriabantur Pharisæi: *Nos Moysi discipuli sumus.* Rationem gloriandi subdunt. *Nos scimus, quia Moysi loquutus est Deus.* Ita enim suum discipulatum referunt in Deum, qui loquutus est Moysi, vt sit consequens illos Dei doctrinam accipere, qui Moysen audiunt. Sed non verè discipuli

Ioh. 5. 46. erant Moysi: *Nam si crederetis Moysi* (dicebat aliquando Dominus) *crederetis forsitàn & mihi, de me enim ille scripsit.* Ac propterea neque Deo credebant. Vnde hic infra. *Et dicitis quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero, quia non noui eum, ero similis vobis mendax* Mendaces igitur erant, dum dicerent. *Vnum Patrem habemus Deum, & Deus noster* Non ergò verè discipuli. *At si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.* Et si hoc, discipli-

Matth. 10 40. nam Domini accipietis. Nam qui me recipit, recipit eum qui me misit. Hæc igi-

Psal. 93. 12. tur est huius discipulatus excellentia, quod

Arist. 1. post c. 1. Rom. 3. 3. Psa. 115 11. 3. Esd. 3. 11. & 4 36. sunt docti a Domino. Et Beatus est, quem de lege sua docuerit Deus Omnes naturaliter scire desiderant; at nulla est vera scientia nisi scientia Dei, illa videlicet quam docet Deus, quia *solus Deus verax, omnis autem homo mendax.*

8. Bene ergò subdit secundum fructum: *Et cognoscetis veritatem.* Veritas enim omnia vincit, omnis terra veritatem inuocat. Cœlũ & ipsam benedicit. Et hic quoque non contemnendus est fructus. Quis est qui veritatem nolit apud se? Verus homo esse vis nõ falsus, veras diuitias ames, veros honores, veras voluptates & commoda, nec nisi vera verba velis audire? In veritate totum bonum nostrum est, & vera salus. Extra veritatem omne malum.

Tota enim pugna, omnisq; controuersia ad hos duos aduersarios reducitur, nempè veritatem & mendacium Primum enim prælium, quod & fuit magnum, factum est in cœlo, vbi Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone, draco pugnabat & Angeli eius. Quis draco? Insidiator, deceptor, aduersarius veritati, quia *in veritate non stetit: Mendax enim est, & pater mendacij* Ergò Michaël stetit in veritate. Et qui misit eum, verax est & pater veritatis. Simulachrum prælij facti in cœlo fuit illud, quod factum est in terra in loco voluntatis, vbi draco mulierem aggressus, illam decepit mentiens, & culpãs Deum tanquam mendacem. Contra hunc Deus verax veritatem destinauit, quæ vt mendacem deciperet, verè de terra orta est, atque ideò sub terreno velo cooperta atque abscondita A qua mendax, qui desertus à veritate illam impugnat & ignorat, victus est. Omnis ergò pugna, siue in cœlo facta, siue in terra, est inter veritatem & mendacium. Et quoniam mendacio adhærentes proiecti sunt de cœlo & de loco voluptatis, perspicuum est omne malum ex mendacio deriuare. Et propterea omne bonum ex veritate. An non ergò optimus fructus est veritas? Si ergò certamen est perpetuum inter mendacium & veritatem; videte in cuius exercitu sitis, nam extra vtrumque impossibile est esse, dicente ipso Principe nostro. *Qui non est mecum, contra me est.* Si cognoscis veritatem, si veritatem amas, si certas pro veritate, à Christo stas, qui dicit: *Ego sum veritas.* At de aduersarijs veritatis audi, quid dicat: *Quæritis me interficere, hominem, qui veritatẽ vobis loquutus sum, quã audiui à Deo.*

Apoc. 12. 7. Gen. 3. 1. Psal. 84. 12. Luc. 11. 23. Ioh. 14. 6.

Vide

Vide prælium. *Si veritatem dico vobis, non creditis mihi.* Qui ergò diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, hi contra Christum pugnant. Heu! quàm magnus exercitus Diaboli! Hi sunt, de quibus in
Psal. 5. 10. Psalmo veritatis scriptũ est: *Non est in ore*
Psal. 13. 3. *eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, & viam pacis non cognouerunt.* Quàm paruus exercitus veritatis?
Psal. 11. 2. *Defecit sanctus, diminutæ sunt veritates à filiis. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Labia dolosa in ore & corde loquuti sunt.* Signum militum Christi, est veritas: Signum sequentium Diabolum, in quo veritas non est, mendacium est.

9 Nunc probet seipsum homo, consideret vias suas, sint examinata eloquia sua. Cogitet quomodo, aut quid loquatur. Si loquitur veritatem in corde suo, si non agit dolum in lingua sua, si veritatem facit, hic est discipulus Christi, hic miles Christi, hic verè Christi sectator. Si hoc pacto cum Christo non est, illius aduersarius est. O quot sunt aduersarii Christi! ô quot! quibus dici potest. *Vos ex Patre Diabolo estis?*
Psal. 61. 10 qui pater est mendacij. Mendaces in statu-
Amos 5. 10 ris vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Nec sustinent docentes veritatem, & odio habent corripientem in porta, inania meditantes, & nihil cum ratione agentes. Nã ratio non est, vbi veritas non est. Et hoc non est malum maximum? Et quid magis contra rationem quàm sibi ipsi malum inferre? Merito ergò hic dixit Dominus. *Si veritatem dico, quare nõ creditis mihi?* quænam ratio est quamobrem non credatis? nec honor, nec vtilitas, nec emolumen-
3. Esdr. 3. 11 tum, nec quidquam boni. *Quare ergò non creditis* veritati? omnis terra veritatẽ inuocat. Vos de terra estis. Quare ergò veritatem dicenti non creditis? *Qui in veritate non stetit*, seducendo occidit, & ideò homicida fuit ab initio. Mors mendacii fructus est. Quare igitur veritati non cre-
Psal. 5. 7. ditis? *Perdit Dominus omnes, qui loquuntur mendacium.* Totus exercitus mendacium & mendaciorum peribit: Contra seipsos pugnant, gladius vniuscuiusque versus est contra seipsum, & adhuc mendacium quæritis? veritati non obtemperatis? O verba! *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Nihil irrationabilius, nihil absonum magis, nihil deterius, nihil culpabilius. O mundum infœlicem, cuius princeps est homicida & mendax, *Vir sanguinum & dolosus, quem abominatur Dominus.* Vide ergò quàm magnus fructus veritas sit. *Psal. 5. 7.*

Sed iam ad tertium veniamus. *Et veritas liberabit vos.* Quàm sit magnus fructus libertas, totus mundus confitetur, qui tamen veram libertatem non cognoscit, quæ in hoc est, quòd serui simus iustitiæ, liberati à peccato, cuius peccati seruitus pessima est, fons & plenitudo malorum omnium. Libertas autem ista vera, quæ bona omnia comprehendit, veritatis effectus est. *Et veritas* (inquit) *liberabit vos.* Ergò seruitus illa mala omnia comprehendens à mendacio est. *Qui enim facit peccatum, seruus est peccati.* Initium autem omnis peccati mendacium fuit, error fuit, deceptio fuit: hoc semen peccatorum omnium in peccata omnia deriuatur. Ideò vniuersa peccata ex falsitate composita sunt. Ignorantia quippè & obscuritas intellectûs, affectum inordinatum & peccantem voluntatẽ comitatur aut præcedit aut sequitur. Ideò qui peccat, semen est Diaboli, qui *pater est mendacii* At filii Diaboli serui sunt. Nam soli filij Dei liberi sunt. Vide mendacẽ Cainum, à quo generatio illa profecta est, quæ non erat inter filios Dei. *Vbi est Abel frater tuus?* dicit illi *Gen. 4. 9.*
Deus, qui interrogat iustum & impiũ. Qui *Psal. 10. 6.*
respondit. *Nescio. Num custos fratris mei* *Gen. 4. 9.*
sum ego? O qui Deo mentitus es! Num *Act. 1. 24.*
putas latere Deum quod feceris, qui nouit *& 15. 8.*
corda hominum, & intuetur abyssos? De- *Dan 3. 35.*
ceptor seducens Euam matrem tuam, dicebat: *Eritis sicut Dii scientes:* Pollicens illi *Gen. 3. 5.*
diuinam scientiam. Nunc è contra te iam deceptum noua illudit arte. Nam te nesciũ facis dicens: *Nescio.* Et dum te facis nescium, nescium facis & Deũ, cui mentiris: dum te nescium facis, & quem blasphemas quoque nescientem existimans sceleris

tui.

tui. Sic Diabolus pugnat à dextris & à sinistris, vt timor nocturnus & dæmonium meridianum: modò scientiam ingerens modò nescientiam, & falso vtrumque; quia vbique mendax. Nam Cain mendaciter dicit. Nescio: & falso putat Deum nescire necem illatam fratri. Ita neque parentes eius facti sunt, sicut Dij scientes. Nec qui, Deus est, scit, quòd in quacunq; die comederint erunt sicut Dij, hoc enim esset scire falsum. Falsam ergò scientiam, & illis proponit & Deo imponit; sicut falsam nescientiam ipse Cain, & in se ponit & in Deo supponit. Et hoc operante in oculis mentis tuæ deceptore, qui operatus fuerat in oculis carnis matris tuæ, vt sic totum hominem insanum faceret ab ipso principio. Generatio itaq; Cain, qui mendacem ac mendacium secutus, à generatione Sanctorum qui erant filii Dei segregata, pertinet ad semen & ad filios Diaboli, qui in seruitutem generat. Ergò seruitus à mendacio est.

Gen. 4.9.

11. Propterea & isti à Deo indigent liberari, quia serui sunt mendacis & mendacii, quod vt re ostendant nescij, à mendacio contra veritatem exordiuntur disputationem suam, dicentes: *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam.* In quo dupliciter mentiuntur. Primum mendacio occulto. Secundò, mendacio aperto, vt cuiuscunque generis mendacium illis dominetur. Primùm ergò dum dicunt: *Semen Abrahæ sumus*, nituntur mendacio. Nam quando dixit Dominus Abrahæ; In Isaac vocabitur tibi semen: de filiis, non carnis loquutus est sed repromissionis, qui sectatur vestigia fidei Abrahæ. Quod docuit Apostolus doctus à Domino dicente: *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Sed hoc non facitis, (inquam) ergo non estis filii Abrahæ. Nam quod non faciatis, inde cõuincitur: Quia *quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis loquutus sum. At hoc Abraham nõ fecit.* Consequens igitur est, vt non sitis semen Abrahæ, sicut prætenditis & asseritis, & per consequens mendacium loquuti estis. Quæ ratio ex hoc confirmatur, quia dum *me quæritis interficere*, illum imitamini, qui ab initio homicida fuit pugnans contra veritatem, & mendacio interimens hominem. Nam quærentes me interficere, veritatem aggredimini. Non enim quemcunque hominem *quæritis interficere*, sed *hominem, qui veritatem vobis loquutus sum.* Et quia *veritatem vobis loquutus sum*: vt apertos vos ostendatis aduersarios veritatis, & in me interficiendo illius interfectores, atq; ita imitatores mendacis & homicidæ. Si ergo se vocando semen Abrahæ mentiuntur, quamuis aliquo prætextu, tunc seidcirco magis seruos declarant, quo liberos demonstrare nituntur.

Rom. 9. 8.

Gen. 21. 12

12. Mendacio deinde aperto idem faciunt, dum dicunt: *Nemini seruiuimus vnquam.* Si enim tam de patribus suis loquuntur, quam de propriis personis intelligunt, apertum produnt mendacium, cum diuturnam captiuitatem in Chaldæa passi fuissent eorum patres; ipsique & vicini antecessores nati sint serui. Nam tempore nati Christi Herodes Idumæus regnabat in Iudæa, post quem regnauit Archelaus filius eius, post quem Romani regnum illud diuisum in quatuor partes cuilibet Tetrarchiæ, aut Principem aut Procuratorem, siue Præfectum aut Prætorem designarunt, vt ex Luca patet, dum prædicationem Ioannis Baptistæ aggreditur scribere: *Procurante* (inquit) *Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilea Herode*, &c. Ergo nedum olim seruierant, sed ipso eodem tempore, quo se liberos esse præsumunt & profitentur, seruiebant. Vnde & in passione Domini præfractè clamant: *Non habemus Regem nisi Cæsarem* Regem autem habere seruire est, vt populus confessus est, quando Roboam in locum patris Salomonis sufficiendus erat in regnum. Seruiebant itaque Romanis. Vnde & tributum reddebant Cæsari; qua in solutione se seruos profitebantur. Dicente Domino ad Petrum; quod si Reges gentium accipiunt tributa non a filiis, sed ab alienis, consequens est vt liberi sint filii. Ergo qui tributum soluere coguntur, alieni sunt, & non filii nec liberi: huiusmodi erant Iudæi. Non ergo liberi erant, sed serui. Apertum ergo dicunt mendacium, quo ex seruitute

Ioan. 19. 15

3 *Reg.* 12. 4

Mat. 17. 26

uitute erga Romanos arguitur, eos esse seruos Diaboli, qui *mendax est, & mendacii pater.*

13 Ratione autem magis generali, Christus esse seruos illos conuincit. *Omnis* (inquit) *qui facit peccatum, seruus est peccati.* Hac apertâ propositâ propositione, illos peccatum facere, in hoc demonstrat, quòd quærebant illum occidere hominem innocentem, nempè qui veritatem loquebatur, quam audierat à Deo. Quòd desideria patris eorum Diaboli vellent facere, nempè & mentiri & interficere, & quòd veritati non crederent, sed iniquitati; Ex quibus conficitur, seruos illos esse, qui peccatum faciunt, cum faciens peccatum sit peccati seruus, qua in misera seruitute perdurabant, quia loquelam veritatis non accipiebant, quæ sola liberare potis est. Sic

Exhortatio sic euenit & nobis. Nã vniuersalis est propositio, regula generalis. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati:* assertà Do-

1. Ioan. 5. 19. mino efficaci modo. *Amen, amen dico vobis.* Quid mirum si Diabolum vocat Christus principem huius mundi, cum mundus totus in maligno positus sit? cũ repleta sit terra iniquitate? cum peccent omnes? Iam quidem nos mundati sumus lauacro aquæ in verbo vitæ. Sed *si manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem. Et veritas liberabit vos.* Sed qui manentes sunt in sermone Domini? Quænam gens reperitur custodiens veritatem?

Rom. 3. 23. Psal. 13. 3. Mat. 7. 13. *Omnes peccauerunt. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Lata porta est & via perditionis, & multi sunt, qui intrant per eam, & pauci saluantur.*

Isai. 52. 2. O infœlicem vitam! ô vilissimam seruitutem! Solue, solue vincula colli tui, captiua filia Syon; Excute iugum tam turpis seruitutis: qui peccat, seruus est peccati,

Psal. 2. 3. seruus peccati seruus est Diaboli. Simul igitur omnes dirumpamus vincula eorũ, proiiciamus à nobis iugum ipsorum. *Nolite nolite iugo seruitutis contineri.* Notam seruitutis Iudæi extergere conabãtur verbis, vilem existimantes & indignam seruitutis conditionem. Et nos cur factis non id præstamus? cur liberè libertatem renuntiamus? Quid dico libertatem? Vitam ipsam spernimus, renuntiamus, perdimus, quæ sola reperitur in sermone Domini, de qua modo dicturi sumus.

SECVNDA PARS.

FRuctus, qui nunc vltimus recensetur verbi Dei atq; Sapientiæ, vita est. Vita (inquam) tam plena atq; perfecta, vt ne vel mortis gustus aut aspectus sentiatur. Dicente Domino. *Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Quod referentes Iudæi dicunt. *Non gustabit mortem in æternum* Qualis quantusque sit fructus iste, qui vita est, inde conijcitur, quod nobilissimum lignum plantatum in loco voluptatis, fuit lignum vitæ, & pœna omnis intentata homini, si Deo fuisset inobediens, Gen. 2. 9. mortis est nomine comprehensa. Sed dicamus. Viuere est esse viuentium. Quod enim illorum est, viuit; & quod viuit, est. Vitam si auferas ab eo, iam non est. Horum igitur primum bonum est vita; quæ si desit, nullum prorsus bonum habetur. Nã quod non habet esse, nihil habet; cum nihil ipsum sit. Vbi verò vita est, quæ bonorum omnium aliorum est fundamentum, cætera bona omnia possunt haberi, & summum ipsum bonum; quod est perfectissima vita. Et quoniam vita est primum bonum, reliqua superuenientia bona, vitam ipsam augent, vt quo plurium bonorum plena est, eò sit perfectior vita, & tunc perfectissima sit, quando est omnium bonorum aggregatione plena atq; perfecta. Id quod tunc est, quando perfectissimè seruamus sermonem Domini Iesu. 14

Prima quippè illa vita, quâ viuentes sumus, ex ore Altissimi prodiuit primogenita, quando inspirauit in faciem creati hominis spiraculum vitæ, quam vt augeret atque perficeret, ipsius eiusdem Spiritus egredientis ex ore Altissimi alimoniâ perpetuâ enutriuit & aluit. Quòd verò Spiritus iste sit verbum Dei, habemus in Psalmo, vbi dicitur: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum:* Flatu enim, qui spiritus dicitur, vox for- 15 Gen. 2. 7. Psal. 32. 6.

matur & verbum: ac propterea idem voluit per verbum & spiritum oris Psalmus intelligi. Ergò qui sermonem Domini seruauerit, vitam possidebit perfectam. Quæ autem perfecta est, immortalis est, nam posse mori defectus est vitæ. Quapropter Deus, qui viuit in æternum, immortalis est. Huiusmodi vitam immortalem & æternam, soli habent verbum vitæ continentes, quod est Christi; cui dixit Petrus.
Ioan 6.89. *Verba vitæ æternæ habes* O qui vitam istam habere non cupiat? Desiderium omne rei cuiuscunque ex vita procedit. Desiderium enim motus est animi & viuentis: non potest autem moueri quod non est, neque aliunde quàm ex esse motus rei atque adeò desiderium potest proficisci. At viuentium esse, vita est. Ergò ex vita desiderium emanat omne. Sapit autem res omnis ac motus naturam suæ originis: Ergo desideria nostra vniuersa, vt à vita procedunt, ita ad vitam tendunt, vt verè aliud nihil, aut saltem potius quàm vitam nequaquam valeamus concupiscere, tantum abest, vt mortem quis possit desiderare.

16 Malum ergo est homini, qui in vita desideranda fallitur, vt non veram cupiat vitam, quæ nullum habeat fœdus cum morte, sed eam potius, quæ vitæ habet apparentiam, non vero subsistentiam. O malorum omnium plenissimum errorem. Recensens Dominus fructus sui sermonis ita adorsus est. *Verè discipuli mei eritis*; & postea subdit. *Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* A quo autem liberabit? Profecto in primis à mendacio. Qui sic liberi sunt, non possunt in vita concupiscenda decipi. Qui ergo sermonem Domini seruauerit, & manserit in eo, veram iste diliget vitam, & dies videbit bonos, ac propterea *mortem non videbit in æternũ*, nam qui mortem videt, non videt dies bonos, qui vera sunt vita. Si veritas Domini & verbum Domini idem sunt, dicente Domino Patri. Sermo tuus veritas est, sicut quando veritas liberat, veram confert libertatem, nam à veritate nisi verum nihil prodire non valet; Haud secus quos sermo Domini viuificat, verè viuificat, atque hac ratione veram tribuit vitam. Si (inquit) *vos Filius liberauerit verè liberi eritis*, ergo si & Filius vos viuificauerit, verè viuetis: ait enim: *Ego sum via, & veritas & vita.* Ioan.14.6 Veritas (inquam) & vita, quæ est vera vita. At Iudæi qui ex patre Diabolo erant, qui *in veritate non stetit*, non nisi falsam libertatem falsamq; vitã proferebant. *Nemini* (inquiunt) *seruiuimus vnquam. Quomodo ergo tu dicis: liberi eritis? Nunc cognouimus, quoniam dæmonium habes. Abrahã mortuus est, & Prophetæ mortui sunt: & tu dicis; Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Loquebatur Christus de vera libertate, qua sunt homines liberati à peccato; loquebatur de vita, qua viuitur in æternum; & ipsi de extrinseca, temporaliq; libertate & vita loquuntur, quæ flocci penditur à Veritate. Achab Rex erat immunis à temporali seruitute, sed de illo Scriptura dicit. *Non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum* 3.Reg.21.25. Contra vero Paulus docet. 1.Cor.7.21 Seruus vocatus es? non tibi sit curæ. Nam *in Christo non est seruus, neq; liber, sed omnes quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Ioan.1.12. Hæc potestas tam magna est, vt non sit potestas super terrã, quæ comparetur ei. Reges gentium dominantur eorum, & potestatem exercent super eos, sed interim ipsi sunt sub potestate tenebrarũ, & sub patre diabolo; & serui peccati. Luc.22.25 Cum serui (inquit Paulus) essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. De vita autẽ Paulus loquens, de viduis ità scribit. *Quæ in delitiis est, viuens mortua est.* Rom.6.20 Et Ioañes. 1 Tim.5.6 *Vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu, & vixerunt, & regnauerunt cũ Christo Cæteri mortuorum non vixerunt.* Apoc.20.4 Si in omnibus bonis, quod verum est, appetimus; quid in duobus his bonis facere nos conuenit, quæ sunt super cætera bona vniuersa? Vera libertas, vera vita super omnia appetenda est, cauendumque est, ne in hunc labamur errorem, vt Iudæi.

17 Et quoniam vita primum locum tenet, nam qui non est, neque liber, neque seruus esse potest. Propterea Deus in re ad vitam pertinente; docuit populum suum, vt diligenter distingueret inter mundum & immundum, in quorum discretione & distinctione

ctione per figuram iudicium discernens & distinguens mirabiliter commendauit.

Deut.14.6. Omne animal (inquit) quod in duas partes findit vngulam & ruminat, comedetis. De his autē quæ ruminant, & vngulam nō findunt comedere non debetis; nam immunda sunt: sus quoque qnoniam diuidit vngulam, & non ruminat, immunda erit. Carnib⁹ eorū nō vescemini, nec cadauera tangetis. Ruminare non video quid sit aliud, quam meditari, cogitare, recogitare, benè perpendere, quæ ad vitam pertinent. Nam vngulā diuidere, satis apertè innuit distinctionem, qua probamus spiritus, si ex Deo sint, & quodcunq; nobis propositum honum, si verè bonum sit, si vtile, si conueniens, si decens; & hæc distinctio & distantia maximè in victu obseruanda est, quo viuimus. Hoc lex hisce figuris prætē-

Rom.15.26 debat. Nam (vt ait Apostolus) lex spiritalis est, sed induēs ipse personam Iudæi adjicit. Ego aūt carnalis sum. Sic Iudæi, qui secundum carnē dicunt: *Semen Abrahæ sumus*; non esse autem secundum spirtum, à Domino demonstrantur, non distinguunt inter vitam & vitam, & inter libertatē & libertatem. Nam vbi de libertate Spiritūs sermo est, qua libertate Christus nos liberauit, ibi libertatem carnis præferunt. Vbi de vita æterna sermo est, quam dat Christus ouibus suis pabulo verbi Dei, ipsi vitam mortalem præferunt.

18. Exhortatio. Discamus igitur nos distinguere. Quidquid comedis, quidquid in te recipis, quidquid cordi admoues, rumina diligenter cuius conditionis sit, ne fortè inimicū admittas, reputans amicū, ne fortè p̄ pane serpentem, pro pisce traiicias scorpionem, ne fortè blanda pro veris, & è vestigio Christū putes Phantasma esse, ne futura bona quasi à longè stans, nec probè p̄spiciens existimes vmbras: Et breuiter ne ve-

Isa.5.20. niat sup te maledictio illa: *Væ vobis qui dicitis malum bonum, & bonum malū: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum*: Ita vngulam findis. Neque tamen sufficit

Ios.9.7. vngulam findere, si non addatur & ruminare. Distinxit Iosuè quando Gabaonitis dixit cum Principibus populi. Ne fortè in terra, quæ nobis sorte debetur habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum. Quinam estis vos, & vnde venistis? Diuisit vngulam, distantiam considerauit inter habitatores terræ promissionis & alios externos, sed non ruminauit. Primo aspectu accepit eos, nō repetiit, non reuocauit, vt diu cogitaret, ac veluti ruminaret rursusq; manderet. Ideò deceptus est. Hi sunt, qui habent zelum Dei, sed non secundū scientiam. Hi sunr, qui viuentes sicut & gentes, quæ ignorant Deum, arbitrantur obsequium se præstare Deo, modo viuāt inter fideles Christi, modò stent in Ecclesia *Tit.1.16.* Domini, modò verbis cōfiteantur se nosse Deum, dum tamē factis negant; modò di- *Matt.7.21.* cant: Domine, Domine, interim non curantes facere voluntatem Patris. O quot sunt huiusmodi! Verum & cognita veritate per distantiā boni & mali, adhuc ruminādum est. *Recogitate eum* (inquit Paulus) *Heb.12.3.* *qui talē sustinuit aduersus semetipsum contradictionem.* Memento nouissimorum. *Eccl.28.6.* dicit Sapiens. Et Salomon de forti muliere: *Gustauit, & vidit, quia bona est negotiatio eius.* Et de iusto Psalmista: *In lege Domini meditabitur die ac nocte*: *Et in mādatis eius volet nimis.* Et de prudente Sapiens: *Eccl.39.5.* *Bona & mala in hominibus tentabit.* Non sufficit videre aut leuiter tangere, tentare oportet, versare, premere, probare diligēter. Quæ ad hanc vitam tantùm pertinēt, leuia sunt; si quis in his fallatur, non magnū est dispendium; At verò quæ ad Deū pertinent, magni momenti sunt, vel bona valdè, vel impensè mala; ac proinde illa scrutari oportet omni studio & sedulitate. *Ps.118.119.* Hinc Dauid: *Mirabilia testimonia tua, ideò scrutata est ea anima mea.*

19. Ideò Ieremias ad portam templi vidit ficus; ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valdè: quæ quidem figurabāt duas partes populi, & bona & mala euentura vtriq; vt merito figurent omnia, quæ ad Deum pertinent, siue bona, siue mala, quę quidē Deus vult à nobis diligentissimè cōsiderari. Ita.n. scribit Propheta: Ostendit *Ier.24.1.* mihi Dominus, & ecce duo calathi pleni ficis positis ante templū Domini, calathus vnus ficus habebat bonas nimis, vt solent ficus esse primi temporis: & calathus vnus

ficus habebat malis nimis, quæ comedi nõ poterãt, eo quod essent malæ. Et dixit Dominus ad me. Quid tu vides Ieremia? Et dixi, ficus bonas, bonas valdè; & malas, malas valdè, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ. Attendis quomodo vult ista cognosci? Non satis Deo fuit ostendere illa Prophetæ; interrogauit illum quoq; super hoc, imo & declarauit quid prætenderetur. O homo! si gustares bona Domini, videres immensam eorum bonitatem & dulcedinem. Si è contra gustares mala, quę impiis deputata sunt, inuenires tã amara, vt comedi non possint, & impij tamen comedere compellentur. Nam dicit de illis Sapientia: *Comedent igitur fructus viæ suæ.* Hæ erant antè templum vt à fidelibus viderentur. Comedite, ruminate, voluite hæc in cordibus vestris, non perfunctoriè, non superficietenus, sedulo, & iterum atque iterum gustate & videte. O quàm dulcis ruminatio. Hoc voluit Deus in figura animalium mundorum, & hoc potissimũ in discretione vitæ, veræ videlicet & falsæ.

Prc 1.31.

20 Sed quod de volatilibus subinfert lex potissimùm pertinet ad iustè iudicandum de libertate. Libertas enim maximè in volatilibus designatur, quæ aëra per liquidũ volitantes quocunque libet libere absque impedimento feruntur. Eorum autem libertati nihil aduersatur magis, quam rapacitas aliquorũ ex ipsis, cuiusmodi sunt Aquila, Gryphus, Vultur, Accipiter, & huiusmodi. Dum ergo quæ libertati aduersantur, per legem reiiciuntur, hanc docemur appetere, idque in iudicio & discertione. Quod in Ieremia docemur eleganter, vbi quod viderat de ficubus, applicat Dominus ad duo genera hominum populi Iudæ. Sicut ficus hæ bonæ (inquit Dominus) sic cognoscam transmigrationem Iudę, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bonum; & sicut ficus pessimæ, sic dabo Sedeciam Regem Iuda & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in terra Ægypti. Et dabo eos in vexationem afflictionemque, & in maledictionem in vniuersis locis, ad quæ eieci eos: Hæc ibi. Primi fuerunt, qui iubente Deo per Ieremiam voluntarij abierunt in captiuitatẽ, ità per Dei obedientiam temporali se libertate priuantes. Qui vero nimis cupidi libertatis, noluerunt se tradere Nabuchodonosor Regi Chaldaico, hi sunt secundi. Illi ficus bonæ nimis; Hi ficus malæ nimis. Illi denuò reuocati sunt in terram suam, & in libertatẽ reuersi. Hi verò pessimè perierunt. Libertas quidem magnum bonum, quæ non bene pro toto venditur auro. At vera libertas, non quam prætendunt Iudæi, sed quam docet Christus. *Si Filius vos liberauerit, verè liberi eritis.* Heu! quam libertatem habere potest qui seruus est peccati? cui dominatur omnis iustitia? permittit peccatum dominari in animo suo?

Ier.24.5.

Vnde cubicularius Regis Darij extulit super alias, mulierem tanquam Rege ipso fortiorem, nisi quia concupiscentia dominatur dominatoribus aliorum? Rex erat ille & vtique potentissimus, at tamen & eo & omnibus Principibus suis annuentibus potentior illo prolata est mulier, quam concupiscenter diligebat. Ita quidquid diligis, dominatur in vniuersa terra corpori tuo, & in vniuersa potestate animæ tuæ. Si bonus est amor, Regnum tuum Regnum cœlorum est, Regnum Dei; quia quem amas ecce dominatur. Si inordinatus est amor, Regnum tuum Regnum est mundi, figuratum, vt habes ex Daniele, in quatuor bestiis, verè bestiale imperium, vbi non ratio dominatur & regit, sed passiones peccatorum quæ per carnem sunt. Ergò Christum in Paulo loquentem audiamus: *Non ergò regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Christus nos liberauit de seruitute corruptionis. Christus eripuit de potestate tenebrarũ. Christus eduxit nos spiritualiter de terra Ægypti, vbi infœliciter oppressi, obnoxij per totam vitam eramus seruituti. Christus elegit nos de mundo, vt vltrà non seruiamus peccato.* Adolescens filius qui se á seruitute Patris exemit, vt secundum suam ipsius voluntatem licenter viueret ac luxuriosè, decocta substantia sua adhæsit vni ciuium, qui misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. O horrendum præcipitium

21 *3.Esdr.4.*

Dan.7.3.

Rom.6.12.

Col.1.13.

Heb.2.15.

Rom.6.6.

Luc.15.15.

sum ex tam sublimi gradu diuinæ filiatio nis in vilissimam ruere acerbissimamque seruitutem, vbi neque ex siliquis porcorum famis cruciatus potest mitigari. O hominum cæcitatem! ô Iudaicam imitationem! ô diabolicam captiuitatem, quam volentes incurrunt, qui Deo obedire detrectant, qui sibi ipsis viuere moliuntur, qui amatores voluptatum seruos se constituunt crudelium dominorum. O pessimas ficus, quæ mandi non possunt! O extremam depressionem, qua se nedum permittunt sed committunt, vt deiiciantur in furens mare, & in profundum abyssi!

22 Heus Ionas, heu simplex columba, non
Ionas 1.3. prudens serpens, quid cogitasti fugiens à facie Domini, nolens illius obtemperare præcepto? num vanè reputasti effugere posse manus Domini? fugis à facie Domini, sed non effugies manus eius; tradet te in manus suas, & ipse tradent te ministris, qui te mittent in mare. Amen dico tibi, nõ
Ionas 2.1. exies indè, donec reddas quæ sunt Dei Deo, donec te subiicias eius Imperio. Piscis maris te concludit, quem ab obedientia exclusit concupiscentia. Quid, Quid melius fuerat luce frui, & libertate eundi pedibus tuis; & liberè annuntiare verbum Dei, quam in tenebris & ventre cæti contineri, exortem lucis & libertatis? Agis pœ-
2. nitentiam, doles de commisso, deprecatis remissionem. Exauditum à Deo, euo-
11. mit cœtus extra mare super aridam terrã. O concupiscentia grandior omni cætu, strictior omni vinculo, acrior omni Domino & omni inimico crudelior. In vexationem, in afflictionem, in maledictionem illos pellis, qui tibi consensum præbent, qui carentes sensu, percussi non dolent, abiecti non lugent, despecti non confunduntur; sed gloriantur in tribulationibus
Rom. 1. 12. & in miseriis suis, & dicentes, se sapientes esse, diuites, se glorioſos, se potentes, stulti facti sunt, inopes, inglorij, imbecilles, quorum viæ peruersæ sunt, & infames gressus
Pro. 2. 15. eorum. Veram igitur quęramus vitam, veram libertatem, vt viuentes & liberi laudemus Deum nostrum qui viuit & regnat, participes facti eius & vitæ & regni in sæculum sæculi. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Agitur de contentione quæ semper fuit inter Hæbreos & Deum propter quam eos dereliquit. Admonemur quid faciendum, ne nobis quid simile eueniat. In Morali, contrà eos qui Deo obedire renuunt.

SI non vult Salomõ, vt quis iurgans 1
de honestet amicum suum, proferens cõtra illum rem aliquam turpem, quam fortè vidit in illo, quanto minus tolerabit, quod iusto viro ac probo falso inferatur contumelia? & adhuc quantominus homini illi, qui simul Deus est, in quo est omnis iustitia & fons totius sanctitatis? *Quæ viderunt oculi tui,* Pro. 25. 6.
ne proferas in iurgio citò, ne postèà emendare non possis, cum dehonestaueris inimicum tuum. In necessitatem istam cecidit infœlix populus Iudaicus, qui non amicum modò suum dehonestauit, sed fratrem, sed Patrem, sed Principem, sed Saluatorem, sed Creatorem, & Deum ipsum, neque hæc reuelando, quæ apud illum vidisset, sed quæ apud diabolum, calumniose eidem imponens. Quapropter dicit illis. *Vos quæ vidistis apud Patrem vestrum, facitis.* Et explicans quisnam sit hic eorum pater; subdit. *Vos ex patre diabolo estis.* Quam rem ipsimet opere confirmauerunt dicentes. *Nonne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* & ità verum est, quod ipse illis dixit. *Vos inhonorastis me.* Quam dehonestantem iniuriam non emendantes, à Deo reprobati sunt atque repulsi, vt non essent vltrà populus Dei. Vt ergò aliorum damno cautelam nobis comparemus, historiam hanc, in qua hoc dicitur, diligenter enucleemus.

Nõ semel, sed frequenter in sacris appa- 2
ret litteris, inter Deum & populum suum extitisse contentionem, iam vsque ab eo

tempore, quo erant in Ægypto, vbi per Moysen Deus ex fornace illa ferrea illos liberare contendit, ipsi contra Moysen & Aaron querimoniam facientes dicebant. *Exod.5.2.* Fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone, & præbuistis ei gladium, vt occideret nos. At in deserto quoties murmurauerunt contrà Moysen & contrà Deum? Sed aperta contentio est, quando iussu Dei missi exploratores in terram Chanaan retulerunt, quæ viderant. Vbi primum inter exploratores ortum est iurgium, dicente ex vna parte Caleb qui erat vnus exillis. *Ascendamus, & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.* Alij verò qui *Nũ.13.3.32* fuerant cum eo dicebant: *Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Terra, quam lustrauimus, deuorat habitatores suos.* Ecce contentio inter exploratores, quorum pars maior DEO quoque, qui dixerat terram illam lacte & melle manare, eamq; se illis daturum re- *Exod.3.17.* promiserat, contradicebant. Sed ecce iam apertam cum DEO ipso contentionem. *Nũ.14.1.9 11.* *Murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti Israel dicentes: Vtinam mortui essemus in Ægypto, & in hac vasta solitudine vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam.* Et contra Iosuë & Caleb: *Nolite rebelles esse contra Dominum:* Et Dominus ipse: *Vsquequò detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi? Feriam igitur eos pestilentia atque consumam.* Taceo interim contentiones, quas in deserto hic idem populus frequenter contra Dominum excitauit: neque minus quidquam fecerũt iam terram pos- *Deu.31.27* sidentes, de quibus Moyses. *Ego scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum semper contentiosè egestis contra Dominum, quantò magu cum mortuus fuero?* Sed hanc vnam consideremus, quæ de ingressu in terram, quæ erat figura terræ viuentium, facta est.

3 Quis putet facere mysterio, quòd hic re- *Num.13.17* ferens Scriptura nomina duodecim exploratorum, qui missi sunt ad explorandam terram dicat. Hæc sunt nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam terram. Et quod recensus illa dicat, quod Moyses vocauit Oseæ filium Nun vnum de illis Iosuë; Iosuë in nostra lingua est Iesus, & in lingua Hebræa significat Saluatorem. Sic vocatur in Ecclesiastico, *Ec.46.1.* vbi dicitur. Fortis in bello Iesus Naue successor Moysi, & in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, & Caleb prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. At hodierna contentio Iudæorum contra Christum, non fuit de vera promissionis terra, vbi libertate fruemur, & mortem non videbimus in æternum. Intrauit Iesus iste figuralis primus in terram illam, vt deinde in eam induceret populum. Et non dicebat Iesus noster, qui est vere Saluator mundi. Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum? Respuunt Iudæi libertatem de qua ipse. *Si vos Filius liberauerit; verè liberi eritis.* Si liberos existimantes, & dicentes. *Nemini seruiuimus vnquã, quomodo tu dicis Liberi eritis?* Promittenti vitam respondent. *Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ mortui sunt, & tu dicis. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Propterea & libertate & vita exortes facti sunt. At in contentione illa, quæ fuit facta in deserto, decernens Deus illos consumere dixit ad Moysen. *Te* *Nũ.14.12.* *autem faciam Principem super gentem magnam, & fortiorem, quàm hæc est.* Quæ gens certè nos sumus. Qui, quasi filius prodigus in domo Patris nostri mansionem habemus, maiore filio in seruum conuerso, in seruum (inquam) illum, de quo dicit Dominus. *Qui facit peccatum, seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in æternum Filius autem manet in æternum.* O cõtentionem, qua patres prohibiti sunt ingredi in terram promissionis, quæ filiis data est. Si autem pro patribus suis Christo *Psal.44.17* nati sunt filij, repulsis patribus nostra erit hæreditas, qui sumus filij.

4 Quæ cum ita sint, nostrum est attentius considerare contentionem istam in qua Iudæis repulsis atque consumptis, gens ista magna Christianorum & fortis subrogata est. Vt intelligentes quibusnam de

cautis

causis illi reprobati sunt, ab eisdem nos
Heb.4. 11. summopere caueamus, *vt ne in idipsum quis nostrum incidat incredulitatis exemplum.* Hæc enim doctrina est Apostoli, qui docet per requiem in terra promissionis, intelligi requiem æternã, quam olim,
In offer. Missa mortuorum. vt refert Ecclesia, promisit Deus Abrahæ, & semini eius. Et arguens ex illis verbis:
Heb.4. 3. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione in*
Psal. 94.8. *deserto, vbi exacerbauerunt me Patres vestri. Quibus iurauí, si introibunt in requiem meam;* Facit talem rationem. Si requies adhuc promittitur audientibus vocem Dei, ergo hæc non est requies terræ promissionis, in quam antiquus introiuit
Heb.4 8. populus. Sed alia, quam Iosuë non præstitit illis, cuius tamen figura fuit terra promissionis. Et est illa, quam Christus pol-
Mat.11.29. licetur dicens: *Et inuenietis requiem animabus vestris.* Hanc requiem spiritualem non est consecutus populus ille, cui iurauit Dominus in ira, vt illam nõ introirent Iurauit autem quando exploratoribus detrahentibus terræ illi, & populo
Nũ.14.28. flente & murmurante dixit: *Viuo ego: Ait Dominus. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis contra me, non intrabitis terrã super quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem.* Quo iuramento significatur, Iudæos repulsuros requiem æternam, illâ fore priuandos. Cum ergo ille populus
Psal. 94.8. spiritualem requiem non sit consecutus & dicatur. *Hodiè si vocem eius audieritis,*
Heb.4 11. *consequens est, vt alij, hi videlicet, qui non obdurant corda sua, eandem consequantur.* Quos ideo cum Dauide hortatur Apostolus, vt non obdurent corda Ex quo etiam sequitur, quod rebellio illa populi nolentis ingredi in terram, figurabat contentionem populi contra Christum, quæ hodie maximè apparet. En ergo argumentum Pauli.

5. *Quoniam ergò superest introire quosdam*
Heb.4.6. *in illam requiem, & ij quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt; iterũ terminat diem quendam: Hodiè, in Dauid dicendo, Hodiè si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus,* (id est Iosuë) *requiem præstitisset, nunquam loqueretur de alia posthac. Itaq; relinquitur Sabbathismus populo Dei.* Summa est, quia populus ille antiquus contentiosè agens contra Dominum non introiuit in requiem, Christo videlicet resistẽs, & repellens illius promissiones æternæ vitæ, relinquitur Sabbathismus, requies videlicet æterna populo Dei. Ibidem Paulus causam ostendens cur veteres illi in requiẽ Domini non sint ingressi. *Vidimus* (inquit) *Heb 3.19.*
quia non potuerunt ingredi propter incredulitatem. Id quod in exacerbatione & tentatione ista, atq; contentione apertè monstratur Refert enim Ioannes Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. *Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos; Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Crediderant, sed non manent in sermone, perseuerantes in fide. Sermonẽ magis refellentes, & personam blasphemantes. *Ioh.8. 30.*

Vt ergò ne in idipsum quis incidat in- *Heb.4.11.*
credulitatis exemplum, hanc illorum incredulitatem examinemus, quam nobis ob oculos ponit nunc Euangelista Ioannes Primum ex hac incredulitate promissam à Christo respuunt libertatem, se sine illa liberos reputantes. Aiunt enim, *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam, quomodo ergò tu dicis Liberi eritis?* In quibus verbis neque spiritus est neq; veritas, cum tamen *in spiritu & veritatem Deũ* *Ioh.4. 24.*
Patrem oporteat adorare. Non (inquam) est spiritus, quia in carne tantum & non in spiritu semen erant Abrahæ; neque de externa sæculariq́ue libertate loquitur Christus, sed de spirituali. Non est veritas in verbis illorum, quando neque sæculari libertate liberi essent, cum dicant ipsimet: *Ioh.19.16.*
Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Et vbi dicunt: *Nemini seruiuimus vnquã*, annos multos fuerunt in captiuitate. Ad defectum veritatis omisit Christus apertam responsionem & directam, sed ad defectũ duntaxat spiritualitatis apertè respondit. Et primum de libertate: Secundò de filiatione; quæ duo tamen se mutuò complectuntur.

ctuntur Illos ergo ſpiritualiter ſeruos oſtendens ait. *Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Vt perfectum eſſet argumentum addendum erat: Sed vos facitis peccatum, ergò ſerui eſtis peccati: Sed hoc ſupponit illud poſt expreſſurus, quando mox agit de filiatione. Vbi dicit: *Scio quia filij Abrahæ eſtis, ſed quæritis me interficere.*

6. Hoc primum eſt, quod oppidò noſtra intereſt. Vniuerſalis ſententia eſt. *Omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati.* Vera eſt, quia ſententia eſt Veritatis. Ex Paulo autem Apoſtolo habemus illius declarationem & demonſtrationem. Vbi dicit:

Rom 6.12. *Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.*

*Rom.*5.12. Porrò ex peccato Adam, in quo omnes peccauerũt, orta eſt atq; manauit concupiſcentia carnis aduerſus ſpiritum, cui ſi homo obediat, quę Deo non placent operatur, quæ repugnant legi mentis ac ſpiri-

*Rom.*7.23. tus; quę lex à Deo eſt ſcripta in tabulis cordis noſtri, dirigens ad iuſtitiam & ſanctitatem. Quapropter hæc duo iugiter ſibi inuicem aduerſantur; vt lex mentis, quæ eſt à Deo, bonum ſemper appetat: lex au-

*Gal.*3 17. tem membrorum, quæ eſt à peccato, ad peccatum tanquam ad ſui originem continuè inclinetur & inclinet. Noſtrum eſt veluti in medio exiſtentium, huic vel illi obtemperare Quod dum facimus, huius

Rom. 6.16. vel illius nos ſeruos conſtituimus. *Neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam?* Ergò qui obedit concupiſcentiis carnis, quæ in carne ſunt propter peccatum, peccatum facit, ac propterea peccati ſeruus eſt, quod ideo regnat in nobis ac potiſſimum in corpore mortis huius, id eſt mortali corpore, quod eſt caro corrupta, in qua vigent concupiſcentiæ. Heus homo, diſcerne inter te, & inter carnem concupiſcentem ſiue carnis concupiſcentiam.

*Rom.*7, 18. Diſcreuit Paulus dicens: *Scio quòd non habitat in me, hoc eſt in carne mea, bonum.* In te quidem eſt concupiſcentia, ſed nihil tui eſt, ſed defectus tantummodo, imperfectio, corruptio, malum tuum, tametſi infœlix, quia in te eſt, & à te, tuum quid immo tu ipſe, exiſtimatur. Et propterea dum illi obtemperas, liber tibi videris, & ſponte tua facere quidquid facis. Seruus, ſeruus es miſer, quomodo tu dicis. *Nemini vnquam ſeruiui:* ſeruis totam vitam tuam. Peccatum tibi dominatur Seruus es corruptionis. O miſeram ſeruitutem!

Imperabat Dominus populo, vt aſcenderet in promiſſam terram; contempſit populus præceptum Domini, ſuæ concupiſcentiæ deſeruiens Quid inde conſecutus eſt? Vociferans omnis turba fleuit nocte illâ, dicens: Vtinã morti eſſemus in Ægypto: & in hac vaſta ſolitudine vtinam pereamus. Vide in quantam triſtitiam deuenit, quam illa creauit domina concupiſcentia. En quantum malum triſtitia eſt? *Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno; ita triſtitia viri nocet cordi.* Rurſus igitur imperauit Dominus ne aſcenderent, dicente Moyſe: Nolite aſcẽdere, ne corruatis gladio corrueris. eo quod nolueritis acquieſcere. At illi obtenebrati aſcenderunt. Deſcenditq; Amalecites & Chananæus, & percutiens eos atq; concidens, perſecutus eſt. Vides fructũ ſeruitutis peccati & concupiſcentiæ: Intus triſtitia, foris ruina. Eo (inquit) quod nolueritis acquieſcere: quia parere imperiò Domini noluiſtis, vt faceretis voluntatẽ carnis, & obediretis cõcupiſcentijs eius. Eò quòd dicit Dominus. *Seruus non manet in domo in æternum.* non ſignificat manifeſtè illos, vt peccati ſeruos, expellendos de domo Domini? repellendos a Deo? Nõ ptæterea futuros filios, ſed ſeruos, atq; adeò non populũ Dei? Sic, ſic euenit cuique, qui facit peccatum. 7. *Num.*14.

Heù! quot quantæq; ruinæ in mundum incurrunt ex hoc, quod homines peccatum facientes, peccati conſtituuntur ſeruui; Dic, dic infœlix. Nunquid ſperauit anima tua in Domino iſto? Et ego dico tibi: *Deus putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die angustiæ. Et amittit pallium in die frigoris* Memento Dominum dixiſſe: *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neq; corpori veſtro quid induamini* Sic notantem duo, quę ad vitam humanam neceſſaria ſunt, victum videlicet 8. *Exhortatio.* *Prou.* 3. 16. *Mat.* 6.25.

& ve-

& vestitum. Motus verò & gressus ad hęc duo paranda, quòd item necessarius sit, exploratissimum est. At si vt hæc assequaris, intideli niteris, nunquid non de te actum est? Dens putridus, dum cibũ frangit, frangitur. Corpus si pedi lasso nititur, cadit; & frigore cruciatur, qui amittit pallium in die frigoris. Ergò qui sperat super infideli, ex omni parte necessariò destitutus auxilio miserè perit. At quis infidelis magis, quàm qui sibi ipsi fidit cũ nihil sit, & in Domino non confidit? Quid debilius defectu? quid fragilius corruptione? quid peccato nocentius; *Promittunt* 2.Pet.2.19. *aliis libertatem, cum ipsi serui sint corruptionis*: inquit beatus Petrus. Quod corrumpitur, corruptione corrumpitur. Et quid stabile ergò quæritur in corruptione? quid firmum? quid subsistens? quid sus- Psal.68.3. tentans? *Infixus sum in limo profundi, non est substantia.* Fructus ergo mercesque seruorum peccati, ruina est atque destructio, sicut experimento nos docet Synagoga.

SECVNDA PARS,

9. EX eo quòd probatum est falsum dixisse Iudæos: *Nemini seruiuimus vnquã.* Cum agatur de seruitute peccati, in qua tunc erant, maximè Christo aduersantes, sequitur manifestè, illos & in hoc decipi, & semetipsos decipere, qui dicunt. *Semen* Gal. 4.7. *Abrahæ sumus.* Nam ex verbis Apostoli: Matth.17. *Iam non est seruus sed filius*: & ex verbis 20. Domini: *Liberi sunt filij*: apertè concluditur repugnantiam esse inter filios & seruos. Quod etiam ex ipsa lectione & sermone Domini perspicuum est, dicentis: *Seruus non manet in domo in æternũ Filius manet in æternum.* Cum itaq; serui sint, filij porrò esse non possunt. Hoc nunc illis expressè demonstrat. Primum respondens obiectioni quam fecerant dicentes. *Semen Abrahæ sumus.* Dicẽs: *Scio quia filij Abrahæ estis.* Dixerant illi: *Semen Abrahæ sumus* Dicit ipse: *Filij Abrahæ estis.* Ita innuens, quòd qui semen Abrahæ sunt, filij Gen 21 12 sunt promissionis, *quia in Isaac* (dixit Dominus) *vocabitur tibi semen.* Et Paulus ait: *Non dixit in seminibus, quasi in multis,* Gal.3.16. *sed quasi in vno, quod est Christus.* Ergò qui Christi sunt, hi semen sunt Abrahæ, & sunt filij promissionis. At inter filios carnis numerantur, & Ismahel, & cæteri Gen.25.2. Zamram & Gecsan & Madan & Madian & Iesboc & Sue; qui omnes sunt filij carnis. Consentititaque Christus quòd sint quidem secundum carnem filij Abrahæ, non autem secundum spiritum. Quod sic probat: Filius secundum spiritum patrem imitatur, faciens opera patris sui. Vos contrarium facitis, nam *quæritis me interficere, quod Abraham non fecit.* Ergò non estis illius filij, sed alterius, illius videlicet qui fuit *homicida ab initio.* Quod simili argumento probat, quo etiam illos non esse filios Abrahæ demonstrauit, assumens hanc eandem veritatẽ. Filius secundum spiritum, similis in spiritu Patris est, sicut & secundum carnem portat imaginẽ eius in carne. Vos in spiritu, Diabolo conformamini. Igitur *vos ex patre Diabolo estis!* Quòd autem similes Diabolo sitis; in his duobus manifestum est, quòd ille homicida fuit ab initio, *& in veritate non stetit.* Quando *vos quæritis me interficere, hominẽ qui veritatem vobis locutus sum, quàm audiui à Deo.* Ita & homicidæ existentes, & in veritate non stantes. Vnde *si veritatem dico, non creditis mihi.* Et ita verum est, q. dixi. *Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor, & vos quæ vidistis apud Patrem vestrũ facitis. Vos facitis opera patris vestri: & desideria patris vestri vultis facere.*

Aduerterunt illi, quòd à carnali gene- 10. ratione ad spiritualẽ transiret, & ideò hanc quoque sibi defendere moliuntur, dicentes: *Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus Deum.* Quod est dicere: ex Isaac, in quo semen vocatum est Abrahæ, orti sumus, non ex Agar aut Cetura; quarum coniunctionem vocant fornicationem: in hoc etiam Abraham sugillantes, vt se magis commendent. Cum itaq: legitimi simus filij Abrahæ, *vnum Patrem habemus Deum.* Huic falsitati duplicem rationem apposuit Christus, quarum prima est hæc: *Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim*

ex Deo processi & veni : neque enim à meipso veni, sed ille me misit. Quòd verò non diligatis me, per se apertum est, quia *quæritis me interficere.* Ergò non estis filij Dei. Ratio altera hæc est: *Qui ex Deo est, verba Dei audit Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Quòd autem neq; Christum diligerent, neq; audirent verbũ Dei, ex ipsorũ verbis rursus aperitur: Dicunt enim. *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes?* Vbi aduerte, quòd modestè Christus probabat, illos nõ esse filios Abrahę, sed alterius cuius facerent opera; tametsi non expressè illum nominaret. At vbi patrem suũ Abraham fornicationis criminarentur, & ex hoc concluderent vnum patrem se habere Deum, tum apertè illis dixit: *Vos ex patre Diabolo estis, & propterea vt non auditis, quia ex Deo non estis.*

11. Qua criminatione in iram & furorem excitati, ipsum culpant tanquam alienum à populo Dei, veluti Samaritanum & tanquam dæmonio actum; sic quasi notam a se delentes, qua dixerat illis: *Vos ex patre Diabolo estis,* & eam in illum retorquẽtes. At Dominus omisso Samaritani nomine, iniuriam hanc pellit dicens: *Ego dominum non habeo.* Quod duplici probat argumento. Et primò quidem, dicens: *Sed honorifico Patrem meum.* Cuius argumenti hæc est vis. Diabolus, qui est Rex superbiæ, dum dixit: *Super astra Dei ascendam, similis ero Altissimo:* seipsum exaltauit & detraxit gloriæ Dei, qui cum sit Altissimus, super omnes est: At Christus honorificat Deum, neq; gloriam propriam quęrit; ergò dæmonium non habet Sed ipsi magis, cum Deo aduersentur, illum inhonorantes, quem Deus glorificat. *Et vos* (inquit) *inhonorastis me Ego autem nõ quæro gloriã meam. Est qui quærat, & iudicet. Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est.* Altero argumento sic diluit iniuriã. *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Ego autem dico vobis. Si quis sermonem meũ seruauerit, mortẽ non videbit in æternum. Veritatẽ vobis locutus sum, quam audiui à Deo.* Nam

Isa.14.13.

sermo meus veritas est. Itaq; vbi *ille in veritate non stetit, quia veritas non est in eo; & cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius.* Ego veritatem dixi vobis. *Et si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.* Et vbi ille homicida est, ego vitam inspiro. Etenim *Si quis sermonem meũ seruauerit, mortẽ non videbit* Adhuc illi, vt reipsa se ostendant ex patre Diabolo esse, resistunt huic veritati dicentes: *Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ mortui sunt: & tu dicis. Si quis sermonẽ meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.*

O contentionem! quæ epilogus est, & 12.
conclusio omnium antiquarum & præteritarum contentionum, cuius ideò finis est eius, quod dixit Christus & quod fecit: Quod dixit, hoc est: *Amen, amen dico vobis, antequam fieret, ego sum* Quod fecit, hoc est. Vbi *tulerunt ipsi lapides, vt iacerent in eum: Iesus abscondit se, & exiuit de templo.* Nunquid contentiosos istos atq; pręfractos hic tandem arguam, & inuehar contra illos? an non potius ad nos ipsos sermonem conuertam & redargutionem? Videte primum, quòd vbi se Deus ampliùs manifestat, manifestius illic homo perditus ipsum offendit & inhonorat. Ait Christus: *Antequam Abraham fieret: Ego sum. Tulerunt ergò illi lapides, vt iacerent in eum.* Sicut & alibi posteaquam dixisset: *Ego & Pater vnum sumus,* sustulerunt lapides, vt lapidarent eum.

Nostra, nostra ista culpa est, quibus ap- 13.
paruit benignitas & humanitas Saluatoris *Exhortatio.*
nostri Dei, vt dicere valeamus cum Ioanne: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, Ioh.16.30*
quod vidimus oculis nostris, quod perspe- Tit.3.4.
ximus, & manus nostræ contrectauerunt 1.Ioh.1.1.
de verbo vitæ: & vita manifestata est, & vidimus & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis. Quo clariùs apparet nobis, eò crudelius offenditur à nobis. Priscis temporibus acerbior erat in Deum Iu- *Rom.1.21.*
dæorũ offensio; Quia cum cognouissent *Nũ 21.21.*
Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, aut illius mandata seruaue-

uauerunt. Amorrheorum completa est malitia, quando intelligentes manũ Dei potentissimam, qua populum suum liberauerat ex Ægypto, & eius non minus clementem quam potentem prouidentiam, qua in deserto filios suos enutriuit & exaltauit, obdurauerunt tamen corda sua, vt
Mat. 22. 11 non illius cederent Maiestati, & ad illum conuerterentur. Et quare obmutuit ille, qui ad nuptias ingressus est, non habens vestem nuptialem? quia vidit quia gustauit, quàm suauis est Dominus, quia ingres-
Iob. 38. 22. sus in thesauros niuis, vidit claritatem Dei,
Mat. 17. 2. cuius vestimenta alba apparuerunt sicut nix. Tam apertè nobis reuelatus est Chri-
Ioan. 1. 15. stus, *& vidimus gloriam eius, gloriam quasi*
Hebr. 6. 6. *Vnigeniti à Patre*, & rursus illum crucifi-
& 10. 26. gentes, & ostentui habentes, sanguinem testamenti pollutum ducimus, in quo sanctificati sumus.

14 Deus in deserto quadraginta annis, quo
Ps. 94. 10. magis populo fuit proximus, eò plus ab illo fuit offensus. Vt simul in Psalmo legimus: *Quadraginta annis proximus fui generationi huic: & quadraginta annis offensus fui.* Nobis adeò propinquus est, vt fra-
Eph. 5 30. ter noster sit & caro; *Quia membra sumus corporis eius de carne eius, & de ossibus eius.* Et quales sumus erga hunc proximũ nostrum? Heu! gentium referimus ignoran-
1. Thes. 4. 3 tiam. Alioqui cur monet Paulus: *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quæ ignorant Deum?* Et quæ est vita nostra? qui mores? nonne
Hebr. 3. 7. & duritiem referimus Iudæorum? Alioqui
Psal. 94 8. cur ad nos trahit Paulus Dauidis verba illa: *Hodiè si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea?* Intelligis quòd hi exacerbauerunt & tentauerunt Deum, quando probauerunt & viderunt opera eius. Quis amplius probauit, quis clarius vidit opera Dei, opera Christi, virtutem Altissimi, quàm nos Christiani? lucem eius quis frequentius, quis propinquius, quis clarius aspexit? & hortamur tamen ne obduremus corda nostra, sicut & illi audierunt, & incredduli fuerunt. O vocē Pauli!

15 *Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrũ*
Hebr. 3 12. *cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus.* Et obserua vim huius Apostolicę exhortationis. Moyses (inquit) fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant. Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos; si fiduciam, & gloriam spei vsque ad finem, firmam retineamus. Quapropter sicut dicit Spiritus Sanctus. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra*: & reliqua vt suprà: Sic ergò Paul⁹ arguit. Moyses famulus fidelis fuit, populo annuncians verba Dei. Christus Filius fidelissimus fuit. Ergò si vocem eius audierimus, non obduremus corda; alioqui nostra quam Iudæorũ deteriora erunt scelera. Populus ille
Num. 14. 1. visâ iam terrâ per exploratores durius rebellauit, recusans ascendere ad illam: & propterea Deus cadauera illorum prostrauit in deserto. Vbi clarius videmus, ibi diuinam indignationē ardentiùs excitamus, vt ampliùs accipiamus iudicium. Quid mirum si populus ille carnalis carnaliter accipiebat verba Domini, cum de libertate loqueretur, cum de filiatione, cum de vita? At nos qui nati sumus ex spiritu, carnalia quærimus adhuc? terrena? corruptibilia? Et quæ Christus cœlestia repromittit, illa negligimus, spernimus, detrectamus, perdimus, derelinquimus. Heu! qui *Patrem habemus Deum*, facti sumus semen Diaboli. Homicidium, mendacium, desideria sunt Diaboli, quæ fecit ipse, cupit, & studet, vt eadem faciant homines, vt sint filii eius, & participes suæ hæreditatis. Christus se a Iudæis abscondit, vt se nobis manifestaret, at nos auertimus faciem, vt non ad eũ intendamus. Sed declinamus oculos nostros in terrã, vt videat vanitatē. Sed quid tandē? *Exiuit de templo Iudæorũ*, & facta est habitatio eorũ deserta. Et tu ta-

men Christiane, illum à te repellis? non recipis eum in domo tua? *Nos sumus domus Dei*, dixit Apostolus, *nos templum Spiritus Sancti*, & eiiciemus illum extra domum suam? Et *Spiritui Sancto resistemus?* nequaquam. Sed dicamus: *Ingredere benedicte Domini, cur foris stas? præparaui domum. Veni Domine Iesu.* Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus nobis. Amen.

1.Cor.3 17 & 6.19 & 2. Cor.6.16. Gen.24.31 Apoc.22. 20.

MORALE.

16 QVod in Iudæis animaduersum est, id si nostra non est instructio, profectò videmus Illis esse tardiores, magisque obcæcati, atque propterea maiori quàm illi cum reprehensione tum supplicio digni. Loquebatur Dominus ad eos qui crediderant ei Iudæos, quos tamen ad tantam insaniam deuenisse miramur, vt se Christi contradictores statuerunt, & occisores pararent, & blasphemos iactarent, & lapidatores se deniq; facere inchoarent. Num ergò ista non in figura facta sunt nostri, qui iam credidimus, qui non Abraham solummodo, sed gloriamur Patrem habere Deũ? Illis dixit. *Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.* Ergò vt verè Christi sis discipulus, non satis est te credidisse, nisi & in sermone illius maneas. An verò manes tu in sermone eius, qui contra illũ omni ratione pugnas? Sermo illius veritas est. En quanti apud te Veritas est? quantus illi à te honor habetur? quã illius tuendæ solicitus es? quam pugnam suscipis pro illa? An non magis illi repugnas? illam persequeris? illam conaris de medio tollere? illam de sede sua deturbare? Hinc est quòd homines in negotio circumueniunt fratrem suum. Hinc est falsa illorum amicitia, qui colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis. Vnde & est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, & est amicus, qui odium & rixam & conuitia denudabit. Hinc est simulata conuersatio mundanorũ, vt nescias cui credere debeas. Vt verè necessaria sit admonitio illa: *Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende* Hinc est quòd neq; vxori secreta sunt reuelanda, adeò vt audienda sit diuina illa vox: *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem, nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius.* Hinc est; *quòd diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum. Humilis deceptus est insuper & arguitur, locutus est sensatè, & non est datus ei locus Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsq; ad nubes perducent. Pauper locutus est; dicunt: Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.*

1.Thes.4.6 Prou.19.6. Eccl.6.9. Eccl.6.13. Mich.7. Mat.10. Eccl.13.

17 Hinc est gloriatio similis huic, quam audimus in Euangelio. *Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Nos ex fornicatione nati non sumus. Vnum Patrem habemus Deum.* Quam frequens gloriosa iactatio de parentum antiquitate, de sanguinis nobilitate, de diuitiarum abundantia, de dignitatum atque potestatis magnificentia; quin & de morum probitate, vt frequens sit auditio: *Non sum sicut cæteri hominum.* Hinc est tanta hominum stultitia, tanta sapientiæ penuria, tanta mentis alienatio, iuxta quod scribit Sapiens de sapientia. *Homines stulti non videbunt eam, longè enim abest à superbia & dolo. Viri mẽdaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa.* Hinc est, *quòd vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.* Hinc est stultorum iactantia, qui dicunt *se esse sapientes. Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt.* Hinc est confusio illa ædificantium turrim Babel. Vbi confusum est labium vniuersæ terræ, vt non audiret vnusquisque vocem proximi sui. Atq; ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras. Non est in hoc solummodo confusum labium, quòd diuersæ sunt linguæ; sed quòd *omnes quærunt, quæ sua sunt; omnes quæ sibi conducunt loquuntur: Et in ore eorum non est veritas: & diminutæ sunt veritates à filiis hominum*; vt de duodecim exploratoribus, duo tantùm loquantur veritatem, cæteris mentientibus; quæ fuit populi ruina, & abiectio plebis. Sermo Domini erat pretiosus, id est rarus, quo tempore misit Dominus

Luc.18.11. Eccl.15.7. Psal.11.3. Gen.11.8. Phil.21. Psal.5.10. Gen.14.28. 1.Reg.3.1.

Psal. 115. minus Samuelem. O quàm rarus nostro
1. & Rom. tempore sermo Domini, *qui solus verax*
3.4. *est, & omnis homo mendax!*

18 Vnus est hic quoq; modus manendi in sermone Domini, si veritatem loquamur vnusquisque cum proximo suo, si vtilia, si cœlestia, si fidem confiteamur, si mores instruamus, si nutantes confirmemus, si Domini gloriam prædicemus. Sed heu! desideria patris sui homines mendaces etiam in stateris volunt facere, qui homicida mendacio hominem interfecit. Pater mẽdacii est, quoniam mendacium omne ab illo est, qui vsque *ab initio in veritate non stetit.* Vt sint omnes mendaces filii Diabo-
Sap.1.11. li, ac propterea homicidæ. *Os enim quod*
Rom.8.12. *mentitur, occidit animam.* Num verò anima mortua aliud à se potest viuificare? quin mortificat magis: nam, vt ait Apostolus, *corpus mortuum est propter peccatũ:* fuit verò anima quæ peccauit, quæ ideo prima mortua est, simulq; corpus occidit: ergo mendaces sunt homicidæ.

19 Et quid primum hominem eiecit de loco voluptatis, vbi erat lignum vitæ, nisi mendacium, quo serpens decepit mulierem? Et quare eiectus inde est homo? Au-
Gen.3.2. di Dominum: *Ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Vitâ priuatur, qui mendacium accepit. Et quare Dominus *abscondit se, & exiuit de templo?* Veritas derelinquit eos, qui credunt mendacio, qui mendaciũ loquuntur, qui faciunt, quod vident apud patrem suum, nempè mendacium, qui occidunt hominem, qui loquitur illis veritatem, quam audiuit à Deo: qui ideo vitam perdunt, nam qui veritas est, ipse & vita est, vt qui sermonem veritatis seruauerint, mortem non videãt in æternum. Nesciebas misera Synagoga,
Rom.11. 25 quid mali afferret odium veritatis. *Nunc*
1.Cor 3. 15 *malum sentis, & quia cæcitas contigit in Israel, adhuc velamen est super cor eorum, vt nesciant, se ideo abiectos esse à Deo, propterea quod ipsi primi Deum abiecerunt & Veri-*
Mat.21 19 *tem.* Videte vos fideles ficulneam, aridam,
Ier.2.16. mortuam Synagogam, dispersum populum Domini, non iam populum Domini; & discite quàm malum & amarum sit de-

reliquisse Dominum Deum suum, vt si iam eum inueneritis, teneatis illum, & non dimittatis, orantes & postulantes. *Ne dere-* Psal. 37.22
linquas me Domine Deus meus ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ. Bene hoc deprecatus est Dauid, qui idem sic precatur: *Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas* Ps. 118 8.
vsquequaque. Vis tecum esse Dominum? 2. Par. 15. 2.
Custodi iustificationes eius. *Nam si dereliqueritis eum derelinquet vos.* Dixit Prophetа quidam. Sed audiamus illum loquẽtem ad populum. Dominus vobiscum, quia fuistis in eo: si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Transibunt autem dies multi 3.
in Israël absq; Deo vero, & absq; Sacerdote doctore, & absque lege. In tempore illo 5.
non erit pax egredienti, & ingredienti, sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum: pugnabit enim gens contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem, quia Dominus conturbabit eos in omni angustia.

Ecce malum derelinquentium Deum, 20
qui ab eo derelinquuntur. Nõ est illis pax, id est quies aut bonum quodcunque verũ, sed neq; huius vitæ. Sed terrores erunt vndiq;, hinc & inde, antè & retro; & hoc non huic aut illi, sed cunctis habitatoribus; non vnius aut alterius terræ, sed terrarum. Nã se mutuo præliis lacessent, non gentes solum aut regna, sed ciuitas pugnabit contra ciuitatem. Hoc autem malum à Domino veniet, qui conturbabit eos in omni angustia. Cur vero? quia dereliquerunt eum. Nunquid non ante oculos nostros apparet ista punitio? En gens Hebræa, quæ dies multos manet absq; Deo vero, illo (inq̃) de quo dicit Dominus. *Est Pater meus, qui glorificat me, quẽ vos dicitis, quia Deus vester est, & non cognouistis eum. Nam si Deus Pater vester esset, diligeretis vtiq; me* Manet gens ista absq; Sacerdote, Doctore: quia & exierit Christus de templo, translatum est ab eis Sacerdotium, & Episcopatum eorũ accepit alter. Non habent Doctorem, qui veritatem doceat. Legis exortes sunt, tenentes solum occidentem litteram, neque illam etiam quoquomodo obseruantes. Hoc quid admonet nos? quod vbi Deus à

nobis sit derelictus, nihil boni erit nobis, & mala omnia ex hac derelictione obueniunt vniuerso mundo.

21 O homo! si scires quàm malum & amarum est derelinquere Dominum Deum, te procul dubio iungeres cum Dauid promittente. *Iustificationes tuas custodiam:* & deprecante: *Non me derelinquas vsquequaque.* Nihil non faceres, vt esset Dominus tecum. Audi illud verè prouerbij: *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.* Et vide si ad Deum hæc referri debeant. Subtraxit pedem suum Deus de domo Israël; quia ipse satiatus odio habuit illum. Mel ipse comedit dulcedinis donorum, qua in manu forti illis concessit DEVS: Sed satiatus tandem illud euomit, repellens eloquium eius dulce super mel. Ergò & tu si Christum abiicias, qui butyrum & mel comedit, vt nobis dulcis esset, erit amaritudo tua amarissima. Et scias quòd Christus: *Sapientia Dei, non introibit in maleuolam animam, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* Ergò qui peccat, Christum eiicit de domo sua, vt non habitet in corde illius. Et subtrahit Christus ipse pedem suum de domo peccatoris. Et quid est homo sine Christo? corpus sine anima, cœlum sine sole, terra sine germine, populus sine pace, oculus sine luce, paruulus sine patre & sine pane. Christus omne bonum est: qui sine illo est, caret omni bono. Quid durius quam vox illa terribilis: *Discedite à me omnes operarij iniquitatis?* Quid infernus, nisi elongatio à Deo? Ideò se dicit Deus esse in cœlis, procul videlicet ab inferioribus terræ partibus. Heus homo! studè intelligere, quid sit derelinquere Dominum Deum, & vicissim à Deo derelinqui: & decerne & statue tecum, *vt iustificationes eius custodias, vt te non derelinquat vsquequaque.* Ne tu quoque subtrahas pedem de domo Dei. Eò quòd satiatus & offensus tua propinquitate, oderit te. Sed quantum possumus laboremus, vt Dominus nobiscum sit, & nos cum illo nunc & semper.

Amen.

Psal. 118. 8.

Pro. 25. 17.

Isa. 7. 15.

Sap. 1. 4.

Luc. 13. 27.

Psal. 118. 8.

FERIA II. DOMINICÆ DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt. Mat. 6. 7.

ARGVMENTVM.

Opus nostrum erga Deum fieri debet diligenter & bene, præcipuè si opus est maximi ponderis, vt Oratio. Tota Dominicalis Oratio optimè exponitur, motiua efficacia tangendo.

DVo sunt quæ cautelam requirunt in opere nostro, vt sedulò fiant & aptè; ne fortè si ineptè fiant, error inde aut dispendium maximum oriatur. Alterum est operis præstantia ex suo genere. Quod enim maximi in se momenti est, id magna mentis applicatione & aduertentia præstandum est. Nam paruus error in huiusmodi maximus est. Quomodo Oza tangens Arcam errauit, & periit percussus à Deo. Arca enim res reuerenda est, quasi sedes Dei, vbi cum hominibus habitabat, & homines regebat, sceptrum Diuinitatis suæ. Ideò solus eius indecens tactus læthalem à DEO meretur percussionem. Quin & solus aspectus illegitimè factus, stragis maximæ causa fuit in Bethsamitis. Alterum est errandi facilitas, quando videlicet etiam minima actione, quæ leuiter fieri potest & incautè, sic impense peccatur: quemadmodum eadem duo exempla demonstrant. Quid enim leuius fieri potest, quid etiam promptius, etiam sub boni prætexu potuit contingere, quàm admouere manum plaustro ferenti arcam ne ex illo pendente caderet? Et aspectus præsentis rei, quam facilè fit? Quę tamen duo, Arcæ

1

2. Reg. 6.

1. Reg. 6.

Arcæ excellentia & maiestas flagitabat, vt animo intento fierent, vel magis nullo pacto fierent. Duo ista, videlicet operis præstantia & errandi facilitas in oratione concurrunt, quæ ratione primi est opus præstantissimum, per quod Deo appropinquamus mente: sicut illi corpore accedebant ad locū etiam corporalem, cui diuina Maiestas
Rom.8.26. assistebat. Ratione secundi; *Quid oremus, sicut oportet, nescimus, vt nullo negotio labamur errore* Propterea monet Sapiens. *Nolis*
Ec.7.15. *esse verbosus in multitudine presbyterorum, & ne iteres verbum in oratione* Grauitas & multitudo seniorum procul dubio exigit, vt in loquendo corā eis magna sit adhibēda cautela, qua à multiloquio quis caueat. Quantò igitur magis accedentes ad Deum oportet considerare, quid loquamur orantes; quāue ratione ibi verba nostra promamus, ne fortè Deo quasi hominibus persuadere verbis compositis arbitremur. Rectè igitur præbet nobis Dominus hoc sapientissimum documentum. *Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt. Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergò assimilari eis.* Quod documentum vt rutius exequamur atq; facilius, ipse idem Dominus precem composuit, eamq; nos docuit; quam coram Deo fundere debeamus, dicens: *Sic ergo vos orabitis. Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomē tuū.* De hac igitur modo erit sermo noster. Attentos proinde vos volo, & vt sitis rogo.

2 *Pater noster qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnū tuū. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* De huius orationis excellentia, vt ad illam frequentandā prouocemur, hoc nūc sit satis, quod ex ore Altissimi prodiit primogenita. Isque ipse a quo speramus quæ petimus obtinere, primitus nos instruxit: qualiter in eo exorando nos gerere debeamus. Illudque solum addimus, quod etiam facit ad eius explantationem, nempè quod & mores nos componere, & affectus excitare admonemur in illa. Quod enim petere decet, id in primis appetere licet, & ne dum appetere, verum etiam vt præstetur, tota opera nostra adiicienda est: Petimus namque adiuuari ad illud præstandum. Vt autem adiuuemur, vires nostras vniuersas exercere consonum est & oportet. Ita doctrina petendi à Deo, est doctrina viuendi secundum Deum. Puta si petimus. *Sanctificetur nomen tuum.* Quantum possumus, docemur & nos nomen Dei sanctificare, & verbo & opere, & toto mentis affectu ipsum magnificare. Ita Regnum Dei promouere; eiusque adimplere voluntatem.

3 Inde sequitur, vt mentis ardor inflammetur. Nam quid tu petis, quod non appetis? & si res tanta est, quam appetis, vt pro ea te ante Deum sistas, qui est immensę maiestatis, profecto non leuiter illud tibi apprehendum aut exoptandum est. Ad quod, ipsa rei consideratio & narratio ante Deum, etiam prouocat & illicit. Hoc enim intendebat Paulus instruens: *Petitiones vestræ innotescant apud Deum.* Neque enim petita sic exponimus, quasi Deo ostendamus necessitates nostras. *Sicut enim* (inquit Christus) *Pater noster quid opus sit, antequam petatis eum.* Et rursus. *Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.* Et hoc est quod potissimum in oratione requiritur, vt recte fiat. Ideò Paulus illum tribuit spiritui. *Ipse* (inquit) *spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid verò sunt gemitus hi inenarrabiles, nisi magni affectus, qui verbis explicari non possunt neque verbis indigent vt enarrentur? Sed spiritus cor ipsum dilatat, & præcordia sua flammantia eleuat ante Deum, & ardenter surgit tanquam flamma in mensa sacrificij pinguedine pleni. De quo Propheta in Psalmo: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis.* Ps.19.1 4. *Et holocaustum tuum pingue fiat.* Et de Ps.62.6. seipso rursus. *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationum laudabit os meum.* Et instantia illa, quam nobis suadet Apostolus scribens: Rom.12.12 *Oratione instate.* Non nisi ex magno cor- & Col.4.2 dis affectu proficiscitur. Inde clamores illi. *Quid clamas ad me? Ad Dominum* Exo 14.15. *cum tribularer clamaui.* Et clamauerunt Psal.119.1 ad Dominum. Inde lachrymæ. *Preces* Ps.106.6. *cum clamore valido, & lachrymis offerens:*

De

De Christo scribit Paulus. De Iuda autem
Hebr. 5. 7. Machabæo & sociis, sic scriptum est: *Cum*
2. Mac 11. *fletu & lachrymis rogabant Dominum & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel* Et Sapiens: *Non de-*
Ec. 36. 17. *spiciet preces pupilli; nec viduam, si effundat loquelam gemitus.* Nonne lachrymæ viduę ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

Excitat etiam & accendit eundem affectum propositus nobis orandi modus vbi
1. Ioan 3. 1. exordimur. *Pater noster, qui es in cœlis,* Vox enim ista, *Pater noster*, quomodo non affectum filialem depromit ex animo nostro, videntes qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus? Videntes quòd qui habitat in cœlis, homines terrenos & luteas domos habitantes, filios habere dignetur? Videntes, quòd si Pater noster in cœlis est, potens est omnia facere superabundanter, quàm petimus aut intelligimus? Rursumque vidẽtes quòd si Pater est, nihil eorum subtra-
Ps 102. 13. het, quæ filiis vtilia sunt. *Et quomodo miseretur Pater filiorum, sic miserebitur nostri Deus noster.* Duo enim hæc audiui, dicit
Psal. 61. 12. Psalmographus: *Quia potestas tibi est, & tibi Domine misericordia.* Misericordia, quia *Pater*; potestas, quia *in cœlis* Insuper vox ista, *Qui es in cœlis*, ordinat & regulat eundem nostrum affectum, docens ab eo qui in cœlis est, rogare cœlestia. Quòd etsi terrena petamus, non ratione alia, quàm vt cœlestia fiant, videlicet vt deseruiant cœlestibus, vt ex his thesaurizemus thesauros in cœlis, vt per hæc temporalia trãseamus ad æterna, vt horum subsidio corporaliter viuentes, interim non domum manufactam, sed æternam ædificemus in cœlis. Huc facit veteris legis mandatum
Deut. 14. 22. illud: *Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, & comedes in conspectu Domini Dei, in loco quem elegerit, & primogenita de armentis & ouibus tuis, vt discas timere Dominum Deum tuum omni tempore.* Decimæ & primitiæ Domino debebãtur, quas sibi vt suas reseruauerat, & ideò sibi offerri præcipiebat, concedens tamen, vt iam sibi oblatas comederent in templo, lætantes & epulantes, vt sic discerent timere illum omni tempore. Comedebant quidem hæc, sed vt bona Domini non hominum; vt cœlestia atque diuina, non quatenus terrena; vt sic timentes tunc Deum atque colentes discerent timere semper, nempè vt totam vitam suam Domino consecrarent; non sibi viuentes sed Deo; non sibi comedentes, sed Deo; non in proprios vsus vtẽtes hoc mundo, sed in honorem & cultum Dei, qui est in cœlis. O verba plena mysteriis.

Sed iam ad omnia, quæ in hac prece 5
continentur accedamus explananda & intelligenda. Duo principaliter continet oratio ista. Primum, illum ad quem ipsa dirigitur. Secundum, quid ab illo postulemus. Is, ad quem ipsa dirigitur, illis verbis exprimitur. *Pater noster, qui es in cœlis.* Nõ hominem deprecamur, non Angelum, nõ creaturam quamcunque, Deum solũ precamur, à quo bona cuncta procedunt; non ad riuos accedimus, sed ad fontem, à quo eodem etiam ipsum nostrum habemus esse, naturam, vitam, corpus, mentem. Est enim *Pater noster*, qui nos genuit, qui etiam Isa. 1. 2.
nutrit & exaltat. *Filios* (inquit) *enutriui & exaltaui.* Si filios, ergo ipse Pater, ergo *ipse* Psal 99. 3.
fecit nos, & non ipsi nos. Ad eum verò qui genuit, pertinet enutrire, educare, exaltare. Quæ ergò necessaria sunt, vt nutriamur & exaltemur, ab eo non ab alio expetenda sunt. Ideò Patrem appellamus. Hinc & fiduciam accipimus accedendi. Non enim quasi ad Regem aut Iudicem aut Omnipotentem accedimus, sed ad Patrem habentem viscera misericordiæ, amantem animas, & diligentem omnia quæ fecit, & Sap. 11. 27.
ergà filios se vt Patrem gerentem & habentem. Et hinc fiducia magna suffulti fiducialiter agimus, & non timemus. *Quoniam* Psal. 4. 10.
tu Domine (inquit) *singulariter in spe constituisti me.*

Noster omninò communis, non priuatus affectus. Est enim *Pater* non tuus tan- 6 Luc. 15. 29.
tum, aut meus; sed *Pater* omnium: Pater 31.
(inquam) familias, qui etsi conuiuium filio parauit iuniori, ad eum tamen inuitauit & seniorem, vt simul epularentur & gauderent.

Exod. 12. 3. derent. Hinc ad esum agni tota familia conueniebat, quin & vicini. Ita quoque præcipiebat super oblationem spontaneam. Deut. 16. 11. *Epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, & leuites, qui est intra portas tuas, aduena, & pupillus, & vidua, qui morantur vobiscum in loco quem elegerit Dominus.* Sap. 6. 8. Sicut ergò vult vt nos mutuò subueniamus: quoniam æqualis est illi cura de omnibus, ita iubet vt mutuò adiuuemur in orationibus, adeò vt dicat. Mat. 5. 44. *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Hinc & Iacobus. Iac. 5. 17. *Orate pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet oratio iusti assidua.* Hæc igitur est causa, quamobrem in hac Dominica oratione communia sunt verba, non propria vnicuique. Vnde dicimus. *Panem nostrum da nobis. Dimitte nobis debita nostra.* Et sic de aliis.

7 *Qui es in cœlis.* Quòd sit *Pater*, animum eleuat. Quò sit *in cœlis*, animum deprimit. Heb. 12. 9. *Si enim Patres carnis nostræ reuerebamur, quantò magis obtemperabimus Patri spirituum?* inquit Apostolus. Sic priscis hominibus primum in monte cum terrore apparuit, & hoc tantum semel in monte, quò accedere non licebat, vt terror eius esset in illis. Exod. 19. 16. Exod. 25. 8. Postmodum verò in sanctuario habitabat inter illos, vt Deo liberè appropinquarent. Exo. 38. 7. Etenim & columnarum, quæ erant in atrio Tabernaculi, bases erant ex ære, capitella vero argentea, vt eadem oratio velut recta & erecta columna, & humilia & sublimia simul temperet sciatque & humiliari & subleuari. Immo etiam confirmat; Psal. 112. 4. *Quod excelsus Dominus, & in alto habitans humilia respicit*; in cœlo videlicet habitans excelsus dignitate, & in terra respiciens paternitate. Incipit autem à paternitate tanquam à basi, & in cœlum ascendit tanquam ad summum verticem, vbi regnat; vt iam fidenter contemplemur illius sublimitatem; vt inde humiliores facti, etiam fidentiores simus: quandoquidem qui tam excelsus est dignitate, dignatur esse *Pater noster*. 1. Par. 3. 4. & 4. 9. Hinc & in templo loca erant omnibus aperta, vt atria: erant & secreta, quo solis erat Sacerdotibus patens accessus. Vt sic se Deus omnibus exhiberet; vt summa tamen eius sanctitas omnibus veneranda esset.

In secundo puncto principali, quod est Res quam petimus, etiam duo continentur; quia duo petenda sunt. Alterũ est pertinens ad Deum. Alterum ad nos; vt verba ipsa declarant, in quibus primo dicimus. *Sanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnum tuum. Fiat voluntas tua.* Postmodũ vere. *Panem nostrum, debita nostra.* Quæ ad Deum pertinent, tria sunt, *Nomen, Regnũ, Voluntas.* Vbi Sanctificatio, Dominatio, Subiectio. Vt sit in se sanctus & gloriosus. Ad nos, sit Dominus & Rex regum. Nos denique illi obedientes, subiecti simus. 8

Sanctificetur nomen tuum. Mirabilis profecto diuina prouidẽtia est erga suas creaturas. Ipse cum sit bonorum omnium pelagus pariter & fons, nullo horum indiget: nam quod in eo non est, nusquam est, neque vllo pacto esse potest. *Dat ergò ipse primus nobis, Aperiens manum suam, & implens omne animal benedictione & naturam omnem sua propria perfectione* Psal. 144. 16. *Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei?* Verumetiam postquam primus dedit, quid illi potest retribuere creatura. Neque vt nos facimus, se eorum, quæ dat, facit expertem. Et non est locus in eo vacuus, in quo possit aliquid accipere, quod non habeat. Inter bona tamen, quæ confert hominibus, & gratitudo est; vnde qui beneficium recipit, gratus sit. Verum quam gratiam referemus omnium Creatori, pleno omni bono? Ecce diuina prouidentia omnia prospiciens & omnibus, sic suam plenitudinem cum nostra retributione temperauit; vt qui intra se nihil admittat, extra se quodammodo recipiat aliquid a nobis. Sicut enim extra se quodammodo emittit bona sua, plenus semper manens. Ita extra se recipit sine præiudicio immensæ suæ perfectionis. Vt & nos grati simus reddentes gratiam pro gratia. Vt & ipse in gloria suæ magnitudinis æternus & inmobilis maneat, cui nulla vndequaque fieri possit accessio. Ecce redditio & retributio nostra Sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæ- 9 Rom. 11. 35.

Apoc. 5. 13. culorum. Nos quidem extra benedicimus, laudamus, magnificamus, honoramus, sanctificamus, glorificamus; & proinde quod in nobis est, facimus vt grati sumus, approbantes quod habet, & in eo complacentes, affectum gratitudinis præferentes, & quantum nobis licet retribuentes, & ipsi tibi rettributum & satis factum reputet. Et quoniam primum, quod nostra interest facere, est illi rettribuere quæ accepimus. Ideò prima nostra petitio est: *Sanctificetur nomen tuum.* Vbi etiam tacitè confitemur, etiam bonum hoc gratitudinis & retributionis, suum esse atque ab ipso proficisci.

10 Dum enim id postulamus ab eo; iam non in manibus nostris esse, sed in thesauro abscondito omnium bonorum suorum fatemur. Et in hoc maximè glorificatur, quando & sua glorificatio, quam illi nos exhibemus, bonum eius ac donum est. Qua in re hoc quoque obseruandum est, quòd hanc nostram gratiarum redditionem docuit nos vocare sanctificationem, nõ magnificationem, aut glorificationem, aut quid aliud tale, quamuis verè sit quod-

Luc. 1. 49. cunque tale. Nam Virgo beatissima dum magnificat Dominum gratias agens, quòd adeò respexerit humilitatem suam, vt beatam illam dicturæ sint omnes generationes, ait: *Et Sanctum Nomen eius.* Sic enim magnificat, dum prædicat sanctitatem nominis eius. Propterea & locum habitationis gloriæ suæ vbi habitauit in homi-

a Exo. 25. 8 b Leu. 10. 17. nibus, *a* sanctuarium appellari, & *b* sancta, & *c* templum sanctum suum, vt reuerentiam quandam pietatis & timoris & de-

c 2. Reg. 22. 7. uotionis illi doceamur exhibere. Etenim quod magnum est, quod gloriosum, quod potens quamuis debeat honorari, non sic tamen propterea illicit affectum nostrum ad cultum amoris, deuotionis, & pietatis, quemadmodum illud quod sanctum est. Rectè igitur dicit. *Sanctificetur.*

11 *Nomen tuũ. Nomen* potius quam ipsummet rogamus sanctificari, secundum Scripturarum consuetudinẽ; vt notetur, quòd Deum laudamus, quatenus illũ cognoscimus tum per creaturas, tum per scripturas & verbum Dei. Adeò quòd nomen Dei, est Deus ipse quo notus est nobis, & vt sic laudamus & sanctificamus.

12 *Adueniat Regnum tuum.* Hæc est secunda petitio, in qua quod proximum est gloriæ Dei, deprecamur. Gloria quippè Dei, vt in se considerata, Dei est, vt est Deus, cui per se debetur omnis gloria. At imperium respicit ea, quibus imperat. Ideò Petrus: *Cui est gloria & imperium:* In quo im- 1. Pet. 4. perio specialiter honoratur, & in quo summa eius potestas declaratur. Sanctitas enim per se Deum & absolutè respicit. Est enim sanctitas eius absoluta excellentia: At dominatio attenditur in respectu ad eos, quib. dominatur. Rectè ergò secundo loco ponitur ista petitio. *Adueniat Regnum tuum.*

13 Quid verò, aut quod sit regnum eius, inde cognoscitur, quòd Dominus prædicès suam transfigurationem dixit discipulis suis. *Sunt quidam de hic stantibus, qui nõ* Mat. 16. *gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo:* quæ verba sic posita ab Euangelista Matthæo, sic habentur in Marco. Donec videant Regnum Mar. 9. 1 Luc. 9. 27. Dei, veniens in virtute sua. At in Luca hoc pacto. Donec videant regnum Dei. Ergò Regnum hoc quod illis videndum pollicitus est venturum, est gloria eius, illaque potissimum, qua regnat super omnes gentes. Quod quia perfectum erit in fine iudicio: idcircò propriè postulamus aduentum ipsius ad iudicium, in quo subiecta illi erũt omnia. Quod ex eo confirmatur, q̃ tunc, quando discipulis promissionem illam fecit de aductu regni sui antè aliquorum ipsorũ mortem, mentionem ipsius iudicij fecit; dicens, vt est in Luca: *Cum ve-* Luc. 9. 26. *nerit in Maiestate sua & Patris, & sanctorũ Angelorum.* Vt autem in Matthæo: *Filius* Mat. 16. 27. *enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis Et tunc reddet vnicuique secundum opera sua.* Quam futuram ei us gloriam in iudicio præstandam illis in sua transfiguratione mõstrauit, vt ex hoc gustu fortius animarentur ad eius cum Cruce sequenda vestigia. Appellauit veniens hoc Regnum suum: *Donec* (inquit) Mat. 8. 19. *videant Regnum Dei venientis*: quia paulatim in eo acquirendo atque ostendendo

progre-

progreditur. Hinc paruulus primùm Euãgelizatur ab Angelis, & à Pastoribus adoratur. Deinde stella duce quæritur, inuenitur, adoratur à Magis, ostenditur à Principibus Sacerdotũ & à Scribis populi, timetur ab Herode, & Innocentum sanguine prædicatur. Inde Ioannes Baptista annuntiat appropinquantem regem cœli, dum clamat; *Regnum appropinquat cœlorũ.* Demum & Christus ipse, & discipuli eius idem cœlorum Regnum appropinquare testantur. Cuius præludium quoddam in Transfiguratione monstrauit; apertum principium in Resurrectione à mortuis, & ad cœlos Ascensione; possessionem verò in mundi conuersione; complementum tandem facturus in generali omnium Resurrectione. Quos vt verus constitutus Rex, & Iudex in gloria Patris sui iudicabit, reddens vnicuique secundum opera sua. In quibus omnibus gradibus gradatim venit ac veniet, donec extremam illi manum imponat in finali Iudicio. Ideò Paulus cum ipso Iudicio coniungit Christi Regnum. *Testificor* (inquit) *coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & Regnum eius. Tunc enim subiecta illi erunt omnia, quæ nunc tamen necdum videmus*, vt idem testatur Apostolus, *subiecta ei.* Deinde finis. *Tunc iam plenè illud adeptum tradet Deo Patri, viuens cum illo, & regnans in æternum.*

Luc. 2. 8.
Mat. 2. 1. & seq.
Mat. 3. 2. 4. 17. 10. 7.
Mat. 16. 27
2. Tim. 4. 1
1. Cor. 15. 23. 28.
Heb. 2. 8.
1. Cor. 15. 24.

14 Quæ omnia vt compleantur, rogamus. *Aduentat Regnum tuum.* Cum enim sint ad magnam Christi & Dei Patris gloriam, & ad ipsius hominis Christi summam excellentiam, meritò si diligeremus illum feruentiùs ac totis viribus flagitaremus, vt ad plenam perueniret ac perfectissimè gloriosam magnificentiam Regni sui. Hoc enim cupere ac petere indicio est dilectionis; iuxta quod dicebat caris suis: *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est.* Cuius dilectionis præmium Apostolus ostendit, dicens de corona iustitiæ. *Quam reddet mihi Dominus iustus Iudex non solùm autem mihi sed & iis, qui diligunt aduentum eius.* Qui enim diligunt aduentum Domini, fastidiunt incolatum suum in hac terra deserta & maledicta; cupiunt dissolui, & esse cum Christo. *Securi & latiex pectant venientem Iudicem, cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt.* Vide ergò quid supponat ista petitio, te videlicet non diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt; amare cœlestia; desiderare te Christum, dolentem clamare; *Heù mihi quia incolatus meus prolongatus est: multum incola fuit anima mea: productius arbitrari iter quo ascendimus de deserto in montana Iudæa, & cælestium sublimia mansionum* O fœlix, qui conformat appetentiam suam petitioni suæ, qui quod petit, appetit; quod postulat, anhelat; quod rogat, quærit, & ad ianuam appropinquans pulsat, vt confestim aperiant illi. Contra quod faciunt, qui nolunt de hoc mundo vnquam exire: qui flagellis indigent, vt labores & pœnas Ægypti detestentur, & clament ad Deum in fortitudine, vt eripiantur de tribulationibus & necessitatibus. Quorum huiusmodi heù quot sunt?

2. Thes. 1. 8.
Psal. 119. 5.

15 *Fiat voluntas tua.* Hac petitione postulamus voluntariam subiectionem hominum Deo, atque Christo regnanti. Debent quidem subditi suas voluntates cum Principis iusti voluntate conformare, quæ est voluntaria subiectio: sicut primi mobilis motum omnes inferiores cœli sequuntur & imitantur. Cuius itaque Regnum postulamus vt veniat, illi consequens est, vt voluntates nostras & desideria subiiciamus, adeò vt similes simus Angelis Dei; *qui faciunt voluntatem eius, facientes verbum illius ad audiendam vocem sermonum eius.* Quòd si caro infirma legi Dei non est subiecta, vnde quod volumus, non agimus; desiderare debemus liberari de corpore mortis eius, vt *in terra fiat voluntas* Dei, *Sicut in cœlo* à nobis videlicet viatoribus, sicut & à beatis & domesticis Dei, qui vident faciem eius semper. Perfectum proponitur exemplum, vt qui non vident, videant; & insipientes, intelligant, quonam dirigant gressus suos, & rectos eos faciant pedibus suis, quantum fert terrena inhabitatio & humana mortalitas.

Psal. 102. 20.
Rom. 7. 24.

donec perfectum largiatur plenius, euacuato quod ex parte gerimus. O beatum virum, qui ex corde dicit Deo Patri. *Non recuso laborem. Fiat voluntas tua.* O verum Christi imitatorem, qui in laboribus, & angustiis cum clamore valido, & corde perfecto extollens vocem suam dicit illi: *Non mea voluntas, sed tua fiat.* Vt igitur hanc petitionem simplici corde offeramus Deo, sit cordi nostro impressum documentum illud Sapientis. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.* Si voluntas Dei & nostra sibi inuicem aduersantur, non possumus vtrumque facere, sed aut cum Christo dicendum: *Non mea voluntas, sed tua fiat*; aut propriam sequi, diuina neglecta aut etiam spreta; quæ est summa peruersitas & extremum malum, vnde mala omnia prodeunt.

Exhortatio

Ecc. 18 30.

Luc. 22. 42

16 Quid putas intendebat lex iubens *Non coques hædum in lacte matris suæ?* Coquere hœdum, est cibum præparare, quo delecteris: lac matris est liquor ille idem, quo formatus est hœdus & educatus. Quid verò sit lac matris nostræ; dicat peccator ille pœnitens. *In iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.* Hoc lac in concupiscentia orum habuimus, concupiscentia nutrimur, quę non resistentibus illi, in dies vehementior fit ad malumque procliuior. Caue ergò illam quantopere potes, nè in illa delecteris, ne ex illa tibi cibum pares. Lac concupiscentiæ est via impiorum, qua vadunt concupiscentias suas, facientes voluntatem carnis, & desideriorum sæcularium. Tu ergò *Ne acquiescas in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Hi coquunt hædum in lacte matris suę, quia delectantur in malè factis; cibus eorum est sequi concupiscentias, in quibus nati & educati sunt. Concupiscentia fuit eorum radix; cõcupiscentia truncus, concupiscẽtia fructus: inde orti, inde erecti, inde pasti. Tu ergò quamuis in concupiscentiis natus, quæ te præcedunt, à quibus quasi bos homo trahitur ad vincula, & nescit quo vadat; post illas non eas, quia ducunt te ad supercilium montis, vt inde te valeãt præcipitare. Sed à voluntate tua euertere, à concupiscentiis caue; sed intellige, quæ sit voluntas Dei bona & benè placens. Quæ præcepit tibi Deus cogita semper, & in lege Domini voluntas tua iugiter perseueret, permaneat, delectetur. Delectare in ea, & ita delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, vt *sicut in cœlo fit voluntas* eius cum gaudio & lætitia ac fine labore: Ita & tu, quamuis quasi ad læuam, quia in terra es, sentias tamen delectationes, quę sunt in dextera eius vsque in finẽ.

Pro. 4. 14.

Psal. 50 7.

Psal. 36.

Psal. 15.

SECVNDA PARS.

17 *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie* Quæ nos respiciunt & tangunt & quæ nostra sunt, in hac secunda parte Dominicæ precationis considerauimus. Sũt verò ista in duplici genere. Etenim vel nostra sunt, vel sumus ipsi nos. Nostra vel bona sunt, vel mala. Bona precamur, mala deprecamur, illa rogantes. *Panem nostrum da nobis* Ista postulantes: *Dimitte nobis debita nostra*, vt pugnemus per arma iustitiæ à dextris & à sinistris.

Panem. Per panem intelligitur quidquid necessarium & vtile est ad vitam, tam corporis quam animæ: *Nam non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Nam quod est vita Dei, illud dat & vitam & inspirationem. Considera Deum quasi comedentem, fruentem videlicet semetipso, atque ita seipso viuentẽ. Considera quòd nos sumus, quia ipse bonus est. Bonitas quippè illius increata & infinita, causa est nostri esse, huiusque bonitatis nostræ participatæ, seu participantis de toto ac perfecto immensæ bonitatis; vt quod nos sumus, sit veluti quoddã quod supereſt; nempe quod Deo necessarium non est, sine quo plenus est atque perfectus; quod sine sui diminutione confert nobis, sed quod illi necessarium est, vnde viuit, regnat, Beatus est, Deus est; consideres vt cibum ac reliquias mensę eius, videbis illud quod supereſt tanquam procedens de ore Dei. Nam & sapientia in suis creaturis cõcreta, quæ est effectus increatæ dicit: *Ego ex ore Altissimi prodiui.*

Deut. 8. 3. *Matth.* 4. 4.

Sicut

18 Sicut enim increata Sapientia ex ore
Eccl 24.5. Altissimi prodit, primogenita ante omnẽ creaturam, per quam videlicet semel locutus est: *Fiat*: *& factum est*. Haud secus sapientia,
Eccl.1.10. quam effudit super omnem creaturam, in qua quæ increata est elucescit, dicitur exire ex ore Altissimi: & sicut increata viuit ipse, sic dedit & nobis in creaPsal.36.1 ta vitam habere. Vbi nota Mysterium, vt
Gen. 2.7. more humano loquamur, sicut loquitur diuina Scriptura, quando Deus formauit hominem de limo terræ, veluti manibus aptauit illi corpus; at fingens corda hoPsal.32.15 minum non manibus, dicit Scriptura, quòd finxerit spiritum, sed quòd inspiraverit in faciem eius spiraculũ vitæ, siue quod insufflauit. Insufflare autem vel inspirare, quod est emittere spiritum, ore fit; nam flatus, & spiritus de ore procedit sufflantis & spirantis. Spiritus autem est vita: ergo vita & vnde viuimus, procedit ex ore Dei. Ideo Paulus cum vita coniunxit in-
Act.17 25. spirationem. *Qui dat omnibus* (inquit) *vitam & inspirationem*. In hoc igitur verbo, quod procedit de ore Dei, *nos viuimus, mouemur, & sumus*. Per verbum, &
Psal.32.6. flatum idem intelligit Psalmus concinẽs. *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum*. Quod prius dixit: *Verbo*. Secundo, dicit: *Spiritu oris*: quia spiritus sono coniunctus: verbum est. Itaque non in solo pane stat vita hominis, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Nam & panis ipse proceGen.1.29. sit ex ore Dei, dicentis ad Adam de herbis & lignis, quod illa dederit in escam illi & omnibus animantibus. Panis ergo quem petimus, est omne illud, quo Deus vitam & corporalem & spiritualem præbere disponit & vult. Quo in negotio ea petimus, quibus mediantibus panem ipsum parare præbereque cogitauit. Vt pro pane animæ sunt, sacra Eucharistia, vocatio, prædicatio: & huiusmodi. Pro pane corporis sunt ingenium, artes, vires, sanitas, abundantia, pax, humana prouidentia.

19. Vult autem Deus panem sibi peti, vt certo sciamus etiam vitam ipsam corporalem ab eo pendere, eiusque illum esse & authorem & conseruatorem. Hinc scriptum reperimus: *Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixit ei Dominus, & locupletatus est homo. Et ibat proficiens atq; succrescens, donec magnus vehementer effectus est* Hoc autem cum illo operabatur Dominus, vt à gentibus quoque cognosceretur, quod ipse sit Dominus cœli & terræ, & protector suorum fidelium. Tanta enim fortilitas aliunde esse non poterat, quàm ab eo, qui solem suum oriri facit, & dat pluuias temporibus suis, & dominatur vniuersæ terræ totius mundi: qui sua ista potestate vtitur ad vtilitatem & laudem bonorum. Vnde ibi refert Scriptura de Rege Gerare & amicis eius, vbi tantam collegit frugem, quod accedentes ad Isaac dixerunt ei: *Vidimus tecum esse Dominum: & cum pace dimisimus auctum benedictione Dominis*. Ita Laban dixit ad Iacob: *Experimento didici, quia benedixerit mihi Dominus propter te* Rursus Iacob ad Laban: *Modicum habuisti antequam venirem ad te, & dites effectus es; benedixit q; tibi Dominus ad introitum meum* Scriptum est quoque: *Benedixit Dominus domui Ægypti propter Ioseph*. Hac ratione innotescebat Deus apud Gentiles, & nunc apud fideles etiam notus est, qui vel in huiusmodi necessitatibus ad eum confugiunt exorandum.

Nostrum. Vocat, quia iam illum nobis designauit. Inde facto homine & animantibus, dixit illis: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & & vniuersa ligna quæ habẽt in se sementem generis sui, vt sint vobis in escam*. Et post diluuiũ: *Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia*. Ne ergo oblitisca-
mur, hæc nobis vsq; ab initio gratis à Deo concessa fuisse: Iubet, vt ea perpetuo ab illo petamus, tanquam illà quibus indigemus & quæ nobis apta sunt & congruentia: propterea enim & nostra dicuntur, vt hæc sit ratio cur debeantur nobis, quia his indigemus & nobis apta sunt. Ideo enim, & *aperit manum suam, & implet omne animal benedictione*.

Gen. 26.12

Genes. 26. 28. & 29.

Gen 30. 27.

Gen 39 5.

20.

Gen.1.29.

Gen 9.2.

Ps.144.16.

Quotidianum. Indigent & Angeli conseruari, quia ex nihilo creati sunt; sed nos euidentius propter corruptionem, qua quotidie morimur & tanquam aquę
2. Reg 14.14. labimur in terram. Imò & in statu innocentiæ cibus erat nobis necessarius, vt vita duraret: Poterat etiam homo a gratia excidere, quę est victus hominis secundum Deum, quantò magis nunc? propterea vtrumq; simul petimus panem, tanquam quo quotidie indigemus.

22. *Da nobis.* Vndecunque veniat panis,
Exod 19.14. Deus est qui dat. Ideò & pluit manna de cœlo: & in lege obedientibus vbertatem pollicetur, inobedientibus sterilita-
Deut. 28. 11. & 38. tem. Non petis autem tibi soli, sed cæteris quoque, vt gratior sit petitio, non ex amore proprio surgens, sed ex charitate, qua homo diligit proximum sicut seipsum: propterea & proximi intendit compendium, sicut & suum. Sed heu! quot sunt, qui dicunt. *Panem da nobis.* Et ipsi postulantibus à se promptè negant? pro proximo ergo petis verbis, & facto negas Deus dare pauperi per diuitem destinauit. Ergò si diues rogat *Panem nostrum da nobis*, petit, quòd ipse det tanquam seruus fidelis, constitutus, vt det illis in tempore tritici mensuram. At si diues dare respuit, contra Deum pugnat precibus suis. Sed audi diues: Pauper rogans. *Da nobis*, pro te rogat; quem Deus exaudit, vt per te & ipse pascatur. Quæ igitur habes, prece pauperis obtinuisti: & tu precem pauperis non audis, quem Deus ad tuam vtilitatem audiuit? Caue, ne fortè non audiatur pauper à Deo, quo non audito tu pauper fias, subtrahente Deo manum suam, quam ad precem pauperis aperuerat pro te. Vnquidenim Deus audire debet rogantem pro te, quem tu non audis rogan-
Gen. 6.14. tem pro se? Arcam non fecit Noë tantum pro se, sed vt saluaretur semen in ea: propterea enim iussus à Deo illam fabricauit: sed dum alios saluat, seipsum saluat & domum suam. Non enim propter illius iustitiam tantum illum præseruauit, sed vt semen omne, & hominum & animalium præseruaret. Quod vt persuasissimum fieret, impium quoque Cham
Gen 7.13. præseruauit. Meritò itaque qui charitate in proximos & obedientiâ in Deum laborauit, sensit & ipse fructum laborum suorum: in quibus & Cham verisimile est manum admouisse, vt quamuis impius cum patre, tamen in labore obedientiæ fructum referret tempora'em. Discamus ergò non quæ nobis tantum vtilia sunt petere & quærere, sed quę multis, vt & ipsi salutem tum corporalem tum spiritualem consequantur.

Hodie. Non ergò multa bona reposita in annos plurimos petimus, quia *fortè hac nocte animam tuam repetunt à te*; & Domini præceptum est: *Nolite soliciti esse in crastinum: Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia sua.* Hoc docemur instructi, vt petamus tantum *hodie* nobis dari, ne fortè solicitemur in plures dies de eo, quod per singulos dies à Deo petendum est: & hoc quidem de pane vitæ & intellectus, idcircò pro hodierna die debemus petere, quia nedum per singulos dies, verumetiam per omnes horas omniaque momenta illius egemus auxilio. *Optimum est enim gratiâ stabilire cor escæ.* Si enim panis cor hominis confirmat, excellentius id præstat gratia, quæ cor intimè protegit, quod non faciunt escæ corporales. Ac proinde quæ de illis à Deo iubebantur in lege, ea vt ad gratiam spectantia interpretamur. Propterea veteribus non licebat edere de morticinio, quia quæ mortua sunt, viuificare non possunt. Quamuis autem quod viuum est, non comedamus, viuum tamen animal dunta'at in escam poterat præparari, mortuum non poterat. Vt sic vita eius esset in manu præparantis, quam sic tolleret ab Animali, vt ad hominis vitam ordinaret; vt ex eo quasi fieret panis vitæ. Vnde plurimũ ex viuentibus paramus cibos. Nam herbæ & arborum fructus, quos ab initio Deus dedit in escam, vitam habent vegetatiuam. Et quando à diluuio etiam animalia concessit, terrestria, natatilia, volatilia, tanquam (inquit) olera, virentia

comc-

comedetis. Diabolus verò ex re mortua cibum suadebat Christo sibi parare, suggetens: *Dic, vt lapides isti panes fiant* At contra Christus aquam nobis viuã pollicetur, vt innuit esse am spiritualem & potum spiritualem nobis esse sumendam, quæ verè sit panis vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris: De qua Sapientia scriptũ est: *Lignum vitæ est iis, qui apprehenderint eã.* Vt ergò vita cordis perseueret ipsumq; cor stabiliatur, vt in mortem non moriatur, non morticinio vescatur, sed viuente, cuius vitã còr viuificetur. *Spiritus autem est qui viuificat: caro non prodest quidquam*; nempè ad vitam, cum mortua ipsa sit. Hic est panis, quem quia de cœlo descendit à Deo cœli id est Patre nostro qui in cœlis est, petere instruimur, & hoc semper, nequando pereamus.

Matt. 4. 3 Deut. 4. 10. Prou. 3. 10. Ioan. 6. 64

25 *Et dimitte nobis, debita nostra.* Post ordinem erga bona nostra, nunc quoq; erga mala regulatur animus noster, quæ *debita* dicuntur; quo nomine mala omnia deprecamur, quæ sunt vel culpæ vel pœnæ. Hæ verò *debita* nominantur, quoniam nos faciũt debitores, eiusmodi duo erant debitores vir procax & mulier peccatrix. Culpa est causa debiti; debitum pœna: à culpa enim ad pœnam destinamur. Vbi aduerte quòd hac petitione non à malis quibuscunq; & tribulationibus & afflictionibus eripi exoramus, sed ab iis tantùm, quę debita sunt; nempè ab iis malis, ad quæ propter peccata tenemur, & ea sustinere propter culpas sumus debitores. Nam quæ immittit Deus ad amicos suos, & iustos examinandos, & probandos, & perficiendos, sicut debita non sunt, ita non orandum est, vt ab his liberemur. *Debita* autem deprecamur, vt peccata omnia in se, & in suis effectibus à nobis tollantur. Et hoc per dimissionem. *Dimitte* (inquit) *nobis debita nostra.* Ea enim soluere potis est nemo. *Solus* enim *est Agnus Dei, qui tollit peccata mundi: & nemo potest peccata dimittere nisi solus Deus:* sine cuius dimissione quidquid homo faciat aut patiatur, nihil est; quod patet in Inferno, in quo nulla est redemptio, quia nulla est dimissio; *Et ideò sempiternus horror inhabitat, perpetuus dolor cruciat,* quoniam in æternum tenetur debitor reddere vniuersum debitum; cuius nunquam vel scintilla minuitur, quia nunquam vel minimus quadrans dimittitur.

Luc. 7. 47. Ioan. 1. 29 Luc. 5. 21. Iob. 10. 22. Gen. 3. 3.

Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O gratiam singularem! ô insigne priuilegium, nobis de cœlo concessum, vt in terra nos quoq; debitores habeamus, quibus dum debita dimittimus, viam nos nobis paramus, quâ misericordia Dei veniat ad nos, vt misericordia Domini plena sit omnis terra nostra, plena sit anima nostra. Dimittite creditores, & dimittemini debitores. Dimittite centum denarios, & dimittentur vobis decem millia talenta. Tu quis es? quantus quantus sis, quod tibi debetur, centum denarios non excedit, quia modicum habuisti, quod tibi subtrahi potuerit, etiam si quis totum hominem vacuum fecerit & neci dederit. Intuemini autem si potestis, quantus sit Deus, & inuenietis, quòd quamuis modica sit contra illum offensio, ad debitum accedat decem millium talentorum, & tamen modicum illud, maximum istud tollit. Ne igitur tãtam perdamus gratiam: *Non nobis asperum videatur eiicere ancillam, & filium eius, vt Isaac potiamur*, pro modico amisso semen illud consequi, in quo benedicendæ sunt omnes Nationes terræ, quod semen est Christus, author vitæ & hæres vniuersorum; & omnium bonorum cœlestium, & terrestrium largissimus & liberalissimus dispensator. Non (inquam) tibi asperum videatur pauca dimittere, vt tibi dimittantur peccata multa & scelera multa & maxima: sic enim non minus eris sapiens quam negociator ille, qui venditis omnibus pretiosam comparauit margaritam, & isse qui distractis omnibus suis abiit, & emit agrum illum, in quo thesaurus erat absconditus.

27 Psal. 32. 5. Mat. 18. 24 Gen. 21. 12. Gen. 18. 18. Mat. 13. 45

28 Si sic agis homo, *tribuet tibi Deus secundum cor tuũ, vt eruaris à tentatione, à Diaboli laqueis, à periculis latronum, A timore nocturno, à sagitta volante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit malum* Super aspidem &

Psal. 90. 6.

dem & basiliscum ambulabis, & conculcabis
Psal 45.6. *leonem & draconem. Deus in medio tui, non*
commouebitur, neque inducetur in tentatio-
Psal 17.30 *nem, latus & securus, dicens Deo In te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar*
murum prosternens, & superans impedimenta omnia, obstacula, offendicula Deus meus impolluta via eius, in qua nihil obstet, quo minus curram viam mandatorum ipsius.

Sic ergò liberaberis quoque *à malo* Diabolo, *à malo* homine, *à malo* quocunque, siue *malo* eius, quia non minueris omni
Rom. 11.22 bono. *Vide ergò bonitatem Dei*, in te (inquam) bonitatem, qui vult ab omni malo eripi te, non minui omni bono, super om-
Psal. 72. 1. nia bona sua constitui. *O quam bonus Israel Deus! ô quàm suauis est Dominus! Beatus*
Psal. 33. 9. *vir qui sperat in eo.* Vt autem speremus,
Matt. 7.7. certiores nos fecit bonitatis suæ dicens: *Petite, & dabitur vobis. Et dat nobis spiri-*
Zach. 12.10 *tum gratiæ, & precum. Qui adiuuat infir-*
Rom. 8.26. *mitatem nostram & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus Qui autem scrutatur corda Deus, scit quid desideret spiritus*; quia secundum Deum postulat pro san-
Rom. 12.12 ctis. *Simus igitur orationi instantes, cum gaudio gratias agentes & cum gemitu postulantes, quæ postulare nos iussit, qui dat omni-*
Iac. 1.5. *bus affluenter*, Deus Pater, & Filius, & Spi-
Eph. 4.6. ritus: Vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Modus orationis consideratur, & quæ cauenda in modo. Et quid præstare & exercere debeamus. In Morali de Attentione.

MAGNA gratia omnium nostrum est, quòd ingressuri terram viuentium, quæ est regnum cœlorum, & ea omnia adepturi, quę nos illuc ducunt, non timemus, ne fortè decipiamur ab eo exploratoribus: sicut iam olim Num. 13. ab eorum pluribus deceptus est populus. 28. & 32. Vnde factum est, vt ab illa repelleretur, qui deceptus illam recusauit. Habemus enim fidelissimum Iosuë Iesum videlicet, qui de cœlis ad nos descendit, vt cœlestia declararet, de quibus ad Nicodemum parum credentem dixit: *Si terrena dixi vobis, & Ioan. 3.12*
non creditis: Quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? & nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo; filius hominis, qui est in cœlo: Scit ipse quæ sunt in cœlis, quia ibi est & inde descendit, non lustrans quadraginta diebus, sed habitans in æternitate; qui idcircò descendit, vt nos illuc duceret: nemo enim nisi ipse illuc ascendit, & qui cum illo & in illo vnum sunt. Propterea vt cœlestia illa appetamus atque petamus, vt ea ratione cum illo ascendamus; nos de illis instruit, docens quomodo orare debeamus, ita inquiens. *Orantes nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.*

Vbi de duobus instruimur, de eo videlicet quod cauere, & de eo quod studere debemus. Modus orandi Ethnicorum id est quod cauendum nobis est: Modus orandi, quem ipse nobis demõstrat, id est quod studere debemus & exercere. De illo dicit. *Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici.* Vbi modum illum carpit Ethnicorum, & suæ reprehensionis rationem adiungit dicens: *Scit enim Pater vester, qui opus sit vobis, antequam petatis eum.* Multa sunt quidem cauenda in oratione, sed illud in primis, quod de alio quocunque, quàm vt de sola diuina prouidentia atque pietate confidamus. Ideò enim rogamus Deum, vt ab ipso, quod nobis expedit, non à nobis, vel ab alio quocunque accipiamus: si enim id nobis præstare possemus, quid opus esset Deum precari? A nobis autem accipere videremur, si aut in viribus, aut in meritis, aut in verbis fiduciam haberemus. In viribus, putantes nos nobis ipsis sufficere, sicut Goliath in fortitudine sua confidebat & in armis. Ideò Dauid dicebat illi: *Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum.* In meritis fidit, 1. Reg. 17. 45.

qui

qui suæ virtuti tribuit gratiam & auxilium Dei.

3 Hęc est Iudaica confidentia, qua ex suis meritis putabant ad se Euangelium pertinere, quos Paulus redarguit scribens ad Rom.3.9. Romanos, ostendens, quòd tam Iudæi quam Græci Gentiles videlicet, omnes erant sub peccato, indigentes gloria Dei, qui illos redimeret ab omnibus peccatis Rom.7.10. suis. Quapropter ne dum ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram Deo. Sed inuentum est quoq; præceptum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit & occidit carnales homines. Act.15.11. Ita, quòd *per gratiam Domini nostri Iesu Christi* (vt in concilio Petrus asseruit) *credimus saluari, sicut & illi nempè Gentiles.* In verbis autē Ethnici suam locabant confidentiam, putantes quòd in multiloquio suo exaudirentur. Quem errorem Christus hac elidit ratione: *Scit enim* (inquit) *Pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.* Non ergò prece nostra notam facimus illi necessitatem nostram, neque veluti composito sermone illum aut mouemus aut suademus aut circumuenimus. Cur ergò petimus? Vt humiliemus illi animas nostras; vt illum nobis præsentem exhibeamus; vt illi gloriam tribuamus; vt illum omnium bonorum nostrorum authorem cognoscamus & confiteamur; vt clarius nostram paupertatem habeamus exploratā; vt erga illa, quæ petenda sunt, vehementius nostrum accendamus affectum; vt illi deniq; obaudiamus, qui iussit nobis, vt peteremus, qui postulandi rationem ac modum demonstrauit. Propterea ergò paucis verbis cum illo agimus, vt toti simus in illum intenti, accensi, atq; transformati; atque hac ratione à riuis ascendamus ad fontem, atque per sua dona gradū nobis faciamus ad Donatorem ipsum. His atq; huiusmodi causis multiloquium Dominus ablegat ab oratione nostra. Sic etiam innuens, vt quidquid à nobis est in quo fidimus, deprecantes amoueamus & repellamus.

4 Multiloquium de se vitiosum est', vnde Prou.10.19 ait Sapiens. *In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Ad quod magis redarguendum, illam ponit similitudinē: *Sicut vrbs patens, & absque muro; ita vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.* Vide quàm periculis & incommodis exposita sit vrbs, quæ non muro portis ac seris munita est: vt non immeritò hortetur ex aduerso Psalmus. *Lauda Ierusalem Dominum, quoniam confortauit seras portarum tuarum.* Ergò sibi ipsi noxius est, qui multum loquitur, nec potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quantò magis cum Deo multiloquiū crimini subiacebit? Se ipsum homo inflat quasi excellens orator; loquelæ suæ ascribit, quæ ex Deo accipere dona meditatur, Deum & ignorantiæ notat & instabilitatis & minimæ cùm prouidentiæ tum pietatis. *Orantes* ergò *nolite multum loqui, sicut Ethnici.*

Prou.25. 28. Psal.147.1

Sed modum attendamus nobis à Chri- 5
sto propositum deprecandi. *Sic ergo vos orabitis. Pater noster, qui es in cœlis; Sanctificetur nomen tuum.* Præambulum habet oratio ista, continens quò nostræ sint dirigendæ preces: & petitiones habet, quas in illa faciamus. Præambulum hoc est. *Pater noster, qui es in cœlis.* Moyses quamuis ad Deum loqueretur, sicut solet amicus ad amicum tametsi fidelissimus in omni domo Dei, non inuenitur tamen in suis precibus Patrē inuocasse Deum: dicebat quidem: *Dominator Domine Deus misericors, & clemens patiens, & multæ miserationis, & verax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem & scelera, atq; peccata.* Non dixit tamen aliquando, *Pater noster, qui es in cœlis.* Hoc facere, quo tempore Filius Dei nomen Patris manifestauit hominibus, & licet, & expedit, & necessarium est; vt filiale præstemus obsequium Deo nostro. Quis vero nostrū sic, nisi Deus ipse præcepisset, auderet orare? Iam se Patrem nostrum Deus manifestat: Pater vult cognosci: Pater à nobis vult nominari. Et *ideò Filium suum misit in terram, per quem hominibus dedit potestatem filios Dei fieri.* O bonum nuntium de cœlo nobis allatum. *Aqua frigida animæ sitienti, & bonus nuntius de terra longinqua.* Ve-

Exod.34.6

Ioan.1.12.

Prou.25.25

nit Desideratus cunctis gentibus tanquã, aqua frigida animæ sitienti: Venit (inquã) summe expectatus Christus expectatio gentium, perinde ac si homini ardenter sitienti propines aquam frigidam, afferens videlicet bonum & optimum nuntiũ, non modò de terra longinqua, sed de summo cœlorum: Nempè *quòd Deus Pater noster est*. Quòd Pater ne dignatur modo, verũ etiam iubet vt vocetur, & tunc maximè quando accedimus ad eum, vt sicut oportet oremus. Sic apparet quomodo nos deprecatio Deo coniungit, vt illius simus naturæ consortes.

6 Hoc porrò si amarum est Dominum reliquisse, dulcedinis plenũ est. Et ideò melli à Salomone comparatum. *Sicut qui mel multum comedit, non est bonũ; sic qui scrutator est Maiestatis, opprimitur à gloria.* Vides quomã qui memor est Dei, delectatur, sicut mel comedens. Eiusmodi tamẽ cibus est mel, vt si multũ de illo comedatur, non bonum sit, nec vtile, sed noxium magis. Ita dulcedo mellis illius afficit mentem, qui cœlestia meditatur, vt si altiora quàm decear scrutari audet & conatur, nihil inde hauriat vtilitatis, sed opprimatur magis atque cõfundatur. Hoc nos docet Dominus, dicens. *Sic orabitis. Pater noster, qui es in cœlis.* Pietatem meditari, non maiestatem scrutari volens ac docens. Hoc pacto mel comeditur ad mensurã, & comedẽti bonũ est. Sic enim illi Dulcis ac rectus est Dominus. Dicamus ergò. *Pater noster*, &c.

Ier. 2. 16. Prou. 25. 27. Psal. 76. 4. Psal. 24. 8.

7 Vbi, dum Patrem vocamus, Deum consideramus, non sicut dicebat Sapiens ille factus stultus. *Nubes latibulum eius, nec nostra considerat; & circa cardines cœli perambulat.* Pater n familiam curat, illiusq; attendit indigentiam. Præterea Patris nomen specialem notat curam atq; diligentiam: nam quòd nostra consideret, Moyses quoq; confessus est dicens: *Dominator Domine Deus.* Nam qui dominator est, curam gerit; sed tanq̃ Dominus super populũ sibi subiectum. At Patris nomen filios respicit, quos nutrit & exaltat, nõ seruos aut vasallos, quos punit & castigat. Oraturus ergò, ad eum accedis, qui tui curam gerit, eamq; paternam non dominantem. Temperauit Moyses maiestatis nomen quod expresserat, dicens: *Dominator Domine Deus*; dum subiecit. *Misericors, & clemens.* Sed hanc clementiam in parcendis iniquitatibus applicauit. *Patiens* (inquit) *& verax qui aufers iniquitatem.* At Pater misericordiarũ, Deus est totius consolationis. Tunc quidem sic misertus est, vt non tunc orante Moyse deleret populum, adiecit tamen: *Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum.* Non ergò tametsi misericors fuit, Deus fuit totius consolationis, reseruans irã in die iræ: At nunc *Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se* Pater n. noster est atque fictor, *qui propterea cognouit figmentum nostrum, quoniam lutum sumus, & puluis.* O quanta nobis creatur confidentia per Filiũ accedentibus ad Patrem? Quanta consolatio, dum Altissimum, qui est immensæ Maiestatis Patrem habemus, Patrẽ vocamus, Patrem deprecamur. O vtilissimam necessitatem; quæ nos ad Patrem ire compellit. O suauissimam Orationem, cuius primum verbum est. *Pater. Pater* (inquam) *noster, qui es in cœlis.* In terris stantes, eum qui habitat in cœlis, alloquimur, fiducialiter agentes, haud secus atq; si Patrem nostrum adoriamur, negotiaque nostra cum illo liberè agitemus.

Exod. 34. 6

O præcipuam terram sanctæ Ecclesiæ, lacte & melle manantẽ. Lacte, quia sumus paruuli atq; lactentes; melle, quia gustam⁹ dulcedinem, atq; suauitatem, & benignitatem Saluatoris nostri Dei. Qui terram viderunt, eamq; probauerunt & laudauerunt, hi in illam ingressi sunt; illam possederunt. Vide homo & intellige bona, quæ tibi Deus pollicetur, vide illa diligẽter, circui illa, & lustra vniuersa, & benè perpende, vt socius sis duorũ qui soli de tot millibus adepti sunt promissiones. Et ipsi duo constituti à periculo liberati sunt, & ex numero sexcentorum milliũ peditũ inducti in hæreditatem, in terram, quæ manat lac & mel. Si Pater est Deus; ergò nos filii; si autem filii, & hæredes inducendi in hæreditatem, quæ manat lac & mel. Hoc est, quod potissimùm consolatur & certiores facit, nos fore exaudiendos. Quoniam Pater noster

Num. 14. 8

Eccl. 46. 9

ter noſter eſt, quem rogamus, qui propterea inducet nos in hæreditatem, num ergo derelinquet, *Donec creſcamus in virum perfectum, qui poſſit hæreditate potiri?* Num qui cœlum daturus eſt, terrena negabit, modò non impedimento ſint ad cœleſtia conſequenda? *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.*

Rom. 8. 17.

Heb. 4. 16.

SECVNDA PARS.

QVod ſummè appetiit inſtanter poſtulauit & gratioſè Moyſes obtinuit, hoc fuit, vt Deus cum illis ambularet, atq; vnà cum illis terram promiſſam ingrederetur. *In quo enim,* (inquit) *ſcire poterimus ego & populus iſte, inueniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi gradiaris nobiſcum? vt glorificemur ab omnibus populis, qui habitant ſuper terram. Dixit autem Dominus ad Moyſen. Et verbum iſtud quod locutus es, faciam: Inueniſti enim gratiam coram me, & te ipſum noui ex nomine.* Hæc eſt gratia fidelium coram Deo, hæc eſt gloria noſtra, quòd Dominus nobiſcum eſt. Et vbinam? *In cœlum.* Neceſſitas populi erat hæc, vt Deus ipſe in introitu terræ promiſſę illis adeſſet, qui diſperderet illius habitatores. Quapropter ſecundò requiſitus à Moyſe vt cũ illis graderetur, auferens illorum iniquitates, reſpondit. *Ego ipſe eiiciam ante faciem tuã, Amorrhæum & Chananæum.* Totum bonum noſtrum in hoc eſt, omne deſiderium noſtrum in hoc eſſe debet, vt terram illam cœleſtem ingrediamur & poſſideamus, q̃ promiſit Abraham & ſemini eius. Ibi habitat prorector noſter defenſor noſter. *Pater noſter.* Ergò cum dicimus; *Qui es in cœlis;* nos cœleſtia deſiderare ac poſtulare mõſtramus. Et ſi quid aliud petimus quodcumq; illud ſit, cœleſtia habet ſpectare vt omnia quæcumq; volumus, vt cœlum habeamus, velimus, & poſtulemus; vt verè beatitudo cœleſtis ſuprem⁹ finis noſter ſit, in quem omnia referantur, & ad quem dirigatur cætera, quæ ad nos quoquo modo dignoſcantur pertinere. Quoniam verò illam niſi in Deo, qui eſt ſummum bonum, habere non poſſumus; hoc autem bonum non aliter habemus, quàm ſi illi coniungamur; coniunctio verò in hoc ſita eſt, vt illi verè, decenter & excellẽter hæreamus, quod non eſt aliud, quàm illum videre ſicuti eſt, & diligere vt ſummum bonum eſt, videlicet propter ſe & ſuper omnia; Hinc eſt, quòd vt beati ſimus, Deum diligere teneamur in toto corde, anima, mente, & viribus vniuerſis: quo modo aliud nihil à nobis diligendum eſt.

Exo. 33. & 34.

Exo. 33. 16.

Exod. 34. 11

Hoc nos docent petitiones à Domino Ieſu nobis expoſitæ, tres videlicet illæ primæ. *Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuũ. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra.* Quid petis & appetis? ſummũ bonum. Hoc ne vt bonum tuum? ſi ſic, iã non vt ſummum illud; ſed te potius finem conſtituis ſupremum, propter quem etiam ſummum bonum habere laboras: quod dũ facis, illud offendis potiùs quàm aſſequeris. Quapropter vt ſit bonum propter ſe, à quocunq; diligendum eſt & adipiſcendũ. En quare petitiones iſtæ præcedunt, in quibus, quomodo poſſumus, ipſius Dei bonum ſpectamus & intendimus. Duo autem bona in Deo modò conſideramus. Alterum illi intrinſecum & eſſentiale? Alterum extrinſecum & accidentale. Primum illud eſt eſſentia Dei, ipſa diuinitas & forma. Hanc Deo neq; petimus neq; deſideramus; habet enim illam à ſe, neceſſariò, & æternam. Amamus tamen & honoramus, & laudamus lætantes & gaudentes, quòd illam habeat, vt dignum eſt. Bonum extrinſecum hoc idem eſt, quod à creatura illi præſtatur, nempè amor, honor, cultus, obedientia, timor, & huiuſmodi. Quod, quantum nobis licet, primo illi bono atq; ſubſtantiali reſpondeat; nempè vt ea ratione illud, qua ſummum bonum eſt, amemus, honoremus, colamus, timeamus. Ad quod bonum illi præſtandum nos obligat primum illud. Propterea enim quia Deus eſt Altiſſimus, Beatus, ſolus potens, ſolus bonus, Immortalis, Inuiſibilis, illum diligimus, reueremur, benedicimus, illiq; obtemperamus.

10

Maieſtas, qua in ſeipſo magnus eſt, immenſus, infinitus, & bonorũ omniũ pela-

11

gus, honorem postulat, qui nobis iubetur & à nobis exhibetur, dum dicimus. *Sanctificetur nomen tuum.* Qui sic magnus est, ac bonus, omnia potest, ac propterea creator est omnium; quiidcirco omnibus à se creatis dominatur vt Rex. Id q; duobus modis præstat: Naturaliter quippe omnia sicut creauit regit, disponit, ordinat, aliquibus verò ex creaturis omnibus singulari ratione dominatur, quomodo populũ sibi delegit peculiarem, in quo regiam suã potestatem, atq; prouidentiam demõstraret, cuius regni atq; regiminis excellentia in iustis & electis suis nunc apparet, excellentissimeq; apparebit, quando Filius Dei
1 Cor. 15. 24. tradiderit regnum Deo & Patri. Quod vt fiat rogamus. *Adueniat regnum tuũ.* Huic petitioni proximè, tertia est consequens, videlicet: *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Qua medium, quo nunc excellẽter regnat, & in fine excellentissimè regnaturus est, postulamus. Solius quippe Dei est, sic liberis volũtatibus dominari, vt eas & regulet & excitet & moueat, adeò vt rebelles quoq; valeat compellere. Hoc ergò medio ad Regni excellentiam deuenitur, qua Deus homini dominatur, quando humana voluntas diuinæ perfectissimè conformatur: quod quia de se nostra non potest, rogamus, vtillius gratia id præstare valeamus req; præstemus.

12 Dei gloriam zelans Moyses, diuinam populo obtinuit propitiationem. *Volebat*
Nu. 14. 16. *Deus populum ob duritiem suã perdere. Dicent Ægyptii, dicent Chananæi: Non pote-*
17. *rat introducere populum in terram, pro qua iurauit, idcirco occidit eos in solitudine. Ma-*
19. *gnificetur ergo fortitudo Domini.* Ecce ho-
20. nor Dei. *Dimitte obsecro peccatũ populi hu-*
25. *tus. Dixitq; Dominus. Dimisi iuxta verbũ tuum. Viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuersa terra.* En fons salutis nostræ, gloria Domini. Vt fortitudo Domini magnificaretur, cognoscereturq; Deus tũ potens tum patiens ac multæ misericordiæ, tum etiã verax fidelisq; in omnibus verbis suis populo noxa dimissa est. Sed altissimè & consilium Dei, & Moysi deprecatio, & intentio præualuit, quando & populus ille tùm demum abiectus est à Deo, quo tempore Principem fecit Moysen super gentem, populo illo maiorem ac fortiorem, nempe super Ecclesiã Christi, quæ & Mosi credit & Christo, & repleta est gloriã Domini vniuersa terra. Zelus Dei est contra populum. Zelus Moysi est erga honorem Dei. Vterq; impletur. Et hoc tandẽ ad salutem omnium gentium. Zelas, ô Moyses, (veluti dicit Deus) gloriam meam, & propterea saluum vis populum. Ego te exaudiam excellentissimè, saluans terrã, eamq; implens gloria mea, quod erit tibi gratissimum, sicut mihi glorioßissimum est. Oquã sapienter! Ergò in oratione docemur præ omnibus postulare, vt *Sanctificetur nomen* Dei Patris. Nam ex illius gloria, tanquam ex radice fęcundissima fructus omnis prodit & diuinæ potestatis & voluntatis, & hominum salutis & fœlicitatis.

Rectè ergò transimus ab his, quæ 13
Diuina sunt ad nostra, vt petamus panem nostrum & debitorum nostrorum dimissionem, & ad nos ipsos demum dicentes. *Ne nos inducas: sed libera nos.* In principio ipse, *Pater noster.* In fine, *Nos, Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos.* In medio, Diuina & Humana, quæ ad illum & quæ ad nos pertinent. Sicut primus ipse; sic primum sua. *Nomen tuum. Regnum tuum. Voluntas tua.* Sicut postremi nos, sic posteriora nostra. *Panem nostrum, debita nostra.* Bonum omne ipse est. Sua itaque bona omnia. *Nomen, Regnum, Voluntas.* Nos cum simus mali, & bona tenemus & mala. En bona. *panem.* En mala *debita.* Nullo indiget ipse cum sit in cœlis. Ideo dicimus. *Pater noster, qui es in cœlis.* Nos maximè indigemus, idcirco oramus. *Nè nos inducas in tentationem; sed libera nos à malo.* Primum ergo quæramus gloriam Domini, & hæc omnia adiicientur nobis. Moyses, nos scimus, quanto feruore postulabat. *Ostende mihi gloriam tuam.* Quid vero Exod. 33. 18
cum transiret gloria Domini coram eo? quid ab eo postulauit? *Obsecro, vt gradiaris nobiscum, & auferas iniquitates nostras, nosque possideas.* Quid vero Exod. 34. 9
est, quod DEVS nos possideat, nisi quod in nobis regnet, quod nos sustentet & protegat.

tegat. Per hanc possessionem ergo intelligitur & *Regnum & Voluntas* eius : & nihilominus quod nos pascat, tribuens *panem nostrum quotidianum*. Quod addit. Auferiniquitates nostras, hoc est. *Dimitte nobis debita nostra, & ne nos in ducas in tentationem sed libera nos à malo* Ergò ex gloria Dei nobis adest gratia Dei; Quia gloria Domini colligetur, scriptum est in Isaia. Isa.58.8. Vis ergò, ô homo, vt regnet Deus in te, tèque non derelinquat? sit gloria Domini super te, illam omnibus præpone, & pone etiam super te. Vis vt in te *fiat voluntas* eius, *sicut & in cœlo*; vbi in bona voluntate sua beat omnes cœlicolas? sit gloria Domini super te: plus zeles gloriam eius quã tuam. Vis vt pascat te & præbeat tibi cibũ in tempore? sit gloria Domini super te. Ideò viuas vt in te glorificetur nomen eius. Vis vt tibi tua debita dimittantur? sit gloria Domini super te; quam parcendo maximè ac miserando manifestat, sic exhibens sibi gloriosam Ecclesiam. Vis à tentatione præseruari, ità vt etiam facias cum tentatione prouentum? sit gloria Domini super te. Leua oculos tuos in montes, vnde veniet auxilium tibi, cupiens ante omnia, vt DEVS glorificetur in te. Vis liberari è malo, vt eruaris à potestate tenebrarum, & à die mala libereris? sit gloria Domini super te. In omnibus gratias age, hoc solum spectes vt in omnibus & ab omnibus benedicatur Altissimus. O facilem abundantèmque prouisionem pro omni bono. O facillimum remedium cõtra mala omnia, si dicamus; *Gloriam Domino*. Aliud nihil spectat Deus principaliter in operibus suis, nisi vt sanctificetur nomen suum. Vnde Ps.144.13. canitur: *Sanctus in omnibus operibus suis* Et quoniam super omnia opera sua est salus electorum suorum, nil sibi reputat gloriosum magis, quam illos inducere in gloriã suam, ad gloriam suam ordinat gloriam illorum; ac propterea in his omnibus, quæ conducunt eorum saluti gloriam suam intendit. Id ergo & nobis faciendum est. Ità enim sicut in cœlo, in terra quoque illius Ec.46.9. implebitur voluntas. Qui duo viri, Dei gloriam sicut & Moyses zelauerunt, intenti prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ, hi à periculo liberati sunt a numero sexcentorum millium peditum. Detrahebat gens Deo, non credentes ei etiam tot visis signis, quasi non posset eos inducere in terram, quam illis promiserat. Vnde dixit Dominus ad Moysen: *Num.*14.11 *Vsquequò detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis? quæ feci coram eis?* E vestigio Iosuë & Caleb Deum glorificabant, dicentes: *Terra valdè bona est, si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam. Nolite rebelles esse contra Dominum. Dominus nobiscum, nolite metuere.* Propterea populum detrahentem consumere disposuerat: Moysen autem glorificantem illum constituit Principem super omnem terram, & duos fideles in- *Ec.*46.10. duxit in hæreditatem, in terram; quæ manat lac & mel. Hæc est vnica via, qua bona omnia consequamur, mala omnia deuitemus. Qui declinat ab illa, percussus à Deo, & præsentia bona perdit, sicut illi morientes in deserto, & à futuris repellitur, sicut illi ingredi non potuerunt in requiẽ Domini. Appareat ergo nobis gloria Domini, eàmque præ oculis nostris iugiter habeamus, vt nos colligat & congreget in vitam æternam. Amen.

MORALE

MAGNVM & appositum documentum huic rei quam tractamus nobis affert Prouerbium illud Salomonis: *Claudus pedibus & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.* Cur mittis ineptem ad loquendum ac referenda verba tua illi, qui procul sit à te? satius non erat; per te ipsum facere, quod per stultum facies? An claudus es, vt non tu ipse vadas? Claudum, profecto te constituis, te declaras: non enim capit ratio, quod per ineptũ agas rem quam tu aptius & conuenientius ipse ages. Quin verè tibi pedes succidis (vt legunt Hebræa) quando per stultum agẽs, ita negotia corrumpis, vt ea postmodum non valeas resarcire. Hoc enim est, iter tibi ipsi interdicere & facultatem auferre, ea componendi & in statum commodum restituendi. Vt merito etiam iniquitatem bi- 14 Pro.26.6.

bens à Sapiente dicaris : hoc est, tibi ipsi damnum creare. Nam verbum Hebræum hic positum, & iniquitatem significat & damnum: alioqui per peccatum damna ab eo surgentia Sacræ litteræ intelligere consueuerunt. Heus tu, si culpatus est is qui personam ineptam interponit, vbi de re alicuius momenti agitur ; quid de te ipso dixerimus, qui stultè rem tuam agis cum sapienter possis? O rem præstantissimam, quam cum Deo in oratione loquentes agitamus! O sublime negotium, omni circumspectione curandum! Deum oraturus
Exod. 19.3. Moyses ascendebat in montem, tu si claudus fueris, si pedibus succisus, id qua ra-
Luc. 18.10 *&* 13. tione præstabis? Ascenderat in templum, vt oraret, tametsi à longè stans publicanus. Si non quomodò oportet oraueris, iam non ascendis, iam ad Deum non accedis, iam non te statuis in conspectu Dei. Claudus pedibus es, non exiens de domo tua, de cognatione, de patria, tibi ipsi adhæres, quæ tua sunt quærens, non quæ Iesu Christi. Cur docuit Iesus noster; vt dicamus orantes. *Pater noster, qui es in cœlis?* Vt illum adeuntes, qui habitat in cœlis, exeamus de terra nostra, obliuiscamur domum Patris nostri, relinquamus & Patrem & matrem, cæteròsque cognatos, & res nostras vniuersas, adhuc autem & animas nostras nòsque metipsos abnegemus. Vides nos doctos à Deo, vt nostra & nos posthabeamus, quæ Dei sunt præ omnibus spectemus, curemus, petamus, dicentes. *Pater, sanctificetur nomen tuũ. Adueniat Regnum tuũ. Fiat voluntas tua.* Si aliter depreceris, si te ipsum anteponas, plus expetẽs, quam gloriam Dei, tuam vtilitatem, tum verò non exis de terra, non cœlum petis, non te ab imis eleuas ad sublimia; sed Altissimũ ad abiectionem deprimere atq; humiliare conaris. Si id agis, vt conualescas de infirmitate; vt exuas paupertatem; vt non te coarctent angustiæ; vt non ab aduersariis impetaris; vt ab hominibus non despiciaris, decipiaris, deprimaris; atque hæc agens, nequaquam Deum reuereris, sed homines times tantum; tùm certè te ipsum quæris, non Deum. Cur igitur dicis. *Pater noster, qui es in cœlis?* nihil est, nisi quia putas ac petis, qui sedet super Cherubim, deponere de sede, & ad te inclinare & trahere, vt illius fruaris emolumentis, non illius læteris præconiis & exaltationibus.

Hoc quam indecens sit vt noris, audi Salomonem. *Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.* Magna animi offensio, si quis aquam fontis limpidissimam, pede lutũ excitans turbet; si vena, vnde aqua ista fluit, vel obturatione impediatur vt aquam non deriuet, aut iniectione rei immundæ corrumpatur vt non effundat aquam mundam Incommodum quoq; non modicũ affert ista fontis turbatio & venæ corruptio, quandoquidẽ apta nec ad bibendũ sit aqua illa, nec ad lauandũ, nec ad alias etiam curandas necessitates. Est iustus velut aqua clara; Si cadat coram impio, si ab eo conculcetur, si obscuretur, si denigretur, si impediatur, ne sua iustitia aliis prosit, quanta indecentia est? quanta peruersitas? quanta pernicies? Et tu impietatem exercens, diuinam pietatem obscurans, dùm non illius claritatem moliris, sed tuam duntaxat vtilitatem, quàm agis pessimè? quàm improbè? quàm impiè? quam supra modum indecenter? *Pro.* 25.26

Verum neque hac ratione detestabili tibi prodes, bibis potius iniquitatem tibi noxius, hostis tibimetipsi. *Christus ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia:* Inquit Apostolus. Habitat in cœlis *Pater noster*, vt panem nobis pluat de cœlo, vt det dona hominibus, vt de cœlo prospiciens cunctis prospiciat necessitatibus nostris. Ergò si de cœlo tu illum detrahere coneris, vt sit non communis Pater, non Dominus omnium, non Rex vniuersæ terræ: sed vt tibi soli intentus, aliorum obliuiscatur, tuis tantum fauens desideriis, vt quemadmodum totum mundũ post te tu trahere meditaris, vt seruiant tibi omnia. Haud secus ipse te solum exalter super sydera, excelsum prę regibus terræ, impleatque os tuum largissimè apertũ omni benedictione. Tum verò nulla tibi in illo vel ab illo vtilitas, trahes ad te non Patrem sed Iudicem; non Pium sed Iustum, videntem de propinquo iniquitates tuas, mòxq; illas punientem. Vt verè stultus sis, non iam 15 *Eph.* 4.10

iam mittens verba per nuntium ſtultum, ſed quaſi vnus de ſtultis hominibus loquens ipſe, nec verò cum hominibus, ſed cum Deo. An putaras Deum latere crimina tua, ſi non tu ipſe illa ante illũ aperires? ſi non tumet ante illum produceres, ſtultè loquens, quod ſis malè operans? O ſtultitia magna, ſic agere, vt oratio fiat in peccatum; vt præſentia Dei fiat in iudiciũ; venenum lateat ſub labiis noſtris; vt vt bona petentes, mala promereamur; vt bonum malè facientes, non bona ſuſcipiamus de manu Domini, ſed operetur in malum nobiſmet ipſis.

16. *Sic ergò vos orabitis*, vt à Domino docti eſtis. Bona Domini præponentes: nam ſi Deum roges, qualis verè eſt, nempè ſuper omnes & ſuper omnia, accipies benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari tuo. Si verò tibi ipſi Deum finxeris, qui tua commoda potius quàm ſuam gloriam curet: hic erit alienus Deus, non potens, non bonus, non *Pater in cœlis*, ſed Phantaſma in aquis, ſed ſimulachrum in terris, ſed vitulus in deſerto, ſed abominatio in templo, opus manuũ tuarum & cogitationum tuarum. Cui tu ſimilis factus, qui illum tibi feciſti, nec ne ſaluas ipſe, neque ab ipſo ſaluaris. *Adoleſcens tibi dico ſurge, & audi.* Vide ne ſic viuas iuxta viam tuam, vt etiam cum ſenueris non recedas ab ea. *Corrige viam tuam dum tempus habes, dum vacat, dum adeſt tibi facultas.* Adoleſcentulus & contemptus tu es, ſi iuxta viam tuam incedis, non ambulans in via Domini. Via tua, via eſt viri in adoleſcentia, quam penitus ignorat Sapientiſſimus. Non enim ambulat per viam rectam & tutam, ſed quocumque fert illum concupiſcentia, ſicut eſt via aquilæ in cœlo, colubri ſuper petrã & nauis in medio mari. O miſeram adoleſcentiam, ſi non corrigat viam ſuam, ſi non dirigat greſſus ſuos. *At in quo corrigit, ô Domine, adoleſcentior viam ſuam? certè in cuſtodiendo ſermones tuos.* At verò qui ſunt hi ſermones? Audi tu illos. *Sic vos orabitis. Pater noſter, qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum.*

Exod 32.4. Dan.9.27. & Matth. 24.15. Luc.7.17. Prou.22.6. Pſal.118.9.

Oratio iſta non eſt ad impetrandum modò verum etiam ad regulandum: quæ enim petenda ſunt, hæc nihilominus quærenda ſunt, exercenda quantum poſſumus & amplectenda. Etenim eſt inter dona etiam vocatio Dei, qua excitamur, vt dignè ambulemus vocatione, qua vocati ſumus. Hanc ſi petimus, vt certè petit qui benignè petit, nos ipſos monemus, vt vocem Domini audiamus & illi pareamus; & iis, quæ petimus, nos ipſos accommodemus. Ergo ſi petis, vt *Sanctificetur nomen Dei*, vt non ambules in magnis & mirabilibus, ſed humiliter ſentias, neque exaltes animam tuam, vt veraciter dicere poſſis. *Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.* Si petis: *Adueniat Regnum tuum.* Ne ſis ſicut Nemrod, qui cœpit eſſe potẽs in terra; & erat robuſtus venator coram Domino, vnde exiuit prouerbium. Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino. Et vt intelligas, quid eſt robuſtus venator coram Domino; ſubdit Scriptura. Fuit autem principium Regni eius Babylon. Venatio ergò illius erat ſubactio aliorum per vim, qua Regnum inſtituit. Ergò potius *ſubiecti eſtote*, ô viri, *omni humanæ creaturæ propter Deum.* Si petis *Fiat voluntas tua* Caue à voluntate gentium conſummanda, à voluntate diaboli & deſideriis implendis huius principis mundi, à quo multi captiui tenentur ad ipſius voluntatem. Si ſic ſanctè petieris, vt Deum anteponas, poſthabens teipſum: tunc quoque exaudieris, petens panem, remiſſionem peccatorum, victoriam tentationum, malorum omnium euaſionem. Si petitionibus appetitiones tuas accommodaueris; ſi verbis mores; ſi orationi, vitæ tuæ inſtitutionem, ſtatim in foribus aderit protector tuus, Pater tuus, qui te liberet ab omni malo, & augeat omni bono. Inuocabis enim, & Dominus exaudiet. Clamabis, & dicet. Ecce adſum. Quod nobis concedat. Amen.

17. Eph. 4. 1. Pſal 130 1 Gen.10.8. 9. 10. 1.Pet.2.13. 1 Pet.4.3. 2.Tim.2. 26. Iſa 50.9.

FERIA

FERIA III. DOMINICA DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Matth. 6. 16.

ARGVMENTVM.

De tribus operibus Iustitiæ. Eleemosyna. Oratione & Ieiunio. De Ieiunio facto ab hominibus vt videantur, quàm malum sit, ostenditur. Quot bona, in hac & alia vita afferat, si rectè fiat. Auctor optimè & ardenter se gerit in hoc.

DOCVMENTVM illud Sapientis: *Si benè feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multo. Benefac iusto & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso, certè à Domino* Singularem cautelam, qua in actibus virtutũ vti nos oportet, nobis ostendit, vt labor noster non sit inanis in Domino & opus inutile, & falsa iustitia. Quod enim docet de beneficio quod in proximum collocamus hoc generaliter in omni opere bono seruandũ est, potissimùm verò in fine spectando. Nam verè damus bonum opus illi, ad quem illud dirigimus: & propter quem illud exequimur. Benè itaque aduertit nos Sapiens, vt probè attendamus in benefacto nostro, cuinam benefaciamus. Inde instruimur, vt diligenter spectemus, in cuius gratiam operemur bonũ ad omnes. Nam si propter Deum laboramus, Deo offerimus laborem nostrum: si propter homines, illis damus quod facimus; si propter nos ipsos, in nobis collocamus opus nostrum, à quibus leuem dumtaxat, vel melius nullam expectare possumus retributionem. Quod enim dicit: *Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam*; intelligit benefieri iusto quã iustus est, dum ad Deum mittimus beneficium nostrum, propter quem, illud in seruum eius. Iuxta quod dicebat Dominus: *Qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Vnde bene dicit, q; retributionem inueniemus, si non ab ipso iusto, certè à Domino. Ideò retributio magna erit, & gratia multa in bonis nostris, quia magnus Dominus & diues, & dat omnibus affluẽter, pro paruis magna, pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna: quin & centuplum tantum in hac vita. Quod autem docet Sapiens in opere erga proximum, Dominus hodie monet in opere virtutis, quod erga nos ipsos facimus, nempè ieiunium, quo affligimus animas nostras, mortificamus membra nostra, & in seruitutem redigimus corpora nostra, dicens. *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.*

Eccl. 12. 1.

Matth. 10. 41.

Isa. 1. 5.

Mat. 19. 29

Si terra, sibi primitus datâ per verbum Dei virtute germinandi, non herbam solummodò aut arborẽ germinauit, verum etiam ipsa sibi hærentia, vt sunt herbæ, & ab ea erecta, vt sunt arbores, multiplicauit non herbam vnam, aut lignum vnũ duntaxat, sed eorum vtrorumq; infinitas propè species producens, vt vis verbi dicentis: *Germinet terra, clarior eluceſceret, fieretq; euidentior*: Quid mirum si diuina Sapientia, omnium artifex, omnia prospiciens, & mobilior mobilibus omnibus in vno opere multa bona ostendit atq; distendit? Vnde & dicebat. *A generationibus meis implemini*, quod est dicere. Ita fructum multum affero, & nimius est fructus meus, vt eo quisq; quantumlibet magnæ capacitatis, possit expleri. Propterea Dominus Iesus, *qui factus est nobis Sapientia à Deo*, benefaciendo ac sanando oppressos, nedum curabat corpora, verum & sermonem confirmabat, quo mentes sanabãtur & illuminabantur. Honorabat Patrẽ, turbas ædificabat; Regnum cœlorũ plantabat in terris, & omnium salutem operabatur. Ad idem spectat, quòd rem aliquã specialem docens: simul multa docet. Id quod hodie spectat in primis. Proposuit prius

Gen. 1. 11.

Eccl. 24. 41.

1. Cor. 30.

Matt. 6.1. prius communem illam doctrinam. *Attenditene iustitiam vestram faciatis coram hominibus* Descendit deinde ad speciales iustitiæ actus, docens in vnoquoq; eorum qualiter in illis nostra sit intentio dirigenda. Atque ita dum regulat intentionem, opera ipsa, in quibus ipsa dirigenda est, distinctè proponit, illa & docens, & confirmans, & laudans, & exaltans, vt velut Sol iustitiæ iustitiam longè lateq; distendat & amplificet.

3. Tria verò sunt opera iustitiæ, quæ distinctè proponit, in quibus quodammodò cætera omnia colliguntur. Eleëmosyna videlicet, Oratio & Ieiunium. Quoniam tria sunt bona principalia, quæ donat Deus hominibus omnibus. Temporalia, corporalia, & spiritualia, quæ omnia, vt ordo iustitiæ seruetur, Deo à nobis sunt vt possumus retribuenda atque reddenda. Non sic autem reddimus, vt Eccl 1.7. Deus in se recipiat aliquid, sicut omnia flumina intrant mare, vt iterum fluant: sed dum ea impendimus & expendimus, vt illi placeamus obsequiumq; præstemus, habet ipse accepta. Vbi apparet cur speciatim in tribus his Eleëmosyna, Oratione, & Ieiunio nostram ad Deum docuit dirigere intentionem: quia per hæc quæcunque à Deo accepimus, reddimus illi. Nam per eleëmosynam reddimus temporalia, per ieiunium corporalia, spiritualia verò denique per orationem. Ita enim omnia reddimus, quæ sunt Dei, Deo. Quamuis autem Deus tum hæc nobis contulit, his se nullo pacto priuauit, quòd impossibile sit, cum ipse sit omnia in omnibus: Nos tamè quantum possumus, illis abdicamus nos. Verè enim per eleemosynam alienamus à nobis temporalia, illic ea reponentes, vbi mandauit ipse, nempè in pauperibus. Ita fiebat in sacrificiis, in oblationibus & decimis. In ieiunio veluti abscin- Matt. 5.30. & 18.8. dimus manum & pedem, & oculum eruimus secundum Domini præceptum, dum ea mortificamus, vt non eamus post carnis concupiscentias; cui mortificationi impensè subseruit ieiunium, aliæq; corporis nostri afflictiones & macerationes. Rom. 12.1. Quocirca Paulus hortatur. *Exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.* At subdens: *Rationabile obsequium vestrum:* Rationem quoque ac mentem iubet in Deum eleuare, eamque orando in Dei obsequium admouere. Quæ cum spiritus sit, magis propriè Deo datur, qui spiritus est, quam res & corpora. Vnitur enim verè Deo, illiq; immediatè spiritualiterq; coniungitur. Verùm quoniam oratio quoq; & exterius fit, & operatio illa exterior aliò quàm ad Deum, nisi adhibeatur diligentia, conuertitur: Idcircò & in oratione iussit Deum solum spectare non homines, considerantes ea, quæ patent.

Cum ergò iuxta ordinem à Domino seruatum de Eleëmosyna dictum sit, & de Oratione, nunc tandem ad Ieiunium sermonem conuertamus. De quo duo nobis in Domini iussione proposita sunt: opus videlicet & merces De opere considero duo, originem & vsum. Circa originem, inuenio primam mentionem de illo in sacris litteris factam tunc fuisse, quando lata est lex de celebrãdo die decimo mensis septimi, qui dies, dies expiationis vocabatur. *Mense septimo, decima die mensis* Leu.16.29. *affligetis animas vestras, nullumq; opus facietis in eo. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris. Coram Domino mundabimini. Sabbatum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua.* Expiabit autem Sacerdos, qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt. Induetque stolâ linteâ & vestibus sanctis: & expiabit sanctuarium, & tabernaculum testimonij, atque altare, Sacerdotesque, & vniuersum populum semel in anno. Hoc præceptum lex iterum repetens, ait. Deci- Leu.23.27. mo die mensis septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est; vt propitietur vobis Dominus vester. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis. Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras die no-

no mensis. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Hæc statuit lex. Quòd autem illud affligere animas sit ieiunare, habetur ex eadem lege,
Nũ.30.14. quæ alibi sic decernit. Si vouerit & iuramento se constrinxerit, vt per ieiunium vel cęterarum rerum abstinentiam affligat animam suam, &c. Et in Isaia scriptum
Isa.58.5. est: Nunquid tale est ieiunium, quod elegi per diem affligere hominem animam suam? Anima intelligitur persona, phrasi Scripturæ, & proinde affligere animam suam, est seipsum ieiunio macerare. Quod iussum fuit, fieri die illa decima mensis septimi, quæ erat deputata ad expiationem, quã faciebat semel in anno summus Pontifex ingrediens Sancta Sanctorum, vt ex-
Leu.16.2. pressè habes Leuit.16. Quo potissimùm figurabatur Passio Domini nostri Iesu Christi, vt expressè docet Apostolus ad
Heb.9.11. Hebræos. Qua passione expiatio totius mundi ab omnibus iniquitatibus suis celebrata est & peracta. Tunc ergò primum indicta est abstinentia ieiunij, vt per illud dispositus esset vnusquisque ad excipiendam purgationẽ peccatorum. Ecce quàm sanctè atque sapienter institutum est hoc Quadragesimale ieiunium, quando videlicet etiam Passio Domini commemoratur, & expectamus Pascha suæ Resurrectionis, videlicet vt simus socij passionis & compotes expiationis. Nil sanctius, quoad ceremonias, in lege institutũ fuit, quã expiatio ista, quæ per ingressum summi Sacerdotis in Sancta Sanctorum semel celebrabatur in anno, ad cuius complemẽtum exigebatur à populo sub interminatione exterminij, vt ieiunium celebraret. Vt sicut per ieiunium vnusquisque nostrum Christo confixus est cruci, ita mundetur ab omni inquinamento carnis & spiritus.

5. Quamuis autem tunc tantum inueniatur indictum fuisse ieiunium, non ideò tamen exploratum est, illud tunc tantùm à populis inchoatum fuisse. Nam cum ex eadem lege appareat, quòd aliqui voto se
Nũ.30.14 ieiunio astringebant, consequens est illud iam apud homines tanquam opus virtutis, & Deo grætum fuisse peruulgatum, & propterea apud sanctos viros immò & reliquos in vsu fuisse. Vnde etiam sequitur, Deum quoque ante tempora illa, ipsam ieiunij abstinentiam vel docuisse vel præcepisse. Sicut enim in lege tantum iussum videtur expresè sacrificium, quod tamen ab ipso mundi exordio vsurpatum fuit: vnde colligimus ab ipso mundi initio illud à Deo ordinatum fuisse: nam non consonum est, hoc inuentum humanum fuisse sed Dei mandatum. Ita probabile est, ieiunium quoque priscis temporibus fuisse in vsu vt opus virtutis à Deo institutum. Vt sicut in solemnissimo omnium sacrificio apertè institutum est, ita quoque sacrificiis præcedentibus copularetur. Vt cum occisione animalium proprij corporis afflictio coniungeretur. Cum enim sacrificia omnia figurarent Christi passionem: Cui passioni, vt in solemnissimo illo sacrificio & ex vsu institutioneque Ecclesiæ apparet, sic ieiunium expresè coniunctum, persuasum esse debet, prima illa quoque sacrificia cum adiuncto ieiunio fuisse celebrata; idque ex Dei documento atque mandato, quo & sacrificij vsus inductus est.

Quæ res inde videtur confirmari, primò ex hoc, quòd à lege non eo tempore solùm, quo communis illa expiatio celebrabatur, fideles in populo ieiunabant, vt in Sacris litteris patentissimum est; cuius rei ante Annam Prophetissam, de qua Euangelista scribit, quòd erat ieiuniis & obseruationibus seruiens nocte ac die, exemplum sufficiat Iudith, de qua scriptum est: *Habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel.* Id verò potissimùm communiter fiebat ad peccatorum remissionem impetrandam, & ad indignationem Domini extinguendam. Vnde in eodem libro Iudith, Sacerdos Domini magnus Eliachim hortabatur populum in magna tribulatione positum, dicens: *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in conspectu Domini.* Et Dominus ipse per Ioë-

Prima ratio.

Luc.2.37

Iudit.8.6

Iud.4.13

Ioël. 2. 12. per Ioëlem : *Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & planctu.*
Gen. 3. 6. Cum ergò Adam peccasset, atq; ad impetrandam Dei misericordiam de sacrificio instructus fuisset, vidisseq; se iram Dei & mortem propter esum ligni vetiti incurrisse, atque à loco voluptatis expulsum, ne ederet de ligno vitæ, in terram maledictam; vbi sudore vultûs sui panem sibi parare cogeretur, remanet persuasissimum, ciborum abstinentia cum pœnitentia obtinuisse, vt à sapientia educeretur à delicto suo: Quem boni filii, cuiusmodi fuerunt Abel & Seth fuerunt imitati, & hoc non sine numinis Diuini illuminatione. Secundò, cum ex Dei sententia per peccatum
Sap. 10. 1. mors inducta sit, qua Deus inobedientiam castigat humanam, potuit homo intelligere, quòd voluntaria afflictione, qua ipse in se puniret iniquitatem suam, à Deo remissionem acciperet delictorum : Quod
Rom. 5. 12. Leu. 16. 29 inde probatur, quòd vt iam dictum est in die expiationis & mundationis à peccato afflictio indiceretur. Cum autem quæ lege præcipiuntur in speciali, inueniantur primitus cognita atque generaliter instituta : conuincit ratio primitus homines intellexisse Dei instinctu ac lumine, afflictionem viam esse ad Dei propitiationem obtinendam, veramque scelerum suorum emendationem.

Tertiò, difficultas ieiunandi ostendit feruentiorem affectum erga Deum; sicut vires fortiores adhibendæ sunt ad opus arduum & laboriosum, vt quo grauior est petra, eò ad illam leuandam vires maiores intendendæ sint. Ita & vehementior animi conatus quæritur, vbi actionis operositas retrahit ab agendo. Inde lassus populus in deserto ob longioris viæ asperitatem retrocedere, & in Ægyptum redire meditabatur. Vnde noua calcaria adhibita sunt illi, siue beneficiorum, siue flagellorum, siue præceptorum, vt non vltra illum
Exo. 15. 24 tæderet itineris. Sic deficiente aquâ, sic deficiente pane populus murmurabat. Sponte itaque sibi subtrahere victualia operosum est, vt nisi animi feruore ardenti non fiat. Et hæc vna causa est, quamobrem Deus quadraginta annis populum retinuit in deserto & tentauit. Abraham iubens, *Deut* 49. 5 vt filium vnigenitum atque prædilectum *Gen.* 22. 1. immolaret. Sic *a* illum, & *b* Isaac, & *c* Ia- a *Gen.* 12. 1. cob fecit peregrinari in terra aliena; sic in b *Gen.* 26. 3 tribulationibus probati sunt Iob, Tobias, c *Gen.* 32. Elias, cæterique Prophetæ. Ergò iure 4. & 35. 27 merito indictum est ieiunium, vt ad illud *Iob.* 1. homo toto animi conatu accingeretur : & *Tob.* 1. dum carnem macerat, mentem accendit, 3. *Reg.* 19. 8 vt ex corpore & spiritu oblatum holocaustum pingue fiat; *vt propensius atque latantius cor & caro exultent in Deum viuum.* Deus igitur, qui ex toto corde vult diligi, ieiunium indicit; quòd vt fiat, animi conatum flagitat vehementer. Propterea canit in Psalmo Regius Propheta: *Pro-* *Psal.* 16. 4. *pter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.* Diuinumque postulat auxilium, dicens: *Perfice gressus meos, vt non moueantur vestigia mea.* Vt ita manifestum sit, ieiunii abstinentiam Deo placitam esse. Id quod tandem hac quoque ratione confirmatur; quia carnis afflictionem mentis delectatione compensat. Nã sicut Iacob finxit laborem in præcepto, cum tamen fine labore ex armentis cibum *Gen.* 27. 19 parasset. Id quod re ita euenit etiam nobis, quibus laboriosa videntur imponi, quæ tamen attenta charitate, & facilia & suauia reperiuntur, Christi præsertim aduentu complanata. Esto, fuerit graue pondus legis graueque manus Moysi; *Exod.* 17. in Christi tamen aduentu, *omnis vallis* 12. *impletur, & omnis mons & collis humilia-* *Isai.* 40. 4. *tur, & fiunt prauа in directa, & aspera* & *Luc.* 3. 5. *in vias planas.* Vt ne dum in vnctionem, quæ artus reddit expeditos, sed etiam in odorem curramus vnguentorum suorum, adiuti videlicet & gratiâ suâ nobis collatâ & vitâ suâ nobis demonstratâ. Id quod potissimum euenit in ieiunio. Fac quidem quod caro illud detrectet infirma, id si spiritus promptus aggrediatur, quod carni subtrahitur, menti admouetur, quæ vegetior fit atque robustior in carnis infirmitate. Nam virtus, quæ fortitudo est, in infirmitate perficitur. Virtus videlicet mẽ- 1. *Cor.* 12. 9 tis in carnis infirmitate. Si enim corpus agrauat animum; dum illud diminuitur, debilitatur, alleuiatur per nutrimento-

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

rum abstinentiam, illa proculdubio assumit pennas vt Aquilæ: & ideò volabit, & non deficiet: adeò quòd vna sola Aquila
Ezec. 1.10. in animali Ezechielitico ferat per aëra bouem, leonem, hominẽ. Et hæc est quarta causa, cur ieiunandum sit: quia videlicet corporale ieiunium mentem eleuat.
Exod. 24. Hinc est quòd ieiunus Moyses legem ac-
18 & cepit à Deo, quæ semel fracta per repeti-
Deut. 9 9. tum ieiunium reparatur. Sic & Elias ie-
Exod 34. iunans iter perfecit, quoad montem Oreb
28. perductus, vbi fuerat lata lex, dignatur
3. *Reg* 19.8 Dei præsentiâ atque colloquio. Et Saulus
Act. 9 9. tribus diebus non manducans neque bi-
2. *Cor.* 12.2 bens raptus est in Paradisum, vbi audiuit
Luc. 2.36. arcana verba. Et Anna Prophetissa ieiuniis & obsecrationibus seruiens est filia Phanuel, id est mulier videns Deum, quæ propterea confitebatur Domino.

6. Propterea, *cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua.* Intendit quidem Dominus his verbis nos instruere, vt mentem rectâ intentione ieiunantes ad Deum erigamus, non hominibus placentes sed Deo. Verum pariter docet, vt læti atque hilares obsequium ieiunij nostri Domino offeramus. Qui tristis ieiunat, inuitus ostẽdit quid spectet, nempè terrenam mercedem. Nam qui sperant cœlestia, hi sunt spe gaudentes, etiã tribulationes patientes. Vt iam intelligas, quare immundum sit animal, quod
Deut. 14.19 raptat & pennulas habet. Pennas habet, qui per bona opera erigitur à terra, & ambulat super pennas ventorum. Idem autem quoque reptat, si terram spectat, si bona operando, miserando, orando, ieiunando, non Deum habet præ oculis atque cœlestia, sed homines & terrestria; *Vt appareant* (inquit) *hominibus ieiunantes.* Volant hi, non vt ad Deum accedant, cœlestibus appropinquent, sed vt sublimè eleuati appareant hominibus, & quasi Dij cœlestes honorentur & adorentur. Semel
Luc. 4.9. Diabolus extulit Christum super pinnam Templi. Nos verò erigit sæpè, vt quasi sacra opera perficientes aspiciamur ab hominibus. Quando terrena Christo monstrauit & promisit, in montem locum videlicet prophanum leuauit, vt mundana esset & terrena tentatio, in qua nihil nisi terrenum proponebatur: At leuatus in Templo, in phano videlicet non prophano, tentatur de re spirituali: *Si Filius Dei es, mitte te deorsum, quem custodient Angeli, ne offendaris.* Tentat Diabolus in deserto siue in monte, quibus temporalia repromittit, si temporalia agentes recedant à Deo. Tentat supra Templi pinnaculum, quos veluti sacra perficientes eleuat in vanam ac falsam gloriam, vt quasi Filij Dei ab hominibus honorentur. Ideò non in Templo, vbi Deus est & nõ vident homines, sed extra Templũ euexit vbi vident homines, & vbi ventus gyrat pinnam in summitate Templi collocatam, quos tamen vult, vt cernant terram de longè, vt quantumuis in altum euecti, nil nisi terrenum spectent, corpore quasi per ieiunium ad sublimia erecti, adhæreat anima pauimento. Matt. 4.

Ecce animal quod reptat & habet pennulas? pennulas (inquam) nõ pennas; quia modica quoque illa est eius eleuatio, quia pars tantum exaltatur, caro videlicet & exterior apparentia parte potiore, quæ est cor, terrenis apposita. Hi tristes sunt, quoniam quod dant non hilariter dant: contra præceptum Sapientis: *Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali.* Eos carpit, qui amico vel pauperi benefacientes conqueruntur se grauari, illos reprehendunt, quibus benefaciunt, quasi indigni sint, quibus subueniatur. Ita ergò Deo per ieiuniũ exhibentes corpora sua, fiunt *sicut hypocritæ tristes.* At tu ieiunans, *unge caput tuum, & faciem tuam laua.* Hoc est quod docet Sapiens: *In omni dato hilarem fac vultum tuum; & in exultatione sanctifica decimas tuas.* Siue homini detur siue Deo, lætanter tribuendum est. Vnde & de doto hominibus docet Apostolus. *Non ex tristitia aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus.* Quomodo autẽ hilariter Deo ille dat, qui quod facit, facit vt hominibus appareat benefaciens, corde ad terrena depresso? At qui proponit Deũ ante conspectum suum, vt illi placeat, cui se pro-

se probauit vel se probandum exhibuit, dicens illi: *Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas:* Iste hilarem faciat vultum suum necesse est. Nam *videns Deus in abscondito, signat super nos lumen vultus sui, & ex hoc dat lætitiam in corde nostro*

Psal. 138. 23.

Psal. 4. 7.

O igitur qui benefacitis, attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra dum diligitis vanitatem: Deum quærite; Deum spectate; & erit merces operi vestro. Sanctificate ieiunium, illud celebrantes secundum voluntatem Dei.

SECVNDA PARS.

7 NVnc de mercede tractemus huius operis. Vbi primò supponimus, opus hui' virtutis dignũ de sui natura esse mercede. Inde orta fuit querela populi erga Deum, dicentis vt habetur in Isaia: *Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & neseisti?* Aspicere atq; scire Dei, est rem approbare. Vidit enim lucem quòd esset bona, & respexit ad Abel & ad munera eius. Approbatio autẽ cognoscitur ab effectibus. Quos obseruãs Cain quicunque illi fuissent, inuidit fratri. Quia ergò populus non videbat effectus approbantes ieiunia, ideò lamentabatur intendens, quod ieiunium mereatur à Deo approbari. Quod & Deus acceptat respondens: *Ecce in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra:* Quasi dicat. Admitto ieiunio deberi mercedem: Sed si bene fiat. Ego quidem remunerabo, si id fiat secundum beneplacitum meum, vt mihi seruiatur. Sed si ieiunatis secundum voluntatem vestram, vos ipsi mercedem vobis redditis. Stat ergò quod ieiunium mercedem expectat.

Isai. 58. 3.

Gen. 1. 4.

Gen. 4. 4.

Isai. 58. 3.

Ex quo etiam sequitur, quod duplex sit illius merces, secundũ quod benè aut malè ieiunatur. De vna dicit Dominus. *Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* De altera idem ipse. *Et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Benè ieiunare dicit, quando id fit *in abscondito*, malè quando fit in conspectu hominum. Et ratio est intentio. Quia cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonum est: Et cuius finis malus est, ipsum quoq; malũ est. Et quia q̃ fit in conspectu hominum vt illis placeatur, habet malum finem; bonũ vero quando fit tantum in oculis Dei: Ideo hic recta est intentio, ibi mala. Vnde oritur bonitas aut malitia operis, etiamsi illud sit bonum in genere suo. Vide quæso quàm graphicè illud sit figuratum in lege, vbi de his, quæ morantur in aquis ita decernitur. *Quæ habent pennulas & squammas, comedite; quæ absque pennulu & squãmis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt.* Per hoc enim ostendit, quę sint opera munda & quæ immunda; & quæ agendo, Deo placemus vel displicemus. Mare magnum nullam habet per se certã viam, sed vbiq; & vndiq; peruium est: vt Natantia sibi viam determinent, ambulantia iuxta naturam & voluntatem suam. Pisces habentes vero tortuosè incedentes, seipsos impellunt. Rursus squammati suam quasi nuditatem squammis operiũt. Qui sine squammis sunt, semetipsos ostentant: & hi pariter se plicantes intortis motibus gradiuntur. Ergo qui apparent hominibus ieiunantes, inflexis gressibus proficiscentes, recta carent intentione. Qui autem squammis cooperti in abscondito, vbi non vident homines sed Deus tantum, hi rectos gressus faciunt semitis suis, soli Deo placere contendentes. Itaque diuersam mercedem sortiuntur, & hi & illi.

Deut. 14. 9

De illis ergo ait Dominus. *Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Iam (inquam) *receperunt*, vt non præterea merces alia sit illis expectanda. Ergo temporalis est merces eorum, ergo breuis, ergo transiens, quæ cum labore illam expetente cõfestim euanescit. Quidquid enim ex mundo est, mox præterit cũ figura mundi. Heu! quid incassum laborant homines, mundo seruientes? Quid mercedis expectatis ab illo? gloriam & hõnorem? Audite Salomonem de hac mercede loquentem: *Vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur. Sapientia namq; rectè ordinans, eruit sapientem à via mala, qua incedit homo, qui peruersa loquitur*, id est operatur:

8

Prou. 2. 12.

tatur: loqui enim etiam pro operari sumitur. Vnde sapiens subdit: *Quorum viæ perversæ sunt, & infames gressus eorum.* Audite hæc verba homines glorioſi, qui gloriâ mundi expetitis. Quorum viæ sunt perversæ, horum gressus infames sunt. Perversæ sunt viæ omnes, in quibus non rectà itur ad Deum finem omnium, qualêcunq; sit opus in exteriori apparentia, etiamsi bonum videatur. Si autem sit de suo genere perversũ, eò magis in eo impletur quod dictum est: Et infames gressus eorũ. Quid magis contra gloriam quam infamia? si perversè, si praue, si obliquè, si distortè incedis; Si a lege Dei recedis; quocunq; vadas, quemcunque prætextum præferas, infames sunt gressus tui. Quanta infamia Cain, qui occidit fratrem suum? Et si fortè dicas; Occultè faciam: Quis videt me? aut quis audit me? Neq; propterea euades infamiam. Putauit Cain scelus suum, nedum homines sed Deum quoq; latere. Sed vox sanguinis fratris occisi clamauit vsque ad cœlum. Quod est dicere: Quòd peccata clamant, exaltant vocem suam, produnt se, nullâ vnquam possunt ratione latere. Dixit hoc quoq; Salomon: *Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Qui autem deprauat viam suam, manifestus erit.* Ambulare simpliciter, est rectè ambulare; non duplici via; non huc illucque; non claudicare in duas partes; non duobus Dominis seruire; non reptare & volare; non vnâ parte corporis vt serpens ad vnã partem, aliâ ad aliam gradi; Nõ ire ad nuptias imparatum; non sedere ad mensam in loco indebito; non offerre incensum igne alieno, non quærere quæ sua sunt. Vt tandẽ omnia vno verbo complectar: *ambulat simpliciter, qui in simplicitate cordis Deum quærit.* Iste ambulat confidenter, quoniam ab expectatione sua non confundetur. *Non enim* (inquit Paulus) *iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri.* At contra, *qui deprauat vias suas, manifestus erit.* De huiusmodi dicitur. Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum. Firmauerunt sibi sermonem nequam narrauerunt, vt absconderent laqueos: dixerunt. Quis videbit eos? Sed audiant Dominum: *Nihil opertum quod non reueletur; neq; absconditum, quod non sciatur.* Audiant Sapientem: *Qui deprauat vias suas, manifestus erit.* Quid putas causa fuit, quòd morticinii neq; tangere licebat neq; illo vesci? *Anima in sanguine est.* Caro est opus apparens exterius; sanguis latet in venis. *Si Deo offerre velis, si tu in cibum sumere; effundatur sanguis*; appareat extra, quod intra latet; non aliud pateat, aliud lateat: quia hoc non est ambulare simpliciter, sed duplici corde. In morticinio sanguis latet coagulatus; Intentio abscondita est; anima non apparet; cor absconditũ est. *In corde & ore locuti sunt* In corde verè latente, & in corde falsò apparente. Sed tandem *qui deprauat vias suas, manifestus erit.* Ergò *quorum praua atq; peruersa via sunt, horum erunt infames gressus.* Hæc est merces impiorum. Honorẽ appetierunt. Esto, acceperint, accipiendo perdiderunt, quia fumus non videtur vnquam, nisi fugiens & euanescens. Euaporato fumo gloriæ mundanæ quid remanet? illa absorpta in infamia, sola remanet infamia, confunduntur in tempore malo. *In diebus famis non erit, qui panem illis frangat. Non proderunt thesauri impietatu.* Tunc dicetur illis: *Iam recepisti bona in vita tua*, dum malè agetes, quærens gloriam mundi: *Nunc igitur meritò cruciaris.* Et *nomen impiorum putrescet, fœtebit, erit abominabile.*

Gen. 4. 8.
Prou. 10. 9.
Mat. 22. 11
Luc. 14. 8.
Leu. 10. 1.
Sap. 1. 1.
Heb. 6. 10.
Psal. 63. 4
Mat. 11. 26
Prou. 10. 9
Psal 11. 3
Prou. 10. 9
Prou. 2. 15
Prou. 10. 2
Luc. 16. 25
Prou. 30. 7

De mercede verò iustorum quid dicemus! *Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi* Quid reddet? Innumerabilia bona, ineffabilia bona, bona incomprehensibilia. *Pater* est, paternam dabit hæreditatem. Super omnia bona sua constituet eum, vt cum primogenito dicere possit. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Sit tot tantorumque bonorum signum fructus ieiunii, de quo agimus. Quantum possit contra imminentia mala ostenditur in libro Esther. Iam mors deputata toti erat populo per sententiam Assueri Regis potentissimi. Huic tanto malo occurrit ieiunium. Regina Esther Regis vxor dilectissima non fidit suę dignitati & authoritati apud Regẽ: A Deo petendum adiutorium profitetur. Vnde dixit

Matth 24. 47.
Mat. 11. 27
Esth. 3. 7.

Esth.4.16 dixit Mardochæo : *Et congrega omnes Iudæos qui sunt in Susan, & orate pro me. Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: Et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, tradàmque me morti &* Esth.5.1. *periculo.* Hac via & ipsa liberata est à morte totusque populus. Ieiuna accessit ad Regem contra legem, quam Rex statuerat, vt si quis ad eum non vocatus accederet, interiret. Placatus Rex ad spectum ieiunantis Reginæ, petitionem illius admittit, iturus videlicet ad conuiuium sibi ab Esth.7.1. illa paratum. Ieiuna inuitat ad regale conuiuium, in quo de hoste suo pessimo sumit vltionem, & liberat omnem populum. Ieiunio saluat suos, conuiuio hostes debellat; vt pereat in conuiuio, qui contra ieiunantes sæuiebat. Similem iniit rationem contra hostes ieiunans Iudith. In pe- Iudith 4.8. riculo communis exterminij clamauit omnis populus ad Dominum instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus ipsi & mulieres eorum. Exhortante Eliachim Sacerdote magno, vt in his perseuerent, certi quòd exaudi- Iudith 8.6. rentur: Ecce Iudith ieiunans eligitur à Deo pro liberatione totius populi ieiunantis, quæ se ab escis hostium præseruans, caput incredulorum interficit, Holophernem videlicet ebrium & temulentum. Vt aperte ostendatur quanta sit ieiunij fortitudo, quod per sexum debilem fœmineum videlicet, tantam operatur salutem. Quid dicemus quando & Niniuitis hominibus infidelibus & omnibus peccatorum sceleribus oneratis, nota erat vis eximia abstinentiæ? Intentato sibi interitu à Propheta sibi incognito, vt illum euaderent, prædi- Ioan 3.7. cauerunt ieiunium. Et Rex cum Principibus edictum posuit: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur nec aquam bibant. Quibus idcircò pepercit Dominus, vt quasi Deum teneat abstinentia, illiusque extinguat indignationem.

Prævalet denique ieiunium dæmoniis Mat.17.26 quoque, dicente Domino Iesu. *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur, nisi per oratio-* Dan.9.3. *nem, & ieiunium.* Daniel reuelationes postulaturus à Deo ieiunio se muniuit. *Et posui* (inquit) *faciem ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in ieiuniis, sacco, & cinere* Rursusque. Ego Daniel luge- Dan. 10.2. bam trium hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedens, & caro & vinum non introierunt in os meum: Et ecce effectus ieiunij. Apparuit illi Archangelus Gabriel, dicens illi. Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in cõspectu Dei, exaudita sunt verba tua. Verbum Dei, quod per se tantæ vir- Rom.1.16. tutis est, vt dicatur à Paulo, quòd Euangelium Dei virtus est, comitem tamen vult habere ieiunium ad expugnandum Principem mundi, & ad captiuandum omnem intellectum in obsequium Christi. Ideò in primis prædicatoribus scilicet Apostolis impletum est, quod Dominus respondens discipulis Ioannis interrogantibus. Cur nos & Pharisæi ieiunamus frequen- Mat.9.14. ter, discipuli autem tui non ieiunant? Dixit. Veniet tempus cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Hinc Apostolus & se & alios Apostolos *asserit laborare in Euangelizando in vigiliis, & ieiuniis, in castitate* Et rursus. *In ieiuniis multis, & frigore, & nuditate.* Inde & eliguntur ad hoc opus Paulus & Barnabas à Spiritu Sancto virtute ieiuniorum. Ità enim in Actibus A- Act.13.2. postolorum à sancto Luca scriptũ est. Ministrantibus autem illis & ieiunantibus dixit Spiritus Sanctus: Segregate mihi Saulũ & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes imponentèsque manus dimiserunt eos. O quanta vis Ieiunij! Si in hac vita tantùm speramus à Ieiunio, quid sperandum in futura vita? Ibi promit- Isa.25.6. titur pingue conuiuium, ibi panis inuisibilis, qui Deus ipse est. Deus ipse se fecit panem nostrum quotidianum, descendens de cœlo, & donans vitam mundo, prædicans omnibus: *Caro mea verè est ci-* Ioan.6.56. *bus & sanguis meus verè est potus Qui mã-ducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternã* Si in terris positi panem cœlestem mãducamus. Quid? heu! Luc.9.14. quid expectamus in cœlis? Facies inquit illos discumbere, & transiens ministrabit illis. *Cœnabo cum illo, & ipse mecum. Tunc* Apo.3.20.

multi

multi venient, & recumbent cum Abraham,
Mat. 8 11. *Isaac, & Iacob in Regno cœlorum. Et esurientes implebit bonis.* O mensam, ô panem, ô
Luc. 1. 35. vitulum saginatum, ô medullam tritici, ô
Luc. 14 13. adipem frumenti! *Beatus qui manducabit*
Isa. 60. 5. *panem in Regno cœlorum. O lignum vitæ, ô manna nunc absconditum ab oculis nostris!* Tunc videbis & affluës, tunc comedes, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, vt adi-
Gen. 2 9. pe & pinguedine repleatur. Hoc sicut in
Exod. 6. 14 terrestri paradiso figurabatur per lignum
Deu. 12. 12. vitæ, in deserto per manna; ita post deser-
& 14. 26. tum in epulis, quæ in lætitia celebrabant in conspectu Domini.

10 Heu! cur ad hanc cœnam inuitati recu-
Exhortatio samus, causantes huius mundi curas? modica modici subtractio cibi, satietatem boni immensi nobis meretur. Num iturus ad opiparam cœnam vêtrem prius imples siliquis, quas porci manducare consueuerunt? O Ieiunium quanta est merces tua.
Gen. 2. 16. *Et Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.* In terrestri Paradiso vnius tantũ ligni esca prohibita est; de reliquis omnibus licitum erat comedere. Quid hoc? modicũ prohibitum est nobis, esca infinita cõcessa. Ergò pro tam modico immensam abiiciemus satietatem? Cur eiectus Adam de loco voluptatis? quia comedit de ligno
Gẽ. 3 6. 22. mortis, & ne comederet de ligno vitæ. V-
Gen. 25 13. na parua esca Esau vendidit primogenitã
27 36. suam, qua exors factus est paternę benedictionis; quæ cœlestia comprehendebat. Modicum, modicum huius mundi, sortis cœlestis vos facit exortes. Panis huius mũdi panis doloris est, panis mendacij in sudore vultus acquiritur, & non præstat tamen quod pollicetur, non delectat, non
Gen. 2. 17. satiat, non impinguat, non confirmat, vitam non tuetur. Quin potius *in qua hora comederis ex eo, morte morieris.* Hæc est cõditio bonorum sæcularium, mensæ paratę
Leu. 6. 29 a concupiscentia. Mementote quod dictũ est. Quo die semel in anno summus Pontifex ingrediebatur intra velum, quod, vt
Heb. 9 24. explicat aperte Paulus, notat introitum in tabernaculum non manu factum id est in ipsum cœlum, tunc indicta erat afflictio animæ ob sanctum Ieiunium, quo expiabantur & mũdabantur. Quid hoc nisi quia carnis afflictio dat cœli possessionem? Qui ieiunio mundatur, sequitur vbi præcurlor pro nobis introiuit Iesus parare nobis locum, vbi coram Domino epulemur. Heb 6. 20 Ioan 14. 2

Quid igitur ieiuniũ detrectamus? *Quid* 1. Cor 6. 13
carnem fouemus? Esca ventri, & venter escis: Deus autem, & hunc & has destruet. Gẽ. 7. 5. 9 Luc. 17. 27
Quos veniens diluuium tulit omnes, edebant, & bibebant. Aman in conuiuio damnatus est ad mortem. Holophernus temulentus interfectus est à muliere. Balthazar Rex manducans & bibens, sententiam intellexit necis suæ. Sedens populus manducare & bibere, iram Domini commeritus est. Omnium malorum in hunc mundum inuectio, ex edulio profecta est. *Esca enim* 1. Cor 8. 8.
nos non commendat Deo, sed exosos reddit: & adhuc viuunt homines in commessationibus & ebrietatibus? Esth. 7. 6 Iudit 13. 8 Dan. 5. 2. Exod. 32. 6

Num quia Deus præcipit nobis ieiunare, vult mortem peccatoris? vult interitum carnis? tentat nos plus quã possumus? Diabolus docuit præcipitium; iussit immolari filios & filias, plures occidit esca. At Dominus dat benignitatem; qui illi obtempe-
Mat. 4. 6. rat, vita viuet & non morietur; vult corpo-
Ps. 105. 37 ra nostra hostiam viuentem, non mortuã;
Ez. 37. 14 Psal. 84. 13 ieiunio probat, vtrum illum timeamus E-
Exo. 18. 21 lias orans super sacrificio, facilè exauditus
Rom. 12 1 est: At Prophetæ Baal, cultores se incide-
3. Reg. 18. bant, clamantes à manè vsq; ad meridiem.
36. 26. Mundus imponit onera grauia & impor-
Heb 2. 14. tabilia. Diabolus habens mortis imperiũ,
Ioan 8. 44 funesta imperat, homicida est, sicut & fuit
1. Pet. 5. 8. ab initio, tanquam Leo rugiens circuit,
Ioan. 10. 10 quærens quem deuoret. At Christus Iesus author vitæ, ad homines venit, vt vitam habeant, & abundantius habeant Ieiuniũ itaque præcipiens, vitam potius nostram intẽdit quam mortem. Nam quod subtrahitur gulæ, vitæ deseruit longiori, & ideò in Sapientię dexteta est longitumitas vitę. Vnde Salomon: *Longitudo dierum in dextera eius.* O vtinam essemus obedientes & experimento discerememus, quòd ieiunium, quod videtur esse ad mortem, esset ad vitam. Nonnè benè dicimus nos, quòd si A-
Prou. 3. 16 Gen 2. 17. dam abstinuisset à ligno scientiæ boni & mali, vixisset in æternum? Heu pro tam modico, tam magnum bonum fuisset consecutus;

secutus; nullus labor, nullus defectus, nulla subtractio voluptatis. Neque enim credibile est, lignum illud cæteris fuisse dulcius aut suauius, immò tot ac tantis licitis & concessis, illud vnum non poterat comparari. Sicut ergò non laborem aut dolorem vllum status ille compatiebatur secum; ità neque resistentia huic tentationi onerosa fuisset aut iniucunda. Agè; lapsus est homo sine voluptate. Surgat modò, & stet aliquantisper laborans, & vim sibi faLeu.16.29 ciens: Ieiunet, resistente sensu. Sit Ieiunium nostrum afflictio: sed quanta afflictio? Eius breuitatem notat figura, quia vna die tantum affligebant animas suas. At è vestigio quantus fructus? Expiatio tabernaculi, altaris, populi vniuersi; solemnitas, quæ semel tantum celebrabatur in anno. Introitus ad Deum, summa cum Deo coniunctio, & approximatio, figura & spes introeundi in æternam requiem. Adde, quod eodem mense erat solemnitas tabernaculorũ, cuius tempus determinaLeu.23.39. tur, dum præcipit Lex: *A quintodecimo die mensis septimi, quando cõgregaueritis omnes fructus terræ vestræ.* Vt sic notetur copiosus fructus afflictionis ieiunantis. Post ieiunium feriæ celebrabantur collectionis fructuum omnium, vt sciremus copiosum fructum ex ieiunio proficisci. Figuræ erantillæ: quantò copiosior veritas? quantum ieiunium nostrum fructuosius? quam maior, ampliòrque merces ieiunantium. Mat.9.15. Quando Apostolus ablatus fuit sponsus, tunc ieiunauerunt: sed quò abiit dilectus Can 5.17. tuus, ô pulcherrima mulierum? Christus à sponsa sua, quæ erat pulcherrima in Apostolis & in sanctis primis fidelibus, receIoã.14.3.2. dens, quò quæsò abiit! *Si abiero* (inquit) *præparabo vobis locum.* Ieiunantibus illis, ipse ingreditur cœlum, vbi paret mansiones, quę multę sunt. Ieiunas tu, & Christus tibi locum in cœlis parat: abstinens à terra, vt cœlo fruaris: corpus ieiunio facis spirituale, vt faciat tibi pennas, & volet in cœGen. 28.12 lum. *Non homines sed Angeli.* ad Deum a-
Mat 22.30 scendebant per scalam Iacob. In resurrectione erunt sicut Angeli Dei. *Seminatur*
1 Cor 15. 44.36. *corpus animale, surget corpus spirituale. Quomodo verò resurget? Insipiens, tu quod seminas nõ viuificatur, nisi prius moriatur.* Sic ait Paulus. Ergò quod seminatur corpus animale, mori habet, vt surgat spirituale. Moriatur, moriatur caro, crucifigatur, mortificetur: sitiat in cruce; esuriat in ieiunio: affligatur in abstinentia, & surget spiritualis tanquam Angelus, & sic per scalam ascendet ad Deum. O quanta vis ieiunij: Ita expiatur caro infecta, vt munda sit & sancta, quæ possit Deo appropinquare. Mundatæ carnes & ablutæ à sanguine, Leu.1.12. incendebantur super altare, quarum pars in flammã conuersa alta petebat, pars altera in cineres remanebat resoluta. Vis corpus tuum quasi spirituale ad cœlestia conscendere? Ieiunio mundetur, incendatur, & fiat cinis, agens pœnitentiam in cinere & ieiunio. In figura pars altera ascendit in flamma, in cinere iacet altera. At in veritate eadem prorsus & tota caro, & ascendit & iacet; & quò plus iacet, eò magis ascendit: & ideò ascendit, quoniam iacet. Cinis fit cum mortificatur, siccatur, resoluitur, redacta in puluerem mortis, vt vltrà non viuat, tametsi caro sit secundum carnem, tunc verè secundum spiritum viuens, facta corpus spirituale ascendit in altum, captiuam ducens carnalitatem, vt iam sit non carnalis sed spiritualis, digna Deo, vt Deo ipsi offeratur immaculata, beneplacens, & accepta. O merces multa, ô fructus nimius! Iam sic nostra non erit caro nostra, Dei erit, Deo oblata, in Deo abscondita, quam beatum nobis reddet in illa die iustus Iudex, misericors Pater, redditor largus & liberalis. Non pigeat ergo ieiunare, vt cum Agno coram Deo in loco pascuę læti epulemur in sæcula. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Quàm laudabile opus sit ieiunium. Ostenditur voluptatem mentis superare voluptatem carnis. Quærenda voluptas quæ solidum habet fundamentum. In morali, Vitam esse in ore ieiu-

nantis, & mortem in ore comedentis, demonstratur.

1 FREQVENS Diuina docet Scriptura humilitatem, monens ne quis exaltare se velit, & hac eadem in primis ratione, qua se putat glorificari. Propterea cum monuisset Salomon: *Ne gloriosus appareas coram Rege:* Pro.25.6. Mox hanc rationem huius sui documenti subiecit: *Melius est enim vt dicatur tibi: Ascende huc quàm vt humilieris coram Principe.* Sic inuenies, quòd qui per se ascendit in altum, deiicitur ab aliis, & vbi gloriam affectat, inuenit ignominiam: ac propterea ab aliis expectandum est exaltari, qui dicant: *Ascende huc.* Quæ res sicuti in omnibus aduertenda est, ea potissimùm in iis, quæ ad virtutem pertinent, sedulò attendenda est, ne videlicet quis per illa velit glorificari, quæ in Dei gloriam tantummodò sunt assumenda. Quod hodie docet Dominus dicens. *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominib. ieiunantes. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Quasi dicat. Sciant qui gloriam per ieiunij ab hominibus expiscantur, ea mox vacuos ipsos reperiri. Vana enim cum sit, mox euanescit, & illius perit cum sonitu tum memoria tum substantia tum etiam apparentia. Hanc autem monitionem nobis dum facit Dominus Iesus, alia quoque illius occasione nobis profert grauia & vtilia documenta.

2 *Diuisio.* Quorum nos tria speciatim attendimus. Primum est, quòd Ieiunium opus est laudabile. Secundum est, quòd mentis voluptas, carnis admodum superat voluptatem. Tertiũ est, quòd delectatio ea in primis quærenda est, quæ solidum habet ac permanes fundamentum. Primum probat communis hominum conceptio generalisque consensus. Neque enim, si homines ieiunium non haberent in pretio, quisquam ieiunio sibi ad gloriam apud homines viam munitaret. Quod tamen faciebant, qui præ aliis sapientes ac prudentes & videbantur & existimabantur, nempè Scribæ & Pharisæi hypocritæ. Qua in consideratione duo facimus. Primum ab vniuersali hominũ sententia ad veram ascendentes rationem, demonstramus verè ac iure dignum commendatione esse ieiunium. Secundum inde trahimus documẽtum, quò ad ieiunandum homines excitentur.

Prima autem ratio ieiunij commendandi atque extollendæ abstinentiæ sit ista, quam ipsius Domini verba afferũt. Quòd videlicet ieiunare iustitia sit. Monẽs quippè in generali, ne iustitiam nostram faciamus coram hominibus, & ad particularia descendens illicò, Eleemosynam, Orationem, & Ieiunium apertè fatetur hæc tria, & eorum singula iustitiam esse. Atque ita constat, Ieiunium nostrum nostram esse iustitiam, quam cauere debemus, ne faciamus coram hominibus, alioqui eius mercedem non habebimus apud Patrem nostrum. *At iustitia perpetua est & immortalis:* vt ait Sapiens. Immortalis quippè est, cùm in essentia sua; nam *Iusti in perpetuum viuent:* tum in mercede; quo sensu dicitur, *Gloria, & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæculum sæculi:* tum tandem in laude atque memoria glorioſa: Nam *memoria iusti cum laudibus. Et in memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Ita ieiunantes fœminæ illæ, Iudith & Esther ieiunioque munitę, hostes populi perimentes, glorioſæ sunt apud Deum & homines. Quapropter omnis populus in laudes vnius illarũ, quę est Iudith, cum lætitia magna surrexit, dicente Scriptura. Benedixerũt eam omnes vna voce dicentes. Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri. Et ideò eris benedicta in æternum. Si autem populus ille antiquus gloriabatur in lege, vt scribit Apostolus. Vnde canitur: *Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Per Ieiunium verò Moysi à Deo data lex est: quis dubitabit Ieiunium, à quo tanta populo accessit gloria, non esse glorioſum, clarum, laudabile & dignum, quod præconiis extollatur in cœlum? Et si etiam

Mat.6.

Sap.1.15.
Sap.5.16.
Psalm.
Pro.10.
Psal.111.
Iudith 8.
Esth.4.16
Iudith 15.
10.
Rom.2.17.
Psal.147.
19.
Exo.34.28

aliunde

aliundè hæc illius nõ appareret commendatio, non satis est, quòd Dominus virtutum, qui est Rex gloriæ, ieiunauit 40. diebus & 40. noctibus; & eo potissimùm tempore, vbi gloriâ, & honore coronatus est, factâ de cœlo super eum voce: *Hic est Filius meus dilectus; in quo mihi complacui.* Et hoc Ieiunio certè Filius Patrem honorificauit. Pater enim & Filius se mutuò glorificant incessanter: quapropter vbi dicebat Filius: *Honorifico Patrem meum,* ibidem etiam dicit: *Est Pater meus, qui glorificat me.* Cum ergò apertis cœlis glorificatus est à Patre suo Dominus Iesus, vt vicissim Patrem ipse glorificaret, in desertum se dedit & in ieiunium; manifestum est, quòd Iesus ieiunio Patrem glorificauit. Et non erit res gloriosa, quę Deum glorificat? Ergò vocabimus ieiunium gloriosum.

Psal. 23. 10. Matt. 4. 2. Matt. 3. 17. Ioan. 8. 49. 49.

3. Quod figurâ legali confirmatur & explicatur. Duo erant sacrificiorum siue oblationum genera, quæ propriè atq; præcipuè spectabant gloriam Dei: Holocaustum, & pacifica victima: quæ propterea accepta maximè erant illi, quod notatur per odorem suauissimum Domino, qui nõ sic explicatur in sacrificiis pro peccato, nisi quatenus & in ipsis fiebat & holocaustum. Sic enim decernit lex: Cum feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam, vota soluentes, vel spontè offerentes munera, aut in solemnitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino. Per agnos singulos & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum Ephi, quæ consperſa sit oleo tertiæ partis Hin, & vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ, qui immolauerit, offeret in odorem suauitatis Domino. Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, vt impleas votum, vel pacificas victimas, dabis per singulos boues similæ tres decimas consperſæ oleo, quod habeat medium mensuræ Hin, & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino. Quid hoc sacrificio designatur? certè hæc erat mensa Dei, quasi Deus his vesceretur. Quod ne carn[illegible]elligeretur, dicebat in Psalmo: *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Quapropter iam denique respuens sacrificia illa vetusta, dicebat per Isaiam: *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum.* Vnde & iubebat offerentibus, vt manducarent coram Domino, quasi ipsemet in illis manducaret. Sic enim Deo illi, non sibi manducant. Et consequenter quando ieiunabant, etiam ipsi Deo ieiunabant. Quod quia in captiuitate non fecerant conqueritur de illis per Zachariam. *Cum ieiunaretis & plangeretis per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunasti mihi? & cum comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis & vobismetipsis bibistis?* In captiuitate quidem sacrificia offerre non poterant, vt Deo manducarent, sed ieiunantes non Deum ieiunio suo glorificabant. Cum ergò Sacrificium sit veluti comestio quæ Deo fit, mensuram adhibuit, vt esset concinna proportio carnium, similæ ac vini. Hoc quæso nobis ieiunium non proponit? Minæ illæ factæ populo per Ezechielem quò tendunt, nisi ad afflictionem ieiunij? comedent panem in pondere in solicitudine; & aquam in mensura in angustia bibent. Obsidionem quidē illis intentat, in qua panis datur ad mensuram: & aqua ipsa. Quod ergò ex necessitate ibi fit, voluntarie in sacrificio ieiunij perficiendum est, quo Deus honoratur, & quod illi gratissimum est.

Num. 15. 3. Quod figurâ legali confirmatur & explicatur. Duo erant sacrificiorum siue oblationum genera, quæ propriè atq; præcipuè spectabant gloriam Dei: Holocaustum, & pacifica victima: quæ propterea accepta maximè erant illi, quod notatur per odorem suauissimum Domino, qui nõ sic explicatur in sacrificiis pro peccato, nisi quatenus & in ipsis fiebat & holocaustum. Sic enim decernit lex: Cum feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimam, vota soluentes, vel spontè offerentes munera, aut in solemnitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino. Per agnos singulos & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum Ephi, quæ consperſa sit oleo tertiæ partis Hin, & vinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ, qui immolauerit, offeret in odorem suauitatis Domino. Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, vt impleas votum, vel pacificas victimas, dabis per singulos boues similæ tres decimas consperſæ oleo, quod habeat medium mensuræ Hin, & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino. Quid hoc sacrificio designatur? certè hæc erat mensa Dei, quasi Deus his vesceretur. Quod ne carnalitèr intelligeretur, dicebat in Psalmo: *Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Quapropter iam denique respuens sacrificia illa vetusta, dicebat per Isaiam: *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? plenus sum.* Vnde & iubebat offerentibus, vt manducarent coram Domino, quasi ipsemet in illis manducaret. Sic enim Deo illi, non sibi manducant. Et consequenter quando ieiunabant, etiam ipsi Deo ieiunabant. Quod quia in captiuitate non fecerant conqueritur de illis per Zachariam. *Cum ieiunaretis & plangeretis per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunasti mihi? & cum comedistis & bibistis, nunquid non vobis comedistis & vobismetipsis bibistis?* In captiuitate quidem sacrificia offerre non poterant, vt Deo manducarent, sed ieiunantes non Deum ieiunio suo glorificabant. Cum ergò Sacrificium sit veluti comestio quæ Deo fit, mensuram adhibuit, vt esset concinna proportio carnium, similæ ac vini. Hoc quæso nobis ieiunium non proponit? Minæ illæ factæ populo per Ezechielem quò tendunt, nisi ad afflictionem ieiunij? comedent panem in pondere in solicitudine; & aquam in mensura in angustia bibent. Obsidionem quidē illis intentat, in qua panis datur ad mensuram: & aqua ipsa. Quod ergò ex necessitate ibi fit, voluntarie in sacrificio ieiunij perficiendum est, quo Deus honoratur, & quod illi gratissimum est.

Psal. 49 13. Isa. 1. 11. Deut. 12. 12 Zach. 7. 6. Ezec. 4. 16.

Hinc ergò sumamus argumentũ, quàm nobis abstinentia debeat esse cara; quàm vtilis sit, quã in ieiunio soliciti esse debeamus. Caro Sacrificij Deo nõ offerebatur, nisi cũ simila & vino adhibitis ad mensurã. Et nos non exhibemus corpora nostra hostiã viuentem? quare viuentẽ? *membra* quidem *mortificamus, quæ sunt super terrã fornicationẽ, immunditiam, libidinem, concupiscentiã malam, auaritiã* Caro quatenus peccatrix est mortificanda est, crucifigenda, perimẽda: sed quatenus caro nostra nutrienda est & fouenda, ita q; viuat. Idcò in Sacrificio & simila, ex qua fit panis vnde viuim⁹, adhibetur. At verò vt hostia fit, adhibẽda est tritici mensura, panis videli-

Num. 15. 5. & 9. Rom 12. 1. Coloss. 3 9.

cet arctus & aqua breuis, cibanda viuens arctè hostia Tum hac ratione exhibemus
Rom.12.1. corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem Omnia nobis Deus in manibus dedit, vt illa eadem ipsi offerentes, maiora indies gratiarum suscipiamus. Sic & anima nostra in manibus nostris est, vt in leuanda puras manùs & nosmet, munus acceptum offerendo & rationem maximè, rationabile sit obsequium nostrum. O Deus quotidie per verba consecrationis nobis datur corpus Christi & sanguis, ad quid nisi vt acceptabile sit sacrificium nostrum? Si noster est
Isa. 9. 6. Christus: *Paruulus enim natus est nobis, & Filius datus est nobis.* Ergò corpus Christi corpus nostrum est. Hoc ergò vna cum nostris offerentes exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.

4. At tu Christi corpus offerens, corpus tuum apud te retinebis? simul atq; Sacerdos habet in manib⁹ Corpus Christi, quod mox ante panis erat, eleuat ad Deum in Sacrificium. Et carnem nostram numquā offeremus, aut tardè aut rarò? Carnes priùs mundabantur, lauabantur, vt mundæ
Leuit.1.12. Altissimo offerrentur. Et nos prius inquinamento carnis, pollutum Deo eleuabimus Sacrificium? Carnes sanctæ Deo offerebantur. Ergò ieiunio sanctificemus corpora nostra, vt acceptabile fiat sacrificium nostrum. Ieiunus offert Sacerdos Corpus Christi, vt nos ieiunio offeramus cum Corpore Christi, corpora nostra. Placet quidē Deo oblata caro nostra, quia & ipsa opus est manuum suarum, & spiritum in primis spectat Creator noster: ac propterea vult nos exhibere corpora nostra hostiam viuentem, vt rationabile sit obsequium nostrum. Vult corpus quod de se irrationabile est, vt rationabilē partem quæ eminentior est accipiat de manibus nostris.
Sap.9.15. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, vt non possit ad Deum eleuari grauis corde: Cur verò corpus aggrauat animā? quia pondere premitur ipsumet, sibimetipsi graue, detrahatur à corpore grauitas, non impleatur venter cibo & potu, vt fiat corpus spirituale, leue, ad volandum facile; tunc leuis corde erit & anima & renouabitur vt aquila, ponens in cœlo nidum suum. Ergò ieiunium soluit vinculum, quo à corpore tenebatur & aggrauabatur anima, ne accedere posset ad Patrem qui in cœlis est. Vides quare Apostolus hostiæ corporum, adiecit rationabile obsequium vestrum? Vides quare Deus expetit corpora, quia videlicet amat animas? Vides quare ieiunandum sit frequenter, nempè vt à sæcularibus desideriis expediti ad perfectiora feramur? Vides quare castigandum sit corpus, nempe vt in seruitutem illo redacto libera mens omnibus dominetur, soli Deo seruiens. O sanctum, ô vtile, ô necessarium ieiunium! Non ergò refugiat illud mens, caro non aspernetur. Sitiat anima nostra, esuriat caro nostra, vt Deus sitientem & esurientem repleat bonis suis.

SECVNDA PARS.

SI filij huius sæculi prudentiores filiis lucis sunt, ex eo, quod dicit Dominus *Luc.16.8.* in Euangelio, videtur quòd animalis homo diligentiùs percipiat quæ sunt mundi, quàm homo spiritualis quæ sunt Dei. Secundum quod erat videndum, hoc est, quòd maior est delectatio mentis quàm carnis, hoc si nescis, illud disce à filiis huius sæculi, qui *exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Qui sic delectantur in vanitate, vt propter illam assequendam, carnem suam propriam ieiunio macerent & abstinentia; vt in sordibus sordescant adhuc. Piger qui corpori suo parcit, ne comedat panem doloris & laboris, delectatur quidem in carne sua, delectatur nihilominus & in mente quasi cæteris sapientior, qui incassum fatigantur. & vt videtur illi, sine causa laboribus se subdunt & sudoribus. Vnde Salomon: *Sapientior sibi piger videtur, se-* *Pro.26.16.*
ptem viris loquentibus sententias. At qui etiam ex carnis afflictione mentis delectationem haurit: iste tanti facit animi voluptatem, vt eam arbitretur iustè posse corporis tribulatione comparari. Delectatur quidem pigri mens & ratio, sibique placet,

placet, quòd rationem inuenerit consequendæ fœlicitatis in corporis ignauia atque socordia; ex qua mens hilarior facta, requiē sibi creauerit voluptatis plenam. At hypocrita in corporis quoq; labore & ærumna voluptatē sibi fabricat, qua mens delectata, pro nihilo habet austeritatem carnis atque asperitates, per quas ad eam suam, quam putat sublimiorem, contendit cōplacentiam. Vbi error est quidem in in hoc, quod veræ afflictioni falsæ anteponitur delectatio. Sed in huius erroris tenebris vera lux lucet, splendensque ac vtilissima veritas, nempè quòd voluptas spiritualis mentisque gaudium longissimè antecellit corporis quietem & pacem. Et hoc adeò, vt corporalis omnis gustus & commodorum sensus sperni iure debeat; vt valeat mens suarum suauitatum mensa delectabiliter frui, ac pacificè gaudere. Si enim ieiunat quis, animamque suam id est seipsum affligit in carne, laudis amore & honoris captus; vbi non paruam sibi videtur voluptatem concipere & haurire, atque propterea ex industria carnem punit ac tribulat, vt spiritus delectetur: Haud dubiè sapientissimus est, qui veram sibi mentis comparat lætitiam corporis quacunque afflictatione. Num ergò non splendet veritas hæc? Num exploratissimum non est, animi bona & in primis prosperitatem fœlicitatemque, bonis omnibus corporis, etiam in cubilibus & impudicitiis, in commessationibus & ebrietatibus, maximè excellere? Et cur putas iussum, vt oleo aspergeretur simila
Num.15.3. sacrificij, qua diximus ieiunium figurari, nisi quia verè oleo lætitiæ aspergitur & imbuitur, qui in corpore nutriendo non excidit mensuram? Qui non ad libitum comedit, sed ad præscriptum diuinæ iussionis, quæ abstinentiam & laudauit &
Num 15.4. proposuit & mandauit: Eiusdem mensuræ erant & oleum & vinum; quoniam vtroque mentis lætitia designatur. Nam
Psal.44.8. & illud oleum lętitiæ appellatur; & de hoc scriptum est: *vinum lætificat cor hominis*. Et iubens Dominus ieiunandi, vt exhi-
Psal.103.15 laret faciem in oleo, dicens: *Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuū laua.* Nedum intendit, quòd ieiunij stola candida apertæ consolationis operiamus, vt sic latitet ab oculis hominum, verum innuit quoque ieiunium, si Deo sit celebratum, hilarem veraciter facere ieiunantem. Ergò corporis labor & dolor, nedum mentis lætitiæ non obstat, sed eam magis creat & comparat. Vt non immeritò, quo die intrabat per singulos annos Summus Pontifex in Sancta Sanctorum, quo figurabatur (authore Apostolo) introitus Domini Iesu in ipsum cœlum, animæ afflictio id est ieiunium populo indicebatur; Vt sic intelligeremus, corporis afflictione verum mentis gaudium comparari, cuius plenitudo est quidem in cœlis, attamen & in terris ad similę quantitatem, id est ieiunij, oleum lætitiæ ex diuina ordinatione ieiunantibus communicatur. *Leu.16.29. & 23.27. Heb.9.24.*

Hinc igitur ad tertiam considerationē 6. transeamus, quæ nostra potius instructio est & exhortatio, vt solidam lætitiam firmamque voluptatem amplectamur. Nam & hoc in hodierna lectione à Christo Domino apertè docemur, qui dum fugacem atque fugientem gloriam aspernatur & arguit, vult nos instrui & suaderi, vt permanentia bona adipiscamur & gaudium planum, quod nemo tollet à nobis. Gaudium à vanitate cōceptum, nihil est quòd *Ioh.16.22.* timeamus, ne nobis ab aliquo surripiatur, per seipsum mox euanescit, vix conceptum extinguitur. *Amen dico vobis*, (inquit) *receperunt mercedem suam.* Quæ merces solidum quid cum non sit, sed aura leuis, dum recipitur, consumitur: dum sumitur, transit. Si iubet Salomon: *Ne glorieris in crastinum, ignorans quid su-* *Prou 27.1.* *peruentura pariat dies* Quantò minus in eo glòriandum est, quod certi sumus à nobis, dum accedit, recedere? dum capitur, perditur? dum habetur, nos derelinquit? Obserua itaque verba Domini, vt ex vno oppositorum intelligas alterum. De hypocritis, dicit: *Receperunt mercedem.* De fideli seruo dicit: *Pater tuus reddet tibi.* Ibi notatur actio tua, qui recipis; hic Dei operatio, qui reddit. Illic agens es, hic patiens siue passiuè recipiens.

Acceptio illa hypocritarũ significat bonũ illud quod accipiunt, non esse à se, sed ab aliis recipi; & propterea non solidum esse, nec permanens. Quid putas, dixit Salomon: *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te.* Dum quod tibi commodat, venaris ab aliis, te periculo exponis, id citò perdendi? Homo nunquam in eodem statu permanet: si te nunc recipit in domum suam, cras eiiciet; diligat te nunc, mox oderit: tu ipse tibi malum creas, dum tui satietatem tua importunitate in proximo generas; mundus ipse contemnit, qui se sequuntur Bona ipsius, siue diuitiæ siue pax, siue delectationes siue sæcularis amicitia, transeuntia sunt. Lingua susurronis non valet mox dissoluere amicitiam? *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt.* Potes ne à dolo impiorum te protegere: vt non læsus interdum sis ab eis? Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem; ita vir qui fraudulenter nocet amico. Et cum fuerit deprehensus, dicit: *Ludens feci* Potes euitare, ne quis falsum testimonium dicat contra te? Et quanta hæc est læsio? Iaculum & glaudius & sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum falsum testimonium. Potes ne te ab iracundis hominibus elongare; vt non aliquando incidas in flammam ab illis excitatam? *Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitat rixas.* Et vnde tot mala tot pericula proficiscuntur, inde arbitraris tu voluptatem tibi atque fœlicitatem haurire? Et hoc eò magis, quò & tu es vnus ex illis. Ergò *subtrahe pedem tuum de domo proximi tui: ne quando satiatus oderit te.* Ad quid frequentas domum eius? Ad quid palpas proximorum ostia? Ad quid gradus ostiorum illorum exterit pes tuus? vt satieris de panibus illius? Vide, vide, ne quando satiatus ipse oderit te, improbũ te reputans, imprudentem, otiosum. Quid ergò? à te tua bona expiscare. Si ieiunas, hoc facito, vt peccata tua tibi dimittantur; vt Deo offeras, quæ ab illo tibi concessa sunt; vt teipsum purifices, vt Deum promerearis, *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui sectatur otiũ, replebitur egestate:* Operans terram suam in sudore vultus sui, vescetur pane suo, non dicit aliis. Date de oleo vestro; sibi ipsi sufficiens est. Quapropter illius delectatio perseuerat & crescit. Audi Sapientem; *Vita sibi sufficientis operarii condulcabitur & in ea inuenies thesaurum* Colit ipse terram, & terra præbet illi fructum suum. In laboribus ipse est in inuentute sua, & labores manuum suarum manducans beatus est. Hæc ergò via est reperiundæ firmæ voluptatis.

Prou. 15. 17. — Iob. 14. 2. — Prou. 26. 20. — Prou. 35. 13. — Prou. 26. 21. — Prou. 15 17 — Eccl 30. 1. — Prou. 28. 19. — Matt. 2. — Eccl. 40. 18.

Tunc Deus iustus Iudex reddet mercedem operarijs. Nostrum non est accipere mercedem eamq; venari, sed mereri. Esto tu fidelis seruus & prudens; age fideliter negotia Domini tui, & constituet ipse te super omnia bona sua. Quis verò magis terram suam operatur, quam qui ieiunat? qui fodit eam sarculo vigiliarum? qui arat vomere mortificationum? qui seminat operatione virtutum? qui mentis sedulitate custodit? qui vigil aduersus tentationes sæpè illam circundat? Arat, serit, fodit, plantat, rigat expectans à Deo incrementum vt non aliud inde recipiat, ac sperauit, ac meruit, & à Deo constitutum est à constitutione mundi. O quàm stabilis voluptas sic operantis! *Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur.* Si vitam explores hominis rusticani, qui viuit de labore manuum suarum operans terram suam, dulcem illam reperies & pretiosiorem omni thesauro: quantò magis qui seipso contentus, à quoquam nihil quærit, eleuans oculos suos non ad aliũ quemcunque quàm ad Deum. Ideò populi in deserto Dominus solus dux fuit, ab alio quocunque noluit illum enutriri, defendi, saluari, & duci in terram promissionis. Si quando in necessitatibus suis auxilium postulabat, siue ab Assyriis, siue ab Ægyptiis, hoc totum illi fuit in ruinam & confusionem. *Et ab Ægypto confunderis sicut confusa es ab Assur: quia obtinuit Dominus confidentiam tuam:* Confidebat populus in Diis suis, confidebat in regnis alienarum gentium, sed nihil inde habebat prosperum

7. — Matth. 24. 45. — Eccl. 40. 18. — Deut. 20. 12. — Ier. 2. 36.

sperum, nec alium quàm Deum protectorem agnoscerent: & tu insipiens quæris gloriam ab hominibus, fœlicitatem à mũdo, à mendacibus veritatem. Imitare Da-
Psal.118.10 uidem, qui dicebat: *In toto corde meo exquisiui te. Nam qui in toto corde exquirunt eum, verè beati sunt.* Quod nobis cõcedat.

MORALE.

O Quantum Deo debemus, qui tot vias nobis ad virtutem muniuit & ad salutem æternam! Quis inops operarius nõ cupiat inuenire, apud quem operâ suâ victum sibi quæritet & familiæ suæ? Etiam partem illam corporis nostri Dominus voluit sanctificari, quam in principio iniGen. 3. 6. quitas & inobedientia contaminauit. Ore se homo primus suamque progeniem omnem de statu illo nobilissimo deturbauit; ore comedens venenum aspidum in ventre recepit. Per os eius patens mors ingressa est vsq; ad animam, vt vxor eius nõ minGen 3. 20. us mater esset omnium morientium quã viuentium; vt non minus enixa mortuos pareret, quàm viuentes. Os contaminatũ cibo ad vocem mulieris & serpentis, longè deterius infectum est verbo ad vocẽ Creatoris. Quod exhibitum est telum peccato comestionis, iaculum factum est peccato excusationis. O mala vniuersa! quæ mundum ingressa sunt per guttur patens hominis inobedientis. Ecce iam pius Dominus misericordiâ motus antidotum profert contra venenum, tam mortiferum, tam pestiferum, tam perniciosum. Hoc est ieiunium & abstinentia salutaris. Contraria contrariis curantur. Comedisti? abstine. Esus qui deputatus est ad vitam, mortem asciuit. Iam abstinentia, quæ si perpetua esset, occideret, moderata vitam tribuit: quam comestio creauit, eam mortem pellit abstinentia. Os stulti ad mortem. Os iusti ad vitam. Pars illa, quâ spirantes viuimus, cibo infecta morti aditum aperuerat. Nunc cibo identidem purificata & sanctificata, facta est porta vitæ. Quanta gratia ista est? quale priuilegium, vt ieiunio tot tantaque mala excludere possimus à nobis, euitare, ablegare?

Qui dedit inspirationem & vitam, an non videtur os nobis constituisse instrumentum ad vitam? an si comederet homo de ligno vitæ non viueret in æternum? An non dixit Dominus post peccatum illius. *Gen. 3. 22.*
Ne fortè sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum? Quod ergò datum erat ad vitam, factum est mihi mors? *Gen. 2. 17.*
Ita profectò. Lata lege illa: *In quacunque die comederis, ex eo morte morieris.* Ori propterea interdictus est locus delitiarum, qui præambulum quoddam erat & signum vitæ æternæ. Ne comedat & viuat in æternum. Os in exilium eiectum est terræ huius maledictæ. *Gen. 3. 22.*
In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Interdictus vitæ cibus, addictus mortis panis doloris & laboris. At verò labor & dolor, vt miseriæ sunt temporales huius vitæ, ita mortis sunt prænuncii, atq; adeò sodales. Audi psallentem in *Ps. 89. 10.*
cithara: *Dies annorum nostrorum septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & eorum amplius labor & dolor. Quod supereſt de vita ista, labor est & dolor.*
Vis videre hæc duo ad mortem pertinere? *Gen. 2. 17.*
Num comedentibus de ligno scientiæ boni & mali, non est à Deo intentata mors? *Si comederis, morieris.* Comederunt. Vbi mors? *In dolore paries filios. Maledicta terra Gen. 3. 16.*
in opere tuo. In laboribus comedes ex ea: Ergò qui comedit, sub lingua eius labor & dolor est, mors videlicet venenum aspidum sub labiis eius. Iustum ergò iuxta ac pium fuit, vt os quod erat ad vitam, de morte ereptum, rursus deputaretur ad vitam. Incensum à Deo ordinatum fuit ad ipsum Deum placandum, quod notatur per odorem suauissimum Domino. Fuit *Num. 16.*
aliquando ad iram, quando videlicet Co- 31.
re & socii eius obtulerunt illud, sed rursus illud offerente Aaron factum est ad reconciliationem. Haud secus de ore factũ est, *Num. 16.*
quò ad officium comestionis. Comeden- 46.
do viuitur, & si de ligno vitæ facta fuisset comestio, vita fuisset æterna: per vetitam comestionem accedit mors, eademq; recedit si denuò iusta præceptum Dei comestio fiat, nempè si parcè comedatur, si ieiunãtes comedamus. Propterea qui in capti- *Gen. 12. 8.*
uitate & afflictione Ægyptiaca sedebant

super

super ollas carnium, dum ab ea liberantur, ad panem azimum & ad lactucas agrestes obligantur. Et si agnum comedunt, id festinanter iubentur facere, quasi fugientes persecutores suos. Ergò ieiunium extinctio est mortis, renouatio vitæ, à malis ereptio, ad bona reductio.

Psal. 126. 2 Eia ergò, surgite qui manducatis panem
Exod. 22. 6 doloris, panem laboris, panem mortis. Sedit populus manducare & bibere, quando derelicto Deo vero adhæsit vni ciuium habitantium super terram, immò rectorum tenebrarum harum. An non huic adhæsit Adam qui serpenti obtemperauit?
Gen. 3. 6. tunc sedit ad mensam Principis huius mũdi, non attendens quæ illi appositа erant. Quapropter ne & nos decipiamur, monet
Prou. 23. 1. Salomon: *Quando sederu, vt comedas cum principe, diligenter attende quæ appositа sunt ante faciem tuam. Et statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam. Ne desideres de cibũ eius, in quo est panis mendacii.* An non panis est mendacii cibus appositus à serpente, qui mendax est
Ioan. 8. 44 & pater mendacii? Quis panis mendacii, si non ille est, quo promittitur similitudo Dei, & habetur iumentorum similitudo? qui proponitur ad vitam, & mortem inducit? & panis, quem dedit mundus ad voluptatem, ad comessationes, & ebrietates prætextu vitæ fœlicis & voluptuosæ, nunquid ad mortem non est? nunquid non vitæ aduersatur? Audiamus Sapientem aliũ:
Eccl. 37 32 *Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: In multis enim est is erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsq; ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam.* Ecce mors in ore comedentis: Ecce vita in ore ieiunantis. Ecce panis doloris, vnde cholera, mali humores, & infirmitas, & mors denique. Ecce panis vitæ, sanitatis & pacis. Ille sumptus cum auiditate, cum multitudine, cum varietate, cum voluptate: Iste sumptus, cum parcitate, cum austeritate, & abstinentia, & obedientia. Quid ergò? propter modicam voluptatem, voluptate omni te priuabis? comedes, vt moriaris? statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam. O Salomon quid vis? Cultер potius in gutture, quam cibus? tanta est abstinendi necessitas, vt si non aliter possis, cultro infixo in gutture, temperare teipsum expediat. O viri ad vos clamito. Cur non hanc monitionem auditis & custoditis? *Serui enim estis eius cui obeditis* vt ait Paulus. Carni obeditis, gutturi, ventri, concupiscentiæ, voluptati. O miseram hominum conditionem, qui gulæ indulgent; qui eam sibi dominam constituunt; qui mortem potius amplectuntur, quàm à gula separentur. Heus! iam surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris & mortis. Satis sedistis: surgite. Satis comedistis: abstinete. *Qui abstinens est, adiiciet vitam.* Vitam (inquam) corporalem, sed spiritualem magis.

Mors quidem corporalis à cibo processit, sed spiritualis in primis. Prima inobedientia in cibo fuit; mors animæ in esca carnis. O Adam in morsu pomi deglutiens mortem, quos filios genuisti? ad imaginẽ & similitudinem tuam? in similitudinem præuaricationis tuæ? filios genuisti, qui comedentes moriuntur. Non satis est illis, quòd te vuam acerbam comedente eorum dentes obstupescant, & ipsi comedere volunt non pomum vnum, sed escas multas, epulantes quotidie splendidè, abstinentiam abhorrentes, ieiunium fugientes. De cibo erat sermo Domini (litteraliter de cibo Sacramentali, moraliter tamen de ieiunio) quando aliqui dixerunt: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* Panem vitæ tunc Dominus proponebat, panis ieiunii, panis est vitæ; nam *qui abstinens est, adiicit ad vitam.* Sed dicunt insipientes: *Durus est hic sermo.* An non durus sermo mendacis, qui dicebat: *Die vt lapides isti panes fiant?* an non durior lapidibus, quos vult sermone molliri, vt panes fiant? quam durus panis ex lapidibus confectus, panis indigestibilis & mortiferus. At *panis, qui de cœlo descendit, caro est pro sæculi vita*, mollis est, digestuq; vitam tuetur. Eiusmodi est panis ieiunii, cibus abstinentiæ, qui dat vitam mundo. Hoc scientes, etiamne indigetis, vt vos moneamini & ad ieiunium excitemini? Etiamne monitio

quoque

quoque cassa erit? etiamne morte corporali, spiritualem quoque obibitis spontaneè? Etiamne tanta erit gulæ potestas, vt vos à potestate super vos ipsos longè ableget? Core, Dathan & Abiron à terra deglutitis ob illorum scelus, ausus est populus culpare Moysen & Aaron, dicens: *Vos interfecistis populum Domini.* Vos quem aut quos culpabitis, dētibus & labiis mortem vobis accersentes? Terra deglutiuit illos. Tu ipse mortem deglutis, clama quantumuis Ventrem meum doleo: quis tibi dolorem hunc creauit? quis mortem infudit? *Mors in olla, mors in olla.* Sedes super ollas carnium, crapulam diligens & exercens. Tu, tu ipse amans animam tuam, fouens carnem tuam, delectans gulam tuam, implens ventrem tuum, teipsum perdis, teipsum interficis. Non pigeat ergò ieiunare, vt viuatis. Amen.

Num. 16. 41.

4 Reg. 4. 40.

FERIA IV. DOMINICÆ DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. *Matt. 6. 19.*

ARGVMENTVM.

Quàm pretiosum thesaurizare in Cœlis, quàm æternum, quàm inamissibile. Modus sic thesaurizandi non difficilis ostenditur.

QVONIAM aperta visio Dei creatoris in cœlis tantummodo expectatur, cuius tamen cognitio etiam in terris necessaria est, vt illum colamus & amemus, & quæ nobis præcipit sedulò exequamur: propterea per similitudines notas, se nobis tradidit cognoscendum. Vnde in Sacris litteris frequenter nobis sub spectris rerum etiam corporalium, nobis proponitur, vt solis, hominis, etiam leonis, aliarumque huiusmodi rerum. Haud secus statuit de rebus spiritualibus atque cœlestibus, quas scire nos oportet. Nam vt non cadunt sub sensibus carnis nostræ, vestiuntur rerum materialium indumentis, quæ intuentes cœlestia ipsa perspicimus. Hinc Salomon: *Est aurum & multitudo gemmarum, & vas pretiosum labia scientiæ.* Vt per pretiosa nota, ad ignota pretiosissima ascendat mens & affectus noster. Ac proinde voluit Deus templum sibi ex rebus pretiosis ædificari & fabrè fieri, vt ex illius pretiosa materia & nobili forma, surgerent intellectus fideles ad habenda in summo pretio cœlestia. Rectè ergò sub typo thesauri summum bonum, quod expectamus in Regno cœlorum, nobis hodiè proponit Christus, dicens. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlis.* Nostrum est igitur satagere, vt ea quantum licet probè dispiciamus, vt cognita solerter quæramus adipisci. Vnde & Salomon sapientiam rem certò pretiosissimam & studio vult inquiri, quo pecuniam thesarosque solent homines expetere & ardenter exoptare. *Si quæsieris* (inquit) *eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam.*

Prou. 20. 50.

3 Reg. 6.

Prou. 2. 4.

Duo igitur in verbis Domini nobis veniunt proposita, Præceptum videlicet thesaurizandi in cœlis; vbi audimus. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlis.* Et ratio ad hoc excitans; vbi subinfertur. *Vbi neque ærugo, neque tinea demolitur.* A ratione incipientes, tripliciter à Domino illam videmus expositam. In eo enim, quòd thesauros vocat, illorum innuit pretiositatem, dicens: *quod neque corrumpuntur, neque surripiuntur*, notat illorum perpetuitatem. Concludens autem. *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum:* intimos nobis illos esse declarat. Primam itaque rationem considerantes, pretiositatem thesauri cœlestis coniicere possumus ex laudibus, quas Scriptura in primisque libri Sapientales illi tribuunt. Triplex est enim bonum, quo fruimur in hac vitâ. Temporale, Corporale, Spirituale: & perspicuum est bonum Spirituale cætera antecellere. Nam homo ipse bonis omnibus huius

2.

Diuisio.

mundi à Deo prælatus est atq; præpositus. Deus autem qui ordinatissimè disponit omnia, non præponeret vnquam superioribus inferiora. Vnde ex hoc, quòd homo ab ipso super totum mundum locatus est, manifestum fit, hominem solum toti præstare mundo, nihilque huius mundi posse homini comparari siue æquiparari. In homine autem duo sunt, corpus videlicet & anima: & quoniam secundum animam factus est ad imaginem & similitudinem Dei; planum est ac persuasissimum, Animam corpore bonum esse præstantius:

Gen. 2. 7. Quod volens innuere Scriptura, dicit corpus hominis Deum ex limo terræ formasse, spiritum verò ex ore Altissimi prodiisse: quia videlicet inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: spiritus autem oris est, quia ex ore procedit: præterquam quòd spiritus est, qui viuificat; caro autem, quæ viuificatur. Ex quo apertè conuincitur, animam carne superiorē esse. Cum igitur homo excellat omnia exteriora sibi, & pars in eo spiritualis superemineat corporali, consequens est; vt bonum spirituale cæteris omnibus præferatur. Habent autem hæc tria bona vnumquodq; suam perfectionē, vt perfectio vniuscuiusq; aliorū perfectionem respiciēs, aut superior sit aut inferior. Ergò quælibet perfectio rerum temporaliū inferior est corporis perfectione. Quæ autem inter temporalia perfectiora putantur, vt aurum, argentum, gemmæ, & si quid aliud est huiusmodi, hæc omnia minus valent quàm corpus humanum, & multò minus quàm anima.

Perfectio autem corporis ad duo reducitur, ad interiorem vigorem quem salutem id est sanitatem appellat Sapiens, & ad exteriorem decorem quem idem Sapiens

Sap. 7. 10. speciem nominat. Animæ autem perfectio vno nomine sæpè in Sacris litteris Sapientia nuncupatur. Ergò Sapientia, quæ est bonum spirituale perspiciens spiritum nostrum, pretiosior est cunctis opibus & bo-

1. Cor. 2. 15 nis omnibus corporalibus. Rectè igitur *Sap. 7. 7.* *spiritualia, qui iudicat omnia* narrat. Optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus Sapientiæ; & præposui illam Regnis & sedibus; & diuitias nihil esse duxi in cōparatione illius. Nec comparaui illi lapidem pretiosum; quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua; & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Non satis fuit Sapienti præponere sapientiam rebus pretiosissimis, sed quàm longè distet ab illis voluit demonstrare dicens; *nihili prorsus duci ab eo diuitias apud illam.* Et explicatius hoc exprimens, colligit omne aurum, non partem duntaxat, quamuis essent diuitiæ Salomonis, sed omne prorsus aurum; & de illo dicit, quòd ad Sapiētiā arena est exigua: arena, quæ flocci penditur, quæ etiam exigua sit: & lutū argentum æstimabitur, quod pedibus calcamus. O vtinam clarius intelligeremus valorem Sapientiæ. Hinc & in libris Iob scriptum inuenitur: *Sapientia vbi inuenitur? Nescit* *Iob. 28.* *homo pretium eius. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum pro ea. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonicho pretiosissimo vel Sapphiro. Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.* Explicatio tot rerum pretiosarum, quæ omnes sapientiæ supponuntur, mirum in *Sap. 7.* modum illius extollunt pretiositatem. De bonis verò corporalibus addit Sapiens: *Super salutem & speciem dilexi eam.* Quod est dicere, eam antepositi bonis omnibus corporalibus. Hæc est prima laus eius.

Secundam laudem exprimit Sapiens, 3 *Sap. 7.* dicens: *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Et ignorabam, quoniam horum omnium mater est.* Amas tu adhuc temporalia atq; corporalia bona; quamuis illa illis excellentior atq; pretiosior? Per hanc laudem quoque ipsam præ illis debes perquirere; quoniam si illam fueris adeptus, hæc omnia adiicientur tibi: Nam venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Et ratio est, quia Sapientia ipsa parat etiam ista inferiora. Et *innumerabilis* (inquit) *honestas per manus illius: quoniam horum omnium mater est.* Generat enim Sapientia *Prou. 8.* hæc omnia. *Ipsa enim cum Deo erat omnia componens, & omnia ipse in Sapientia fecit.*

Si ergò

Si ergò genitrix est omnium, num vbi est
Ps 103. 24 ipsa, non erunt illa? At dices.

Quomodo ergò Sapiens dicit; *Quod in*
Ec 9.11. *vrbe inuentus est vir pauper, & sapiens, qui liberauit vrbem per sapientiam suam: & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.* Si veniunt omnia bona cum sapientia, quomodo pauper inuentus est, qui erat sapiens? Ad quod dicendum, quomodo pauper est, qui per sapientiam suam vrbem liberauit? An non omnia bona cum illo erant, quando bono quo tunc opus erat prestò fuit, liberans ciuitatem? Diues, qui peregrè proficiscitur, non omnia bona sua secum portat, sed illa solum, quæ itineri conueniunt, cætera seruat pro aliis necessitatibus, & opportuno tempore in promptu habet omnia. Sic sapientia ad omnia valet, sufficiens sibi in omnibus necessitatibus, prompta etiam omnibus opitulari: Nam certissimè bona omnia deseruiunt sapienti, dimisso retro illorum onere, fructu solùm sumpto, sicut granum excussa palea, immo panis absque labore. Da sapientem, & scit quæ dico. Hic enim scit, & abundare & penuriam pati, fructum capiens ex vtroque. Alioqui quomodo
Mat 19.29 verum dixit Dominus: *Omnis qui reliquerit domum, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit?* Quomodo dixit Dominus discipulis suis: *Nolite portare sacculum, neque peram, neque pecuniam in zonis vestris:* pondere diuitiarum exonerauit, sed honorauit fructu. *Dignus est enim* (inquit) *operarius cibo suo.* Nunquid enim aliquando aliquid defuit illis? Esurientes impleuit bonis, quoniam non est inopia timentibus eum. Incertæ prouidentiæ nostræ, quibus de crastino cogitamus. Quis magis omnia possidet, quàm si sapienter ea negligit & spernit, vt dicere possit. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te?* Veraciter ergo sanctus Paulus & de se & de sociis suis scribit: *Nihil habentes & omnia possidentes* Possidentes (inquam) quia actu & reipsa illis deseruiunt Magnum obsequium præstant, si illa spernis; magnum meritum, si illa sapienter impartiris; magnam gloriam, si illorum inopiam pro Christo fers. Multi multas opes habent, sed pauca possident; quia fructum non capiunt ex eis, nisi quòd cernũt eas oculis suis. Sed qui omnia sunt relinquentes, sunt omnia possidentes. *Est quasi*
Luc 10. 4
Mat. 10. 9
Luc. 22. 35
Luc. 1. 53
Ps 33 10.
Sap 9 14.
Mat 19.27
2. Cor. 6. 10.
diues (inquit Salomõ) *cum nihil habeat: & est quasi pauper, cũ in multis diuitijs sit. Hic est enim glorioſus, & indigẽs pane. Gloriatur quidem in diuitijs, sed non saturatur oculus visu quamuis ea cernat:* & si non satiatur, ergò indigens. At contra est quasi diues cum nihil habeat. Quid ni diuites sint, omnia possidentes?
Pro 13. 7. 12. 9. Ec. 1. 8.

At verò quomodo, si nihil habeant, sunt omnia possidentes? Non credis Apostolo hoc dicenti? Non credis Sapienti, hoc decernenti? Audi rationem. Sententia Salomonis est: *Qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.* Hanc docet etiam experientia: Qui amat, seruat, custodit, parcit, seruit. Nulla enim maior seruitus, quam amoris. Hanc veritas confirmat: *Qui amat* (inquit) *animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam* Sicut amare & odisse, contraria sunt; ita perdere & custodire. Quare ergò perdit in futuro? quia custodit in hoc sæculo; nunc autem custodit, quia nunc amat. Amator igitur custos est diuitiarum in hoc sæculo. Qui autem custodit, non abiicit, non dispendit, non vtitur, non diminuit, colit potius & veneratur. Vnde & ab Apostolo *Auaritia* dicta *est Idolorũ seruitus* Hinc ergò sequitur, Quòd qui amat diuitias, fructum non capit ex eis. Ex hoc fit consequens, vt qui non amat, fructum capiat, & quo amat minus, eò multum fructum capiat. Quis verò non amat? qui spernit, qui distrahit, qui abiicit, qui relinquit omnia, qui sponte nihil habet. Quæ verò maior, amplior, veriorque possessio, quàm fructũ capere? emolumenta sentire? commodis frui? nihilq; incommodorum participare? Ergò nihil habentes, sunt omnia possidentes. Ergo etiam quasi diues cum nihil habeat. De decimis præceperat Deus, vt illas deferrent ad templum, ibique eas comederent in conspectu Domini. At si adeò multæ essent, vt portari non possent, venderent eas, vt ex pretio cõpararẽt alia comestibilia, & quæ-
Ioan. 12. 25
Eph. 5. 5.
Ec. 5. 9.
Deut. 14. 22. 26.

cunque (inquit) desiderat anima tua: quibus epularentur ante Deum. Non ipsis decimis fruebantur, quas distrahebant, sed earum fructum, eo (inquam) quod ex eis comparantur, quamuis non eadem essent in specie. Satis quippe erat, vt eadem essent in fructu, vt sic epularentur in emptis, & epulantes Deum colerent, sicut ex venditis fuissent epulaturi & Deum laudaturi. Hoc pacto cum Sapientia veniunt omnia bona, non aliqua solummodò, sed omnia; quia docet Sapientia, vt omnia relinquamus, vt nihil prorsus habeamus, ac proinde omnia possideamus. Quæ vniuersitas omnia comprehendens, quanta sit, innuit, adiiciēs: *Et innumerabilis honestas per manus illius.* Honestatem vocat diuitiarum substantiam; quia dives gloriosus est, & à gentibus habetur in honore. Vadunt quippè pariter gloria & diuitiæ. Vnde alibi ipsa Sapientia: *Mecum sunt diuitiæ, & gloria.* Honestas autem hæc innumerabilis est, inæstimabilis est, quia nihil deest. Modum verò, quem modò explicuimus, ipse declarat. *Et lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista Sapientia.* In omnibus lætari, fructum est capere ex omnibus, omnia possidere, verè diuitem esse. Hoc euenit sequenti Sapientiam, quæ dicit. *In omnibus requiem quæsiui.* Audi vocem, requiem quærentis in bonis suis. *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, requiesce, comede, epulare.* Sed requiem nō inuenit, qui omnia inuitus dereliquit. At Sapientia quærens requiem, illam inuenit. *Et in hæreditate* (inquit) *Domini morabor; & vsque ad futurum sæculum non desinam. Et in ciuitate sanctificata similiter requieui.* Tunc autem antecedit Sapientia, quando sapienter omnia disponuntur, & in iudicio; cum diligenda diligimus, vt diligenda sunt; cum vtimur vtendis, fruimur fruendis; vtimur hoc mundo quasi non vtamur, aliò spectantes & suspirantes. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Et gaudio os nostrum replentes in spe, dicentes Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus.* Sed heu! hæc sunt abscondita ab oculis insipientium, quos non antecedit ista Sapientia sed recedit. Sic Sapiens de se quando insipiens erat dicit: *Et ignorabam, quoniam horum omnium mater est.* Si ignorabat, non erat sapiens, & non antecedebat lumen illi præbens ista Sapientia. O quot ignorantes! O infinitam stultorum multitudinem; qui videntes non vident; & audientes non intelligunt, qui his rebus præterfluentibus adhærent, vt quærentes requiem nunquam inueniant, qui dicentes: Anima mea requiescce, non introierunt in requiem; auulsi ab his, in quibus suam constituerant requiem & pacem.

Tertiam laudem subinfert Sapiens. Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Dixit in prima laude, quòd Sapientia sit pretiosior cunctis opibus. Dixit in secunda, quòd cum illa sunt opes superbæ, id est omnia bona. Nunc in tertia dicit, quòd ipsa infinitus est thesaurus hominibus; cum adiuncta ratione, nempè quòd qui vsi sunt illa, participes facti sunt amicitiæ Dei. Si enim amicorū cōmunia sunt inter se omnia, Deus autem omne bonum sit, quia amicus Dei constituitur, securus illi dicit: *Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.* Quæ est conclusio illa Domini Iesu: *Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Quę Filius audiuit à Patre, accepit à Patre. Ergò quæ ostendit ipse discipulis, illa communicat eisdem. Sed omnia accipit a Patre, qui dedit illi, quod maius omnibus est. Quomodo non ergò omnia illis donauit? Si itaque Sapientia præditus particeps est amicitię Dei, apertè conuincitur, quod Sapientia infinitus thesaurus est hominibus. Estò, Sapientia nihil in se valeret; estò, nullum bonū secum ferret. Hoc solo, infinitus thesaurus est, quòd amicos Dei constituit. Sed tanti valoris est in se, vt omnia quę desiderantur, illi non valeant cōparari; tanti vigoris est, vt omnium sit artifex, omnia prospiciens hominibus id est prouidens, vt veniāt illis omnia bona pariter cum illa. Sed postremò attingit vsque ad finem omnium, amicitia cūiungens cum illo, qui est omne bonū. O igitur verissima Sapiētię verba: *In viu iustitiæ ambulo, & in medio semi-*

Sap. 7. 11.

Sap. 7. 12.

Eccl. 24. 11.

Luc. 12. 19.

Eccl. 24. 11.

Psal 119. 5.

Psal 121. 1.

4

Sap. 7. 11.

Sap. 4. 14.

Ioan. 17. 10.

Ioan. 15. 15.

Ioan. 10. 38.

Sap. 7. 27.

Pro. 8. 18.

Sap. 7. 11.

Pro. 8. 20.

fimitarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. O cur non auditur ab omnibus Sapientia, quę foris clamitat, quæ in plateis dat vocem suam, quę clara est, vt ab omnibus inspici valeat, ab omnibus intelligi, ab omnibus percipi? En prima ratio.

Ad alias duas rationes accedere volentes, consideramus, quòd de his thesauris cœlestibus, qui sunt thesauri Sapientiæ, duo decernit Dominus Iesus qui est Sapiẽtia Dei. Alterum quòd inamissibiles sunt, *Vbi neque ærugo, neque tinea demolitur* (inquit) *neque fures effodiunt nec furantur.* Alterũ quòd intra nos sunt. *Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum* Et vnum sequitur ad aliud. Nam si intrà nos sunt, ad nullum nisi ad Deum pertinent. Quis ergo nos separabit ab illis, aut quis auferet à nobis Regnum Dei, quod intra nos est?

Hoc igitur primum consideremus, videlicet quòd thesaurus iste, est bonus thesaurus cordis nostri, nobis videlicet intimus & coniunctus. Probat hoc Christus experimento hominum, qui thesaurizantes cor apponunt thesauro abscondito: nõ enim thesaurizarent nisi diligerent. Est verò cor nostrum in re, quam amat; quoniam amor est vis vnitiua, tendens in rem dilectam, illique amantem vinculo coniungens perfectionis, id est perfectè stringente. Hoc apertum experto est, qui ante mentis oculos iugiter tenet quod diligit, in quod toto tendit mentis affectu. Vnde qui thesaurum suum deputauerat legem Dei, suaue canebat. *Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. In corde meo abscondi eloquia tua.* Sed speciali modo. Vbi est thesaurus Sapientiæ, ibi est & cor nostrũ: quia Sapientia nostra non est quid per se stans, sed est animi nostri cordisque perfectio. Ea enim est cor sapiens & intelligens; ac proinde Sapientia facit animum pretiosiorem, quam prius esset. Vilis quippè anima est, quæ concupiscentiæ subiecta est. Mulier enim per concupiscentiam animam viri pretiosam capit; dum illam exuit sua pretiositate ac vilem reddit. O quam vilis facta est nimis anima imprudens & stulta, facta stercus & vermis. *Quàm pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, qua animas suas profuderunt pro Domino, illas Deo offerentes?* Quando Sapiens dixit: *Super salutem & speciem dilexi eam; & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.* Ostendit, quid propriè Sapientia sit. *Est enim lux vera, qua illuminat hominem venientem in hunc mundum:* qui mundus Deum non cognouit.

Hac luce oculus mentis videt, quòd quæ fecit Deus, sunt omnia bona valdè. Et quòd, quæ sine ipso facta sunt, mala sunt & mala valdè. Et bona omnia facta, ideò & in tantum bona sunt, quò ad Factorem referuntur & ordinata sunt: quo ordine sublato, in mala conuertuntur. *Hæc omnia sanctis sunt bona* (inquit Sapiens) *impiis autem & peccatoribus in mala conuertentur.* Non malum aurum quo conflatus est vitulus in deserto, sed populo malus vitulus cui dicebant: *Hi sunt Dij Israel qui eduxerunt te de terra Ægypti.* Non malæ arbores, quas plantabant gigantes; non malæ domus, quas ædificabant; non malæ filiæ hominum quoad substantiã, quas sibi accipiebant vxores; non mali cibi, quos comedebant: At hæc omnia illis in mala conuersa sunt: quia mali ipsi & impij facti sunt his abutentes. Ideò deleti sunt cũ terra: Ideò vitulum Moyses combussit & proiecit in flumẽ. Hæc est ratio, cur Deus hæc temporalia quoque tollit & exterminat. Ita & lex præcipiebat, vt si quando habitatores vrbis alicuius recessissent à Deo, & seruirẽt Diis alienis, simul omnia destruerentur. *Statim* (inquit) *percuties habitatores illius in ore gladij, & delebis eam, ac omnia, quæ in illa sunt vsque ad pecora, quidquid etiam suppellectilis fuerit, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo.* Sic vbi cum iumento peccabatur, illud etiam interfici iubebatur. Quis sapiens & intelliget hæc? vt non obliuiscatur operum Domini; vt intelligat, quæ faciunt homines; vt separet pretiosum à vili; vt sciat reprobare malum & eligere bonum; vt nouerit quòd omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione recipitur. Illud, quod est muscipula pedi-

Exod. 22. 8. bus insipientium, quod infirmis est scandalum, quod est mors in olla, abiicienda omnia: nam ne quidem tangere licet aliquid de furto. Inter bona quoq; lux antecedat Sapientia, vt ordine congruo di-
Leu. 21. 13. ligantur & assumantur. Solam virginem poterat Summus Pontifex vxorem accipere; repudiata Sacerdotibus alijs prohi-
7. bebatur. a Quædam oblata, licebat offe-
a Leui. 22. 29. rentibus manducare. b Quædam Sacer-
b Leuit. 6. 18. & 7. 6. doti tantum. c Quædam vniuersa ignis consumebat. Quædam mundis tantum.
c Leuit. 1. & seq. Quædam etiam immundis in escam concedebantur. Sapiens decernit, quæ licèt, quæ non licent; quæ expediunt, quæ non expediunt. Deniq; erigit animũ ad cœlestia, vt ea spretis cæteris omnibus summo expetamus studio, summo exoptemus desiderio, labore etiã summo quæramus. Hæc est vera Sapientia, cuius initium id est caput & summa est timor Domini, pie-
Psal. 110. 10 tas erga Deũ, verus cultus, sancta religio, charitas perfecta, perfectaque obedientia. Thesaurus iste replet cordis intima verorũ fideliũ, perficit mentẽ, exornat animũ: ditat cor, animã ipsam reddit pretiosam; vt omnia quæ desiderantur, ipsi nõ valeãt comparari, Sed demũ etiam diuinæ consortes reddit naturæ, vt sit plena Spiritu Sancto, vt ad eam Pater & Filius veniant, & apud eam faciãt cœlestem mansionem. Ergò thesaurus infinitus.

6. Quidquid aliud est, nostra perfectio nõ est. Temporalia, corporalia sunt: neq; nisi cibi aut aër corpus ingrediũtur Extrà nos sunt, videri possunt, audiri possunt, tangi possunt, sed in Sanctuarium cordis intrare non possunt Mittuntintra nos similitudines quasdam, phantasmata, non verã substantiam: si tu corapponas, contra naturã & ipsorum & tuam facis. Chaos enim magnũ firmatum est interhoc & illa, vt non
a 2. Cor 6. 17. sibi valeant propinquare neq; commiscerì. a *Immundum nolite tangere*: b *fugite*
b 1. Cor. 6. 18. *fornicationem*: c *separamini à tabernaculis impiorum*, d *exite de Babylone*, e *nihil ad-*
c Nũ 16 21 *here: et vobis de anathemate*; exteriora o-
d Apo. 18 4 mnia ad seruitutem nostram creata sunt,
e Deut. 13. 17. non ad conciliandam nostram dilectionẽ. Cibus ipse, qui intrat per os, in ventrem vadit & per secessum emittitur, & qualis? Mat. 15. 17
stercus vilissimum & fœtens. Heus homo, hinc accipe documentum; quæ recipis & non deseruiunt, in stercora rediguntur; quidquid appetis, quæ quæris, omniatibi nõ proficiunt, deficiunt & egeruntur. Paulus de his, quæ videbantur vtilia sed non erant illa decernit. *Hæc omnia arbitratus* Philip. 3.
sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Quid de his vilibus? terrenis? lutosis? trãseuntib⁹? Si sapiens fueris, dices cũ Apostolo: *Hæc omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christũ lucrifaciam.* Quid putas præcipiebat Deus, vt ad requisita naturæ exirent extra castra? *Dominus enim Deus tuus* Deut. 23.
(inquit) *ambulat per medium castrorũ tuo* 14.
rum. Ne forte derelinquat te. Si stercora sint apud te, Deus derelinquet te. Si adhæres mundo: factor mundi recedet à te. Ergò illa omnia sperne, abiice, reiice, separa, elonga à te, arbitrare vt stercora; vt Dominus sit in corde tuo: vt Christum lucrifacias; ne ipse elongetur à te. O lucem Sapientiæ! ô thesaurum pietatis!

Quoniam extinguibile est lumen illius, 7.
Vbi neq; ærugo, neq; tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Hæc est alia conditio Sapientiæ & bonorum eius, quod inamissibilis est: qua ad illa acquirenda accendimur. Lumen hoc est intra templum, in laterna latens, quò non irruũt venti, oleum non deficit vnquã, etiamsi de saxo durissimo profluat, imò quia est de saxo durissimo & infrangibili, ideò non deficit, quoniam videlicet origo illius firma est stabilis & permanens. Lumen ergo perpetuum, neq; exterioribus impulsis patens, inextinguibile est *Sapientia defur-* Iac. 1. 17.
sum est, descendens à Patre luminum apud quem non est transmutatio neque vicissitudinis obumbratio; ex parte suæ originis deficere non potest. *Omnis enim Sapientia à* Eccl. 1.
Domino Deo est, qui non mutatur, vt modò luceat, modò obtenebrescat Est enim lux, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Neq; 1. Ioh. 1.
flantes venti ad hoc interius bonum, possunt pertingere, vt illius possint extinguere claritatem. Ergò vndequaque inextinguibile est lumen illius. Sic thesaurus in se incorruptibilis est, quem *neque ærugo, neque*

neque tinea demolitur; neque à quoquam potest exteriori exterminari aut diripi: *neque fures effodiunt nec furantur.* Quia qui illam colligit in abscondito ponit & in tuto, confortans feras portarum suarum. Ergò iustitia perpetua est, & immortalis: vt dicit Sapiens. Ergò vt dicit Spiritus Sanctus per os Dauid: *Iustitia manet in seculũ seculi.* Ratio huius suæ permanentiæ & immortalitatis est, quia est perfectio partis immortaliis, portionis superioris animæ immortalis, quam penetrat, & fit vnum cum illa: & quia mentem coniungit Regi sæculorum immortali, qui suas illi communicat proprietates, atq; adeò permanentiam & immortalitatem: ac denique quia nullum habens illi præualens. Confortat enim & confirmat libertatem nostram, vt nisi ipsa sponte cedat, non accedat illi malum. Velit ergò mens, stabile erit cor, spiritus promptus, voluntas deliberata, & inextinguibile est lumen illius. Superueniat nox tenebrarum & caliginis, non extinguetur in nocte lucerna eius: nã lux eius vt splendor firmamenti: quò non accedunt aëreæ potestates. At exteriora bona thesaurus terrestris, & corrumpitur & surripitur. *Omnis gloria eius, quasi flos fœni, qui orto iam Sole mox decidit*; Et *semita omnis auari, animas possidentium rapiunt.* Ærugo argentum & aurum, tinea vestimenta demoliuntur, & vtraque furantur fures, effodientes & inuenientes thesauros absconditos in agro, latentes in terra, positos sub petra in perditionem. Si Regnum est, de gente in gentẽ transferetur. Si diuitiæ, fallacia diuitiarum diuites fallit. Ideò Iacobus: *Agite nunc diuites, plorate in miseriis vestris. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: aurum & argentum aruginauit* Si est fructus terræ: *Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.* Omnia quæ generantur in terra, fugiunt velut vmbra. *Terra quidem in æternum stat; sed generatio præterit, generatio aducnit*; & *certum est nihil permanere sub Sole, quin & ipse Sol oritur & occidit, & fit quotidie vespere & mane. Et cunctis diebus terræ sementis: frigus & æstus: æstas & hyems nox & dies non requiescunt.* Quomodo ergò tu dicis: *In pace in id ipsum dormiam, & requiescam?* Vbi nullam requiem habet caro nostra; ibi sensus multa cogitans, diuersa & peruersa machinatur; & somnia ipsa extollunt, perturbant, inquietant insipienter. Ergo *Nolite thesaurizare thesauros in terra, sed in cœlo.*

Sap. 1. 15. Psal. 111. 9. Prou. 31. 18 Isa. 40. 6. & 1 Pet. 1. 24. Prou. 1. 19. Eccl. 10. 8. Iacob. 5. 1. Isa. 1. 7. Eccl. 1. 4. Eccl. 2. 11. Eccl. 1. 5. Gen. 8. 22. Psal. 4. 9. Psal. 4. 9.

SECVNDA PARS.

PRæceptum Domini, quo iubemur thesaurizare, habet duo, facilitatẽ & modum, qui consistit in diligendo & quærendo. Magna nimirum facilitas est in illo. Tanta huius thesauri pretiositas atq; præstantia, iure meritò ad eius sanctam concupiscentiam animum nostrum accendit. Sed forte labor tædium generat, sicut populum cœpit tædere itineris, quamuis ad promissam terrã suspiraret. Verum & hoc nobis tollitur offendiculũ à Sapiente, qui duo simul nectit, videlicet vtilitatẽ & facilitatẽ. *Clara* (inquit) *est, & quæ nunquam marcescit Sapientia*; & *facilè inuenitur ab his, qui diligũt illam*; & *videtur ab his, qui quærunt illam.* Multi patres laborant, vt filijs thesaurizent, & plurimum in cassum laborauerunt, manducantes panẽ doloris: At thesaurus iste vt durans est, & immarcescibilis; vt pretiosus est, & permanẽs: facilitatẽ exaggerat pluribus verbis Sapiẽs: *Præoccupat, qui se concupiscunt*; *vt illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam; non laborabit, assidentẽ enim illam foribus suis inueniet. Quoniam dignos seipsa circuit quærens; & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis.* Per prosopopœiam inducit Sapientiam quasi personam, quam alius Sapiens matrem vocat honorificatam. De qua primùm dicit, quòd facilè inuenitur. Secundò, quod ipsa præuenit quærentes: vt illis se prior ostendat. Tertiò, q̃ assidet foribꝰ, vt exeuntes de domo ad illam quærendam mox illã inueniamus. Quartò, quòd ipsa nedum assidet foribus nostris, sed circuit quærens dignos se. Quintò, quod si inuenerit, ostẽdet se illis hilariter. Sextò, quòd in omni p̃uidentia, id est nullum nõ mouet la-

Psal. 4. 9. Num. 21. 4. Sap. 6. 13. Sap. 6. 14. 17. Eccl. 15. 2.

uet lapidem, vt illi occurrat. Quæ omnia ostendunt, quàm liberalis sit Deus erga homines, quam promptus illis benefacere, quàm diligens atq; industrius. Quòd si quid à nobis postulat, non ob aliud est, quam vt locum in nobis faciat donis suis & repleat bonis. Nec alia est difficultas nisi illa, quam nobis ipsi creamus & comparamus. Clara est demonstratio.

Data lege in deserto, populum accingit ad introitum terræ, ipsi & suis patri-
*Num.*14.3. bus promissæ: sed populus exterritus ab
*Psl*105.24 exploratoribus ingredi detrectat, & *pro nihilo habuerunt terram desiderabilem pertinaciter resistentes* Inde tempus & iter longum, in quo rebelles omnes interierunt, vt filij eorum demum introirent in requiem ante promissam. Mittò, quòd in constitutione mundi, viam parauerat nobis planam, latam, impollutam, id est sine impedimentis, atq; iucundam; à qua homo declinans, se in vepres, in saxa, in de-
*Gen.*8.21. uia deduxit atque laboriosa. De nobis loquor, qui ad malum sumus ab ipsa nostra adolescentia proni & inclinati. Estò in nobis ex peccato protoparentis sint exortæ spinæ concupiscentiarum ac tribuli necessitatum, vt nō nisi in sudore vultus nostri pane vescamur, tum corporis tum animæ, vt verè sit panis doloris atque labo-
*Psa.*102.3 ris. Tamen *quantum miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est quoniam puluis sumus, homo*
*Gen.*33.13 *sicut fœnum* Onera enim leuia imponit, quasi paruulus suis Iacob, quos in itinere laborare non permittit, ne deficiant in via. Si quem laborem imponit, vires illius sustinendi antea impertitur. Languen-
Ioh. 5.8. ti & iacenti in lectulo suo iussit: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Sed dedit, quod iussit. Sanitatem contulit, & facultatem surgendi, tollendi, ambulandi.
*Exo.*14.13. Si mare obstabat populo egredienti de Ægypto, ipse virga virtutis suæ aperuit mare, qua hostes submersi sunt in aquis mul-
*Exo.*16.14. tis, ipsi autem securi mare transierunt. Si panis defuit, pluit illis manna ad manducandum, vt neque terram colere, neq; aut serere aut metere, aut panē ipsum vel conficere vel coquere opus haberent. Sed legem audiamus, vt appareat quam facilis sit via Domini. Facto de decimis præcepto, quæ portarentur & manducarentur in conspectu Domini adiicit. *Cum autem longior fuerit via & locus, quem elegerit* Deut. 14. 24. *Dominus Deus tuus, tibiq; benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, vendes omnia, & in pretium rediges, portabisque manu tua, & proficiscēris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; & emes ex eadem pecunia, quicquid tibi placuerit, siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoque & siceram, & omne quod desiderat anima tua; & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis.* Ex hac lege manifestum est, quòd vbi maior difficultas, ibi maior conceditur facilitas. Ista concessio non fit, vbi breuis est via, vbi pauca sunt quæ portantur. Attamen non nullus est labor, hæc quoq; ad templum deferre. Neque tunc licet in alia commutare, sed ea ipsa delata comedenda, quamuis non prorsus grata. At si prolixum sit iter, si onus graue, quia multa sint deferenda, venduntur, pretium portatur, quod facile est, ex eo emitur quidquid placet & desideratur; iucundiora & gratiora possunt cōparari; quod per amplificationē expressum, Deus voluit probè cognosci.

Attendè, considera, quidquid tibi placuerit (inquit) siue ex armentis, siue ex ouibus, vinum quoq; & siceram, & omne quod desiderat anima tua. Quis putasset his declarari facilitatem in mandatis Domini? Quod erat ad pondus, ad leuitatem facit ad iucunditatem. Si, qui erat langues *Ioh.*5.5. ad piscinam, languens non fuisset, sed imbecillis modò, ægre forsan grabbatum detulisset, sed sic infirmus, vt neq; exoneratus ambulare, neque se mittere posset in piscinam, visitatur à Domino, sanatur, conualidatur, confortatur, vt leuiter pondus asportaret Quin totum hominem sanum fecit. Si totum, vires omnes restituit; & virtus ex infirmitate perfecta est. Si non tanta fuisset multitudo sequentium Dominum in solitudine, non tanta fuisset difficultas subueniendi illi. *Ducento-* *Ioh.*6.7.
rum denariorum panes non sufficiunt tu, vt 9.
vnus-

12. *vnusquisq; modicum quid accipiat*, inquit Philippus. Andreas verò: *Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces; sed hæc quid sunt inter tantos?* En magna difficultas. Et ecce maior quoq; facilitas & fœcunditas. Comederunt, & impleti sunt; & impleuerunt duodecim Cophinos fragmentorum ex quinque panibus, quæ superfuerunt. Recordare etiam, quòd quando satiauit quatuor millia, tulerunt septem sportas plenas de fragmentis. Vbi enim abundauit inopia, abundauit & copia. Sicut *vbi abundauit delictum, abundauit & gratia.* Mundus in profundum venerat peccatorum, abierat in regionem longinquam, recedens à Deo: tunc Pater misericordia motus est super gentes, quæ erant sicut oues non habentes pastorem, & misit illis pastorem ouium; qui bonus pastor, animam suam pro ouibus posuit. Et nos igitur causamur difficultatem exhibendi Deo obsequium virtutis, & dicimus: *Non possum surgere, & dare tibi.* Sciat ergo plebs vniuersa, quòd *mandata eius grauia non sunt*; quod *onus eius leue est.* quod *iugum est suaue.*

Matth 15. 37. Rom 5.20. Luc.15 13 20. Ioh.10 11. Luc.11.7. 1.Ioh. 5.3. Matth. 11. 30.

Rectè ergò Sapiens de Sapientia: *Facilè inuenitur ab his, qui diligunt illam: & videtur ab his, qui quærunt eam.* Duo petuntur à nobis, in quibus stat acquirendi modus, vt illius compotes esse possimus. Dilectio & quæsitio; motus animi diligendo, motus corporis quærendo: qui diligunt illam, qui quærunt eam. Sub nomine thesauri, vtrumque Dominus subostendit. Thesaurus diligitur, quia *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Thesaurus colligitur *Thesaurizate vobis thesauros.* Ideò simile est Regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas.

Sap.6.13. Mat.13.45.

9. Hoc primum est, vt diligamus, vt appetamus, vt concupiscentia Sapientiæ quasi ignis exardescat in nobis. Hic est ignis missus in terram a Domino, quem accendi vult & ardere. Ignis est de cœlo, vt calore cœlesti nos inflamet. Reiicit ignem alienum, qui non de altari sumptus est sed de focis dæmonum, quo inflammauit inimicos eius. Ignis verò cœlestis super amicos copiosè descendit, vt baptizaret eos Spiritu Sancto & igni, quo totum incenderent mundum. Vt sicut aquis aliquando perijt mundus ipse, ità nunc igne restituatur. Ignis iste in spinis illas consumens est. Spinas diximus esse concupiscẽtias, quæ ex carne oriuntur, sicut terra maledicta spinas protulit & tribulos. Ardens quippe virtutis & cœlestium amor consumit concupiscentias & spinas. Nõ facilè singulas spinas aut euellis aut pcidis; non facile singulis concupiscentiis obsistis aut dominaris, hoc enim est opus immensum propter multitudinem illarum, propter diuersitatem, propter obscuritatẽ, propter importunitatem, propter internitatem: ignis deuorans, absumens, propè eradicans aptum remedium est. Concupiscentia Sapientiæ ad cœlestia conuertens animum, quæ retrò sunt obliuiscens, ad anteriora extendens animum, cõcupiscentias extenuat, exterminat, earum insurgentes motus inanes reddit, quin & impedit ne surgant & se exerant: caro enim, nisi aduertat cor, inanis est & vacua: Nisi spiritus feratur super aquas, mare non surgit, fluctus eius non concutiunt: & inde facta est tranquillitas magna; ac proinde si cor & caro quoque exultat in Deuum viuum, facilè itaque inuenitur Sapientia ab his, qui diligunt illam.

Luc.12.49. Gen. 7. 17. Gen 3. 18.

Tota quippe difficultas nos premens prodit ex carnis corruptione, quæ spinas & tribulos germinat motuum atq; passionum peccatorum. Inde sudor vultus pro pane vitæ & intellectûs, qui mortificat membra ista peccatorũ; viuit spiritu, Spiritu Dei agitur, Dei gratia liberatur à corpore mortis huius. Sensit Apostolus pugnã hanc, qua gemens dicit: *Scio, quòd non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Vnde non, quod volo bonum, hoc facio. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum* Dum dicit: Quod volo bonũ, bonam in se profitetur voluntatem, qua bonum vult, cui caro resistit, in qua bonum non est. Assumit igitur personam hominis iusti, in quo corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem viuit

Rom.7.18. 19. 24. Rom.8.10

virit propter iustificationem. Mors illa, quam esus ligni vetiti intulit per inobedientiam, inimica est Deo, quæ nouissima omnium inimicorum Christi destruetur; 1. Cor. 15. 26. quæ nunc legi Dei non est subiecta. Nondum enim videmus omnia Christo subiecta. Erit hoc aliquando, cum nouissima inimica destruetur mors. Nunc nitimur vt liberemur ab ea, non vt destruamus, quia nouissima destruetur: Liberamur autem gratia Dei per Iesum Christum. Facilis autem modus est per concupiscentiã sapientiæ, per desiderium virtutis per feruentem conuersionem in Deum, per fortẽ auersionem a creaturis. Hoc pacto seruatur lex illa: *Quidquid morticinium est, ne vescamini ex eo.* Deut. 14. 21. Morticinium est animal mortuorum ex se, in quo est sanguis. Hoc est corpus mortuum propter peccatum, id est non liberarum de sanguinibus concupiscentiæ, sed sanguine mortuo concretũ. Hæc (inquam) est caro corrupta, in qua nõ est bonum, quia in illa est cruor, sanguis coagulatus, inseparabilis concupiscentia & pronitas ad malum. Ex morticinio vescitur, qui delectatur, qui vitam suam nutrit in desideriis carnis suæ in dilectione mundi, qui perficit desideria carnis. Cauet ab hoc cibo, qui abnegat sæcularia desideria; sed ardet concupiscentia sapientiæ. *Desiderium enim iustorum omne, bonum est.* Prou. 12. 25. Excitet in se igitur homo sanctam dilectionem, amorem Sapientiæ, studium virtutis, & ecce omnia facilia, iucunda, suauia.

10. Dilectio si vera est, quærit quem diligit, Sic sponsa: *Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea.* Cant. 3. 2. Sicut ergò sapientia inuenitur facilè ab his, qui diligunt illam: ita & facilè videtur ab his, qui quærunt illam. Quid tu vnquam fecisti ad quærendam sapientiam? ad assequendam iustitiam? ad virtutem consequendam? *Piger dicit: Leo est in via.* Prou. 16. 13. Laborem fingit in præcepto, suspicatur difficultatem, terrorem proponit & obiicit. Incipe & fac, mitte manum ad aratrum, aggredere studium virtutis, exi de domo, de thalamo, de cubili, vt inuenias Sapientiam, vt Exod. 37 7 virtutem colas. *Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit, assidentem enim illam foribus suis inuenriet.* Sap. 6. 15.

Esto, esset vanum surgere ante lucem. Tu de luce vigila, mane consurgens, diluculò vadens quærere illam, egrediens de domo, illam assidentem foribus tuis inuenies. Quantum terrena despicis, tantum cœlestia inspicis; quantum illa derelinquis, tantum ista consequeris. Non datur medium, nullum est interuallum. *Obliuiscere populum tuum, & domum Patris tui: Et concupiscet Rex decorem tuum.* Psal. 44. Relinque munus tuum, quod erat in obsequio vxoris, filiorum, diuitiarum mundi; & sapientia ostendet se tibi hilariter, & delectabitur in crassitudine anima tua: *præoccupat enim, qui se concupiscunt, vt se illis prior ostendat.* Isa. 55. Num laborauit Adam quærens locum deliciarum? num fatigatus ex itinere indiguit requie & cibo recreari? Tulit, tulit Dominus Deus hominem, & posuit in Paradiso voluptatis. Gen. 2. Psal. 76. Nullus labor, nullus dolor. Nunquid obliuiscetur misereri Deus? Iustè eiecit, quem inicerat misericorditer. Sed nunquid continebit in ira sua misericordias suas? Irasci, eiicere, flagellare, alienum est opus ab eo: illi proprium est misereri. O vtinam conuerteremur ad cor! ô vtinam dignos per pœnitentiam nos redderemus, quos miseret Sapientia! nam *ipsa dignos seipsa circuit quærens.* Sap. 6. 17. Nihil dimittit intactum, vt se nobis donet. Et in omni prouidentia occurrit illis: omnia mollitur Deus, vt nobis sua dona largitur. Quid est quòd debuit vltra facere, & non fecit? Nescit homo vias eius. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ait Apostolus, vt refert sanctus Lucas. Creditum erat illi Euangelium: Ministerium tamen suum honorificabat, ea etiam faciens, ad quæ non erat ex sua dispensatione legatus. Apostolus erat gentiũ: Verum & optabat anathema esse à Christo pro fratribus suis, pro iis videlicet qui erant ex circuncisione. Poterat ex Euangelio viuere, *Tamen mihi (inquit) & iis qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ.* O Paule! signum & argumentum Diuinæ proui-

Sap. 6. 17. prouidentiæ. In omni prouidentia occurret illis: cui timorem, timorem; cui amorem, amorem; cui minas, minas; cui promissa, promissa; cui virgam, virgam; cui spiritum lenitatis, spiritum lenitatis. Nouit Dominus figmentum nostrum, intuetur cor, pertingens vsq; ad interiora velaminis, scit omnia quæ sciunt homines, oculi eius lucidiores sunt sole. Scit omnia, quibus indigemus, quæ vtilia, quæ commodiora; & occurrit nobis in omni prouidentia. Heu ergò cur amantē despicimus? cur quærentem contemnimus? cur anhelantem illudimus? cur fugimus insequentem? Quæsitam cum dolore, inuentam cū labore portat ouem in humeros suos, gaudens; non vrget eam ante se; non virga cædit; non pede impellit; non obiurgatione confundit; non indignans proiicit intra gregem aut interficit, vt comedat, ne rursus erret; bonus pastor animam suam posuit pro ouibus suis, & factus est pastoratus eius super humerum eius. Tantum ergò bonum, quod tam facilè comparatur, nobis thesaurizemus, secundùm diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis, vt in æternum viuat anima nostra. Amen.

Psal. 44. Luc. 15. 4. Isa. 55. 2. Ioan. 10. 11. Gen. 2. 15. Ps. 76. 11. Eph. 1. 8. Ps. 76. 20.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Thesaurizatio ista nobis à Christo suadetur. Modus thesaurizandi assignatur. Additur ratio, quare hunc modum obseruare debeamus. In Morali, inuectio contra auaros, qui thesaurizare in Cœlis suadentur.

1 CVM hæc duo nobis data sint à conditionis nostræ principio, Lumen & Desiderium; lumen veri scilicet, & desiderium boni: Quibus duobus quasi pedibus viam vitę perambulemus; vtilius nihil nobis potest contingere, quam vt hæc nobis incorrupta sint atq; perfecta. Contra verò noxium nihil magis, quàm corrupta illa esse atque obliqua. Quod malū tum est maximum, quando errantes putamus virtute pollere atq; sapientiâ. Quapropter dicit Salomon: *Vidisti hominem sapientē sibi videri? magis illo spem habebit insipiens* Errans, qui se errare vel nouit vel timet ad minus, aut dubitat, nō prorsus lucis ac veritatis expers est. At qui errorē suū laudat veluti opus sapientis, hic desperata languet infirmitate. Nam si insipiens ita sit, vt non se sapientem arbitretur, iam spes est aliqua quòd ad lumen redeat. Error ille tum maximè perniciosus est, quando circa prima versatur & optima; & quæ meritò maximi à sapientibus fiunt. Paulus Apostolus scribens Corinthijs; *Scitis gratiā Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est cum esset diues, vt illius inopiâ vos diuites essetis:* Ostendit veras diuitias rebus omnibus præferri, quando Dominus Iesus ad hoc venit in mundum, vt suis nos ditaret diuitiis repleretq; thesauris, quod vt perficeret, se vacuum bonis omnibus huius mundi prorsus constituit, egenus factus cum esset diues. Sicut enim semetipsum exinaniuit veluti seipsum vacuans, non aliter se bonis suis omnibus expoliauit, vt cum omnibus bonis suis noster esset. Error itaque circa diuitias, quæ tanti sunt & fiunt, pessimus iuxta est & perniciosus. Quem vt à nobis excludat Christus Dominus, hodiè sic hortatur & iubet. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlis.*

Prou. 26. 12. 2. Cor. 8. 9.

Vbi tria facit. Primum est, quòd non modo thesaurizare non vetat, sed hortatur magis aut iubet. Secundum, est modus, secundū quem nos docet thesaurizare. Tertium, est ratio, quare eiusmodi sit a nobis obseruandus modus. Hortatio in illis verbis apparet: *Nolite thesaurizare Thesaurizate autem vobis thesauros.* Modus in illis: *In terra, in cœlis.* Ratio autem in illis *Vbi ærugo & tinea demolitur, & fures effodiunt & furātur.* Et, *vbi neq; ærugo neq; tinea demolitur, neq; fures effodiunt, nec furantur.* Quā rationem consequitur alia principalis. *Vbi est enim thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.*

Diuisio.

Quæ ratio addita, potest & ad thesaurum ipsum referri, & ad modum quo ille cogendus sit, sicut mox videbimus.

2 Circa primum, quòd thesaurizandum sit ex verbis Domini, inde trahitur, quòd *vbi est thesaurus, ibi est & cor.* Cor verò alicubi esse, est rem illam amare; vbi esse dicitur, amore tamen non vulgari sed admodum vehementi, qui quidem animum secum portet in rem amatam, & propterea totum hominem. Quæ res sic supremè amata, thesaurus meritò dicitur, quandoquidem in illa, maximum suũ homo bonũ constituit atq; in illa requiescit. Naturale verò est homini, summum bonum suum maximè diligere. In quo etiam a Diuina gratia summoperè adiuuatur. Si autem opera nostra sit necessaria, vt thesaurum istum congregemus bonumque istud maximum consequamur; nulli dubiũ, quod quemadmodum in nobis illius desiderium accendit tum natura tum gratia, modo eodem & a natura prouocamur & a gratia ad opus thesaurizandi. Et docet experientia quam quisq; naturali instinctu diuitiarum sit auidus, & quam vehementer incendat gratia ad diuitias gratiæ nobis comparandas.

Duas ex verbis Apostoli rationes ad hoc probandum haurimus. Altera est, quòd Christus diues est. Altera, quòd negotium magnum subiit, vt & nos diuites essemus.

2. Cor. 8. 9. De prima dixit: *Cum esset diues* De secunda: *Pro nobis factus est pauper, vt illius inopiâ nos diuites essemus.* Ratio profectò & euidens est & efficax, quæ ad thesaurizandum vrgeat, quòd Christus ipse, cui nos quantum possumus conuenit conformari, diues sit, locuples, bonis omnibus plenus: Et quòd ista sit eius perfectio singularissima. Perfectus enim est, cui nihil deest: nam vbi defectus est, ille perfectus nõ est. Sic itaq; diues est Christus, quòd in eo omnis boni ipsiusque diuinitatis plenitudo habitat excellenter. Quis ergò ad hanc diuitiarum abundantiam aspirare non studeat? Quis non plenus esse desideret, quando ab eo, cuius est perfectissima bonorum omnium plenitudo, deriuamus o-

Exod. 37. 7 mnes? Cherubim, super quos sedebat Deus, erant ex auro purissimo; vt intelligeres Deo nihil vltra posse perfectionis accedere. Si aurea sedes eius est, qui sedens & quietus fruitur omni bono, quod pet aurum inter metalla eminentissimum designatur: Nunquid, qui approximare Deo volunt, non illam summam plenitudinem ac perfectionem debent desiderare?

Arca propterea scabellum pedum erat 3
sedentis super Cherubim. Area locus est, vbi bonum aliquod recondendum est: hoc enim arcæ proprium est munus, vt sit locus vbi custodienda reponantur. Vnde Hebr. 9. 4. Exod. 37. 1. & in arca ista quædam sunt reposita, quæ erant in posterum conseruanda. Erat autem lignea; vt ea sciamus non esse per se perfecta, quæ Deo subduntur; non esse per se pretiosam creaturam, sed capere posse quod perfectum est atq; pretiosum; atque propterea fabricatam esse. Inaurata verò erat, vt intelligamus non vilem arcam esse, non ignobile lignum, ad quæuis recipienda atque custodienda destinatum, sed ad pretiosa quæq;, ad excellentia, ad sublimia atq; perfecta; ne pretiosior esset locus quam locatum. Pluris æstimatur Dominus domûs, quã domus ipsa; pluris Deus, quam domus Dei; pluris Sanctus Deus, quam Sanctuarium eius; pluris homo, quam mundus; pluris anima, quam corp⁹; pluris cœlestes ciues, quam cœli cœlorum. Hebr. 9. 4. Hinc & vrna, vbi erat manna absconditũ, aurea erat; nam aurum de terra est, manna de cœlo. Quicunq; ergò ad arcam pertinemus, quæ diuinos pedes veluti contingebat, ac Deo coniuncta erat, quantum in terra licet, quæ terra scabellum pedum Dei est, ad perfectionem feramur, plenitudinem exoptemus, & pro viribus nostris aspiremus ad summum bonum; vt Deo, qui solus est verè diues, non loco duntaxat sed reali similitudine appropinquemus.

Id autem (vt secundam rationem ex- 4
pendamus) à nobis Deus prætendit. Vasa constituit in quibus thesauros suos recon- 2. Cor. 4. 7
deret. *Habemus* (inquit Apostolus) *thesaurum istum in vasis fictilibus*; vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. Nos vasa sumus lutea, qui secundum spiritum luteas domos habitamus. Nunquid ex luto

thesau-

thesaurus conflatur? Sublimitas atq; ideò pretiositas huius thesauri, non ex nobis est sed ex virtute Dei; qui vt nos bonis suis impleret, finxit corda & corpora nostra, vasa nos fictilia fabricauit. Arcam locauit sub pedibus suis, non solidum quid ac in se plenum, vt lapidem, vt lignum, vt metallum, sed quid vacuum & ad recipiendũ capax. Sic docens nos esse vasa apta ad influxum bonorum, non ex nobis proficiscentium sed aliunde. Neq; hoc solum fecit, alioqui essemus vasa vacua: Sed replet quoque, si per nos non stet. Paret mulier vasa vacua non pauca, offerat illa filius, & oleo lætitiæ illa replebit diuina potentia atq; clementia. Non prius stat oleum desinens fluere, quam cessent vasa. Id quod eleganter Scriptura significauit dicens: Cumque plena fuissent vasa, dixit (nempè mulier ad filium suum) affer mihi adhuc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetitq; oleum. Ecce ad vasorum defectus, sistit oleum. Christus ergò, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis, vt similes ei simus, nos vult de plenitudine eius accipere Atq; ita vult, vt cum esset diues, pro nobis factꝰ sit pauper, vt illius inopia nos diuites essemus. Debent quidẽ parentes filiis thesaurizare: vt ait Apostolus; sed quis vnquam pater tanto negotio tantáq; abundantia filiis thesaurizauit, vt Christus? Cum esset diues, factus est pro nobis pauper, non rapinam arbitratus est facere, non furtum, non fraudem, non aliundè colligit thesaurum, quo nos ditauit, ex visceribus suis hausit illum, venalem habuit animam, vt de illius pretio ager emeretur in subuentionem peregrinorum: vberes fructus attulit ager iste; vnde collectus est thesaurus absconditus, quo thesauro abscondito in agro diuites facti sumus in ipso. De Achab impio illo Rege scriptum est: *Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini* An non multò verius dicere nos possumus. Igitur non fuit alter talis, sicut Christus, qui venundatus est, vt pateretur malum in conspectu Altissimi, & in conspectu filiorum hominum? Num plus potuit in Regeillo Peccatum, vt venundatus esset sub peccato, ferus peccati, ad obediendum peccato, quàm in Christo Charitas, vt sub illa venundatus esset, captiuus, ligatus, ad operiendum magnitudinem dolorum suorum, multitudinem peccatorum nostrorum?

De auaro scribit Sapiens: *Hic enim & animam suam venalem habet*: quoniam in vita sua proiecit intima sua. Sed quis tam auri cupidus vnquam fuit, quàm Christus salutis nostræ? Auarus & corpus impendit & animam pro pecunia, se laboribus exponens, periculis, incommodis, vt perindè se habeat, ac si animam iam efflaret, viscera proiiceret; vt verè fecit Iudas, omnium auarorum princeps, qui crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius. At Christus num verè non dedit semetipsum pro nobis? Non dedit dilectam animam suam in manus inimicorum suorum? Non dedit de carnibus suis, quin totam carnem suam & totum sanguinem suum, vt ex illis saturarentur, qui famem patiebantur vt canes? de quibus in Psalmo ipse conqueritur: *Circundederunt me canes multi.* Etiam in vita sua non proiecit intima sua, propter nimiã charitatem suam, quâ nos dilexit, quam ostendit nobis, quasi esset in manibus eius, & diceret ipse: *Anima mea in manibus meis. Videte manus meas; palpate & videte: Attendite, & videte dolorem meum, amorem meum, zelum meum, qui comedit me, amulationem pro vobis, desiderium flexum, misericordia viscera, & intimum diligentis cordis affectum?* *Ecce in manibus meis descripsi hæc: ex his quæ feci intelligite, qua sit abundantia cordis mei* Et quando inclinato capite emisit spiritum, nunquid non in vita sua proiecit intima sua? Viuens, viuẽs adhuc tota anima existente in illo, factus obediens, inclinato capite in manus Patris commendauit animam suam; & reuersus est spiritus ad Deum, qui fecit illum. Sic se totum tradidit, sic se bonis omnibus, quãtum licuit, expoliauit, sic se exinaniuit, factus pauper, & mendicus, & inops, vt illius inopiâ nos diuites essemus.

O desiderium pauperum! vide desiderium Christi, quanto concupiuit affectu, vt diuites essemus, quando pro nobis factꝰ

Exhortatio.

ſt pau er; vt eſſent plena horrea noſtra; vt haberemus multa bona repoſita in annos pluri s: vt iunquam deficeremus omni bono. Quid puſilli animo eſtis miſera ſorte ac paupere vita contenti, in terra quieſ-
Num. 13 31 centes, quæ deuorat habitatores ſuos? A-
1 Ti. 6. 20. ſcendamus ad terram lacte & melle manã-tem, vbi auri eſt plurimũ, vbi fruamur bonis, quæ ſunt & quæ ventura ſunt. Nõ ſint filij huius ſæculi ſibis lucis prudentiores, auidiores, ſolicitiores. Non ſit cupiditas, quæ radix omnium malorum eſt, cupiditate ardentior, quæ bonorũ omnium mater eſt. Deſinite eſſe auari theſauri falſi, vt
Prou. 28. 8. verum theſaurum congregetis. *Nam qui coaceruat diuitias vſuris & fœnore liberali: in pauperes congregat eas.* Nõ manſuræ ſunt diuitiæ malè partæ. Non tibi congreges illas, quia ad manus tandem deuenient hominis liberalis, qui diſperget & dabit pauperibus. Natura enim diuitiarum conditio fluentis eſt aquæ, quę locũ mutat continuè. Ergò veras diuitias atque permanentes amemus & congregemus, vt mox inſtruemur.

SECVNDA PARS.

16 MODVS colligendi theſaurum, qui multa complectitur, in colligenda re illa totus reſtringitur, quæ pro theſauro nobis congregando proponitur. Quæres, vbi & quæ ſit, hac vna proprietate ſua manifeſtatur, quæ proprietas in primis a theſaurizante ſpectatur. Quod ita declaramus. Intentio theſaurizantis, præſens non reſpicit ſed futurum, cogitans videlicet de craſtino, & in multos proſpiciens annos, vt omnibus diebus vitæ ſuæ utque filiorum vel nepotum quoque, quæ neceſſaria ſunt, quæ commoda, quæ vtilia, ſemper ſuppeditentur. Ac propterea in theſaurizando hæc duo maximè attenduntur, videlicet vt ſufficientes abundantèſque diuitiæ vna cogantur; & loco ſecuro conſeruentur: Vtrumque ad ſufficientem pro futuro tempore prouiſionem videntur requiri. Ergò præcipua quę in theſauro deſideratur proprietas eſt, vt duret in longum tempus, ne tempore neceſſitatis deficiat quæ proprietas ſi deſit, fruſtra theſaurizatur. Hanc conſiderauit Chriſtus, & theſaurizare vetans, & theſaurizare præcipiens: vetans, ſi fiat ſine hac proprietate; iubens, ſi cum illa fiat. Nam propriè theſaurizare, non eſt corruptibilia & defectibilia congregare, quæ in neceſſitatibus hiſque veris & maximis non præſtò ſint: ſed permanentia iuuantia ſemper, & in omni opportunitate ſubuenientia colligere. Hoc eſt verè theſaurizare, quod ideò Chriſtus iubet, vetans oppoſitum.

Quia verò locus maximè obſeruatur in condendis theſauris, qui plurimum debet eſſe occultus, vt ſit tutus; adeò vt loca occulta theſauri dicantur, ſicut in Pſalmo. *Pſ.* 134. 7.
Qui educit ventos de theſauris ſuis. Propterea a locorum cõditione Dominus verum falſumque theſaurum deſignauit, id eſt indeficientem & deficientem, dicens. *Nolite theſaurizare in terra. Theſaurizate autem in cœlo.* Quibus in locis ipſa indeficientia vel adeſt vel abeſt. Adeſt *in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur* Neque propterea ſolũ ſpecialis deſignatur locus, vbi ſit theſaurus reponendus, verum etiam vnde ſumendus. Terra quippè, eò quòd corruptibilis ſit, nihil poteſt incorruptibile vel ſeruare vel dare: & ideò theſaurus tum illi commendatus tum ab ea cõcreditus, corruptibilis ſit neceſſe eſt. At è contra cœlum eò quòd incorruptibile ſit, corruptionem non admittit intra ſe, vt quę illis ſunt ab eo ſiue data ſiue accepta, prorſus corrumpi non poſſint aut vlla ratione deficere. Manna am plures dies ſeruata in domib. *Exo.* 16. 20
Hebræorum, vermibus ſcaturiebat; locata in arca Domini, erat incorruptibilis. Sic habetur ratio, quamobrem modus iſte theſaurizandi oſtenſus ſit, nempe *in Cælo*, non autem *in terra*. Quæ ratio efficax valde eſt, reiquę in qua modus iſte ſeruandus eſt impenſe appoſita. Et enim in principio *Gen.* 1. 1.
creans Deus cœlum & terram, ſcire nos voluit, creata omnia tempore ſiue ſucceſſione menſurari, vt quanta in hac dimenſione ſint, fiat ex hac menſura manifeſtum; ſecundum quam eorum quantitatem æſtimantur vel minoris vel pluris.

Propte-

Gen.1. Propterea in principio temporis, quod primos sex dies continet, creauit omnia, vt sic ea tempore ostenderet mensurari; vt sicut corruptibilia esse omnia, quæ ante tempus non erant; ita pretiosiora viderentur, quæ diutius in esse perfecto permanerent. Vnde vt magni æstimetur sapientia, dicitur, quòd longitudo dierum in dextera eius est: vt, quam vilis sit vita præsens, dignoscatur, vapor esse dicitur ad modicum patens. Ergò quæ duos dies manet, duplum plus valet, quam si vno tantum die permaneret; cuius valor semper crescit, quantum sua duratio crescit. Ergò quæ sine fine manet, in infinitum illa excedit, quæ finiunt aliquando. Hoc quotidiè docet humanus conuictus, vbi maius exigitur rei locatæ pretium, quo ad productius tempus fuerit locata; temporis enim non parua consideratio est atque æstimatio. Ex quo apparet, sicut prudentia in cœlo thesaurizantium, non secus in terra thesaurizantium imprudentia. Hac ratione populus ad obseruandam legem excitabatur, Deut.4.26 dicente Moyse. *Testes inuoco hodiè cœlum & terram, citò perituros vos esse de terra, quam transito Iordane possessuri estis; nõ habitabitis in ea longo tempore.* Vnde & propter eorum perfidiam, vbi post tres menses ab exitu de Ægypto, in promissionis terram ingressuri erant, dilata est commoratio in deserto in annos quadraginta, ita vt & commoda citius perderent, & incommoda diutius sustinerent. Et quid vltra dicendum est, quando impiis deputatur supplicium æternum, iustis autem vita æterna? Magna itaque ratio modi huius thesaurizandi nobis proponitur à Domino ostendẽte, vel longam atque adeò æternam veri thesauri durationem, & è contrario falsi breuissimam extensionem atque adeò nullam.

7 Quis sapiens & custodiet hæc? At quo- Psal.106.43 tusquisque est inter fideles, qui non stu- Iac.6.13. deat auaritiæ? Qui omnem solicitudinem non inferat in fallacibus diuitiis congregandis? In his coaceruandis, quæ vix acquisita perduntur? Temporalia ista diu non valent consistere. Si malè diuitias parias, in pœnam tuæ iniquitatis tibi subtrahuntur; & bene partæ fuerint, non eas, qui bene acquisiuit aut possidet, sibi retinebit auarè. Nunquid non audistis? Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Si iniustus, eas Pro.28.8. perdit inuitus; si iustus, eas volens dispargit. Qui auarè congregat, qui retinet auarè, qui in illis acquiescit, in ipsis ponens cor suum, iste eatenus iniustus est, eatenus derelinquit eas & inuitus. & irascens. Certa est sententia illa: *Diuitias, quas de- Iob.20.15.* *uorauit, euomet* An diues qui epulabatur Luc.16.19. quotidie splendidè, aliquid secum tulit vel gutram aquæ, qua cruciatus in flammis refrigerarentur? Nedum de cibo eius aliquid non remansit ad refocillandum pauperem ac mendicum; sed neque illi dabatur de micis, quæ cadebant de mensa domus illius. Quid ergò? Ecce Sopharami- Iob.20.21. eus Iob: *Non remansit de cibo eius Et propterea nihil permanebit de bonis eius.* Commu Iob 1.21. nis est omnibus auaris ista sententia, propterea quòd quilibet nudus egressus est de vtero matris suæ, & illuc nudus pariter reuertetur: quò reuersus auarus, nihil inueniet in manibus suis; nihil in manibus pauperum, qui nihil ab eo dum viuerent acceperunt; nihil in manibus Dei ad retribuen- Mat 25.45 dum sibi; quoniam quamdiu pauperibus non fecit, sed nec Christo fecit Creatori suo. Attamen quam sæpè transeunt diuitiæ ex hoc in hoc? quanta mutatio in Vniuerso? Quid labilius atque fugacius bonis his temporalibus? Aquæ fluminum quò affluunt magis, magis fluunt: velocius transit fluuius, quò plus in aquas plurimas abundauit.

In Iordane quæ à Deo recedebant Aream Ios.3.16. relinquentes, illæ aquæ in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt quocunque deficerent: superiores verò, quæ ad Aream accedebant, descenderunt in locum vnum, & ad instar montis intumescentes apparuerunt procul. Sic est profectò: Diuitiæ, quæ Deo non offeruntur; quæ ventri deseruiunt; quæ in vanitates & iniquitates expenduntur; quæ in perditionem absconduntur; istæ descendunt in mare mortuum. Ibique submerguntur, vt non appareant vltra; euanescunt, ad ni-

ad nihilum redigũtur, ad mortem proficiunt & vltionem. *Iac. 5.3.* *Thesaurizastis enim* (inquit Iacobus) *vobis iram in nouissimis diebus.* Interim tamen alueus siccatur, diuitiæ putrefiunt, & animam esurientem derelinquunt. At quę Dei Arcę appropinquant, vt ex his nihil fiat aliud quam volũtas Dei, istæ subsistunt in loco vno, non sic præterfluunt ab hoc ad illum locum, augescunt, eleuantur vt appareant.

8 Sed stultitia hominum eos vrget, vt non propterea cessent à diuitiis coaceruandis, quòd sæpè illos derelinquant; quin magis hinc argumẽtum sumunt illas auidiùs exquirendi, quò plus diuitiæ fugiunt, eas magis ac magis cupidi persequuntur, sic iterantes atq; continuantes stultitias suas; in quos benè quadrat Prouerbium illud: *Pro.26.11.* *Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suũ: sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.* Stultè egisti, quòd vt ditareris laborasti: iam experimento didicisti, quam stultè egeris confidens in nihilo, in vanitate, in iniquitate, neque propter hoc stultitiam dereliquisti, sed ad eum vt canis ad vomitum suum accedis iterum. Dictum est ex *Iob.20.15.* libro Iob! *Diuitias, quas deuorauit, euomet.* Si ad eas postquam illas euomuit, iterum cupidè rapitur homo, non est æque ac canis reuertens ad vomitum suum. O rem horroris & abominationis plenam, quam tamen frequentant filij huius sæculi, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. *Rom.1.22.* Sapientes ergò monet Christus: *Nolite thesaurizare vobis in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.* Quod est dicere, vt ait Sapiens. *Ec.5.10.* *Noli anxius esse in diuitiis iniustis: Non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ:* Id est, ne animum adiicias ad diuitias, acquirendas, quæ veræ sunt mammonæ iniquitatis, thesauri impietatis propter iniquitatem ex qua oriuntur; & quæ oritur ab illis, eadem que plurimum comitatur. Cur verò anxietatem hanc pellere debeamus, docet inquiens: *Ec.5.20.* *Non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ.* Obductio hic ex Græco intelligitur omne malum, cui infertur. Fortè quia nebulæ instar mentem obnubilat. Non ergò diuitiæ in die mala liberabunt, non quandò malum quodcunque tibi contigerit, ex illo eripient. Quoniam non stant, sed fugiunt & derelinquunt.

Thesaurizemus itaque in cœlis, faciamus nobis thesaurum non deficientem in cœlis, quò fur no appropiat, neque tinea corrumpit. Bona permanentia congregemus. Sicut enim peccatores thesaurizant sibi iram; Itaque gratiam & gloriam dabit Dominus iis, qui cœlestia meditantur, quorum iustitia manet in sęculum sæculi: Qui sibi Sacerdotium rapere atque vsurpare voluerunt, ne ab eo solummodò repulsi sunt, verùm etiam miserè perierunt. Qui verò à Deo assumptus est Aaron, in illo confirmatus est, vt esset illi & semini eius Sacerdotij dignitas in æternum. Diuitias mundi, quas communes fecit Deus, ne velis vsurpare, ne tu paritet pereas. Ad illas aspira, ad quas te vocat Dominus; ad virtutes, ad sanctitatem, ad merita, ad diuitias gratiæ eius, quibus fit homo diues in fide, in virtute, in omni verbo, & omni scientia; vt ait Apostolus.

Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est cor tuum. Nihil à nobis potest excellentius proficisci, quam amor; hic tantus est tantæque virtutis, vt dicere debeamus: *Amor meus, pondus meum Eò feror, quocunque feror* Ponderi assimulatur amor, quod rem grauem portat ad ima atque trahit. Amor pondus est, non ad ima deferens modo, sed quaqua versum; imò ad sublimia potius nos eleuat. Ergò vbi amor est, ibi homo est. Et quis est, qui velit in luto magis esse, quam in luce? domos luteas habitare, quam domum non manufactam & æternam in cœlis? Veteres etiam sancti, dicebant morituri, se descendere ad inferos: At sancti nostri vident cœlum apertum: audiunt: *Mecum eris in paradiso.* Rationem taceo, quòd verè ad inferiora loca descenderent nondum apertis cœlis: Hoc nunc dico: Illis promittebantur temporalia, nobis æterna. Temporalia sunt inferiores partes terrę, vel tota ipsa terra cęteris creatis omnibus inferior. Cœlum autem sursum, vbi est promissio Dei, vbi est sanctorum etiam nunc cõuersatio. Si thesaurum

postrum

noſtrum terrena computamus, deſcendimus ad inferos; ſi cœleſtia, & quæ ſurſum ſunt quærimus, iam amor noſter nos erigit ad ſublimia, facit nos non iam hoſpites & aduenas, ſed ciues ſanctorum & domeſticos Dei; vt ſimus in domo Dei, ſtantes in conſpectu eius. Num oculos quiſque libenter ad fæculenta conuertit atque fætentia? & cor tu, & mentem, & oculum quo Deus videri poteſt, & vilia iſta deflectes, ad turpia, ad horribilia? & tenebras amabis magis, quàm lucem? Theſaurizemus itaque in cœlis, vt ibi exiſtente corde noſtro, ex quo vita procedit, viuamus in æternum. Amen.

MORALE.

9 REs iſta tam per ſe clara atque euidens eſt, vt de illa ſuperuacanea videatur eſſe monitio aut hortatio. Sed ô vtinam etiam monitionē audirent homines, hortationi obtemperarent. Docet Salomon:
Prou.26.10 *Iudicium determinat cauſas, & quod imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.* Dum cauſa agitatur, manet quæſtio, quæ pars rationi adhæreat atque iuſtitiæ; lata ſententia & per eam iam cognita veritate dubium ſoluitur, quæſtio quieſcit. Ità iudicium partibus altercantibus ſilentium imponens quietem creat, quo modo, & qui ſtulto interdicit ne loquatur, iras mitigat, quæ ex hominum altercatione ſuſcitantur & accenduntur: qui non ratione ducti, ſed ignorantia & libidine mentum excæcantibus mouentur, agitantur & exardeſcunt. O vtinam iudicium cauſas terminaret. O vtinam ſilentium iras mitigaret, ô vtinam ratio vanitates excluderet, iniquitates exterminaret. Iam lata ſententia eſt; iam factum Iudicium. Quòd non ſit in terra theſaurizandum ſed in cœlo, alioqui fruſtrà laboratur in theſaurizando. Quid ſtulti faciunt, quid loquuntur? manibus loquuntur, operibus clamant, ſceleribus vocem ſuam vſque ad cœlorum exaltant ſublimia. An non clamor Sodomorum, qui ad Deum aſcendit, erat eorum ſumma ſcelerum? cumulus facinorum? nefandorum peccatorum plenitudo? Ecce vox Domini ad Abraham: *Clamor Sodomorum & Gomorrha multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis.* Gen 18.20 Deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint. Vides per clamorem & peccatum idem intelligi? clamor multiplicatur, peccatum aggrauatur. Hoc vt ſciret Deus & videret, num audiuit quemquam loquentem? an non potius eorum ſcelera, quaſi in Angelis Deum repræſentantibus expertus eſt? Vtrum (inquit) opere compleuerint clamorem. Quapropter ſilentium ſtulto imponere, eſt illum compeſcere ne inique agat. Qui clamor magis multiplicatus? Quod opus atque peccatū magis commune, quam illud, de quo Salomon ait. *Pecunia obediunt omnia?* hic eſt Ec.10.19. clamor; hæc eſt vox; hoc tonitru potius quam ſonus, quòd omnes auaritiæ ſtudent, argentum theſaurizant & aurum, in quo cōfidunt homines. En diuina Sapiētia. cuius thronus eſt in columna nubis, vt ſedens ſuper thronū iudicij ſui iudicet omnē terram & omnes habitantes in ea, & ſilentium imponat ſtultorum numero qui infinitus eſt, ferens ſententiam & dicens. *Nolite theſaurizare vobis in terra; Cauete ab omni auaritia.* Sed heù Deus iſte iudicij deſcendit aliquando, vt videret, ſi clamor iſte completus eſſet, ſi verum eſſet, quòd à maiori vſque ad minorem omnes auaritię ſtudent, ſi à Sacerdote vſq; ad Prophetam cuncti faciunt dolum. Et quid euenit illi? Angelos appetierunt Sodomitæ à maiore vſque ad minorem; ſic enim ſcriptum eſt: *Viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul, vocauerunt que Loth, & dixerunt ei: Vbi ſunt viri, qui introierūt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoſcamus eos* Gen.19.4. Hoc conati ſunt, ſed percuſſi cœcitate in vanum laboraueruntneque aditum ad nefanda atque ſacrilega eorum facinora inuenerunt. Heu Domine, Sapiētia Dei Patris, Iudex ab eo omniū conſtitutus, non ſatis audiſti clamorem hunc multiplicatum & aggrauatum nimis peccatum auaritiæ? Num & deſcendere vis vt videas, ſi clamorem hunc opere compleuerint?

Vidiſti, ſenſiſti, experientia didiciſti. En 10

opus auaritiæ. Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Et dolus sanctus à
Mat.26.15 Sacerdote vsq; ad Propheram: ab Episcopo, cuius postea Episcopatum alter acce-
Mat.26.50 pit, à Iuda, à Principibus Sacerdotum vsq; ad Scribas & legis Doctores. Percussi quidem sunt cæcitate, sed tamen manus inie-
Ioan 18.13. cerunt in Iesum, ligauerunt eum, duxerunt, traxerunt, ac morti adiudicauerunt ac tradiderũt. Angeli erant illi in Sodomis. Homo tu es in Ierosolymis. Spiritus carnem & ossa non habent, quibus teneri possent, sicut eum videmus habere, qui propterea funib. ligatus est clauis crucifixus. Quid putamus, quòd vox Domini ad hos Princeps & ad hunc populum Iudæorum
Isa.1.10 facta est per Isaiam ad hunc modum? *Audite Principes Sodomorum & percipite auri-*
Ezech.16. *bus populus Gomorrhæ?* Quia iustificata est ab eis Sodoma, quia si appenderentur in statera iniquitates Sodomorum & Ierosolymorum, quasi arena maris hæc grauior
Deu.31.32 appareret. Dicat Moyses in cantico: De vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ; Propter aliquam similitudinem iniquitatum & cupiditatum. Certum est tamen, quòd horum iniquitas
Mat.11.24. maior est illa. Et propterea terræ Sodomorum in die iudicij remissius erit quam illi ciuitati, in qua Dominus eorum crucifixus est. Videtis nunc factum iudicium? latam sententiam? determinatam causam? sed adhuc tamen stulto nõ est impositum silentium, clamor adhuc auarorum ascendit in aures Domini Sabaoth, intentis hominicus ad congregandum sibi auaritiam malam, quæ nihil illis proderit, quia verus est
Psal.75.6. cantus ille. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Abundaetes paupertate, diuites in felle amaritudinis, onerati peccatis, & thesauro pleni indignationis Altissimi.

Eia ergò clamor iste quemadmodum ascendit in aures Domini Sabaoth, ità quoque repleat auditum nostrum, vt di-
Luc.16.1. scamus à Villico iniquitatis. Cur hæc communis omnium pronitas ad thesaurizandum, nostrum quoque cor non inclinat? Cur flamma totum incendens Orbem, interiora quoque nostra non inflammat? Si filiis huius sæculi adsunt sæcularia desideria, quare filios lucis non ãdurunt desideria lucis? veritatis cupido? amores veri thesauri, qui nunquam deficet? Desiderium impiorum quid est? vanitas, mendacium, honor, potestas, atque iubilatio, bonum huc & bonum illuc, ferax fundus, Domus regia, pecunia copiosa, splendidum conuiuium, gloria magnificentiæ. At *Pro.11.4* verò *desiderium iustorum omne bonum est.* Non hoc aut illud bonum, omne bonum est. Infinitus thesaurus, innumerabilis honestas; desiderium, quod complebitur. Quoniam desiderium suum iustis dabi- *Pro.10.24* tur. Heu quare non huiusmodi est desiderium nostrum? Voluit Deus in templo illo suo materiali thesauros reponi materiales. Sic enim scriptum est: *Perfecit omne o-* *3.Reg.7.51* *pus, quod faciebat Salomon in domo Domini, & intulit, qua sanctificauerat Dauid pater suus: argentum, & aurum & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini. An non* *Act.4.32* *Ecclesia Christi domus Domini est & templum Spiritus Sancti?* An non magna gloria domus istius nouissimæ, plus quàm primæ? Ergò non in illa quoque erunt thesauri pretiosiores? abundantiores? securiores? gloriosiores? Domus spiritualis, spirituales continet thesauros, diuitias gratiæ, charismata meliora, abũdantiam charitatis, pacis multitudinem, plenitudinem veritatis, omniumquè donorum atque bonorum complementum. Moyses de Za- *Deu.33.18* bulõn & Issachar sic prophetauit: *Lætare Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris, quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.* Per terram Zabulon, vbi Christus Euangelium prædicauit, scimus ex Isaia & Euangelista intelligi gen- *Isa.9.1.* tes, quæ fidem receperunt. Per Principes Zabulon & Nephtalim, scimus Apostolos *Mat.4.15* designari, qui ex terra illa orti sunt. An- *Ps.67.28* nunciatur ergo à Moyse abundantia diuitiarum Ecclesiæ Dei per Euangelium. Vocauerunt Apostoli gentes ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, vbi innundationem maris sugent quasi lac. O dulcedo verbi Dei. O lac sublingua Christi &

Apostolo-

Apostolorum eius. O mel afficiens corda credentium. Abundantia hæc est internæ consolationis, qua fruuntur qui delectantur in Domino. Hæc eadem thesaurus noster est infinitus, & thesaurus (inquit) absconditus arenarum. Magna est velut mare consolatio nostra; abundant thesauri nostri, sicut arena maris; simul implentes, & lætificantes: non sicut terreni onerantes & molestantes. Sed hi nostri absconditi sunt ab oculis insipientium. Et thesauros (inquit) absconditos arenarum. Sed nunquid non aperientur aliquando oculi nostri, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis? magna videlicet & pretiosa dono. 1.Cor.2.12. O thesaurus absconditus, repositus in domo Domini!

11 Nomine Sapientiæ nuncupantur à Sapiente thesauri isti: propterea quòd simul Ec.41.17. vtrumque coniunxit dicens: *Thesaurus inuisus, & Sapientia abscondita.* Tantus est thesaurus iste Sapientiæ, vt omnia quæ desiderantur, huic non valeant comparari. Heu saltem diligentia illa & labor huic adhiberetur, quem subeunt homines pro pecunia materiali & thesauro corruptibili! Pro.2.4. *Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies.* Rom.6.19. Maius quid meritò flagitaretur, sed humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut exhibetis diligentiam vestram ad quærendum pecuniam, ità eandem saltem exhibete sedulitatem ad quærendum gratiam. Sicut laboratis in effodiēdis thesauris latentibus in viscēribus terræ; Idem, idem quæso labor impendatur, vt abun- Psal.28.4. dantiam gratiæ accipiatis. Heu vox Domini; *Veni in virtute, veni in magnificentia, vt confringas Cedros Libani, vt concutias desertum, vt moueantur vestigia hominum, & exeant de deserto Libani, de monte pingui rerum temporalium, vt veniant in domum Domini, vbi videant voluptatem Domini, & deliciis affluant atque diuitiis, qua eorum replentes thesauros in loco pascuæ collocent eos;* vbi nihil illis desit in vlla gratia, sed sempiterna fruantur gloria. Amen.

FERIA V. DOMINICÆ DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. *Matt.6.22.*

ARGVMENTVM.

Cur intentio nostra in operibus à Christo appelletur oculus. Effectus intentionis istius est illuminare. Praui effectus nimiæ sollicitudinis & auaritiæ fiunt manifesti.

MAGNA ratio, quamobrem 1
Christo credere debeamus, illiusque Sapientiæ nostras cogitationes nostrasque operationes accommodare, vna est hæc, quæ momenti est maximi, quam ipsemet innuebat, dicens de Patre suo: *Ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.* Ioan.8.26. Ibidem. Si enim, qui misit illum, verax est, vt Filius ipse missus testabatur; verax oportet sit Filius, qui nō alia, quam quæ audiuit ab eo, loquitur in mūdo. Magna quidem, & quæ multum certitudinis habet, est experientia, sed quid illa ad infinitam Sapiētiam, quam non acquisiuit Christus, sed cum essentia, quæ eadem est Sapientia, accepit in æterna sua generatione? Quod enī dicit: *Sicut docuit me Pater, sic loquor,* idem Ioan.8.26. est ac sic diceret: Quæ loquor, sunt verba Sapientiæ, quam mihi me generando contulit Pater. Verùm vt maiorem illi fidem præbeamus feruentioriq; affectu illius excipiamus doctrinam, etiam ad experientiam nos mittit. Sciebat à Sapiente dictum esse: *Qui nō est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: Et qui multa didicit, enarrabit intellectū.* Ec.34.9. Tentatū vocat expertū, qui multa per experientiā doctus, potest ea cæteris exponere decēter atq; veraciter. Ideò & ipse quasi expertus dicit. *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus*

tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit Quod idē volens facere de solicitudine temporalium, quam à mentibus nostris satagit amouere, ad eandem nos mittit experientiam dicens: *Nemo potest duobus Dominis seruire. Respicite volatilia cœli.* Doctrina tam vtilis tantàque authoritate firmata, à nobis hodie apertis est brachiis amplectenda: Quod vos rogo.

2 In superioribus agens de recta intentione habenda in operibus, illam potissimum obliquitatem ab illa conatus est arcere, qua operantes fauores expetūt humanos, idque explicauit in operatrium virtutum, videlicet Eleemosynæ, Orationis & Ieiunij. Addiditque rationem mercedis, quam perdunt, qui homines respiciunt; recipiūt, qui Deum. Quæ ratio, vt fortius imprimeretur, regulā subdidit generalē de thesaurizando non in terra sed in cœlis, quòd in terra perdatur thesaurus, in cœlis asseruetur. Modò generalius loquitur de intentione, quomodocunque recta siue obliqua. Vbi primò, ipsam intentionem oculum vocat. Secundò inde trahit effectum illius tum rectæ tum obliquæ, qui est illuminare siue obscurare. Tertiò innuit aliū quendam effectum, qui est seruitus, cui intentio addicit hominem operantem. Ibi. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Circa primum, cur intentionem vocet oculum, satis est apertū. Quod enim maximè spectamus operantes, illud idem est, quod intendimus: Vnde & spectare, intendere dicimus, & sermone vulgari, dum exprimere volumus intentionem, dicimus habere oculum. Et ad id oculum habere dicimus, quod principaliter spectamus, videlicet quod potissimum intendimus. Rem (inquàm) illam, quæ menti nostræ in primis obiicitur. Arans & colēs terrā quid spectat? id quod expectat, id quod in primis cupit quærit, intendit. *Arat autem* (inquit Apostolus) *in spe fructus percipiēdi.* Ad fructum igitur habet oculum, & aciem mentis in illum tendit, atque ita illum intendit. Vnde etiam apud Sapiētes sæculi, intentiones dicuntur species illæ, quibus oculus dirigitur in obiectum: quia in ipsum per illas tendit. Sapienter igitur Dominus per oculum intelligit intentionem. Oculum autem simplicem vocat illum, qui purus est, cui nihil extraneum mistum est. Vnde alibi notabat habentes in eo siue trabem siue festucam, quod siue multum siue parum sit in oculo præter oculum impedit officium eius, quod est videre. Et tunc oculus non est simplex, sed nequam id est malus: malus (inquàm) priuatus bono sibi congruente, quod est puritas, simplicitas, impermixtio.

Diuisio.

1. *Cor.* 9. 10

Ex hac appellatione oculi & distinctione simplicis & nequam, consonanter depromit distinctionem intētionis rectæ vel obliquæ; simplicem quippè rectam vocat, quæ autem obliqua est nequam appellat. Simplex enim recta est quasi linea recta, quæ nihil nisi rectum habet, tota à principio ad finem vniformis, nihil prorsus habens permixtionis, ac proinde inter duo puncta vna tantum est recta, obliquæ autem possunt esse infinitæ, propter varias compositiones partium diuersarum, quæ deformes sunt. Quæ autem maximè recedit à simplicitate, illa est, quæ obliquè reflectitur super idem punctum vnde exorta est, & procedendo recedit; nam hæc ex veluti contrariis partibus mista est. Vna enim parte recedit à puncto, altera reuertitur ad eundem, accedēs vnde recedit. Rectè igitur recta simplex dicitur, obliqua verò nequam.

Hinc mox apparet illarum effectus primus. Nam sicut oculus simplex totū corpus illuminat, nequam verò totum corpus efficit tenebrosum, haud secus operantur intentiones, siue bonæ siue malæ in toto corpore operationis suæ, rectè directę siue oblique atq; obtortè tendentes in illud q̄ spectatur. Totum quippe corpus animalis per solum oculum videt, & totum solus oculus perspicit ac prospicit. Ex quo sequitur, quòd *si oculus fuerit simplex* ac purus, adeò quòd benè videat, huius lucis particeps sit atque consors totū corpus omnesq; illius partes. Si verò *oculus nequam fuerit*, vt ex mixtione impediatur ne videat, tunc pars quælibet corporis & omnes simul lucis penitus sunt exortes & expertes: Atque adeò totum corpus sit tenebrosum.

Corpus

Corpus intellige actionem quam operaris, vt Ieiunium, Orationem, Eleemosynam. Si recta intentione horum vel similium quidquã feceris, totum rectum erit, totum bonum: quia cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est. Si distortum habeas oculum, si non rectam intentionem, si aliò destinas opus quàm præscribat lex, totum opus obliquum est, totum malum; quia cuius finis malus est, ipsum quoq; malum est. Ecce quantum valet intentio operantis! Quanta est illius efficacitas super opus, vt bona bonum perfi- 1.Cor.13.7 ciat, mala malum. Ideò Paulus tam magnifacit, vt dicat: *Oramus Deum, vt nihil malefaciatis: nõ vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis: nos autẽ vt reprobi simus.* Cupit fideles à malo abstinere. Absq; dubio si id fecerint, inde erit Apostolus commendatus, qui filios sic bonos genuerit, sic sapientes, sic eruditos. Nam gloria patris est filius sapiens. Sed gloriam hanc suam nõ spectabat Apostolus; nam quòd in se erat, potius ab hominibus reprobari exoptbat, vt reprobus videlicet reputari; sed fidelium intendebat vtilitatẽ. Rectæ intentiõnis virtute Moyses furentem Deum placauit, qui totum populum illum peruicacem de terra tollere meditabatur. *Ne quæso* (orat Moyses) *dicant Ægyptij; callide eduxit eos, vt deleret* Exod. 32. 12. Deut 9.28. *in montibus. Non poterat Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus est eis, & oderat eos. Idcirco eduxit; vt interficeret eos in solitudine.* Diuinum allegauit honorem, quem spectabat oculo simplici, recta intentione, proinde tantum valuit oratio iusti, vt tantam gentem à tanta strage vnica eximeret oratione. O si opera nostra talem haberent oculum simplicem, quàm lucida essent, quàm splendentia, quàm vigoris ac potestatis plena! Pessima è contra est & obliqua intentio, quæ totum corpus tenebrosum facit, quæ etiam domum Dei facit speluncam latronum, vt eius prauitate etiam oratio fiat in peccato, vt incensum & sacrificium sit abominatio ante Deum, vt per seruos Dei nomen eius blasphemetur inter gentes. Hac pater mendacij ausus est etiam Deum ipsum notare, qui ideò prohibuerit primos homines, edere de ligno illo, ne fierent illi similes: *Scit enim Deus, quòd in quocunq; die comederitis, eritis sicut dij, scientes bonum, & malum*; pessima ipse Satan actus intentione, vt morti addiceret patrem & matrem omnium viuentium. Quod & fecit primus & pessimus homicida. Gen.3.5.

Effectum autem istum intentionis penitus cõsiderantes attendimus, quòd meritò Dominus *lucidum* nuncupat bonum opus, malum autem *tenebrosum*, vt stet in metaphora: sed maximè *quoniam Deus* 1.Ioh.1.5. *lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ*, ac proinde omnia quæ Dei sunt, luci comparata sunt: tenebris verò, quæ Deo aduersantur. Sic Filius Dei dicebat de se: *Ego* Ioh. 8.12. *sum lux mundi*: de Apostolis: *Vos estis lux mundi*: de eorum operibus: *Sic luceat* Matt.5.14. *lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Contra verò quæ Deo displicent, nomine tenebrarum significari solent. Hinc de dæmonijs: *Rectores mundi* Eph. 6.12. *tenebrarum harum. Hæc est hora vestra* Luc.22.53. *& potestas tenebrarũ.* Hinc homines mali: *Eratis aliquando tenebræ.* Hinc opera Eph 5.8. peccatorum: *Abiiciamus opera tenebrarũ* Rom.13.12. Sic & mala eorum intentio: *Si lumen quod* Luc. 11.35. *in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quanta erunt?* Lux res est spectabilis, delectabilis, desiderabilis. Tenebræ è contrà despicabiles, inuisæ, odiosæ, molestæ. Vnde Tobias: *Quale mihi gaudium est, qui in* Tob.5.12. *tenebris sedeo & lumen cœli non video.*

Hac ratione atque nuncupatione Paulus mõnet, hortaturq; fideles ad opera lucis atq; virtutis. *Eratis* (inquit) *aliquando* Ephes.5.8. *tenebræ; nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate.* Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Quæ lucis sunt, bona sunt, iusta sunt, vera sunt: Quæ tenebrarum, mala, iniusta, falsa. Tanta est autem obliquæ intentionis peruersitas, vt bona in mala conuertat, iusta iniusta faciat esse; & vera obruat falsitate. Fructus autẽ lucis, qui est opus bonũ, est in omni bonitate & iustitia, & veritate. Filius lucis est homo illuminatus, sicut filius huius sæculi est homo sæcularis; & filius perditionis est homo perditus.

Ergò filius lucis est arbor bona, bonos faciens fructus; in quib⁹ est bonitas omnis, iustitia, veritas. Bonitas est in rectitudine intentionis; Iustitia in opere bono de natura sua; veritas in vera existētia vtriusque; vt non appareant solum, sed verè ità sint. Bonitati autem tribuitur recta intentio: quia bonum omne creatum non ob aliud bonum est, nisi quia refertur ad increatum & ad summum bonum. Bonitas enim eius stat in hoc, quòd sit res appetibilis; non autem propter se, quia hoc est solius boni infiniti. Et quoniam nihil est appetibile, q̄ non sit propter aliquid appetibile, necesse est, ex eo quod appetibile est habeat talem appetibilitatem, quæ est rei bonitas; quæ appetitum ad se trahat, vel propter seipsum, vel propter aliud, quæ pluris pendatur. Ergò quoniam bonitas rerum creatarum non propter se appetibilis est, sed propter summam bonitatem, quæ omnium est prima bonorum causa: Hinc est, quòd bonum in creatura ordinem dicit ad Deum, qui solus est bonus ex se. Ex quo sequitur, quòd res creatæ semper de natura sua bonæ sunt, quia sic appetibiles sunt in ordine ad eum, qui fecit illas. Si autem aliò quàm ad Deum referantur, malæ fiunt; quia relatio ista actualis distorta, mala est; & malitiam suam in rem illam, vt sic relatam effundit. Si autem res, quæ de sui natura propter Deū appetibilis est, etiam actu propter Deum appetatur; tunc res illa, quæ de se bona est, etiam volenti & rectè ordinanti & referenti bona est; vt verè dici possit bona valdè. Vides nunc, quamobrem vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè
Gen. 1. 31. bona. Visio illa Dei est gloriatio Dei & complacentia (vt more hominum loquamur, sicut loquitur Scriptura) de qua in
Prou. 8. 30. Sapientis libro. *Et delectabat per singulos dies ludens in orbe terrarum.* Delectatio autem ista notat quietem animi, qui propter seipsum amabat bona sua. Nā in ipsis videbat bonitatem suam infinitam, in creata diffusam. Et videns complacebat sibi, & lætabatur in operibus suis. Ergò & nos si dispiciamus quod fecimus, & videamus quòd bonum sit; & complaceamus nobis in illo, eò quòd bonum sit, id ad infinitam referimus bonitatem, qua bonum est; quia per ordinem illum bonum est. Hæc fructus est lucis, quā videmus, & quam videmus, & propter quam videmus, quod opus nostrum & vniuersa quæ fecimus, bona sunt & bona valdè: quia in se iusta sunt, atque adeò bona; & quia propter Deum facta, ideò bona valde. Vbi verò lux non est, qui etiam bona fecit, is non videt quòd bonum sit quod fecit; quia quod non est, non videtur. Non est autem bonum; quia lux nō est in eo: quia non ordo ad Deum, non relatio ad summam bonitatem. Ergò qui fecit quod fecit, non videt quòd sit bonum.

Quæso attendamus, si forsan hic sit mysterium quod primū, quod verbo exprimitur distinctè factum, sit lux, de qua scribit primus scriptor. *Et vidit lucem,* *Gen.* 1. 4.
quòd esset bona. Deus quidem lux est, & alia à se luce non indiget, vt videat, quæ facit. Sed propter nos hæc scripta sunt, vt *1 Ioh.* 1. 5.
creata luce nobisq; donata, cætera videamus quæ bona sint, vt simus filij lucis; & tunc luce ad lucem videntes, videmus in bono opere Diuiuam bonitatē, vt videntes illā lætemur & gloriemur in illa, quod est in Domino gloriari; quia bonitas Dei Deus est. Vides autem in bono opere tuo *Eph.* 5. 9.
Diuinam bonitatem, quando illud ad ipsam relatum est. Fructus ergò lucis est in omni bonitate: quia quod à luce procedit, omne bonum est. Est verò fructus hic etiam in iustitia: quoniam opus quod iustum non est, in Deum referri non potest, quia damnantur dicentes: *Faciamus* *Rom.* 3. 8.
mala, vt veniant bona. Non patitur Deus, vt panis pollutus ponatur super mensam suam, vt super altare suum offeratur cæcus aut claudus. Ita enim despicitur Deus, non honoratur, prophanatur altare, & mensa non sanctificatur. Audi illum in Malachia: *Ad vos ô Sacerdotes, qui despi* *Malac.* 1. 6.
citis nomen meum. Et dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum. Et dicitis. In quo polluimus te? In eo quod dicitis. Mensa Domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolan-

molandum, nonne malum est? Et si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? Quomodo potest videri bonum, quod malum est? Malum est offerre cæcũ, claudum, languidum, panem pollutum. Qui lucem videns videt hæc, videt non quod sit bonum, sed quod sit malum. Qui autẽ hoc Deo offert, ille est, qui malè agens & odiens lucem, vult blasphemiis honorare Deum; legis suæ transgressione quasi Deo blandiri; quasi in gratiam Dei facere, quod repugnat gratiæ eius; quasi iusto qui est ipsa iustitia, possit, quod iniustũ est, aliqua ratione placere. Panis pollutº, animal maculatum & defectuosum, iniusta sunt opera, quę qui Deo offert, despicit nomẽ eius, illum exhonorat. *Nam*, vt dicit Apostolº, *per transgressionem legis Deus inhonoratur.* Non ergò fructus est lucis, nisi qꝑ iustũ est. Additur tertio loco, & veritate; quoniam tam bonitas qꝫ iustitia, vt sint fructus lucis, vera sint oportet, non ficta, non vana, non falsa, non apparentia solum. Sint verè iusta opera, sint verè propter Deum facta. Contra primũ peccabant sacerdotes, offerentes quæ erant prohibita secundum legem. Et huiusmodi sunt omnes, qui malè agunt; qui faciunt de rapina eleëmosynã, qui miserentur viduæ & puellę quam violant; qui tuentur pupillos, quos deuorant; qui visitant Ecclesiam, quam polluunt; qui filios enutriunt, quos scandalizant; qui blandiũtur amico, cui insidiantur; qui Sacramenta suscipiunt, quæ conculcant; qui Deum rogant, quem blasphemant; qui in fide gloriantur, quam mortificant; qui Christo dicunt: *Domine, Domine, & non faciunt quæ dicit*; qui iudicant secundum faciem; qui persequentes iustũ, arbitantur obsequium se præstare Deo; qui dicentes: *Da gloriam Deo*: De illo dicunt: *Quia peccator est.* Summa, huiusmodi sunt omnes mala agentes. Contra secundum peccabat Phariſæus orans; *Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum; raptores, adulteri.* Populus item, cui per Zachariam obiicit Dominus: *Cum ieiunaretis, & plangeretis; nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et cum comedistis, & bibistis; nunquid non vobis comedistis, & vobis ipsis bibistis?* Deo comedebant, qui in honorem Domini in festiuitatibus coram illo lætantes epulabantur: Sibi autem comedebant, quando immundi & sceleſti, & Deo odibiles celebrabant festiuitates, quas vocat ideo Dominus stercus. Ita huiusmodi sunt, qui bona quidem aliqua operantur in cætu fidelium; sed pleni sceleribus sunt, & mundo deseruiunt; cuiusmodi plurimi sunt.

Rom.2.23. Mat.7.22. Luc.18.11. Zach.7.5. Malac.2.3

O quantæ tenebræ sunt in regione lucis? *Si lumen, quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Si ex defectu bonæ intentionis etiam bona opera luce carent, quid de malis operibus dicendum est? ô tenebræ operientes terram! ô tenebræ insidentes super faciem abyssi! ô iniquitates grauatæ super homines, & supergressæ etiam super caput eorum. *Omnes declinauerunt. Nemo ex eis facit legem.* Luc.11.35. Gen.1.2. Psal.37.5.6

Sed quæso fiat lux, & diuidat Deus lucem à tenebris. *Nemo potest duobus Dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterũ contẽnet.* Hic Dominus occasione mõstrandi has duas intentiones sic sibi inuicẽ aduersari, vt in vnũ conuenire non possint, transit ad alium illarũ effectum, qui est seruitus, quam intentio causat. Vbi prius dat regulam generalem, postmodum verò ad nos conuertens sermonẽ, ab eà ad seruitutem descendit specialẽ, dicens. *Non potestis Deo seruire & Mammonæ.* Circa primũ indagemus in primis, quomodò intẽtio generet seruitutẽ, pro quo tria consideramus. Primum, qꝫ intentionem facit dilectio. Secundum, qꝫ dilectio amantẽ facit seruum. Vnde tertium sequitur, quòd seruus honorat Dominum suum. Itaq; primo loco dicimus, quòd intentionem facit dilectio. Quod diligitur propter seipsum; istud est finis operis nostri; Huc intẽtio dirigitur. Quod propter aliud diligitur, in hoc non firmatur intentio, veluti per viam transit vltra progrediens. Hęc est ratio potissima, cur totæ tantæ tenebræ operiunt terram, & caligo populos: quia omnes quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, & sola charitas non quærit quæ sua sunt. Homines autem seipsos amantes, quærunt quæ Psal.13.3. Ioan.7.20. Gen.1.3. Isai.60.2. Phil.2.12. 1.Cor.13.5.

quæ sua sunt. Quomodo ergò est charitas Dei in ipsis? statue hoc apud te, quantus est amor tuimet, tantæ tenebræ sunt in te. Amor tuus pondus est horologii, quo omnes circumaguntur rotæ tuarum operationum, etiamsi fortè in conspectu hominum & fortè etiam in oculis tuis directæ videantur in Deum. Abner Dei decretum prætendere videtur, sed si penitus consideretur, non rectè ad Deum ambulare perspicietur. Princeps militiæ Regis Isboseth filii Saul pugnauit contra Dauid, sed occasione quadam indignatus contra Isboseth,
2. *Reg* 3.17 dixit ad seniores Israël: *Tam heri, quàm nudiustertius quærebatis Dauid, vt regnaret super vos. Nunc ergo facite. Quoniam Dominus locutus est ad Dauid, dicens. In manu serui mei Dauid saluabo populum meum.* Quis non putasset rectam hunc habuisse intentionem, quando verè Dei statutum erat, vt regnaret Dauid? attamen historia declarat, vnde motus esset. Heu cum venerit ille, cuius ventilabrum in ma-
Matt 3.12. *& Luc* 3. 16. nu sua, & permundabit aream suam, quantas inueniet paleas? quantum puluerem? & in operibus bonis quàm modicum triticum? quàm pauca pura grana? vt interim taceam de zizaniis iniquitatum permistis frumento. Quàm multi sunt fallentes semetipsos, lucis expertes, qui ambulant per vias tenebrosas, derelinquentes iter rectum, quò itur ad ciuitatem habitationis; qui putant & volunt Deo appropinquare, cum longè admodum sint? Heu! in morte aperientur oculi nunc clausi.

7 Secundum hic considerandum est, quòd dilectio seruum facit diligentem eius rei, quam propter seipsam diligit. *Aut enim vnum Dominum odio habebit, & alterum diliget.* Et ita quem diligit, Dominum habebit. Intentio ergò sequens dilectionem, subiicit amantem & tendentem dominationi illius, in quem vt prædilectum ten-
*Ps.*118.133 dit, tanquam in finem vltimum. Hoc prænoscens Dauid rogabat: *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.* Quasi dicat. Si non recta incedam via, seruus seruorum ero iniustitiæ, ad quam declinauero. Vt ergò non dominetur mei iniustitia, gressus meos dirige secundum legem tuam, vt ambulem per viam mandatorum tuorum, & proinde tibi soli seruiam, cuius præcepta amans seruabo. O seruitutem felicem, filialem, liberam, & nobilem! At si teipsum diligis, tui ipsius seruus efficieris, seruus peccati, seruus Principis huius mundi. Sed pondera seruitutem tuimet. Non seruis tibi libero, sed tibi seruituti addicto. Dum enim exhibes membra & animam seruire iniustitiæ & iniquitati, seruus es peccati, & ita tui dominatur iniustitia, quam quia tu operaris, seruus es tui ipsius iniqui & iniusti. Ergò seruus serui factus es. Et quid vilius? quid durius? quid laboriosius? Expedias te, si vales ab hac misera seruitute. Seruitus quò maior est, eò magis premit, strictiùs vincit, ligat indissolubilius. Seruus seruorum ille est, qui ad extremum seruitutis deiectus est. Tu, tu huiusmodi es. Qui quòd diligis te, amoris vinculo teneris ligatus; quod quia amor est, dissoluere aut disrumpere non curas. Et quæ merces tam miseræ seruitutis?

Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam: Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in Eremo. Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum. Attende quomodo sapiens in his verbis suis diuidit hominem in duos, quorum vnus sit velut agens, alter velut patiens. *Non te extollas.* Extollit agens, patiens extollitur. Si extollis te, tu ipse agis, & pateris. Item, anima nequam disperdit, qui se habet, quis est habens animam? quæ est anima habita? tu ipse solus, qui habes te, & à te haberis. Anima ista habita disperdet habentem illam, dat illum in gaudium inimicis, & deducit in sortem id est hæreditatem impiorum. Qui illum dat? qui illum deducit? certè tu ipse te disperdis, tu ipse te das, tu ipse te deducis. Sic ergò tibi seruiens, tibi ipsi das præmium seruitutis. Quomodo seruis? te Dominum tuimet constituis, extollens te super te, velut taurus indomitus, domitus & dominatui tuo subiectus. Dum liberè, licenter, ac petu-

lanter

lanter excurris, nullum timens, alios terrens, quid tu facis? Elidis virtutem tuam, quam subdis dominatui serui seruorum, & hoc per stultitiam, reputans te Deum, qui seruus seruorum es. Perdis folia & fructus; neque habes neq; pares: existentiam & apparentiam destruis. Et velut lignum aridum relinqueris. Hoc est perdere, & bona apparentia, vt folia; & bona existentia, vt fructus; & bona huius vitæ, & bona futuræ: teipsum perdis, teipsum spolias, teipsum damnas. Hæc sors & hæreditas impiorum Hæc merces tantæ virtutis, tanti laboris. O Domine seruus seruorum! Hi sunt, qui ambulant in magnis & mirabilibus super se; qui ventri suo deseruiunt; qui appetitui obsequuntur.

8 Hinc tertium habemus, quod est honor qui debetur Domino. *Aut enim vnum* (inquit) *sustinebit, & alterum contemnet.* Sicut contraria sunt diligere & odio habere; sic sustinere & contemnere. Contemnit qui spernit, qui despicit, qui deprimit, qui ad nihilum deducit in conspectu suo, id est, qui pro nihilo habet. Ergò sustinet, qui tenet supra, qui leuat, qui eleuat, qui extollit. Qui seipsum diligit, se extollit.
Prou. 3. 35. Sed quid demùm? quod dictum est: *Et folia perdit, & honorem, & apparentiam: Et hoc per stultitiam suam.* Scriptum est autem: *Stultorum exaltatio, ignominia.* Cedit enim gloria eorum in confusione ipso-
Eccl. 3. 32. rum. At contra. *Sapiens cor & intelligibile, abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit.* Hic videlicet intendit prosperè, procedit, & regnat. Si stultus ex-
Psal. 112. 7 tollit se, sapiens humiliat se. Qui autem verè se humiliat, non sub alio se humiliat, quàm sub potenti manu Dei, quę cum potens sit, de stercore erigit pauperem, vt collocet eum cum Principibus; de stercore (inquam) in quod ille ipse se deiecerat, omnia sua, in quibus poterat gloriari, vt stercora arbitratus. Ab his exaltat illum Deus in die visitationis, quando venit mercedem retribuere. Sic se humilians, abstinet à peccatis: nil enim magis præualet peccatis, quam vera humilitas. Et ideò bene illi succedunt omnia ac prosperè, & in operibus iustitiæ successus habebit, per-

transiens atque progrediens bene faciendo, & retributionem in dies accipiens exaltatus dextera Dei. Vt meritò dicat Sa- Prou. 3. 35.
piens: *Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.*

Ecce iam contrarietas intentionum, rectæ & obliquæ, quando *nemo potest duobus Dominis seruire:* quia etiam secundum Philosophos in vna prima causa statur, siue illa efficiens sit siue finalis. Et ideò duo primi fines esse non possunt. Et quia finis operantem mouet, vt amatus: amor verò seruum rei amatæ facit amantem; duos Dominos simul habere nemo potest: sicut duabus viis, quæ ad diuersa, & eò magis si ad contraria tendunt, nemo pariter potest incedere. Quanta igitur sedulitas adhibenda, vt rectè incedamus ad Deum? Apprehendite itaque, *apprehendite disciplinam, ne quando pereatis de via iusta* Quod quãdo fit, indignatur Deus. Nam quid est hoc aliud, quàm Deum priuare sua dominatione? Quàm illum deturbare velle de suo Principatu? Quàm quæ sua sunt, quæque illi subiecta sunt, omnia surripere atq; distrahere velle? Quàm hominem se supra Deum velle extollere & eleuare? Quàm Diabolum ipsum superbiâ & extollentiâ velle superare? Dixit ille: *Similis ero Altissimo.* Tu verò cũ homo sis, facis teipsum Deum; neque alium Deum esse vis, quàm teipsum, quem summum finem constituis. Causa verò finalis prima est omnium; ergò dum propter teipsum facis quidquid facis, Altissimum te constituis, cui omnia, & Deum ipsum vis esse subiectum. Vide quantum malum, quantum scelus, quantum facinus ille committit, qui non dirigit gressus suos in viam rectam; qui relinquit iter rectum; cuius viæ peruersæ sunt; cuius oculus nequam est. Num iste non mittetur in tenebras exteriores, qui tantas patitur interiores? *Totum* eius *corpus tenebrosum erit* proculdubiò. Si intra tenebrosum est, & extra tenebrosum sit oportet, vt sit totum tenebrosum; si oculus nequam, si mens cæca, si ratio errans, si deceptus intellectus, si anima interius versatur in tenebris, non aliò quàm in tenebras exteriores exterior est pars quoque detruden-

Exhortatio.
Psal. 2. 12.
Isai. 14. 14.

da, vt totus sit homo tenebrosus & in tenebris conticescat.

SECVNDA PARS.

9 NOn potestis Deo seruire & Mammonæ. Ideò dico vobis. Ne soliciti sitis A regula generali ad particularia descendit, vt perspicuè illa intelligatur quasi exemplificans, in casu particulari veritatem ostendens regulæ generalis. Huic casui & enunciato particulari, exhortationem adiicit siue iussionem dicens: *Ideò dico vobis. Ne soliciti sitis* Ad hanc verò specialem regulã & doctrinam descendit Dominus, propter vniuersalem corruptionem & transgressionem; Quoniam *omnes auaritiæ student, omnes auaritiam sequuntur. Vnusquisq; declinauit ad auaritiam suam à summo vsque ad nouissimũ*; inquiunt Prophetæ. Quo fit, vt auaritia sit in capite omnium, tanquam Regina mundi & Princeps Vniuersæ terrę: vt verè dicat Sapiens. *Pecuniæ obediunt omnia.* Eleganter itaq; à doctrina cõmuni, qua docet *ne iustitiam nostram faciamus coram hominibus*, paulatim gradatimque nos duxit ad tantum nefas dignoscendum, quo mundus totus in maligno positus, relicto Deo viuo, Idolũ sibi fabricauit, quod vti Deum colit, atq; in eo suam spem collocat omnem. Vt sicut oculus nequam totum corpus reddit tenebrosum; ita concupiscentia oculorum facit, vt tenebræ sint super faciem abyssi, omnisq; huius mundi moles tenebrosa sit. Non enim frustra Angelos tenebrarum, vocauit Apostolus Rectores mundi tenebrarum harum. Sic exponens, quòd per mundum intelligat, nempè tenebras istas, quibus totus, sicut pannis infantiæ, obuolutus est mundus.

Ier 6 13. & 8. 10. Isai. 56. 11. Eccl. 10. 19 Matt. 6. 1. 1. Ioan. 5. 19. Eph. 6. 12.

Dicit ergò propterea Dominus. *Non potestis Deo seruire & Mammonæ* Puto autẽ, quòd etiam hac ratione descenderit ad tractatum de auaritia, cuius seruitus maximè Diuinæ opponitur seruituti: Quoniam quãuis omnis, qui à Deo recedit, seipsum finem supremum & extremum præstituat, tamen seruire diuitiis videatur etiam hominem ipsum, qui illas diligit propter seipsum, illis se subiicere, vt sui oblitus, eas supra se quoque erigere & constituere videatur. Quò fit, vt homo laborans in illis acquirendis & colligendis, non audeat tamen in suis etiam necessitatibus illas contingere aut imminuere, ne fortè Dagon suus remaneat truncus. Ita quòd nihil apparens, ab homine colitur euidentius, quã diuitiæ: quas colens, & pro Deo habens, cultum abiicit veri Dei; & propterea aptè decernit Dominus. *Non potestis Deo seruire & Mammonæ* Vbi & hoc nota, quòd cum in abstracto dixisset; *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Nunc veluti in concreto ad homines conuersus, dicit. *Non potestis.* Sic notans, hac in falsa & iniqua religione potissimum delinquere.

1. Reg. 5. 4.

Tanto facinori obuians, prodit hoc saluberrimum documentum. *Ideo dico vobis. Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.* Vt destruat Templum istud Baal, fundamentum euertit; vt succidat lucum vbi erat altare Baal, securim ponit ad radices; vt molem hanc demoliatur & atrium, vbi fortis regnat armatus, ab ipso primario lapide incipit solutionem. Claudit apertas cataractas cœli, obstruit fontes abyssi magnæ, ne diluuii aquæ inundent, & operiant terram vniuersam. Prima radix, origo & fons auaritiæ est solicitudo rei necessariæ, à qua gradatim ascendendo tandem peruenitur ad simulachrorum seruitutem, quæ ipsius veri Dei tollit seruitutem. Quod vt efficacius perficiat, addit rationes quoque, cur à nobis sit abiicienda solicitudo. Subdens. *Nonne anima plus est, quàm esca; & corpus, plus quàm vestimentum?*

10 *4. Reg. 11. 18. 4. Reg. 18. 4. Luc. 11. 21. Gen. 8. 2.*

Incipientes à primo gradu, consideramus progressum hunc, quò ad apicem auaritiæ deuenitur, quæ est Idolorum seruitus. Culpa minima, quæ erga facultates committitur, est solicitudo eorum, quæ nobis necessaria sunt. Hæc ad duo reducũtur, de quibus Apostolus. *Habentes alimẽta, & quibus tegamur, his contenti sumus.* Indumentum Dominus tribuit corpori. Nam corpus illo operitur, quia corpus est, siue viuens sit siue nõ viuens. Vnde & Idola vestiebantur, quòd obseruari præcepit Ieremias, ne ornamentis Idolorum decepti,

1. Tim. 6. 8. Bar. 6. 8.

cepti, illa quasi Deos venerarentur. Cibus animæ tribuit, quia viuorum tantum est. Hæc quamuis necessaria sint ad communem vitam peragendam, illorum tamen solicitudo meritò reprehenditur, per rationes quas Dominus subiicit. *Nonne anima plus est quàm esca; & corpus, plus quàm vestimentum?* Estò hæc necessaria sint: Nos erga illa non plus facere debemus, quàm quod necessarium est animæ & corpori. Solicitudo non est necessaria, quoniam sine illa nobis prospicitur. Si laborandum sit, si arandum, si serendum, si metendum, aliaque huiusmodi sint perficienda; Benè: Hæc fiant. *Sed volo vos, sine solicitudine esse*; Inquit Apostolus. Vtere creatura, quia hoc tibi conceditur: *omnis enim creatura Dei bona est*; quæ ad nostros vsus à Creatore deputata est. Sed *qui vtuntur hoc mundo, sint quasi non vtantur*, videlicet absq; solicitudine atq; affectione; vt ne pars vel minima cordis his tradatur; vt toto corde ad Deum conuertamur, illumq; toto corde diligamus. Huius solicitudinis expertem se Dominus declarauit, Sathana illi suggerente: *Dic, vt lapides isti panes fiant.* Respondens: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Facile est Deo, qui verbo fecit omnia, verbo filios suos enutrire; omni (inquâ) verbo, vel minimo. Semel loquatur: non opus est replicare. Dicat. Fiat. Et factum erit. Vbi ergò tanta facilitas apud Patrem, quid solicitamur? omnem ergò solicitudinem proiiciamus in eum, quia ipsi cura est de nobis. Culpabilis ergò solicitudo, quæ modicæ fidei argumentum est.

1.Cor.7.3. 1.Tim.4.4 1.Cor.7.31 Matt.4.3. 1.Pet.5.7.

11 Primus iste gradus habet latitudinem, & quò ad intensionem, & quò ad extensionem; quando videlicet cor vehementius inclinatur & apponitur rei necessariæ, illam amando, curando, cogitando feruentius atq; diligentius; Vbi curam omnem, omnem solicitudinem in Deum proiicere iubemur, vt nihil illius prorsus rei necessariæ tribuatur. Ideò enim monet Sapiens. *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo; & ne innitaru prudentiæ tuæ.* Quod profectò non facit, qui vel minimam curam in se retinet, & non omnem in Deum proiicit, vt in toto corde illi soli fidat; qui autem multam per se retinet, peius peccat, at pessimè qui omnem. Hic enim maledictus est ille de quo scriptum est: *Maledictus est homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Carnem (inquam) quæ infirma est, & seipsam sustentare non potest, si non osse fulciatur. Omnes enim homines infirmi sunt & imbecilles. Solus Deus fortis, Beatus, & solus potens, qui propterea solus habet immortalitatem, quia solus deficere non potest. Omnes autem nos quasi aqua dilabimur in terram, & nulla est fortitudo. Quantò minus in diuitiis, quæ vt Idola indigent portari, abstergi, defendi, vt scripsit Ieremias. Extensionem habet solicitudo, quando in tempus futurum extenditur; & quo in longius eò damnabilior. Ideò ille, qui dicebat: *Habes multa bona posita in annos plurimos:* Repentè sublatus est, vt apertius videretur, quàm vana esset spes eius.

Ier.17.5. 1 Tim.6.15 2.Reg.14. 14. Bar 6.3. & 12.4. Luc.12.19

12 Secundus gradus est solicitudo de superfluis; quando videlicet ea quoque quæ necessaria nõ sunt, curamus, procuramus, cogitam⁹, cogimus, habere solicitamur. Et in hoc dupliciter peccatur: videlicet quãdo vehementior est mentis solicitudo, & quando in ampliora superflua distenditur, sicut est omnis qui sibi thesaurizat. O quã vanum laborare de re, à qua non aliud, quàm laborem licet haurire! Sic sunt superflua omnia, quæ ad nihilũ valent vltrà, nisi vt mittantur foras. Vas aquam nõ continet superfluam, plenum mittit foras, quã capere non potest. Tu ô homo solum necessaria capis. Quod supereſt, da alteri, nã cõtinere non potes; nisi per magnos labores: nam superflua superfluunt, & per se fluunt & effluunt Quantus labor niti contrà fluuium? tenere fluentem? labenti resistere? præcipiti obsistere? Sed quid, quando labor iste superfluus & inutilis est? qui certè huiusmodi est, quando de rebus superfluis est. Quia tunc diuitiæ conseruantur in malum domini sui. Quare sal ad seruandas res adhibetur, nisi quia humor superfluus eas corrumpit? sic diuitiæ superfluæ corrumpunt,

Luc.12.21. Eccl.5.12.

rumpunt, qui ipsas habent: & propterea in malum domini sui conseruatæ sunt. Quãtum damnum attulerunt Ananiæ & Saphiræ diuitiæ seruatæ?

13 Tertius gradus est de vanis, quando non necessitatem vel superfluitatem intẽdit homo, sed vanitatem; vt gloriosus appareat; vt cæteris emineat; vt alios despiciat; vt infirmiores deprimat & conculcet. Sic Salomon in vanum laborauit quærens & diligens vanitatem. Vnde ipsemet
Eccl. 2. 4. de se dicit. *Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas, & feci hortos, & pomaria*, &c. Et hæc, quanta stultitia? quæ magis enitet in tam Sapiente viro, qui sapientiam suam applicauit ad vana inuestiganda & perficienda; vt ex eo discerent homines veram Sapientiam; & attenderent quòd vir tanta sapientia præditus, experientia edoctus nouit ea, quæ tanti vt sapiens faciebat, vana fuisse ac prorsus inutilia, & aliud nihil præter laborem illi creasse atq; animi afflictionem.

Quartus gradus est, huic solicitudini nullum modum statuere, sed in immensum curas extendere, vt in hoc solo finis solicitudinis videatur statui, vt sine fine laboretur, & finis vllus nunquam statua-
Baruch. 3. 18. tur. De his Baruch Propheta: *Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum.* Infinitas porrò pessima, vilissima, & abiectissima seruitus. Vbi incipit damnabilis solicitudo, ibi & seruitus initium sumit; & progressus vnius, aliam quoque perficit: vt cum ventum fuerit ad summã solicitudinem, ibi inueniat homo extremam seruitutem, qua fit, vt totus Mammonæ deditus, dominium Domini penitus abiiciat, quia *Nemo potest duobus Dominis seruire; Deo, & Mammonæ.* Hinc Ie-
Ier. 17. 5. remiæ non satis fuit dicere. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Sed addidit quoque, Et à Domino recedit cor eius.

Rationes appositi ad primum gradum, quibus exueret animum nostrum solicitudine. *Nonne anima plus est quàm esca? & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neq; metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?* Inutilem sic ostendens esse solicitudinem nostram, cum Patrem habeamus, in omnibus quę necessaria sunt nobis, prospicientem. Sed id quod caput est, summoperè nobis attendendum est, quòd solicitudo incipit nos in seruitutem generare, nec cessat donec nos faciat extremè seruos, seruos (inquàm) seruorum. Scriptura volens, Regionis circa Iordanem pinguedinem ac fertilitatem declarare, dicit. *Sicut Paradisus Dei, & sicut Ægyptus* Agar in seruitutem generans erat Ægyptia. Pinguedo abundantia, diuitiarũ copia in seruitutem generat. Eã verò quæ nos de domo patris eiicit. *Seruus non manet in domo in æternũ. Filius manet in æternum* Eiice ancillam & filium eius, quæ eũ in seruitutem generet, seruũ generat, seruum (inquam) qui eiicitur de domo, vt à Domino recedat cor eius. Quoniam *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ.* Si seruus factus es Mammonæ, si pecuniæ obedias, Deo seruire non potes. Domine Domine, licet ore perstrepas, tamen à Domino recedit cor tuum. Licet ore confitearis Dominum Iesum, factis tamen negas, si Mammonæ obsequaris.

Cur quæsò Mammonæ seruiunt homines? dixit Baruch. In quo confidunt homines; quoniam qui habent pecuniã, omnia habent. Quoniã omnia, quæ desiderantur, per illam valent comparari. Sed heu quantus error! O Paule reuela errorem hunc. *Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum.* Diuitiæ si tibi Deus sunt: Deus certè mortuus sunt; quæ non prosunt in necessitatibus, quarũ sunt incertæ prouidentiæ: ne igitur speres in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Deus noster viuẽs est & immortalis, qui author vitæ præstat necessaria vitæ, præstat nobis omnia abundè ad fruendum. Deus solus, Deus solus est, qui dat vitam & inspirationem, & omnia. Ipse liberator atque salu-
Act. 17. 25. tor. Spiritus timentium Deum quæritur (inquit Sapiens) & in respectu illius be-
Eccl. 34. 14. nedice-

14 Exhortatio. Baruch 3. 18.

1. Tim. 6. 17.

nedicetur. Quid est spiritus timentium Deum, nisi vita illorum? Hæc quæritur a Deo. Quia ab illo custoditur & seruatur. Hæc vita in conspectu Dei benedicetur:
Psa.33.16. quia oculi Domini super iustos. Respicit enim in seruos suos, vt repleat benedictione, dans omnia abundanter ad fruendum.
Psa.14.15. Sicut enim iustus intentos habet oculos ad Deum; Vnde ait: *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos* Ita oculi Domini nō palpitant, aperti iugiter sunt super timentes, ac diligentes se, vt de necessitatibus eorum eripiat eos. Propterea subdit Sapiens: *Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius.* At contrà,
Amos 6.14 Amos Propheta. *Lætamini in nihilo. Qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos gentem, & conteret vos.* Heu
3.Re.22.11. qui facitis vobis cornua, sicut Sedechias pseudopropheta; qui confiditis in fortitudine vestra; qui speratis in multitudine diuitiarum vestrarum: Lætamini in nihilo;
Pro.11.28. speratis in incerto; adhæretis cadenti. *Qui confidit in diuitiis suis, corruet:* inquit Salomon. Non est in eis firmitas, non fortitudo, non certitudo. Fallacia est diuitiarum fallentium quoscunque sibi fidentes, quæ derelinquunt se diligentes. Cornua sibi ipse fabricauerat Sedecias, actus spirite mēdacij, dicens Regi Achab. His ventilabis
3.Re.22.11. 34. Syriam. Sed euentus mendacium declarauit; nam occisus fuit Achab, & Propheta periit. Non sunt ista cornua salutis; sunt cornua peccatorum confringenda; sunt dormientium somnia, quæ apertis oculis euanescunt: qui his lætatur, lætatur in nihilo. Dominus iste, Princeps iste Mammō dignam suis subiectis tribuit mercedem, vt veniant extranei, qui conterant eos. Ecce suscitabo super vos gentem, &
Amos 6.15 conteret vos. Infortunia, infirmitates, aduersitates persecutiones, lites, & huiusmodi multa superuenientia ad nihilum deducunt confidentes in diuitiis suis. O verba.
Pro.11.28. *Qui confidit in diuitiis suis corruet*, si confides in ruinis Regum, quomodo non rues? quomodo non corrues? Rachel furata est idola
Gen.31.34. patris sui Laban. Quomodo non se saluarunt, non se defenderunt Idola? Dij illi cur dereliquerunt illum, qui ea sibi fecerat, qui eos colebat? cum illa ambulauerunt, quæ abscondit illos sub stramēto camelorum, quę sedit super eos. Hi, hi sunt, quibuscum diuitiæ vadunt: qui illas spernunt; qui non iactant illas; qui arbitrantur vt stercora; & ponūt subter stramenta iumentorum; qui nihil illas reputant. *Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virēs folium germinabunt.* Semper proficient; semper crescent; semper fient validiores: qui verum suscipiunt Dominum, qui sperant in Deum viuum; qui dicunt. *In Domino confido, quomodo dicitis anima mea: Transmigra in montem, sicut passer? Non necesse habeo fugere à conspectu hominum, non timebo millia populi circundantis me; quia Domini est salus, & requies.* Seruiamus igitur Domino sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati. Amen.

Pro.11.28.
Psal.10.11.
Psal.37.9.
Luc.1.74.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

In operibus nostris honor Dei spectandus est. Multipliciter probatur quàm vilis & indigna sit seruitus quæ diuitiis exhibetur. In Morali, suasio, vt homines se abstineant à vanitatibus sæculi huius.

PROVERBIVM illud Salomonis. *Quomodò pulchras habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola.* Aptè conuenit doctrinæ Domini Iesu; quam nobis ex bono thesauro cordis sui profert sapientissimè, dicens: *Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Ita ostendens quòd non satis est oculos habere, nisi & rectè videatur; sicut non satis est pulchras habere tibias, nisi vt rectè ambuletur; & os aptum ad loquendum, nisi & rectus sit & appositus sermo. Ex quo tandem sequitur, quod Dominus intendit; quòd satis non

Pro.27.7.
Luc.11.35.

sit operari, nisi rectũ sit opus; & illud maximè, quod, cum quasi oculus sit, ex eo, quòd bonum moraliter est, in primis debet esse clarum & lucidum, per rectam intentionem ad Deum. Alioqui gressus eius, vt pulchræ essent tibiæ, obliqui essent ac deuij, ad interitum progredientes. Doctrinam ergo, quam nobis profert Dominus audiamus; qui vt habet pulchras tibias, & eloquentem linguam, ita rectè incedens loquitur sapientissimè.

Duo nobis enuntiata proponit Dominus, quasi præmissas, ex quarum vtraque educit aptas & congruas cõclusiones, quibus mores nostri admodum congruenter possunt componi & ordinari. Primum est illud. *Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuũ lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Conclusio inde collecta ab alio Euangelista Luca sic habetur. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. Secundũ enuntiatũ illud est. *Nemo potest duobus Dominis seruire. Non potestis Deo seruire & Mammonæ.* Conclusio inde consequens est. *Ideò dico vobis: Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis; neq; corpori vestro quid induamini.* Vtrumq; ex natura ductum est. Naturâ quippe per oculum totũ corpus illuminatur, vt videat: & ipsa docet experientia, quòd nemo duorũ potest, vt duo sunt, seruus esse. Sed primum per similitudinem

Luc. 11. 35.

Diuisio.

propositio coaptatur; Secundũ per immediatam apertamque veritatem. In primo enim per similitudinem illam oculi intelligitur, quòd oculus mentis finem spectãs operũ suorũ, illa vel claritate illustrat, vel obscuritate offuscat. At verè quòd duob. Dominis nemo seruire possit, atque propterea Domino simul & Mamonæ seruire impossibile sit, per se manifestum est. *Aut enim vnum odio habebit & alterum diliget, aut vnum sustinebit & alterum contemnet.*

2. His enim duobus modis potissimùm a Deo docemur omnem veritatem, patenter videlicet per apertam veritatem, vt veritas omnibus obuia sit & cunctis clara; & latenter per similitudines, vt simul delectet docens; atque ita ad veritatem illam contuendam mentem illiciat. Præterquam quòd hac ratione clarior fit ipsa doctrina, & fortius imprimitur cordi. Id quod vt plurimum in lege Moyses Deus facit, id speciatim dum iubens Leuitis, quòd ex decimis sumptis à populo, decimas ipsi etiam separarent Sacerdotibus; id in primis admonet illos. Omnia, qnç offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt. Ideò enim & primitias instituerat, quæ præcipuæ esse debebant, & consueuerant. Iuxta quod ad Leuitas ait. Si præclara & meliora quæq; obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis, quasi de area & torculari dederitis primitias. Hoc quidem per se & apertè consonum est, vt Deo omnium bonorum largitori excellentiora offerantur; & eò magis quòd Princeps noster est. Sicut & Principibus non quæquæ vulgaria offeruntur, sed quæ præclaritatem quandam habent & eam Dignitatem. Vnde per Malachiam queritur se à Sacerdotibus esse despectum, quòd indigna quæquæ offerrent illi. Subdens: *Si offeratu claudum & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.* Quapropter sicut Deo altissimo meliora offerebantur; haud secus ministris eius, iisque supremis, quasi domesticis Dei, & de illius familia, quæ pretiosiora erant, congruè deputabantur. Hęc est aperta veritas. Qua demum per similitudinem significabatur, vt actiones nostrę ad Deum velut ad summum finem eleuarentur atq; dirigerentur: alioqui perirent omnes, & vanæ essent & frustratoriæ. Ad quod facit, quod in lege eadem facta Leuitis adiicitur. *Et non peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.* Peccatum quidem fuisset, sibi pretiosa retinere, Deo autem vilia, aut defectum patientia offerre. Sed quod lex spiritualiter intendebat.

Num. 18. 32.

Hoc est, quod in hac lectione primùm 3 considerandum est, nempè quòd Dei honorem in primis spectarent; sed ad propriam ipsi vtilitatem, eamq; temporalem, ipsamet Dei sacrificia & oblationes retorquebant,

quebant, quod multorũ malorum ipsiusq; mortis causa est. Duo intendebat lex, quòd de facultatibus suis Deo facerent oblationes, soluerentq; primitias ac decimas: Et quod in iis offerendis, optima darent Deo: Offerentes autem infirmiora & indigna: primum quidem implebant præceptum; at secundum violabant: quæ violatio erat in causa, quòd neque primi obseruatio esset Deo grata, quin magis molesta & displicens. Vnde per Isaiam dicit de illorum sacrificiis. *Facta sunt mihi molesta* Præterea si hoc fieret à Leuitis, pollutæ etiam populi oblationes reddebantur. Nam populus Leuitis dabat decimas, quarum decimarum decimas Leuitę Sacerdotibus tribuebant, quòd erat periadè ac si Deo immediatè traderentur. Ità quasi per gradus ad Deum ascendebatur, vt ex his, quæ populus Leuitis, & Leuitæ Sacerdotibus, vna quædam fieret oblatio: quæ si vel ab his, vel ab illis ad propriam retorqueretur vtilitatem, esse Deo grata non poterat. Si populus ignobilia impartiret, non poterat nisi & Leuita, cum ex sibi datis daret, tradere ignobilia. Si nobilia populus, Leuita verò ex his, quæ minus excellentia forẽt, sibi pinguioribus reseruatis, daret oblationem ipsam totam, tam populi quàm suam polluebat. Quapropter cassæ fiebant populi oblationes Hac offerendi ratione nos instruimur, quòd si in operibus bonis non Deum constituimus finem, illius gloriam solummodo quærentes, sed commodum nostrum spectamus, nos in ipsis non Deũ quærentes, ipsa opera quantumlibet bona polluimus, vt non Deo placeant, sed displiceant magis: In his enim Deus ipse despicitur, quandoquidem quærit homo gloriam suam magis ac commodũ, quàm Dei honorem; & quod ad Dei gloriam constitutum est, id homo conuertit in suã vtilitatem. Claram de hoc habemus quęrimoniam. *Ad vos* (inquit) *ô Sacerdotes, qui despicitis nomen meum. Et dixistis. In quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis. In quo polluimus te? In eo quod dicitis. Mensa Domini despecta est.*

Ad Sacerdotes pertinebat ponere in mensa panes propositionis calidos. Si hos non ex legis præscripto offerrent, dolet se Deus esse despectũ, dolet despectã mensam suam. O si scires, quàm Deum inhonoras, quando opera nostra bona, quæ sunt sacrificia iustitiæ, non Dei honorem affectant, sed hominis operantis emolumentum temporale! Iste est oculus, qui totum corpus vel clarum reddit vel tenebrosum. Quod dicit lex de oblationibus populi, quod polluerentur per Leuitas, sibi egregia reseruantes; & quod dicit Christus de toto corpore, quòd fiat tenebrosum, si oculus fuerit nequam; tu die de omnibus operibus, quæ non ad Deum eiusq; gloriam subleuantur, quòd sunt polluta, quòd sunt tenebrosa, quòd etiam pernicioſa. Nam in his Deus despicitur, eiusque nomen blasphematur. Sed in lege non audistis additum in fine: *Et moriamini?* cassæ erant oblationes quoad vtilitatem; sed, quod longè nocentius est, necis erant causa. Mortiferum est enim, gloriam Dei nobis ipsis ttibuere. Numquid nõ stultus est; qui sibi diuinos arrogat honores? stulto autem ac insipienti quid debetur? Audi Sapientissimum: *Flagellum equo, & chamus asino, & virga in dorso imprudentium.* Homini sic imprudenti æquè ac iumentis insipientibus virga congruit. Num satis sunt verba, cum sit similis iumentis insipientibus, quibus nõ est intellectus ad intelligenda verba prudentię, flagellis vtendum est; vt sic resipiscant, vt via recta procedant; & aliò non diuertant.

Audiamus ergò Dominicam conclusionem. *Vide ergò ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Cum qua illam coniungemus, quæ in textu expressa est. *Si ergò lumen, quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quãtæ erunt?* Sicut omni diligentia cauendum est, ne perdamus lumẽ oculorum, quibus solis videre possumus: non aliter studium est adhibendum, vt opera nostra rectà intentionis claritate illuminentur, vt sint opera lucis & Dei digna conspectu. Alioquì si bona obscura sunt, quid mala? certè tenebræ ipsæ erunt. Quasi oculus, est opus bonum, quod lucis capax est.

At

At opus iniquitatis nullum admittit splẽdorem, nullam claritatem, in tenebris est & tenebræ ipsæ Sanctaq; opera bona tenebrosa sunt, quantis sunt tenebris obruta opera mala? Sanctuarium oculus quidam
Num. 8.2. erat totius populi, in quo propterea erant septem lucernæ semper lucentes, & omnia illius splendida erant, ornata, pretiosa. Opera quæ in illo fiebant, cum essent erga Deum & modo singulari fiebant ante Deum, erant præcipua inter cæteras omnes populi operationes, quæ omnia potissimum in Dei gloriam consummabantur: ita quòd hic maximè Deus glorificabatur. Hinc Dauid profuga in desertis cu-
*Psal.*62.3. pidus canit: *In terra deserta, & inuia, & inaquosa. Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam:* Quasi dicat: Tametsi viuo in solitudine, cogitatione tamen me statuo in Sanctuario ante te, vt ibi videam maiestatem & gloriam tuam.

Num. 18.1. Iubet autem lex Aaroni dicens: *Tu & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij: & tu, & filij tui simul sustinebitis peccata Sacerdotii vestri.* At quid est peccata portare Sanctuarij & Sacerdotij? Id videtur Scriptura significare, dum illicò subdit, quomodo à Sacer-
Num. 18.4. dotibus & à Leuitis deberet in loco illo sancto ministrari, vt sic sanctus haberetur locus ille, ne quouis modo pollueretur. Ideò Sacerdotibus imperat. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia Sanctuarij, & in ministerio altaris, ne oriatur indignatio super filios Israël. Ergò locus vbi peccata remittebantur, à peccatis maximè seruandus erat. Qui erat oculus populi, vbi videbatur & manifestabatur gloria Domini. Sic mundus seruari videbatur, vt nihil iniquitatum introiret in illum. Quid hoc est, nisi quod iubet Do-
Luc. 11.35. minus: *Vide ergò, ne lumen quod in te est, tenebræ sint?* Corpus per se tenebrosum est, si abest oculus. Populus in peccatis est totus, nisi per diuinã præsentiã in sanctuario emundetur. Sicut itaq; custodienda est pupilla oculi, vt corpus illuminetur: Ita locus Sanctuarij sanctus seruandus erat, vt eius sanctitas, qua crimina purgabantur, in totum effunderetur populũ. Quapropter sicut iniquitas Sanctuarij erat hac ratione portanda, vt prorsus ab illo ablegaretur: Ità oculus intentionis nostræ, simplex; mundus, & rectus esse debet, adeò vt nihil in illo sit aliud, quàm gloria Dei. Alioqui quid prodest homini, si bonum operetur, quando bonũ illud suum, ex defectu intentionis rectæ conuertitur in malum? Vides quanto studio dirigenda sit intentio? quam cautè ambulandum, vt in via Dei non declinemus, neq. ad dexteram neq; ad sinistram; sed rectos faciamus gressus pedibus nostris?

Ad quod verbis illis Domini vehemen- 5.
tius prouocamur: *Si ergò lumen, quod in te est; tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Si bonũ malè facis, quid erit de malo ipso quod per se malum est? si ieiunas, si Sabbathum custodis, si facis eleëmosynas, si preces fundis, & in his oculus tuus nequã est, & distorta intentio, & lumen euasit in tenebras; quid tenebræ ipsæ? Ad gloriam mundi diuitias paras. Ad gloriam mundi splendidè conuiuaris. Ad gloriam mundi magnificas tibi domos, hortos, pomaria, piscinas, familias seruorum & ancillarum, vestium ornamenta pretiosa. Ad gloriam mundi, si hominum consilia patescerent, magnam operum nostrorũ partem videremus respicere. Hæc omnia tenebræ sunt. At quantæ? si opera etiam bona propter distortam intentionẽ obtenebrescunt, quid de malis operibus dicendũ erit, quæ per se ipsa tenebræ sunt lucis gratiæ nedum expertes sed hostes?

Ab his nos Dominus studuit euocare nominibus lucis & tenebrarum. Sicut enim dulce est lumen, ita tenebræ sunt molestæ. Iuuat lux, offendunt tenebræ. Pau- *Eccl.* 11.7.
lus vt pariter euocaret, infructuosa dixit *Eph.* 5.11.
esse opera tenebrarum. Vbi è vestigio lucis fructus exprimit, dicens: *Fructus lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate,* *Ephes.* 5.9.
probantes; quod sit beneplacitum Deo. & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Sed ô vtinam nõ essent nociua opera tenebrarum. Tam malum est cuiquam nocere, vt qui id facit, semper, si facultas est, se excuset.

Vnde

Vnde Salomon: *Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem: ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo. Et cum*
Prou. 26. 18. *fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci.* Fraudulenter hic nocet, occultè, abscondité, vt non sciatur; & si fuerit deprehensus, vt opus negare non possit, excusat intentionem dicens. Ludens feci. Sed quam excusationem afferes, si tu ipse tibi noceas? Noces autem si insipiens sis; sonante Pro-
Prou. 26. 9. uerbio. *Quomodo si nascatur spina in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.*
Luc 8. 14. Volens Dominus Iesus amoris diuitiarum in nobis ignem extinguere, spinis illas comparauit, ostendens quòd vbi placent, ibi pungunt: & ne pungatur homo, ab illis se studeat elongare. Sic opera omnia, quæ mundi sunt, spinosa sunt, manus lacerant. Sed in manu ebrij nascitur spina, qui vino sepultus prauarum affectionum, quidquam velit facere, nata inuenitur spina in manu illius, qui punctionem ipsemet sibi facit, se cruciat, se lacerat, se affligit, interimit semetipsum. Parabola est dictum sapiens: quod si ab insipiente dicatur, illum redarguit, pungit, criminatur.
Tit. 3. 11. In hoc enim sensu Paulus dicit, quòd hæreticus proprio sit iudicio condemnatus. Habet enim in ore Scripturam veritatis, quæ arguit illius falsitatem, quæ mendacem illum indicat, iudicat & condemnat. Hæreticus si habeat in ore Scripturam, quæ illum suæ falsitatis condemnat, nonne seipsum veluti spina cruciat? Sic, sic
Psal. 7. 10. sunt mala omnia, peccata omnia. Vnde vbi habemus nos in Psalmo: Consumetur
Exod. 22. 33. nequitia peccatorum: habent Hebræa: Consumet nequitia peccatores. Populus
Num. 21. 6. in deserto testis est, quem sæpè peccata sua flagellauerunt. Heu ergò lucem diligamus, & tenebras à cordibus excutiamus, & ab operibus nostris.

SECVNDA PARS.

SEcundum enunciatū duplex est, continēs propositiones duas, alteram generalem, videlicet. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Alteram specialem. *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ.* Et prima quidem satis per se aperta videtur. Secunda non paruā gignit illā confiderantibus admirationē. Prima si ample accipiatur, vt se ad hominum vniuersitatē extendit, duabus causis innititur atque fundamentis. Vnum ex conditione serui oritur, alterum ex conditione Domini seu dominorum. Illud quidem, quia non potis est homo vnus duobus seruire: Non enim facultas est illi, huic & illi operam nauare sufficienter: illum sequi in via, huic in domo ministrare. Ex parte dominorum hæc est causa, quia possunt contraria imperare, quæ nullo se pacto simul in eodem homine compatiuntur. Primum ponit difficultatem. Secundum impossibilitatem Hoc secundum Dominus spectasse videtur, dicens: *Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget. Aut vnum sustinebit: & alterum contemnet.* Vbi apparet contrarietas eorum, quæ sunt dominis exhibenda, propter quā impossibile est, eorum vtriq; eisdem pariter inseruire.

Vbi traditur ex verbis istis Domini Iesu, quòd ipse loquitur de perfecta, atq; ex omni parte completa seruitute. Seruitus enim ista, non corpus tantum admouet in obsequium Domini sui, verum etiam animum, atque ideò totum hominem; de qua seruitute loquebatur Paulus, dicens: *In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* 2. Cor. 10. 5. Non enim sola corporis seruitute Christus contentus est, rationale postulat obsequium, rationem petit, intellectum, mentem: quia totum hominem sicut creauit, ita addixit suæ seruituti. Hinc Moyses: *Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo & in tota anima tua, custodiasque mandata Domini.* Deut. 10. 12. Si autem illi seruiatur in toto corde & anima, non aberit obsequium etiam corporale; atque ita seruus seruorum erit homo Domini Dei sui. Propterea Christus partes interiores exprimit. *Odio habebit, aut diliget. Sustinebit, aut contemnet.* Et in duas illarum distribuit rationale obsequium, sicut in Domino duo sunt, quæ perfecta seruitus respicit. Si Dominus est,

Malac.1.6. reuerentiam exigit. Hinc in Malachia: *Si ego Dominus, vbi est timor meus?* Seruitus autem in hoc stat, quòd fiat voluntas Domini Luc.6.46. Inde alibi Christus: *Quid autem dicitis mihi: Domine, Domine, & non facitis, quæ dico?* Domine, Domine, fortè dixit propter Maiestatem & voluntatẽ, cui propterea debetur & timor & amor: quæ duo Deut.10.12 etiam Moyses hic supra retigit: *Vt timeas, (inquit) Dominum Deum tuum ac diligas eum.* Quæ duo, seruitus plena complectitur. Quod innuit addens: *Ac seruias Domino Deo tuo.* Et vide si non hæc duo sunt illa, quibus Christus declarat seruitutem contineri. *Vnum diliget: Vnum sustinebit. Alterum odio habebit: Alterum contemnet.* Vbi nota, quod sicut contraria sunt amor & odium, ita sustinentia & contemptus. Quid autem propriè contemptui contrariatur, nisi reuerentia & existimatio? Ergò hæc est sustinentia, de qua loquitur, nempè reuerentia, quæ debetur Maiestati. Timor itaq; & amor veram perficiunt seruitutem. Amor autem comitem habet obe- Ioh.14.23. dientiam, dicente Domino: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit* Ergò plena seruitus atque perfecta, stat in reuerentia & obedientia ex charitate, quæ toto corde exhibetur atq; omnibus viribus; quam impossibile est duobus Dominis exhibere. Nam summus amor & timor vni soli conuenit: quia vnus solus Altissimus est, qui est super omnes & super omnia. Et ita vera est sententia Domini. *Nemo potest duobus Domino seruire.*

7. Hæc si ad speciale enunciatum applicentur & clariora fiunt, & vtilius considerantur. Quod est: *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ* Ad cuius considerationem maximè modus loquendi Domini nos inuitat, quo ad nos sermonem suũ conuertit: Non enim dicit: Nemo potest seruire Deo & Mammonæ, quemadmodum dixerat: *Nemo potest duobus Domino seruire.* Sed præsentes cõpellans, nosq; omnes ad intentam audientiam excitans, ait: *Non potestis Deo seruire & Mammonæ* Vbi primùm aduerte, quòd duos inter se diuersos, sibiq; aduersos proponit Dominos: Deum videlicet & Diuitias. Quòd Dominus sit Deus confitentur omnes. Quòd & Diuitiæ dominentur, habet Salomon, dicens: *Pecunia obediunt omnia.* Secundò Eccl.10. aduerte, quòd duo illa, in quibus est seruitus, & quæ in Dei seruitute existere demonstratum est, in diuitiis identidem inueniuntur. Primum est existimatio, vnde oritur reuerentia & confidentia; de qua sic Propheta: *Argentum thesaurizant, & Bar.3. aurum, in quo confidunt homines.* Magnum quid reputantur diuitiæ: quòd multum valeant & possint; propter quod & adorantur: sicut Apostolus auaritiam vocat idolorum cultum, quæ est Maiestas quæ- Ephes.5. dam illarum, ob quam exhibetur illi & reuerentia & cultus, vnde oritur & confidentia; vt qui diuitijs pollet, se posse multum fidat. Hinc amor proficiscitur & obedientia, vnde solicitè quæruntur, ac diligenter custodiuntur & asseruantur. Atque hoc pacto illis homo seruit, tanquam Domino suo. Quæ seruitus sic diuinæ seruituti contraria est, vt vna alteram excludat, & vera sit sententia. *Non potestis Deo seruire & Mammonæ.*

Consona ergò hinc sequitur conclusio, 8. vt à diuitiarum seruitute abstineamus, atque ab ea tantùm elongemur, vt ne infimum minimumq́ue gradum tam vilis atque indignæ seruitutis attingamus. De quo propterà gradu statuit Dominus istã conclusionem. *Ideò dico vobis: Ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis; neque corpori vestro, quid induamini.* Quam denique conclusionem rationibus alijs confirmat, ita pergens. *Nónne anima plus est, quàm esca? & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli,* &c. Solicitudo etiam necessariorum, speciem habet quandam partemq́ue vel minimam huius vilissimæ seruitutis, quâ se homo diuitiis subdit: à qua etiam parte, vt minima sit, decernit, ac iubet Dominus, vt longè recedamus. Quæ iussio plena proculdubio est Diuinæ Sapientiæ. Quam Sapientiam vt intelligas, aduerte hæc tria, dominorum differentiam; serui excellentiam; atq; ipsius seruitutis miseriæ omnis experientiam.

Et a primo exordiens, considera amabo te, quam

te, quam longè distent, Deus & Diuitiæ. Ipse Altissimus, istæ Inferiores, quæ pedibus proteruntur. Ipse viuens ac vita ipsa; istæ quid mortuum vitâ carens. Ipse intelligens, ipsissimaq; Sapientia; istæ vt mortuæ sunt, ita intelligentia sunt vacuę. Quæ duo mala Idolis tribuuntur, *quæ non intelligunt, quia aures habent, & non audiunt; oculos, & non vident; nares, & non odorant, neque viuunt; quia manus habent, & non palpant; pedes & non ambulant, neque spiritus est in ore ipsarum. At viuo ego: Dicit Dominus.* Si dicit, verbo dicit. Verbum autem est sapientia eius: ergò viuit, & sapit viuens, & sapiens. Deus magnus est & immensus: Diuitiæ quid modicum sunt, & multò minus ab hominibus possidentur. Vnde vnus Deus, idemq; prorsus bonum omnibus, etsi infiniti essent, sufficientissimum est, cunctorum plenè desiderium satians. At illæ vt angustæ in se sunt, per partes possidentur, & ne vnum quidem hominem, illas amantem, vim habent satiandi. Manet ille æternus; transeunt istæ, fugiunt & euanescunt. Et quidquid illæ sint, quod sunt, à Deo sunt, in manu illius sunt, & cui vult dat illas, & ab eo tollit. Et quid opus est cum Deo conferre terrena? cum immortali caduca? cum manente pereuntia? cum saluatore perdentia? cum potente debilia? atque inania & vacua cum illo, qui est omne bonum? *Non est similis tui in Diis, Domine; & non est secundum opera tua.* Dij non dantes; diuitiæ non locupletantes; statuæ, non statuentes; nunquid Deo componentur, qui ditat & subleuat? suscitans de puluere egenum, & de stercore erigens pauperem?

Psal.113.5. Num.14. 21.& 28. Psal.85.8. Psal.112.7

Quantùm laborat Ieremias, monens populum, ne cùm captiuus fuerit in Babylonia, putet Idola gentium Deos esse? annuntiat illis ex Dei præcepto futuram captiuitatem & monet, ne ab illa Deorum apparentia gloriosa seducantur, existimantes illos esse Deos. *Videbitis* (inquit) *in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. Videte ergo, ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis. Visa itaque turba de retrò, & ab antè adorantes dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari, Domine.* Et ad longum facta de illis mentione, sæpè concludit. *Vnde vobis notum sit quod non sunt Dii,* id plurimis demonstrans, apertisque rationibus. Hoc Christianis, qui Christo dicunt: *Domine, Domine;* vehementibus ac fortioribus rationibus ingerendum esset, ne diuitias venerarentur, ne in illis fiderent, ne diligerent illas, non sperarent in incerto illarum, non illis obedirent, sed dicerent in cordibus suis, idque operibus patefacerent: *Te oportet adorari, Domine:* & clamarent cum populo: *Dominus ipse est; Deus. Dominus ipse est Deus.* Num igitur sic aurum Deo comparabimus, vt Deo anteponamus? vt Deum qui fecit nos, derelinquamus; vt adoremus opera manuũ nostrarum? vt lutum factori suo, omniumque, quæ facta sunt, authori præponamus? Ergò Deo viuo & vero derelicto, adorabimus vitulum, quòd aureus sit? dicemus cum perfidis? *Hi sunt Dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti?* Diuitijs diuinos tribuemus honores? quasi per illas viuamus, ab illis protegamur, ob illas honoremur, in illis beatificemur, cum illis iucundemur & consolemur? Vobis notum sit, quòd non sunt Dii, non Domini, non dignæ quibus honor tribuatur aut amor.

Bar.6.3. 1.Reg.18. 39. Exod.32.4 Bar.6.14.

Consideret iam homo suam excellentiam, si dignum aut iustum est, vt ea colat, quæ sensu carent & vita; vt ea diligat, quorum amor ea ipsi inutilia reddit; & iis seruiat, quarum seruitus præmium non accipit aliud, quàm labores, quàm molestias, quàm rixas, quàm ærumnas; vt lutum veneretur; vt quæ illi inferiora sunt, ea sibi eleuet supra caput, iisque tanquam Domino suo vero subdatur. Qui facit hæc, non monebitur à Sapiente? Non cognoscet stultitiam suam? Non reuertetur ad mentem? Piger ab omnibus vituperatur, & sibi tamẽ cæteris sapientior esse videtur. Sapientior sibi piger videtur septem viris; loquẽtibus sententias. An nõ sapiẽtior sibi videtur & cæteris, qui cõgregat sibi diuitias? Nam & in laudibus mulieris fortis dici-

Pro.26.16

Prou.31. 29. dicitur: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas* Et tamen quoniam huiusmodi in vanum laborauerunt, stulti facti sunt, se infinitis miscentes quæstionibus. Vnde enim bella, lites, discordiæ, rixæ, nisi ex diuitiis, quas volũt omnes, quas vt habeant ipsi ab aliis auferunt, vnde bella, & lites? stultus est piger, qui natus ad laborem otio marcescit; stultus est cupidus, qui bonis, factis ad commodum, vtitur ad damnum. Mulier illa de solicitudine rationabili laudatur, non de affectu erga diuitias.

Iam tandem de incongrua atque molesta hac seruitute dicamus, quòd indecens est, quòd nocens est. Num fiducia aut reuerentia diuitiis exhibenda est? quoniam etsi essent ad adiuuandũ valentes, & præstò desiderantibus essent, fallaces sunt, incertæ sunt, lutum sunt, cui si innitaris, cedit, & recedit. Cur putas monet Apostolus Timothæum, vt diuitibus huius sæculi præcipiat, non sperare in incerto diuitiarum suarum? vana est spes in diuitiis sita; ergò indecenter quis fidit in illis. At verò etiam cum detrimento id facit, multorum enim malorum radix est cupiditas. Arguit Salomon eum, qui videns inter se litigantes & rixantes, se illorum rixis immiscet, ita contra sese illos prouocans, & hac similitudine illum Sapiens criminatur. *Sicut qui apprehendit auribus canem: sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius.* Quomodo impatiens, aliorum te existimas impatientiã compescere? Vide, ne dum aliis pacem putas dari, illam tu ipse perdas. Sed ô quàm cupidis congruit ista similitudo? canis animal est irritabile, & maximè si auribus teneatur: quod faciens, molestiæ se tradit, magnoq; periculo: tenere non potes, sine molestia, cane se excutiente & conante liberari. Si laxas, num morsum illius poteris euitare, qui illius ori propinquas habes manus? Diuitiæ, diuitiæ sunt canis iste; tenere non potes sine labore & molestia, relinquere sine miseria. Auribus tenes; quasi te sint audituræ tibiq; blandituræ: Sed nõ audient: laborabunt autem, vt se de manibus tuis excutiant, tibi ipsi laborẽ creantes: quas si dimiseris, perinde eris ac si à cane morsus fis. Dimissa igitur misera ista seruitute, Deo seruiamus, cui soli seruitus debetur, honor, & gloria. Amen.

1. Tim. 6. 17.

1. Tim. 6. 10.

Prou. 26. 17.

MORALE.

O Veritas! quæ tam potens es, cur te dimittis à vanitate superari? vinci à falsitate? cur ibi obscuratis, vbi tu magis splendes? cur vbi dominaris, ibi fugaris? Quid clarius apparet, quàm quòd *omnia vanitas sunt, & vanitas vanitatum*? Mundus transiens per sese suam ostendit instabilitatem. Bona illius iugiter locum mutantia, atque hinc inde transeuntia, se transitoria esse clamant voce propria: rerum omnium temporalium incomprehensibilis confusio, alta veluti præconis voce loquitur, in his nullam quietem posse reperiri: veritas in vanitate se manifestat, dum vanitatem ipsam omnibus manifestat. Quando iussit Deus, vt ex vacca rufa fieret cinis, qui aqua lustrationis misceretur, id fieri præcepit palam & coram omnibus. *Eleazar* (inquit) *eductam extra castra, immolabit eam coram omnibus, comburetq; eam cunctis videntibus.* Cinis quid notat, nisi finem rei, & illius consumptionem? Qui vaccam immolauerit, Sacerdos videlicet, qui combusserit eam, qui cineres effuderit in loco deputato, omnes isti erant, per hoc quod fecerant, immundi: qui autem ex aqua, in quam cineres immittebantur, lotus fuisset, mundabatur. Vt sint nempè cineres, multitudini (inquit) filiorum Israël in custodiam, & in aquam aspersionis, quia pro peccato vacca combusta est. Vnde cinis? vnde consumptio? vnde interitus? ex peccato. Quia peccauit homo, in puluerem mortis redactus est. *Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus: posuisti enim iniquitates nostras in conspectu tuo.* Propterea illi immundi omnes. At si aqua cum cineribus aspergamur, inde mundamur. Vnde rerũ est vanitas, transitus, corruptio? ex iniquitate. Vanitatem hanc, corruptionem, cineres, applica tibi cum aqua ex fonte lacrymarum procedente, qui est

10.

Eccles. 1.

Num. 19.

Psal. 89.

qui est oculus, & ecce omnia muuda sunt tibi. Quare ergò iubet Deus, vt hæc resolutio in cineres fiat, cunctis videntibus; quia ipsa est omnibus manifesta; nullum mortalium latet nos esse mortales; testatissima est omnibus rerum vanitas; exploratissima est omnium mundanarum rerũ vanitas; exploratissima est omnium mundanarum rerum consumptio. Id restat, vt quod scimus, testemur; quod nouimus, consideremus; quod manibus iugiter attrectamus, oculis ac mente cautè attendamus. Ecce veritatis claritas, potestas, dominatio. Nihil enim manifestius in hac vita, sicut morte nihil est certius. Et in nulla tamen re alia sic aberrant homines, sicut à vanitate irretiuntur, à falsitate decipiun-
1 Ioan. 5. 19 tur, adeò vt totus sit mundus in maligno
Psal. 15. 2. positus; vt sit omnis homo mendax, & deficiat sanctus, & diminutæ sint veritates à
Psal. 4. 3. filiis hominum. Non enim solum vana locuti sunt vnusquisq; ad proximum suum, sed ipsi sibi diligunt vanitatem, ipsi sibi quærunt mendacium, tenebras diligentes, veritatem odio habentes, neque illam in domum suam recipientes.

11 Heu! cur ab ipsa veritate non recepta excutiendus est puluis de pedibus? Pedes quid sunt, nisi finis vitæ, sicut vltima sunt corporis pars? quid ergò puluis iste est, nisi cinis & puluis mortis? Veritas dum reiicitur, ipsa mortem obiicit se repellentibus, sciant se propter hoc morituros. Acceptét in hoc veritatem, quæ vnde reiicitur, illuc regreditur. Adam quia veritati assensus non est, veritatem expertus est, quæ ab oculis est fugata, ad manus reuersa est, & ad totum hominem, qui quod fide non accepit, hoc reipsa recipit. Vocem illam non
Gen. 2. 17. audisti? *Morte morieris*; Rem sentis, quòd morte moriaris. Vanitas & veritas obuiauerunt sibi, vt vbi vana est veritas, vera ibi
Gen. 16. 19 sit vanitas. *Verè enim* (inquit Propheta) *mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.* Si verè mendacium, veritas mendacio coniuncta est, vt ostendat mendacium verè mendacium esse, atque vanitatem nihil prodesse. Ecce
Isai. 28. 14 mendacium sine veritate. *Audite verbum Domini viri illusores, dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium, spem nostram, & mendacio protecti sumus* Putabant isti non tangi à tribulationibus, quas mortis & inferni nomine notat Propheta, quasi ipsi conuenerint cum illis, vt ab eis non tangerentur; Quòd quia falsum erat: neq; enim, vt putabant ipsi; ab ipsis tribulationibus fuerunt immunes: Propterea dicit Propheta, quòd in mendacio sperauerunt; quod ipsi tamen non mendacium reputabant. Intelligenamq;, quòd sperabant in re, quæ mendacium erat, id est non erat eos saluatura & protectura. Sic est omnis, qui sperat in rebus vanis, quæ non prosunt in tempore necessitatis. Et propterea dicuntur confidere in nihilo: sed tunc vanitas apparet cum veritate, quando in necessitate homo constitutus, ab iis, in quibus confidebat, derelinquitur. Quod Isaias notat, subdens:
Isai. 28. 17 *Subuertet grando spem mendacii, & protectionem aquæ inundabunt; & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans, cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quandocunq; pertransierit tollet vos.* Hoc clarum est; hoc manifestat experientia; hic veritas radios suos effundit clarissimè; nemo est, qui non experiatur, qui non confiteatur, se à mundo deceptum, delusum, confusum. Sed verius dicite, ô viri illusores; Nos, nos ipsi sumus illusores nostri; ipsi nos nobis illudimus, decipimus nosmetipsos, nobis ipsis persuademus, quod falsum esse quotidie experi-
Ier. 16. 19. mur. Si dicebant veteres illi: *Verè mendacium possederunt Patres nostri.* Dicite vos: Verè mendacium possedimus, vanitatem, quæ nobis non profuit. Hoc verè dixeritis.

Sed veritas ista quæ prævalet, vt vanitatem cognoscatis, non prævalebit, vt eam
Ier. 16. 19. derelinquatis? & vltra eam spem mendacij non ponatis? Verba hæc Ieremiæ: *Verè mendacium possederunt Patres nostri*; quæ diximus esse antiquorum, nostra magis sunt, de nobis prædicta sunt. Postquam enim Iudæis illorum exterminium com-

Ier.16.19. minatus est; subdit illico: *Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremis terræ; & dicent: Verè mendacium possederunt Patres nostri.* Nos hæc dicimus, confitentes, quòd Patres nostri Idola adorantes & gentiliter viuentes, longè erant à veritate, mendacio nitebantur. Cur illuminatos habentes oculos cordis nostri ad cognoscendam vanitatem Patrum nostrorum, ad cognoscendam nostram cæci sumus? Si fides antiquorum errorem nobis reuelauit, quare fides, cum sibi coniuncta experientia, nostrum nobis non reuelat errorem? nos nostræ non admonet vanitatis, deceptio-
Ier.16.20. nis, illusionis, damnationis? *Nunquid faciet sibi homo Deos, & non sunt Dii?* Iam vltra quod fecerant Patres nostri, non facimus nos, vt adoremus Deos illos veteres; sed alii loco eorum surrexerunt. Quid verò; aut qui? Id, quod colimus, quod diligimus, quod quærimus, in quo confidimus, congregantes nobis auaritiam malam, Mammonæ seruientes, quòd est Idolorum seruitus. Hos, hos Deos nobis facimus, & non sunt Dij tamen. Si Dij
Deut.32. sunt; *surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Sed neque dare di-*
Bar.6.34. *uitia possunt. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori. Hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt. Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient.* Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, ita sunt & Dij illorum. Clara est, & quæ nunquam marcescit veritas, ipsa de bonis istis tempo-
Eccles.1.2. ralibus decernens ita clamat. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Vidi cuncta, quæ fiunt sub sole: Et ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritûs.* Quod de lingua dicitur, & de ore, de manibus verum est, quia per verbum sæpè intelligitur opus in Scriptura.
Prou.2.6. 28. Audi ergò. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.*
Pro 31 30. *Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Fallacia est diuitiarum, opus fallax omne illud est, quod fallaciis intendit, & non sequitur veritatem. Quid igitur expectandum? operatur ruinas. Vnde tot tantæque ruinæ in Vniuerso, nisi ex eo, quòd non amatur veritas, diligitur vanitas? Vnum opus fecit Achan, diuitias diligen- Ios.7.5.
do & furtim subtrahendo, & percussus est populus, pertimuitque cor populi, & instar aquæ liquefactum est. Aduersitas, quàm primùm populus ingressus in terram promissionis passus est, ex auaritia processit. Vt sit signum quòd illa minus operatur. Cauete ergò ab omni auaritia, & in tantùm ab ea recedite, vt *ne solicitis* Luc.12.18
tis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Tanta est Deo cura, vt auaritiam abiiciamus, vt ipse se nostrum constituerit curatorem & tutorem, vt id velit nobis persuasissimum esse. Quapropter id ratione demonstrat, atque conuincit hoc argumento: quod qui maiora suppeditat, in minoribus non deerit, qui minora curat diligenter, majora non deseret. O documentum nostrum, quod ex diuino argumento sumendum est. Tu cur minora tantùm attendis? Non ob aliud Deus infima considerat, nisi vt superioribus prouideatur. Alimenta, & quibus tegamur, cur in mundo sunt? vt iis alamur nos, tegamur nos. Tu insipiens, te neglecto, mente ac solicitudine ad ima descendis? plus tua inferiora curas, quàm reipsum? quàm cœlestia? quàm Deum? Volucribus prospicit Deus, vt tibi sint in obsequium, in exemplum, in stimulum: & tu tantum prouisorem tuum oblitus, tu tibi vis prouidere? Volucres sunt, volantes, veloces ii, quibus à Deo prospicitur de transeuntibus, & fugientibus, & tui, qui manes, qui immortalitati dedicatus es, obliuiscetur Deus? Tui recordatur ipse, ergò & tu in mente habeto Deum, qui pascit te à iuuentute tua, pasturus in æternum, modò non adhæreas terræ. Quod nobis concedat.

Amen.

FERIA

FERIA VI. DOMINICÆ DE ABRAHAM.

CONCIO PRIMA.

Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Ego sum qui loquor. &c. *Ioan.* 4. 25.

ARGVMENTVM.

Christus est verè Saluator. Salus nostra duo exegit in Christo; Fidem, qua nobis veritatem & Euangelium fideliter annuntiaret; & Lenitatem, quâ vt agnus mansuetus portaretur ad victimam.

QVANDO tam solemnis confessio, tam manifesta prædicatio fit de Saluatore nostro, vt publicè dicatur in Ciuitate Samariæ. *Ipsi audiuimus; & scimus; quia hoc est verè Saluator Mundi.* Dignum & iustum est, vt tantum beneficium cõsideremus, gratias agentes Deo, qui dignos nos fecit hac perfecta salute; 1.Pet.1.10. *De qua salute* (inquit Petrus) *exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt.* Atque eò magis quòd videmus, quàm leniter ac suauiter sit nobis propositum, reuelante illud Domino Iesu mulieri peccatrici, cum qua tam affabiliter loquitur, vt inde quoque discipuli admirati sint quòd cum muliere loqueretur.

Dulcissima & clarissima ista verba; *Ipsi audiuimus & scimus quia est verè Saluator mundi:* profectò aperris auribus, cordeque intentissimo à nobis excipienda sunt. Quid enim dulcius esse potest? quid nobis gratius? quid vtilius quàm quòd adsit, qui verè saluare possit? cuius proprium munus sit saluare, adeò vt nomine sibi proprio rectè appelletur Saluator? Cuius sit tanta saluandi vis, vt terminis cuiuscunque regionis non determinetur aut claudatur, sed sit salus eius vsq; ad extremum terræ? qui personarum non sit acceptor? qui non sit Iudæorum tantum Saluator, quamuis olim dicebatur Saluator Israël, sed & gentium, & Saluator omnium hominum, vt aptè, & sanctè, & verè dicatur: *Saluator mundi?* Isai. 49. 6. Act. 10 34. 1. Re. 14. 36 1. Tim. 4. 10.

Qui præterea non habet munus tantum saluandi, verum & potestatem; neq; hanc quoque duntaxat, verum & voluntatem & promptitudinem præstandi, quod iussus est facere, munusque obeundi suum, quod illi mandatũ est; adeò vt verè dicat: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiã opus eius:* Quod opus quidnam sit, expressit ipse dicens: *Venit filius hominis quærere, & saluũ facere quod perierat.* Vt meritò scripserit Apostolus: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quòd Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Id denique, quod nos vehementius ad illum obuiis brachiis Spiritus excipiendum moueat, hoc est, quoniam cum sit *Saluator mundi*, plenã affert ab omnibus malis, miseriisq; liberationem atque salutẽ. Si enim ab vno aut altero malo nos saluos faceret; si corpora curaret tantum; si rem perditam restitueret; si in throno gloriæ huius mundi reponeret abiectos; si de stercore erigeret pauperes; si afflictos consolaretur; postremò si animam saluam faceret, neque totum hominem sanum faceret, non verè esset *Saluator mundi:* quia non ab omnibus malis, quę in mũdo sunt, eriperet homines huius mũdi, atque adeò ipsum mundũ. Nunc autem liberat in omni malo, replet omni bono. Ergò *hic est verè Saluator mũdi.* Vt nemo sit, qui P*sal.* 18. 7. se abscõdat à calore eius, à splendore eius, à vigore eius, ab amore eius, ac demum à salute eius. Adde; quòd verba ista prolata sunt ab hominibus, qui audientes mox crediderunt, mox prędicauerunt; & ad populum illũ pertinent, de quo ipse iam olim dixerat in Psalmo: *Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: In auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mẽtiti sunt mihi; Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis.* Populus ille promptus ad audiendũ est populus nouus, noua sponsa, sancta videlicet Ecclesia. Filij alieni sunt illi, de quibus dixit. *Filij Regni eiicientur in tenebras exteriores;* P*sal.* 17. 45 *Mat.* 8. 12.

teriores; qui videlicet fuerant filij, sed alieni facti sunt, inueterati sunt, non sequentes vestigia patrum suorum, sed ab eis declinantes, & claudicantes. Ergò vox ista potissimum ad nos pertinet, vox Patrum nostrorum, vox matris nostrę; vox mundi restituti, vox cœlorum, de quibus scriptum est. *Ecce ego creo cœlos nouos, & terram nouam.*

Isa. 65. 17.

2 Vt autem vocem istam intelligamus, verba ipsa diligentiùs expendamus. Cum malorum omnium illuuies prodierit a peccato: nam *per peccatum mors in hunc mundũ intrauit*; mortis autem nomẽ mala omnia comprehendit, vt tam pernicioſus effectus tollatur de medio, os obstruatur fontis illius, vnde procedit, necesse est. Ergò salus vt sit, & ordinata & perfecta postulat; vt tollatur peccatum mundi, quod mundum corrupit, damnauit, destruxit. Solus autem tollere, ferre, atque auferre potest peccatum mundi, qui inter mortuos liber est, & inter peccatores sanctus, vt princeps huius mundi nihil sui in illo inueniat, neque mortis, cuius ille habet Imperium; neque peccati, per quod ille idem factus est princeps mundi huius, & Deus huius sæculi. At vbi iste est ita segregatus à peccatoribus, sic a mortuis elongatus, adeò excelsior cœlis factus, vt de hoc mundo non sit, cuius mundi, qui princeps est, homicida est: & propterea omnibus prorsus hominibus valeat verè dicere: *Vos de mundo hoc estis; ego non sum de hoc mundo Vos de deorsum estis; ego de supernis sum: Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccatum mundi!* Agnus (inquam) Dei, non mundi; Agnus immaculatus, qui propterea aliena peccata sic ferre potest, vt ab eis non inquinetur, sed perseueret immaculatus, & Agnus Dei. Hic est, de quo dixi: *Hic est vere Saluator mundi.* Sanctus, innocens, impollutus.

Rom. 5. 12.
Psal 87. 6
Ioan 14. 30
Heb. 2. 14
Heb. 7. 26
Ioan 8. 44
Ioan. 8. 22.
Ioan 1. 29.
Heb. 7. 26.

Qui autem sanctificauit illum, & misit Saluatorem mundi, vt saluetur mundus per eum; In fide & lenitate ipsius Sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Quid quidem de Moyse scriptum est in figura Christi; Scripsit enim de magno illo Propheta Moyse Sapiens. Dilectus Deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est: similem illum fecit in gloria Sanctorum. In fide & lenitate ipsius Sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. Proculdubiò memoria Moysi in benedictione est, quandoquidem de illo tam gloriosa scribantur atque dicantur: Et hæc maximè, quòd fuerit dilectus Deo & hominibus, & in fide & lenitate ipsius Sanctum fecit illum. In his maximè factus est similis Sanctorum gloriæ, quin magis Sancti Sanctorum, qui est Christus Dominus; cuius fides & lenitas hodie potissimũ toti mundo fit persuasissima. Paulus Apostolus Moysen considerauit secundum id, quod de eo scriptum est, quod *fidelis fuit in omni domo Dei*; & in hoc illum attendit, vt Christo similem, qui tanquam filius fidelissimus fuit in domo sua. Vbi Moyses tanquam seruus fidelis fuit in aliena. Rursus de Moyse scriptum est, quòd mitissimus fuit super omnes homines, qui morabantur in terra. At Dominus Iesus dicebat: *Discite à me Quia sum mitis, & humilis corde.* Fidelitas fuit in obtemperando Deo, fideliterque referendo verba Dei ad populum. Quanta ergò fidelitas Christi, qui dicit. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* Et quam fideliter exponat, quæ audiuit à Patre, hinc patet, quòd dignatur de iis loqui cum muliere sola, quæ non erat de populo, & erat valdè peccatrix, quæ post quinque viros, quos habuerat, tandem cũ alio illicitè miscebatur: cum hac (inquam) sic loquitur de cœlestibus, vt tandem illi diceret manifestè. *Ego sum Christus.* Et nunquid non & lenitas ipsius in hoc fit manifesta, cum tali muliere longum suauissimumque miscere sermonem, quo ad altissimis Diuinæ Sapientiæ mysterijs illam instruxit? Postremò, & per eandem & per se ipsum ita gentem illius ciuitatis imbuit sua doctrina, vt liberè confiterentur. *Audiuimus & scimus quia hic est verè Saluator mundi* Meritò itaque dilectus est Deo & hominibus, Deo in fide, hominibus in lenitate. Deo quippe fideliter obsequens diuinam meruit dilectionem tanta verò cum hominibus manſuetudine ac leni-

Ecc. 45. 4.
Ecc. 45. 1.
Heb. 3. 2.
Num. 12. 7
Num. 12. 3
Matt. 11. 29

lenitate, & ad infimos quoſque ſe demittens omnium hominum in ſe prouocauit affectum.

3 Cum autem mulier illa Samaritana, fuerit & figura & præambulum Gentilitatis ac veluti mater noſtra, meritò nobis Chriſtus debet eſſe dilectus. Vnde & ſponſa i-
Can.5 10 pſa vera mater noſtra ſuum illum dilectũ appellat electum ex millibus, nempè quia elegit eum ex omni carne; ſanctificatus à Patre miſſus eſt in mundum, vt illum ſan-
Ioan.10.36 ctificaret. *Hic ſolus Filius Dei vnigenitus. Hic ſolus Deus & homo Hic ſolus Saluator mundi. Hic ſolus Meſſias, qui eſt Chriſtus,*
Pſal.109.4 *Rex, & Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, qui fecit redemptionem plebis ſuæ, & ſaluum facit populum ſuum à peccatis eorum* Hic ſolus, verbum caro ex omni car-
Luc.1.68. Mat.1.21. ne, in quo ſolo, & non in alio aliquo *Salus ex Iudæis eſt.* Non ab re igitur quærit illum
Can.5 8. ſponſa tàm diligenter, vt etiam adiuret filias Ieruſalem, vt ſi illum inuenerint, illi patefaciant amorem ſuum, quæ ſe exhibẽt ſocias ad illum quæritandum. His ænig-
17 matibus innuit Salomon quòd *Salus ex Iudæis eſt*, & quòd Gentiles adiuti à Iudæis,
Act.2.8. quærunt, & inueniunt Chriſtum, quod eſt myſterium hodiernæ lectionis. Nam & Gentiles expectabant Chriſtum, qui eſt deſideratus cunctis gentibus; quapropter dicit mulier. *Scio quia Meſſias venit, qui dicitur Chriſtus.* Et venturum Iudæus ſciebat, ideò audito ab illo, cui dixerat ipſa. *Quomodo tu Iudæus cum ſis? Ego ſum Chriſtus*: mox credidit, illumque prædicauit.

4 Nos ergò de illo conſideremus, quòd *fatigatus ex itinere*, ſe omniũ declarat Saluatorem, quoniam ſua fatigatione Saluator factus eſt mundi. Ad hoc enim miſſus
Diuiſio. eſt. Salus autem duo requirebat; Fidem & Lenitatem Chriſti. Fidem, qua fideliter euangelizans verbũ Dei ac voluntatem Pa-
Ier 11.17. tris; Lenitatem, qua Agnus mãſuetus portaretur ad victimam, tradens ſeipſum pro
Epheſ. 5.2. Ieron 1.17. nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Quæ duo excellenter in Moyſe figurata ſunt. Primũ quidem, quia
Gal.3 19. lex per Moyſen data eſt. Vnde Paulus: *Lex data eſt per Angelos in manu Mediatoris* Sicut autem Moyſes, vetus illud teſtamentũ promulgauit: ità Chriſtus noui Teſtamẽti mediator eſt, & miſſus eſt euangelizare Regnum Dei. Vnde Sapiens hoc ſpecialiter ponit in laudibus Moyſi. Et dedit illi *Eccl.45.6.* coram præcepta, & legem vitæ, & diſciplinæ, docere Iacob teſtamentũ ſuum, & iudicia ſua Iſraël. Videtur autẽ, quod lenitas Moyſi, labores, manſuetudo, ſufferentia, qua per quadraginta annos ſuſtinuit duritiam populi illius duræ ceruicis, qua ſemper contentioſe egerunt, ſufficiens ſit figura patientiæ & Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Attamen vt excellentius etiam in hac parte Saluatorem noſtrũ, qui factus eſt obediens vſque ad mortem, figuraret Moyſes, ipſe quoq; per obedientiam mor- *Phil.2 8.*
tuus eſt. Sic enim de illo Scriptura loqui- *Deu.32.49*
tur: *Locutus eſt Dominus ad Moyſen: Aſcende in montem iſtum Abarim, & morere in* *Deut.34.5.*
monte. Poſtmodum verò: *Mortuus eſt ibi Moyſes, ſeruus Domini in terra Moab, iubente Domino, & ſepeliuit eum.* Neminem certè inuenies, ita iubente Deo mortuum eſſe, cui dixerit Deus: Morere: vt *Iſa.53.7.*
eſſet figura inſignis Domini noſtri, qui oblatus eſt, quia ipſe voluit Patri obedire. *Vt* (inquit) *cognoſcat mundus, quia ſicut* *Ioan.14.31*
mandatum dedit mihi Pater, ſic facio. Rationem appoſuit Deus cur Moyſes moreretur, ne ingrederetur terram promiſſionis. Econtrà *videbis terram, & non ingre-* *Deu.32.52*
dieris eam, quam ego dabo filiis Iſrael. Et *Deut.34.4*
poſtmodum: *Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam. Mortuúſque eſt ibi.* Sed *Mat.17.3.*
quando transfiguratus eſt Ieſus, apparuit cum illo & Moyſes in claritate. Ergo ante mortem ingredi non potuit, terram promiſſionis. Poſt mortem apparuit in illa glorioſus: cur hoc: *Quia oportebat Chri-* *Luc.24.26*
ſtum pati, & ita intrare in gloriam ſuam; vt nedum mortem Domini ſua morte præferret, ſed & illius fructum premonſtraret. In fide ergo & lenitate Chriſti, Pater ſanctum fecit Filium ſuum, vt ſanctificaret populũ, tum per ſermonem, tũ per ſanguinem ſuum. De ſermone quippe dicebat i- *Ioan.17.17*
pſe ad Patrẽ: *Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt* De ſanguine Apoſtolus: *Vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem po-* *Heb.13.9.*
pulum ſuum, extra portam paſſus eſt.

Act.10.38. Vt autem hæc duo præstaret, vnxit eum Deus Spiritu Sancto. Vnde dicitur *Christus*, id est, *vnctus*. Quod prędixerat Isaias, cuius Prophetiam ipsemet voluit declarare, & hoc statim quando cœpit prædicare Euangelium suum. Ingressus quippe in Synagogam surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ: & vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat: *Spiritus Domini super me: propter quod vnxit me: Euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde: prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum: dimittere confractos in remissionem: prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Et cum plicuisset librum, cœpit dicere ad illos. Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris. De se ergo factam Scripturam & Prophetiam illam voluit esse testatum, & hoc quando cœpit mundo manifestari; & quæ in ea prædicta erant, facto implere; vt notum faceret quod sua prædicatio à Spiritu S. erat, à quo futura erat & Passio.

Luc.4.14.

Isa.61.1.

Isa.49.6. Vt igitur quomodo per prædicationem fidelissimam fuerit salus eius vsque ad extremum terræ, hanc Prophetiam attentius discutiamus; primum videamus, quomodo vnxerit eum Spiritus Domini. Primo, fuit in Incarnatione. Si enim Spiritus vnxit illum, quando Deus Spiritus est, dum factus est homo, humanitati vnitus personaliter, ipsum hominem vel humanitatē vnxit mirabiliter & ineffabiliter. Secundo: Vnxit, secundum quod de eo prædictum fuit: *Et requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Hæc est gratia personalis, quia homo ille & anima illius plena fuit, & secundum ipsam animam Verbum caro factum fuit, plenū gratiæ & veritatis. Tertio, fuit plenus gratia capitis, qua caput est omniū electorum, & Princeps super omnes Reges terræ. Ideo repletio supradicta Spiritus timoris Domini ad regendum & iudicandum. *Egredietur* (inquit) *Virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet & requiescet super eum Spiritus Domini.* Ac deinde:

Isa.11.2.

Ioan.4.14.

Esa.11.1.

3.

Non secundum visionem oculorum iudicabit neq; secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & in veritate arguet pro mansuetis terræ. 4.

Erat autem lex & mos, vt Reges à Deo constituti vngerētur, qua vnctione significabatur, dari authoritatē potestatis, quæ est Spiritus principalis id est regius, de quo Dauid: *Et spiritu principali confirma me.* Sic vnctus est *a* Saul, sic *b* Dauid, sic *c* Salomon, sic *d* Hazael, sic *e* Iehu. Et ideo Rex vocabatur Christus. Vnde *f* Dauid: *Non mittam manum meam in Christum Domini:* loquebatur de Saul. Deniq; & Sacerdotes vngebātur, qua vnctione sanctificabātur, vt possent ministrare Deo. Vnctio Regum conferebat potestatem, Sacerdotum sanctitatem, qua tamen sanctitate potestatem habebant, ad Pontificium Dei appropinquandi & seruiendi cultu speciali, quo ipsi tantum fungebantur. Christus itaq; vnctus est vt Rex, & Sacerdos. Et quoniam vnctio illa exterior, sicut erat signum, sic & aliquo modo causa potestatis, quę Spiritus dicitur: Idcirco ait in Prophetia: *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me.* Vnctio tamen eius non fuit materialis, sed sine vnctione externa constitutus fuit Rex, & Sacerdos. Sicut & Moyses non inuenitur vnctus materialiter, & fuit tamen Princeps in populo; & Sacerdos. Moyses & Aaron in Sacerdotib. eius. Canit Propheta. Qui Aaron postmodum in Sacerdotem consecrauit. Sic Christus insufflauit in Apostolos, & dedit illis potestatem ligandi atque soluendi. *Et fecisti* (inquiunt) *nos Deo nostro Reg. & Sacerdotes: & regnabimus super terram.*

Psal.[illegible] 13. 4. Reg. [illegible] 11. & [illegible]

Psal.98.6.

Ioā.20.[illegible] Mat.18.[illegible] Apoc.5.[illegible]

Secundo, attendamus verba ista. *Euangelizare pauperibus misit me.* Ego (inquit) *constitutus sum Rex ab eo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.* Rex super Syon mōtem sanctum eius; vt Regnum eius sit Sacerdotale, præditum non solum potestate, sed sanctitate: quoniam populus eius populus sanctus est, vt dicebatur de populo veteri. Hic est mons sanctus. Ideò Pater sanctificauit Filium, & misit in mundum, vt sanctificaret per suum sanguinem populū. Sanctificauit autem

6 Psal.2.6.

Deut.14.2. Ioā.10.36.

autem Pater Filium, instituens Sacerdotem, quia Christus non semetipsum glorificauit, vt Pontifex fieret; sed qui locutus est ad eũ: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Vt vngatur Sanctus Sanctorũ. Scripsit Daniel. Sed prius dixit: *Vt consumetur preuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & Prophetia;* 26. *& vngatur Sanctus Sanctorum.* Ac deinde: *Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Vbi habes quòd Christus sit Sanctus Sanctorum, & quòd ideò sit ita Sanctus, quia vnctus. Ergo qui vnxit, sanctificauit. Sanctificauit autem mittens in mundum, vt ipse iam Sanctus mundũ sanctificaret. Fiebat autem sanctificatio per sanguinem, vt patet in lege. Vt ergò Christus sanctificaret per suum sanguinem populum, occisus est.

Perficitur autem sanctificatio *per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, quem effundit in nos abunde per Iesum Christum.* Nam in baptismo peragitur & sanguinem datur Spiritus Sanctus. *Tria* (inquit) *dant testimonium in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis.* Aqua videlicet signũ, sanguis virtus, spiritus fructus: Lauit enim *nos in sanguine suo*: quia *sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato.* Emundat autem lauacro aquæ, nempè baptizans in Spiritu Sancto per aquã. Sed vt baptizentur hi, qui sanctificandi sunt, cedant necesse est. *Nam qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Quomodò verò credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante?* Ordo itaq; iste est: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.* Ergò *Spiritus, qui vnxit me. Euangelizare pauperibus, misit me.* Scribit autem Daniel: *Confirmabit pactum hebdomadæ vnæ. Et in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium.* Certum est autem tunc defecisse hostiam secundum Aaron, quando factum est sacrificium secundum ordinem Melchisedech, quod fuit initiũ passionis, in qua Christus occisus est & negatus à populo suo. Ergò antequam occideretur Christus, Euangelizauit prædicans regnũ Dei, spatio trium annorum cum dimidio, id est media hebdomada, quæ erat septem annorũ: quia hæc est confirmatio pacti id est fœderis, quod est testamentum nouũ, quod confirmauit testimonio operum. Rursus alia dimidia hebdomada per Apostolos confirmatum est pactum, qui non obstante persecutione, perseuerauerunt ibi prædicantes, & sermonem confirmantes sequentibus signis. Quæ confirmatio Christo tribuitur à Daniele, quia illi quidem prædicauerunt vbique, vsq; ad vltimum terræ; sed ibi media hebdomada, antequam diuiderentur in terras, *Domino cooperante, & sermonẽ confirmante sequentibus signis.* Ita vt prædicatio sit quidem Christi & discipulorum; confirmatio autem solius Christi, qui fecit opera. Quid miramini in hoc (inquit Petrus) aut nos quid intuemini quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus patrum nostrorum suscitauit Filium suum Iesum, & in fide nominis eius, hunc, quem vidistis & nostis, confirmauit nomen eius; & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam. Obserua verbũ confirmandi, quo vsi sunt Prophetæ, Euangelista, & Apostolus: vt miraculum primum, quod factum ab Apostolis narrant Acta Apostolorum, fuerit confirmatio corporis infirmi. Quam tribuit Petrus nõ virtuti propriæ, sed nomini Christi ac fidei illius. Hinc & sanaturus idem Petrus Æneam quendam, dixit illi; *Ænea sanet te Dominus Iesu Christus Surge & sterne tibi.* Et surrexit. Similiter suscitaturus Thabitam viduam mortuam, orauit, vt intelligeretur, hoc esse opus Dei non hominum. Hoc dictum sit pro intelligentia verborũ Propheticorum. *Euangelizare pauperibus misit.* Quod autem dicit, *pauperibus*, intellige humilibus, mansuetis, paruulis, simplicibus. Hinc superbi illi dicunt: *Nunquid ex principibus, aut ex Phariseis aliquis credit in eum? sed turba hæc, quæ non nouit legem.* Hinc Apostolus Paulus: *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes, secundum carnem, non multi*

Heb. 13. 9. Heb. 5. 5. Psal. 2. 7. Dan. 9. 24. Heb. 9. 22. Heb. 13. 9. Tit. 3. 5. 1. Ioan. 5. 8. Apoc. 1. 5. 1. Ioan. 1. 7. Marc. 16. 16. Rom. 10. 14. Marc. 16. 15. Dan. 9. 27. Mar. 16. 20. Act. 3. 12. Act. 9. 34. Isa. 61. 1. & Luc. 4. 18. Ioh. 7. 48.

potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat Sapientes; & quæ infirma sunt mundi, vt confundat fortia Et Iacobus: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes Regni?* Hinc Dominus ipse: *Beati pauperes, quia vestrum est regnũ Dei. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationẽ vestrã* Sic etiam seruo dixit paterfamilias: *Pauperes, ac debiles, & cæcos & claudos introduc huc* Et Christus ait Patri: *Abscondisti hæc à prudentibus, & sapientibus, & reuelasti ea paruulis.* Sic & Regius Propheta: *Declaratio sermonum tuorum illuminat; & intellectum dat paruulis.*

Iacob 2. 5. Luc 6 20. 24. Luc 14. 21. Mat 11. 25. Psal 118. 130.

7. ¶Quod sequitur in Propheta: *sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem*: notat beneficia, & corporalia & spiritualia, quæ Christus mundo attulit. Nam contriti & confracti intelliguntur pœnitentes, habentes cor contritũ & humiliatum; intelliguntur & afflicti & tribulati. Sic cæci spiritualiter & corporaliter: ita pariter & captiui: venit enim Christus totum hominem sanum facere; vt per eum sit redemptio animæ; & per eum simus expectantes redemptionem corporis nostri.

Isa. 61. 1. & Luc. 4. 18.

Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Annus iste est tempus illud, de quo dicit Apostolus: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Hunc prædicabat Christus dicens: *Approprinquabit Regnum Dei. Hodie impleta est hæc Prophetia in auribus vestris. Faciẽ cœli diiudicare nostis, hoc autem tempus quare non probatis? Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.* Et totus in eo fuit, vt notum faceret, quòd istud esset tempus, quo misit Deus Filium suum in mundum, vt omnis, qui credit in illum, non pereat. Prædicauit denique diem retributionis, ostendens se, qui nunc venit saluare, venturum tandem iudicare viuos & mortuos; vt volentes exciperent Saluatorem, ne in fine nolentes accipere Iudicem cogerentur.

Rom. 8. 23. Isa 61. 1. & Luc. 4. 18. 2. Cor. 6. 2. Mat. 4 17. Luc 4. 21. Matt. 16 3 Luc 19. 42. Ioh. 3. 14. Isa 61 1. & Luc 4 18.

Exhortatio. Quæ omnia sint nobis documenta. Spiritus vnxit eum, & misit, qui ideò dicitur Christus. Nos igitur, qui ab eo Christiani dicimur illum suscipiamus, qui vnctus venit ad nos; qui misericors est; qui Saluator est omnium hominum, & maximè fidelium; à quo potissimum expectemus, & expetamus salutem animarum nostrarũ. Venit vnctus, quia faciliter, quia libenter, quia prompte venit. Vnctio agile reddit corpus; spiritus & dilectio promptum reddit animum. Sic Christus corpus exhibuit aptatum ad opus redemptionis, quod nihil egit aliud, quam portare peccata nostra. Animam pro nobis posuit, totus noster; totus datus nobis; promptus & promptus ad saluandum; qui flet super Ierusalem, nolentẽ ab eo saluari; & protestatur suum cibum esse, facere voluntatem Patris, quę est bona, & plena misericordiæ ad saluandas gentes, & ad trahendas illas ad Christum Saluatorem. 1. Tim. 1. Luc 9. 41.

Ioseph singulariter fuit Deo dilectus propter castitatem & patientiam; hominibus, propter prouidentiam & mansuetudinem; *a* castus cum muliere; *b* patiens cũ hero; *c* prouidus cum Ægypto; *d* mansuetus cum fratribus. His virtutibus resplẽdeat Christianus; vt Deo placeat creatori; creaturæ non hæreat luxuriosè, libidinosè, amore inordinato. Vt hominibus placeat, prouideat bona, non tantùm coràm Deo, sed etiam coram omnibus hominibus: adiuuans in necessitatibus, sicut fecit Ioseph: mala quoque sustineat in mansuetudine & in patientia. Mulier Samaritana figura fuit nostri. Locus vbi Christus illam cõuertit, erat *iuxta prædiũ, quod dedit Iacob Ioseph filio suo* Erat Ioseph singulariter dilectus à patre, cui propterea partem hanc contulit extra fratres suos: ergo partem significat & hereditatem, quã Deus Pater donat electis & dilectis suis. Isti sunt Ioseph castus, patiens; prouidus, mansuetus Sis Ioseph in virtutibus istis, vt hæres sis selectæ hæreditatis. At si incestuosus fueris, vt *a* Ruben; si furiosus, *b* vt Simeõ & Leui; si fratris venditor, *c* vt Iudas; si criminosus, vt *d* cæteri fratres, nõ eris nobili ista dignus hæreditate. *e* Benedictio illius, qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph. Sic benedixit Moyses moritu-

a Gen. 39. b 43. c Gen. 47. d Gen. 49. 1. & 38. 2. Cor. 11. a Gen. 39. b Gen. 34. c Gen. 37. d Gen. 27. e Deut. 33. 16.

moriturus. Et antè. *f* De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli. O benedictio Domini, ô abundantia, ô suauitas huius terræ, & hæreditatis. Terra sancta erat, vbi Dominus apparuit in rubo, vt dixit ipse Dominus. Terra sancta est, à Domino benedicta, quæ data est Ioseph, vbi sunt poma cœli, vbi sunt fructus Solis & Lunæ, cælestes (inquam) diuitiæ atque delitiæ. Heu ergo cur Ioseph non referimus moribus nostris? cur saltem illius mansuetudinem non imitamur? propter iustitiam passus est persecutiones: Virtutes eius, quibus etiam *a* factus est dignus cœlesti reuelatione, prænonstrante illi futurum illius principatum, patri singulariter charũ reddiderũt; *b* patri erat dilectus *c* fratribus odiosus. Vnde venditus fuit; calumniam passus est ab adultera propter amorem castitatis. Omnia sustinuit patienter, æquanimiter, perseuerãter, & potens iam factus bona reddidit pro malis. Hunc, hunc imitemur, vt bibamus de aqua viua Domini Iesu, vt non sitiamus in æternum. Sic benedictio illius, qui apparuit in rubo, venit super caput eius. Quomodo apparuit in rubo? Rubus ardebat, & non comburebatur. Quæ esca apposita magis igni, quam rubus? quid facilius ad comburendum quam spina? flamma comburens montes rubum nõ combussit? persecutores Ioseph contra eum exarserunt sicut ignis in spinis. Expositus ipse, flammæ ignis, non restitit, cessit, sustinuit patiens, mansuetus, humilis, pius; & tamen ardebat rubus, & non comburebatur; perstitit, durauit, regnauit. Estò & tu rubus facilis ad comburendum, ad patiendum, ad sufferendum, & nulla tibi nocebit aduersitas; & ambulabis super prunas, & nõ comburentur plantæ tuæ, & abscondes ignem in sinu tuo. Et non ardebunt vestimenta tua. Et qui apparuit in rubo, benedicet tibi, dicens. *Cum ipso sum in tribulatione.* O visio magna, & admirationis plena! Vadam, & videbo visionem hanc magnam: & audiam vocem Domini de rubo, immò & videbo Dominum ipsum in flãma ignis, & intelligam quomodo per aquã salutarem & mollem lenitatem, saluũ fecit populum suũ à pressura flammæ, vt in medio ignis non sit æstuatus.

Gen. 11.
Exod. 3. 2.
a Gen. 37. 5. & 9.
b Gen. 37. 3. & 4.
c Gen. 37. 4.
Deut. 33. 16.
Exod. 3. 2.
Psa. 115. 12.
Exod. 3. 2.
Psa. 90. 15.
Exod. 3. 2.

SECVNDA PARS.

NVnc volentes cõsiderare Christi Domini nostri lenitatem, per quam salui facti sumus; attendamus quòd prædicatio illa de qua dictum est supra. Prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, prædicare annum Domini acceptum: non verbis tantum facta est, sed factis. Quo modo dicebat Christus Iudæis: *Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo.* Et Psalmus: *Ostende nobis Domine misericordiam tuam. & salutare tuum da nobis.* Ideò prædicationem facto miscuit in Prophetia. *Euangelizare pauperibus misit me; sanare contritos corde; prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum; dimittere confractos in remissionem.* Vides quomodo, vbi dicit prædicare, dicit & sanare & dimittere; vt verba pro factis accipiamus. Vnde & in Prophetia adiicit: *Vt consolarer omnes lugentes, & darem eis coronam pro cinere, oleũ gaudij pro luctu.* Spiritus ergo vngẽs Christum, sic misit ad prædicandum, vt mitteret ad saluandum, notamq; toti mundo faceret suam salutem, omnibusq illã offerret. Vnde alibi in eodem Propheta hæc duo simul coniungens, verba videlicet & facta, ait: *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* Vt intelligamus, quòd loqui iustitiam, sit re ipsa iustificare, quæ tamen iustitia etiam verbo prædicanda erat. Sed ibidem modũ, quo saluauit expressit, nam ad illam interrogationem. *Quare* ergo *rubrum est vestimentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torcular?* Respondit. *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea; & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea.* Modus ergò saluandi fuit per sanguinis effusionem, qui dicitur sanguis hostium, quoniam peccata nostra, cum adhuc inimici essemus, effuderunt sanguinem eius. Et sicut peccata nostra ipse portauit, quasi sua; ità sanguinẽ suum donauit nobis, quo quasi nostro la-

8. Isa 61 1. & Luc. 4. 18.
Ioh. 10 32.
Psal. 84 8.
Isa. 61. 2.
1. 2.
Isa. 63. 1. 2. 3.

mur & redimur. Saluauit igitur opere ac
5. labore suo. Vnde post infert. *Saluauit mihi*
8. *brachiũ meum.* Et adhuc infra: *Et factus est*
9. *eis Saluator. In dilectione sua, & in indulgentia sua redemit eos, & portauit eos.*

Vnctus est ergò Christus, non ad prædicandũ duntaxat, sed ad saluandum. Vnctus (inquam) vt Rex, quoniam Reges inducti sunt in populum Dei, vt illum saluarent ab inimicis suis. Vnde Samuel vn-
1. *Reg.* 10. 1. cto Saüle in Regem, ait: *Ecce vnxit te Dominus super hæreditatẽ suam in principem; & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius.* Et qui contempserunt illũ, dicebant: *Num saluare nos poterit iste?* Vn-
1. *Reg.* 10. 27. ctus est, vt Sacerdos, vt saluaret ab ira Domini: quo modo saluauit Moyses, quando
Exod 32 9. indignatus Dominus voluit totum delere
Nũ 16.47. populum suũ: & modo, quo saluauit Aaron extinguens incendium, quod populũ consumebat, orans, & incensans. Quo-
*Col.*1 13. niam *Christus eripuit nos de potestate tene-*
*Col.*2 15 *brarum. Et expolians principatus, & potestates traduxit confidenter palã triumphans*
Rom 5.10. *illos in semetipso. Pariterq; reconciliati su-*
*Luc.*1.72. *mus Deo per mortẽ Filij eius:* Vt quasi Rex *operaretur salutem ex inimicis. & de manu*
68. *omnium, qui oderunt nos* Et quasi Sacerdos *faceret redemptionem plebi suæ, & erigeret cornu salutis nobis.* Quę vnctio vt dedit illi potestatem ista faciendi, sic per eam promptus fuit ad id opere exequendum. Quæ executio quoniam per sanguinem Crucis eius perficienda erat: idcircò vnctus est Christus, vt mortem obiret pro
*Dan.*9 24. nobis. Hinc Daniel primum dixit: *Vngatur Sanctus Sanctorum*: post verò subiun-
26. xit: *Occidetur Christus.* Vngatur prius, vt vnctus, & Christus occidatur. Christus. n. idem est q̃ vnctus. Oleum enim dũ linit, lenit, lenẽ facit, vt lenitate ipsius redimat
Exod. 32. nos a malis. Si Moyses, quando populus vitulum conflauit & adorauit, zelo, quo etiã tabulas confregit proiiciens ad radicẽ montis, incensus contra populum, voluisset illũ extingui, iam de populo penitus actũ fuisset. Sed in lenitate sua saluum fecit illum, qua zelatus est pro Deo suo, vt ne populi extinctio, Domini detractio esset: vt ne populi ipsa deletio, quæ fuisset opus iustitiæ, deputaretur ab infidelibus impotentiæ. Fuit ergò lenitas necessaria cũ zeli ardore vehementi: Et quò plus vehemens ardor, eò plus lenitas clemens atq; ad saluandum, pensior. Haud secus Dominus noster Iesus, vbi dicit: *Zelus domus tuæ co-* *Ps.*68.10.
medit me. ibi etiam dicit: *Propter te sustinui* 8.
opprobrium: extraneus factus sum fratribus meis. Ardens, vt Patrem honorificaret: lenis, vt saluos faceret multos populos. Ipse ergo factus est Christus & vnctꝰ, vt saluaret nos per sanguinem Crucis suæ.
Propterea secundum legem sacrificium, *Exod.*29.
quod in dies offerebatur manè & vesperè, 38.
agnus erat immaculatus. Propterea sacri- *Exod.*12.5.
ficiũ illud caput omnium sacrificiorum. quod Phase aut Pascha dicebatur, quod tunc fuisset transitus Domini, non aliud erat, quam Agnus immaculatus. Propterea *Luc.*22.7.
etiam quando necesse erat occidi Pascha, 1.*Cor* 5.
Pascha nostrum immolatus est Christus, *Ier.*11.19.
ipse enim verꝰ est Agnus, qui abstulit peccata mundi. De quo in figura illius dixerat Ieremias. Ego quasi Agnus mansuetꝰ, qui portatur ad victimam. Lenitas illa naturalis atq; mansuetudo agni irrationalis, voluntariam lenitatẽ Domini Iesu, mansuetudinem, patientiam, pietatem, humiliratem, benignitatem, humanitatẽ nobis ob oculos ponit; de qua scriptũ legimus: *Ecce puer meus electus, quem elegi, posui su-* *Isa.*42.1.&
per eum spiritum meum: nõ clamabit, & nõ *Matth.*12.
contendet, neq; audietur in plateis vox eius. 18.
Quid est, posui super eum spiritum meũ: *Isa.*61.1.&
nisi quod ipse dixit: *Spiritus Domini super* *Luc.*4.18.
me, propter quòd vnxit me: vnctionem videlicet misericordiæ suæ, vt ego per viscera misericordiæ visitarem, & facerem redemptionem plebis suæ?

Hæc Christi Domini lenitas, & misericordia offensa est, quando captus est in horto, quam verbis illis ipse testatus est. *Quotidie apud vos eram in Templo, sed hæc* *Luc.*22.53.
est hora vestra, & potestas tenebrarum Fa- *Ioh.*18.6.
cto quoque illam ostendit, quando prohibuit Petro suam defensionem, quando cohortẽ prostrauit, à qua tamen se teneri permisit atq; ligari. Eãdem lenitatẽ ostendit, quando ductus in concilium coram se tondentibus obmutuit, detrahentib. illis,

& blasphe-

Matt. 26. & blasphemantibus, & Caipha insultante. Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Eandem fecit esse testa-
Mat. 27. 14 tam, quando post Pilato demonstratam
Luc 23. 9. Diuinam eloquentiam suam, contra calumnias sibi ab inimicis illatas, sic tacuit, vt miraretur Præses vehementer. Herodi nihil respondit, vbi facillimè potuisset se à tanta eximere persecutione. Sententiam sustinuit Pilati iudicis iniquissimi, non resistens, non contradicens, quriam clama-
Psal. 37. 14 uerat in Cantico. Ego autem tanq; surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiēs os suum. Et ne elinguis, aut quasi extra se factus ex doloris vehementia putaretur;
Luc. 23. 34 atq; ideò ne obmutiret quidem, mox cru-
Mat. 27. 50 cifixus clamauit, rogans pro suis crucifixoribus, clamauit, & spiritum emittens, vt non nisi patientiæ, atq; lenitati illius silentium tribueretur: sic verus esset Agnus Dei; & mansuetudo eius ac modestia nota esset omnibus hominibus. Hac lenitate semper vsus est in vita sua, Agnum se semper, & vbique demonstrauit.

Hac eadem lenitate vnxit ipse spiritu
Mat. 10. 16 suo discipulos suos, quibus dixit: *E ecce ego*
Ioan. 20. 21 *mitto vos sicut agnos inter lupos* Sed quo-
Isai. 61. 1. modo misit? *Sicut misit me Pater, & ego*
& Luc. 4. *mitto vos.* At quomodo te misit Pater?
18. *Spiritus Domini super me, eoque vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me.* Ergò & ipse misit illos Euangelizare, Spiritu Sancto misso de cœlo super eos, quo illos vnxit, fecitq; Christos suos, atq; Agnos vnctos oleo sancto suo, fortes in bello, mites in prælio, Angelos cum Michaële contra
Apoc. 12. 11 Draconem & Angelos eius, agnos cum Christo, qui vicerunt Diabolum propter sanguinem Agni, & non dilexerunt Animas suas vsq; ad mortem. Misit autem inter lupos; non dicens sicut olim. Nolite
Ps. 104. 15 tangere Christos meos. Sed. Ecce ego mit-
Mat. 23. 4 to ad vos sapientes, & prudentes, sicut ser-
Mat 10. 16 pentes, & ex illis occidetis, & crucifigetis,
2. Cor 10. 3 & flagellabitis: quia mitto sicut agnos in-
Luc. 24. ter lupos. Qui Spiritu Sancto repleti, in
49. carne ambulantes, non secundum carnem
Luc. 21. 15 militabunt, sed secundum spiritum; quo vncti erunt, quasi Angeli sine carne, quasi spiritus sine corpore; verè induti virtute ex alto, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarii. Hoc est quod sub figura messis, dixit illis. *Ego misi vos metere, quod non seminastis. Alii laborauerunt, & vos in labores eorū introistis.* Christus seminauit, Christus laborauit, Christus fecit redemptionem: de se dicit. *Alii laborauerunt.* Quia si vnus mortuus est, 1. Cor. 5. 14
ergò omnes mortui sunt. In Adamo non ipse solus Adam, sed omnes peccauerunt. Rom. 5. 12.
Ergò in Christo non solum ipse laborauit, *Fatigatus ex itinere*, sed & *alii laborauerūt*, quotquot in Christo sunt. Quia vnxit illū Deus oleo iustitiæ præ consortibus suis. Tamē & in propria persona vnicuiq; laborandum est, vt in Christi labores possit introire. Neq; n. fit messis sine labore. Misit autē Christus Apostolos suos metere nedū cum labore, sed & cum dolore. Vnde vnus ex illis pro se, & pro omnibus dicit. *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea* Dum videlicet merit, & congregæ in horrea. Agnus ergò noster, agnos suos misit in mundū; Christus noster, Christos suos misit vngentes oleo infirmos; vt conualeant de infirmitate; fortes facti in bello, ad expugnandas aëreas potestates; ad castiganda corpora sua, & in seruitutem redigenda; ad calcandas terrenas vanitates; & arbitrandas, vt stercora; ad spernendas, & abiiciendas sensus animalis voluptates; vniuersaque bona mundi penitus contemnenda. Per istam sanctam Vnctionem, & Spiritus Sancti virtutem, & fationem Domini nostri Iesu Christi, qui vt *Messias venit, qui dicitur Christus.*

Qui ergò Christi sumus, vnde Christia- 10 *Exhorta-*
ni dicimur, id est vncti, in palestrā descen- *tio.*
dentes cum Diabolo luctemur, vngamus caput nostrum, id est mentē disponamus, vt promptum sit ad pugnam. Ornemus animam donis Spiritus Sancti; sit intellectus splendoribus sanctorum donorū illustratus sapientiæ & intellectus, scientiæ & cōsilii. Confirmatum sit cor nostrum spiritu fortitudinis, inclinatum ad faciendam misericordiam cum proximis nostris spiritu pietatis. Et vndique repleat nos spiritus timoris Domini. Christo canitur in Psal- *Psal. 44. 8.*
mo: *Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē: propte-*

propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis Vbi est oleum Spiritus Sancti, ibi est dilectio iustitiæ, odium iniquitatis; & vbi ista sunt, non deest oleum. Consequentia est iste non causa. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus. Quoniam Spiritus est, qui iustificat iustitiæ dilectione; Spiritus est, qui rectificat odio iniquitatis. Ergò diligite iustitiam, qui habitatis terram. Odite iniquitatem, qui exoptatis cœlum. Ita enim Spiritus Christi habitat in vobis.

Prou. 3. 3. Sic Salomonis documentum in vobis non erit inane: *Misericordia, & veritas non te deserant: circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: & inuenies gratiam, & disciplinam bonam coram Deo, &*

Eccl. 45. 1. *hominibus.* Moyses dilectus Deo, & hominibus in fide, & lenitate factus est sanctus. Ergò lenitas misericordiæ, & fides veritatis non te deserant: vt inuenias gratiam coram Deo & hominibus. In fide & veritate crede Deo, atque illi coniungere, vt placeas in conspectu Principis, qui est ipse. In lenitate, & misericordia homini-

Gen. 25. 23 bus placeamus. Esaü pilosus & hispidus nec Deo dilectus, nec hominibus, benedictione cœlesti priuatur, & persequitur fratrem suum. Iacob lenis, & parentibus gratus, missus est in Haram, & Deo charus vidit in itinere Deum patrum suorum. Lenis fuit, non hispidus pelle & moribus; lenitate cessit fratris indignationi; lenitate parentibus obediuit; lenitate auunculo suo Laban sedulò, diuque seruiuit; lenitate iniuriam tolerauit, qua in matrimonio deceptus fuit; lenitate sustinuit asperitatem Laban in mercede laborum suorum; lenitate leniuit furorem, & persequentis auunculi, & occurrentis fratris; postremò lenitate non exacerbauit habitatores terræ, in qua peregrinabatur, vt sine offensione omnibus esset. O quanta vis lenitatis, quanta mansuetudinis potentia; quanta patien-

Psal. 36. 11 tiæ fortitudo Ideò *mansueti hæreditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi*

Prou. 15. 1 *super eam.* Nonne scriptum est? *Responsio mollis frangit iram.* Nunquid non exprimit adhuc Salomon? *Patientia lenietur Princeps: & lingua mollis confringet duritiam* Mollities olei lenitas mansuetudinis, frangit & superat omnes contrarias potestates. *Oleo confortantur nerui ad pugnam.* Iacob lenis ita fortis fuit, vt diceretur illi: *Si fortis fuisti contra Deum, quantò magis contra homines prævalebis?* Ergò misericordia & veritas non te deserant. Cur quæsò lenis, aliquando hispidus factus est? quia lenitas profert fortitudinē magnam; quia lenitas adiuuatur à fortibus. Vicit Iacob lenis sua lenitate armatum fratrem, sibi cum quadringentis armatis obuiantem. Frater autem fortis, a leni superatus, obtulit se illi comitem & protectorem. Ecce lenem circundatum, & protectum à forti. Sis tu lenis, & Angelos prius, quàm homines habebis obuiā; quibus mandatum est, *vt custodiant te in omnibus viis tuis*; vt non prævaleat homo Ergò *misericordia, & veritas non te deserant.* Habeas in corde, habeas in ore, habeas in opere, & veritate.

Gen. 3. Etiam Diabolus nouit mollitie superare virtutem; muliere deiecit virum; mollitie viriliatem. Hoc malum sustulit Dominus, muliere trahens ad se virorū multitudinem. Mulierem leniter aggreditur, veritate conuincit. Vnde illa clamat. *Quia dixit mihi omnia, quæcunque feci* Ita mulierem fortem, potentem videlicet lenitatem misit ad Ciuitatem Samaritanorum expugnandam, & in captiuitatem redigendam in obsequium Christi. Diabolus mulierem appetit: Christus quoq; mulierem. Diabolus ligno, & cibo mortis: Christus aqua & potu vitæ. Diabolus mendacio: Christus veritate: Diabolus illam deceptam mittit ad virum: Christus illam edoctam mittit ad homines. Per illam Diabolus, virum prostrauit: Per hanc Christus totam ciuitatem erexit. Ergò ô viri ad vos clamito. Nolite molles esse cum Diabolo; sed resistite Diabolo, & fugiet a vobis. Molles estote cum Christo, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra; mites estote, cedentes, credentes, obedientes. Cedens mollis aqua in mari rubro, illicò obduruit, vt esset illis pro muro. Cedens mollitie, saluans duritie. Sed eadem teneritudine sua fluens obruit persequentes, qui submersi sunt in aquis vehementibus.

Iac. 4. 7. *Psal. 94. 8* *Exo. 14. 22*

bus. O inæstimabilem fortitudinem lenitatis! Num veluti desperans clamat Salo-
Prou. 31 10 lomon. *Mulierem fortem quis inueniet?*
Prou 25 15 Inuenta, inuenta certè est. Nam lingua
Iudic 16.4 mollis confringit duritiem; & melior est
Gen 31 5. patiens viro forti. Et vir fortissimus Sampson à mulieribus est deiectus. Et de muliere, ad potestatem tenebrarum dictum est. *Ipsa conteret caput tuum.* O Domine Iesu, tenerrime sicut vermiculus, vnctione misericordiæ tuæ factus mollis, vicisti mundum, deiecisti Diabolum, & tunc vt leo vicisti, quando vt agnus occisus es! Pondus, quod totus mundus sustinere non poterat, nempè iniquitates omnium nostrum, tu solus in corpore tuo portasti, in carne videlicet infirma, crucifixus videlicet ex infirmitate, vt in profundum maris proiiceres omnia peccata nostra. Da nobis, vt infirmitate vincamus, vt cedendo fortiores euadamus, vt castra vertentes exterorum, digni efficiamur gratia tua. Sit lenitas tua virtus nostra, sit Passio tua nostra fortitudo, Sanguis tuus faciat nos potentes vt leones. Dixit nobis Vicarius
1. Petr. 4. 1. tuus. *Christo passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini* Heu! per Passionem tuam armemur, vt te passum cogitantes non deficiamus in laboribus, & in aduersitatibus non cedamus Diabolo, illi resistentes fortes in fide. Tu occisus vt agnus, vicisti vt leo: ergò & nos agni in medio luporum, vincamus in bono malum, in patientia potentiam, in mansuetudine ferocitatem, iracundiam in lenitate, furorem in humilitate, & in sufferentia quæcunque nobis aduersantur. In manibus tuis est fortitudo, quia potentes manus Dei ad delendam omnem carnem, ad ligandum omnem spiritum, ad concutiendam omnem terram, ad concludendos omnes cœlos: sed ibi abscondita est fortitudo, dum clauis confixæ sunt in Cruce. Sed absconsio in causa, est in effectu aperta manifestatio, destruens mortem, & eum qui habebat mortis imperium. Ita, ita & nos, quæsò, Domine, vbi confixi Crucì mortem superemus, & mortis authorem, mundum, & omnia, quæ in mundo sunt, vt super excelsa tua deducas nos in Psalmis canentes. *Vbi est mors victoria tua?* 1. Cor. 15.
vbi est mors stimulus tuus? Quomodo tecidisti de cœlo Lucifer? Contriuit Dominus Isai. 14. 12.
baculum impiorum, virgam dominantium. Dominus fortitudo mea, & salus mea. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Consideratur qui sit Saluator & qualis. Quid egerit vt saluaremur. Quid à nobis agendum, vt hanc salutem consequamur. In Morali, Meditatio Passionis Christi suadetur.

RATIONABILE erat, vt qui 1
veniret Saluator mundi, mundo ipsi toti esset manifestus. Propterea quo tempore immolabatur vacca, atque comburebatur, vt ex eius cineribus aqua lustrationis sanctificaretur, ad illos mundãdos, qui fuissent polluti, iussit Deus, vt hoc fieret coram omnibus, cunctisq; videntibus: Ita quòd immolatio eius esset manifesta, itidemque combustio. Deim- Num. 19. 3.
molatione quippè sic iubetur: *Tradetis eam Eleazaro Sacerdoti, qui eductam extra castra immolabit in conspectu omnium.* De combustione autem: *Comburet eam cunctis videntibus tampelle, & carnibus eius, quàm sanguine & stimo flamma tradetis.* Cum itaque populus Samariæ, qui nobis gentes mundi refert, Christum confiteatur, mundi Saluatorem, liberè dicens. *Nos audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi.* Congruum est, vt illius Psal. 73. 12.
mors, qua operatus est salutem in medio terræ, cunctis appareat, euidenterque manifestetur. Nam cineres illius vaccæ erant multitudo filiorum Israël in custodiam. Propter hoc enim voluit Deus Filii sui Passionem etiam veteribus aliquo modo manifestam esse, nempè saltem in figuris. Et nos ergò debemus cineres istos custo-

dire, præ oculis tenentes mortem illam, quæ per aquam baptismi ad emundandam conscientiam nostram à peccatis, imponitur & imputatur.

Non abs re mulier illa Samaritana, cuius occasione & operâ Christus Dominus noster ostenditur, & prædicatur Saluator mundi, erat in ciuitate peccatrix, cuius etiam propterea peccatum & a Christo illi reuelatum est, & ab ipsa omnibus declaratum, vt notum esset omnibus, quòd iste
1. *Tim.* 1.15 Saluator mundi venit in hunc mundum peccatores saluos facere à peccatis eorum. De quo, vt intelligamus quanam ratione saluet, tria iuxtà figuram propositam explicare nobis congruũ esse videtur. Figura quippè tangit qualis esset victima illa. Et quid ex ea fieret, nempè quòd immolaretur, & combureretur. Ac deniq; quis illius esset vsus ad emundationem carnis. Vi-
Diuisio. deamus Saluatorem omnium, qui sit aut qualis; quid egit vt saluaremur; quid nobis vt eius salutem consequamur agendum sit. Et hæc omnia in ipsa illius figura speculemur.

Num. 9.1. Victima ista præter cæteras, valde erat insignis. Propterea locutus est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens. *Ista est religio victimæ, quam constituit Dominus.* Nunquid non aliæ omnes a Domino fuerant constitutæ? Ille loquendi modus notat hanc esse singularem, singulariq; Dei præcepto constituram, quæ cum figura sit, vt cæteræ omnes, in figurando splendorem quendà præ cæteris emittit, & distinctius clariusque figurat veritatem. *Præcipe* (inquit) *filiis Israel, vt adducant ad te vaccam rufam, ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugũ.* Hæc est nostri Saluatoris figura. Ad filios Israël pertinebat illam adduci, atq; præsentari, *quia salus ex Iudæis est*, quorũ patres sunt, ex quibus est Christus. Sed quare vacca potius quàm vitulus, aut bos? si vitulus, iam non fuisset ætatis integræ, vt opus erat: si bos ætatis integræ, iam lasciuiret, quod vaccæ non euenit, ita mox vt ad ætatem peruenit integram. Hæc est nostri Saluatoris absoluta perfectio. Nam quòd per ætatem plenam, perfectio intelligatur mentis, summaque virtutum, atq; omnis iustitia, testatur Paulus atq; demonstrat, dicens: *Occurramus* Eph. 4.13 *omnes in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi.* Neq; enim intendit Apostolus, vt simus triginta trium annorum, vt erat Christus: alioqui quomodo simul omnes hac ætate simul conuenirent? Sed occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis Filii Dei; vt iam non simus paruuli, fluctuantes omni vento doctrinę. Paruuli ergò non ætate infirma, sed fidei debilitate ac modicitate. Ergò sic etiã viri perfecti sunt fide plena, & charitate perfecta. Subdit enim. *Veritatem* autem *facientes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.* Vides augmentum charitatis, omniumq; virtutum? In charitate, per omnia. Si hac ratione ad ætatis Christi mensuram crescere nos vult Apostolus. Ergò ætas integra victimæ notat Verbum caro factum, plenum esse gratiæ Isam. 1.14
& veritatis, quandoquidem *in illo* quoque *habitat plenitudo diuinitatis etiam corporaliter*, absq; vlla imperfectione, aut macula. Col. 1.9
Quæ omnis perfectio ad aliud nihil, quam ad saluandum impenderetur. Quod Dominus ipse Iesus quando recusauit in discordia fratrum propter temporalem substantiam se immiscere declarauit, dicens. *O homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos?* Inferens non quidem Luc. 12.14
illi non esse facultatem illos iudicandi & diuidendi, sed ad negocia temporalia tractanda non esse missum. *Venit* enim *filius* Luc. 19.10
hominis saluum facere, quod perierat, quia ad hoc missus fuit. Hoc est iugum non portasse, neque humanis vsibus fuisse applicatum. At verò cur rufa? quoniam vaccæ rufæ lacte sunt abundantiores, simulque vt ostenderetur, quòd rubicundus futurus esset Dominus sanguinis proprij aspersione. Ergò *hic est Filius Dei, super quem venit Spiritus Sanctus, vngens illum oleo sancto, & repleuit eum omnibus donis Spiritus, nempè sapientiæ & intellectûs, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & spiritus timoris Domini*; quapropter *in eo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei.* Isa. 11.2. Col 2.3.

Vide ergò quem misit Deus Saluatorem.

rem. Nunquid erit quisquam, qui de illo,
1 Re 10.27 sicut de Saül, dicere possit. Nũ saluare nos
poterit iste? Nũquid, dico ego misit Deus
aliquãdo saluatores ad populũ, qui illum
nõ saluauerint? Erãt illi saluatores populi.
1 Tim. 2.4 *Hic autem est saluator mundi.* Sicut illi po-
pulum saluauerunt; haud secus istius salus
vsque ad fines terræ pertinebit; quia vult
omnes homines saluos fieri, non gentẽ so-
lumodò Iudæorum. An nõ verius & excel-
lentius de illo dicitur, quod se Saül dixerit
Samuel. *Certè videtis quẽ elegit Dominus,*
quoniam non sit similis illi in omni populo.
Corpore ille omnes antecedebat. Stetit in
medio populi; & altior fuit vniuerso po-
pulo ab humero & sursum. Quid in hume-
ro nisi fortitudo maximè ad portandum? ô
humerus Altissimus Domini Iesu; Sint ini-
quitates nostræ sicut onus graue grauia-
tæ super illum, portauit ipse tamen omnes
Act. 15.10. illas infirmitates, dolores nostros. *Onus,*
quod neque nos neque Patres nostri portare
potuerunt: portauit ipse solus: portauit nos
vniuersos; neque audita est vox murmu-
Num. 11.11 ris, qualis in Moyse audita est. Cur impo-
suisti pondus vniuersi populi huius super
me? Nunquid ego concepi omnem hanc
multitudinem, vel genui eam vt dicas mi-
hi. Porta eos in sinu tuo, sicut portare so-
let nutrix infantulum, & defer in terram
pro qua iuraui patribus eorum? Vnde mi-
hi carnes, vt dem tantæ multitudini? Fleat
contra me dicentes. Da nobis carnes, vt
comedamus. Non possum solus sustinere
omnem hunc populum, quia grauis est
mihi. Sin alitertibi videtur, obsecro, vt in-
terficias me, & inueniam gratiam in ocu-
lis tuis, ne tantis afficiar malis. Videte gra-
tiam Domini nostri Iesu, videte poten-
tiam, videte patientiam; vt cunctis pa-
tesceret quòd non esset in alio salus. Et
Ec 45.4. Moysen elegit ex omni carne, in fide & le-
nitate ipsius. Sanctum fecit illum, vt esset
mitissimus omnium hominum, qui mo-
Num. 12.3. rabantur in terra. Ducem populi sui con-
stituit per quadraginta annos, & in tanta
tamen sua lenitate, & mansuetudine, in-
dignatus detrectat ducatum populi, eli-
gens potius mori quam illius duritiem su-
stinere. In quo autem grauis adeò erat illi
populus? quia carnes expetebat. Quid er-
gò Christus Saluator mundi, qui portat
orbem totum, & omnia? Non carnes ex- Gen. 6.13.
petentem modò, sed qui in peccato natus
sit totus? cuius repleta est terra iniquitate
à facie omnium. Neque pondus hoc tan-
tum detrectat, neque deponit, sed adeò
patienter agit, vt fiducialiter cum eo agat
Pater, qui misit illum. *Non possum* (inquit Num. 11.14
Moyses) *solus sustinere omnem hunc popu-* Isa. 63 3.
lum. Et CHRISTVS. *Torcular calcaui* Num. 11 13
solus, & de gentibus non est vir mecum Ioan. 6. 54.
Moyses queritur indignabundus. *Vnde* Num. 11.13
mihi carnes, vt dem tantæ multitudini? At
CHRISTVS: *Nisi manducaueritis car-*
nem filii hominis, & biberitis eius san-
guinem, non habebitis vitam in vobis. Ne-
gat, se Moyses illos genuisse: *Nunquid*
ego concepi omnem hanc multitudinem, vel
genui eam?

At de Christo, qui verè est Pater futuri 3
sæculi, & multos filios adduxit in glo-
riam, dicit Isaias. *Si posuerit pro pec-* Isa 9 6.
catoanimam suam, videbit semen longæuum. Heb 2.10.
Generationem eius quis enarrabit? & meri- Isa 53 10.
ens genuit illos, sicut filium Beniamin Rachel Gen. 53 18.
genuit moribunda. Si posuerit pro peccato
animam suam [dixit Propheta] videbit se-
men longæuũ. Nam semen eius in genera-
tione, & generationem. Rogat Moyses. Sin Num 11.14
aliter tibi videtur, interfice me, ne tantis
afficiar malis. At Christus libens tradidit Ier 12.17.
dilectam animã suam in manib. inimico-
rum suorũ. Et repleta est malis anima sua,
quia ipse voluit. In sinu portare non vult Psal. 87 4.
Moyses sicut nutrix infantulum. At Chri- Luc 15 4.
stus tanquam onem insipientem imponit Isa 9 6.
in humeros suos gaudens; & ita factus est
principatus super humerum eius; super se
suscipiens pondus belli, quo contra eõ ten-
tiosos habuit semper cõtendere. Quapro-
pter neque in terram illam detulit popu-
lum Moyses. Iesus autem Saluator, qui
abiit in cœlum parare nobis locum, re-
promisit: *Si abiero, & præparauero vobis* Ioan 14. 3.
locũ, iterũ veniam, & accipiam vos ad me
ipsum: vt vbi sum ego, & vos sitis. Hic hic
est verè Saluator mũdi. Nũ ergò nos salua- 1 Ti. 4 10.
re non poterit iste, qui est Saluator omniũ
hominum? Quantum gratiam fecit no-

bis Deus? quantas gratias agere debemus Deo Patri, qui talem ac tantum tribuit Redemptorem? qui tradidit Filium suum pro nobis.

4 Hic duo nobis ostendit, magnam necessitatem, magnam cupiditatem: necessitatem, quam habemus; cupiditatem quam habere debemus. Si non mitissimus fuisset Moyses, non sustinuisset vtique. Quare tam mitis? Quia populus erat durae ceruicis. Ex remedio cognosce infirmitatem: duris datus est mitis; perditis datus est Sal-
Rom. 3. 23. uator; mortuis vita. *Omnes peccauerunt.*
Isai. 64. 6. Nemo mundus à sorde, etiam infans v-
Nu. 19. 19. nius diei, & immundi omnes. At lex dicit: *Mundus lustrabit immundum. Quae gloria si poterit mundum se habere cor? Quid*
Iob 15. 14. *est homo, vt sit immaculatus? Ecce coeli non sunt mundi in conspectu eius. Quanto magis abominabilis, & inutilis homo, qui bibit, quasi aquam, iniquitatem? Neque gloria hac est omnibus Sanctis eius. Ecce inter Sanctos nemo immutabilis. Et qui seruiunt ei, non sunt stabiles; & in Angelis suis reperit prauitatem.* Si sic, cui dabitur palma caeteros emundandi? quis gloria ista potietur? certè neque in coelo, neque in terra, neque subtus terram inueniri potest quisquam, qui sit Saluator mundi, qui vel seipsum saluare possit: quia Domini est sa-
Rom. 3. 23. lus. Si ergò omnes peccauerunt, & omnes egent gloria Dei, soli Deo honor & gloria. Salus enim eorum est. Iste solus saluabit nos, quia solus *hic est verè Saluator mundi.* Magna ergò necessitas nostra, cui solus, qui est omnipotens, potest prospicere, quia is solus, qui portat omnia, purgationem facit.

Heb 1. 3. Ionam in ventre ceti sepultum quis po-
Ion 2. 6. terat liberare? *Circundederunt me aquae vsque ad animam, cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum.* O quanta necessitas mundi! ô quales angustiae hominis existentis in peccato! ô si cognosceret homo suam istam necessitatem & calamitatem! Hinc cupiditas, desideriumque salutis. Ionas, qui fugere tentauit à facie Domini, illam abiectus cupit & petit. Audi illum: *Et ego dixi. Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: verumtamen vursus videbo Templum sanctum tuum.* Videte vosmetipsos, ô qui creditis in Deum! Videte infirmitates vestras, vanitates, iniquitates, & leuate capita vestra ad Dominum Deum vestrum, qui eruat vos de necessitatibus vestris, & de lacu miseriae, & de luto faecis. Praecipe (in-
Num. 21. quit Dominus) filiis Israël, vt adducant ad te vaccam rufam. Quare sic praecipiendum? quia vrget necessitas. *Omnis, qui tetigerit humana animae morticinum, & aspersus hac commistione non fuerit, polluet Tabernaculum Domini, & peribit ex Israel.* Quid est, polluet Tabernaculum Domini; nisi Deum offendet, & inhonorabit? Quid est peribit ex Israël, nisi filius erit perditionis, & reus mortis aeternae? Heu quanta necessitas! Cur tanta in tactu cadaueris hominis, non autem in tactu animalium mortuorum? Quia vbi excellentior vita, ibi detestabilior mors. Ergò horribilis animae mors. Haec est nostra necessitas quia gladius mortis vsque ad animam pertransiuit. Cur ergò non maximè desideramus ab hac necessitate liberari? Cur non clamamus cum Iona. *De ventre inferi clamaui & exaudisti vocem meam?* Videte vos in ventre eati, in ventre *Ion.* 2. inferi, in domino mortis, in vinculis peccatorum, sub potestate Principis tenebrarum appropinquantes vsque ad portas mortis. Vide, vide humilitatem tuam. Et dic, & verè dic: *Ego vir videns paupertatem meam.* Tunc clamabis ad Domi-
Thren. 3. num. *Recordare paupertatis & transgressionis meae absynthij & fellis.* Recordare tu, & recordabitur Dominus. Sentis quod pateris; intellige, quod experiris; cognosce, quae te grauant, quae te molestant, quae te cruciant, & ora ad Deum, & curabit te. Quod non feceris, num Deus saluabit inuitum? Volentes Deus saluauit Samaritas. Se salute indigere intelligentes, cognouerunt Saluatorem & tenuerunt, alioqui quomodò esset Saluator mundi, si non & ipsi, qui de mundo erant, ab eo saluarentur? neque suum Saluatorem conclamarent, nisi & nossent se salute vacuos; & cuperent salutem veram: neque enim temporalem sperabant ab eo, nec sibi nec mundo. Et

do. Et nos ergo socij simus hominum istorum, vt salutem consequamur.

SECVNDA PARS.

NOTÆ historiæ Euãgelicæ aliquid ex eo, quod egit Saluator, vt saluaret nos, dicens. *Iesus autem fatigatus ex itinere.* Et hæc est secunda res, quam proposuimus considerandam. Quam nobis figura demonstrat in immolatione, & combustione vaccæ. Fatigatio quippè Passionem notat, qua redẽpti sumus. Vita enim Christi, & mors iter fuit, quo exiens de hoc mundo, perrexit ad Patrem, qua in via fatigatus est: quia passus & necatus fuit. Id quod immolatio præfigurat. Combustio autem mortem notat fuisse perfectã, totumque habuisse, quod mortis est; illius quoque omnes habuisse conditiones, quę summam redderent illam mortem, extremamque omnium. Quo modo cinis, in quem corpora mortuorum resoluuntur, plenam ipsam ostendunt mortem, vt nihil addi vlterius possit; tũ quia tollit omnem hominis figuram, vt nihil iam hominis discernatur; tum quia plenè ad id reuertitur, ex quo factus est, nempè in puluerem, iuxta quòd sententiam audiuit. *In sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua sumptus es. Quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Tum quoque vt ex cinere posset remedium constitui ad emũdationem immundorum. Duo quippè spectabat Christi mors; Honorem Dei, & hominum salutem, quæ ad mortem vadens expressit Christus ipse dicens: *Pater venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam.* In signum honoris Dei, Sacerdos immolata vacca, tingens digitum in sanguine eius, aspergebat contra fores tabernaculi septem vicibus. Ad nostram verò salutem seruabantur cineres pro aqua lustrationis, & emundationis hominum immundorum. Sanguis pro anima computabatur, vt dicit Deus. Quòd ergo per aspersionem contra fores tabernaculi septem vicibus mittebatur, ad Deũ veluti transmittitur, figurans Christum verè iturum ad Patrem, vbi sit semper viuens ad interpellandum pro nobis. Et *vt saluare possit accedentes per semetipsum ad Deum, morte sua quasi cinere, redemit nos ab omni iniquitate, & emundauit sibi populum acceptabilem.* Heb. 7. 25. Tit 2.14.

Vide ergo quid pro te fecit, vt te saluaret tantus iste Saluator. Ideò enim vacca immolabatur in conspectu omnium, ideò comburebatur, cunctis videntibus, vt illius passio & mors ab omnibus semper præ oculis habeatur. Mirabilia quæ fecit, vt populum suum educeret de Ægypto, voluit ab eo videri maximè, diligenterque considerari: propter quod etiam extinctũ viderunt exercitum se persequentium Ægyptiorum, opusque mirabile, quo Dominus illos interemit, vt sic timerent Dominum. Ecce quod scriptum est: *Viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos, timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino & Moysi seruo eius.* Exo. 14. 31. Non satis arbitratus est Dominus, vt se liberatos viderent, voluit & modum videri, voluit notum esse ex quanto periculo fuissent liberati; & quòd perfectè adeò essent eruti de tanto malo, vt vlterius nequaquam illis esset à Pharaone metuendũ. Vnde & Moyses in periculo constitutis dicebat: *Nolite timere, state, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternũ.* Exo. 14. 13. Non videbitis (inquam) vsperfecutores, extinctos autem videbitis, vt prorsus vester esset timor ab eis. Ita ergo magnalia, quæ Christus pro nobis mirabiliter est operatus, vult vt nobis sint conspicua, semperque considerata, vt ita Dominum timeamus & audiamus. Quid verò fecit & operatus est? *Dominus pugnabit pro nobis* (inquit Moyses) *& vos tacebitis.* Exo 14. 14. Opus est Dei nõ hominum, tantum in silentio ipsi considerent quid ille operetur. Vnde pugnantem: *Et ecce equus albus, & qui sedebat super eũ, vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabitur nomen eius: Verbũ Dei. Sãguine suo vicit, quia morte pugnabit, tulit* Apoc. 19. 11. 13

ipse totum super se pondus belli. Hęc est vaccæ imolatio, quæ rufa erat. Quia vestitus erat veste aspersa sanguine: & ita pugnauit vt se pro nobis totum traderet. Noster enim factus est totus Christus: *Filius datus nobis, Paruulus natus nobis.*

Isa. 9. 6.

7 Sed & Rex venit nobis pauper & Saluator, qui cum esset diues, factus est pro nobis pauper, quoniã omnia bona sua tradidit nobis. Si enim semetipsum, quomodo nõ etiam cũ illo omnia nobis donauit? Quid putabas, prætenderet figura dicens, comburet eam cunctis videntibus tam pelle & carnibus eius, quam sanguine & fimo, flãmæ traditis? Nihil est Christi, quod nobis non proficiat ad salutem; & pellis exẽplorum, & carnes meritorum, & sanguis vnde vixit, & mortuus est, viuens nobis, moriens pro nobis: & fimus ipse, qui non horruit sicut Virginis vterum, ita vteri excrementa, comedens & bibens non sibi sed nobis, easque sustinens infirmitates humilitatis & abiectionis, quas vbi non ipsum suscipere, nos pudet exprimere, & ideò vt illas sciremus, per figuram expressæ sunt, quæ & vaccæ fimum combustum narrat. Et hoc cunctis videntibus. Stultum Dei, infirmum Dei nominauit Apostolus, num & inhonestum Dei dixisset si res postulasset? De nobis dixit. Quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. O gloria immensa Christi, quam sibi sicut morte turpissima, ita & turpi abiectione mirabiliter acquisiuit. Non ea opera duntaxat, quæ ab hominibus in magna sunt existimatione, sed vilia quæque, necessaria quęque infirma quæque. Quidquid fecit, *bene omnia fecit*, sancte, studiose, vtiliter, gloriose, in omnibus salutem operans electorum suorum. Vide quod adscribit figura: lignum quoque cedrinum, & hyssopum, coccumque bis tinctum mittet Sacerdos in flammam, quæ vaccam vorat. Sapientiam Salomonis dum narrat Scriptura diuina dicit: *Disputauit super lignis à cedro, quæ est in libano, vsque ad hyssopum qui egreditur de pariete.* Perinde ac si dixisset, a summo vsque ad minimum. Quid ergò hæc duo cedrus & hyssopus missæ in flammam comburentem vaccam, nisi quæ suprema existimamus, & quæ extrema? magnifica & vilia? quia omnia ex perfectissima charitate profecta sunt, qui est coccus bis tinctus, amor duplex in Deum tendens & in homines. Hæc, hæc omnia consideranda sunt, quia quod stultum Dei, sapientius est hominibus, & quod abiectum est Dei, excellentius est hominibus.

Zach. 9. 9. 2. Cor. 8. 9. Rom. 8. 32. Num. 19. 5. 1. Cor. 1. 25. 1. Cor. 12. 23. Marc. 7. 3. 7. 3. Reg. 4. 33. 1. Cor. 1. 25.

8 O si homo candida mente ista consideraret, quomodo valeret cinis ille etiam ex fimo ad purificationem cordis nostri? Superinfundebatur his cineribus aqua viua: aqua autem viua clara est, & pro speculo etiam est in vsu, dicente Salomone. *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* O prudentia spiritus, fac vt prospiciamus in aquam istam, vbi cineres apparent mortis, & ex his videamus viscera Christi, & accedat homo ad cor altum, vbi exaltatur Deus, qui humiliauit semetipsum factus homo. Aqua ostendit vultũ prospicientis Incessus, & mores, prudenti sunt indicia cordis. Heu! & quale indicium animi Christi est, qui pro nobis in cineres redactus est? Sanguis eius testis est charitatis suæ, quam per suam mortem nobis commendauit & reddidit manifestam. Intuere homo, ad quantam deiectionem se demiserit Altissimus, & manifesta tibi erunt abscõdita cordis eius: intelliges bonitatem, iustitiam, sapientiam, misericordiam, summamque prouidentiam. Intelliges nihilominus, si prudens fueris, abscõdita cordis tui. Cõfer cogitationes tuas & vias tuas cũ itinere Christi, in quo ad Patrem vadit cum fatigatione, & manifesta fient, quæ versantur in corde tuo: & conuertes pedes tuos in testimonia Dei. Tanta pro te passus est Christus, mortem obiit; & quid vult, nisi vt cognoscatur, vt attendatur, vt continuè videatur? Qui passionem viderit ad reminiscendam eam, ad ruminandam illam atque degustandam, ad concupiscendum fructus eius, & meditatus fuerit eam in corde suo. iste accipet beneficium illius, & fructus eius dulcis erit gutturi suo.

Pro 27. 16. Psal. 61. 7. Phil. 2. 8. Ps. 118. 59. Cant. 2. 4.

9 Vsum denique attendamus, qui ordinatus est

tur est ad expurgãdam spurcitiam nostrã *Nam qui aqua expiationis non est aspersus immundus erit Et manebit spurcitia eius*
14. *super eum* Immunditia, quæ expiatione ista indigebat, contrahebatur per contactũ hominis mortui, vbicunq; ille esset, siue in tabernaculo, tentorio, ac domo, siue in agro, siue etiam per contactum sepulchri eius, & per ingressum in domum vbi iaceret; adeò quòd ex mortuo homine proficiscitur. Ex quo datur intelligi, peccatum, per quod mors in hunc mundum intrauit, per eiusmodi immunditiã designari. Quãdoquidem Apostolus confert expiationẽ
Rom 5.12. istã sanctificationi, quam in Christi sanguine fideles consequuntur. *Si enim* (inquit) *Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationẽ carnis: quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emũdabit conscientiam nostrã ab operibus mortuis?* Purgabant cineres aspersi, à contactu mortui hominis. Purgat sanguis Christi ab operibꝰ mortuis, quæ sunt peccata. Immunditiam ex contactu aliorum cadauerum tollebat ablutio sui, & vestimentorum cum aqua communi, facta ab ipsomet immundo. Hæc verò immunditia lustrationem postulabat aquæ, si per cineres istos sacros effusæ, quæ lustratio fieret ab homine mundo. Illa immunditia durabat per diem vnum; ista diebus septem. An nõ videtur ista collatione facta; distinctionẽ notari peccatorum, inter mortalia & venialia? vel saltem maiora, & minora? Et nota quòd Paulus æquè ac lex cineribus virtutem tribuit emundandi non aquæ.
Heb. 9 13. Ait enim: *Cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat:* Lex autem de cineribus:
Num 19 9 *Sint multitudini filiorum Israel in custodiã, & in aquam aspersionis*: quia pro peccato vacca combusta est. Ita quòd aqua super infundebatur, vt cineres aspergi possent. Et propterea omnis aqua modò esset viua, tametsi nullis cæremonijs consecrata, huic mysterio erat idonea. Vis ergò erat in cineribus. Ecce mysterium vobis dico. Iam patet his cineribus mortem Christi significari. Ipsa est, qui viuificat, quæ emundat, quæ saluat. Quid aqua nisi aqua? sed his cineribus mixta mundat nos ab omni inquinamento, quia secum defert Christi mortem, in quo est salus, vita, & emundatio nostra. Propterea voluit *Num.19.7*
aquam, vacuam per se virtute, vt tamen signum esset, viuam fore. *Et mittent aquas viuas* (inquit) *super eos in vas.* Et propterea etiã Christi gratiam; quam nobis illius confert mors, aqua viua significatur. En vox ipsiusmet ad mulierem. *Si scires quis est, qui dicit tibi. Da mihi bibere; tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam* Vis verò scire quænam sit aqua ista illius viua? *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam* Apostolus ve- *Rom.6.23.*
rò scribit, *Gratia Dei vita æterna.* Ergò aqua viua vitam tribuit non fluentem, sed quæ in æternum manet.

Quoniam verò per Sacramenta Christi potissimum nobis illius gratia donatur, statuit propterea Dominus primum sacramentorum Baptismum, quod aliorum est ianua in aqua celebrari, vt illa omnia per aquam congruenter designarentur, per quę beneficium mortis Christi hominibus applicatur. Hæc vna est via salutis, non est in re aliqua alia salus. Si quis hoc ritu non *Nũ.19.20.*
fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Ecclesiæ. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest in regnũ Dei ingredi* Tantũ donũ custodit Ecclesia, vt sit sancta, & immaculata, mundata lauacro aquæ. Propterea de cineribus illis veteribus lex, *Vt sint multitudini filio- Rum.19.9.*
rum Israel in custodiam.

Heu quam facilis nobis via salutis! aqua 10.
defert ad nos virtutem Christi, fructum *Exhorta-*
Passionis eius, beneficia mortis illius. *tio.*
Quidquid facis, tametsi arduum esse videatur, aqua est, quid vile, quid commune, quid abundans. Aquam adhibeas tu, Christus apponit cineres, dolores, mortẽ. Et hoc modicum tamẽ adhibere detrectamus? respuimus, abhorremus? Quæ mundi sunt, difficilè acquiruntur: quoniam *putcus altus est* At quæ sunt Christi sola fidei petitione obtinẽtur. *Perisses & dedisses*, petit.

Domine

Domine da mihi hanc aquam ; obtinuit.
Reliquit ergo hy'riam suam mulier ; & ve-
nit in ciuitatẽ prædicans Christum. Media
fuit inter Christum, & homines illos: per
mulierẽ Christus vocauit ciues illos ad se,
3. Reg. 1. 15. qui suppleuit postmodũ sermones illius;
sicut Nathan sermonem Bethsabeæ.

Liceat mihi hoc in loco linguam tertiã
arguere, fallacem, susurrantem, illorum
videlicet, qui seminant discordias : vbi
mulier ista pacem conciliauit inter Salua-
Prou. 26. torem & peccatores. *Verba susurronis,*
22. *quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad inti-*
ma ventris. Transfigunt, videlicet animã,
vulnerant cor, inflammant ad discordiã,
in eo ignem accendunt iracundiæ, rixa-
rum, & ruinarum. De ventre bibentis a-
Ioh 7. 38. quas Christi fluunt aquæ viuæ, *& fiet in*
eo fons aquæ salientis in vitam æternam : at
de ventre eius, qui linguam susurronis
audierit, exardescet ignis, eleuabitur flam-
ma, erumpet furor, discordiæ excitabun-
Prou. 26. tur. *Cum defecerint ligna, extinguetur ignis:*
30. *& susurrone subtracto iurgia conquiescunt.*
Luc. 16. 24. Cur diues ille epulo aquam petit ad lin-
guam refrigerandam; quia lingua ignis
Iac. 3. 6. est, vt ait Iacobus, quæ inflammat ro-
tam natiuitatis nostræ, inflammata a ge-
henna. O susurrones, qui infernalem hunc
ignem acceditis inter homines, vorabit
vos flamma vestra, vos eritis ligna. Num
Prou. 26. Salomonem non auditis. *Cum defecerint*
20. *ligna, & susurrone subtracto?* desunt li-
gna, si subtrahas susurronem. Ergo li-
gna sunt susurro. Et quid comburit ignis
nisi ligna? vos ergo comburet ignis,
quem accenditis.

Sed ad rem redeamus: compara opus
tuum cum opere Christi, aqua erit tuum,
illius autem opus mors est, quæ in puluerẽ
Heb. 12. 4. mortis reduxit eum. *Non dum enim vsque*
ad sanguinem restitistis aduersus peccatum
repugnantes. Aqua est labor vester, aqua
viua, aqua decurrens, per se fluens, ad
ima descendens, quòd si saliat, ideò ascen-
dit, quia prius descendit; quæ descendit
ipsa est, & quæ ascendit; non tuis viri-
bus operaris; Dominus est qui dat virtu-
tem, qui confortat, vt omnia possis. Ne
metiaris opus ex viribus tuis, sed ex auxi-
lio Dei, & fiducialiter ages. Coniunge
aquam tuam cum cineribus Christi. Vide
quid fecerit ipse propter te: quomodo *fa-*
tigatus ex itinere; quomodo sitiens ad fon- Isa. 55. 1.
tes aquarum; quomodo extendens ma- Philip. 2.
nus ad populum cõtradicentem sibi: quo- Matth. 27.
modo obediens vsq; ad mortem Crucis; 47.
quomodo derelictus nõ ab amicis modò, Ioan. 1. 19.
& notis in miseria sua, verum & à Patre
suo; cum tamen quæ placita illi erant, fe-
cisset semper. Et sic derelictus: vt verè il-
le dicat: *Omnes fluctus tuos induxisti super* Psal. 87. 8.
me : Et terrores tui conturbauerunt me. 17.
Et tu ergo vbi tantum laborauit anima
eius, leuem tuum laborem euitabis? effu-
gies? repelles? *Alij laborauerunt, & vos* 1. Cor. 15.
in labores eorum introistis. Qui alij? Chri-
stus vnus pro omnibus. *Nam si vnus pro* Isa. 53. 11.
omnib. mortuus est, ergò omnes mortui sunt,
sed solus ipse laborẽ sensit, calcauit torcular.
Sic Propheta: *Pro eo quod laborauit anima*
eius, videbit & saturabitur. Quid videbit?
Videte regiones, quia albæ sunt iam ad mes-
sem Quomodo saturabitur? *Meus cibus est,*
vt faciam voluntatem eius, qui misit me vt
perficiam opus eius. Perficit opus Dei Sal-
uator mundi: quando saluat mundũ, tunc
saturatur. Heus tu, num panem subtrahes
Christo? Num negabis aquã sitienti! num
tardus ad vocem illam. *Da mihi bibere?*
Saturatur in salute omnium. Porrige pa-
nẽ; aquam propina; famẽ recrea, extingue
sitim, & imple desideria eius, qui dicebat:
Desiderio desideraui, hoc Pascha manducare Luc. 22.
vobiscum. Euntes parate illi Pascha: prestò
sitis, vt illius facientes voluntatem, sitis
hoc pacto introëuntes in labores eius, &
inuenietis requiem animabus vestris æ-
ternam, sine fine. Amen.

MORALE.

QVanta ergo ingratitudo nostra erga
tam pium nostrum Saluatorẽ? quan-
ta perfidia? vt neque memoria teneamus,
magnalia sua, quæ fecit, vt fieret sal-
ua omnis caro? *Ferrum ferro acuitur; &* Prou. 27.
homo exacuit faciem amici sui. An non 17.
ferrum Christus patiens; qui sicut fer-
rum comminuit & domat omnia; i. e. ipse
omnia

Dan. 2 40. omnia subiecit sub pedibus suis ; & regit
Psal. 2. 9. eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringit eos. An non ferrum homo, qui tam durus est, vt tanta visa bonitate Dei, tantam expertus charitatẽ, tantam veluti attrectans Christi patientiam, in sua durtie perdurat? Ferrum se cum ferro alio fricans, & se acuit & illud. Vnius duritas limat aliam ; alternis se expoliunt eruditionibus ; acuta fit acies vtriusque, dum se crassitie mutuo expoliant. Heu cur te cum Christo non coniungis ? cur per suam fortitudinem atque patientiam non
Ier. 14. 8. discurris, fortiterque moueris? Iam ipse accessit ad te ; processit factus viator, &
Ioan. 13. 1. vagus ; *& fatigatus ex itinere*. Se tibi obiicit: Suam tibi constantissimam charitatem ostendit ; qua cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos;
Cant. 8. 6. mouetur hæc sua fortis vt mors dilectio ante oculos, non æquè modò atque præcepta illa, de quibus iussum est *Eruntque & mouebuntur inter oculos tuos*, sed
Deut. 6. 8. multò magis, si verba ista : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua* : præcipiuntur haberi in corde, in ore, in manibus, ante oculos, in limine, & in ostiis domus; cur non magis opera Dei & virtutis Christi sic semper habeamus ante nos, & in nobis : vt id opere compleamus, quod verbis præcipitur, nempe vt Deum diligamus ex tota anima, & ex tota fortitudine ? Num obtusam faciem habes? lyppos oculos? crassum obtutum, ac obscurum, eò quòd fæces huius mundi respiciat ? leua oculos tuos, & vide
Luc 23 44 lucem magnã, quæ apparuit nobis. Quando obscuratus est sol, & factæ sunt tenebræ super vniuersam terram ? tunc videlicet, quando Christus illuminans mirabiliter, multa bona opera ostendit nobis, multã patientiam in aduersitatibus, multã humilitatem in opprobriis, multam mansuetudinem in flagellis, multam sapientiã in calumniis, multam fortitudinẽ in violentijs, in vinculis obedientiam, in doloribus charitatem, in clauis, in cruce, in morte, viscera misericordiæ Dei nostri. Ad hos radios erige faciem, & Deus factus homo acuet faciem amici sui; acutè videbis, subtiliter intueberis, profundè considerabis, & videbis quantum dilectus sis, quantũ te diligentẽ esse oporteat, quantum amare illum, qui te etiam odientem amauit. Sic iste homo acuit faciem amici sui. Sic Christus acuet, si fueris amicus, faciem tuam. Populus duræ ceruicis, dura facie, duro corde, verbo aspero, ferus opere acuit Christum, auferens ab eo vineã, turbas, existimationem, discipulos, cognatos, & notos, libertatem, tunicam, pellem, sanguinem, sanitatem, & vitam, attenuauit eum, subtiliauit, acuit; vt feriat acutius, vt vulneret cor nostrum plaga insanabili ; vt scindat corda ; vt aperiat viscera nostra ; vt penetret penetralia nostra, & effundat sanguinem noxium, & infundat sanguinem innocentem : emittat spiritum nostrum immundum, vt immittat Spiritum Sanctum suum ; auferat cor lapideum æneum, ferreum, & carneũ det, molle, mite, tractabile, & cedens incisionibus suis. Cur ergò acutus factus Christus ab inimicis suis, non acuat faciem amici sui ? amemus, amicitiam ineamus, exerceamus, ostendamus, expoliantes veterem hominem, rudem conuersationem, opera superuacanea, negotia, & desideria secularia, sobriè viuentes, & abstinentes à carnalibus desiderijs, & erit acuta acies nostra, superfluis præcisis, cordeque abstracto à terrenis omnibus. O vtinam mundo diceremus, quod dixit populus ad Edom. Obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per Nũ. 20 17. agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis : sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinabimus, tantùm velociter transeamus. O vtinam sic transiremus per orbem terrarum, per viam tritam ; huc illucque non diuertentes, non tricantes, morasque trahentes, solùm ad Christum spectantes & aspirantes.

Dominus amicus noster, hominẽ ami- 19.
cum suum constituit, & custodiuit eum Sap. 10. 12.
ab inimicis, & à seductoribus tutauit illũ, & dedit illi certamen forte, vt vinceret. Quis noster inimicus? De Idumæa dicitur

Mich. 7.8. à populo per Prophetam. Ne lætaris inimica mea. Idumæa est Edom: Edom est Esau frater Iacob. Edom & Adam eisdem omnino literis Hebraicè scribuntur. Terra autem, ex qua formatus est Adam, Adama dicitur in Hebræo. Ad quod videtur
1. Cor. 15. 47. Apostolus alludisse, cum dixit; *Primus homo de terra terrenus. Secundus homo de cœlo cœlestis.* Quid verò nobis infestius, quid perniciosius terra ista, quam pedibus calcamus, & cui cordibus adhæremus? Hæc est inimica nostra, quæ vt vtinam, sicut scabellum est pedum corporis nostri, esset & animi nostri, & sederemus cum Chri-
Apoc 3.21. sto in throno eius, ponentes hos inimicos nostros scabellum pedum nostrorum spiritualiũ. Quantumlibet arrideat aliquando, & blandiatur, inimicitias iugiter exercet tamen. Rogauit populus Idumæos semel & iterum, vt transire liceret, sed re-
Nũ. 20.20 stiterunt illi. Vnde Scriptura dicit. Statimque egressus est obuius cum infinita multitudine, & manu forti. Apertus fuit inimicus Edom, quia & verbis & factis vetuit transitum. At mundus bona verba dat, sed re contrarius est. Hinc Salomon labijs suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. *Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam*
Prou. 26. 24. *septem nequitiæ sunt in corde illius.* Certè
25. inimicus iste quamuis blandis verbis & promissionibus amicum se gerat, ipsis tamen etiam verbis suis intelligitur esse inimicus, cum promittat semper, & obseruet nunquam: quin & sic loquitur, vt dolus, & fictio sua deprehendatur. Submisse itaq; tametsi loquatur, blandè, per dulces sermones, ne credas ei, quoniam multæ ac plurimæ malitiæ (quod per septem notatur) absconditæ sunt in corde eius: quæ ipsa experientia quotidiè reuelantur Quid fecit populus, cuius ductor e-
Nũ 20.21. rat Deus? Diuertit ab eo Israël. Recede, recede & tu à mundo. Et si omnino non potest ab eo elongari? vide quid fecerit populus. Profecti sunt, vt circuirent ter-
Num. 21.4 ram Edom. Ne te in ea, quæ sunt mundi immergas, ne mergaris; ne per medium transeas, fines satis est tangere, necessaria vix accipere.

Hoc facerent fideles, si, quæ passus est Christus pro nobis, cogitarent. Si ex his, quæ passus est, arguentes cognoscerent culpam suam, atq; illius grauitatem; quæ tanta fuit, vt Filium Dei ad illam tollendam mori oportuerit. Necesse fuit, vt summa bonitas ac sanctitas se, quasi peccatricem in eorum manus traderet, qui de illo decernerent. Reus est mortis, sum- *Matth.* 26.
ma sanctitas, necessaria erat ad tantam 66.
malitiam detergendam. Quam ob causam hoc sacrificium Eleazaro fuit deman- *Num* 19.
datum non Aaroni, qui viuebat, eratque ipse solus summus Pontifex. Pecca- *Exod* 32.
uerat Aaron quando vitulum fecit, quem populus adorauit. Mundus, ac mundissimus, hoc opus fuerat perfecturus. Propterea Eleazarus potius eligitur, quàm *Nũ* 19.11
Aaron. Et non indè quoque arguitur iniquitatis nostræ malitia, quod septem diebus durabat macula; & die tertiò, & septimo expiandus erat immundus? Per septem, rei magnitudo, longaq; duratio designatur, per seipsam iniquitas perpetua est: duplex expiatio magnum hoc esse testatur negotium, opus immensum & operosum. Sed quid tertius dies ac septimus? An non per tertium satis exploratum est, Deum trinum significari? Et *Gen.* 1.1.
si septima die requieuit Deus ab omni opere suo, quod patrarat, & si tempora omnia, quo temporalia percurrunt, per septem continuè repetitos dies circumuoluuntur, certè per septem creatura, sicut per tres Creator, demonstratur. Quid ergò? Vt munderis à peccato, quatenus contra Deum peccasti, primum expiandus es, ac denique quatenus etiam contra creaturam. Lædit enim iniquitas & Deum & homines, & si non alios, at temetipsum.

Hoc vide in Passione Domine, qui Pa- 13.
trem reconciliauit nobis, qui nobis attulit salutem: Tanta fuit offensa Dei, vt non alius, quàm Deus illam delere posset. Tantum fuit malum nostrum, vt non alius, quàm is, qui est omne bonum, restituere potis esset. At quanam ratione horum præstitit vtrumque? Passione ac morte. Immolatus pro nobis, sic mortuus, vt

quasi

quasi peccator in puluerem mortis redigeretur. Vbi vide mysterium. Quia sanctus non vidit corruptionem, quæ solius est peccatoris. Vnde Psalmus: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Quia venit in similitudinem carnis peccati. In cineres, qui est puluis mortis, redactus est. Non poterat verò vtrumque fieri, & vt incorruptus esset, & incineratus. O diuina Sapientia! Vbi veritas est, incorruptio est. Vbi similitudo, ibi cinis. Ideò verum Christi Corpus resurrexit tertia die; sic subleuatum de corruptione, quòd Ionas confitetur, qui in hoc fuit illius figura, vt neque illam videret, tantum abest vt reciperet. At vitula, quæ sua immolatione illum per similitudinem figurabat, combusta est, & in cineres redacta. Qua in re peccatoribus assimilatus est Christus. Ita monstratum est quid culpa meruerit. Eia ergo, hanc Domini Passionem contemplemur, vbi culpæ malitiam deprehendentes, ab ea abstineamus, longè post nos illam relinquamus. Rogantes omnium Saluatorem, vt sua morte redimat nos à morte, vitamque concedat æternam.

Amen.

Psal. 15. 10 Act. 2. 3.

Mat. 28. 2. Ion. 2. 7.

Num. 19. 5

FINIS PRIMÆ PARTIS.

DOMINICA DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate.
Ioan 9.

ARGVMENTVM.

In hac illuminatione considerantur tria: excellentia operis, modus, & effectus. Ponderantur verba illa: Expuit in terram, *& discooperiuntur mysteria pulchra.*

INTERROGATIO illa Discipulorum: *Domine, quis peccauit hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?* & responsio illa Domini. *Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Duo nobis ostendunt. Alterum ex parte nostra, alterum ex parte Dei. Quod nostrum est, appetitus est quidam naturalis dignoscendi causas rerum, in qua cognitione mens mirabiliter delectatur. Vndè quidam Philosophi in hoc beatitudinem constituerunt, & ad hoc magnis laboribus conati sunt peruenire. Quod Dei est, est hoc, quod Deus ipse, qui hunc appetitum in natura nostra plantauit, approbat illum, eique, quandò regulatus est, egregiè satisfacit. Probatio vtriusque est hæc, quoniam seipsum hominibus proposuit cognoscendum, qua in cognitione illorum stat perfectio. Et interim dum seipsum apertum in cœlis demonstraret, per opera manuum suarum prospici voluit, quod vt facerent, mouit illos appetitu naturali, & delectauit eos in creatura sua, in qua resplendet ipse Creator. Misit scriptorem, qui illum prædicaret totius orbis conditorem. Illuminauit sapientem qui scripsit. *Dominus sapientia fundauit terram,* Prou. 3.
stabiliuit cœlos prudentia Sapientia illius e- 19. 20.
ruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt.
Vbi quatuor partes mundi complexus est. Infimam, quæ est terra; supremam, quæ est cœlum, vbi sunt luminaria; duas medias, inferiorem quæ sunt aquæ, id est abyssus; & superiorem, vbi sunt nubes, & vndè pluuia descendit. Hæ enim quatuor euidentes sunt. Nam de aliis, si quid est aliud, nulla est certitudo, aut euidentia. Hoc est lumen excellentius, quàm exterius istud lumen capitis nostri exteriorum oculorum, quod etiam in hoc præstans est, & nobile; quòd huic interiori maximè subseruit. Nam per illud plures cognoscimus rerum differentias, quibus gradatim ad diuini effectoris ascendimus cognitionem. Ac proindè tunc cæcum Christus illuminauit, quandò de causis rerum cognoscendis agebat cum discipulis. Hoc

ergò lumẽ vt consequamur, opus hoc Domini, ob id ab eo ex industria factum, cõsideremus: vbi tria, opus, modus, effectus.

2 *Diuisio.*

Opus est illuminatio cæci nati, opus (inquam) adeò insigne, vt verum sit. *A sæculo non est auditum, quòd quis aperuerit oculos cæci nati* Multa & *magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.* Sed *à sæculo non est auditum, quòd quis aperuit oculos cæci nati.* Opus seruatum vsq; adhuc. *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos, conualuerunt de infirmitate* Magna prodigia facta sunt in Ægypto, in mari rubro, in deserto, in progressu populi. Deus ostendit Patribus mirabilia, quibus & apparuit multifariè multisque modis. Clausum est cœlum, iterumque apertum est ad preces Eliæ, multaque his similia bona opera Dominus ostendit. *Sed non auditum, quòd quis aperuit oculos cæci nati* Tanta operis magnitudo postulat, vt eius modũ, & effectũ attentius attendamus; cum potissimum pertineat ad cognitionem; vt vita & prouocemur & ascendamus ad nobilissimam cognitionem. Ideò enim tantũ opus illuminatio est. Illuminatio autem eius, qui in cõmuni natura videre aptus est, sed speciali, atque indiuidua persona inepti ssimus est, vt tantò excellentius sit opus, quantò remotius & difficilius est.

Psal. 10. 2. Heb 11. 35. Exod. per totum. 3. Reg 17. 1 & 18 1.

3 In duobus ergò stat excellentia huius operis, quòd sit illuminatio cæci; & quòd sit illuminatio cæci nati. Ad illuminationẽ voluit pertinere, quoniam tota hominis perfectio visione sita est. In mundo sunt duo genera hominũ, videlicet credentiũ, & non credentium. Fides autem est visio, qua nunc videmus per speculũ, & in ænigmate, qua qui priuati sunt in tenebris conticescunt, & delitescunt. Vita autem excellens est intellectus. Vnde scriptum est. *Et vita erat lux hominum Et, Cibauit illos pane vitæ & intellectus.* Huius autẽ vitæ nobilissimę, est mors pessima. Vnde scriptum est. *Sedentibus in tenebris & vmbra mortis.* Sicut autem lux fidei superexcellit lumen naturæ; ità vita huius lucis vitam superexcedit naturalem, quæ idcircò in solo Deo est. *In ipso* (inquit) *vita erat. Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem*: cuius expertus sunt infideles. Ideò *mors peccatorum pessima.* Rursus lux æterna summa hominum est beatitudo. *Qui sequitur me, habebit lumen vitæ.* Et contrà: *Mittite eũ in tenebras exteriores; ibi erit fletus & stridor dentium:* & sicut lux illa æterna est vita æterna. Ita tenebræ illę sunt mors æterna, à qua nemo resurgit. De qua scriptum est. *In inferno positi sunt, mors depascit eos. Morientes nõ viuant: gigantes non resurgant.* Ergo tota hominis excellentia in visione cõsistit, omnis hominum miseria cæcitas est. Fiat homo amens rationis expers, cũ bestiis cõputatur, exors est humanæ societatis. Ideò qui in inferno videbunt honorem iustorũ, cõtrà se dicent. *Nos insensati vitam illorũ æstimabamus insaniam:* En quomodò totũ reducitur ad cognitionẽ? Vnde malũ nostrũ insania est, qua nõ sanè de sanis iudicabamus, vitam illorũ æstimantes insaniam; illi autem sani fuerunt in fide, in dilectione, in scientia, in vera intelligentia; quod nũc apparet, quando inter sanctos sors illorũ est. Obseruemus igitur documentum sapientis. *Tene disciplinam: ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delectẽris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.* Vera enim vita est vita sapientis & videntis. Semitæ autem impiorum & mors sunt & ad mortem ducunt.

Psal. 13. 2. Ioan. 12. 36. Mat. 22. 13. Psal. 48. 15. Isa. 26. 14. Sap. 5. 4. Prou. 4. 13.

4 Altera excellentia operis est illuminatio cæci nati: vbi difficillimus est transitus, quandò iam cæcitas facta est naturalis. Ibi sunt *qui errauerũt ab vtero, locuti sunt falsa,* quorum si mens corrupta, & excæcata est quasi de vtero matris sic nati sint: ô quã difficile isti illuminantur? Vide in opere isto, quod factũ est. *Vt manifestentur opera Dei,* videlicet, vt sit lux ad illuminationẽ gentium, quomodò vicini, & qui viderant prius cæcum, cæci remaneant. Vide quomodò Pharisæi veritati resistant, conentur operire, & abscondere opera Dei, ne videantur. Verè lucis osores, quàm difficilè qui passiones habent, veniunt ad lucem. Audiant, licet verbum Dei, sentiant corruptiones, minas, promissiones, rationes, quę valeant captiuare omnem intellectũ in obsequium Christi. Ne dum stulti, & tardi corde ad credendũ sunt, sed duri corde, dura

4

Psal. 57. 4.

cerui-

cernice resistunt veritati, credunt autem iniquitati, errantes, & in errorē mittentes. Hi sunt de quibus pergit Salomon post supradicta verba. *Nec tibi placeat malorū via.* Pro. 4.15. *Fuge ab ea, ne trāseas per illam, declina, & defere eam. Non enim dormiunt nisi malefecerint: & rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint, comedunt panē impietatis & vinū iniquitatis bibūt.* Singularis ratio, quamobrem à via malorū fugiendum sit, est, quia totam vitam suā insumunt in malefaciendo, vt sicut cibus Christi erat perficere opus Dei: sic panis & vinū istorū est impietas, & iniquitas: id est, viuere eorū, est malefacere tota die vsque ad somnū; tota vita vsq; ad mortem, percutrentes ad malū. Fuge ergo ab hac pessima via, & vita; ne similis efficiaris; & attende quam sedulò deterrearis ab ea. *Fuge ab ea, nec trāseas per illā: declina, & defere eā* Declinate à malignis: fugite à peruersis: separamini à tabernaculis impiorū. Sic fecit bonus cæcus illuminatus, qui impiis, & supplantantibus Pharisæis non requieuit, sed restitit in faciem: nec veritus est eorū maledictionem. Hoc est opus insigne, si quandò etiam similiter obstinati veniant ad lucem.

5 Modus illuminandi duas habet partes, quid prius factum est, aut dictum; & quid postea. Primam tangit Euangelista dicens. *Prætereuns Iesus vidit hominem cæcū è natiuitate: prætereuns* videlicet subtitit illū respiciens, quæ fuit discipulis interrogandi occasio, ex qua exortum est intenebris lumen tantæ doctrinæ. Videt ergo Christus tenebras nostras, vt lumine suæ claritatis Ps. 118. 135. illas discutiat. Indè ille rogat. Faciē tuā illumina super seruū tuum: & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei: quia nō custodierūt legem tuā. Oculi (inquam) mei non fuerunt in legem tuam intenti, vt viderent, quid mihi agendum esset, quidue omittendū, & hoc quia aqueis humoribus amorum, affectionum, passionū pleni, & offusi erant. Tu ergò qui sole lucidiores habes oculos, aspice in me, radiosque splendoris tui in me iaculare, vt sic percussi oculi mei deducant fontem lacrymarum, & purgentur à peruersa dilectione, à prauis affectionibus, à mala concupiscentia. Sic docebor à te iustificationes tuas; sic mouebuntur ante lumina mea præcepta tua. *Vidit* ergò *Iesus cæcum*, cui suo visu, visum donare disponebat.

Discipuli non perdunt occasionem, qua 6 lumē recipere possint eius rei, quam ignorant, quæq; difficilis videtur inuētu. Supponunt, vt certū, quòd tribulatio nō aliundè, quam ex peccato proueniat. Durū videtur illis, quòd iste cæcitatē patiatur propter aliena peccata: longius à veritate videtur, q̄ quis peccet adhuc non natus; vndè cæcitate puniatur. Cupidi ergò cognoscendę veritatis interrogāt. *Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?* Veritas cib. est mētis rationalis, quę vnde cunq; hunc cibū quærit sibi; ac proinde vt insatiabilis, nūquam dicit, sufficit. Est vt venter inferi, quia ferè nō saturatur Ec. 1. 8. oculus visu, nec auris auditu, donec lumē perfectū largiatur plenius, & apperiantur oculi nostri ad videndam lucem inaccessibilem. Hoc solū cauendū, nè cibo vtamur incongruo, nè cupiamus implere ventrem de siliquis porcorum, nè aspiremus ad ollas carniū, ad cæpas, ad allia. Nè (inquam) veritates quæramus sensuum, nè illorum appetentiis intendamus animū; sed fruamur cibo inuisibili, qui de cœlis venit, qui est panis vitę, & intellectus. Ideò enī Deus Gen. 1. 14. in firmamēto cœli fecit luminaria ad illuminandā terram, vt lumen veritatis illius quæramus, quæ de cœlestibus rutilat, atq; splendescit. *Quis peccauit, hic, aut parentes eius?* Bona est interrogatio de effectib. peccatorum Bona de secretis diuinę prouidētiæ super nos. Bona de origine atque causa tribulationū. Bona de fonte turbido potissimum cæcitatis, quæ tantoperè nobis aduersatur, vt illam fugere, atque fugare continuò meditemur. Indè enim est interrogatio discipulorū. Inde controuersia vicinorū. Indè disceptatio Pharisæorū. Indè omniū hominū rerū siue vtilis, siue curiosa inuestigatio, vt sciant, quoniā homines sunt, mente videlicet præditi; quæ tūc perfecta est, quandò veritate nutritur, atque in ea delectatur. Si quandò igitur occurrit opportunitas addiscendi vtilia, quæ conferunt ad salutē, tu nè prigriteris, arripe sapientiam,

pientiam, discute cæcitatem, conuerte oculos tuos ad claritatem, disce disciplinam. Docet hoc Dominus dicens. *Quandiù sum in mundo, lux sum mundi. Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari* Sumpta ratione à natura, qua nocte quiescimus ab operibus; & orto sole exit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam; ostendit tunc tempus illi fuisse operandi opera Dei, dum videlicet esset in mundo: quandiu enim erat in mundo, tandiu erat lux mundi, ac propterea dies, in quo exit ad opus. Sicut ergò Christus non vacat ab opere suo, dum est tempus operandi: ita neque homo cessare debet ab opere sibi congruente, dum tempus habemus; atque potissimum ab inuestigatione veritatis, & ab acquisitione cœlestis claritatis. Sicut enim opus singulare, ac proprium fuit Christi, illuminare his, qui in tenebris sedent, ac proindè lu-
Luc. 1. 79. cem se vocat. Haud secus, omnes homines venientes in hunc mundum, lucem quærere, sapientiâ inuenire, veritate frui, ac pasci, consentaneum est & necessarium.
Exod 24 18. Sic Moyses vocatus ingrediebatur in nubem, fruens colloquio Dei. Sic populus
Exo. 19 14 purificatus astitit ad suscipiendam legem.
1 *Reg.* 3 10 Sic Samuel doctus ab Heli, vocanti Do-
Eccles 8. 6. mino dixit: Loquere Domine, quia audit
Prou. 10. 5. seruus tuus. Tempus enim est omni operi, &, qui congregat in messe, filius sapiens: qui autem stertit æstate, filius confusionis.

7 Si discipulorum interrogatio ità nos docet, quid faciet Domini responsio? *Neq; hic peccauit, neque parentes eius sed vt manifestentur opera Dei in illo.* O quàm multa hominum falsa iudicia de operibus Dei? falsum Apostoli supponebãt, nempè quòd alicuius peccatum, siue filii, siue parentum fuisset causa illius cæcitatis. Errorem hunc elidit Christus dicens. *Neque hic peccauit, neque parentes eius*, videlicet: vt cæcus nasceretur. Causa cæcitatis huius, peccatum siue filii, siue parentum non fuit. Dato etiam quòd vtrique peccauerint. Sic maio-
1. *Reg.* 4. 3. res natu de Israël dixerunt. Quarè percussit nos Dominus hodiè coram Philistiim? Afferamus ad nos de Silo Arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Quærunt causam huius percussionis, quam Deo tribuunt, putantque propterea ipsos terga vertisse inimicis, quia non erat cum eis Arca Domini: & ideò adduxerunt illam. Sed vera causa fuerant illorum peccata, quod vt scirent neque Arcæ præsentia exemit eos a fuga in bello. Diuini Phi- 1. *Reg* 6.
listinorum, vt scirent num eorum percussio ab Arca Dei proficisceretur à vaccis fœtis eam abducere constituerunt. Ita veritatem cognouerunt: vt sciretur, non saluare Deum peccatores præsentia sua, sed magis punire, atque exterminare. Sensu carnis, de operibus Dei iudicandum non est, sed iudicia illius reuerenda sunt, suæq; diuinæ prouidentiæ committenda.

Sed vt manifestentur opera Dei in illo. 8
Ex peccato quidem mala omnia profluxerunt; sed vel peccata præcedentia, vel sequentia mala non essent, nisi Deus illa fieri permisisset. Neque permisisset ipse, nisi indè maius bonum extrahere decreuisset, in primisque gloriam suam: & quoniam finis iste altior est causis, quæ sunt ex parte nostra; huic Dominus tribuit cæcitatem hominis istius. Peccauit Adam, quia *Gen.* 3. 6
voluit; punitus est, quia meruit. Sic omnium peccatum est voluntarium, & per
Rom 5. 12. peccatum in omnes homines mors pertransiit. Et, Anima quæ peccauerit ipsa
Ezech. 18. 4. & 20. morietur. Quæ tamen omnia ità sub manu Domini sunt, atque illius prouidentia disponuntur, vt ad illius gloriam tendant, atque suorum electorum salutem atque prouentum. Hæc est causa, quamobrem frequens scriptura Deo tribuit opera etiam 2. *Reg.* 16.
mala. Sic Dauid asserit, quòd Deus iusserit 11. Semei, vt malediceret Dauid. Sic Iob tribuit Deo opera tàm impiorum, quàm Satanæ, nempè quòd Deus ipse abstulerit
Iob. 1. 21. bona, sibi à Deo data. Dominus (inquit) dedit, Dominus abstulit. Sic Dauid canit.
Psal. 65. 11 Induxisti nos in laqueum: posuisti tribulationes in dorso nostro; imposuisti homines super capita nostra. Ista consideratio affert magnam requiem animabus nostris. Hinc Dauid. Memor fui iudiciorum
Ps. 118. 52. tuorũ a sæculo Domine, & cõsolatus sum.

Quid

Quid enim iustum magis valet tum pacare, tum consolari, quàm scire quòd ita in manu Domini sunt omnes fines terræ, quòd sine illa folium non defluet, & vnus passer non est in obliuione coram Deo? Prou. 16. 4. Scire, quòd cũ omnia propter semetipsum operatus sit Dominus, omnia quoque in illum referuntur, omnia illum spectant. In omnibus ipse glorificatur, & benefaciens, Luc. 1. 51. & puniens. Sic Virgo Beatissima magnificat Dominum, qui fecit potentiam in brachio suo; dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Sic & Anna canit in 1. Reg. 2. 4. laudibus Dei. Arcus fortium superatus, & infirmi accincti sunt robore. Repleti prius pro panibus se locauerunt, & famelici sa- 6. turati sunt. Dominus mortificat, & viuificat, &c. ac demum. Domini enim sunt 8. cardines terræ; & posuit super orbẽ. quasi dicat. Quid mirum, si pauperem facit, & ditat, si humiliat, & subleuat, cum ipse sit Eccl. 24. 5. totius mundi factor & rector. Gyrum cœli circuit sola sapientia eius, lucem afferens, & auferens, faciens vesperè & manè, diem noctemque; vt nunc hi fruantur lumine, nunc illi; orbis namque super cardines cœli ambulat à solis ortu vsq; ad occasum. Ergò & cardines terræ illius sunt, & posuit super eos orbem, qui hunc humiliat & hunc exaltat: suscitat de puluere egenum, vt solium gloriæ teneat. Ità Dominus exaltatur, vt Dominus cœli & ter- Rom. 8. 28. ræ. Rursus hæc diuina iudicia nos consolantur, scientes quòd diligentibus Deum 1. Reg. 2 9. omnia cooperantur in bonum. Propterea sancta mulier addit in cantico Pedes sanctorum seruabit, & impii in tenebris conticescent. Dominum formidabunt aduersarii eius; & super ipsos in cœlis tonabit. Vide allusionem ad motum cœli, quo aliqui velut in nocte conticescunt & aliquãdò tonitruo terrentur, vt formident; vbi pedes sanctorum non commouentur, sed Prou. 10. confidunt in Domino. Ità frequentissimè 6. Sapiens notat differentiam iustorum, & 7. impiorum. Benedictio Domini super ca- 27. put iusti; os autem impiorum operit ini- 28. quitas. Memoria iusti cum laudibus: nomen autem impiorum putrescet. Timor Domini apponet dies: & anni impiorum breuiabuntur. Expectatio iustorum lætitia: spes autem impiorum peribit. Quis non compateretur cæco illi à natiuitate? sed quàm vtilis, quàm clara, quàm gloriosa illi euasit cæcitas illa? vt verè memoria illius adhuc sit cum laudibus: vbi nomen Pharisæorum nobis fœtet, quorum os operuit iniquitas, vt non nisi iniqua loquerentur, & tamen vnius cæci sapientiæ resistere non valerent, quasi illorum iniquitas sic os eorum operiret, vt quid hiscerent non haberent. Ecce cur cæcus natus, vt opera Dei illum illuminantis fierent manifesta: ô si digni essemus, vt Deus in nobis ita glorificaretur; quanta nobis cõsolatio? hæc Dominus intendit si quandò nos affligit. Inuoca me (inquit) in die tri- *Psal. 49. 15* bulationis, eruam te & honorificabis me. Hoc modo sis homo vas in honorem, portans nomen Domini, vt honorificetur ab hominibus.

SECVNDA PARS.

SEcundam partem pertinentem ad modum illuminandi exequens Euangelista ait: *Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius: & dixit ei Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur missus.) Abiit ergo, & lauit, & venit videns.* Iste est modus, quo aperuit oculos eius, qui quidem mysteriis plenus est. Diuina enim sapientia, quæ omnium est artifex, non inaniter operatur; opus, quo significatur totius mundi illustratio, non aliter quàm infinita postulat sapientia; sed propensissima, summaque sedulitate perfecit. Duo autem adhibuit, lutum, & aquam: lutum ipse Dominus apposuit. Aquam verò illi iussit, vt per se apponeret. *Vade* (inquit) *laua* Lutum autem non quodcunque, sed quod ipse fecit ex sputo. Aquam verò ex Siloë, *quòd interpretatur missus.* Quæ interpretatio ab Euangelista ex industria hic adiecta, ostendit totum hoc, mysterium esse: potissimum verò quoniam Moyses cum mitteretur ad Pharaonem, sic roga- 9

Exo 4. 13. uit. Obsecro Domine mitte, quem missurus es. Vbi habet littera Hebræa, mitte Silo. quo nomine Christum intelligebat. Per Christum igitur facta est illuminatio, quoniam ipse est lux vera, quę illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum.

Ioan. 1. 9.

Hæc est vna clauis, qua aperiũtur nobis scripturæ veteris testamenti, & demõstratur ꝙ omnia in figura (vt loquitur Apostolus) contingebant illis, quod & ipsæ figuræ præ se ferunt, & potissimùm in Deuteronomio, vbi ceremoniæ cum moralibus sæpe miscentur, vt q̃ inter se conueniant, & vnum alteri respondeat. huius rei vnũ sufficiat exemplum. In cap. 17. sic habemus.

1. Cor. 10. 11.

Deut. 17. 1. Non immolabis Deo tuo ouem, & bouẽ, in quo est macula, aut quippiam vitii, quia abominatio est Domino Deo tuo. Hæc est ceremonia, cui præceptum morale immediatè subiungitur. Cũ reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarũ vir aut mulier, qui faciant malũ in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum eius; vt vadant, & seruiant Diis alienis, & adorent eos, solem, & lunam, & omnem militiam cœli, & abominatio facta est in Israel. Educes eos ad portas, & ibi lapidibus obruentur. Hic potissimùm obserua, ꝙ vtraq; abominatio appellatur tam videlicet maculatũm immolatum, quàm rem sceleratissimã (sic ibi scriptura nominat) facere, adorare videlicet Deos alienos: vt studio appareat facta ista coniunctio figuræ, & veritatis; vt manifestũ sit maculas illas corporales maculas spirituales designare, quæ malum faciendo contrahuntur. Ergò cũ in Propheta dicit. Si offeratis cæcũ, nonne malum est? spirituales cæcos arcet à cõspectu suo Dominus Deus. Ergo econtrà, cum ad aquas mittit, quibus loti mundamur, visumq; recipiamus, ad eas nos mittit, quibus à vitiis & à cæcitate mentali liberamur. Hæ sunt aquæ viuæ quæ mundant animã, q̃ fluunt de fonte, qui missus est, vt emundet cõscientiã nostrã ab operibus mortuis, vt simus sancti, & imaculati in conspectu eius. Voluit tamen & materialem aquam adhiberi, qua baptizamur in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti; ità postulans obedientiã, sic ostendens quòd quamuis aqua per se animam non attingat; tamen nomini Dei coniuncta potest etiã corda nostra mundare. Estò; lauisset cæcus millies oculos in natatoria illa, nunquam visum recepisset, sed iussus à Christo, vadens in nomine eius, qui misit illum ad aquam illam, vt qui mittentem ipsum proprio referret nomine, *Venit videns*, vt virtus cognoscerctur Christo proficisci. Quòd vt fieret euidentius, ex sputo procedente ex ore eius linuit oculos cæci, vt vndè exibat iussio, exiret vnctio, exiret illuminatio.

Malach. 1. 8.

Cognoscamus igitur nostram cæcitatẽ, vt cognoscamus & nostrum illuminatorem. Quandò Christus dicit Iudæis: Si cæci essetis, peccatum non haberetis. Nunc verò dicitis. Quia videmus: peccatum ergò vestrum manet. Apertè eorum superbiã criminatur, qua se videntes iactabant: apertè nihilominus ostendit, quòd per humilitatem, qua nos cæcos reputamus, ad veram illuminationem deuenitur. Cur nam adeò frequens Salomon nos hortatur ad discendam sapientiam, nisi quia cæci sumus, parauuli, insipientes, ignari? Audite, filii, disciplinã patris; & attendite vt sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis; legẽ meam nè derelinquatis. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea; ea docebat me, atque dicebat. Suscipiat verba mea cor tuũ. Custodi præcepta mea, & viues. Non erubescit Salomõ confiteri propriam ignorantiã tenellæ suæ ætatis; vt quemadmodum ipse obtemperanter suscipiebat instructiones maternas; ità non dedignemur nos ab eo suscipere verba prudentiæ, vt prudentes euadamus. Nascimur omnes ignorantes, cæci omnes à natiuitate. Et eccè plus quã Salomõ hic, qui nostram erudit infantiam, qui nos docet vtilia, qui nihil subtrahit, quo scientiã salutis addiscamus. Noueris licet omnia, præter Christũ, cæcus es, & manu tentans. Qui Christum scit, sapiens est. Qui Christum nescit, insipiens est. Ideò Christus se fecit lutum, quo liniat oculum nostrum. Quid vilius luto? ô quàm vilis facta est sapientia Dei, induens stultitiam hominum, quandò se conculcandã præbuit, quasi lutum platearum, quandò se tradidit in manus

Ioan. 9. 41.

Prou. 4. 1. 2. 3.

Matth. 6.

nus peccatorum: quandò re magis, quàm
Psal.21.7. verbis clamauit. Ego sum opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me. Ponam9 hoc lutum su-
2.Petr.3.15 per cæcitatem cordis nostri. Paulus, cuius sapientiam commendat Petrus, nihil vult aliud scire, quàm Christum, & hunc crucifi-
1.Cor.2.2. xum. Sic veri fideles Christi, ante quorum
Galat.3.1. oculos Christus proscriptus est, & crucifi-
Psal.93.12. xus, in hoc lutum duntaxat protendunt aciem oculorum suorum. O beatus homo, quem tu erudieris, Domine, te solum obiiciens menti eius, vt te cogitet, te recogi-
Hebr.12.3. tet, te intueatur. Recogitate eum, qui sustiIsai.9.6. nuit passionem. Leuate oculos vestros, & hunc intuemini, qui quantus, quantus sit, paruulus natus est nobis, vt fieret nobis sa-
Psal.68.6. pientia à Deo, audi vocem eius. Deus, tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Sicut portauit delicta nostra, sic assumpsit insipientiam nostram; tulit peccata mundi, vt nos exoneraret; accepit insipientiam nostram, vt nos illuminaret. Tunc recipimus remissionem peccatorum, quandò liuores eius, quibus sanamur, nostris infirmitatibus apponuntur, accipiētibus nobis beneficium mortis ei9. Tunc apertionem accipimus oculorum, quandò insipiētia sua nostris mētibus atq; cæcitati applicatur. Ergò lutū Christi nostra est illuminatio: sed aqua ēt adhibetur, q̄ vt figura est baptismi, ità est Sacramētorum omniū, quib9 peccata nostra delētur.

11 Duo scimus fuisse altaria in tēplo, alterū
Exo.37 25. in sanctuario, alterum in atrio; ibi incensum, hic carnes cōburebantur; illud in oc-
38.1. culto, hoc patens vniuersis. Passio, q̄ sacrificia omnia figurabant, omnibus in palàm esse debet. Ideò n. & exaltatus est in Cruce, vt omnibus esset manifestus, vt omnium oculi in eum intenderent. Aspicientes verò
Psal 33.6. in illum illuminamur. Accedite ad eum, & illuminamini; & facies vestræ non cōfundentur. De carnibus sacrificiorum duo depromebantur, flamma, & cineres. In flamma charitas, & patientia; in cineribus humilitas, & obedientia; ardens flamma, ardens charitas. Flamma comburens, patientia in cōbustione, & afflictione. Dirigantur corda nostra in charitate Dei, & patiētia Christi: contemplemur quo amore ardet, qui pro nobis tanta passus est. *Charitas autem* 1.Cor 13.4.
patiens est, benigna est, si volens, & non inuitus; si amans, & non coactus patitur, patienter patitur; constans est, atq; lenis, ceu res postulat: fortis in sufferēdo malum, benignus in non resistēdo malo. Cinis mors.
Et in puluerē mortis deduxisti me. Puluis Psal.21 16.
ante faciem venti dissoluitur, efflatur. Ce- Isa.40.8.
cidit flos, quia Spiritus Domini insufflauit Isa.11.1.
in eum. *Mortuus est Christus, qui quasi flos de radice Iesse ascendit.* quia dixit illi Pater. *Morere, & sicut mandatum dedit sibi Pater,* Ioan 14.31
ita fecit, & se humiliauit factus obediens vs- Philip.2.8.
que ad mortem. Talia cogitate, & illuminabuntur oculi vestri.

Videamus nunc per speculum istud sine 12
macula, maculas nostras. Amantem Christum videns, vide amantem te ipsum, & diligentem mundum, & ea, q̄ in mundo sunt. Te verò vide voluptatum amatorem. Patientia Christi tuam reuelet impatientiam, asperitatem, resistentiā, querelas, murmurationes, quin & blasphemias in tribulationibus. Operias te cinere Christi, imitando humilitatem, & obedientiam eius vsq; ad mortem: sicut illi, de quib. scriptum est.
Et nō dilexerunt animas suas vsq; ad mortē: Apoc.12.11
nē fias generatio exasperans, & exacerbās. Adde aquam luto, nè dum Crucifixum intueris, sit anima tua sicut terra sinè aqua; ne sit cor tuum sinè affectione absque misericordia, vt non cōpatiatis: sed sit cor tuum nō lapideum ac durum; sed carneum, molle, cōpatiens, collacrymans. Hæc est aqua, in qua lauandus es: lutum cum aqua: contemplatio, & compassio: Intueri, & imitari. In oculis lumen Christi; ex oculis flumen Dei. Addens scientiam, addit & dolorem: quantum videns tantùm doleas, vt comiteris patientem, vt imiteris morientem; vt dicere valeamus. Domine, quando te vidimus esurientem, & sitientem, quando te vidimus nudum, & infirmum, crucifixum ex infirmitate: *Exitus aquarū deduxerunt* Ps.118.136
oculi nostri; quia non erat, qui adiuuaret, & Isai 63.5.
non erat, qui cognosceret te, qui recogita- Psal 141.5.
ret, qui quæreret, qui eriperet de manibus inimicorum tuorum. nam *& qui tenuerunt, obliti sunt tui.* Iob 19.14.

13 Nunc de effectu huius illuminationis erit sermo noster. Illuminationem quippè corporalem sequuta est spiritualis illuminatio, quam Dominus imprimis hoc in opere spectabat. Nam postmodum inuentum cæcum Dominus sic alloquutus est. *Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, & dixit. Quis est Domine, vt credam in eum?* Et respondente Domino. *Et vidisti eum; & qui loquitur tecum, ipse est.* Illicò adiecit ipse. *Credo Domine, & procidens adorauit eum.* Hoc est lumen, de quo dixerat Dominus. *Quandiu sum in mundo, lux sum mundi.* Et intulit post miraculum. In
Ioan 9.39. iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Et enim lumen ab eo collatum est lumen vitæ, verè illuminans oculos, vt videant claritatem. Videre autem illorum, qui cæci fiunt, est esse sapientes apud se-
Rom.1.22. metipsos, de quibus scribit Apostolus. *Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.* Sicut enim lux vera sapientia est, quæ de sursum est; sic visio oculorum istorum sapientia carnalis est, atque animalis, quæ inflat. Ità etiam aliter Christus illuminat cæcos, aliter excæcat videntes. Vetè enim & realiter gratia sua illuminat cæcos. At his, qui sua opinione vident, non causa, verum occasio est cæcitatis, inuidentes enim gloriæ eius, æquo animo audire non poterant: *Quia Propheta est. Si non esset hic à Deo, non poterat facere quidquam:* Propterea persequebantur eum, asserentes: *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Dum ergò dicunt, *Nos scimus*; cum id falsissimum sit, quod scire prætendunt, falsa est illorum scientia; ac proindè non scientia, sed falsi-
Sap 2.21. tas, sed ignorantia prauæ dispositionis; sed vera cæcitas, qua excæcauit eos malitia eorum.

14 Duplex itaque est effectus huius operis; proprius, & occasionatus. Proprius est cæcos illuminare, occasionatus est excæcare videntes, & proprium quidem tetigimus, opus describentes. Quoniam sicut opere exteriori, exteriorem visum restituit; ità interiori illuminatione tenebras excussit interiores. Vtriusque autem vlterior effectus est manifestatio operum Domini, quem effectum Dominus insinuauit dicens. *Neque hic peccauit, &c. Sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Ità enim declaratum est, Christum illuminatorem hominum esse, lucem mundi, solem iustitiæ, splendorem gloriæ: Quandò operacius, in Deo facta, sunt illuminare corpora, & animas; cœlestem præbere doctrinam, & ad illius intelligentiam sensum aperire; & visionem dare, & visibilia obiicere, quæ intuentes, demus gloriam Deo, qui facit mirabilia solus. Effectum ergò istum vt consequamur, totis nobis conandum est viribus Opus suum præstitit ipse, nostrum nos quoque præstemus. Vtrumque refert cæcus, dicens. *Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi. Vade ad natatoria Siloe, & laua.* Hoc est opus Christi. Suum verò opus exprimit dicens. *Et abii, & laui, & video* Opus illud materiale luti maximum illud opus omnium insignissimum nobis repræsentat. Lutum enim fecit Dominus in sua Incarnatione, quandò id, quod procedit ex ore Altissimi, terræ coniunxit. *Et Verbum caro factum est,* & iam Deus est Christus, id est vnctus, & vnctio. Vnxit autem oculos nostros in passione; quandò exaltatus apparuit omnibus hominibus, *ostendens nobis misericordiam suam, ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum: Per viscera misericordiæ, in quibus* *Luc.1.17.* *visitauit nos oriens ex alto,* & occidens in alto.

Hoc est opus Dei, ab eo factum, vt & 15
nos nostrum operemur. Opus nostrum est *Ioan.4.2.*
ire ad lauandum in aqua. Non enim Christus baptizabat, sed discipuli eius. Baptismus autem duplex, alter in aqua, alter in igne. Baptismus in aqua datur nobis ab Ecclesia, conuenientibus & nobis. Baptismus in igne, est in Spiritu sancto, quo agimur, vt operemur opera Dei. De quo Do- *Luc.12.50.*
minus de seipso dicit *Baptismo habeo baptizari, & quomodò coarctor donec perficiatur?* Hæc erat passio sua. De primo dixit. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos* *Mat.28.19.*
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. De secundo autem. Docentes eos ser- 20.
uare omnia, quæ mandaui vobis. Quæ est,
obser-

obseruatio mandatorum Dei. Nam ex se, lauit se cæcus, sed a Christo iussus, lauit itaque ex obedientia. Hoc est opus nostrũ, vt faciamus ea, quæ præcepta sunt nobis.

Ioan. 3. 21. Hic est, qui facit veritatem, & venit ad lucem. Nam cui Dei mãdata nõ prẽsto sunt,

1. Pet. 1. 9. cæcus est, & manu tentans, vt ait Petrus, qui propterea hortatur. *Quapropter* (inquit) *fratres satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Nam & de proximi dilectione, de

Rom. 13. 8. qua Paulus. *Qui diligit proximum, legem impleuit*, scripsit in epistola sua sanctus Io-

1. Ioã. 2. 10. annes. *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est & in tenebris ambulat & nescit quo eat; quia tenebræ excæcauerunt oculos eius.*

16 Nunc de effectu occasionato, qui est excæcare. Hic enim effectus est sequutus excæci illuminatione. Nam & lux offendit,

Pro. 6 23. & opprimit oculos infirmos. Et lex, quę est lux, & mandatum lucerna, quamuis sit ad vitam per se, occasione tamen sit ad mortem, atque ita quamuis lumen in se sit, tenebræ sunt tamen. Dilectio quippè proximi, quæ secundum legem est, lumen est. Sed qui odit fratrem suum, in tenebris est. Hoc odio laborabant Pharisęi cõtra Christum. Vndè in Psalmo ipse dicit. *Quia odio*

Psal. 24. 19. & 68. *habuerunt me gratis:* id est sine causa, cum nihil esset, cur odisse deberent, sed omnia cur diligere. Vnde & nomine diligentium

Zach. 13. 6. eos nuncupauit. *Hu plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me* Odium ergò excæcat. Sic Saul odio excæcatus contra Dauid, sciens illum à Deo in Regem vnctum esse, ac proindè certò regnaturũ. Vnde &i-

1. Re. 24. 21 psemet cõfessus est. *Scio quòd certissimè regnatura sis & habiturus in manu tua regnũ*

1. Reg. 26. *Israel.* Non destitit tamen persequens eũ, vt interficeret, quasi posset diuinũ decretũ irritare, atq; confringere. Sic Pharisæi videbant manũ Dei esse cum Christo, & aduersus Deum incedentes, arbitrabantur se posse Deo repugnare. Hæc est communis mundanorũ cæcitas, putantes se posse in hac vita beare, & interrenis rebus; quod est

Ps. 117. 22. prorsus impossibile. Conatũ omnem ad-

Act. 4. 11 hibent Pharisæi, vt Christo reluctentur, quem *reprobauerunt ædificantes, sed certè meditati sunt inania* Interrogant cæcũ, & audiunt veritatem, interrogant patentes, & nihil hauriunt ad suam voluntatem, Iterum putant cęcum trahere ad sua vota, sed incidunt in foueam, quam fecerũt; quoniã ipse rationibus efficacib. pro Christo tuetur veritatem. Vndè acti furore maledicẽtes eiecerunt eũ. *Et schisma erat inter eos:* in sua cęcitate permanentes Aliis dicentibus. *Nõ est hic homo à Deo, qui sabbatum nõ custodit* Aliis contra. *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Psal. 2 2.

Hæc sunt, quæ excæcant hominem, odium, inuidia, superbia, iniqua persecutio. Vbi non est sermo Domini, vbi nõ est veritas & lux: quia principium verborũ tuorum veritas. At cũ simplicib. sermocinatio eius, & intellectum dat paruulis. E contra autem deludet illusores, superbos, pestilẽtes. Qui sunt illusores? qui aliis & sibi ipsis illudunt, seductores & seducti. Hi propriè erant Pharisæi à propria malitia excæcati qui & alios seducere conabantur. O quot sunt horũ imitatores! Contra sapiens præceptum. Nè æmuleris hominem iniustum; nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Illusit aliquandò Dalilę à se amatæ Samson, quærenti ab eo in quo consisteret maxima fortitudo eius. Vnde dicebat illi. *Ecce illusisti mihi & falsum locutus es.* Ac deindè. *Vsquequò decipis me, & falsum loqueris?* & rursus. *Per tres vices mẽtitus es mihi.* Ità Sãson illusor fuit, decipiens mulierẽ amicam, & inimicos suos. Sed tantum infelix suimet illusor fuit, amore mulieris excæcatus. Meritò igitur fuit cæcitate punitus, oculis orbatus. Adeò illum excęcauit amor, vt vsque ad tres vices visa mulieris fallacia, tandem cõsenserit illius petitioni: Vndè ab inimicis captus, cæcus factus fuit. Cæcitas cordis cæcitatẽ attulit corporis. Vt sciat vnusquisque, quòd qui oculos mentis habent, & non vident, mittendi sunt in tenebras exteriores, ab interioribus ad exteriores. A lumine exteriori CHRISTVS transit ad interiorem. Peccator autem à tenebris interioribus transit ad exteriores, vbi ligatis manibus, ac

17 Psalm. 118. 160. Pro. 3. 32. 34 31. Iudic. 16. 10. 13. 15. 21 Mat. 22. 13.

pedibus in æternum non videbit lumen.

18 O homines cæci, qui habentes oculos
Exhortatio non videtis; videte, videte periculum vestrũ, quod Samson videns nõ vidit. Nè cæcũ imitemini, nè cæcũ sequamini, nè, si sit cęcus dux vester, in foueam ambo cadatis. Heu! quoties te caro dilecta decepit? Quoties te seduxit mundus? Quoties te princeps fefellit tenebrarũ? & adhuc tamen te credis ei, ac dormis super genua sua? Vires perdis, & laborare cogeris: ludes qui illusisti, lusor eris, ô illusor, factus in gaudium inimicis tuis; ludus tuus, labor tuus; lapsus tuus, interitus tuus. Tu pecuniose, nũ semel tantũ te auaritia illusit? Tu luxuriose, quoties tibi mentita est concupiscentia? Ambitiose, nondũ te docuit gloria fallendo, nunquam, quæ tibi pollicita est, perficiendo? Amor quicunq; erga creaturã fumus est excæcans. Ergò excutite illũ de sinu vestro, vt videre possitis, q̃ recta sunt,
Psal. 31. 9. & sciatis, quæ scire opus est. *Nolite fieri sicut equus & mulus, quib non est intellectus.* Imò potius sitis audire digni, q̃ dicta sunt à
Psal 21.8. Domino. *Intellectũ tibi dabo, & instruã te in via hac qua gradieris. Firmabo super te oculos meos* Et oculi tui recta videant. Disiicite fumum istũ amoris insani: lucem aspicite. Moyses vt mirabile illud vidit quòd rubus arderet, & non combureretur dixit.
Exo. 3. 5 6. *Vadam & videbo visionem hanc magnam.* Sed audiens ibi esse Deũ, abscondit faciem suã, non enim audebat aspicere cõtra Deũ. Opera Dei à longè stantes intueamur, satagentes illa, quę possumus discernere clarissimè, aliora scrutari omittentes. Sed heu, vbi Deus est, aspicimus, nõ vbi se Deus nobis manifestat, vultque cognosci; sed oculos nostros declinamus in terram; quæ amamus, attentius intuemur, ac propterea
Exod. 3.3 excæcamur. *Vadam, vadam ego, & videbo visionem.* Videte opera Domini & illuminamini, documentum sapientis attendite.
Ec. 2 10. *Qui timetis Dominum diligite illum*, & illuminabuntur corda vestra. Sicut amor mundi excæcat, ità per diuinam dilectionem illuminantur corda nostra. *Exortũ est*
Psal. 111 4. *enim in tenebris lumen rectis corde* Lumen (inquam) quod est, misericors & miserator Dominus, dans escam timentibus se, panẽ vitæ & intellectus; vt viuentes videamus, & videntes viuamus per lumen vitæ æternæ. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Proponitur pugna inter sapiẽtiam Christi, & malitiam hominis. Hortamur vt nos simus ex parte sapiẽtiæ. Duo assignantur ad hanc sapientiam acquirendam, Fortitudo contrà hostes, & Oratio ad Deum. In morali inuitantur cæci ad oculos aperiendos.

1 BENE verum esse Prouerbiũ illud Salomonis. *Sicut auis ad alia trãsuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictum frustrà prolatũ in quempiam supereniet*: hodierna demonstrat Euangelij sacra, dulcis, & grauis historia vbi maligni homines, hostesque veritatis, ipsam Veritatem insectantes, absque delectu, quæcunq; inueneriat illius siue authorem, siue amatorem, siue defensorem, hunc calumniis prosequuntur atque maledictis. Sic contra Christum aperuerunt os suum, dicentes. *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Sic de cęco, qui lumen à Christo receperat, scribit Ioannes. *Maledixerunt ergo ei, & dixerunt ei In peccatis natus es totus.* Sic generaliter. *Conspirauerant Iudæi, vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogã fieret.* Æquè licentia vtuntur maligni ad maledicendum, atque volucres ad volandum cuique non parcentes. Attandem quod idem scribit Salomon. *Qui fodit foueam, in-* Pro 26.27.
cidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum, quoniam eorum insipientia & malitia cecidit super eos, & sicut stulti facti sunt, sic stultorum pœnam tulerunt à veritate derelicti, & à salute.

Hoc nobis documento esse debeat, vt pugnantibus inter se sapientia, & malitia, ab illius parte stemus, quæ insuperabilis est; de qua Sapiens. *Sapientiam non vincit* Sap. 7. 30.
malitia, & per illam in multitudine videbor bonus,

Sap. 8. 15 *bonus & in bello fortis.* Quod vt diligentius exequamur, ſpectem⁹ in huius hiſtoriæ campo, harum pugnam; & vt ſimus in exercitu Sapientiæ, videamus quid à nobis præſtandum ſit. Pugnam videmus, quia Chriſtus, qui eſt Sapientia Patris, lumen ſuũ extendit, & diffundit ad illuminationẽ gentium, illuminãs illum mirabiliter, qui natus fuerat cæcus, vt oculis videat, & corde intelligat; docet diſcipulos ſuos, & per vicos & plateas quærit, quibus ſe oſtẽdat hilariter. Contra Phariſæi, quos eorum materia excæcauit, rebelles lumini, & tenebras diligentes, ſapientiæ aduerſantur, vt eam de finibus ſuis excludant; quod ad eorum extremum ceſſit exterminium. Per Sapientiam autem ſalui facti ſunt quicunq; illam tenuerunt.

Innuitur diuiſio:

2. Vt verò notũ ſit nobis quid, vt ſtemus, à ſapientia præſtandum ſit, huius pugnæ primam inueſtigemus cauſam, atq; propriam originem diſcernamus. Vbi primũ ſupponimus id quod in omnibus euidens eſt. In nobis videlicet eſſe intellectum, & voluntatem, quaſi duos pedes animæ, quibus incedit illa, ad quodcunq; ſe conuertit. Qua in via præcedit intellectus, viã ipſam præmonſtrans, & ſequitur voluntatis affectus pergens illam; & quamuis intellectus ſit præcedere, ſequi autẽ voluntatis; voluntas ipſa tamen de plenitudine poteſtatis ſuæ, quocunq; voluerit, ſuo iuſſu vertit intellectũ, ſtringitq; vt videat, ac iudicet ea ſolum, & ſicut liberè decreuerit ipſa voluntas. Ipſa enim dominatur in vniuerſa terra iſta, & ad nutũ eius mouẽtur omnia, quæ ſi peruerſa fuerit, & mala, excæcat ſua malitia oculũ intellectus: ſi autem bona fuerit, & recta, verè cupida veritatis, cogit intellectum auertere oculos ſuos ne videant vanitatem. Si recta ſit voluntas, intellectus directè aſpiciens veritatẽ videt, & tunc ab eo iſta rectitudo dicitur ſapientia. Si obliqua voluntas ſit, torquet & intellectum. Ex quo fit, vt motus iſte rectus vtriuſq; ab intellectu, qui præeedit, ſapientia nominetur. Vbi verò per praua, & obliqua gradiuntur, cũ princeps cauſa, ſit voluntas, ab ea motus ille obliquus dicatur concupiſcẽtia; dicitur etiam malitia, quod bonitati ſit contrarius, quæ voluntatis eſt diſpoſitio, ſiue operatio. Veritas autẽ dicitur, quando vtriuſq; eſt rectitudo; eadẽ enim res eſt & veritas & ſapientia. Vnde & veſtitus, qui pect⁹ operiebat in veſtimentis Pontificalibus, Rationale dicebatur Videri poterat, q⁹ capitis ornamentũ vbi reſidere videtur ratio, Rationale dici deberet. At quoniã rectitudo illa etiã intellectus à voluntate potiſſimũ pendet, quæ in corde ſuam habere reſidẽtiam & ſedem cõmuniter æſtimatur; propterea pectorale illud, quod pectus operiebat, & ornabat, proprio, ac ſibi à Deo impoſito nomine vocatur Rationale. Ex his ergò ſequitur, quòd milites, qui in exercitu ſunt veritatis, natos habeant oculos ad lucem, & veritatem conſpiciendã, cæci verò ſint omnes, qui in exercitu ſunt malitiæ, & concupiſcentiæ. *Exod.* 28 40

Chriſtus ergo Sapientia Dei, homo nobilis, veniens in regionem longinquam, accipere ſibi regnũ, ſtudet, vt dominetur in medio inimicorum ſuorum, eaptiuos veritatis facere vniuerſos, emittẽs lucem, & veritatẽ, quæ illos deducat, & adducat in montẽ ſanctum eius. Contrà verò poteſtas tenebrarum, ambulans in tenebris cum tenebroſis, & in vmbra mortis, conatur veritatem deturbare de ſede ſancta ſua. Dicit ergò Ieſus: *Me oportet operari opera eius, qui miſit me, donec dies eſt. Venit nox, quando nemo poteſt operari. Quamdiù ſum in mundo, lux ſum mundi.* Hoc aũt dixit ad interrogationẽ Diſcipulorum, quærentiũ de cæco: *Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur?* Ergo primum, quod noſtrarũ eſt partiũ, ſi in exercitu ſapientiæ cupimus adnumerari, eſt ſimplex veri deſideriũ circa ea, quæ ad ſalutẽ pertinent. Clamat n. ſapientia: *Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me.* *Luc.* 19 12. *Pſal.* 42. 3. *Eccl.* 24. 26.

3. Contrà verò, aduerſarij temporalia bona quærunt, quæ omnia ſub vanitatis nomine cõprehenduntur & concupiſcentiæ. Hæc enim ſignificauit Ioannes dicens: *Mundus tranſit, & concupiſcentia eius* Qui concupiſcentia ducitur, in pugna ſuccumbit. Qui verò ſequitur veritatem, victor euadit. Hoc nos docet primũ bellũ populi cum *1. Ioh.* 2. 17.

tum Chananæis, quorum terras expetebat. *Cum audisset* (inquit Scriptura) *Chananæus Rex Arad*, qui habitabat ad meridiem, venisse Israël per exploratorum viã, pugnauit contra illum, & victor existens, duxit ex eo prædam. At Israël voto se obligans Domino, ait. Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitq; Dominus preces Israël, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subuersis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius Horma, id est anathema. Benè consideranti hunc locum scripturæ, apparet populum, cupiditate possidendi terrã huius regis, cum illo pugnasse; ac propterea, vt in quo peccauerat, puniretur, prædã ab illo passus est: id quod animaduertens, cupiditati renuntians, voto promisit, se illius omnia deleturum, nihil sibi prædæ reseruans, quod votum Deo sic placuit, vt victoriam redderet populo, qui votum obseruans, locum illum vocauit Anathema, quæ est vox significans separationem, qua se ab omnibus rebus illis separabant. *Vnde dixit Iosue de Iericho. Sit ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea sunt Domino. Sola Rahab viuat. Et quoniam Acham quidam tulit aliquid de anathemate, iratus est Dominus & dixit Anathema in medio tui est, Israel; non poteris stare coram hostibus tuis. Deprehensus autem Acham confessus est. Verè ego peccaui Domino Deo Israel.* Vidi enim inter spolia pallium coccineum valdè bonũ, & ducentos siclos argenti, regulamq; auream, & concupiscens abstuli. Ergo interfecto Rege illo Chananæo, abstinuerunt a rebus omnibus regionis illius, reiecta illarũ concupiscentia. Ecce vincendi modus, a temporalibus abstinere. Nam qui concupiscit, vincitur; superat, qui cõtemnit. Si ergo sapientia pretiosior est cũctis opib⁹, ab his eleuandus est animus, vt ad sapientiã illum transferamus. Hoc notatur in quæsitione discipulorum, qui discere cupiunt secretum hoc diuinæ prouidentiæ, ex qua videlicet origine processerit cæcitas hominis istius. Hoc namq; Deus, vt sciamus intendit, vnde videlicet ad nos proueniãt aduersitates, q; videtur, vt mox dictum est, populum intellexisse, quando

Num. 21 1. 2. 3. *Ios.* 6. 17. *Ios.* 7 1. 20.

se victum attendens, atq; spoliarũ, promisit se nihil aduersariorum accepturum in suos vsus, sed totum Domino per plenam destructionem veluti oblaturum. Et non paruũ initium profectò sapientiæ est, scire, vnde originem trahant aduersitates, vt si illas displicet pati, ab iis abstineas, vnde proficiscuntur. Quapropter monet Salomon: *Tolle vestimentum eius, qui spopondit pro extraneo: & pro alienis, aufer ei pignus.* Sic ostendes, quòd vadimoniam facere alieno, causa est, vt sua bona perdat, quæ regula ad omnia huiusmodi applicanda est, vt si malum displicet, ab his caueas, quæ illud gignunt. *Prou.* 27. 13.

Hoc primum ad sapientiam adipiscendam. Secundum verò est illa persequi, per quæ homo fit sapiens: quòd hominis cæci exemplo addidiscimus, qui sibi liniri permisit oculos, & iussione illa audita. *Vade, laua in natatoria Siloe*: statim illã impleuit. Nemo est, qui nolit esse sapiens, sed pauci pergũt viam, quę ad illã ducit. Moyses, vt diuino colloquio frueretur, turbas relinquebat, ascendebat in montẽ, intrabat in caliginẽ, orans, diu ieiunabat & in principio dum pergit ad rubum, vocem audit. *Solue calceamẽta de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.* Ita Christus docturus discipulos à curis huius seculi segregauit illos, atq; suæ addixit sequelæ. Saulus visum perdidit, & à sensibus abstractus, adeò, vt si in corpore esset spiritus eius an non, penitus ignoraret, raptus est in paradisum, ibique audiuit arcana verba; & Euangelium illi per reuelationem Iesu Christi patefactum est. Salomon, qui cœlesti sapientia auctus est, testatur. *Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam*, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremq; stultitiã, donèc viderem quid esset vtile filiis hominũ. Occurrit quidem sapientia se quærentibus, vt non diu laborent in ea adipiscenda, sed nõ faciendum nobis nihil tamen, nolumus expoliri, sed superuestiri: sed vt nouum induamus hominem, veterem necesse omnino est expoliari. Labor in expoliando est, nouum induimus cum lætitia. Auct Canentem. *Sacerdotes tui induantur iustitiam,* *Exod.* 3. 5. *Act.* 9 & 2. *Cor.* 12. *Gal.* 1. *Eccl.* 2. 3. *Psal.* 131. 9.

tium, & sancti tui exultent. Iidem & sancti sunt, & sacerdotes, qui propterea exultant, dum iustitia circumamiciuntur. Modici ergò non tædeat laboris illius, quem infert expoliatio. Regem tantum, qualis fuit Salomon, nõ pinguit à vino ahstrahere carnem suam sapientiæ causa; & timor tuus, vbi timendũ non est, pauxillũ laboris detrectabit? Vt scias, quid vtile sit hominibus, laboris causa negliges? Quot huius mundi sapientes, sapientiæ causa, in laboribus fuerunt à iuuentute sua vsq; ad senectam, & seniũ, quæ tamẽ sapientia, vt erat de terra terrena erat, vana, inutilis; & tu ad veram sapientiam adipiscendam, qua cognoscitur, quid sit vtile filiis hominũ, ignauia veteris, piger eris, & socors? Quin potius existimabis labores euitare, in cubili volutari, commodis vti atq; deliciis?

5. Scrutare scripturas, & audi. Iam cõple-
Num. 22. to solitudinis itinere, negante Edom tran-
4 situm populo per terram suam, coactus est
5. illam circuire. *Et tædere cœpit populum iti-*
6. *neris & laboris, & murmurauit. Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Hæc plaga est, hæc mors, quam patiuntur inertes, qui recusant laborem, qui tædio afficiuntur in virtutis itinere. Quid serpens nisi calliditas? nisi prudentia? sed quia igniti erant propter exardescens venenum, prudentia illa, prudentia carnis, sapientia huius mundi, astutia diaGenes. 3. 1. boli. Nam *serpens callidior erat cunctis animantibus.* Nunc audi horũ pigrorum sa-
Prou. 26. 16. pientiam. *Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.* Sed quæ maior stultitia est, quàm ista sapientia? q̃ si hæc stultitia non est, neq; illa, ad quam hortatur sapiens, sapientia est. Et dicit ipse
Prou. 6 6. tamen. *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiã, qua parat in æstate cibum sibi.* Si ergò sapientia est laborare dum tempus habemus, vt nobis necessaria suo tempore suppeditentur; summa stultitia pigritia est, quę propterea stultissima est; quòd sapientia à pigro existimatur. Vis videre horum insipientiam, & cęcitatem? Remedium attende. *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo; qui percussus aspexerit eum,* viuet. Aperi oculos tuos, & vide serpentem alium, illũ videlicet de quo Dominus. *Estote prudentes sicut serpentes,* considera vias laborantis, & Matth. 10. 16. disce sapientiam. Aspice in Christum, Dei sapientiam: considera vias eius, qui in labore, & ærumna pertransiit benefaciendo, vt non fatigeris animo tuo, vt non tædat te laboris, & itineris, quo illius vias considerantes, sequemur illum; sic aperientur oculi nostri; sic lumen recipiemus, sic erimus sapientes. Vix enim separantur visio, & operatio. Si Christum aspexeris laborantem, non eris otiosus. Sic Salomon iubet considerari vias formicæ ad imitandũ illam. Sic Dauid cecinit. *In mandatis* Psa. 118. 15. *tuis exercebor, & considerabo vias tuas.* Ergò ij, quos tædet laboris & itineris non considerant vias Christi; qui positus tamen est pro signo, vt in eum continuè oculos intendamus. Serpens æneus est solidus, constans, qui iniurias solis & pluuię, & aëris, & noctis non timet, non patitur, non sentit, Constanter perseuerat, qui sic sapiens est in veritate tuenda, vt cœcus illuminatus, non cedit falsis rationibus, & veris persecutionibus Pharisæorum. Atq; ita *a* nõ extinguetur in nocte lucerna mu- a Prou. 31. lieris fortis, *b* quæ manum suam misit ad 18. fortia, & *c* panem otiosa non comedit, b 19. vbi *d* lucerna impiorum extinguetur; c 27. *e* & perdetur sapientia huius mundi, & d Prou. 24. prudentia prudentium reprobabitur. 20.

e 1. Cor. 1. 19.

SECVNDA PARS.

VT cum sapiẽtia stemus, aduersus malitiam repugnantes, considerauimus duo ista, quibus homo fit sapiens, nempè desiderium, & laborem, & vt victoriam plenam referamus, superiores existentes in bello isto. Alia duo ad hoc necessaria nunc demùm attendamus. Hæc verò sunt fortitudo, & oratio; illa ad hostes, hæc ad Deum. Hæc discimus à Iosue, de quo scriptũ est. *Fortis in bello Iesus Naue, qui fuit* Eccl. 46. 2. *maximus in salutẽ electorum Dei, expugnare insurgentes hostes. Inuocauit Altissimum* 6. *potentẽ in oppugnando inimicos undique, & audiuit illũ magnus, & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valde fortis.* Duo præstitit Iosuë; pugnauit, & orauit. Duo itidẽ

cæcus illuminatus Pugnauit contrà Iudæos, & adorauit Christũ. De Iosuë dictũ
4. est. Quis antè illũ sic restitit? At cæcus iste quanta vi restitit impugnantib⁹ Pharisæis? Malitia, ne à veritate vincatur, quantũ potest, illã conatur obruere, ne illius splendor appareat. Et hoc armis istis molitur, Insidiis, Rationibus, Iniuriis, Molestiis. Ec-
7. cè insidiæ. Vt adduxerunt vicini ad Pharisæos eũ, qui cæcus fuerat, illi interrogantes, & audientes veritatẽ, arguũt, quia sabbatum erat, quòd non esset à Deo, sabbatũ nõ custodiens: & ab eo intelligentes, quòd suus Illuminator Propheta esset, callidè parentes eius interrogãt, qui timentes non audent plenã aperire veritatẽ. Ac demum cæco. *Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est* Iterũ interrogantes *Quid fecit tibi? Quomodò aperuit tibi oculos?* Ita conantes factũ occultare. Ecce Rationes. *Nõ est hic homo à Deo, qui sabbatũ non custodit Nos scimus, quia Moysi locut⁹ est Deus: Hunc aũt nescimus vndè sit.* Eccè Iniuriæ. *Maledixerunt ergò ei & dixerunt. In peccatis natus es totus, & tu doces nos?* Adde contumelias, adde blasphemias, quas in Christum ipsum iniiciunt. *Non est hic homo à Deo. Scimus, quia hic homo peccator est. Hũc nescimus vnde sit.* Hæc omnia genimina malitiæ sunt atq; concupiscentiæ. Quoniã aũt hæc pugna, vt nobis cõtingit intrà nos est, vbi & sapientia regnare contendit; pariterq; malitia vt regnet laborat, nobis maximè studendum est, vt concupiscentiam, quæ auctrix est malitiæ deprehendamus.

8. Ideò enim iussum est. *Caue ab ea, quæ*
Prou. 27. 8. *dormit in sinu tuo.* Sicut auis transmigrans de nido suo: sic vir, qui derelinquit locum suum. In domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Quod est dicere. Sta super pedes tuos, visita domũ tuam, speciẽ tuam, omnia interiora tua, & discerne causam tuam. Et vide domesticum in te inimicum tuum, qui est amor tui. Principio
Gen. 31. 33. scrutare domum tuam; ne expectes, vt Laban scrutetur omnem supellectilem tuam. Tu, tu ipse vide, quid habeas in domo tua. Ne forte ibi sint idola aliena, te ignorante,
32. vt accidit Iacob. O quot motus concupiscentiæ in nobis sunt! nobis imprudentibus, subtilis est concupiscentia, penetrat profundum abyssi; quid agit nescimus. Nõ sic musca grauissima aggrauauit Ægyptũ: Gen. 8. 21.
sicut muscæ istæ morientes, cænomia, & ciniphes obruunt regionem interiorẽ animæ nostræ. Hæc sunt occulta consilia cordium, quæ solus, qui absconditorum est cognitor, intuetur, neq; nobis patent, nisi spiritus sapientiæ illa discernat, & nobis quoq; illa manifestet. *Spiritualis enim in-* 1. Cor. 2.
dicat omnia ẽt profunda Dei: vbi deprehenderit inordinatos motus, malitia scuto illos circundat, protegẽs & excusans, quòd recti sint, quòd recta intentione sint recti, quòd tempus, quod occasio, quòd nostra ipsamet persona id fecerat, id postulet. Quod facit adultera coram hominibus, hoc in homine perficit malitia. Quid verò illa? comedit, & tergens os suum, dicit. Non sum operata malum O! quàm malũ Prou. 30.
est hoc? quàm animæ pernicioſum? cõtra 20.
quod Deus per Ieremiam arguit populum suum dicens. *Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quarendam dilectionem?* Ierem. 2.
& dixisti. Absq; peccato, & innocens ego 35.
sum & propterea auertatur furor tuus à me. 35.
Ecce ego in iudicio contendã tecum, eo quod dixeris. Non peccaui. Paulus agnoscens, 1 Ioh. 3. 2.
quòd maior est Deus corde nostro, aperte dicit *Nihil mihi conscius sum, sed non in* 1. Cor. 4. 4.
hoc iustificatus sum. Maximo ergò studio laborandum est, vt interiora nostra perscrutantes, si malitia adsit, ibiq; occultetur concupiscentia, & eò magis, quòd ad deonerandum se, in alios traiicit iniquitatem suam, & si puniatur à Deo, de illo cõqueritur, vt dictũ est, & si ab homine, irascitur illi, quasi ab illo esset offensus, cum tamẽ ipse suæ derelictionis vera esset causa? propterea innocens Dauid se dolet iniuria persecutum, sic Ionathæ dicẽs: *Quid* 1 Reg. 20. 1.
feci? quæ est iniquitas mea, & quod peccatũ meum in patrem tuum: quarit animam meam? & ad Saul: *Vide, quoniam non est in* 1. Reg. 20. 1.
manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te. Tu aũt insidiaris animæ meæ, vt auferas eã. Iudicet Dominus inter me & 1 Reg. 24.
te, & vlciscatur me Dominus ex te? sicut in 12.
prouer-

prouerbio antiquo dicitur. Ab impiis egredietur impietas O malum commune & fre-
Eccl. 13. 4. quentissimum inter homines *Diues iniustè egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit.* Occurrat ergò sapientia fortis, & æquo animo ferens illatas iniurias, & ab inferendis abstinens: quin magis de seipso vlciscatur homo, qui se peccasse cognoscit, vincens contrà se in malo malum, & ergà
Sap. 7. 21. proximum in bono malum. Ità super om-
23. nia vincit veritas & sapientia omnium artifex, omnem habens virtutem attingit à fine vsque ad finem, fortiter bellum disponit, insidias reuelat, frangit rationes, maledicta repellit, & tutauit illum, qui se illi
Sap. 8. 11. commendauit. Vt dicere possit. *In conspectu potentiũ admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me.* An non pauperem, qui fuerat cæcus, & expers disciplinæ, sic induit virtute ex alto, deditq; illi os, & sapientiam, vt illi resistere non possent omnes aduersarii eius? dedit & fortitudinem, qua omnia sustinuit.

9 Ratione demùm propulsatur impetus malitiæ, quòd cæcus sua adoratione designat. Nam audiens ab ipso Iesu, quod esset Filius Dei *procidens adorauit eum* Non valet natura seipsam superare; virtute op⁹ est, quæ vt naturã superet, superior sit natura. Hanc tribuit ille solus, qui naturam creauit. ergò deprecãdus est vt illã tribuat. Quapropter & ipsa sapientia, vt malitiam vincat, desursum veniat oportet: alioqui sapientiæ quinã continens esse potest, nisi Deus det? *Propterea Salomon deprecatur.*
Sap. 9. 1. *Deus Patrum meorũ, & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominẽ: Da mihi sediũ tuarũ*
4. *assistricem sapientiam. Mitte illam de cœlis*
10. *sanctis tuis, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptũ sit apud te. Et deducet*
11. *me in operibus meis sobriè.* Difficilis nimis est pugna hęc contra domesticum istũ inimicum. Accedere oportet ad Deum, vt inueniam⁹ misericordiam in auxilio opportuno. Pugnat malitia, negotio perambulante in tenebris; luce superna opus est, vt illius insidiæ detegantur. Voluntaria propensio inordinati animi, quæ sua sunt quęrentis, fortiter se opponit sibi resistentib⁹, cuiusmodi sunt mandata Dei, verbum Dei, vtiles conceptiones: brachio Omnipotentis munitum esse oportet, qui impetũ tàm vehementem decernit deiicere, cuius causa necessariæ sunt preces ad Deũ. Hæc duo sunt, quę Salomon deprecatur. *Mecum* (in- Sap. 9. 10.
quit) *sit & mecum laboret; vt sciam, quid acceptum sit apud te;* ad discutiẽdas tenebras, sciam, quid acceptũ sit: ad repellendos cõtrarios impetus, mecum laboret. Tunc deducet me in operibus meis sobriè. Vis videre difficultatem huius pugnæ? Requi- Num. 22.
situs Balaam vt iret ad maledicendum po- 12.
pulo, responsum habet à Domino, vt non vadat, quia populus benedictus est. *Instat* 16.
secundò Rex Moab per nuncios Ne cuncteris venire ad me: paratus sum honorare te, & quidquid volueris dabo tibi. Assentitur De⁹ vt vadat. Cur ità? vt nobis insinuaret quãta 20.
sit malitiæ vis, & auaritię quanta sit impulsio. Nam ꝙ Deus noluisset, iam primo responso demonstrauerat. Denique Angelus 22.
euntem voluit occidere. Si populus audis- Psal. 80. 13
set, adiuuassem. Non audierũt: Dimisi eos secundũ desideria cordis eorũ. Dicit Deus in Psalmo. O quam vehemens malitiæ impetus, vbi voluntas corrupta est, non facilè superatur. Pilatus vbi de veritate fuit quæstio, Christi innocentiã constanter declarauit, vbi ad interesse ventum est, vbi cor- Ioan. 19. 16.
rupta voluntas punctionẽ sensit, cessit iustitia, malitia inualuit, & ad mortem Christus adiudicatus est. Hic labor adhibend⁹ est, hic petenda sapientia, quæ nobiscũ laboret. Heù! quot sunt, qui Dei voluntatem scire prætendunt? at vbi laborãdum est pro illa implenda, subit pigritia, cõmodum ingeritur, conuertitur intellectus ad voluntatis corruptionem, & aliter in fine iudicatur, atq; in principio. Sic populus instanter rogat Ieremiã, vt à Deo intelligat quid illis facere conueniat, si videlicet in Ægyptum Ier. 42. 1.
debeant descendere an manere in Terra, promittentes se facturos, ꝙ Deus decreuisset. Audita veritate, nempè vt manerent, quia non erat ad votum illorum, illam respuunt, dicentes. *Mendacium tu loqueris:* Ier. 43. 2.
non misit te Dominus Deus noster. O cæcitas proficiscẽs ex mala voluntate O bellum malitiæ contra veritatem. O prælium

ingrauatum ab impetu concupiſcentiæ, hic laborandum, hic clamandum: *Mitte ſapientiam, vt mecũ ſit & mecum laboret.*

Sap 9. 10. 11.

Salomonem iam audiuimus, ſe abſtinentem à vino, vt per ſapientiam diſceret quid eſſet vtile filijs hominum: propterea-que eadem ſapientia quæ indicat quid acceptum ſit apud Deũ, oſtendit & quid vtile ſit filiis hominum, ex quo conficitur, id Deo placere, q̃ homines iuuat; id Deo acceptum, quod hominibus eſt adiumento. Ergò Deo diſplicet, quòd pereamus, offenditur, ſi nobis noceamus. O quæ cæcitas ſimul Deum offendere, & ſeipſum occidere! O malitia, quæ malũ eſt, malignis. Periit populus, quòd noluit diuinæ volũtati, per Ieremiã ſibi oſtenſæ, liberè aſſentiri. Perierunt Phariſæi, qui lucem illis de cæco illuminato oblatam reiecerunt, & in ſuo peccato mortui ſunt. Perit quiſq; ſequens ſuas concupiſcentias, quarum viæ tenebræ ſunt, & lubricum. Et quanta difficultas per lubricum ambulare vbi non ſtatur ſuper pedes; & quis fructus laboris? caſus, interitus: *Qui fodit foueam, incidit in eã; & qui voluit lapidem, reuertetur ad eũ.* Quid aliud eſt laborare, vt habeatur, quod cõcupiſcitur, quàm foueam fodere? quàm lapidem voluere? Qui terrena quærit; & conatur ad ſe illa trahere, hic profectò foueã fodit, terrã de loco, vbi eſt, aliò tranſferens, & hic non eſt labor operoſus? ſed quid deinde? in foueã cadit, quam fecit; ibi proſternitur, vnde terram ſuſtulit. *Quoniã eripies Dominus pauperẽ de manu potentũ, & vſurã & iniquitate: & humiliabit calumniatorem* Quid eſt verò calumniatorem humiliari, niſi in foueam incidere, quàm fecit? & quid facit aliud mundi cupidus, quã ſaxum voluere? ſed reuertetur ad eũ. Suo ſe labore corrumpet, offendet, vulnerabit, opprimet, conteret. Achan furatus de anathemate, quodnam ſibi emolumentum comparauit? lapidatus eſt à populo. An ſaxum vnum tãtum ad eum reuerſum eſt? totus populus illum lapidauit. An Iudæorum Chriſto inſidiantium, iam tandẽ inſipientia non eſt manifeſta? Num totus mundus contrà illos non clamat? *Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio.* O concilium, ô publicum, ô multitudo & vniuerſitas gentium. Reuelata eſt eorum malitia coram omnibus. Ergò *veritas omnia vincit.* Ergò lumen oculorum vtile eſt, & delectabile: Lucemergò diligamus, quæramus, adipiſcamur, vt luce tandem in cœlis perfruamur æterna. Amen.

Eccl. 2. 3.

Ierem. 43 2

Prou. 6 27

Pſal 71. 4.

Ioſ 7. 1. 15.

Prou. 26. 26.

MORALE.

MIrum profectò eſt quod clamet Propheta. *Surdi audite.* Etenim ſi ſurdi ſunt quomodò vocem poſſunt audire, qua illis, vt audiant, iubetur? ſed nunquid nõ idem eſt de cæcis, quos itidem Prophetа compellat pergens. Et cæci intuemini ad videndum. Quomodo enim ad videndum excitantur, niſi illis oſtendendo, quę prouocent, & moueant illos, vt videant quæ illis demonſtrantur? At ſi cæci ſint, quanam ratione hæc mouentia, & prouocantia, vt ab eis prouocentur, & moueantur, conſpicantur? ſoluit dubium, & admirationẽ tollit Deus ibidem per eundem Prophetam ſubdens. *Qui cæcus niſi ſeruus meus? & quis ſurdus, niſi ad quẽ miſi nuncios meos?* Surdi ergò ſunt & cæci volentes, & voluntas ipſa ſurdos facit, & cæcos; qui neq; per ſe videant, quoniã cæci, neque ab aliis volunt illuminari: & propterea ſurdi. Porrò voluntas tam ſibi agglutinata eſt, tantùm in eo, quod vult, delectatur, adeò ſibi tribuit, vt ad ſui exiſtimationẽ pertinere arbitretur, quod liberè velit, q̃ vult, non ratione arctata, non lumine directa, non cuiuſcunq; ducatu, aut nutu quaſi geſtata: & propterea quidquid ab illa alienũ eſt reſpuit. Quid ergò? nulla erit horum ſalutis ſpes? ſic dimittentur in ſuis adinuentionibus ambulare, vt eos reuocari ſit impoſſibile? Huiuſmodi hi de populo videbantur, qui ſpõte ſua ſic à Deo recederent, vt non præterea vellent eſſe populus Dei, ſed inter gentes, & cum gentibus computari. *Dixit tamen illis Deus Nequaquã ita erit, ſed ſubiiciam vos ſceptro meo, & inducam in vincula fœderis, ſubiecti eritis ſceptro, vinculis ligati, vt non ad libitũ veſtrũ viuere valeatis,* ô vtinã vox iſta clementis Dei ad nos vſque pertineat! *Id*

Ezech. 20. 37.

præſtitit

32. *præstitit Deus Dixerat populus. Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna, & lapides.* At ipse. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.* Hinc enim populum ipsum afflixit iuxta maledictiones illi intentatas, donec diceret, vt est in Osea Pro-
Osee 2.7. pheta. *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat tunc magis, quàm nunc.* Hinc Regna captiuantia flagellabat, sicut fecerat cum Ægypto, vt liberos dimitterent illos, & redirent in terram suam, vbi Dominum adorarent in templo, & se confiterentur populum Dei excelsi. ô vtinam tandem surdis nostri tẽporis, cæcis, qui nunc viuunt, hæc eadem contingant, vt quoquo modo ducantur ad cænam Agni prouidi, & si non aliter, vel compellantur.

13 Sed ego non seruus ille sum, ad quem
Luc. 14.23 sermo Dei factus est. *Exi citò in vias, & sepes, & compelle intrare?* Nuncius sum qui verba referat, qui rationes proponat, qui exhortetur, partes meæ sunt clamare; *sur-*
Isa. 42.18. *di audite, & cæci intuemini ad videndum.* Vos ergo audite verbum Domini Paraly-
Ioan. 5.7. tico dixit Dominus. *Vu sanus fieri. cæco nihil dixit: sed lutum fecit ex sputo, & liniuit oculos eius.* Qui sic se liniri permisit, consensit. iussus vadit ad natatoria Siloë, & lauat: obtemperauit, assensit ergò. excitatus credidit, iussus obediuit, credens & obediens illuminatus est, confessus est; & probatus, fidelis inuentus est. O cæce, veni, & cæcis istis ducatum præsta. *Non illum*
Matt. 23. 16. *compello, cui Christus dixit. Pharisæe cæce, munda prius quod intus, vt fiat. & quod de foris est mundum.* Illũ compello, qui mundus corde, vidit Deum, & illuminatus oculo vidit Christum; cui propterea ipse Christus dixit de se. *Et vidisti eum, & qui loquitur tecùm, ipse est.* Hunc, qui fuerat cæcus, & nunc illuminatos habet oculos cordis sui, sequimini cum quocunq; ierit, quidquid dixerit, & fecerit. Hoc vnum modò vobis propono. Lutum suscepit à Christo impositum: lutum hoc accipite & vos. Quod verò lutum? aut quid lutum? Erit ne cuiquam ambigendi locus, quin sputum, quod exiit de ore Altissimi, *Eccl. 24. 5.* sit sapientia; quæ dixit aliquando. *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita? est ergò saliua sapiẽtia* Terra verò si quid sit, ignoras, audi loquentem Dominum cum Ni-
Ioan. 3. 12. codemo, & dicentem. *Si terrena dixi vobu, & non creditis, quomodo si dixero vobu cælestia, credetis? An non cælestia.* a *Pater meus* a *Ioan 10.* *quod dedit mihi maius omnibus est. Ego &* 29. *Pater vnum sumus.* b *Quem Pater sancti-* b 36. *ficauit & misit in mundum* c *A me ipso* c 8. 28. *facio nihil* d *Pater in me manens ipse facit* d 14. 10. opera. ergò terrena ista sunt. e *Nisi quis* e 3. 3. *renatus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei.* f Quod *natum est ex carne, caro* f 6. *est; & quod natum est ex spiritu, spiritus est.* g *Spiritus vbi vult spirat & vocem eius audis, sed nescis vndè veniat, aut quò vadat.* g 8. Hæc tamen quamuis terrena, Dei sapientia plena erant. Vnde cum admiratione dicit illi Dominus, eò quòd non intelligeret illa. *Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?* 10. Rationes itaque & similitudines ab his inferioribus sumptæ lutum sunt.

O Domine, veni, & denuò fac lutum, 14 quod ponatur super oculos cæcorum istorum. *Surdi audite cæci intuemini ad viden-* *Isa. 42. 18.* *dum* Lumen oculorum eiusmodi est, vt omnibus placeat, ab omnibus appetatur; sine quo non videtur, quòd homo valeat gaudere. Vnde & sanctus ille vir ad salutantem Angelum dixit. *Quale gaudium* *Tob. 5. 12.* *mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Rebelles in populo renuentes accedere ad Moysen, dixerunt. Non veni-* *Num. 16.* *mus Nunquid parum est tibi, quod eduxisti* 13. *nos de terra, qua lacte, & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri?* Re vera eduxisti nos in terram, *qua fluit riuos lactis & mellis. & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum, an & oculos nostros vu eruere?* Verba ista non ostendunt quantùm æstimentur, quantùm diligantur oculi; quandò post tot damna, quæ sibi à Moyse prætendunt illata, addunt & oculorum amissionem? Ergò lumen oculorum huius capitis nostri tam sunt in pretio, vt cæteris multis ac magnis bonis præferantur. Per Deum immortalem non pluris faciunt homines mentis oculos? cernere, &

discernere ratione? ô lutum, ô ratio diuinæ sapientiæ à terra desumpta, aperi oculos cæcorum, qui lumen veritatis despiciunt, qui, q̃ non dispiciunt, despiciunt. Si pretiosior est spiritus, quam corpus, nonne & oculi illius sunt suprà oculos huius? sic oculi isti exteriores habentur in pretio, vt vitæ isti temporali comparentur, & de charis, qui moriuntur, dicimus, quod claudimus oculos eorũ, & q̃ morientes claudunt oculos. Ita & vita vera, & felix cum lumine vadit viuentis animæ nostræ, quæ ideo dicitur lumen vitæ. Morientis diligimus vitam; & vitam non diligimus animæ immortalis lumen deficiens charũ est nobis; & vile erit in oculis nostris lumen indeficiens? claudẽtur aliquandò oculi corporis nostri, recedente ab ejs anima, q̃ est lumen excellentius. At oculi, qui luce gratiæ fruuntur, q̃ est lux perpetua, tunc magis aperientur; & hos tu despicis, & illos suspicis? Quid videbis in lumine isto, nisi vilia in terra, longinqua in cœlo, omnia creata, limitata, transeuntia? quid videbunt mentis oculi, si mundi sint, & lucidi? Ipsi Deũ vi- *Matt.* 5. 8. debunt creatorem cęli & terræ, qui lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. Concupiscentia oculorũ transit; consistentia oculorum cordis permanet in sæculum sęculi. & adhuc quod perditur vis tenere; q̃ nõ perditur, nõ studes retinere? sit delectabile videre solem, quanta erit delectatio videre Deum? O homines, quos oculos cum brutis communes habetis, propensè amatis; ij verò, p̃ quos brutis estis superiores, & illis dominamini nullum habent locũ in corde vestro? quid dicã? Anima, amas oculos corporis & non amas tuos ipsos? Amas, vnde deciperis, & turbaris; & vnde saluaris, & gaudes, non amas? oculos diligis illos, qui te sæpe de tua dignitate deturbant, trahunt ad vilissima, torquent, lacerant, & loco cõsistere non permittunt; & lucem illam tuã ipsius non diligis, quę te spectatissimã reddit clarissimam, amplissimã, ornatissimã? Pergam ne, & in hoc luto cæcorum oculis admouendo, complebo sermones meos? Deficiet me tẽpus enarrantẽ, quanta mala cæcitas, quantum bonorum afferat lux. Claudatur iudicium, ferat sapientissimus sententiam, vtrunque bonum lux animæ, visio corporis. Sapientia illa est, hæc lux æterna en sententia. Est enim hæc (nempè sapientia) speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox: sa- *Sap.* 7. 30. pientiam autem non vincit malitia.

1. Ioan. 1. 5.

Sic stat sententia pro natura vtriusq; & dignitate. At si sequentia aduertas, q̃ mala non sequuntur lucẽ hanc oculorum? Pomum pulchrum visu, oculos afficiens primæ mulieris, nunquid non mortis omniũ fons fuit, qui in omnium malorum aquas plurimas abundauit? quid diluuiũ induxit super omnẽ terram, nonne lux oculorum ista? *ex hoc enim quod viderunt filiæ hominum, corrupta est omnis caro, & repleta est terra iniquitate, propter quam venit cataclysmus.* ait enim sapiens. *Propter iniquos factus est cataclysmus.* Et vt singulares taceã calamitates, quas oculi profuderunt, hoc vnum dicam, quod ex tribus malis, quæ inundant mundum vniuersum, vnum est concupiscentia oculorum. *Sed & concupiscentia carnis, oculos sequitur:* vt exitus infelix Dauidis demonstrat euidenter. Et ille idem in Psalmo canens. *Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.* Non ostendit superbiam in oculis residere? Propterea Isaias quoq; scribit. *Oculi sublimes hominis humiliati sunt* Ergò totius mundi malignitas oculis tribuitur à Verbo Dei. At de sapientia, vt vno verbo omnia complectar, ait sapiens. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius:* Infini- 14. tus enim thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei. 28. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Etiamnè ergò his stantibus, sic erunt homines stulti, & hostes animæ suæ, vt nè quidem cogitent de luce ista splendida mentis; sed in tenebris conticescant conquiescant; & hanc dicant esse partem suam, vt epulentur & exultent in rebus seculi; & re ipsa dicant. *Omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis.* O lutum sacrum, ô verbum DEI, ô rationes palpabiles de terra cum sputo sapientiæ Dei confectas, vbi est

Sap. 7. 15.

Gen. 3. 6.

Gen. 6. 4.

13.

Eccl. 40. 11

1 Ioan. 2. 16.

2 Reg. 22. *Psal.* 100. 5

Isai. 2. 11.

Sap. 7. 11.

Eccl. 14.

forti-

fortitudo vestra? vbi virtus? vbi potentia ad illuminationem cęcorum? Iam tandem opera vestra aperiantur oculi cæcorum, vt videant, & intelligant, & sanentur, & saluentur, adeò vt demum videant in æternum gloriam Dei, visi in claritate, & charitate perpetua. Amen.

FERIA II. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Quis vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum. *Matth. 6.*

ARGVMENTVM.

Proponuntur duæ solicitudines, cœlestis & terrena. In Deo reponenda spes nostra. Afferuntur rationes nos impellentes ad hoc. Aliæ rationes nos mouentes ad solicitudinem cœlestiũ amplexandam.

1

SI non est minoris dignitatis nunc Christianus quilibet, quam fuerit iam olim in veteri lege sacerdos, quandoquidem populus Christianus est sacerdotium regale, & gens
1. Pet. 2. 9. sancta, vt ait Princeps Apostolorũ Petrus:
Nũ. 18. 20. Profectò nihil minus diffidere de Dei pro-
Deut. 18. 1. & Ios. 13. 14. uidentia debet, quam tunc sacerdotibus iubebatur à Deo, qui partem non essent in reliquis tribubus habituri, sed de primitiis,
Ez. 45. 26. & Deo oblatis, quasi de mensa Domini victuri. Id quod sapiens in laudibus Aaron ita recensęt. *Panem ipsis in primis parauit in satietatem: nam & sacrificia Domini edent, quæ dedit illi, & semini eius. Cæterũ in terra gentes non hæreditabit, & pars non est illi in gente: ipse enim est pars eius, & hæreditas.* Quapropter idem Sanctus Apostolus Petrus ita & hortatur, & iubet. *Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Hoc itaque est, quòd hodie nos docet Dominus, dicens. *Quis vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? & de vestimento quid solliciti estis?* Vbi de duabus solicitudinibus propositis, vnam tollit, alteram iubet. De prima. *Nolite solliciti esse dicentes. Quid manducabimus, aut quid bibemus? aut quo operiemur?* De secunda verò. *Quærite primum Regnum Dei, & iustitiam eius.* Primam considerantes, duo attende- *Diuisio.*
1. Pet. 5. 7. mus. Alterum sunt rationes illam remouentes solicitudinem. Alterum est corollarium, (quod dicunt) documentum videlicet, de non curandis superfluis.

2

Rationes ponderantes, quibus à mala illa solicitudine deterremur; primũ aduertimus; quod non frustra Christus huic iussioni, atque consilio rationes adhibuit, verbis præceptoriis non contentus, aut exhortatoriis. Ita enim quam cupiat nos esse solicitudine ista solutos notũ facit omnibus, dum iussioni adiicit rationes, easq; multas, & admodum præstantes, & efficaces; vt verè qui, quod eiusmodi suadetur rationibus, id non præstat, is se ratione vacuũ, & mente alienum declaret. Propterea tam frequens in scripturis est, acriśq; stultorum accusatio, & reprehensio, quòd à ratione deuient maximè, illiq; aduersentur; quorum redargutio eiusmodi quam id displiceat Deo, euidenter manifestat; & consequenti rationibus istis Christus innuit, quã à ratione procul sit, qui solicitudine ista mala laborat; quantò enim rationi consonum est de temporalibus non cogitare, tantò qui cogitat, rationi aduersatur. Deniq; & fragilitati nostræ subsidium dignanter adaptat. Tam est vnicuiq; cordi vita ista naturæ; vt pendens iugiter videatur ante oculos nostros, & illi vndequaq; timeamus. Inde populi murmurationes in
Num. 21. 5. deserto, Non sunt aquæ: deest panis, *cur e-*
Exod 16 3. *duxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame?* Indè communis hominum solicitudo, sedulitasque in prospiciendis vitæ necessariis. Vidit hanc nostram infirmitatem Christus, compassus est, prospicit, vt par est. Ideò non videmus cõtra populum, super necessariorũ ad vitam defectũ murmurantem, irasci Deũ. Murmurat videns Pharaonẽ se persequentem &

tem & clamat: *Forsitã non erant sepulchra, ideò tulisti nos vt moreremur in solitudine.*

13. Sed quid Moyses? *Nolite timere, state, & videte magnalia Domini, quæ facturus est hodie.* Incidens in aquas amaras, quæ bibi

Exod. 15. non poterant, *murmurauit populus contra*

24. *Moysen, dicens: Quid bibemus? At ille cla-*

25. *mauit ad Dominum, qui ostendit ei lignũ, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem*

Exod. 16.2. *versæ sunt.* Rursus murmurauit pro de-

4. fectu cibi. *Et ait Dominus ad Moysen: Ec-*

Exod. 17.2. *ce ego pluam vobis panes de cœlo.* Rursus *iurgatus cõtra Moysen, ait: Da nobis aquas, vt bibamus, cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, & iumen-*

3. *ta siti?* Neque his tamen irascitur Deus contra populum, sed educit illi aquam de

6. petra. Irascitur magis contra Moysen, & Aaron, quòd increduli fuerint voci

Nũ. 20.12. Domini. At verò quandò carnes concupierunt non ad necessitatem, sed ad voluptatem, ira Dei ascendit super eos.

Num 11.33 Quandò fecerunt vitulum, & adorauerunt, indignatus voluit illos perdere. Itidem quandò terræ detraxerunt; & quan-

Exod. 32.9. dò iustitiam damnauerunt exercitam ad-

Nũ 14.29. uersus Chore, & socios eius. Primam au-

16.46. tem Dei contrà populum indignationem inuenio in scripturis fuisse propter escam. Quandò non obseruantes sabbatum exierunt de populo, vt manna colligerent, *di-*

Ex. 16.28. *xit Dominus ad Moysen. Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam?* Sed quandò carnium desiderio flagrauit

Num 11.4. dicẽs *Quis dabit nobis carnes ad vescendũ:* verbis indignationis opus adiecit punitionis: imo neque verba ibi audimus indignationis sed opus intuemur; dicẽte scri-

39. ptura. Adhuc carnes erant in dentibus eorum? nec defecerat huiuscemodi cibus. Et ecce furor Domini concitatus in populũ percussit cum plaga magna nimis. Ergò vbi de vita agitur, si aliqua interueniat solicitudo, patiẽs est Deus & multæ misericordiæ. At vbi voluptas impellit ad tentãdum Deũ, & veluti coactꝰ Deus, ne impotens videatur, carnes *p*uidet, ibi concitatꝰ furor eius *p*cutit illos plaga magna nimis. Propterea ergò Christus veluti nostrę imbecillitati compatiens, rationibus rationẽ sedat, quæ sensum deniq; compescat. Hoc tamen tolerabile fuit priscis illis hominibus, qui per has tentationes, & prouisiones erudiebantur. Sed quod nobis id accidat, qui ad cœlestia vocamur, res videtur intolerabilis, & eo magis si non ad necessaria modò solicitudo nostra protenditur, sed ad ea, quibus corruptus, & insatiabilis sensus oblectetur. Vnde & populo carnes petente, & flente, intoleranda res visa est. Num. 11. 10.

Aures ergò mentis ad has rationes admoueamus, & aperiamus. *Quis vestrum* (inquit Dominus) *cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum vnum?* Vbi ex tribus capitibus damnatur solicitudo, ex eius origine, ex eius natura, & ex eius effectu. Origo illius est modica fides: natura, vanitas: effectus, priuatio maioris boni. De origine dicit Dominus. *Si fœnum agri Deus sic vestit; quanto magis vos modicæ fidei?* De vanitate? *Respicite volatilia cœli, quoniam non seruunt, neque metunt, neq; congregant in horrea, & Pater vester cœlestis pascit illa: quanto magis vos pluris estis illis?* De effectu. *Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius.* Duo prima, origo, videlicet, & natura, se mutuò adeò cõplectuntur, vt vnum alterum comitetur, & ex vno alterum inferatur. Si enim Pater noster cœlestis nostram nouit indigentiam, & pascit volatilia cœli, & vestit fœnum agri, dubitandum non est quin & filiis suis prouideat. Qui hoc non credit, modicæ fidei est, qui non credens, sibi solicitus est, in vanum laborat, quandò absq; solicitudine illa, atque labore illi prospiceretur à Deo. Qui ergò in vanum laborauerunt, nõ crediderunt in Deum Patrem omnipotentẽ, quantùm credere iubentur. Et quoniam non crediderunt, rectè laborauerunt vanè.

Rationem igitur expendamus ab origine sumptam malæ solicitudinis. Qui benè considerat consilium Dei in educendo populo de Ægypto, & per desertum deducendo, atq; in promissam terram reducendo, videbit hoc maximè Deum intendisse, vt Dei ipsius prouidentiæ, ac fidei populus se committeret, quem propterea nutu suo ad salutem eius regeret. Vndè tota pugna fuit in hoc, quod diffidentes ipsi de diui-

de diuina prouidentia, frequenter illi, cum aliquid de fuisset, quo indigebāt, vel quod cupiebant, quærelis afficerent, & murmurationibus, & ductorem eorum Moysen, & Deum ipsum, qui Princeps ductor fuit. Propterea terrefactis ab exploratoribus, qui terræ detraxerant, & clamantibus. *Vtinam mortui essemus in Ægypto, & in hac vasta solitudine pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, nè cadamus gladio, & vxores & liberi ducantur captiui.* Tūc dixit Dominus ad Moysen. *Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousque nō credet mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis?* Hoc enim est, quod à nobis postulat, vt fiduciam in illius prouidentia firmam teneamus. In hanc rem veterum illorum, sunt nobis exempla proposita. In hāc rem Christus, Deum nobis ingerit, vt Patrem, qui filios curet. *Respicite volatilia cœli, & Pater vester cœlestis pascit illa. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.* In hanc eandem rem rationes aggerat, quib. fiduciam istam nostram roboret, atque confirmet. Ergò si tunc indignabatur contra illorum incredulitatem, & diffidentiam; cur non magis nunc, quandò validioribus argumentis nostrū se pium prouisorem demonstrauit?

Num.14.3.11

5 Quibus argumentis hoc addit, quòd vbi veteres diffidentes puniebat, nobis blāditur, nos paternis demulcet promissionibus, nos si arguit, dulciter id facit. *Si fanū agri quod hodiè est & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quantò magis vos modicæ fidei? Hæc enim omnia gentes inquirūt.* Probabat illos, sustinēs eorum detractiones, & ad clamorem illorum, & Moysi ea concedebat, quę postulabant. Tēpore autem beneplaciti nō expectat, vt patiamur, aut clamemus; primus ipse loquitur. *Vnde ememus panes vt manducent hi? Miseror super turbam, quia ecce iam triduò sustinent me, nec habent quod manducent.* Sponte ipse sua prouidet. *Et accipiens septem panes, gratias egit, & fregit. Facite homines discumbere.* Signis magnis atque prodigiis veteres extorquebant fidem, & arant duri ac rebelles; nos blandè, cursum naturæ communem obijciens, illicit, ac manu ducit. *Nonnè anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? Respicite volatilia cœli, considerate lilia agri*, & huiusmodi. Veteres interdum audiebat clamantes, vt ostenderet potentiam suam, sed exauditos interimebat, indignans, quòd de sua prouidentia dubitassent. Quidquid in nobis operatur, ad salutem nostram est. Et hoc nō magnum argumentū est ad fidem nostram stabiliendā? Ergò qui diffidit, vel nescit Deum esse Patrem nostrū, cum dicat tamen vnigenitus Dei Filius. *Pater vester cœlestis pascit illa.* Aut imprudentē putat, qui plus curet minora, quam maiora. At vox Christi est. *Volatilia pascit. Nonnè vos magis pluris estis illis?* Aut impotentem arbitratur, qui non valeat prouidere. *Sed nonnè anima plus est, quàm esca? & corpus plus quàm vestimentū?* Et vnde anima nostra & corpus est, nisi ab eo, qui de limo terræ creauit hominem, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitę? Aut inuidię accuset, qui nolit, cū possit, suas seruare creaturas. Cui contradicit mensa parata volatilibus, & vestitus ornans lilia agri, & fœnum. Et si quæ vix seruorū nomine digna sunt, his prospicit, filiorum obliuiscetur? Quapropter *hæc omnia gentes inquirunt*, qui de Deo non benè sentiunt nec fidem habent in illū. Vt pateat Ethnicorū esse nō Christianorum de his temporalibus solicitari. Quandoquidē ergo diffidentia Deo displicet, illam abiiciamus, validisque eam huiusmodi rationibus propulsemus.

Ioan. 6 5. Marc. 8 2. 6. Ioan. 6. 10. Gen. 2. 7.

Ad rationes accedentes, quibus vana esse 6
solicitudo demonstretur, dicimus, quòd ex duobus capitibus id facilè fiet exploratum, si nostrarum virium attendamus infirmitatē, & Dei nostri ac Patris incessantem curā. Primum illud, nempè infirmitas nostra, dispiciendum nobis obiicitur his verbis. *Quis autem vestrū cogitans potest ad ȝicere ad staturam suam cubitū vnū?* Quam rationem alius cōplet Euangelista, subiiciens. *Si ergò neque quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis?* Quæ ex eo roborari potest, & amplificari, quod suprà dixit Dominus. Non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Eius est conseruare, qui fecit; nutrire, qui genuit; tueri,

Luc. 12. 26. Mat. 5. 26.

tueri, qui dedit. Nam qui prius non potest,
Gen. 1. 19. neque posterius. Vnde vixisset homo, nisi creator illius mensam apposuisset? dicens. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus.* Quòd haberent & herbæ, & ligna sementē generis sui, hoc in loco expressum est, vt nobis est testatissimum, nunquā defuturos cibos, quibus vitam tueremur, vt sic à nobis solicitudo adimeret: & à Deo, qui aperit manū suam, & dat escam omni carni, iugiter vita nostra pēdens esset. Neque hoc Deus in nostris dimisit manibus, ne forte quis nostrum dicere auderet. Manus nostra hæc est, Deus, & non Dominus dedit hæc omnia. Neque verò propterea quod nunc opera nostra indigemus, in sudore vultus vescētes pane nostro, ideo fortiores sumus. Nimirum, plantet iste, riget ille, alius colat: Solus est, qui germinare facit, & incrementum dat Deus; qui fecit, vt essent omnia, ea portans in fortitudine brachij sui. Alioqui inueniatur homo, qui valeat suâ manu vel modicum quid panis, aut obsonij, non ex eo, quod dat Deus, effingere, aut efformare? Stat itaque in hoc ratio: si in eo, quod ad creationem attinet, nihil vales, vt possis *ad staturam tuam adijcere cubitum vnum*, aut vnum capillum album facere, aut nigrū: profectò quod ad conseruationem attinet, non erit situm in tua potestate. Ergò si laboras, in vanū laboras; si solicitus es de esca, de potu, de vestitu, vana est solicitudo tua; si curā habes de tui sustentatione, est tua cura superflua.
Mat. 20 2. At dicis tu. Cur mittit Paterfamilias operarios in vineam suam? cur mittit seruos
Mat 21. 34 suos ad agricolas, vt accipiant de fructu eius? bene. Sed, *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanū laborauerunt, qui ædificāt eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatē, frustrà vigilat, qui custodit eam* Ipse ædificat, ipse custodit, ipse instaurat, ipse restaurat, ipse dat, ipse tuetur. Opera quidem nostra necessaria est non ob aliud, nisi quoniam qui terram facit germinare, idem dat lasso virtutem, & operantium cōfortat manus.
2. Cor. 2. 6. Omnis enim nostra sufficiētia ex Deo est; propterea quod sine ipso factum est nihil. Ioan. 1.
Dices ergò. Hoc scio; hoc noui. Laboro, vt minister Christi, præceptū illud suscipiens. Qui non laborat, non manducat. Bene; si manus admoues, nō apponas cor; laboret corpus, quiescat mēs. Hoc petit Christus, hoc præcipit. Quod si plus quam iussus es laboras, nō iam vt Christi minister, sed vt solicitus ex te ipso fatigaris. Metiendus ergò labor mensura præcepti. Quodcunque mensuram excedit, superfluum est, vanum est.

Ex parte prouidentis Patris vanitas rursus apparet humanæ solicitudinis. In vanū laborasset ad suggestionem Satanæ Dominus Iesus, faciens, vt lapides panes fierent. Quandoquidē Angeli accesserunt, & ministrabant. In vanū laborasset populus colligens manna in die sabbati, quandoquidem præcedenti die duplices cibos collegisset. In vanum laborasset colligens plus, quam sufficeret ad vnum diem. Nam *qui plus non abundauit* (inquam Apostolus.) In vanum laborasset seruans manna ad sequentem diem, nam scatebat vermibus, quandoquidem per singulos dies nouum mana descendebat in castra. In vanū laborauit Baalā asinam percutiens, obsistente illi Angelo. O si posset asinus iste corporis nostri suas querelas emittere, inimirū diceret animę, frustra conanti. *Quid fecisti tibi, cur percutis me? ecce iā tertiò.* Totus labor, omnis conatus Balaam ex auaritia proficiscebatur. Iam audierat Dei iussionem, & intentionem, vt non iret, voluit tamen actus cupiditate, iter arripere; ꝙ post modum permisit Deus, animū stringens, corpus dimittens, irritū faciens omnem eius conatū. Vis laborare, quieti impatiens, iā Christus prohibuit; sed si pertinax es, dimittit te secundū desideria cordis tui; desideria peribunt, sicut Balaā pro maledictione benedixit; ità in contrariū cadent cōsilia cordis tui. Atque ità labor verus, vanus conatus. Et carnis afflictionē sequetur & cōmitabitur afflictio spiritus. In negotio illo Balac Regis, & Balaam Arioli, quòd erat ad exitiū populi, nō opus fuit populo, se defendere. Deus ipse protexit. Sat fuit populo diuinam protectionē promereri,

quod

quod meritum confessus est Balaam eidem populo benedicens. *Ad benedicendū adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est.* Quod beneficium recensens Moyses in secunda lege dicit, quòd *Dominus Deus vertit maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te.* Hæ sunt partes nostræ, vt digni efficiamur benedictionibus Christi, & tunc aperta manu implebit Dominus animas nostras benedictione. *Omnem solicitudinem nostram proiicientes in eum, quia cura est de nobis.* Enratio, quamobrem vana est solicitudo nostra, quoniam ipsi cura est de nobis. Quapropter & sanctus Dauid monet. *Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet.*

Num. 23. 10.
Deut. 23. 5
1. Pet. 5. 7.
Psal 54. 22

8 Exhortatio.

Ex his ergò apertè videtur, quàm reprehensibilis sit de rebus superfluis solicitudo, quandò etiam de necessariis prohibetur. Hanc de superfluis volens Salomon prohibere, parabolicè nos sic alloquitur. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosq; greges considera. Aperta sunt prata, & apparuerunt herba virentes, & collecta sunt fana de montibus. Agni ad vestimentum tuum, & hædi ad agri pretium. Sufficit tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.* En diligentia operis. Diligenter agnosce, tuosq; greges considera. hæc est necessaria rei familiaris cura; non vt diteris, sed vt suppetant necessaria, vestitus, & victus, & ad tuendam, siue etiā ad augendā rem, vbi crescit familia, quæ tenuiter viuat. Ad victū lac, ad vestitum vestis pellicea, ad pecuniam hædi. Hæc (omisso altiori sensu) docent licere, necessaria prouidere, sed à superfluis abstinere. Alium itaq; sapientē audiamus.

Prou. 27. 23. 25. 26. 27.

Noli attendere ad possessiones iniquas; & ne dixeris. Est mihi sufficiens vita. Nihil enim proderunt in tempore vindictæ, & obductionis. Noli anxius esse in diuitiis iniustis, non enim proderunt tibi in die obductionis, & vindictæ. Iniquas & iniustas vocat Sapiēs possessiones & diuitias; quo sensu dixit Dominus. *Si in iniquo mammona infideles fuistis.* & certè si non ob aliud iniquæ sint, id sunt anxiè illas quærentibus & superfluam de illis curam habentibus. Non enim eorum, quæ necessaria non sunt, iusta potest esse, & licita solicitudo. Quæ solicitudo ostenditur in hoc, quòd non proderunt in die vindictæ. Obductio idem est quod & vindicta. ex quo datur intelligi, ad futurum spectari, dum colliguntur. Futura autem nulla maior est necessitas, quàm illa cum venerit ad iudicandum Dominus, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Tunc enim, vt ait etiam Salomon. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte.* Non enim diuitiæ sequuntur morientes: *opera autem illorum sequuntur illos.* Opera ergò iustitiæ liberabunt à morte æterna, diuitiæ verò nihil proderunt, sed oberunt magis, nā in testimonium erunt solicitudinis, auaritiæ, & crudelitatis. Ad quid ergò illas colligere? Ad quid pro illis laborare? In quem finem, aut effectum de illis solicitari, anxium esse? Illis attendere, & vacare? Nulla videtur alia esse causa, quamobrem tanto studio coaceruentur, nisi quia in illis confidunt homines. Sed qui labēti hæret, corruet absq; dubio. Annon labuntur diuitiæ? Annon transeunt? Annon fugiunt? Non derelinquunt, qui illas amauerit, concupierit? vel certè inuitis eripiuntur de manibus? ergò quod ait Salomon. *Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.* Aduertitis ne, quod confidenti in diuitiis iustum opponens, innuit iniustum esse in diuitiis confidentē. Confidens ille est: qui dicit. *Est mihi sufficiens vita:* sed nescit, quòd fallaces sint diuitiæ. O bone Iesu, quàm salubris exhortatio tua? quàm vtile præceptum, vt ne de iis etiam quæ necessaria sunt, vlla teneamur solicitudine? sed ô quàm stulti, qui non audiunt vocem tuam, vocē sapientiæ; sed cogitant quæ sunt mundi, ea concupiscunt, imitatores Balaam. *Secuti* (inquit Petrus) *viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit. Væ illis* (inquit sanctus Tadæus) *qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram,* vana spes, cassa solicitudo vestra.

Ecclesi. 5. 1. 10.
Luc. 16. 11.
Prou. 11. 4. Apoc. 14. 13.
Prou. 11. 28
Eccl. 5. 1.
2. Pet. 2. 15
Iuda 11.
Luc. 6. 24.

Mat.6.25. *Ne ergò solliciti sitis etiam animæ vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini.*

SECVNDA PARS.

AVana ad necessariam solicitudinem transituri, consideremus primùm, quomodo istæ duæ sunt inter se oppositæ. Secundò, quæ sit necessaria. Tertiò, quare ista sit habenda. Quòd verò oppositæ sint istæ duæ solicitudines, vana & necessaria, vt non possit in se mens humana vtramque suscipere; vt probaret Dominus, suprà iam dixerat: *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum sustinebit, & alterum contemnet.* Nam qui veras diuitias amat & expectat, (hoc quippè est sustinere) falsas fallaceſque contemnit. Ac propterea reiecta superflua solicitudine, vtilem ingerit & necessariam, dicens: *Quærite ergò primùm regnum Dei, & iustitiam eius.* Nam qui vana solicitudine tenetur, hic nimirum necessaria abiicit, quoniam Deum ipsum respuit, suasq; diuitias. Sic docet Apostolus: *Volo* (inquit) *vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est, quæ Domini sunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum vxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori.* Vides apertam contrarietatem inter hanc & illam solicitudinem? Vt benè dixerit Dominus. *Solicitudo huius sæculi, & fallacia diuitiarum, suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt, qui audierũt, & à solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.* Sic patet harum oppositio.

1.Cor.7.32. Matth 13.22. Luc 8.14.

10. Vt verò clarius intelligamus, quæ sit necessaria solicitudo, quòd erat considerandum, quæramus, quid sit, quærere Regnum Dei, & iustitiam eius. Vbi tria verba discutienda sunt. Quærere, Regnum Dei, Iustitiam eius. Solicitudinem notans Dominus tribus vsus est nominibus, quæ sunt Solicitudo: *Nolite soliciti esse.* Cogitatio. *Quis vestrum cogitans.* Inquisitio: *Hæc enim omnia gentes inquirunt.* Quibus eandem rem videtur significare, quæ tamen proprius quiddã singulare significãt. Solicitudo enim, quandam animi voluntariam propensionem, quam sapiens vocat anxietatem, dicens: *Noli anxius esse in diuitiis.* Est enim ardens desiderium cum timore coniunctum, ne forte non impleatur: propter quod homo, vt illud consequatur, omnia tentat. Hinc sequitur cogitatio assidua, versans vniuersa, quibus, q̃ cupit, assequatur. Accedit quæsitio demùm, quæ internæ anxietati, & cogitationi addit & laborem. Vnde Christus à volatilibus & liliis solicitudinem remouens de illis dicit. *Non serunt neq; metunt, neq; congregant in horrea.* De istis verò: *Non laborant, neq; nent.* Ergò totus homo, totaque anima in hanc rem intendit, toto corde voluntatis desiderantis, tota mente rationis cogitantis, totis viribus corporis laborantis: quibus singulis plus laborat, vel minus homo, vt maior, aut minor est solicitudo. Quærere ergò regnum Dei, est illud desiderare cum ardore, de illo cogitare cum timore, pro illo laborare cum feruore. Et hoc totum ad mensurã tanti boni, vt eius summa excellentia ab homine petat summam diligentiam. Ideò *assimilatur Regnum cœlorum homini, quærenti bonas margaritas, qui inuẽta vna pretiosa, dat pro illa vniuersa quæ habet.* Et homini, qui pro thesauro inuento in agro, omnia sua dispendit. Et quid tam contrarium temporali solicitudini quam vniuersa distrahere propter Regnum Dei? Propter hoc igitur illa summopere reiicienda est. Per Regnum Dei hoc loco intelligi manifestum est, q̃ salutem æternam, pro qua meritò solicitatur homo; quandoquidem omnis conatus, omnis labor noster, totaq; nostra vita illi debet applicari. Iustitia demum, quæ est iustitia Dei, id totum est, quo ad regnum æternum peruenimus, quam breuiter Christus in obseruatione mandatorum comprehendit, dicens: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Iustitiam nominat, vt intelligamus tantum bonum, quod est Regnum Dei ab eo, qui non est iustus, apprehendi nõ posse. Regna mundi Satanas illi pollicebatur, qui se adorasset. Regnũ Dei Deus iis pollicetur qui se adorant in spiritu, & veritate, atq;

Matth.13.45. 44. 17. Matth.4.9.

te, atq; illi soli seruiunt Et hæc est iustitia. Iustitia (inquam) Dei. Quoniam iustitia hominum quoq; inuenitur. Scriptum
1. Mach 1. 14. est enim, *quod abierũt quidam de populo ad Regem Antiochum, & dedit illis potestatem,*
Rom. 10. 3. *vt facerent iustitiam gentium.* Et Apostolus: *Suam quærentes iustitiam statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.* Si Regnum est Dei, Dei quoq; iustitia ad illud requiritur adipiscendum. O qui, conscientiam regulatis secundum vestras humanas cogitationes, regnũ quoq; vobis comparare, quod vestra hac iustitia acquiratis. Regnũ suum Deus iustis suis dat. Vide illos, qui
Sap. 2. 11. propria iustitia sibi regnum acquirere moliuntur. Hi sunt qui dicunt. *Sit fortitudo nostra lex iustitia. Quod enim infirmum est, inutile inuenitur.* Hi sunt viri Belial, id est sine iugo, qui proprio iudicio ducuntur, illud verò concupiscentiam sequitur: ex quo fit vt id solum iustum reputẽt, quod sibi placet, & mala omnia exequantur, vt suppetunt vires, de quibus sapiens
Eccl. 19. 25 alius. *Si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet.* Dimissa ergò humana iustitia, diuinã, qui Regnum Dei vult, apprehendat. Si enim filij huius seculi pro temporalibus laborant; cur non magis Christi fideles, pro æternis laborent?

11. Nũc igitur transeamus, nempè ad rationem sanctæ solicitudinis. Hanc vt clarius intelligamus, statuendum in primis est, quòd non debet homo quasi casu viuere atq; versari, occasiones sequendo, & cogitationes suas nõ vltrà extendendo, quam ad præsentia. Quod maximè sapiens pro-
Eccl. 5. 11. hibet, dicens. *Non ventiles te i omnẽ ventum, & non eas in omnem viam* Hoc enim brutorum est, quæ, vt fert occasio, quò libet vertuntur, & vadunt. Rationales sumus nos; ratio nos dirigat, non casus, & occasio: quæ ratio sapientia ornanda est, ne, quasi paruuli, ac noui in mundo huc, illucque diuertamus, absque delectu. Id-
Prou. 1. 4. circò Salomon finem ostendens suorum prouerbiorum, quæ ex superna dictauit sapientia, dicit *Vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia, & intellectus* Propter quod & alius sapiens se per mundũ, vt intelligeretur, euagasse narrat, nõ cum labore duntaxat, verum ẽt cum periculo *Multa* (inquit) *vidi errando* (id est vagando) *&* Eccl. 34. 12. *plurimas verborum consuetudines. Aliquoties vsq; ad mortẽ periclitatus sum horũ causa, sed liberatus sum gratia Dei.* Ecce quanti sapiens iste faciebat intelligentiã. Hæc verò potissimum futura, ꝓspicit, sine quib. non satis rectè præsentia disponuntur.

Secundò itaq; ab hac sapientia instructi, 12.
videmus, præsentibus hærendum nõ esse, cum transeant iugiter, & se diligentes derelinquant. Cum verò iam præterierint præterita, nihil vltrà reliquum est, cui adhæreamus, & quod sequamur, quàm id ꝙ in futurum seruatur. Ad ea ergò, quæ in futuro expectantur, nostra est cogitatio, studiumq; dirigendum. Quod suo exem-
Phili. 3. 13. plo nos docet Apostolus. *Quæ quidem retro sunt* (inquit) *obliuiscens, ad ea verò, quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum sequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.* Vbi vnà docemur, quæ sint futura illa, ad quæ dirigendi sint oculi mentis nostræ, nempè bona cœlestia. Hęc enim, quòd stabilia sint, atq; immobilia, firmant animum nostrum, vt non eat in omnem viam, sed id, quod docet sapiens, impleat. *Esto firmus in via Domini, & in* Eccl. 1. 12. *veritate sensus tui, & scientia.* Quam fir- Num. 22. mitatem perdit, qui mobilia sequitur, sic- 5. & seq. ut Balaam, qui inconstans in omnibus viis suis, quòd vna ratione non poterat, alia tentabat, neq; ad destinatum, quod erat populo maledicere, potuit aliquando peruenire. Sic instabilia sunt omnia quæ in mundo sunt: quoniã mundus transit. Qui ergò illis hæret instabilis prorsus est, non firmus in veritate sensus sui, sed fluens in vanitate mundi huius. Adeò quod sanctus Tadæus hoc taxet sicut aquam effusos. *Væ* (inquit) *illis, qui errore Balaã effusi sunt.* Iuda 11. Estò ergò firmus in via Domini, quærens *Regnum Dei & iustitiam eius.*

Hoc autẽ quàm, præter hãc causam, ra- 13.
tionabile sit, hoc pacto fit manifestũ. Duo enim cum sint, ad quæ se noster extendit affectus, temporalia, & æterna: nimirũ nemo est, qui non arbitretur, & iustè iudicet ꝓponenda esse temporalibus æterna: iuxta

quod dicit Dominus *Quærite ergò primũ Regnũ Dei* Hoc qui prętiterit iã anxietate uatus est, & cura temporaliũ, dicente Veritate: *Et hæc omnia adiicientur vobis.* Deus enim, qui cor humanum flagitat totùm, nè diuidatur aut imminuatur, aditũ ad illud his omnibus occludit, quæ illius partẽ aliquam possent occupare. At hoc nõ iustum videretur, si ad necessaria corporis
Ephes. 5 26 cor esset adiiciendum. *Nemo enim carnem suam odio habet*, aut se iustè interimit. Succurrit ergò Deus, huicq; necessitati, vt viuere valeamus, prospicit ipse per se, vt hac ratione & soli Deo seruiamus, & illi seruientes vitam quoq; corporalẽ tueamur. Ergo quærentibus primum Regnum Dei, hæc omnia indubitanter adiiciuntur. Et cum huius adiectionis, & suppeditationis certissimam à veritate habeamus repromissionem, nostrum est in Domino, totum iactare cogitatum, omnem proiicere solicitudinem. Ita solicitudinem ademit populo terræ obtinendæ promissionis, atque ex ea pellendo habitatores eius, vt in hoc solum essent soliciti, vt legem obseruarent. En populi dux Iosuë de Gentibus
Ios. 23. 5. illis: *Dominus Deus vester disperdet eos, & auferet à facie vestra, & possidebitis terram, sicut vobis pollicitus est. Tantùm confortamini & soliciti estote, vt custodiatis cuncta,*
6. *quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, & non declinetis ab eis neq; ad dexteram neque ad sinistram.* Et vide quàm efficax sit ratio ista. Si corpus primum cures; & illius comparas detrimentum, & perdis Regnũ cœlorum. Si quęris primum Regnum Dei; & illud consequeris, & satis erit corpori quoq; prospectum. Prophetam igitur audiamus. *Indicabo tibi, ô homo, quid sit bo-*
Mich. 6. 8. *num, & quid Dominus requirat à te; vtiq; facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare coram Deo tuo*

14. Multæ quidem etiam aliæ rationes sunt, quare sit quærendum Regnũ Dei, quandò illius excellẽtia trahere ad suã quæsitionẽ, & curam cuiusq; mentem non sufficeret: Duas tamen istas nunc attendamus, quas tetigit Propheta, quod de eo solicitari bonum sit, & quòd Deus à nobis hanc expe-
Mich. 6. 8. tat solicitudinem. *Quid sit bonum* (inquit) *& quid Deus requirat à te.* Quas, quæso, breuiter expendamus: intra cancellos lectionis hodiernæ nos continentes: & ita inquirentes propter quid homo solicitatur, dicens: *Quid manducabimus, aut quid bibemꝰ, aut quo operiemur?* Nulla certè res, quæ ad hoc illiciat, est, nisi bonũ. Bonum (inquam) propter quod hominis bonum quærimus: in quo est conclusio bonorum omnium, quę Deus creator fecit ab initio, quandò creato homine, *vidit cuncta, quæ* Gen. 1.
fecerat, & erãt valdè bona. Quod si hac ratione bonum est prospicere homini, qui sua natura bonus est: quantò magis bonũ erit, summum illi bonum quærere, & adipisci; Bonũ illud paruum est, hoc magnũ: illud non bonum est semper homini, hoc semper; Quin magis tametsi cibus, potus, vestitus, bonum sint, non illius tamen solicitudo bona, sed mala est, sed inefficax, & vana interdum, aut semper. At hic & res quæsita bona est, & bona valdè, & solicitudo illius bona, est nihilominus opus bonum, cogitatio bona, bona solicitudo.

Vide quàm patens, & rationis plena sit 15.
ratio ista. Alteram diximus ex Propheta esse hanc. Quid hoc à nobis requirat Deus. *Mich.* 6. 8.
Quæris tu, Quærit Deus. Vter horum in quærendo debet prævalere? Nonne Deus, qui Deus est, qui quęrit bonum nostrum, qui nõ decipitur in quærendo, qui ꝙ quærit, inuenit, qui quærit digna eo, vtilia homini, rationi cõsona, apta mundo, angelis grata. Tu aũt quid quæris? indigna tuæ dignitatis, noxia tuæ vtilitati, ignota cordi, fugientia quærentem, mentem obruentia. Sed si quæras, ꝙ quærit Deus, diuina erit quæsitio tua. Deus fecit hominẽ exterminabilẽ, vt mors abesset ab illo & animæ & corporis. Qui cogitat de cibo & potu, videtur cum Deo consentire, quia comestio est ad vitam: sed si ob illam negligis vitam æternam, iam nõ cum Deo facis, sed contra Deum. Ideò vt verè inexterminabilis sis, quærit Deus, hoc autem perficietur, si solicitus ambulaueris cum Deo tuo.

Sed deniq; ab ipsa nostra vana solicitudi- 16.
ne sumamus argumentum, cur quærendũ primũ sit Regnũ Dei. Quare solicitus es de victu & vestitu? vt viuas, vt habeas vndè

vitam

vitam tuearis. Eu compendiosa, en facilis, en certa via. *Quarite primum Regnum Dei & hæc omnia adiicientur vobis.* Longa est mundana prouisio, quę nullo clauditur tẽporis termino, quæ vltrà vitam istam temporalem sua longitudine producitur. Dicat hoc diues ille, qui dicebat animæ suæ. Luc.12.19. *Habes multa bona posita in annos plurimos.* & eadem nocte præcisa est velut à texente vita eius. Ergò annorum plurimorũ prouisio, excessit vitam. At verò Regni cœlestis quæsitio, quandò est æterni boni, ipsa autem cum hac vita finitur, breuis est ad bonum, quod quærit, sed & breui prospi- Psal.24.14 cit corpori. Mox enim vt quis iustus est, sub cura Patris sui cælestis constitutus est, cuius domestici abundant panibus, & nihil illis deest; quia non est inopia timentibus eum. Facilis est via ista, quia non tu laboras, vt adipiscaris, sed ab aliis adiicientur tibi. Sed quantum laborant, qui temporalia curant? quid quæris? vt viuat corpus? vt quiescat? vt delectetur? At præcedunt labores, molestiæ, tristitiæ. Et quia magnus est appetitus tuus, magnus, & immensus, & non habet finem; propterea dũ quæris requiem, non inuenis; dum incommodis prouides, tu ipse tibi incommodas. & vt viuas, viuis infæliciter. Diligis ergò vitam? cupis dies videre bonos? concedo. Hæc est via, quærere primùm Regnum Dei, & pro illo solicitari. Moyses in itinere per desertum, vbi Deus solus ductor eius fuit, requisiuit Num.10.31 cognatum suum dicens. *Noli nos relinquere. tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster, cumq; nobiscum veneris, quidquid optimum fecerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.* An non satis erat, quòd Dominus ductor eorum esset? An nõ 33. dicit ibidem scriptura. Arca fœderis Domini præcedebat eos per dies tres, prouidens castrorum locum? Vult quidem Dominus noster esse dux: ostendit viam, at solicitudinem etiam nobis mandat, vt quod ostẽdit diligentius exequamur, vt scrutemur sedulò illius voluntatem. Ecce via demonstrata, atq; diligenter strata. *Quarite primùm Regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.*

Quid ergò fugis laborem ô piger? Pœna peccato à Deo, qui iustus est, decreta, labor est. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Quid hoc innuitur? panis ad vitam est: cõeditur, vt viuatur. Ergò in sudore viues, in labore deges ætatẽ. Omnes peccauerunt, omnes laborabunt. Terrena ab iis solũ sine labore possidentur, qui primùm quærunt Regnum Dei. *Et hæc omnia adiicientur vobis.* Sed *Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Voca operarios & redde illis mercedem.* Si terrena cordi sunt vobis, pro iis quot, quantosq; susciptis labores? *Hæc enim omnia gentes inquirunt: inquirunt* cum anxietate, cũ labore, cum dolore, litigantes, bellantes, opprimẽtes, patientes, & moriẽtes quoq;. Vna est via hos labores euitandi, quærere in primis Regnũ Dei. Solicitudo prorsus ad vitam hominis necessaria est: vel temporalium, vel æternorum optio tibi datur, vt scias reprobare malum, & eligere bonũ. Sed multitudo cęcorum ad id apponit manum, vbi multus labor, nullus fructus; vbi qui multũ laborauerunt, in vanum laborauerunt. Nunquid & nos cæci sumus? tantus labor cum sit cassus, cur ad laborandũ festinatis? Populus in Ægypto si laborabat, hoc inuitus faciebat, plagis impositis abierunt ad opus luti, & lateris. At vos miseri sponte vestra vobis mutuò labores eripitis de manibus: labores manducatis: viuitis de labore: audite iam vocem Domini. *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos* id est requiem dabo vobis: & inuenietis requiem animabus vestris. Si vis laborare, labora sicut bonus miles Christi. Adiuua illos qui laborauerunt in Euangelio Christi, qui ad salutem nostram fuerunt in laboribus plurimis.

Hæc ratio potissima, nos ad sanctum laborem impellat, quod alii laborauerunt, & nos in labores eorum introimus. Ipsis cura est de nobis. Ipsi boues fuerunt triturantes granum frumenti. O quantam solicitudinẽ habuerunt Apostoli de salute nostra. *Præter ea, quæ extrinsecus sunt* (inquit Apostolus) *instantia mea quotidiana solicitudo omniũ Ecclesiarum.* Docet ipse præsides animarum, vt soliciti sint, dicens. *Qui præest in soli-*

17 *Exhortatio.* *Gen.3.19.*

18 *Ioan.4.38.*

Exod.1.12. & 5.14.

Mat.11.28

2.Tim.2.3.

Mat.11.12 *Mat.20.8.*

2 *Cor.11.28* *Rom.12.8.*

in solicitudine. Non ergo ipse, cui à Christo datus est Præsulatus, multò fuit magis solicitus? & hoc vult nos scire, vt consolemur, & imitemur. *Volo autem vos scire*
Col.2.1. *qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne, vt consolentur corda ipsorum.* Ita aliorum solicitu-
2.Cor.8.16 dinem manifestat in eandem rem. *Gratias ago Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi: quoniam exhortationem quidem suscepit, sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus autem cum illo & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse, nunc autem multò solicitiorem* Hoc faciebat Apostolus, vt fideles ad eandem solicitudinem solicitaret. Hinc ad Corinthios post
2.Cor.8.8. monitiones. *Non quasi imperans dico, sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.* Ita & sanctus Tadæus per suam solicitudinem excitat fideles ad bonorum sedulitatem.
Iudæ 3. *Omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute; necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.* Cupienti videlicet scribere de salute vestra, opus fuit admonere vos, vt post habitam fidem certetis, vt eam bonis operibus confirmetis. Ecce sancti isti pro nobis soliciti fuerunt, & nos ipsi pro nobis erimus oscitantes? incurioſi? dormitantes? Moyses populo recordatio-
Deut. 23 4 nem facit de solicitudine Dei super illum, vt eriperet de manu Balac, & Balaam, vt ita in lege custodienda esset ipse solicitus.
Num 22. 28. Quàm illi fuerunt importuni, tàm fuit ipse solicitus; adeò quòd inauditam rem faceret, aperiens os asinæ, vt intelligeret sacrilegus Balaam, quòd, qui mutuo animali loquelam dedisset humanam, & ariolo, atque idololatræ, poneret in os eius verba diuina, aduerteretque quantum Deo cordi erat, vt non illius populo ipse malediceret: quæ res illius scelestum conatum reprimere debuisset, quem sæpè Deus ipse quoque delusisset. Heu quantam solicitu-
Deut. 4 9. dinem erga Regnum Dei hæc omnia à nobis petunt. *Custodi ergo temetipsum, & animam tuam solicitè.* Totum quod prætendimus, est ad custodiendos nosmetipsos. Si temporalia quæris, hoc est ad custodiẽdam animam nostram, id est ad tuendam vitam nostram temporalem: si cœlestia, hoc est ad vitam æternam Ergo custodi temetipsum solicitè. Id quomodò præsta-
Ioan.12. bis: qui custodit animam suam, perdet eam, qui solicitus est animæ suæ dicens. *Quid manducabimus? aut quid bibemus?* hic perdet eam. Qui verò odit, negligens terrena ista, hic in vitam æternam custodit eam. Odium istud custodit eam solicitè; sic ergo custodiamus, vt illam recipiamus in vitam æternam. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Suadetur solicitudo rerum cœlestium duabus potissimum de causis. Vna, vt in hac vita rerum temporalium copiam habeamus. Altera, vt in alia ditemur æternis. In morali optimè demonstratur, in nullo alio quàm in Deo, spem nostram esse reponendam.

FAcit hanc lectionem Euangelij, quod nobis hodiè proponitur ab Ecclesia, id, quod dicit Salomon. *Sapiens sibi videtur vir diues, pauper autem prudens scrutabitur eũ.* Pro.28.11
Nam qui soliciti sunt de bonis terrenis, & coaceruant illa, plurimum in mundo sapientes reputantur; & ipsi, qui id efficiunt, sapientia se multa præditos arbitrantur. Tamen qui spiritus prudentia pollet, illa, quæ sic ab hominibus huius sæculi tanti fiunt, contemnit, abiicit, & altissimâ paupertatem amplexatur. Hic & mentem diuitis scrutabitur, & rem: mentem quidem, propterea quòd spiritualis iudicat omnia, 1.Cor.2.
& ad nihilum deducitur in conspectu eius diues huiusmodi, ab eo stultus reputatus. Rem verò, quoniam nemo secure tractat substantiam huius mundi, nisi qui contemnit,

temnit. Et sic disponente Deo ad manus talium virorum deueniunt diuitum facul-
2.Cor.8.9. tates, & diuitiæ Et Dominus noster Iesus propter nos egenus factus, de huiusmodi diuitibus tulit sententiam, quòd stulti sint.
Luc.12.20 *Stulte* (inquit) *hac nocte animam tuam repetent à te.* Et nutu suo transfert de loco ad
Ioan.13.3. locum ista omnia bona mundi, *quæ omnia dedit ei pater in manus*, quæ in Euangelio promittit quærentibus Regnum Dei, asserens quòd hæc omnia adiicientur illis. Quod ideò attentè audiamus, vt nobiscum sit sapientia ista, quæ desursum est.

2 Vbi ostensa solicitudinis temporalis vanitate, deducit ex ea exhortatoriam conclusionem, dicens. *Quærite ergò primũ Regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* In qua conclusione duo promittit, bona, videlicet, cœlestia, & temporalia, quę vtrorumq; promissio sequitur ex præcedentibus, quæ dixit de vana solicitudine, quam taxauit veluti infirmam, q̃ ad id, quò tendit, nõ peruenit. Dicens itaq; *Quærite ergò primùm Regnum Dei.* Infert, quòd qui sic quærit, inuenit. Ergò quęrens Regnum Dei, illud suo tempore possidebit. Dicens verò. *Et hæc omnia adiicientur vobis.* Apertè demonstrat, quòd quærentes Regnum Dei, etiam temporalia bona cõsequentur. Hęc illa duo sunt, quæ in prima benedictione Balaam Deus promisit Israëli. Bona quidem cælestia, dum dicit Balaã.
Num.23.10 *Moriatur anima mea morte iustorũ, & fiant nouissima mea horũ similia.* Nimirum bonum, quod morientibus promittitur, in alio sæculo habeatur necesse est: quod ideò
Pro.23.18. erit perpetuum Vndè Salomon. *In timore Dei esto tota die; quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferatur.* &
Prou.24. 13. 14. rursus. *Comede fili mi, mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ; quam cum inueneris, habebis in nouissimo spem, & spes tua non peribit* Eccè quomodò melli comparat sapientiam, melli inquantum bonum est, & dulce; quoniam rectum iudicium, & vera rerum cognitio suauis est, & hoc quidem in se, & in præsenti, maximè autẽ futurorum causa, quia sapientes, qui præuident in futurum, quod sperant, consequẽtur, illud nunquam amissuri. De bonis verò etiam temporalibus, quibus fruimur in hoc mundo, dicit Balaam. *Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur.* Quis *dinumerare possit puluerem Iacob? & noscere numerum stirpis Israel?* Vbi duo ille repromittit populo Dei: Alterum, quòd erit segregatus à cæteris gentibus, solus ab illis seorsum habitans. Alterum, quòd magnoperè multiplicabitur, ità quòd cæteræ omnes gentes neq; delere illum possint, neque diminuere. Ergò qui quærunt Regnũ Dei, cœlestibus fruentur, inuenientes q̃ quærunt, & temporalibus non egebunt ab ipso Deo protecti At oppositum iis contingit, qui segregati sunt à populo Dei, inter quos se adnumerat Balaam, dicens. *De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum.* Quod est, procùl valdè ab illo existam, perindè ac si impleret ipse campestria, ego verò consisterem in summis mõtium. Nàm & tùm quandò ista prędicebat, populus erat in campestribus, Balaã verò in excelsis Baal: quę localis separatio illam notat, quæ varias conditiones ponit inter seruos Dei, & filios huius sæculi. Quarum conditionũ hæ sunt potissimæ, quòd serui Dei benè habebunt in nouissimo; & temporalia quoq; illis adiiciũtur à Deo, in cuius manu sunt omnes fines terræ. Contrà verò sæculares de temporalibus soliciti, in his laborant, & æternis vacui remanebunt. Æterna tamen Balaam tantum cõmemorat, dicens. *Moriatur anima mea morte iustorum* Propterea quòd, quemadmodum quærentibus Regnum Dei temporalia adiiciuntur, æquè damnatis ad pœnas æternas, etiam temporalia grauia sunt, vt de illis, in pœnis dicãt. *Lassati sumus in via iniquitatis* Hæc autem sic sunt firma, vt nulla possint ratione immutari, quòd in principio parabolæ suæ innuit Balaã dicens. *Adduxit me Balac. Veni* (inquit) *& maledic Iacob: propera, & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detestabor, quem Dominus non detestatur?* firma est diuina promissio. Stabilis est iustorum præstolatio. *Desiderium iusti dabitur. Desiderium peccatorum peribit.* Nec Balac sua potentia, nec Balaam

Num.23.9 10.
Num.23.9
Num.23.9 10.
Sap.5.7.
Num.23.7
Pro.10.24 Pſ.111,10.

sua astutia, nec sua malitia Satanas euertere diuinum consilium potuerunt. At *Sap. 5. 15.* *spes impii tanquam lanugo est quæ à vento tollitur; & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffusus est.* Nunquid ex verbis optatiuis Balaam ista impiorum vanitas, non fit manifesta? *Moriatur* (inquit) *anima mea morte iustorum.* *Num. 23. 10.* En desiderium illius, qui mortuus est, tamen in bello occisus à populo.

3 Hac itaq; promissione, Quæramus primum Regnum Dei, & iustitiam eius, excellentiamq; vtriusq; considerantes, videlicet Regni, & iustitiæ, quorum excellentia primum apparet ex comparatione ad id, quòd quærere prohibemur, de quo dicit Dominus *Nolite soliciti esse dicentes. Quid manducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirũt.* Esca & operimentum quid minimum sunt inter bona, q̃ ab hominibus requiruntur, & ideò etiam primũ inter omnia: propterea quòd isto deficiente, tota sedulitate in illo conquirendo incũbit homo Quo habito ad excellentiora se animus studio suo extendit. Eius paucitas, & vilitas in communitate ista apparet, q̃ videlicet & brutis commune est. Si n. nostra in hoc stat excellentia, q̃ brutis sumus superiores; certè bona illa, quib⁹ bruta superamus, habemusq; subiecta, illis proculdubio excellentiora sunt, quibus sumus brutis æquales. Huiusmodi sunt corporis necessaria, victus videlicet & vestitus. ergò in gradu bonorum inferiori, bonum istud est, cuius solicitudinem vetat Dominus; summum verò bonum, quod à nobis optari possit, est Regnũ Dei. Non enim frustrà hęc duo simul Deus & scriptura coniungunt dominationem & escam. dixit enim Deus, vt refert scriptura. *Gen. 1 28.* *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Dixitq; Deus. Ecce dedi vobis omnem herbam, & vniuersa ligna, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ.* Vt sic hæc duo extrema sibi mutuò collata magis splendescerent. Esca communis est homini cum animantibus. Dominatio propria homini super animantia: vt ex dominio sublimaretur homo, humiliaretur ex cibo.

O Diuina Sapientia quomodò elegãter Christus in Euangelicis suis documentis horum vnum apposuit, & oppositi alterius! *Nolite soliciti esse dicẽtes. Quid manducabimus? Quærite regnũ Dei* Quantò ergò vilior cibus, tantò nobilius Regnum. Cibus inter ea, quæ quæruntur, primus est, sicut prior est vita, quæ cibo conseruatur. Sed q̃ primum quærendum est, est Regnum Dei. *Quærite primùm Regnũ Dei.* Cibus primus homini creato. Regnum summum est eidẽ homini. inter q̃ bona reliqua omnia sunt. Regni ergò excellentia ex oppositione ad cibũ splendet mirabiliter. sed esca etiã brutorum est, nempe cõmunis illis, & homini. At Regnum est Regnum Dei, nempè commune Deo, & homini. Vis istam videre cõmunitatem dominandi? audi Creatorem. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris & volatilibus cœli & bestiis, vniuersæq; terræ.* *Gen. 1. 26.* Iam ex Dauid & Paulo constat dominationem istam hominis, habere suam excellentiam in Christo, qui constitutus est à Deo super omnia opera sua; vt ex præsidẽtia illa super terrena eleuaretur mẽs nostra ad illam nobilẽ. quam nunc vocat Christus *Regnum Dei*, quod cum illo participamus: & tunc perfecti erimus possessores, quãdo dicet. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum.* *Psal. 8. Hebr. 2. 7.* *Mat. 25. 34.*

Quòd autem cõmune sit cum Christo, & cum Deo, habemus ipsius Christi testimonium in Apocalypsi Ioannis, vbi dicit. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.* *Apoc. 3. 21.* Nunquid autem duo sunt throni, in quibus sedet Christus cum Patre in vno, & nobiscum in alio, annon potius vnus thronus, sicut vnum Regnum Patris, Filij, & electorum? certè vnus est, quia filius hæres est vniuersorum ergò & Regni Patris sui hæres est, & nos illius sumus cohæredes. propter quod illi conregnabimus, vt ait Apostolus. *Si commortui sumus, & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus.* *Hebr. 1. 2.* *2. Tim. 2. 12.* Vides ergò, quòd tunc Deus homini Regnum Dei prætendebat, quandò

quandò escam illi communem præbebat cum animantibus terræ. Sed & escam eandem altius eleuemus, quoniam escam, & mẽsam homini, Regno illo dignam, Deus
Luc.22.16. præparauit. Dico enĩ vobis. *Ex hoc nõ mã-*
Mat.26.26 *ducabo illud*, nempè Pascha, *donec impleatur in Regno Dei. Et non bibam à modò de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in Regno Patris mei.*

Exhortatio 6 Quæ consideratio impense mouet animum sapientis ad quærendum Regnũ Dei. Occasione quippè sumpta Dominus à solicitudine cibi, transiit ad cõcupiscentiam Regni Dei accendendam in cordibus nostris, quę cõcupiscentia, vt esset ardentior, ex ipsa esca, pro qua gentes solicitantur, nos ducit ad cognoscendum Regnũ æternũ. Hoc ergò cõcupiscamus & quæramus, hoc enim proprium est seruorum Dei, imò
Mat.6.26. & filiorum, quibus dicitur. *Pater vester cœlestis pascit illa.* Nam quærere temporalia, hoc ad gentes pertinet, quæ ignorant Deum. *Hæc enim omnia,* (dicit Christus) *gentes inquirunt.* Vide ergò inter quos velis adnumerari, inter filios Dei, an inter gentes: nam in vtrisque impossibile est simul esse. Dixit enim Spiritus Sanctus per
Num.23.9 os Balaam de populo suo. *Populus solus habitabit & nõ reputabitur inter gentes.* Quas verò gentes? illas (inquam) de quibus dicit Dominus. *Hæc omnia gentes inquirũt.* Po-
Psal.48.1 pulus Dei quærit Regnum Dei: gentes terræ terrena requirunt. *Audite hæc omnes gẽtes, auribus percipite, qui habitatis terram:* cur cum sitis gentes, populi Christiani nomen vsurpatis? Paulus fidelibus scribit.
Eph.2.11. *Memores estote, quòd aliquando vos gentes in carne eratis, in tempore illo, sine Christo, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo* Qui terrena quærunt, sine Christo sunt, sine Deo in hoc mundo, non est quod cœlestia sperẽt. An non vos spem ponitis in mundo? in diuitiis? argento, &
1.Ti.6.17. auro, in quo confidunt homines? *Diuitibus huius sæculi* (iubet Apostolus) *præcipe non sperare in incerto diuitiarum suarum, sed in Deo viuo* Quare addit. *Sed in Deo viuo?* vt notet, quòd qui sperant in diuitiis, non sperant in Deo, ergò sunt sine Deo in hoc mũdo. Quapropter & parati sunt Deo potius renunciare, quam auro. O Balaam, *Num.23.9* non opus est in summis silicibus videas populum hunc, descende in campestria, prope intuere, quia sunt similes tui diligentes mercedem iniquitatis. Deo etiam resistentes, vt aurum consequantur. Optãt quidem Regnũ Dei tecũ dicẽtes. *Moriatur* 10. *anima mea morte iustorum.* Sed non quærunt, non laborant, vt adipiscantur; nõ cogitant quæ Dei sunt, sed quæ sunt mundi. O gentes, notum vobis sit, quòd si fueritis sine Deo in hoc mundo; non erit Deus vobiscum in futuro sęculo. Si ab eo nunc volentes receditis, tunc nolentes ab illo lõgè repellemini, audientes vocem illam terribilem. *Discedite à me omnes operarij iniqui* *Luc.13.27.* *tatis* Et qui eiusmodi fuerit, tametsi nomẽ habuerit Christiani, reputabitur inter gentes, imò magis inter dæmones.

7 Sicut ergò ex cibo ascendimus ad cognitionem Regni Dei, ità cib. ipse sit nobis incentiuũ ad amorem Regni Dei. Si tanta in filiis huius sęculi ardet solicitudo cibi corporalis, & rerum, quæ superfluæ sunt; cur in filiis lucis tepescit, aut friget desiderium Regni cœlestis? Heu populus, quem apprimè tenuit fames, cupiditasque terræ promissæ, vbi in illum ingressus est, subiecitq; *Iudic 1.21.* Chananęos, illos nõ curauit vltrà destruere, sicut sibi fuerat imperatũ. Habito quòd *& seq.* ad pacem temporalem, commodumque sibi satis videbatur, nõ plenam studuit obtinere promissæ terræ possessionem, transgressor factus Diuini mandati. Apostolus *Heb.4.8.* docet, per promissam illam terram intelligi requietem æternam, quæ non possidetur per partes. *Desiderium enim iustorum* *Pro.11.23.* *omne bonum est.* Ergò pars illa prima, quam consecuti sunt, ad vitam hanc pertinet temporalem, per quam ad perfectam debemus aspirare. Heus tu Christiane, si ab Apostolo admonitus nostri, q̃ omnia in *1.Cor 10.11* figurã cõtingebant illis, intellige, quòd tu dũ habeas temporalia, æterna nõ curas. Si dũ esset populus in deserto, tædio affectus itineris, & laboris, cogitauerit aliquandò retrocedere, atq; in Ægyptum reuerti, videretur excusatione forte aliqua dignus, sed postquam experimẽto didicit verè ter-

ram illam fluere lacte & melle, otio prius marcescere, ac deinde omisso illius plenè possidendæ studio, cum impiis illis veteribus habitatoribus fæderari, hoc profecto intolerabile fuit. atque propterea iratus
Iudic. 2. 14 Dominus tradidit eos in manus diripientium, qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus, nec potuerunt resistere aduersariis suis: sed quocunq; pergere voluissent, manus Domini super eos erat, & vehemẽter afflicti sunt.

8 Vides tu, cœlestem Patrem abunde tibi hęc temporalia ministrare? cur ad cœlestia non te erigis, propter quæ hæc temporalia conceduntur? Si in his delectaris, quæ vilia sunt, & continuè deficientia, cur non magis cupis delectari in Domino, in cuius dextera delectationes sunt vsq; in finem? vbi finis non est, illæque maximæ atq; superfluentes? Sed vilibus his exceptis, illa supernæ ciuitatis gaudia vltrà non curas:
Iudic. 2. 14. Quid ergo? Iratus Dominus tradit nos in manus diripientium, & vendentiũ hostibus. Quid diripit magis hominem? Quid magis vendit ad miseram seruitutem, quã rerum huius mũdi cupiditas. Cupidus enĩ iste, etiam venalem habet animam, venditus hostib. suis, seruus dominorũ pessimè tractantium: quin & manus Domini super eum, vt nihil habeat prosperũ, imò & prosperitas sit sibi pœna, augens ardorẽ, laborem, dolorẽ, vt etiã grauis sit sibi ipsi. Grauis (inquam) quoniã graui corde est, diligens vanitatẽ, aggrauatus pondere terrenorum, quę ipsemet imponit super humeros suos, augens quotidiè onus istud, con-
Ier. 17. 21. tra præceptum Domini iubentis. *Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati.* Dies sabbati est dies quietis. Nobis relictus est sabbatismus, nos ingressi sumus in requiẽ iã vocati à Christo
Heb. 4. 9. dicẽte. *Venite ad me omnes qui onerati estis,*
Mat 11 28 *& inuenietis requiẽ.* Cur ergò portam⁹ põdera? An hoc est custodire animas nostras? An nõ magis in seruitutẽ tradere? Quæramus ergò Regnũ Dei, plenè possideamus terram fluentem lac & mel, vbi suauis est refectio, iuge conuiuiũ, epulari, & gaudere: esurientes impleuit bonis: & nihil prorsus deerit in loco illo pascuæ vberrimæ.

SECVNDA PARS.

DICTVM illud Salomonis cõmuni experimento probatũ: *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autẽ sectatur otium, replebitur egestate:* Itẽ nos instruit in re cœlesti, atque in temporali Bonum est Regnũ Dei quærere, quemadmodum & possessiones habere in terra. Sed vt fructũ capiamus, quęrentes Regnum Dei, ęquè ac illud quærere oportet, & iustitiam eius. Non secus ac si quis ex terra sua vult panes, eã omninò operari oportet. Alioq; tam in negotiis cœlestibus, quam in terrenis, qui sectatur otium, replebitur egestate. Sic diuino decreto comparatum est, vt nihil tametsi summè perfectum alteri prosit, nisi cum illo benè conuenerit. Hoc tam verum est, vt Deus ipse iis duntaxat bonus sit, qui recto sunt corde, nam cum peruerso peruertetur. *Et si ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque* (inquit) *contra vos aduersus incedam.* Neque esset Beatis ipse beatitudo, nisi illum aspicerent atq; fruerentur. Bona ergò similitudo, vt panes, qui vult à terra sua, illam operetur. Opus autem terræ illius, de qua dixit Dominus. *Beatis mites, quoniam ipsi possidebunt terram:* quòd est Regnum Dei, & vita æterna, iustitia est. Iustitia enim etiam in die vltionis liberabit à morte. Nam *iusti in perpetuum viuent. Et accipient Regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Ergò qui rectè quærit Regnum Dei, quod est Regnum decorum & speciosum diadema, quærunt pariter & Dei iustitiam. Et hoc sit satis de huius iustitiæ excellentia, quod per illam deuenimus ad Regum Dei.

9 Pro. 28. 19. Psal. 72. 1. Psal. 17. 27 Leu. 26. 15 Mat. 5. 4 Pro. 11. 4. Sap. 5. 16. 17

10 Hoc igitur restat disserendum, quomodò per illam & cœlestia bona cõsequamur & terrena. Quo autem modo, aut ratione per iustitiam bona cœlestia consequamur, breuiter nunc videamus. Iustitia dirigit animũ ad Deum. Hoc quippe iustitiæ proprium est munus. Non ergò merces eius est apud mundum; alioqui non iusta esset merces. Quandoquidem homo iustus terrena paruipendit, & ad superiora extendit sese. Neque quod cuperet daretur ei, sed quod

quod spreuisset. Spes autem mercedis ad
1. Corint. 9. 10. operandum inuitat. Nam & qui arat, id facit in spe fructus percipiendi. Quæ ergò merces & qui fructus esset in re non sperata, sed spreta? Præterea iam nõ rectum haberet cor is, cui sui operis merces daretur in rebus temporalibus. Nam merces proponitur vt id, ad quod aspirare & in quod tendere debemus. Temporalia itaque, in iustitia nostra facienda, à nobis spectanda non essent; quod qui facit, rectum nõ habet cor. Nisi forte quis cogitet agere nos
Gen. 29. 23. cum Laban, qui laborantibus pro Rachel supponat Lyam; & grandia sperantes, modica inueniremus: *Bonorũ laborum gloriosus est fructus:* Inquit Sapiens. Fidelis super
Sap. 15. Matt. 25. 21. pauca, super multa cõstituitur: qui decem
Luc. 19. 17. mnas lucratur, super decẽ constituitur ci-
Prou. 3. 15. uitates. Si autem iustitia sicut & sapientia pretiosior est cunctis opib⁹; vt omnia, quę desiderantur, illi non valeant comparari, fructus eius auro primo & purissimo, melior sit oportet. Ergò in terra nõ inuenitur
Sap. 5. 16. pretium eius. Ergò iusti in perpetuũ viuẽt, & apud Dominum est merces eorum. Ità enim iustitia eorum manet in sęculum sæculi; quoniam apud immortalem Deum merces est immortalis, quæ ex sui natura
Sap 5. 16. alibi non potest reperiri. Nam cogitatio eorum apud Altissimum, id est iustè operantes Deum spectabunt, ad illum iustitiam suam referentes.

11. Meritò ergò Saluator vnà coniunxit, *Regnum.* & *iustitiã Regnum Dei, & iustitiã Dei* Balaam volebat separare, cupiens Regnum, quod iustitiæ datur, sed manens in prauitate cordis sui, & ambulans per praua & indirecta. Coactus tamen à veri-
Nũ. 23. 10. tate, nõ dixit: Vtinã quandò moriar, detur mihi Regnum Dei; sed, *Moriatur anima mea morte iustorum.* Sic etiã inuitus ostendens quòd Regnum Dei iustis datur. Nàm mortem appetit iustorum, quibus datur Regnum; & pariter quòd illius mens erat iniusta; quandoquidẽ iniustum Regnum cupiebat, quòd iustis duntaxat datur. Et quot, amabò vos, imitatores habet: Nón-
Matth. 25. 46. ne fatetur fides, quam profitemur, ꝙ *iusti ibunt in vitam æternam*; qui iusti non sunt, in supplicium æternum? & fidelium tamen plurimi non cupiunt modo, sed putant, vitam peccatorum viuentes, morte iustorũ mori. Sunt ne ergò inter nos, qui Balaam imitentur? sunt perfectò nunc, & demum erunt, qui cum hostibus Dei morientur, quemadmodũ & ille. Et quare hoc? quoniam sunt facultatũ amatores, diuitiarum cupidi, præsentibus adhærentes. *Num.* 31. 8.

Audite ergò & intelligite: Quærentib⁹ 12.
primum Regnum Dei, & iustitiam eius, *Matth.* 6. adiiciuntur hęc omnia. Iustitia promissionem habet vitæ, quæ nunc est & futuræ: dabit maiora, num ergò deerit in minoribus? Ipsa nunc dum fit, potest futura concedere, & cum præsentibus erit inualida? An forte seipsam destruet, homini, qui illã operatur, id subtrahẽs, vnde viuit, qui, nisi viuat, operari non potest? Quomodò ergò *Psal.* 111. 3. iustitiam manet in sæculum sæculi? postulat ipse pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Viuat anima mea vitam iustorum, *Eccl.* 4. 12. quia sapientia, quæ & iustitia est, filiis suis vitã inspirat, & fame itaq; mori illos permittet. *Iustus ex fide viuit.* Modicæ fidei *Rom.* 1. 17. quare dubitasti? *Pater vester cœlestis pascit* *Mat.* 6. 26. *volatilia cœli; quantò magis vos modicæ fi-* *Sap.* 5. 16. *dei?* Iusti in perpetuum viuent, manducãtes panẽ in Regno Dei. Et vbi breues dies sunt, petentes panem quotidianum, quòd non sit qui frangat eis, fame peribunt? clama, clama tu sancte Propheta, doctus experientia, actus Spiritu Sancto. *Iunior fui,* *Psa.* 36. 25. *etenim senui, & non vidi iustum derelictũ; nec semen eius quærens panem.* Sed Balaam indigens non erat pane, munera cupiebat. vide cupiditatis suæ voraginem. Si dederit mihi Balac domum plenam argenti & *Nũ.* 22. 18. auri: hęc cogitabat, hæc versabatur in corde. Ita nostri fideles non vulgarem petunt panem, qui quotidianus est, abundantiam expetunt diuitiarũ, domum plenã argenti & auri. Huc non se fides extendit, cupiditas, auaritia, solicitudo, temeritas; impulsores sunt, nuntij sunt Balaac, illectores Balaam, suasores gentiũ, fidelium corruptores. Vsque eò ne igitur vos diligetis, vt necessarijs nõ contenti desideretis omnia Regna mundi, & gloriã mundi? Hęc Christus non pollicetur. Satanas est promissor. *Matt.* 4. 9. Christus quod pollicetur exhibet Diabo- *Ioh.* 8. 44.

10. 10. lus mendax est. Christus venit, vt vitam
8. 44. habeamus; & ideò nobis offert panem vitæ. Ille homicida erat ab initio, & ideò lignum mortis profert, & illa ostendit, quæ viuentium nullus vnquam assecutus est.
Marc. 11. 22. Habete, habete fidem Dei, non fidem diaboli. *Granum sinapis minimum est omnibus*
Mat. 13. 31 *seminibus, cum autem creuerit fit maius o-*
17. 19. *mnibus oleribus; si habueritis fidē sicut granum sinapis, paucis minimisque contenti eritis: sed immensa erunt, quæ adiicientur vobis. Dicetis mōti huic. Transi hinc. Et transibit.* Dicetis mundo huic. Transi tu, & cōcupiscentia tua. Et transibit, & euanescet.
Eph. 2 19. & veniet Regnum Dei, & apparebit gloria
Matt. 8 11. Domini, & erimus iam non hospites &
Luc. 12. 37 aduenæ, sed ciues sanctorum, & domestici
Matt. 4. 11. Dei, qui faciet nos discumbere cum Abraham, Isaac, & Iacob in Regno cœlorum, & transiens ipse ministrabit nobis, cui in terris Angeli ministrabant. In cœlis erit ipse minister noster, vt nihil nobis desit in vlla gratia & in perenni gloria.

13 Hinc apparet quam meritò Christus sicut iubet quærere Regnum Dei, iubet nihilominus quærere etiam iustitiam ipsam Dei, qua & bona cœlestia consequimur, & consequuntur nos bona etiā terrena. Hæc enim est misericordia, quam nobis, si iustitiam fecerimus, Tobias sanctus vir pollicetur, exhortans in spiritu. *Conuertimini*
Tob. 13 8. *peccatores & facite iustitiam corā Deo, credentes, quòd faciat vobiscum misericordiam suam.* Quod dicit, facite; idem est ac si dicat. Quærite. Quærere enim iustitiam est illam facere. Dum verò sanctus vir inuitans ad eam faciendam dicit. Conuertimini peccatores, exploratissimum est peccatores tum non quærere iustitiam, cum illā non faciunt. Intelligite peccatores, dum peccatores estis, iustitiam non facitis, ergo neq; quæritis, sed facitis iniquitatē & peccatum. Quid enim est facere iustitiam, nisi obseruare mandata Dei? quæ ideò dicuntur iustificationes. Vnde Propheta: *Vti-*
Psal. 118 5 *nam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar cū perspexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo, quòd didici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas custodiam.* Sic autem nominantur, quia dirigunt animam & opera nostra vt rectum sit cor nostrum, rectum opus. In directione cordis: dicit de illo. De operibus verò. Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

Directū cor non habet, qui illud ad terrena conuertit, qui in rem suam facit, quod facit; nō in honorem Dei. Nam dicit Psalmus: *Confitebor tibi in directione cordis,* id est laudabo te, honorabo te, si ad te dirigā cor meum. O quot sunt, qui prauum & contortum cor habentes, se iactant recto corde? Num aliud sentimus ex ore Balaā, nisi quod sonat obedientiam Dei? Sic nunciis Balac dicit in domo ac regione sua. *Si*
Num. 22. 18. *dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri, non poterit immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar.* Et cum peruenisset ad ipsum Balac, promittentem ei mercedem aduentus sui. *Nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus*
38. *posuerit in ore meo?* Et rursus post primam benedictionem. *Nū aliud possum loqui, nisi*
Num. 23. 12. *quod iusserit Dominus?* Et post secundam: *Nonnè*
26. *dixi tibi quod quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem?* En quot bona verba. Sed prauum tamen illius cor cōtra Dei iussionem facere conabatur, dolens quòd mercedem amitteret oblatam & expectatam. Ideò enim Angelus restitit ei in via; ideò in prima benedictione dixit: *Ad be-*
20. *nedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo.* Volebat ergò, sed non valebat. Ideò quoque facto sacrificio cum
Num. 24. 1 vidisset, quòd placeret Deo, vt benediceret Israēli, nequaquam abiit, vt antè perrexerat, vt auguriū quæreret, sed dirigens contrà desertum, vultum suum. Sed consilium
14. pessimum, quòd dedit, de corrumpendo per mulieres populo, apertè cordis sui prauitatem manifestat. O bona verba, quæ ex ore Christianorum audiuntur. Sed cor eo-
3. Reg. 11. 4 rum deprauatū est post diuitias, sicut fuit Salomon post mulieres. De viis verò quid dicendum? hoc iam patet, mores videntur, communis vita fidelium in propatulo est. Vbi prauum est cor, ibi prauæ sunt viæ, asperæ semitæ, distorti calles.

Audi. Nunquid nō concesserat Deus Ba-
15 laam,

laam, vt iret ad Balaac Regem Moabita-
Nū.22.10 tum? Si vocare te venerint (inquit) homines isti; surge, & vade cum illis. Et eunti tamen obuius fuit Angelus prohibens &
32. dicens. Ego veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihique contraria. Quomodo peruersa est via concessa à Domino? propter prauitatem cordis. Ad-
20. didit etiam concessioni Dominus. Ità duntaxat vt, quod tibi præcepero, facias. Cogitabat tamen homo pessimus, si quo modo posset aliter facere, atque Dominus præcepisset, si posset populo maledicere, Deoque contradicere. Prauum cor prauam reddebat viam; dominante illi iniustitia, propterea iniustam mercedem appetebat. Cōtrà quod rogat Psalmista:
Psal. 118. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: vt non dominetur mei omnis iniustitia.*
133. Tob.13.8. O vox Sancti viri: Conuertimini peccatores, & facite iustitiam etiam Deo, Iniustitiam faciebat Balaam coram Deo, qui intuebatur cor eius. Nè facias iustitiam coram hominibus: modò coram Deo faciendá est. Quoniam interdum quod apud homines iustum videtur, iniustitia est apud Deum.

16. Claram de hoc habemus doctrinā Domini Iesu apud sanctum Lucam Euangelistam. Vbi postquam relata est doctrina ista, qua remouetur temporalium solicitudo & dixit Dominus. Non potestis Deo
Luc.16.13 seruire, & Mammonæ, dicit Lucas. Audiebant omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Et ait ad illos:
14. *Vos estis, qui iustificatis vos coram homini-*
15 *bus. Deus autem nouit corda vestra: quia quod altum est coram hominibus, abominatio est ante Deum.* Et quis est, qui non hanc doctrinam irrideat, quasi vanam? quasi inutilem? & quasi ad nos non pertinentem? facta clamant, si lingua silet. Hominum mores communes adiuuentiones, quid cogitent homines in cordibus suis, manifestum faciunt, quod videlicet summa sapientia sit quærere, quæ sunt super terram: in qua sapientia seipsos iustificāt, rationem adducentes, cur diuitias parant. O qui scrutaretur corda hominum, videret derisionibus plena, quæ irridēt doctrinam de non colligendis diuitijs, & se iustificant, vt qui prudentes sint, etiam apud Deum. Ait enim Salomon: *Sapiens sibi vi-* Prou.28.11
detur vir diues. Ergò iure meritò Christus non absolutè dixit: *Quærite iustitiam*, sed: *Quærite iustitiā Dei. Querite* (inquit) *primùm Regnum Dei, & iustitiā eius: eius*, (inquam) id est Dei. Et hoc est quod dixit Tobias: *Facite Iustitiam coram Deo.* T.b.13.8a

17. Vt hanc facere impellamur, fructum attendamus. Credentes videlicet, quòd faciat nobis eum misericordiam suam. Fructus hic est sanctæ huius solicitudinis erga Regnum Dei, & Iustitiam eius: de quo diximus, quod cœlestia bona confert, atque terrena, quæ vtraque Tobias sub nomine misericordiæ diuinæ comprehendit. Nam Ps.102 4.
& in cœlis Deus coronat in misericordia Psal.35 8.
& miserationibus, & homines & iumenta Exod. 32.
saluat secundùm misericordiā suam. Se- 10.
cundum quam etiam populum non deleuit in deserto, vt ille meruerat, & ipse fuerat cōminatus. Remouet autem imprimis Tobias falsam illā iustitiam hominum peccatorum, qui in peccatis ætatem degentes & arbitratu suo, in misericordia Dei gloriātur. Iubet Deus vt iustitia fiat, & tunc demum credatur in misericordia Dei. Quòd si Deus iustis pollicetur gloriam suā, hoc est ex misericordia eius. Nā etiamsi nulla esset nobis merces deputata, teneremur tamen Deo seruire: & hæc est doctrina Domini dicentis: *Cum feceritis omnia, quæ* Luc.17.10.
præcepta sunt vobis, dicite: Quia serui inutiles sumus. Quod debuimus facere, fecimus. Facientibus ergò iustitiam misericordia promittitur & exhibetur. Tribulatio autem & angustia in omnem animā Rom 2.9.
operantis malum. Quàm igitur soliciti esse debemus, vt iustitiam hanc Dei quæramus, & faciamus, ex qua & in deserto pascimur, & satiamur in patria? Per eam viuimus in hoc sæculo, in futuro regnamus. Nunc boni, tunc beati. Nunc rectè incedentes, tunc quietè & gloriosè sedentes in Regno Dei. Diligite ergò iustitiam, Psal.118.1.
qui ad Regnum inuitamini, nè quando pereatis de via iusta, sed immaculati ambulantes in lege Domini, beati sitis; donante Patre nostro. Amen.

MORA-

MORALE.

18. *QVis vestrum potest adiicere ad statu-*
Mat. 5. 36. *ram suam cubitum vnum?* Quis ve-
strum potest vnum capillum suum album
Luc. 13. 19. facere aut nigrum? Quis vestrũ dicere po-
test: *Anima mea habes multa bona posita in*
Eccl. 5. 1. *annos plurimos?* Quis vestrum cogitare po-
test, aut dicere: *Est mihi sufficiens vita?*
Prou. 27. 1. Quis vestrũ norit, quid superuentura pa-
Psal. 118. 109. riat dies? Quis, quis vestrum dicat: *Ani-*
ma mea in manibus meis semper: Pote-
Ioh. 10. 18. *statẽ habeo ponendi, & iterum sumendi eã?*
Psal 30. 16. Heù in manibus Dei sunt sortes nostræ.
Apoc. 1 18. Ipse claues habet mortis & inferni. Si ape-
1 Reg. 2 6. rit, nemo claudit. Si claudit, nemo aperit.
Ipse solus occidit, & viuere facit; percutit &
sanat; pauperem facit & ditat; humiliat, &
subleuat. Vos qui ditari festinatis, ad quem
ibitis? Vellem ex vobis scire, quò vos so-
licitudo diuitiarum impellit, quò trahit
cupiditas, quò ducit auaritia. Quod Da-
uid cecinit, ad omnia se extendit: *Inclina-*
Ps. 118. 112. *ui cor meũ ad faciendũ iustificationes tuas in*
æternũ, propter retributionem. Propterea ꝙ
omne agẽs agit propter finem: qui finis ad
se cor nostrum inclinat, vt illũ desiderans,
opus, quo ad illum aspiratur, libenter am-
plectatur. Quod nimirum nõ faceret, nisi
finẽ illum assequi speraret. Vellẽ ergò à vo-
bis scire, ô ad aurũ anhelantes, vbi est spes
vestra? In quo cõfiditis? Grandis vobis re-
stat via, & hominũ pars maxima deficit in
hac via; paucorum enim sunt diuitiæ; pau-
perum plenus est orbis terrarum.

19. Quis ergo vos pascet in hac via? Nùm
3. Reg 19. 5. Angelus? num coruus? nùm vidua Sare-
17. 6. ptana? Quis ductor est vester? nùm Deus?
13. nùm Christus? nùm mundus? nùm Satanas?
nùm animus ipse vester? super quem niti-
mini? Quæ est ista, quæ ascendit de deser-
Cant. 8. 5. to, innixa super dilectum suũ? certum est
neminem super alium inniti, quem nõ di-
ligat, qui non sit dilectus eius. Amabo vos,
dicite, cogitate, discutite; state super vias
vestras, attendite vobis, videte quid faci-
Iudic. 16. 21 tis Nè velitis in circuitu ambulare, oculis
erutis molentes in rem hostium vestrorũ
Psal 31. 9 sicut Samson. *Nolite fieri sicut equus & mu-*
lus, quibus non est intellectus. Videte vos-
metipsos. Iam labor vester manifestus est,
& laboratis sperantes in incerto diuitiarũ.
Venite ad iudicium, vt in iudicio dispo-
natis labores vestros. Scio ego; & scitis
vos, quòd fiducia sperãdarum rerũ, etiam
non apparentium pascit vos, ab ineunte
studio & opere vestro. Alioqui enim in
tam grandi via, & opere tàm operoso de-
ficeretis Quid verò spem istam in nobis
operatur? Num fortuna? Nõ est hoc Chri-
stianorum, qui sub nutu diuinę prouiden-
tiæ omnia subdunt. Nùm mundus? At
mundus quid est, nisi creatura Dei, quę est
in manu Dei? Et si mundo adscribis confi-
dentiã tuam, nescis tu ipse in quem confi-
das, nisi iterum ad fortunam reuertaris.

Distinguamus ergò, si fortè cæcorum 20.
oculos possimus aperire. Aut Deus est, aut
sunt homines, aut diabolus, aut homo ipse
innititur prudentiæ suæ atque potentiæ.
Singula discutiamus, vt detur paruulis a-
stutia, & his, qui ignorant & errant sapien-
tia & intellectus Et à Deo possessore cœli
& terrę, initium faciamus, qui terrã palmo
concludit Porrò *qui sperant in illum, non* Psal. 112. 7.
confundentur. Suscitat verò de terra
inopem, & de stercore erigit pauperem, vt
collocet eum cum Principibus. Quò minus
in Deo confidas, non recuso. Sed de illo
canitur. *Qui pauperem facit & ditat. Esu-* 1. Reg. 2. 6.
rientes impleuit bonis, & diuites dimisit ina- Luc. 1. 43.
nes In quem ergò diuitias collocabis? &
quid facto opus est, vt thesauris replea-
mur? Sapientem audiamus. Mirabilia ope- Eccl. 11. 4.
ra Altissimi solius, & gloria; & absconsa, &
inuisa opera illius. Quare, quæso, Sapiẽs,
huiusmodi sunt opera Dei? pergit ipse. 5.
Multi tyranni sederunt in throno, & insu-
spicabilis portauit diadema. Id est, ꝙ mul-
ti, qui ꝓpter tyrannidem non erãt Regno
digni, regnauerũt; & multi abiecti, de qui-
bus, quòd diadema Regni acciperẽt, neq;
spes erat, neq; etiam suspicio, & acceperũt
tamen. De his tamen aliqui de solio glorię
deturbati sunt. Sic Sapiens. Multi potentes 6.
oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt
in manus alterorum Eccè hoc in potesta-
tibus. Vide & in diuitiis. Est homo labo- 11.
rans, & festinans, & dolens impius, & tan-
to magis non abundabit. Est homo marci- 12.
dus,

13. dus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Nunquid nō in hac veritate mirabilia sunt opera Dei, & abscōsa & inuisa? Potest Deus quemcunq; voluerit repl. Iob 42. 12. plere diuitijs, qui & Iob ab omnibus derelictum, locupletauit; & Tobiam, qui de vxoris labore victitabat, diuitijs amplificauit. Sed qui sunt, in quos respicit oculus eius in bono? Num qui laborant & festināt, vt ditentur? Num qui petunt ab eo locu- Matt 11. 5. pletari? Num iustos omnes? sed pauperes euangelizantur, & prædicatur altissima paupertas eorum. Si hoc sciremus, iam nō mirabilia essent opera Altissimi, non abscōsa, non inuisa. Diuidit singulis prout vult. Impietas tamen obstat. Propterea sapiens impium vocat illum, qui laborat, festinat, & dolet, & tantò magis non abundat. De marcido verò debili, & inopi dicit, quòd multi mirantes honorauerunt Deum, nempè quia eleuat de puluere egenū. Tamē neq; hæc est firma regula: quia hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu Domini. Certum est hoc, quòd Prou. 28. 20. *Qui festinat ditari, non erit innocens.* Quis ergò in eo, quod peccat, se arbitratur ab Omnipotente adiuuari? Erit ergò, qui peccans, confidat, quòd Deus faueat illius concupiscentiæ? suū Prouerbium sic complet Salomon: *Vir fidelis multùm laudabitur. Qui autem festinat ditari, non erit innocens.* Vides cupidum, illi, qui fidelis est, opponi? Ergò qui ditari festinat, non est fidelis. Ergò quod videtur fidere in Deo, fidelitas non est, fides non est, fiducia non est: sed præsumptio, sed temeritas, sed infidelitas est. An non est manifestum, illum qui cupidus est, aliis inuidere? sua cupit esse omnia, putat, vt de Leuiathan scriIob. 4. 18. ptum est, quòd in os eius influat Ior- 26. 16. danis: cupit quòd saphiri sint lapides eius, & glebæ illius, aurum. Sed de tali homine Prou. 28. 22. dictauit Salomō. *Vir, qui festinat ditari, & alijs inuidet: ignorat quòd egestas superueniet ei.* Non est ergò, quòd in Deo confidatis, ô cupidi, putantes ab eo vobis parari diuitias, qui etiam necessariorum probibuit solicitudinem: & quærentibus Regnum Dei, tantum necessaria pollicitus est. *Et hæc omnia* (inquit) *adijcientur vobis.* Quæ verò omnia? *quid manducabimus? quid bibemus? quo operiemur?* sine tua solicitudine hæc prouidebit. Cū solicitudine ergò voraginem ipse replebit auaritiæ tuæ? Iubet ipse. *Cauete ab omni auaritia.* Luc. 12. 15. Et auaritiam nutriet ipse diuitiarum abundantia? Certè qui sic confidit in Domino, existimans, quod ei Dominus similis sit, Deum blasphemat.

Ergò ad alia transeamus. In hominibus 21. est confidentia tua? Si bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Vbi malum est confidere in Domino, qualis erit confidentia in homine? An nescis, quòd omnis homo mendax? an igno- Psal. 115. 2. ras quòd Ægyptus homo est, & nō Deus? Isa. 31. 3. & equi eorum caro, & non spiritus? & inclinabit Dominus manum suam, & corruet auxiliator, & cadet, cui præstatur auxilium: simulque omnes consumentur. Hoc dicit de populo, qui auxilium quærebat ab Ægypto. Et tu confidis in homine? Audi ergò: *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Erit enim quasi myrica in deserto, & non videbit, cum venerit bonum; sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili.* Desertus est locus Matth. 14. hic, dimitte turbas, vt emant sibi escas. 15. Homo in deserto impotens est prouidere. Habitas in terra deserta & inhabitali, vbi arida sunt omnia, si confidis in homine. Balac confidit in Balaam, & quid inde Num. 22. hausit ad votum suum? Pro maledictione & seq. benedicti sunt hostes eius, pro corruptione populi, ab eo superatus est, & extinctus est exercitus ejus. Sed & homo, qui confidit in homini, homo est. Plurimum in seipsis confidunt auari, sed & confidentiam istam obtriuit Deus, & maledictioni suppositi, qua dixit per Prophetam. *Maledictus homo, qui confidit in homine* Ierem. 17. 5 Nónne maledictio, quam Balac Rex Moabitarum inducere satagebat super populum, cecidit super eum? ecce vox Dei per os Balaam de populo. Qui benedixerit Num. 24. 9 tibi, sit

tibi, sit ipse benedictus. Qui maledixerit, in maledictione reputabitur, & subdit
10. scriptura. Iratus ; Balac contra Balaam complosis manibus ait. Ad maledicendū inimicis meis vocaui te ; quibus è contrario tertiò benedixisti : reuertere in locum
11. tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. Ecce vanus conatus recedens magis in contrarium ; vt cupiat homo, non fuisse aggressum opus, vnde sperabat emolumentum. Tu, tu ipse homo es ille, cui dum confidis, perdis oleum & operam. Audisti ne Salomonem in hanc
Prou. 28. 26. remaudi, audi illum. *Qui confidit in corde suo stultus est : qui autem graditur sapienter, ipse saluabitur* O quanta hominum stultitia de se præsumentium, se magnificè circumspicientium, quasi potentes sint, quasi sapientes, veluti cæteris omnibus excellentiores. Sed stulti sunt, & stultitia eorū in fine operis, si non citius, manifestatur. Nam si qui sapienter graditur, saluabitur ; ergò stultus salute priuabitur, frustra se laborasse experietur, in ventum iactasse studia, opera, sudores suos : stultus est, & stultus deprehendetur. O vtinam saltem prudentiam stulti Balac imitaretur. Stultus fuit confidens in homine : at discooperta
Nū. 24. 11. sibi stultitia sua, ab ea recessit. Reuertere ad locum tuum : dixit ad Balaam. Iam cessa, opera tua non indigeo, quæ non mihi cedit in bonum. Tu autem stulte, & in principio stultus es, & cadens non aperis oculos ; sed adhuc conaris maiter Id arrogantiæ tribuemus, an amentiæ : stultitiæ
Prou. 28. 26. dedit Salomon, dicens : *Qui confidit in corde suo stultus est* : sed reuulata stultitia, in ea adhuc persistere, nō amentia est : sed te video in alium transferre culpā tuam, vbi & confidentiam. Satanæ te tradis, vt tradat tibi, quæ ab alio sibi tradita mentitur. Balac in Balaā confidebat, nō propter ipsum, sed quia ariolus erat, dæmonum consors, diaboli minister ; nulla tamē facta est diaboli mētio, homini facta est locutio, promissio, redargutio. Sic sic qui fideles vocātur, Satanæ adhærent, vt diuites fiant. Sed de hominib. loquuntur, de seipsis, de Deo ; & in Satana tamē confidunt. Vis scire hoc ? fraudes, furta, mendacia, iniustitiæ, vsuræ loco testis sint : per hęc enim dæmoni præstatur obsequium ; vt de manu illius, quod expetūt, assequantur : stultitiā hanc dixeris an malitiam ? an perfidiam ? an animi duritiam & obstinationem ? Heu tandem abiiciamus opera tenebrarū, & quæ sapientiæ sunt sequamur ; id quærentes, vnde & nunc salui esse possimus, & in æternum. Amen.

FERIA III. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA

Nolite soliciti esse in crastinum *vsque*, nolite iudicare & non iudicabimini. *Matth.* 6. 34.

ARGVMENTVM.

De crastino non debemus esse soliciti. proximum iudicare non debemus. Quàm ingens peccatum hoc iudiciū. Quàm nobis noxium. Optimè.

APTVM documentum Sapientis omnibus sermonibus, in quibus verba Dei proponuntur, est hoc : *Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas.* Facilem ac promptum iubens hominem auditorem esse ad sui susciendum verbum. Nam qui aurem exhibet obsequentem ac docilem, hic clarius percipit & intelligit. Quod si de quocunque verbo id est faciendū, proculdubio id maximè præstandum est in auditu verbi Dei, quod potest saluos facere, qui obtemperāter excipiunt illud : cui consonat Iacobi Apostoli sententia & hortatio. *In mansuetudine suscipite insitum verbū, quod potest saluare animas vestras.* Quamuis autē, vt ait Apostolus, Euangelium virtus Dei sit in salutē omni credenti, id tamen, quo apertius immediatiusq ; docemur effugere iu-

1. Eccl. 32.

Iacobi 1.

Rom. 1.

dicium

cium condemnationis, appositum magis videtur ad saluandos credentes, fideq; ac obedientia mansuete illud humiliterque susciptes. Quòd imprimis illud est, quod ab Ecclesia nobis hodie proponitur in Euangelica lectione, vbi dicitur: *Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Propterea enim orabat Psalmista: *Non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens* Vos igitur documentum illud obseruantes, in mansuetudine suscipite verbum, quod propono vobis hodie.

Matth. 7.1.

Psal. 142.2

2 Cum Dei præcepta regula sint morum atq; actionũ nostrarũ, iuxta illud: *Grèssus meos dirige secundũ eloquium tuum*; q̃ & ad facienda, & ad omittenda nos ordinat, nostrę manifestum signum est infirmitatis; q̃ in diuinis mandatis tot audiamus prohibitiones: sicut argumentum est furoris, vehementiæq; procellarũ, q̃ Deus terminum illis constituerit arenã maris, ne vltra procedant, iubens: *Vsq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos* Etenim hoc illis factum præceptum innuit, illas nisi prohiberentur, terrã forte inundaturas; id quod minari videtur tanto impetu in littora irruentes. Ergò & magnæ in nobis ad peccata propensionis signum sunt tot iussiones, quibus tam frequenter iubemur, ne hoc vel illud faciam⁹. Hinc est q̃ Saluator in hac suæ legis promulgatione iterat prohibitiones. *Cum facis eleemosynam noli tubã canere. Orãtes nolite multum loqui. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Nolite thesaurizare in terra. Nolite solliciti esse in crastinum Nolite iudicare Nolite dare sanctum canibus.* Quin & sapientes illi, Auctor libri Ecclesiastici, & Salomon in prouerbiis suis, qui moralibus præceptis egregie vitam nostrã instituere, in primis præcepta negatiua sedulo legentibus inculcauerunt.

Iob. 38.11.

Matt. 5.2. 7. 16. 19. 7.6.

3 Nam in Ecclesiastico post commendatam sapientiam in communi, plurima huiusmodi negantia præcepta subiiciuntur, atq; ab ipsis multa capita inchoantur. Itaq; incipit caput quintum: *Noli attendere ad possessiones iniquas.* Sic sextum: *Noli fieri pro amico inimicus proximo.* Sic septimũ: *Noli facere mala.* Sic octauum: *Non litiges cum homine potente.* Sic nonum: *Non zeles vxorem proximi tui.* Haud secus in prouerbiis fit. Nam in primo capite excellentissime laudata sapientia, fit hoc speciale mandatum: *Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis* In secundo capite pro singulari effectu sapientię, quo inducimur ad illam capessendam, ponitur: *Vt eruaris à via mala, & ab homine, qui peruersa loquitur, & à muliere aliena.* In capite tertio inculcata admodũ sapientia cum laudibus, mox hæc referuntur negatiua præcepta. *Noli prohibere benefacere. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, & cras dabo tibi Ne moliaris amico tuo malum. Nè contendas*, & huiusmodi. In capite quarto idem seruatur. Proposita enim prius sapiẽtia in cõmuni, mox speciales inferuntur prohibitiones: *Nè delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, &c.* Idem seruatur & in quinto. Nam post hortationem factam ad sapientiam, subditur illicò: *Ne attendas fallaciæ mulieris.* Et circa hanc prohibitionem totum versatur caput.

Prou. 1.10. Prou 2.12. Prou. 3.27. 28. 29. 30. Prou. 4.14 15. Prou. 5.2.

4 Sed quid dicemus, quando & ipsa diuina lex, quæ ex ore Altissimi prodiit, ab ipsis prohibitionibus exorditur? *Non habebis Deos alienos corã me. Non facies tibi sculptile Non adorabis ea neq; coles Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Et interpositis duobus pceptis affirmatiuis de sanctificando sabbato, & de honorandis parẽtibus, iterum ad negatiua descendit *Non occides. Non mœchaberis. Non furtũ facies Non loqueris cõtrà proximum tuum falsum testimonium. Non cõcupisces.* Quemadmodum ergo Deus noster pro nobis solicitus est, & frequens in remouendo nos a malis sua lege; nos similiter huic studio maximã continuamq; debemus diligentiam adhibere: hasque duas nobis hodie propositas prohibitiones attentius considerare. *Ne soliciti sitis in crastinũ. Nolite iudicare.* Quarum altera respicit nos, altera proximum. Prima est de re, quæ ad nos maxime pertinet. Secunda de re, q̃ nihil prorsus ad nos. Nam illa est de necessariis vitæ nostræ; secunda de rebus, quę nihil nobis conferunt.

Exo. 20.3. 4. 5. 7. 13. 14. 15. 16. 17.

Diuisio.

Regulat nos prima circa bona nostra. Regulat nos secunda circa proximi nostri mala. Propriamq; vtrique Dominus addit rationem, cur videlicet id faciendum sit q̃ iubetur. Super primam prima sit consideratio nostra, eaq; breuis, vt in secunda simus aliquanto longiores & attentiores.

5 Tam cupit Deus, vt illi totum cor nostrum præbeamus, vt illud velit quantum possibile est, a creaturis omnibus, omnibusque alienis occupationibus remouere. Atq; vbi ad illas magis propensum videt, ibi retinacula fortiora, ibi obstacula opponit frequentiora, vt nihil prorsus de corde nostro omittamus, q̃ Deo non committamus, impense q; atq; propensè admodum offeramus. Facilè autem istud cor nostrũ, vt quasi ad hoc coact⁹ esse videatur, ad sibi solicitè prospiciendum labitur. Exemplo formicæ, q̃ congregat in æstate sufficientia sibi, quibus in hyeme cõseruetur. Idcò terminum statuit Dominus huic nostræ solicitudini, nè diem vnum prætereat. Nam & populus manè pro tota illa die colligebat manna: & pro sequenti altera die. Cautum erat diuino præcepto, ne quidq̃ prouideretur. Ideò n. Deus singulis diebus pluebat præter sabbatum; & certè ad quid laborare pro sequenti, quandò possibile est vt eadẽ nocte animam tuam repetant à te? Ad quid laborare in conseruando? Ad quis horrea destruere, vt ampliora sumptibus superuacaneis ædificentur? *Sufficit diei malitia sua.* Malitiam vocat necessitatem, quæ nos ad nobis prouidendum adigit, simulq; laborem huic impensum prouidentiæ; vt bonum illud sit solum, in quo Deo exhibemus corda & corpora nostra.

Exo. 16. 21.

23.

6 Heù homines, vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Vt quid inutilia de labiis vestris proficiscuntur. Vt quid in alieno infideles estis? Vt quid superfluos labores præoccupatis? communes anxietates, quę velut diluuium totam operiunt superficiẽ terræ, eleuent arcam animæ vestræ etiam super montes, vt discatis ab his, qui in vanum laborauerunt, & frustrà sudant cernere terram de longè, cœlis mente appropinquare, totos vos diuinæ prouidentię commendare. *Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere; & cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Moneris hoc Salomonis præcepto, vt non solicitum reddas proximum in crastinum; vt statim des, quod petita te, cum statim possis dare. Quod autem tu facere ruberis erga proximum tuum, num vel suspicari poteris, Deum, qui omnia potest, tibi illico necessaria non præstiturũ? Iubet vt arceas à fratre suo solicitudinem in crastinum, mox id, quo indiget illi prębendo. Quare dubitasti modicæ fidei, ne forte Deus, q̃ tibi nunc necessaria sunt, præstare differat? Modò des tu illi nunc, q̃ potes dare. Præbe illi cor tuum; quia, vt statim possis dare, omnem solicitudinem tuã auferet à te, vt nè quidem cogites de crastino. Qui cum vxore est, cogitat, q̃ sunt mundi, & diuisus est: quia tantũ de se ipso tribuit mundo, quantum de illo cogitat. Cogitatur autem corde: cor igitur de mundo cogitans longè est a Deo, quantũlibet illi labiis appropinquet, dicẽs: Domine, Domine. Qui sic diuisus est, Deo placere nõ potest, qui, quando fecit, totum hominem fecit, quando punit propter peccata sua, diuidit illũ, partẽq; eius ponit cum hypocritis, qui cordis intentione diuisi, terrena sapiunt, vbi tamen corporis conuersatione in cœlis diuersari videtur. *Reddite* ergò, *qua sunt Dei, Deo.* Qui totum dedit, totum recipiat; ne si totum non recipiat, totum reiiciat, & corpus & animam velit perdere in gehennam. Hoc sufficiat de primo præcepto.

Prou. 3.

1. Cor. 7.

Mat. 22.

Mat. 9. 4.

Ad secundum præceptum accedamus, q̃ tantò magis vrget, quantò minus quàm de nobis, de alienis conuenit solicitos esse. Et eò adhuc magis, quòd solicitudo illa ad nihilum valet, & ideo mittenda est foras & penitus abiicienda. *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Duo in his verbis Dominus præcipiens innuit: Culpam & Pœnam. Culpam, quia prohibet: *Nolite iudicare.* Pœnam, propter consequentem effectum. *Vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Duę igitur sint nostrę circa ipsum considerationes. Prima; quomodò peccatũ sit. Secunda, quàm noxium.

Vbi primùm nota, quòd iudicium duo significat. Per iudicium enim intelligitur discussio mentis decernentis, nũ res aliqua bona

bona nè sit an mala. Intelligitur etiam cõdemnatio alicuius, siue etiam punitio. Et in vtroque peccatur cõtrà præsentem Domini iussionem & prohibitionem. Quod vt diligentius expendamus, primò videamus, quomodo iudicium primo modo acceptum, peccatum sit, quando eo modo fit, quo Dominus illud prohibuit. Ratio autem propria quare peccatum sit, hęc est: quia est actus nobis non congruens. Christus, quando illum requirenti, vt diceret fratri suo, quòd secum substantiam diui-
Luc.12.14. deret, dixit: *O homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter vos?* Ostendit manifestè, non opus esse cuiusque hominis alios iudicare, nisi ab eo, qui habet authoritatem constitutam. Non enim hominis ex naturali sua conditione est quemquam iudicare, sed Dei. Ita enim Moyses iudices constituens super populum præcepit illis:
Deut.1.16. *Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus. Nulla erit distantia personarum; ita parvum audietis, vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam. Quia Dei iudicium est.*

9 Tria namque illi conueniunt, qui debet esse iudex. Primum est, vt sit Princeps, qui possit sibi iudicare subiectos. Hinc Psal-
Psal.2.10. mus: *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.* Secundum est, vt sit
Iac.4.11. lex in manu eius: *Vnus est* enim (inquit Iacobus) *legislator & Iudex.* Tertium, vt iustus sit, cum debeat iustè iudicare. Hinc
Sap.1.1. Sapientiam: *Diligite iustitiam qui iudicatis terram.* Primum & tertium sunt prorsus necessaria. Ideò de se ipso iudices institu-
Deut.1.15. ente scribit ipse Moyses: *Tuli de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos Principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Præcepique eis, quod iustum est iudicate* Principesque cõstituit, vt possent. Secundum autem, quod est legem ferre, non sic necessarium est, vt Iudex esse non possit, qui legem non tulit, sed hoc tantum ei conuenit, qui supremus est Iudex. Iudicium quippè vt sit, legem supponit. Nam vt iustum sit, necesse est, quòd secundum legem sit. Nam sine lege iudicum esse non potest: Iudicatur enim, aut iudicandus, legis sit transgressor aut obseruator. Et iudicium fertur, quando de aliquo quæstio est, nũ legem fuerit transgressus. Nam vbi de hoc quæstio nulla est, non est opus iudicio. Quoniam ergò tria hæc soli Deo conueniunt; propterea Dei iudicium est. Quoniam ipse est Rex Regum & Dominus dominantium, cui subiecta sunt omnia, & Dominus est cœli & terræ. Ipse legislator primus, cuius sapi-
Pro.8.15. entia legum conditores iusta decernunt, sequentes videlicet legem scriptam in tabulis cordis eorum, & quam Deus hominibus notam fecit. Postremò iustus est, &
Gen.18.26. rectum iudicium eius. Quamobrem Abraham illum alloquens super Sodomorum exterminium, sic dicebat: *Absit à te, vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. Nõ est hoc tuum, qui iudicas omnem terram.*

Dupliciter autem iudicatur. Vel exterio- 10
ri iudicio, vbi iudicialiter proceditur, & fertur sententia, & causa cadens condemnatur. Vel interiori iudicio, quandò apud se homo aliorum facta discutiens, vel iustificat eos vel condemnat, hunc iustum arbitrans, illum verò impium. Iudicium omne legem supponit, secundum quam iudicat, damnans transgressorem, liberans seruatorem. Lex autem vel interior insita
Gal.3.19. nobis, vel exterior est, scripta videlicet & pro mulgata. Hæc autem exterior propter transgressionem posita est, vt ait Apostolus; nempe vt peccata euidentius apparerent, & possent per manifestum iudicium ab hominibus quoque castigari. Nam si seruata fuisset naturalis, exteriori opus nõ
1.Tim.1.9. fuisset. Quod intendit Apostolus dicens: *Iusto non est lex posita, sed iniustis, & non subditis impiis & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, parricidis & matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus plagiariis, mendacibus & periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur.* Posita nihilominus est, vt secundum illam homines iudicare possint. Quibus, vt legitimum possent iudicium facere, potestatem dedit iudicium facere: confert enim non modicum, quòd homines instituantur iudices ad, seruandam pacem atque iustitiam, & vt fræno disciplinæ ho-

mines coërciti, faciliores se præbeant atque propẽsiores ad dirigendos pedes suos in viam pacis & salutis æternæ.

11 Peccatur autem iudicando ex primo capite, nempe ex authoritate. Primũ, si quis non constitutus iudex se adiucandum ingerat & intrudat: quia Dei iudicium est, & hoc in vtroque iudicio tàm videlicet interiori, quã exteriori. De exteriori manifestum est. De interiori quoque certum.

Rom.14.4. 10.12. Vnde Paulus. *Tu quis es qui iudicas alienũ seruum? Domino suo stat, aut cadit* Et infrà. *Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut quid spernis fratrem tuum? omnes enim stabimus ante Tribunal Christi. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo: non ergò amplius inuicem iudicemus* Vides cur hos iudices arguat, qui fratrem suum iudicant, super quem non habent iurisdictionem. Atque ita qui sic iudicat, iniurius est in proximum. Quis enim es tu, qui cõtra fratrem insurgis, quasi potestatem habens super eum, cum sis illi non plusquam frater aut proximus? Præterea etiam Deo iniuriam facis, seruos suos iudicare præsumẽs, & quod solius Dei est, tibimet ipsi tribuens. Dei seruus est ille, qui propterea Domino suo stat aut cadit, illi rationem reddit siue de statu siue de casu suo num steterit rectus in obedientia legis suæ, num ceciderit ab illius obseruatione. In hoc ergò peccas, quasi Deo surripiẽs seruos suos, tibique contra fas faciens esse subiectos. Dei iudiciũ est, qui est Dominus omniũ.

Psal.81.8. Vndè Psalmus: *Surge Deus iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.* Omnes (inquã) *gentes tuæ sunt, tibi subiecta: iudica ergò terram omnem quam gentes habitant.* Qui ergò sibi iudicium arrogat, sibi & regnum & dominationem arrogare videtur. Cogitatio & cognitio tanti criminis arceret facile temerarios, qui audent sibi arroganter Dei iudicium vsurpare.

12 Ex secundo capite, nempe ex legislatione diuus Iacobus hos temerarios iudices criminatur, dicens: Iac.4.11. *Qui iudicat fratrẽ suum, iudicat legem: si autem iudicas legem, non es factor legis sed iudex. Vnus est legislator, & iudex qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum?* quasi dicat. Ad legislatorem propriè pertinet iudicare, nisi alteri suas committat vices. Vnus quippe est legislator, & iudex. Tu verò quis es, qui nec legem eõdidisti, nec ab alio iud eidi potestatem accepisti? quis es, vt tibi arripias quod tuum nõ est? Tantam prius oportet te potestatem habere, vt legem condere possis, discernere inter iustũ & iniquũ, vt iustitiam decernere valeas. Hoc solius est Dei, cui canitur: *Mandasti iustitiam testimonia tua & veritatem tuam nimis.* Psal.118. Non est hoc tibi datum desuper. Qui hominem legitimè iudicat, prius de lege iudicium tulit, iudicans & decernens, illam esse iustam. Non enim ideò Rex cœlestis iustè iudicat, quia sic lex præscribit: sed lex ipsa a suo iudicio profecta est, qui illam iudicauit, illam præscripsit, illam decreuit, illam promulgauit. Itaque qui hominem iudicat, legem prius iudicauit. Vnus legislator, & Iudex. Si tu tibi ergò iudicium arrogas in hominem, arrogas & in legem: & tamen factor nõ es legis, sicut nec hominis. Quantam ergò facis iniuriã Deo? Præterea num eu potes perdere, aut liberare quemquam? Qui legem statuit, vindex est quoque in his, qui illam transgredientes male operantur. Quomodò ergò iudicas, quem neque perdere vales nec liberare? Vanè, ne dum iniquè iudicas, vanè condemnas, vanè iustificas. At iudices constituti habent, vnde perdere valeant & liberare; quoniam qui dedit eis potestatẽ iudiciũ facere, dedit & benè facere aut malè. *Non enim sine causa gladiũ portant.* Rom.13.4. Quapropter Pilato dicenti: *Nescis quia potestatem habeo, crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?* Respondit Dominus: *Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* Vndè etiam illud documentum sapientis est: *Noli quærere fieri tudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates.* Eccl.7.6. Quid ergò (vt inquit Paulus) Rom.14.10. iudicas fratrem tuum, quando iudicium tuum frustratorium est?

13 Ex tertia conditione, quæ est iustitia, sumopere peccatur tam in exteriori, quam in interiori iudicio. Vnde iudicibus potissimum intimatur. Quod iustũ est iudicate. Et adiicitur quòd nõ respiciant personam homi- Deut.16.

hominis, siue paruus sit, siue magnus; siue ciuis, siue peregrinus; causam non personam attendentes Et nè propter ignorantiã causæ iniustam ferant sententiam, illis iniungitur; vt diligenter quærant veritatem, & quod in ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur. At verò quod qui interius iudicant, aut spernunt fratrẽ suũ, necessariò falsè iudicent, manifestum est, cum iudicialiter nõ possint discernere verum. Hinc Paulus: *Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, Dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoad vsq; Dominus veniat qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Vbi apertè causam tangit, cur iudicandum non sit, quoniam videlicet causa nos latet, quandò neque homo seipsum sufficienter cognoscit, vt se possit saltem iustificare. Expectanda ergò illuminatio.

Deut. 17. 4

1. Cor. 4. 3.

14 Ex his habetur quòd in iudicio interiori homo semper peccat. Peccat autẽ multipliciter. Primò quia se iudicem constituit illegitimè, accipiens sibi honorem, quem Christus ipse à se noluit accipere. Quis me constituit iudicem? Inquit. Constitutus a Deo iudex viuorum & mortuorum & potestatem dedit ei iudicium facere, sic scriptum est. Neque parua res est, quam vsurpat homo, sed maxima, socia videlicet, & comes infinitæ Maiestatis. Secundò, quia iustum iudicare non potest, vt iam patet. Et secundum hoc etiam iudicat legem, quod erat aliud caput, q̃ bona est; & mandatum, quod est sanctum, iustum, & bonũ. Qui enim iniustè iudicat, legem damnat, quasi malè dictantem, quandò ex suo falso iudicio iste, qui peccauit in legem, iustus est; ille autem, qui legem seruauit, iniustus est. Benè ergò Iacobus: *Qui iudicat fratrẽ suum, iudicat legem* Et hinc sequitur tertia ratio, culpans hoc peccatum. Porrò iniustè iudicando peccatur; qui autem peccat, iudicari debet, nõ iudicare. Nam Christus dicens: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat*; Notat noxium nõ debere iudicare alios etiam peccatores; quantò minus iustos? Iustus autem quisq; præsumendus est, donec probetur malus. At in tuo iudicio non probatur ex dictis. Ergò peccans non peccantem iudicat. Quartò, quia radix huius iudicij mala est. Quid enim te, cum non sis iudex constitutus, mouet ad iudicandum? certè aut superbia, sicut Phariseum dicentem: Nõ sum sicut cæteri hominum, raptores, adulteri, velut etiam hic Publicanus. Vel odium, quod impedit animum, nè possit cernere verum. Vel alia passio etiam amoris: quos enim odimus, damnamus; quos amamus, hos iustificamus. Sic Pharisæi contra Christum. Quibus ideò dixit: *Nolite iudicare secundùm faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Secundum faciem iudicabant dicentes: Nonnè hic est faber, & fabri filius? Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Quos certè odium impellebat Sed se amantes, se se iustificabant ducentes adaquare iumentum, & de fouea extrahentes.

Luc. 12. 14.
Act. 10. 42
Ioan. 5. 17.
Rom. 7. 12.
Iac. 4. 11.
Ioan. 8. 7.
Luc. 18. 11.
Ioan. 7. 24
Marc. 6. 3.
Mat. 13. 55
Ioan. 9. 16.
Luc. 13. 15.
Mat. 12. 11

15 Si autem iudicium, vt est alienorum factorum discussio, peccatum est, quantò magis vt est ipsius proximi condemnatio? Hic enim Christus eos potissimum habet in causa, qui proximũ condemnant. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides?* Vbi de duobus reprehendit. Primum de falso iudicio. Secundò de falso zelo; sumpta similitudine ab oculo; vbi magis videt homo alterius peccatum, quàm suum. Qua in re supponit, quòd omnes sint peccatores: sed discriminatim, qui plus, qui minus. Omne autẽ peccatum impedit oculũ, nè videat rectè: propterea minus peccatum assimilatur festucæ existenti in oculo: maius verò trabi. Vel festuca est peccatum non verum, sed iudicatum: trabs autem verum peccatum. Vnde mirum est, quomodo habens trabẽ in oculo proprio, videat festucã in oculo alterius. Quod cum impossibile sit, argumentum est falsi iudicij eius & malæ affectionis, qua ad tale iudicium mouetur. Quod est contra præceptũ Sapientis. *Intellige, quæ sunt proximi tui ex te ipso* Quia tibi places, misericordia vteris in te iudicando; excusas peccatum tuum; in aliũ vel in diabolum

Eccl. 31. 18

bolum reiicis. Cur ergo austerus es con-
ta proximum tuum? cur putas prohibi-
Exo.23.19 & 34.26 tum? Non coques hædum in lacte matris
suæ? coquere hædum, qui est figura pecca-
toris, est adducere eum in iudicium. Finis
Psal.48.25 hædi est comestio eius. Ideò coctio est iu-
dicium, quo peccator ad suum finem du-
citur, vbi mors depascet eum in inferno.
Non ergo iudices eum in lacte matris suę,
affectu videlicet materno, dulci, & placi-
do. Nè te, qui peccator es, iudices. Quod
si facis. Cur austerus es in proximum? cur
Ec 31.18. in aceto coquis illum? Intellige ergò, quæ
sunt proximi tui ex te ipso. Fallus zelus re-
16 prehenditur dùm dicitur. *Aut quomodo dicis fratri tuo. Sine, eiiciam festucam de oculo tuo. Et ecce trabs est in oculo tuo?* Vide quæ-
so cõtraria. In iudicando, austerus es proximo, tibi mollis. In zelando, de illius sa-
lute solicitus, de tua oblitus. Quomodo possunt hæc fieri? quia vbique falsitas: fal-
sus es in iudicando, falsus in zelando: non iustè iudicas, non verè zelas. Audi Veritatem. *Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.* Fingis ergò zelum, quem non habes. Non enim sibi hæc duo cohærent, quòd zeles salutem proximi, non verò tuam. Nam ex te intelligenda sunt, quę sunt proximi tui; & dilectio tuimet est regula & mensura dilectionis proximi. Qui ergò se non diligit, non diligit proximum. Vndè rectè. *Quomodo dicis fratri tuo: sine, eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo? Quomodo* (inquam) *dicis?* Qua ratione id facis? Quid ad hoc te mo-
uet, quod est contra rationem? contra na-
turam? contra legem? contra debitum? cõ-
tra vtile? Nulla est ratio, cur hoc præstes, cur hoc facias. Nam ratio, & natura, & lex iuber, vt te ipsum prius cures, vt magno tuo malo remedium adhibeas, antequam paruo proximi. Et hoc maximè, quòd im-
possibile sit fieri. Tanta trabs quomodo fi-
nit, vt videas paruam festucam? quam si non videas, quomodo eiicies illam ex o-
culo fratris? ô veritas quantam in nobis stultitiam discooperit?

17 Rursus si quis iudicat proximum, in eo peccat, quod falso iudicio iudicat, falsum zelum ostentans, qui odio potius mouetur vel superbia. An non peccat, qui proxi-
mum spernit? qui despicit? qui confundit? Arguit Christus falsum iudicium falsumque zelum. Nonne ergò magis proximi arguet despectionem & detractionem? de-
quitur autem hæc communiter temere præsumptum iudicium. Ideireò Iacobus iudicio adiecit detractionem: *Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem, detrahit legi, & iudicat legem.* Ecce quomodo iudi-
care legem est illam condemnare: Iudicia ista falsa, detractiones gignunt, despectio-
nes, opprobria, vt necesse sit despectis & spretis clamare ad Dominum: *Miserere nostri Domini, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.* Vide & con-
cordantem Apostolum: *Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Aut quid spernis fratrem tuum?* Qui iudicat, spernit fratrem, quasi iniustum, quasi præuaricatorem, quasi in-
dignum humano aut publico conuentu, ac si leprosus esset. Propterea enim & Pha-
risæi vitio dabant conuersationem Christi cum publicanis. Quare (inquiunt) cum Pu-
blicanis & peccatoribus manducat & bibit Magister vester? Huic tanto vitio ac ma-
lo, ecce quale Apostolus adhibet remedium: *Omnes stabimus ante Tribunal Christi, & vnusquisque pro se rationem reddet Deo.* Chri-
stus legitimus iudex est & iustus vindex. Omnes stabimus ante Tribunal eius: O-
mnes ab illo iudicandi sumus. Quid tu præ-
uenis iudicium eius? Quis tibi dedit hanc potestatem? iudicabit ipse in tempore op-
portuno. *Cum accepero* (inquit) *tempus, ego iustitias iudicabo.*

18 *Itaque fratres* (ait Paulus) *nolite ante tem-
pus iudicare, quòad usque Dominus veniat.* Cum autem venerit ille, arguet mundum de peccato in æquitate. Et tunc vnusquis-
que pro se rationem reddet Deo. Non tu pro fratre, quem iudicas, non ille pro te, nisi qui peruertere fecerit peccatorem, qui curam non habuerit sibi creditarum ani-
marum. Sed adhuc tamen & ipsi pro se ra-
tionem reddent Deo. O rationes, cur non sit iudi-

sit iudicandum. Quis si illas attendat, adhuc iudicabit? lingua cordis tui sententiam contra proximum tuum proferens,
Im.16.18. illa est, de qua dicit Salomõ. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.* Cor prauũ, mens obliqua, animus tortuosus, linguam habens fallacem, loquitur vanitates: quia malè cogitãt: quia vbi deberent veritatẽ quærere, sibi vacare, inutilia dimittere, se ad aliena facta spectãda conuertunt; nõ verò si bona fecerint, vt congaudeant & imitentur; aut si mala, cõpatiantur & auxilientur: sed vt mala exprobrent, & in mala etiam, quæ bona sunt, cõuertant; sic operãtes ruinas, veras sibi, proximo falsas, & interdũ plurimis quoq; veras. Nocet semper sibi, qui sic loquitur, malè iudicans; quia semper peccat, indignumq; se reddit diuinâ misericordia. Fingit ruinas in proximo, æstimans illum iniquum, & fortè etiam cupiens illi quasi facinoroso diuinas punitiones. Sed quoniã os lubricum, quod facilè quo plenum est libenter effundit, quomodò interius iudicauit, cõdemnat exterius: sicut spreuit, sic detrahit: sicut cotẽpsit, ita cõfundit: Quot hoc pacto quantasq; ruinas operatur? linguam interiorem si non frænasti, quanam ratione aut vi compesces exteriorem? os lubricum operatur ruinas. Qui malè cogitat, malè loquitur; qui maledictum cõcinnat in animo, in ore profert maledictum. Et quia homo de se præsumens, alios propè omnes malo iudicio prosequitur; propterea in omnes effutit sua maledicta; nemini parcens; cũctos, qui sibi obiiciuntur, condemnans & calumnians. Vt bene dixe-
Prou. 26.2 rit Salomon: *Sicut auis ad alia transuolans, & passer quò libet vadens; sic maledictũ frustrà* id est sine causa *prolatũ, in quempiam, superueniet.* Et hoc non opus est, plenum ruinarum? Quiescite ergò cogitare peruersè, dicere peruersè, agere peruersè.

SECVNDA PARS.

19 QVAM sit noxium peccatum istud, quo proximus malè iudicatur, notat Dominus his verbis. *Vt non iudicemini. Nolite* (inquit) *iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Effectus sequens hoc peccatum, illius grauitatem & detrimentum indicat. Comuniter enim causę vis in effectib. declaratur, tam in malo quã in bono. Sic bonitas Dei manifestatur in his, quæ fecit, quæ sunt omnia bona. Malitia transgressionis Adã in subsecuta morte tã sui, quam omniũ filiorum suorũ, vsq; in finem sęculi; quin & sine fine omnium sæculorum, in quibus morte æterna punitur transgressio impiorũ, quæ ortum habuit a prima illa Adam. In frequens Moyses populo vt ostenderet, quãta esset legis vis, quid obseruatoribus indè proueniat, quid transgressoribus, perspicuè manifestat: Indè sunt maledictiones, indè benedictiones, quæ maxima cum solemnitate, iubente Deo, in distinctis montibus à distinctis tribubus pronuntiatæ sunt. Dominus ergo ad exaggerãdam malitiam mali huius peruersiq; iudicij, dixit. *Vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini.*

Gen. 1. 31. 2. 17. *Deut.* 11. 26. 29.

Iudicari autem hoc loco, vt sæpè in aliis 20
scripturarum locis, accipitur pro condemnari. Nàm certũ est, omnes viuos & mortuos esse iudicandos, tàm iustos quàm iniustos. Si autem hic dicitur: *Nolite iudicare, vt non iudicemini.* Planum est ex iudicio nostro nõ sequi iudicium illud cõmune, quo etiam iusti iudicandi sunt; sed speciale illud, quo impij iudicantur & cõdemnantur. De quo Psalmus: *Sepulchrũ patens* *Psal* 5. 11. *est guttur eorum, linguis suis dolose agebant; iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, Domine.* Ita & Apostolus: *Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Vbi manifestum est, pro eodem accipi, & iudicari & puniri, siue in tempore siue in æternitate. Dum iudicamur igitur, damnamur. 1 *Cor.* 11. 31

De hoc ergò effectu, qui est damnatio, 21
sequẽs iudicium proximi, duo videamus. Primũ; quam sit noxius, & quam sit iustus. Quam videlicet homini noceat, & quam iustè illi conueniat. Primum illius videlicet detrimentum indè apparet, quòd cum

omnes peccauerint, & egeant misericordia Dei, nihil prorsus illis potest esse nocētius, quam à Dei misericordia propulsari, atq; sine illa iudicari. Quod timēs Propheta rogabat: *Non intres in iudicio cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Quid prodest homini etiāsi vniuersum mundum lucretur, & ab fuerit ab illo misericordia Dei? Fac, verum dixerit Satanas de Regnis omnib. mūdi, & gloria eorum: *Omnia tradita sunt mihi, & cui volo, do illa.* Et dicas illi: Si tibi tradita sunt, cur non tibi ipsi seruas? Cur illis nō frueris, atq; in ipsis delectaris? Quidquid damnato contingit, totū illi pœna est, totum exitiū; vbi abest Dei misericordia, omnis adest miseria, q̄ sinè ipsa misericordia leuari non potest. Habeat Princeps huius mūdi, totū ipsum mundū in potestate sua; Num inde colligit fructū? Num inde delectatur? Num indè boni quidquā haurire vnquam poterit? Sibi grauis est, tormentū, cruciatus. Et quoniam omnes cupit suæ damnationis esse participes, propterea illis dat mundū, vt eodem & ipsi obruantur, opprimantur, & conterantur. Studet enim, vt & illi æq; ac ipse, illum possideant, nempè ad ruinam atq; tormentum; vt perpetuò sine Dei misericordia iudicentur & crucientur. Non ergò sine illa prodest quidquam, sed obsunt vniuersa. Quid profuit Balaā, quòd cum Deo loqueretur? quòd futura cum veritate prædiceret? quod tantę esset potestatis, quantam exprimit Balac Rex Moabitarum, dicens: Noui quòd benedictus sit, cui benedixeris; & maledictus sit, in quem maledicta congesseris. Quid illi munera profuerunt à Rege illo ei collata? pronunciet ipse de se suam damnationē: *Dixit homo, cuius obturatus est oculus; dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius.* En sua damnatio, ab eodem prædicta. Quin tādem à populo interfectus est. Dona, neque spiritualia neque temporalia quidquam iuuant, vbi non est gratia Dei & illius misericordia. O ratio potentissima, quamobrem à temerè iudicando proximum debeamus abstinere.

Ps. 142. 2.

Luc. 4. 6.

Num. 22. 6

Num. 24. 3

Num. 31. 8.

22 Iuuat etiam considerare, quam meritò, qui alterum iudicat, à Deo sit iudicandus. Quod manifestum est, cùm ex ipsa rei natura, quam innuit Dominus dicens: *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini,* tū ex regula illa generali, quam diuina statuit prouidentia. *Eadē mensura, qua mensi fueritis remetietur & vobis.* Quod res sic postulet, indè monstratur. Se ad homines habet Deus, sicut sol ad stellas: secundū verò dispositiones stellarū solis claritas recipitur ab eisdem: ità superni splendoris radij plus, vel minus terrenos illumināt homines, sicut ad illos varias habent in se præparationes & dispositiones. Ità & secundum dispositionem materiæ ab ea recipiuntur formę. Hinc alia ex terra, alia ex aquis De⁹ ipse formauit. Quod benè nota. Ideò Deus prædisposuit populum suū, vt dignus esset possessione terræ promissæ: quapropter dedit illi primùm legem: & quandò rebellis recusauit illam, vt denuò disponeretur ad illam ingrediendam, retentus est in deserto quadraginta annis, donec rebelles omnes interirent. Sic & daturus Abrahā promissum semen, in quo benedicendę essent omnes nationes terrę, longa expectatione exercuit illum, ac demùm circumcisione quasi purgauit illum. Et primam radicem huius hominis nempè Isaac speciali sanctitate illustrauit, quem sibi offerri iussit, quē in terra illa natum, ex ea nunquam exire voluit. Scito ergò de te faciendum id esse, quod tua postulat dispositio. Et siquidem arbor fueris infructuosa, excideris, & in ignem mitteris: si autem fructum bonum gignes, custodieris à Deo.

Exod. 20.

Ios. 4.

Gen. 17. 21

Gen. 22.

Gen. 26.

Mat. 3. 10.

23 Congruentissima est igitur consecutio, vt, si iudices, iudiceris. Qualis est enim arbor, ex qua semen prodiit, talis est arbor, quæ ex illo semine exurgit. Nàm in semine virtus est arboris illud producentis, ex qua virtute eiusdem naturæ lignum nouum generatur: vt ex pyro pyrus; castanea ex castanea; ex vite vitis; ex ficu ficus. Meritò ergò ex iudicio iudicium; & iudicium sine misericordia iis, qui non faciunt misericordiam. Et qui vocantem sapientiam non audiuit, inuocans illam non audiatur ab ea. *Quia vocauit, & renuistis: Tunc inuocabit me, & nō* 28. 33. *exau-*

Iac. 2. 13.

Pro. 1. 24.

exaudiam. Qui autem audierit me, absque terrore requiescet. Et de impio scribit Salomon: *In multitudine stultitiæ suæ despicietur* Qui videlicet à se lumen veritatis repellit, stultè se gerens, absq; lumine in tenebris conticescet, seductus ab errore viæ suæ. Iustè ergò iniustum iudicium, iusta plectetur damnatione. Iudicasti absq; potestate; à potestate iudicaberis. Insipiès protulisti iudiciũ; sapiens te examen prosequetur. Iniquè egisti proximum tuum iudicans; maximâ æquitate & iustitiâ pœna à te exigetur iniquitatis tuæ. Tui oblitus superuacaneè proximum curare voluisti videri; te in te ipsum impellent, vt tuã videas, sentias, sustineas impietatẽ, vt aliorũ præterea considerare nõ valeas. Sedisti super thronum, non tibi præparatum, factus à te ipso iudex iniquitatis; ergò dicetur tibi: O homo, quis te constituit iudicem super alienum seruum, super fratrem tuum, super eum, qui non tibi subiectus, sed proximus est? Arripuit iudicium manus tua, non accepit â Deo; arripiet te, velut torrens ignis, iudicium cum gladio exiens de ore sedentis in throno, & iudicantis orbẽ terræ in æquitate. Ergò à iudicio parcite menti vestræ, *Vt non iudicemini.*

Prou. 5. 22.

24. Hæc diuina iustitia mirificè exaltat illius misericordiam, quòd videlicet in manibus nostris posuerit iudicium suũ, statuens *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Crudelis ille tyrannus Adonibezech, qui regnauit in Bezech, vidit hanc diuinã æquitatem, rationis plenam, quandò sicut alijs ipse fecerat, sic factum fuit illi. Multi recipiunt secundùm eorum merita, & indignantur, quasi liceat illis facere quod libet, & hoc impunè; ità excæcauit eos malitia eorũ, non attendentes, ꝙ commeruerunt; verùm id solum, quod patiuntur. Sic Saul non considerabat, quòd Deus illũ ob suam inobedientiam repulerat, nè regnaret; sed hoc solum attendebat, quòd Dauid regnaturus esset pro eo. Ideò non culpam cuiabat emendare, sed pœnã tantummodò amouere. Qua in re culpã aggrauabat, de qua certior pœna consequeretur, & cõsecuta est. Sic Semei ille de cognatione domus Saulis factum Dauid considerabat, non causam; & de vtroq; iniquũ faciebat iudicium dicens: *Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti Regnum pro eo. Et ecce premunt te mala, quoniam vir sanguinũ es.* Non sic Adonibezech, de quo scriptũ est; quòd Tribus Iuda persecutæ illum cõprehenderunt, cæsis summitatibus manuũ ac pedum. Dixit enim: *Septuaginta Reges amputatis manuum, & pedũ summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias, sicut feci, ità reddidit mihi Deus.*

Iudic. 1. 7.

1. Reg. 18. 26. & seq.

2. Reg. 16. 7

Iudic. 1. 6.

Voluit hoc Deus in lege considerari. In qua statuit: *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede, adustionẽ pro adustione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.* Et alibi: *Qui percusserit, & occiderit hominẽ, morte moriatur. Qui percussit animal, reddet vicarium*, id est animam pro anima. *Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum, sicut fecit, sic fiet ei. Qualem infligerit maculã, talem sustinere cogetur.* Quãuis autem in lege Euangelica docuerit: Non resistere malo, sed magis benefacere: non propterea tamen sustulit debitum iustitiæ, sed nos docuit misericordiã proximis exhibere, seruans sibi iustam vindictã. Qua in re si nunc, quandò est tempus beneplaciti & gratiæ, rigidi fuerimus iudices in fratres nostros, amplius accipiemus iudicium. Neq; enim lex Euangelica, peccantes & non pœnitentes absoluit à pœna, sed ampliori iudicio reddit obnoxios, qui magis gratiæ aduersarij fuerint & misericordiæ. Docuit ergò lex Moysi quid iustitia flagitet pro delictis. Docet Euangelium, nos non debere iustitiam prosequi, sed Deo committere, quod iniustè patimur: magis rogantes: *Domine ne statuas illi hoc peccatum* Expectat enim Dominus, donec misereatur, nolens aliquem perire. Sed impœnitentes acriori pœna plectentur. Ergò immisericordes, qui clementiæ aduersantur, ampliori iudicio deputantur. Quid autem clementius, quam in nostra ponere potestate suum iudicium?

25. Exod. 21. 24.

Matt. 5. 39.

Act. 7. 59.

Stat sententia *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Quale vis, tale fac iudicium.

26.

Non vis reddere animam pro anima? abhorres hunc rigorem iustitiæ? clementiam postulas? ecce tibi ad illa aperta via. *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Esto pius, esto misericors; desine iudicare; æqui bonique consule ea, quæ patent hominibus, noli secreta rimari. Dominus solus intuetur corda, omniaq; nouit hominum consilia: sit ipse iudex. Tu autem attende tibi, vt dicere possis cum Propheta: *Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.* Ita enim monet Salomon: *Palpebra tuæ præcedant gressus tuos.* Ratio dicta est ab Apostolo: quia videlicet *vnusquisque pro se rationem reddet Deo.* An minimum est opus istud, vt se negligat, & aliorum opera, verba & consilia discutere, examinare, iudicare velit. *Ne comprimaris in conuiuio.* Monet Sapiens. In conuiuio vnusquisq; sibi manducat & bibit, non alteri. Ne igitur ita comprimaris, vt hinc indè alios sentias, alij attendas, sed tibi soli attendas. Ita nunc quæcunque agimus, dicimus, cogitamus, nostra sunt. *Referet vnusquisq; propria corporis, prout in corpore gessit, siuè bonum, siuè malum*; de his nostra sit solicitudo.

Psa. 118. 59.
Prou. 4. 15.
Rō. 14. 10.
Eccl. 31. 17.
2. Corint 5. 10.

27. *Et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Arcens à iudicando, nos eleuat ad hanc regulam generalem, sub qua continetur, quod dictum est de iudicio. In qua sicut magna nobis Dei misericordia reuelatur, sic & reuelatur ira Dei de cœlo, super omnem impietatē & iniustitiam hominum eorum, qui ad vitam euocati diligunt mortem; qui diuinam clementiam trahunt ad iustam sententiam. Dauid benè hanc regulā apprehendit, quandò post misericordiam præstitam Sauli se persequenti, cuius vitæ pepercit, cum posset illum dormientem interficere: dixit illi: *Dominus retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam & fidem; tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & noluí extendere manum meam in Christum Domini. Et sicut magnificata est anima tua hodiè in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni angustia.* Quid aliud sanctus vir iste postulat, nisi quòd regula ista monet, & pollicetur. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis?* lumen naturæ, lumen doctrinæ, lumen gratiæ, lumen diuinæ promissionis & reuelationis, regulam istam edocebunt. Non tanta est in elementis proportio; nō tanta inter cœlum & terrā: non tanta inter corruptibilia & incorruptibilia; non tanta inter diuersa sæcula & præcedentia & sequentia; nō inter varios diuersarum naturarū effectus tanta est respondentia, quanta est huius regulæ cōgruentia, quanta firmitas, quāta certitudo. Quod sperauit Dauid, q̄ petijt, id firmiter consecutus est; liberatus de omni angustia; saluatus de manu persequentiū: euect⁹ ad apicem Regni; donatus requie ab omnibus inimicis suis.

1. Reg 26. 23.

In hac regula & Sapiens suam illam sententiam collocauit ac roborauit: *Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis.* Qualem te gesseris erga patrem tuum, tales erga te experieris filios tuos. Si patrem honoraueris, à filijs honoraberis; si secus feceris, non fallit regula, non erit tibi filiorum iucunda successio. Ita enim idem Dauid modestè cōminans Sauli persequenti, iustam illius futuram punitionem, pnuntiauit: *Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus & te:* Sicut & in prouerbio antiquo dicitur: *Ab impiis egredietur impietas.* Prouerbiū hoc ex regula illa ortum est. Impius in alium, in seipsum impius est. Impietas sua sibi erit exitio. Consumetur nequitia peccatorum, id est, secundùm literam Hebraïcam; consumet nequitia peccatores. Ærugo ferri ferrum rodet; humor ligni lignum corrumpet: aqua sibi dimissa, si non moueatur, fœtet, facta sibi corruptio. O quanta huius regulæ veritas, quanta est virtus! Saul ipse dum actu persequitur Dauidem, dùm quærit ad necem; videns & manu tangens eius mansuetudinem, cogitur à veritate in hæc verba prorumpere, & cum fletu: *Iustior tu es, quàm ego: Tu enim tribuisti mihi bona; ego autē reddidi tibi mala; sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo, quod hodiè operatus es in me; & certissimè scio quod regnaturus sis.* Victus impius Rex tanta pietate Dauidis, tanta patientiæ ipsius potentia, rogat pro illius salute, quam ipse insectatur:

Eccl. 3. 6.
1. Reg. 24. 18. 20.
Psal. 7. 10.

ctatur: totis totius regni sui viribus conatur illum interficere ; & tamen precatur Deum, vt illum saluet, eripiatq; de manibus suis. Neq; oratione contentus, ēt assertione cōfortat, & confirmat ; *Certissimè scio, quòd regnaturus sis.* Quē tamen postmodum nō destitit persequi; veritas in ore, impietas in opere. Hæc ità stabilientia regulā istam: *in qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis*, volūt eam in cordibus nostris impressam esse fortissimè.

19. Sapientes ordinationē mundi considerantes sapientiam didicerūt. Discite iustitiam vos, qui cæteros iudicatis. Non est opus nobis in longinqua discurrere. Manete in vobis ipsis, legite in tabulis cordis vestri, & inuenietis virtutem, & iustitiam apprehendetis. Tu homo vel iustus sis, vel iniustus; vide vias tuas ; scito quid feceris: bonum bonos tuetur: malum malos perdit ; *Comedet vnusquisq; fructus viæ suæ. Desiderium suum iustis dabitur. Desiderium peccatorum peribit. Nouit Dominus viā iustorum & iter impiorum peribit.* Quò vadunt omnes homines ? Omnes quærunt quæ sua sunt. Quærunt bona sibi. Bonum appetunt omnes, expetūt, exquirunt Si ambulant vias terræ; si perambulant semitas maris; si pennas sibi assumunt, sicut volucres cœli currentes, decurrentes, peruolantes, & nunq̄ in eodem statu permanentes, nihil quærunt aliud quàm bona sibi. Nouit Dominus viam iustorum, probat illam, deducit per illam, confortans & dicens: *Quarite & inuenietis Comedite bonū, & delectabitur in crassitudine anima vestra.* Econtrà iter impiorum peribit: *Decident à cogitationibus suis* : semper quærentes, & nunquam inuenientes: vmbras prosequētes, vmbras & phantasmata apprehendentes; & nihil tandem inuenientes in manibus suis. Discе ex te ipso quæ tua sunt. Si ex te ipso discis, quæ sunt proximi tui; discе magis, quæ tibi euentura sunt, siuè bona siuè mala ; si benefeceris , statim recipies ; si malefeceris, statim in foribus aderit peccatum tuum. Quoniā in qua mensura mensus fueris, tibi remetietur. *Non* enim *iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri.* Quoniam *reddet vnicuiq; secundum opera sua. Quoniam iustus Dominus, & iustitiam dilexit:* & *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Hæc igitur cogitantes, omnem solicitudinem abjiciamus , siuè erga nos siue contra proximum, & ad cœlestia suspiremus, de illis duntaxat soliciti, vt ea tandem consequamur gratia Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Psal 10 7. Matt. 5 7.

CONCIO SECVNDA.

Argvmentvm.

Improbatur solicitudo ista nimia rerum temporalium: hortamur ad illam cœlestium. Iustè iudicatur à Deo, qui alium iudicat. In morali suadetur solicitudo salutis.

QVAM suauem possemus vitā agere, si animam intendentes in illud Salomonis Prouerbium: *Vnguento, & variis odoribus delectatur cor; & bonis amici consiliis anima dulcoratur* : intentas Iesu Christi Domini nostri consilijs aures præberemus. Amicus ipse est, qui amat animas ; bona sunt illius consilia , quæ saluti prosunt , & huius vitæ & futuræ. Neque huic dulcedini quantumuis vnguenta pretiosa, aut varij odores valent comparari; quòd non tanta sit eorum ad cor delectatio, quanta est ad totam vitā ex verbis Domini suauitas & dulcedo. Quam rem consilia eius , in præsenti lectione nobis data, demonstrant euidenter. Quæ enim vitæ æquabilitas omnibus esset, si non solicitarentur in crastinum , si proximi iudicijs non occuparemur ? Illud etiam sapientis dictum obseruantes: *De ære, qua te non molestat, ne certeris.* Hæc igitur bona , sancta vtiliaque consilia , promptâ suscipiamus & mente & voluntate. *Nolite soliciti esse in crastinum. Nolite iudicare vt non iudicemini.*

1. *Prou. 27. 9.*

Eccl. 11. 9.

Vbi apertè videmus, Saluatorē nostrum vtilia nobis proponere , quæ & huic tempori , quo viuimus super terrā, valde conducunt , & in alio sæculo nobis prosunt.

Diuisio.

Isa 48. 17. Iuxta quod dixerat in Propheta : *Ego Dominus docens te vtilia.* Et hoc maximè vbi prima facie appositum videtur Et vt partē primā aggrediamur, qua solicitudo in crastinum prohibetur: sapientia atq; prudentia ab omnibus iudicatur, quòd quis futuris necessitatibus tempore prospiciat opportuno. Vnde Saloman ipse docet : *Qui cōgregat in messe filius sapiens: qui aūt stertit æstate filius cōfusionis.* Pigrum causatur, dicens; *Propter frigus arare noluit : mendicabit ergò æstate, & non dabitur illi.* Rursus: *Cogitationes robusti semper in abundantia: omnis autē piger semper in egestate est.* Illum quoq; ad formicam, vt sapientiam discat, mittit. Sed eccè plusquam Salomon hic, ita docens & hortans: *Nolite soliciti esse in crastinum.* Vt ergò appareat veritas, quę vtrumq; conciliet, & ostendat verum atq; conducens suadere.

Preu. 10. 5.

Prou. 20. 4

Prou. 21. 5.

Prou. 6. 6.

2. Sciendum est, quòd in prouidentia futurorum duo possunt contingere. Alterum est labor & diligentia : Alterum est animi solicitudo & anxietas quædā. Et illa quidem bona est & vtilis, hæc verò culpabilis & molesta. Vterque quod sibi congruebat, docuit. Salomō plurimum docet, quæ cōmuni hominum conuictui conducunt, hominis componens mores, quatenus ad præsentem vitam sapientē ducendum faciunt. Sed cum parabolæ sint dicta & enūtiata, eleuandæ sunt ad apertam veritatem rerum spiritualium, quæ spectant vitā virtutis & sanctitatis. At Christus iam non in prouerbijs loquitur, sed apertam annunciat veritatē, loquens de Regno Dei. Propterea quoniam in labore, & diligentia prospiciendi in futurum anxietas plurimū interuenit, cautelā adbibet Christus, qua ipsam amouet solicitudinem : simul docens, quod perfectum est, & legi suæ congruit, quæ altior est, quàm vetus, secundum ea, quæ in vtraque in primis manifesta sunt, atq; euidenter apparentia Adeò quod, & si liceat in crastinum prouidere, perfectius tamen atq; excellentius sit, de crastino nè vel cogitare.

3. Qua in re duo admodū præstantia, suâ, qua pręditus est, charitate & sapientia nobis ingerit, Hoc quidem, quod molestia nos leuat: illud verò, quod mentē immaculatam reddit, solutam & expeditam : in vtroq; docens vtilia. Propterea si eleuentur Salomonis prouerbia ad documenta salutis, illis admodum cōfert, quod docet Christus: Intendas ergò Salomon, quòd dum tempus habemus, operemur bonum spectās ad Regnū Dei. Sit huius rei exemplū id, ꝙ in libro Ecclesiaste docet: *Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare* : quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Quid magis ad hunc colligendū thesaurum confert, quàm de temporalib⁹ nullā habere solicitudinem? Propterea enim & sabbatum iubetur custodiri, qui erat dies Deo sanctificatus, adeò vt nihil operis fiat in eo, sed totus sit homo in Dei obsequio occupatus. Vita verò Christianorum, intendit Christus, quòd sabbatum sit. Vndè Paulus: *Relinquitur sabbatismus populo Dei* Et alibi: *Qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Volo autem vos sine solicitudine esse.* Atq; ità mirabili cōsonantia concordāt sapiens à Deo Salomon, & Sapientia Dei Christus.

Gal. 6. 10

Eccl. 9. 10

Exod. 20. 10.

Hebr. 4. 9

1. Cor. 7. 31

4. Sed suauitatem quoq; ac delectationē huius consilij Euangelici consideremus. Quid intenditur, dùm docemur diligentiā atq; prouidentiam in futurum? certè commodum, vt homo non egeat, & non patiatur. Propterea de pigro iam dictum est. Mendicabit. *Mendicabit* ergò *æstate, & non dabitur illi.* Quid hoc nisi malum, afficiens corpus & animum? quod benè respondet illius negligentiæ, quam prius tetigit dicent: *Propter frigus piger arare noluit.* Quare propter frigus? ne videlicet frigoris molestiam sustineret. Quod est dicere: Vt paruā molestiā euitaret, incidit in maiorem, iuxta illud. *Qui timet pruinā, irruet super eum nix.* Ergò qui pigritia abiecta, sibi ꝓuiderit in posterum, gaudebit in bonis suis, omni leuatus miseria ac tædio. Compensat aūt suo consilio hanc voluptatem Christus, quoniā solicitudo angit animum, rodit, & cruciat. O si dulcedinem hanc homines degustarent, qua liber fruitur animus! Conditio pœnarū infernaliū maxima est, quòd ligati sint manibus & pedi-

Prou. 20. 4.

Ioh. 6. 16.

& pedibus: & res omnibus animantibus
Gen.9.25. molestissima est, vinciri & recludi: Libertas enim omnibus iucunda est: propter q & pœna seruitutis assignata est Chanaam. Hoc verò humanæ menti contingit, quæ tàm libera est creata, vt solùm Deum cognoscceret Dominum, de cætero ab omnibus libera esset. Quapropter nihil illi repugnat magis, quàm seruire cuiquam, præter Deum. Vincula autem, quibus ligatur, amores eius sunt: vndè & Charitas, vinculum appellatur. Si ergò amat creaturas, illis obligata est, facta illarum serua. Quid igitur dulcius esse potest, quid gratiꝰ, quid vtilius, quàm liberum esse ex omnibus? q̃ soli Deo seruire? Hoc enim sicut gloriosum est, ità & iucundum est, plenumq; voluptate. Vt non immeritò huiusmodi Pro-
Pro.27.18. uerbium Sapiens proferat: *Qui seruat ficum, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur.* Dulcedinem ficus, vt experiuntur homines, ità & in parabola Abimelech apertè monstratur, vbi in-
Iudic.9.11 ducitur arbor ista dicens: *Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusq; suauissimos; & ire, vt inter cætera ligna promouear?* Hos fructus comedit, qui arborem seruat. Quis verò seruat? Qui custos est domini sui. Sit verum de dominis secularibus, quòd qui curam illorum habent, ab eis glorificãtur. Sed parabola ad sublimiora nos erigens, docet, dulcedinem singularem, suauissimamque illum degustare, qui seruit Domino soli. Hoc enim intelligitur per custodiam, vt de re nulla alia solicitus sit; sed diuino obsequio totus intentus. Et quam gloriã recipit à Domino suo, à quo glorificatur, nisi quòd constituitur super omnia opera sua, vt omnibus dominetur? Vides quomodò libertas & dominatio, & gloriam affert & dulcedinem? Hanc sancti experti sunt, qui eleuati ad summam libertatem filiorum Dei, omnia contemnebãt.
Prou.27.7 In quos optimè illud quadrat: *Anima saturata calcabit fauum:* sicut è contrà, qui diligunt mundum, experiuntur quod subdit Salomon: *Et anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet.* Cum certum sit, solicitudinẽ temporalium amarã esse maximè, cui tamẽ ob insatiabilẽ concupiscentiam oculorum vacant iugiter seculares, de quibus scriptum est: *Infernus & perditio* Pro 27.20
nunquã implentur: similiter & oculi hominũ insatiabiles. Tanta illorũ esuries facit, vt amara mundi quasi dulcia sumant; quæ Sancti, qui sincerum habent palatũ, amara sentientes, gustata cœlesti dulcedine, calcant; ẽt ipsam dulcedinẽ, qualiscunq; sentiatur in ipsis, spernentes, & sub pedibꝰ suis proiicientes. Hanc dulcedinem in nobis Christus cupiens ponere, consiliũ dat: *Nolite soliciti esse in crastinum.* Neq; n aliud est malitia diei, de qua subdit: *Sufficit diei malitia sua;* quàm malum associans solicitudinem, & ipsius solicitudinis detrimẽtũ.

Vis videre hanc malitiam amaritudinemq; in homine vno? Balaã ariolus, homo pessimꝰ, mercedis cupidus, q̃ illi Moabitarum Rex Balac offerebat, optabat illius annuere votis populo maledicens, non audebat Deo inconsulto id præstare: Audit à Deo: *Noli ire cum eis, neq; maledicas popu-* Num. 22.
lo, quia benedictus est. Maiori instantia Ba- 12.
lac missis nobilioribꝰ Principibꝰ, magnâq; oblatâ mercede illum inuitat, cuius mercedis cupitate illectus, cupiens accedere ad Balac, rursus Deum consulit, qui cognita illius auaritia respondit. Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero facias. Vadit lucrum sperans, quòd præsumat po- 20.
pulo se maledicere. Obuius Angelus iter impedit, illum arguit dicens. Ego veni, vt 32.
aduersarer tibi; quia peruersa est via tua, mihiq; contraria. Concedit tamẽ vt vadat, 35.
præcipiens. Caue nè aliud, quàm præcepero tibi, loquaris. Vadit & suis incantatoribus conatur maledicere; sed Deo mouente linguam eius, benedicit. Iterumatque Num 23.
iterum conatus maledicere, benedicere cogitur. Cuius intentio atque conatus ex eo apparet, quòd Scriptura dicit. Cum vi- Num. 24.1
disset Balaam quod placeret Domino vt benediceret Israëli, nequaquam abiit, vt antè perrexerat, vt augurium quæreret. Ac tandem, ne mercedem perderet, consilium dedit, vt per mulieres populũ corrumpe- 14.
ret, quod sic posset illũ superare. Eccè studium & assiduitas auari. Amor nummi incitat illum, & tametsi impeditus sæpè & redargutus,

dargutus, non desistit tamen à peruersa via sua. Frustrantur consilia sæpe, diligentiæ, labores, permanet tamen in proposito ditescendi; semper solicitus, semper anxius, semper mente laborans & corpore.

6 Exhortatio Num. 31. 8 Quid conaris miser? quid meditaris? quid moliris? frustrà fatigaris. Labor certus, incerta spes Animi afflictio re, pecunię additio spe. Nunquid Balaam deniq; non periit interfectus in bello? Auarus tota die ac nocte in laboribus est, & perit tandem, nihil secum afferens de rebus, pro quibus laborauit: sed nudus reuertetur, vnde nudus egressus est. *Si sufficit diei malitia sua.* Igitur dies omnes mali, secum habentes malitiam suam. Quæ verò illa? Necessitas sustentandi corpus hoc corruptibile. Cui si addas solicitudinem in crastinum, aggeras temporis malitiam: & quantò maior est solicitudo, ad plura extendens sese, maiorique studio terrena procurans; maior est malitia, maior afflictio, tum propter laborem, tum propter laboris frustrationē. Laboratio corpus, frustratio animum affligit, vt nec caro requiescat, nec quiescat anim⁹. O viri, etiam ne post tot experimenta laborum & dolorum, quos frustrà suscepistis, in hac tàm manifesta insania permanetis? Balaamitæ nimirum, qui scelestum hunc imitamini, idola adorantē, à dæmonibus auguria quærentem. Eiusmodi est negotium suum, vt Deo prohibente, id transigere non possit; putans, se prima vice deos falsos alloqui, quos colebat; sed Deus verus prohibet, ne vadat ad maledicendū populum. Toties videt, Deo displicere, q̄ facere conatur; perseuerat tamen iugiter in peruersa illa sua atq; auara mente. Sic semitæ omnes auari non declinant à cōsiliis suis, vsq; dùm perficiantur, & deniq; dum pereunt. Quàm grauis putatis erat ipsi Balaam diuina correptio, dùm illi prohiberetur maledicere? Nollent auari, nollēt mundani suas voluntates præpediri; vellent blanditiis & adulationibus demulceri: sed

Prou 27. 8 quid Salomon? *Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.* Amat nos Dominus. Sed quid amor iste prodesset, si in effectu non appareret? En clarus effectus, manifesta correptio, quam tamen respuit, qui sui amans, inane atq; peruersum desiderium suū explere conatur? Heu miser, non vis ergò amari à Deo? Non vis iuuari? *Veni, vt aduersarer tibi* dixit Angelus ad Balaam. Aduersatur Deus consiliis tuis, quia peruersa sunt, illiq; contraria. Esto tu consentiens aduersario tuo, ne pereas. Num. 22. 32.

SECVNDA PARS.

7 QVid mirum, si qui sibi nequam est, alijs non sit bonus? Bonum te lex facere intendit, dùm iubet: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum* At qui diligit iniquitatem, qui sibi noxia cupit, quippe qui sapiētiam non audiat, hostis est animæ suæ: iste non diligit seipsum; odit animam suam; odio habet carnem suam, dùm nutrit & fouet eam. Et qui seipsum odit, neminem diligere potest, quem diligere sicut seipsum debet. At qui superfluis curis secularibus detinetur, sibi ipsi inimicus est. Iste ergò & proximo inimicus sit, necesse est Recte ergò vbi solicitudo prohibetur, quâ nobis noxij sumus, ibi quoq; , ne proximo noxij simus, prohibemur. *Nolite* (inquit) *iudicare, vt nō iudicemini.* quin magis etiam hic interdicitur nobis malum nostrū, quod alios iudicantes incurrimus. *Vt non iudicemini,* inquit. Quod nunc placet considerare. Eccl. 14. Mat. 22.

8 Vbi aduerte, quòd sibi homo dupliciter nocere potest, vel sibi ipsi malum inferendo, vt qui se interimit vt Saul, vel qui aliū prouocat ad suum detrimentum, vt Propheta quidam homini sibi occurrenti dixit: *Percute me* Quamquam autem omnis peccans vtroq; modo sibi nocear; quia & se deordinat, & priuat pace & gratia Dei, & à Deo puniri de sua iniquitate meretur: peccata tamen quædam apertiùs & immediatius peccanti nocent, quædam ab aliis merentur castigari. Hoc pacto sui esse solicitum, sibi ipsi nocumento est. Qui verò proximum iudicat, hic aliorum iudicium super se suo trahit merito. De primo dat Salomō tale Prouerbium. *Sicut auis transmigrans de nido suo: sic vir, qui derelinquit locum suum.* Auis in nido suo quiescit, ibi parit & nutrit pullos suos. Locus viri est status, illi à Deo constitutus, animæ quies & pax, 1. Reg. 31. 3. Reg. 20. 25. Prou. 27.

& pax, propriumque officium & munus; quem locum si dimiserit incertis vagans sedibus, sibi ipsi periculum creat, damnũ, & incommodum. Quandoquidem idem
Prou.27.10 Salomon. *Domum fratrũ tui nè ingrediaris in die afflictionis tuæ.* Qui enim locum suũ derelinquit, vix locum inueniet etiam apud fratres, vbi tuto recipere se possit in suis necessitatibus. Docemur ergò ista sententia, nè ipsi nobis ipsis malum inferamꝰ. At vtà proximo, siue à quocunque caueamus, vbiq; docemur: adeò vt ab ea quoq; Mich. 7.5. cauendum sit, quæ dormit in sinu viri, quandò illi molesta est. Propterea idem
Prou.27. Sapiens ait: *Tecta perstillantia in die frigo-*
15. *ri, & litigiosa mulier comparantur: qui re-*
16. *tinet eam, quasi qui ventum teneat.* Magna molestia quòd tecta, quandò frigus est, perstillent; sed maior sanè litigiosa mulier, cui remedium adhiberi non potest, sicut ventus teneri non potest.

9 Hoc ergò secundum malum, nunc euitare docemur. Madianitæ & Balaam, qui populo aduersati sunt, interfecti sunt sic iubente Deo. Hostes vos sentiant Madia-
Num.25. nitæ, & percutite eos: quia & ipsi hostiliter
17. egerunt contra vos, & decepere insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam Ducis Madian. Quod factũ est dicente Scriptura.
Num.31.7 Cumque pugnassent, & vicissent; Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. Sententia ista Dei ante mentis oculos semper habenda est. Hostes vos sentiant, quia hostiliter egerunt. Quia *qua mensura mẽsi fueritis remetietur vobis.* Propterea Sapiẽs.
Eccl 7.1. Noli facere mala, & non te apprehendent.
2. *Discede ab iniquo* (id est iniquitate) *&*
3. *deficient mala abste. Fili non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplũ.*
Num.31.1. Cur verò iussit Deus, vt fieret vltio ista ante mortem Moysi, dicente Domino. Vlciscere prius filios Israël de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum? Textus ostendit, quòd relata victoria, populus, si non assuisset Moyses, peccasset, mulieres reseruando. Vbi docemur, quòd iusta erit pœna peccantium, ac plena; nihilq; prorsꝰ deerit ad plenam perfectamque iustitiam. Mulieres verò cognitas reseruabant, quæ iussu Moysi occisæ sunt, vt consonanti pœna puniretur culpa. Ergò nouerimus, quòd ad mensuram delicti erit & plagarum modus. *Deut.25.2.* Ad mensuram (inquam) delicti, non delectationis, quia si opus attendas, modicum quid videtur: sed si delictum in illo opere perpetratum, si Dei offensam, si peccatum, quatenùs peccatum est, quid grande est, & grandi punitione dignum. Vna mulier fuit, quæ populum corrupit, paucis adiunctis, sed omnes mulieres Madianitę, quæ captæ fuerant, interfectæ sunt. Voluit Deus. vt, legislatore viuente, ista vindicta sumeretur, vt sciamus hoc ad legem Dei pertinere, vt qui peccat puniatur, eaque mensura qua peccauit: & qui aliter intelligit, legi contrariatur.

Vbi notandum, quòd Deus maximè offenditur ab his, qui suæ iustitiæ, qua peccantes punit, aduersantur; quæ res maximè Dei furorem accendit, vt tantò magis puniat. Hoc enim peccatum est contra Spiritum Sanctum, quia contra ipsum Deum surgit, non ex fragilitate, sed ex malitia & temeritate. Si enim iudicare proximum, causa est, vt iudicans iudicetur; quid de illis erit, qui iudicia Dei iusta sugillare ausu temerario præsumpserint? Semel atq; iterum Deus populum delere decreuit. Pri- *Exo.32.9.*
mùm, quandò fecerunt & adorauerunt vi- 11
tulum. Secundò, quãdo ad oblocutionem *Num.14.*
exploratorum terram ingredi renuerunt. 12.
Sed vbi ad hoc deuentum est, quod deglutitis à terra impiis, qui non vocati, Deo appropinquare voluerunt, sibi sacerdotali vsurpato munere, populus murmurauit cõtra Moysen & Aaron, dicens: *Vos interfe-* *Num.16.*
cistis populum Domini. Cumq; oriretur se- 41.
ditio, & tumultus increscceret, iam nõ verba fecit comminantia duntaxat, sed re ipsa delere cæpit: & hoc citò, vt neq; tunc Scriptura rem narret, quando cæpta est, sed verba tantum Dei: *Recedite de medio* 45.
huius multitudinis, etiam nunc delebo eos. Quibus deletio illa cæpta designabatur, cui & re non verbis tantum iussit Moyses prouideri, dicens ad Aaron: *Tolle thuribu-* 46.
lum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper; pergens citò ad populum, vt roges pro eis: Iàm enim egressa est ira à Domino, & plaga desauit. Quod cum fecisset

Aaron,& cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thimiama: & stans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus est. Æquo animo, vt ita dicã, fert Deus alia peccata, quæ rogatus facilè demittit. Sed contra suam iustitiam, qua flagellat peccatores, pugnare; nõ potest nisi atrociter ferre: propterea non minatus est modò; sed inflicta plaga, suum furorem ostendit.

12. Nunquid verò contrà suam hanc iustitiam vere non pugnant, qui dicunt: *Circa cardines cœli ambulat, nec nostra cõsiderat:* Nunquid contra eum hac ratione non pugnant plurimi dicentes: *Miseratio Dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur?* Neq; verò sermonibus sanctis non contradicunt, qui peccare non cessant, perindè ac si vltio illorũ iniquitatis nõ sit aliquandò sumẽda. Huiusmodi sunt quoque, qui dicunt & docẽt: Quid frustrà ad tua delẽda peccata labore consumeris? quandoquidem pro omnibus sua Christus passione satisfecit. Nimirum stat sententia. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* Et: *In qua mẽsura mẽsi fueritis, remetietur & vobis.*

Iob. 22.14. Eccl 5. 6. Ezec. 18.4.

13. Hoc quidẽ generale est peccatis omnibus; sed quædam iustitiæ æquitas in iudicandis proximis apparet maximè. Qui enim alium iudicat, seipsum condemnat, vt ait Apostolus: *Quid in proximo iudicas, nisi peccatum?* Sed non audis: *Qui sine peccato est vestrũ, primus in illam lapides mittat?* Si ergò eadem facis, quæ iudicas; profectò, iam tu, proprio iudicio damnatus es. Iustum enim iudicium nõ respicit personam hominum. Quòd si tu respicis teipsum, vt aliis tuo iudicio damnatis, tu quasi innocẽs relinquaris, iam peccatum tuum erigit caput, seq; prodit: neq; vt damnetur, procul abeundum est, quandò ipsummet iudicium, quo peccata condemnas, suprà ipsum peccatum, quod falso iudicando cõmittis, iustè reflectitur: hac enim speciali tua sententia agis, vt ea tu damneris, quę contra delicta vniuersa, generalis fertur sententia. Quid enim nisi peccatum à quoq; iudicatur? Peccatum (inquam) non hoc, vel illud; sed quicquid apparet sub ratione peccati. Tu ergò tuo iudicio, iam iudicasti omne peccatũ damnatione dignum esse; quam veritatem indita lex demonstrauit tibi. Ergò peccata omnia suã habent ex diuina lege determinatam damnationẽ ac pœnam. Et hoc tàm certum atq; perspicuum, vt etiã peccator id nôrit ac fateatur; quandò qui alium iudicat, non est sine peccato: neque trabs in oculo eius ad hoc videndum impedimento est.

Rom. 2.1. Ioh. 8 7.

14 Quam igitur excusationem affertis aduersus iudicium Dei? toties Deus Balaam suam voluntatem declarauit, neq; tamen propterea à sua iniquitate cessauit, donec interiret. Iam audierat: *Nè maledicas populo, quia benedictus est.* Et mercedis tamen illectus cupiditate, ad eam maledictionẽ, omnes erexit vires, vt peruenirent. Et tibi quid aliud dicitur his verbis à Christo: *Nolite iudicare:* nisi, *nè maledicas populo, quia benedictus est.* Nimirum quilibet proximus sic iustus est, vt à te non possit iudicari ac maledici. Quia iudicium Dei est, non tuum, qui occulta hominum videre non potes. Vbi voluit Balaam maledicere, benedixit. Innocens à quocunque maledicatur, à Deo benedictus est. Si habitat in adiutorio Altissimi, quis poterit contra illum prævalere? Si in protectione Dei cœli commoratur, quis etiamsi esset terræ Deus (vt iactabatur Nabuchodonosor) expugnabit eum? Dicat Holophernes dux militiæ eius: *Non est Deus, nisi Nabuchodonosor; qui est Dominus vniuersæ terræ.* Veruntamen mox in eius exercitu vox ista audietur: *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor.*

Exod. 32. Num. 22. Num. 23. Iudith. 6. Iudith. 11. Iudith. 16.

15. Vides potentiam Dei? Heù mi, trabs in oculis vestris obstabit, quò minus Dei iudicia videatis? Num aliquandò nõ aperientur oculi vestri ad veritatẽ dispiciendã? Educite trabem de oculo: excæcat malitia; oculos claudit inordinatus amor. Cur munera excæcant oculos etiam sapientiũ? Quia omnes diligunt munera, sequũtur retributiones. Ergò dilectio munerum aufert mentis oculum, vt non videat neq; intel-

Isa. 1. 15.

intelligat. Sic ira impedit animum, ne possit cernere verum: Et propterea sententia concitate iudicans & damnãs, crudelis est, non iusta. *Ira* (inquit Salomon) *non habet misericordiam, nec erumpens furor* Holophernes audita de ore Achior veritate indignatus est vehementer, dicens illi: *Quoniam prophetasti nobis; gladius militiæ meæ transiet per latera tua. Heu, impetum concitati ferre quis poterit?* Vnusquisque iudicet semetipsum, sese condemnet, vt non cum hoc mundo damnetur, emundet conscientiã suam, expurget oculos suos, mentemq; purificet, vt cognitâ veritate, pius erga Deum, iustus erga seipsum, atq; erga proximum sit misericors, vt misericordiam à Deo consequatur. Amen.

Prou. 27.4
Iudith. 6.1
4
Prou. 27.4

MORALE.

16 QVàm indignum facinus nobis Balaam sceleſtiſſimi perfidia ob oculos, atq; pertinacia, quæso, ponit? cupit bonã mortem, inquiens: *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* Diuinam contra se profert sententiam & vltionem, semel & iterum. Dixit homo, cuius obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. *Videbo eum, sed non modò; intuebor illum, sed non propè.* Neq; tamen à sua iniquitate desistit. Quis non cupiat fœlicem finem? Quis non perfectam beatitudinem? Quis non requiem æternam? Norunt fideles, iniquitatem æternâ damnatione puniri; audiunt latam sententiam. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.* Exhortatione illam sentiunt. *Nolite iudicare, & non iudicabimini* Et aliam nihilominus. *Nolite solliciti esse in crastinum.* Et Balaam instar, soliciti de re temporali, quæ certò sibi euentura mala sunt, negligunt, perinde se gerunt ac si euentura non essent. Heus Balaam, diuinam super iustos vides protectionem, & in te ipso illam experiris; qui cupiens maledicere, ad benedicendũ impelleris, ex quo fit, vt nouissima tua cupias illorum esse similia. Cur Deo nõ çedis volens, vt illius causa populo benedicas? Admoneris de iusta, tuisq; actibus digna lata sententia, & ad pœnitentiam non moueris? Heu quot sunt huiusmodi? præsentia instant, vos futura non premunt. Hoc facitis, quod facere vidistis Balaam. Dolet, quòd mercedem perdat suæ diuinationis. Deo aliter præcipienti resistit, quantum potest. Sic impij, sic sceleſti, illecti præsentibus, futura non memorant. Christus solicitudinẽ tollit temporalium, non in longum duntaxat cogitare prohibet, sed ne in vnum diem, in crastinum, vt quò minus transeuntia curamus, eò pro permanẽtibus magis laboremus. *Nolite soliciti esse in crastinum.* Videte quid facitis nunc, & quid inde sit euenturum.

Num. 23. 10.
Num. 24. 15.

De temporalibus incertus euentus est, 17
de spiritualibus certus atq; indubitat⁹. De illis audi Salomonem: *Ne glorieris in crastinum, ignorans quid superuẽtura pariat dies.* Prou. 27.1.
De spiritualibus idem docet: *Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur viis, concidet semel.* Pro. 28.18
O homines, qui de incertis soliciti, certa dimittunt: cassa illa est solicitudo, ad nihilum valens, necessaria est ista ad omnia valẽs. Ad quid de crastino solicitari pro vita ista breui? *crastinus dies solicit⁹ erit sibi. Sufficit diei malitia sua.* Deus nostras nouit necessitates. Id modicum, quod illarum causa à nobis petit, est præsentis diei solicitudo. Si quid plus facere prætendis, falcem tuã mittis in messem alienam, in diuinã potestatem. Sibi ipsi seruauit de futuris curam; futura certò nouit; nihil illum latet, qui nouit omnia antequã fiãt. Hoc sibi seruat: & tu id rapies de manu Dei? Quid uis moliaris, & non rapiet quisq; de manu eius: propterea quòd incertę sunt prouidentiæ nostræ. Tanta est futurorum & spiritualium solicitudo habenda, vt non vacet de præsentibus solicitari. Noxia ergò, nedum cassa est de temporalibus in futurum cura. Futura amabo, considera, attende, prospice, quæ minime transeũt, quæ semel accepta non præterea derelinquuntur. *Qui peruersis graditur viis, concidet semel*: dixit Salomon. Sint plures illius peruersæ viæ; multa sint mala desideria eius; varia, iniqua consilia: concidet semel, Pro. 28 18.

satis est casus vnus, quia non inde vltra consurget. Heú! quare ista non cogitatis in cordibus vestris?

18 State, & videte. Stantes respicite; alioqui cadentes aperietis oculos. Sic Baalam: Dixit homo, cuius obturatus est oculus, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Nam trabs aut potius mens erat in oculis Balaã, homo idololatra, ariolus, auarus, dolosus: ideò obturatus erat oculus eius, vt non videret cœlum. Et tu quare non vides euidentia? expectas quando clausis corporis oculis aperiantur oculi interiores, & videas casum tuum in profundum abyssi? quando corpus cadet, vt cadauer sit, tunc perspicies, quam vana fuerint, quam falsa, quam fallacia bona huius mũdi. Tum experieris: & totum corpus, oculus erit, & tota anima, quia totus sentjes, quam magna, quam præstantia, quæ nunc futura, quia tunc erant præsentia. Cadit & sic aperiuntur oculi eius. Quoties intellexit Balaam diuinam voluntatem? primum prohibitus est ire. Secundò permissus, sed iussus, vt faceret, quod sibi præciperetur. Obstat Angelus, & arguit, itidemque iubet, ne aliud loquatur, quam sibi fuerit præceptum, & sic ire permittit: & nihilominus peruersa via eius & mens est ad maledicendum. Curat per maleficia sua maledicere, & non valet: hoc semel; & iterum tamẽ tentat, si possit maledicere; & quamuis frustra, rursus opus aggreditur. nec cessat, nisi etiam remisso conatu mouetur ad benedicendum. O malitiam, ô duritiem, ô trabẽ cupiditatis! Sed quid? quòd via maledicendi non potest, altera exequitur, dans consilium, vt per mulieres corruptus populus à Deo dimitteretur, & sic cederet aduersariis.

Num. 34.3

Nũ 22.12. 21.

Num. 23.1. 14.

Num. 24.1 14.

19 Quis non stupeat tantam huius arioli peruersitatem? Dico autem ego: quis non admiretur hominum cæcitatem? qui audiunt sermonem Domini; qui norunt illius voluntatem; quos docet fides de non apparentibus, quæ venient aliquando; & æquè ac Balaam resistunt tamen mandatis Dei. Num stulti sunt eiusmodi, vt ille, de quo Salomon: *Si contuderis stultum in pila, quasi ptisanas, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.* Ptisana est hordeum decorticatum. Increpationes, rationes, exhortationes, comminationes, & huiusmodi percussiones pili sunt, quibus veluti contunditur homo stultus, vt solent ptisanæ contundi. Et tamen quantus est numerus Christianorum, qui durant in stultitia sua? in insipientia, dico? in cæcitate? in duritia cordis? O homines duræ ceruicis, duræ mentis, duro corde, audite. *Qui duræ mentis est, corruet in malum.* Animum intendite in ea, quę aduenient vobis. Nisi conuersi fueritis, corruetis in malum: non ibitis duntaxat in malum, nõ cadetis in illud, aut concidetis; corruetis, ruinosè ruetis, vt non sit vltra resurgendi spes. Sit ista vna cõtusio pili, quod est verbum Dei. Num fortis non est hic ictus, qui nobis minatur æternum interitum? O stulte, adhuc sentias percussionem huius pili, huius mallei, qui etiam Petram conterit. Num natura ipsa tua, id est tu ipse, non repugnat (in quam) tuæ præuaricationi? patitur nè illa, vt trabs sit in hominis oculo? Ergò qui trabem habet in oculo, naturæ aduersatur. Trabs est magna quidem iniquitas tua, quam habes in anima, quæ tota oculus est; & quod natura patitur, id exequitur malitia: O malitia! Denuò feriaris. Possibile nè est, vt cui trabs oculum perfodit, occupat, opprimit, quidquam videat? Videbis autem tu, cum trabe in oculo, proximum tuum? Videbis oculum eius? Videbis in eo festucam? Videbis modicum quid, quod ab oculo, nisi acutus sit & mundus, videri non potest? At malitia tua aperit tibi oculum ad videndas proximi tui fragilitates, leuia etiam peccata sua. O naturæ aduersator! An natura fert, vt de aliis magis, quam de se quisquã solicitus sit? Vnde tibi ergò de aliis cogitatio, de te ipso obliuio, vt alius sis saluti, exitio tibi? non charitas, non zelus, non pietas; malitia, malitia hoc tibi suggerit; malitia naturæ contraria, contraria charitati. O prodigium; ô non hactenus audita nouitas! Videt quis parua existentia procul, prope existentia, quæ magna sunt valdè, non discernit. Consonum nè naturæ istud est? stultus autem iste noster hoc valet, hoc vult,

Pro. 27.22.

hoc vult, sic videt: grandia sua peccata nō intuetur, aliorum parua clarius aspicit. Sua sibi propinqua illum latent, aliorum remota & minuta, illi patent. Clamat natura, quod naturalis scripsit: *Quod non entiu est non est scientia. Quod non est verè, nemo vidit vnquam.* Et videbis tu, ô stulte, in proximo tuo mala, quæ non fecit? peccata quæ non habet? culpas, quæ non existunt? & hæc videbis, etiam si trabs sit in oculo tuo? O iniquitas inimica naturæ! ☉ peccata naturali ordini repugnantia! Hæc stultus si consideraret, stultus non esset: sed si contuderis stultum in pila, non auferetur ab eo stultia eius. Veniat desuper feriens pilus etiam flagellorum, quibus eiusmodi duros homines percutiat brachiū Domini. Et erit quod dictum est per Prophetam. *Populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum non exquisierunt.* Et quod dolet Dominus: *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* Et si illata non mouent, mouebunt intentata flagella? Factis non cedunt, & verbis cedent? Quod non faciunt præsentia malafacient futura? De stulto actum est. Non auferetur ab eo stultitia eius. Fert in animo, quod non feret in oculo; fert in corde, quod non feret in corpore. Ibi insensatus, hic sensibilis, etiam plus quam oportet. Trabem non sustineret in capite, immanitates tenet in mente. O stulti & duro corde, suscipite disciplinam, cedite pilo, accipite verbum sanum & irreprehensibile, vt sitis sine querela in die Domini nostri Iesu Christi, qui redimat vos à malis & repleat bonis. Amen.

Isai. 9. 13.

Ier. 2. 30.

FERIA IV. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Nolitè dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas vestras ante porcos.
Matth. 7. 6.

ARGVMENTVM.

Ad orationem nos Christus inuitat præcepto & ratione, vt propensiùs ei obtemperemus. In præcepto duo considerantur, vis ipsius iussionis, & vis verborum illam exprimentium. Orationis effectus est, nos Deo coniungere. Quomodo petere debeamus in oratione.

VÆ nobis, si nobiscum vellet Deus præceptum illud obseruari, quod fecit Apostolis suis, quos Doctores instituit orbis terrarum, dicens. *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.* Per *sanctum* & per *margaritas* intelligens Euangelium suum: quod, quia sanctum est, canibus immundis non est dispertiendum. Quoniam verò pretiosum, antè porcos mittendum nō est, qui illius valorem ignorantes, pedibus illud facilè cōculcabunt; imò vtrique, & canes & porci, hinc irritati, insurgent contra vos, vt veluti vasa disrumpant, vbi thesaurus iste repositus est. Væ (inquàm) nobis, quoniam si vitam nostram attendamus, non longè erimus ab his immundis bestiis, de quibus Prouerbium est illud Salomonis citatum à Petro Apostolorum Principe: *Canis reuersus ad suum vomitū, & sus lota in volutabro luti*: Et idcircò indignissimi, quibus verbum salutis tribuatur: Quo si priuaremur, vitæ fieremus exortes, quoniam fructus iusti, lignum vitæ. Mitius tamen nobiscum egit clementissimus Deus; tùm, quia inter multos indignos, sunt & digni, quibus non propter indignos cœlestis subtrahenda est alimonia; tum quia credendum non est, omnes indigos, tantæ esse peruersitatis & procacitatis, vt contra ministros Dei sacrilegè insiliant. Imò persuademus magis nobismet, vos attentè ac reuerenter, verbum istud accepturos, quòd potissimùm erit de oratione, quæ virtus summoperè omnibus necessaria est: Quod vt præstare dignemini, obnixè rogo.

1

1. Pet. 22. 2. Pro 26. 11. Pro. 11. 30.

2 *Diuisio.* Ad orationem Dominus nos valdè excitat, præcepto & ratione, iubens videlicet, vt illam exerceamus: addensq; rationem, cur illam colere debeamus. Ait enim: *Petite, & accipietis. Quarite, & inuenietis, Pulsate, & aperietur vobis.* In verbis imperatiuis, *Petite, Quarite, Pulsate*, præceptum habemus. In verbis indicatiuis promissionem continentibus, rationem habemus apertam. Vt sciamus Deum, quamuis ex Maiestate & Potestate sua mereatur, vt à creaturis omnibus illi obtemperetur; leges tamen suas atq; præcepta ad nostram vtilitatem esse destinatas, voluisse nobis esse compertum, vt vtroque simul, & debito & commodo, tracti & impulsi, plenius in ea, quæ nobis præcipiuntur, intendamus. Sic Moyses relaturus legem Populo, *Deut.* 1.19 eamque denuò propositurus, in fine itineris per desertum, principio ac si rationem reddat tam longi tamq; diuturni itineris, monet, eius causam ipsorum fuisse inobedientiam pertinacem. Infert postmodum *Deut.* 2. iam collata beneficia in traditis sibi regnis *Deut.* 3. duorum Regum Amorthæorum, Sehon & Og. Accedens denique ad legem commemorandam, rationes illius obseruandæ proponit, commoda continentes; ac vltimò loco præcipiens, Dei proponit Maiestatem, in hunc modum exordiens: *Deut.* 4.1. *Et nunc Israel, audi præcepta, & iudicia quæ ego doceo te.* Immediateque adiicit rationem: *Vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram.* Quam rationem amplificàs, bifariam diuidit, vt vita promittatur faciẽtibus, & gloria. De vita ait: 3. *O vti vestri viderunt omnia, quæ fecit cõtra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem.* Vbi ex nece inobedientium, & ex vita obtemperantium apparet emolumentum parentium legi. Vtilitati verò addit & gloriam subdens: 6. *Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant En populus sapiens & intelligens, gens magna.* Nouissimè verò ad mentem illis reducit Maiestatem Dei legem ferentis in 9. summitate montis Sinai. *Nè obliuiscaris* (inquiens) *verborum, quæ viderunt oculi tui. Docebis ea filios, ac nepotes tuos, à die in* 10. *quo stetisti coràm Domino Deo tuo in Horeb. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat* 11. *vsque ad cœlum, erantque in eo tenebræ & nubes, & caligo.* Ita manifestũ est sua præcepta nobis munita rationibus proponere, vt ad ea implenda fortius impellat. Quod potissimum erat in hoc orandi præcepto faciendum. Petimus enim, vt accipiamus: Quærimus, vt inueniamus. Pulsamus denique vt nobis aperiatur. Cuius rei futuros nos compotes asseuerat, vt ad opus solerter accingamur.

Rationem hanc quoque confirmat regula ista generali. *Omnis enim, qui petit, accipit; & qui quærit, inuenit; & pulsanti aperietur.* Quam etiam regulam, simulque rationem regulæ innixam, exemplo roborat patrum cõmunium, qui proprios filios suos à se aliquid postulantes non repellũt, verum protinus exaudiũt. *Aut quis est* (inquit) *ex vobis homo, quẽ si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei?* Vide quàm fortiter hoc exemplo argumentationem suam stringat. *Si ergò vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester cœlestis dabit bona petentibus se?* Vbi apertè affectu paterno ostendit, hæc nobis ferre salutaria præcepta, vt & nos veluti filij obedientiæ illa deuotè susc ipiamus.

Præceptum primum igitur in primis at- 4
tendamus, in quo veniunt duo cõsideranda: vis ipsius iussionis, & vis verborum illam exprimentium. Vis iussionis maxima est ex fonte, vndè illa procedit, & ex fine ad quem accedit. Fons autem est Deus, qui in lege ferenda frequens dicebat *Ego Dominus. Hoc & hoc facite. Ego Dominus. Leges meas obseruate. Ego Dominus.* At nunc nouæ legis legislator Dominus Iesus est, qui iubet, vt oremus, tanquam qui de cœlis ad terram de sinu Patris attulit donorũ cœlestium abundantiam, vtque nõ in vanum pro nobis attulerit, iubet, vt ea petamus, vt digni efficiamur promissionibus eius. Ergò & maiestatem ostendit & pietatem: præcipiendo, Maiestatẽ certè prodit. *Leuit.* 19. *per totum.*

At, vt

At, vt petamus ab eo, pietatem cum Maiestate demonstrat, sed magis pietatē. Innuit enim se plenum gratiarum; se pronum atque propensum ad eas distribuendas; se facilè daturum, modò petatur.

5. Antiquo populo non sic apertè iussit vt peteret, sed ipse illis compatiens condescendebat, vt discerent confidere in Domino. *Clamor filiorum Israel venit ad me: dixit Dominus.* Sed fortè non quo ad Dominum clamarent, sed conquerentes de afflictione, qua ab Ægyptijs opprimebantur, Et tamen vltroneus misit illis Saluatorem Moysen. Murmurabant potius in necessitatibus, quàm precibus atq; humilitate Deum exorabant; & tamen ipse clemens dabat benignitatem. Ita post exitum de Ægypto, appropinquante illis Pharaone, clamauerunt quidem ad Dominū, sed murmurantes dixerunt ad Moysen: *Forsitan non erant sepulchra in Ægypto? Ideò tulisti nos, vt moreremur in solitudine.* Sic ad aquas amaras murmurauit populus contra Moysen dicens: *Quid bibemus?* Sic deficiente cibo murmurauit omnis congregatio contra Moysen & Aaron: *Cur eduxisti nos de Ægypto, vt occideres omnem multitudinem fame?* Sic deficiente aqua iurgati sunt contra Moysen: *Cur fecisti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, & liberos nostros, & iumenta siti?* Tentabant Deum. vt impingit illis Moyses, non rogabant in necessitatibus suis. Quo sensu id intelligi potest, quod canitur in Psalmo: *Et clamauerunt ad Dominum, cùm tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.* Nisi fortè hoc ideò intelligatur, quia Moyses pro ipsis clamabat: Deus tamen misericors & clemens, opem ferebat, vt sui notitiam illis ingereret, & ostenderet gloriā suam in vniuersa terra; præterq̄ quod, & in populo multi sancti orabāt, & populus ipse didicit deprecari. Nunc autē monet & iubet, vt petamus, vt nobis sit persuasissimum, diuitem illum esse in misericordia. Qui, quod maius est, dedit, nempè Filium suū vnigenitū, ne dubitemus, quin omnia nobis cum illo donaturus sit.

Exod. 2. 27 & 3. 7.
Exod. 14. 11.
Exo. 15. 24.
Exo. 16. 2.
Exod. 17. 2.
Deut. 6. 16
Psl 106 13
Eph. 2. 4.
Rom. 8. 32.

6. Rursus iubens postulari, ostendit se omnium Prouisorē, qui Creator est omniū. Vt corpus conseruaret, parauit illi cibos, quibus libenter vescitur. Vt alimenta continuarentur, herbas & arbores instituit, cū seminibus generis sui. Sed quoniā peccata nostra, prohibuerunt bonum à nobis, prouocantes Deum ad iram, remedium orationis adhibuit, vt viuant, quæ ab eo creata sunt ad vitam. Oratio enim quædam vis est pertingēs vsq; ad cœlos, vnde haurit, quę vtilia & necessaria sunt nobis: quasi nos simus vasa vacua, quæ os aperientia in oratione, nè vacuum detur, trahunt de cœlestibus alimenta cœlestia.

Ierem. 5. 25

7. Per orationem autem prospicere nobis voluit Omnipotēs, duplici de causa: Quarum est altera, vt à Deo iugiter pendeamus: & hic est finis, ad quem accedit oratio, vnde patet vis maxima huius præcepti de orando. Omnis quidem creatura pendet à Creatore, quasi radius à sole: si enim radius à sole decidatur, recidatur in nihilum necesse est. Sic creatura omnis, subtracta manutenētia diuinæ virtutis, cessat prorsus esse. Et naturalia quidem immobiliter perseuerant, quia non habent vndè peccando à Deo abscindantur, & in nihilum cedant. Angeli quidem stabiles non sunt: idcircò aliqui eorum à Deo, recesserunt, quos Deus in eum statum reiecit, in quo desiderant mori, sed fugit mors ab eis. Qui enim Deo non adhærent, digni sunt morte, vt quasi ad nihilū deducantur. Sed Angelos Deus & animas rationales esse voluit immortales. Nec propterea tamen vim intulit naturæ, quæ à Deo recedentia conuertit in nihilum, quoniam incorruptibilia Quæ instabilia sunt, deiicit in conditionē morte deteriorem. Vndè bonum esset illis, si exorta non fuissent. Vt igitur Creatori adhæreant, Angeli tribuit intellectū, quo se à Deo pendentes, viderēt perspicuè ac perpetuò. At homo obrutꝰ mole carnis, nō ita clarè videt Deum, seq; ab illius manutenentia continuò dependere: sed pondere, fragilitate, atq; corruptibilitate carnis subtracta, claritas illa cōpensatur. Caro enim ipsa semper deficiens, & in corruptionem labens, clamat se conseruante indigere; vndè panis illi quotidianꝰ necessariꝰ est, qua necessitate cogitur ad

Iob. 4. 18.

Deum

Luc. 11. 3. Deum quotidie exclamare: *Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie.* Rectè ergò oratio instituta est, vt quod à nobis obtinere non possumus, à Deo postulantes, Deo ipsi tutori atq; conseruatori adhæreamus.

8. Propter hoc in supremis necessitatibus, vi clamoris ad Deum, populo præstitũ est subsidium, vt mox visum est. Quandò ab hostibus illi imminebat mors, clamantes liberati sunt. Quandò à defectu rerum necessariarum, eadem imminebat mors, & panis & aqua suppeditata sunt. Quandò & exterminium ob eorum scelera illorum capitibus imminebat, clamans Moyses Dei indignationem auertit. Haud secus iam terram incolebant, patribus eorum repromissam, sæpè captiui, vt commeriti fuerant, à vicinis populis, clamantes saluabantur. Quia ab ipsa terra in alienas abducti, pœnas dantes suarum iniquitatum, si ad Deum conuersi clamabant, auxilium postulantes, exaudiebat illos. Quo fit perspicuum, per orationem homines Deo coniungi, qua coniunctione fit, vt viui conseruentur à Deo.

Exod. 14. 24. Exod. 16. 13. Exod. 15. 25. Exod. 32. 11.

9. Hinc & in terris visus, & cum hominibus conuersatus, in sanctuario & templo suo habitans inter illos, locum sibi statutũ ad habitandum cum illis, qui domus eius est & dicitur, domum orationis voluit nominari; vt hinc patesceret, orationem vinculum esse quoddam, Deum & homines vnà connectens. Vt quemadmodum Anima vegetat ac regit Corpus, Corpus autem vicissim Animæ deseruit; sic homines à Deo vitam atq; inspirationem recipientes, Deo vicissim ipsi ad nutum obtemperarent. Quomodò Moyses mediator, inter homines & Deum, Deo precans vniebatur, & à Deo excepta & verba & dona super populum effundebat, quasi Moyses suis manibus orationem, & ad Deum ferret, & referret ad populũ; quàm ideò manibus designabat. Hinc & dimicante Iosuë cum Amalec, leuabat ipse ad Deum manus, quibus victoriam obtinebat. Manus leuatæ ad Deum, manus cum hostibus conserentes roborabant, laborque pugnantium vim suam ab orantis labore hauriebat. Atque ita & pugnans populus, per orationem Moyses à Deo pendebat; pendebatque Deus subsidij sui virtutem pugnantibus, mediante eâdem Moysis oratione.

Exod. 17. 11.

10. O vinculum perfectionis, quod est oratio. O fidelium singulare præsidium atq; priuilegium. O apposita verba Moysis! *Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.* Habebant quidem aliæ nationes deos suos sibi materialiter appropinquantes, adeò vt eos tangere atque transferre huc atque illuc liberè valerent: at verè longè aberant in auxilio opportuno, opis nihil prorsus cõferre valentes supplicibus suis. At *Deus noster, vt habitat in cœlu, non longè* est ab vnoquoque nostrum, præsens precibus atq; postulationibus nostris. Oratio enim munda prozimum facit Deo, qui est vita nostra, refugium & virtus, adiutor in tribulationibus. Vnde & Moyses dixerat ibi suprà: *Vos autem, qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi.* Appropinquat igitur Deus nobis, dùm adest cunctis obsecrationibus nostris. Ergò cum Deo vincimur per obsecrationes.

Deut. 4. Act. 17. 25. Deut. 4. 4.

11. Quæ coniunctio, præterquàm quod bonorum Dei nos facit esse participes, etiã ipsius diuinæ nos facit esse naturæ consortes. Dum oras Deum, vt tibi postulata concedat, sic illi adhæres, vt fiat ipse Dominus Deus tuus, vt seipsum infundat tibi. Vbi obseruare non pigeat Mosaicam phrasim: dicit prius: *Custodite mandata Domini Dei vestri*: posteà verò: *Scitis, quod docuerim vos præcepta atq; iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus.* Vndè ergò ista differentia Deum appellandi, nunc populi nunc suum? Mandatum est in causa, eum sibi correspondente obedientia. Mandat omnibus præcepta, tunc omniũ est Dominus & Deus. Mandat Moysi, vt illa doceat; sic Moysis Dominus est ac Deus. Ita ergò & oratio penetrans nubes, intrat in conspectu Dei, inclinans aurem illius ad deprecantis precem. Si aurem suam Deus inclinat homini, totum se inclinat illi; non enim aliud est Deus, aliud auris eius, sicut nobis euenit,

Deut. 4. 1. 5.

1.Cor. 12. uenit, de quibus Apostolus: Si dixerit auris: quoniã nõ sum oculus, nõ sum de corpore: num ideo non est de corpore? Vis videre, nihil apud Deũ interesse, inter aurem & inter totum? Audi Christum in Psalmo, Psal 39. 7. qui idem dicit: *Aures aũt perfecisti mihi; corpus aũt aptasti mihi.* Aurẽ vocat Psalm⁹: Heb. 10. 5. corpus Apostolus. Ergò auris & corpus idem sunt. Corpus (inquàm) illud, de quo Ioh. 1. 14. scriptum est: *Verbum caro factum est.*

12. Haud secùs suo modo, quinimò & excellentius, auris Deus est. Aurem verò audientem, quandò quæ petimus, elargitur: sed non sic dona sua à se ablegat, vt fortè putatur, quandò talenta partitus est, & peregrè profectus est, abiens in regionẽ longinquam. Hoc enim non est per elongationem præsentiæ suæ, sed per longanimitatem patientiæ, expectans & spectans, num negotiemur ac de negotio lucrũ reportemus, vt tandem nos constituat super omnia bona sua. Quod dùm facit, seipsum communicat in omnibus bonis suis. 2.Petr.1.4. Audi Coriphæum Apostolorum: *Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc diuinæ efficiamur consortes naturæ.* O diuinam pietatem: Indigere nos fecit pane & aqua, huiusmodique rebus vilibus, vt dum hæc postulantes ad Deum erigimur, Deum consequamur, Deum possideamus, eidemque immediatè coniungamur, vt verè sit Deus noster, Emanuel, nobiscum Deus.

13. Hinc salubertimũ trahimus documentum ex verbis illis Apostoli Leuantes 1.Tim 2. 8. puras manus ad Deum. Quis enim pretiosum balsamum in vas immundum infundat? & quomodò pollutas manus extendes ad Deum, quibus magna & pretiosa illius dona excipias, in quib⁹ seipsum dat? Nunquid non audis illum præcipientem. *Nolite dare sanctum canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Num oblitus es alia eiusdem Saluatoris verba? Nõ est bonum sumere panẽ filiorum, & mit- Matth. 15. 26. tere canibus. Filios nos appellat, se Patrẽ. *Si enim vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester cœlestis dabit bona petentibus se?* Hæc ergò bona sua sunt panis filiorum, prorsus canibus nõ porrigendus. Foris canes. Qui non intrabunt, nec circuibunt ciuitatem, quã- Apoc. 22. 15. tumuis famẽ patiantur, vt canes. Famem Psal 58. 7. (inquàm) patiantur; quia non est, qui pa- & 15. nem frangat eis & tribuat. En modò, cur docuit nos orare: *Pater noster qui es in cœlis.* Nempè vt, dùm oramus, filios nos exhibeamus, non canes, aut porcos. Alioquí vt Iacobus scribit: *Petitis, & non accipitis, eò quod malè petatis; vt in concupiscentiis vestris insumatis.* Concupiscentia fames est: multiplicia cõcupiscere fames est magna, quã peccatores, vt canes, patiuntur: quos ideò non exaudit Deus. *Scimus enim, quia peccatores Deus non audit, sed si quis est Dei cultor, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Ideò immundi, si nõ prius purificati, templum, quod erat domus orationis, ingredi non poterant. Et Pau- 1.Cor. 7. 5. lus etiam ab vxoribus abstinendum docet, vt vacetur orationi

Sed heù! quàm longè absumus ab his 14. instructionibus? Immundi, iniusti, auari, superbi, elati, immisericordes, accedimus ad deprecandum Deum, & appropinquare Deo præsumimus, quasi gens, quæ Isa. 58. 2. iustitiam fecerit, & mandata Dei sui non dereliquerit. Heù! si liceret conscientias discutere tot fideliũ, in templo missas audientium, orationes recitantiũ, quot videremus similes sepulchris dealbatis, qui id, quod de foris est dealbatum & deuotũ, ostendunt, intus aũt pleni sunt rapinâ, hypocrisi, & iniquitate? Deus iubet: *Nolite dare sanctũ canibus.* Et putas, ipsum dona sua impertiturum canibus? Nùm canes nõ sunt ij, de quibus Apostolus: *Quod si invicem mordetis?* Mordent murmuratores, detractores, alienum tollentes, inuidentes, zelum habentes amarum, contentiosi; hi canes viuunt, In gregem porcorum Marc. 5. 12 Dominus deprecantes misit spiritus immundos, non gratias suas.

Heù! quot voluũtur in volutabro luti, 15. & ad cœnam nuptiarum intrare nõ verentur? O gregem porcorum! O multitudo lingentium terram, terrena appetentium, in terrenis delectãtium. Quò accedetis deprecaturi? Ad domum Dei? *Hic est Pater noster, qui in cœlis est.* Quid igitur terrena

petis ab eo, qui habitat in cœlis? Filius prodigus à longè stans, proposuit postulare patrem suum: *Fac me, sicut vnum ex mercenarijs tuis.* At factus propè, suam confessus iniquitatem abstinuit à proposita petitione: Indignum se filium apertè professus est, non tamen mercenariorum appetiit, aut petiit conditionē. *Filius manet in domo in æternum*, seruus & mercenarius non æquè. Filius, quæ in domo Patris sunt, appetit, vt illic maneat in æternū: Mercenarius mercedem quærit, qua extra domum Patrisfamiliàs vtatur, & in suos vsus conuertat. Petite cœlestia, quæ pertinent ad Regnum. *Quærite primùm Regnum Dei, & iustitiam eius; & hæc omnia adijcientur vobis.* Institiam Dei quærite, quæ manet in sæculum sæculi. Quærite Regnum Dei, quod iusto ostendit Deus. Dicente Sapiente: *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei.* Ostendet Regnum, dabit iustitiam, qua per vias rectas deducat ad Regnum. Sed heù! iustitiam negligimus, Regnum spernimus, terrenis inhæremus. Sapiens monet: *Da misericordi, & non suscipias peccatorem. Da bono, & non receperis peccatorem. Benefac humili, & nè dederis impio.* Et putas Deum id agere, quod nobis prohibet.

Luc. 15. 19.

21.

Ioh. 8. 35.

Matt. 6. 33.

Psal. 111. 3

Sap. 10. 10.

Eccl. 2. 4.

CONCIO PRIMA.

16. FAcit ad intelligentiam modi orandi sensus illorum trium verborū: *Petite, Quærite, Pulsate*: Quæ ideò hic conueniēter examinamus, vt sic modus innotescat orandi. Duplicem quippe possunt habere sensum, vt primò idem significent, quòd pluribus exaggeratur verbis, vt fortius impellamur. Qui sensus, euidens significatio est magnæ pstantiæ virtutis huius, ad quā repetitis verbis cōpellit nos Dominus, qui diligit nos. Inuenimus enim verbū *Quærere* positū pro *Postulare*: dū monet Sapiens: *Noli quærere à Domino ducatum, neq; à Rege cathedram honoris.* Similiter & Pulsare, iuxta illud: *Si perseuerauerit pulsans.*

Eccl. 7. 4.

Luc. 11. 8.

17. Quamuis tamen idem actus per plura hæc verba significaretur, non synonyma sunt tamen, sed addunt aliquid ad actum postulandi, duo hæc: *Quærere* videlicet & *Pulsare*: vt Petere sit simpliciter orare; Quærere dicat perseuerantiam. Petitio quidem vnico actu potest fieri, nō sic quæsitio. Hinc de muliere illa solicita de perdita drachma scribit Euangelista: *Quærit diligenter, donec inueniat eam.* Pulsatio verò instantiam designat. Vndè Dominus amicum, ad cuius ostium pulsatur, inducit respondentem: *Noli mihi molestus esse:* Molestia hæc instantiam notat postulantis; & subdit Dominus: *Si perseuerauerit, pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eò quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi, quotquot habet necessarios.* Itaq; Quæsitio perseuerantiam addit petitioni: Pulsatio, instantiam, quam coniungit quoque cum perseuerantia. Sic docemur, orandum perseueranter & instanter. Vndè Dominus de perseuerantia ait: *Oportet semper orare, & nunquā deficere. Multum enim valet* (inquit Iacobus) *deprecatio iusti assidua:* & Sapiens: *Nō impediaris orare semper, & ne verearis vsq; ad mortem iustificari.* Vult quidem nos continuè proficere in sanctitate & iustitia. Ad quod quoniam necessaria est oratio, semper orandum docet. Et quoniam curæ huius sæculi, multa præbent & non modica impedimenta orationis: hęc à nobis iuxta posse docet amouere & elongare. Rationē addit sapiens, cur & in oratione perseuerare, & in iustificatione proficere debeamus, subdens: *Quoniā merces Dei manet in æternum.* Si finem nunquam prorsus habitura est merces, cur opus, cur merces debetur, finē habeat hac in vita velociter transeunte? Instantiam suadet Apostolus scribens ad Romanos: *Orationi instantes.* Et ad Colossenses: *Orationi instate.* Iste est clamor, de quo frequenter Scriptura loquitur: *Clamauerunt ad Dominum. Quid clamas ad me? Ad Dominum, cum tribularer, clamaui.* Ideò & Dominus clamore valido, & lacrymis hanc suā vehementissimam instantiam demonstrauit. Hinc & in edicto Regis Niniue continetur: *Clament ad Dominum in fortitudine.* Defectus duarū conditionum harū est frequenter in causa, quamobrem non exaudiantur

Luc. 18. 1.

Rom. 12. 12.

Coloss. 4. 2.

Psal. 106. 13.

Exod. 14. 15.

Psal. 129. 1.

Hier. 47. 3.

Ion. 3. 8.

preces

preces nostræ: cum quibus tamen vides
Iac.5.16. coniunctam iustitiam. Nam Iacobus dixit: *Multum valet deprecatio iusti assidua.* Et sapiens, cũ oratione perseueranti, profectum iustificationis coniunxit. Et Do-
Luc.11.5. minus, molestè orantem & improbè, amicum esse notat, qui clamat: *Amice, accommoda mihi tres panes.* Quòd si amicus non sit aut iustus, amicitiam quærat & iustitiam, eamq; & perseueranter & instanter petat, sicut publicanus, qui ascendit in templum, vt oraret, ibiq; humiliter & instanter orans, descendit iustificatus.

18 Possumus per hæc verba non eundem actum interpretari. Nam quærere, præter petitionem & alios modos dicit, quibus, quod appetimus, conamur consequi. Propterea sapiens sapientiæ cupidus, postulationi, qua moliebatur sapientiam obtinere, addit & alios modos, nempè, inuestigationem illius, studium, laborem, anxietatem. De petitione enim, cui coniungit
Eccl.51.19. quæsitionem, ita loquitur: *Ante Templum postulabam pro illa, & vsque in nouissimis*
20. *inquiram eam.* De inuestigatione: *A iu-*
21. *uentute mea inuestigabam eam.* De studio:
25. *Inclinaui modicè aurem meam, & excepi il-*
27. *lam.* De labore: *Colluctata est anima mea in illa.* De sedulitate: *Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni illam.*
29. De anxietate: *Venter meus conturbatus est, quærendo illam.* Quo docemur non satis esse, postulare à Domino bona sua; nisi q̃
Luc.11.3. nostrum est, faciamus quoq;. Sicut enim, quamuis petas panem, dicens: *Panem nostrum quotidianum da nobis*; nõ tamen cõseris manus, sed laboras, dicente Apostolo:
1.Thess.3. *Qui non vult operari non manducet*; haud
10. secus, qui bona Domini concupiscit, oret
Exo.17.10 quidem cum Moyse, sed & pugnet cum Iosue. Commendet fideli Deo animam suam; sed & laboret anima eius, & agonizare pro anima sua non detrectet. Et his omnibus pulsationem adde, vt omnia diligenter facias instanterque; vt toti simus in deprecando, toti in quærendo, lumen accendentes, domum euertentes.

19 Rationem ad huius virtutis deuotum cultum nos excitantem, nunc tandem cõsideremus. Hæc verò certa promissio est infallibilis veritatis: *Petite* (inquit) *& accipietis. Omnis enim, qui petit, accipit.* Ratio apprehendẽdi media, est certa finis expectatio. Qui enim arat & seminat, id facit in spe fructus percipiẽdi. Qui pugnat, sperat 1.*Cor.*9.10
victoriam, de qua si dubitat, pacem quærit, vt docet Dominus. Nulla verò potest fir- *Luc.*14.32
mior haberi certitudo, q̃ hæc, quæ diuinæ innititur promissioni. Niniuitæ etiam du- *Ion.*3.9.
bij, an exaudiantur, fortiter clamant. Quo tamen dubio clamare iubentur. *Quis scit* (inquit Rex iubens) *si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem, & non peribimus?* Sic piscator mittit rete sub dubio. Sic venator discurrit, sperans cum dubietate, num aliquid capiat. Sic totus propè mundus fatigatur pro re, quam admodum incertus expectat: vndè & sæpè confunditur. Quanto magis nos conari debemus, vbi firma est certitudo?

Hanc Deus veteribus moliebatur etiam 20
iuramento. Iam pluries Deus promiserat terram, quæ ideò dicitur promissionis, A- *Gen.*15.8.
brahamo: At tandem nouâ auditâ promis- sione interrogauit: *Vndè scire possum, quòd possessurus sim eam?* Ipse autem Deus, vt illum faceret certiorem, iussit illi rem facere, qua diuinum iusiurandum continebatur, ad quod frequens aspiciens Scriptura, dicit de terra illa: *Pro qua iurauit Dominus* *Exod.*13.5.
Patribus populi. Vide quantum facit Deus, & 33.1.
vt illi credamus. Ideò enim exercuit fidem *Num.*11.12.
Abraham, cui sæpè fecerat promissiones, & & 14.16.
seminis & terræ: quarum executio idcircò differebatur, vt res difficilior appareret, ac fortior fieret in fide Amicus Dei. Distulit eum vsque ad senectutem, vsquequo Saræ *Gen.*15.4.
desinerent fieri muliebria, & tunc illi promisit, quòd ex vtero eius daret illi semen. Tunc autem credidit, nec considerauit e- 6.
mortuam vuluam Saræ: *Et ideò reputatum* *Rom.*4.19.
est illi ad iustitiam. Sed fortè miraris, cum 21
in tanto naturæ defectu crediderit semen 9.
promittenti, quærens signum certitudinis, firmitatemq; promissionis de terræ possessione: *Vndè* (inquit) *scire possum, quod pos-* *Gen.*15.8.
sessurus sim eam? Intellige ergò, q; implẽtionem promissionis de semine illius personæ factam, ipse visurus erat; quia in ipso erat perficienda. At terram possimum

Gen. 15. 8. posteris eius promittebat. *Semini* (inquit) *tuo dabo terram hanc.* Quòd si & illi promittitur, dùm dicit: *Tibi dabo & semini tuo.* Gen. 17. 8. Ideò illi promittitur danda, quia danda erat semini eius. Indigebat proindè & semẽ eius fide in diuinam promissionem. Induit ergò Abraham seminis sui infirmitatem, & certitudinem petit ad confirmandam fidẽ filiorum suorum. Quam fidem suo tempore etiam in illius filiis, nempè in populo Israël, voluit exercere.

22 Sæpè quidem commemorabat Moyses populo, hoc iuramentum factum patribus; sed tamen nùm crederent, Deoq; omnipotenti, & promittenti fiderent tentabantur. Qui sæpè deficientes in fide, Deum ipsi tẽtabant, num firmus esset in promissionib⁹: quandò se illis indignos suis iniquitatibus exhibebant, & tot visis probationibus, quibus succurrebat illis in eorum necessitatibus, adhuc hæsitabant, murmurabant, Gen. 15. 8. lamentabantur, iurgabantur. Hæc ergò ratio est, quamobrem petit Abraham: *Vndè scire possum, quòd possessurus sim eam?* Vndè non dicit. Vnde scire possum, quòd tu daturus sis: sed, vnde ego possessur⁹ sim? possessurus (inquam) in posteris meis, qui forte sceleribus suis exacerbabunt clementiã tuam. Vt ergò neq; eorum sceleribus prouocatus, non opere impleas, quod promittis, da seruo tuo firmissimam probationẽ. Gen. 15. 16 Quam propterea in iuramẽto illo expressit, dicens, quòd generatione quarta illuc tandem essent reuersuri. Sicut ergò terram illam possessurus erat Abraham in semine suo; sic pro eodem semine postulat certificari, adeò, quòd semen ipsum, in quo erat adimplenda promissio, firmãm teneat ipsius promissionis certitudinem.

23 Nunc altiùs rem considerantes, attendimus ꝙ in hac promissione, iureiurando firmata, continebantur fidei iam reuelatæ Gal. 3. 23. mysteria, vt docet Paulus: Nam terrę illius possessio, dominatio est Christi, qui vi promissionis illius hæres factus est mundi, in illo benedicti & iustificati per fidem in ipsum. Ergò in illis bonis, vniuersa, quæ Christus vobis contulit, promittuntur: vt non mireris, quamobrem tam solemni iuramento firmata sit illa promissio. Vnde non absurde forsan illo quoq; iuramento, de quo Psalmista: *Iurauit Dominus, & non* Psal 109. *pœnitebit eum; tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech*: comprehensa sit. Itidem ergò bona, quæ Christus nobis pollicetur, firmant iuramentum illud; vt demũ intelligamus inde nos quoq; certum habere atq; persuasissimum, quod *Omnis qui petit accipit; qui quærit, inuenit; & pulsanti aperietur.*

Si autem rei promissæ difficultas com- 24
mendat Abrahæ fidem, qui contra spem in spem credidit, certò sperans per gratiam, quod impossibile erat per naturam: certe Rom. 4. 18
bonorũ, quæ nos obtinemus, eximia amplitudo fidem quoq; nostram non parum exaltat, nẽpe quòd sola petitione fiat nobis, quidquid volumus, nihilq; nobis impossibile sit. O gloriam Christianorum, quibus dicitur: *Petite, & accipietis.* O immensa diuitiarũ abundantia, quibus aperti sunt thesauri cœlestes, ad quos per orationem fidei nobis aditus patet. In rerum promissarum difficultate, patuit antiquitus diuina potestas, quæ tot tantaq; mirabilia in suorum salutem operata est. At in promissionis generalitate, quę nullum bonum excipit, pietas nunc Dei nostri declaratur, quæ nobis pollicetur. *Omnia quæcunque* Marc. 11. *orantes petitis, credite, quia accipietis.* 24.

Quod si cum Abraham quæras: Vnde 25
scire possum, ꝙ accepturus sim quidquid Gen. 15. 1.
petiero? Ad firmitatem confugias Abrahæ. 10.
Vbi diuisa sunt animalia illa tria, vacca, capra, aries, & altilia occisa sunt, propter quæ Christi mors figurabatur: nam per diuisionem mors intelligitur. Vnde habemus: Ve- Luc. 11. 44
niet Dominus serui illius, & diuidet eum. Et, Ecce Angelus Domini stat, vt secet te medium. Promissor quippe per sectã ani- Dan. 13. 55
malia incedebat medius, veluti protestãs. Si non impleuero, quod promitto, hoc mihi faciat Deus, vt & ego diuidar medius, sicut hæc diuisa sunt animalia. Sed vere Christ⁹ ad cõfirmandas promissiones suas mortem obiit, ac si diceret: Et meipsum præbeo, vt nemo ambigat, me meis non parciturum bonis, quin omnia vobis abũdanter impendam atq; dispendam. Sic certior factus est Paulus, qui vt nos itidem certio-

certiores faciat, scribit indubitanter de
Rom.8.32. Deo: *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?*
Hebr.9.17. Testamentum enim in mortuis cõfirmatum est: asserit idem Apostolus.

26 Vt verò manifestet Dominus Iesus, quã ardenter cupiat sua nobis bona conferre, ad nos ipsos nos mittit, vt in nobis ipsis veritatem discamus suarum promissionũ. *Aut qui est* (inquit) *ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem, nũquid serpentem porriget ei? Si ergò vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris; quantò magis Pater vester cœlestis dabit bona petentib. se?* Docet monetq; natura ipsa, vt petẽti filio bonum tribuat pater: Multò igitur magis
Eph.3.15. Deus, cuius natura bonitas est; A quo omnis paternitas, in cœlo & in terra, nominatur; cum sit Pater noster, & non quicunque, sed qui habitat in cœlis; implebit bonis sperantes in se, postulantes à se.

27 Vbi aduerte phrasim. *Vos etiamsi mali sitis, nostis bona data dare filiis vestris. Nostis* (inquam.) Amor errorem tollit, vt non des pro pane lapidem, nec pro pisce serpẽtem; quamuis inter illa sit aliqua similitudo: similitudo autẽ sit mater falsitatis. Sed charitas mittit foras omnem errorem; etiamsi simus mali: neque bona, quæ damus, à nobis sunt, sed data nobis sunt. Deus ergò, qui solus est bonus, & omnia bona sua secum portat, vt quæ ab illo sunt, non sibi à quouis alio data, atque adeò optimè nouit illa, nõ multò magis bona dabit? Quia
Rom.8.26. etsi petentes decipiantur, petendo. *Nescimus enim quid petamus: Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus.* Deus certè non fallitur, nec sequitur ignorantiam nostram, sed bona dat petentibus, etiamsi illi lapidem pro pane postularent, serpentem expeterent, piscem illum esse existimantes.

28 Duo autem docemur his verbis Domi-
Exhortatio ni, quæ ad nos pertinent, Alterum ad personam nostram, alterum ad petitionem nostram. Quod pertinet ad personam, est, vt simus filij: Quoniam non dicit, quòd homo cuilibet petenti bonum tribuat, sed filio tantùm; & infert: *Multo magis, Pater vester, qui in cœlis est:* Vndè & in oratione dominica docuit nos dicere: *Pater noster, qui es in cœlis:* sed heù! vbi sunt filij? Vbi, qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt? Vbi, qui manent in domo in æternum? Vbi, qui dicunt Deo, non ligno: *Pater meus es tu?* Vbi, qui non degenerant à natiuitate tã nobili, qui verè perfecti, sicut & Pater noster cœlestis perfectus est? Filij potius alieni, qui Deo mentiuntur: *Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semetis suis.* Qui cùm spiritu cæperint, nũc carne consumantur. Qui bonum aliquandò facientes, nunc deficiunt. Filij alienati, qui quotidiè dicunt: *Pater noster, sed filij alieni mentiti sunt*, Patrem vocantes, cuius non sunt filij, cuius domum deserunt, cuius hæreditatem despiciunt, cuius Maiestatem offendunt, cuius voluntatem impugnant? Vere generatio praua & adultera. Nunquid cum hi clamauerint, Deus exaudiet eos? Audient potius: *Non est voluntas mea ad populum istum.* Et de illis fiet, quod scriptum est in Ezechiele: *Terra, cùm peccauerit mihi, vt prauaricetur prauaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob; ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: ait Dominus exercituũ. Quod si & bestias pessimas induxero super terram, vt vastem eam. Tres viri si fuerint in ea, Viuo ego; dicit Dominus Deus; quia nec filios nec filias liberabunt.* Vides quid faciat iniquitas? quandò nec sancti tàm eximij proprios filios possunt liberare? Noë per arcam liberauit fi-
Gen.6.32. lios suos. Iob per sacrificia filios suos sanctificabat. Daniel exemplo & societate
Dan.3.23. sua liberauit tres pueros de camino ignis ardentis. Sed si cum essemus filij Dei, in
Iob.1.6. Satanam conuertimur, qui & ipse astitit inter filios Dei, nunquid Deus aderit obsecrationibus nostris, quibus petimus potestatem, vt Satan, contra proximos nostros?

29 Hoc est secundum pertinens ad petitionem nostram; qua petunt aliqui lapidem, non panem; aliqui serpentem, nõ piscem.

Isti nociua, illi inutilia. Quid tu petis? diui-
tias? honores? potestatẽ? voluptatem? Aut
inutilia sunt, aut noxia. Pater, dum Patrem
agit non hæc concedit, sed abnuit magis,
prospiciens filiis suis. At si obstinato ani-
mo petis, quod non expedit, oratio tua in
peccatum facta, obtinet ad tui vindictam
postulata. Sic populo Regem postulante,
1 Reg. 8. 9. dixit Dominus Samueli: *Audi vocem eorũ:*
Sed quid deinde dixit Dominus per Pro-
Oseæ 13. 11. phetam Oseam? *Dabo eis Regem in furore
meo, & auferã in indignatione mea.* Quod
est dicere: Iratus exaudiui rationem eorũ,
Regem postulantium: Iratus auferam ab
eis Regem, mittens illos in captiuitatem:
& ita, sicut de Rege feci, faciam & de reli-
quis. Desiderium eorum afferam eis, & di-
mittam eos secũdum desideria cordis eo-
rum, vt impingant & cadant; existentia,
quæ concedam, scandalum ipsis.

30 Sic fecit Pharaoni, flagella auferens,
Exod. 7. & seq. quò magis indurabat, & ad vltimum per-
uenit exterminium. Sic murmurantibus
Num. 11. 31 & Exo. 16. 13. dedit coturnicum abundantiam: sed ad-
huc escæ eorum erant in ore eorum, & ira
Dei ascendit super eos, & occidit pingues
Psal. 77. 31 eorum. Quandò pro necessariis murmu-
rauerunt, clamantes, exaudiuit voces eo-
Num. 11. 31 rum, illis compatiens. Sed quandò pro su-
perfluis clamant, voluptati consentiunt,
& concupierunt concupiscentiam in de-
serto, postulata quidem cõcessit ad osten-
sionem potentiæ suæ, verum mox ad ostẽ-
sionem iustitiæ suæ, pœnas ab eis sumpsit,
& prostrauit eos, vt ad perpetuam rei me-
Gen. 25. 21 moriam, locus ille diceretur, *Sepulchra cõ-
cupiscentiæ.* Accidit & quibusdam, quod
legimus de Rebecca vxore Isaac, pro qua
cum sterilis esset, rogauit Isaac Dominum.
Qui exaudiuit eum, deditque conceptum
Rebeccæ. Sed collidebantur in vtero eius
paruuli. Quæ ait: Si sic mihi futurum erat,
quid necesse fuit cõcipere? O quot sunt ea
petentes, quæ si obtinerent, postmodum
dolerent, dicentes: Si sic mihi futurũ erat,
quid necesse fuit obtinere? Quid necesse
fuit populo Regem obtinere, quando hoc
fuit ad illius detrimentum? Quid necesse
fuit cõcupiscentibus carnes accipere, quã-
dò iram Domini meruerunt? Heu quid ne-
cesse fuit tibi diuitias obtinere, quandò
fuerunt tuę occisionis occasio? Quid obti-
nere cõcupitos amplexus, quandò necem
miseram commeruisti? Et pessima tamen
illa mulier illecebra peccati dicit adole-
scenti: *Victimas pro salute deuoui.* Gratia Pro. 7.
Dei est, non ira; quandò quod petitis, non
accipitis, eo quod malè petatis, vt in con-
cupiscentiis vestris insumatis. Hoc tãtum Luc. 11.
bonum, quantum est oratio, quare sumi-
mus ad malum, ad mortem, ad detrimen-
tum? Rogat Psalmus: *Dirigatur oratio mea,* Ps. 140.
sicut incensum in conspectu tuo. Oratio in-
censum est nostrum, incensum fidelium,
incensum spirituale; sed ignis euaporare
faciẽs, desiderium est. Ignem alienum po-
suerunt in thuribulis Nabad & Abiu, non Leuit. 10.
sumptũ de altari. Hi sunt, qui terrena con-
cupiscentes, orant pro illis obtinendis, qui
ab ira Dei consumuntur, vt in concupiscẽ-
tiis suis se insumant. Cœlestia, vtilia, sacra
concupiscamus, ignem sacrum de altari
excipientes, vt intret oratio nostra sicut
incensum in conspectu Dei. Vt cum incen-
so tandem accedamus intra velamen, sicut
Pontifex, quò introiuit pro nobis Domi-
nus Iesus. Quod nobis concedat Dominus
& benedicat. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Qui sine ratione viuunt, canes & porci sunt appellandi: sunt incapaces doctrinæ Christi. Quales esse debemus, vt Deus in orationib. nos exaudiat. Quales sumus cum proximis nostris, talis & Deus nobiscum, & hoc in Morali.

VERBA illla Domini Iesu. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris,* docent medium quodam modo esse hominem, inter dantem & accipientẽ, vt ab illo accipiat ipse, quod huic tribuit. Solus enim Deus, tantumodò dat, nihil a quoquam accipiẽs Propterea enim 1

Deus, quia sic ex sua immensitate plenus est, vt nihil ei addi possit, nihilq; in illum valeat introire, nihilq; propterea possit ipse accipere. Vnde canit Propheta atq; cõfitetur: *Dixi Domino: Deus meus es tu; quoniam bonorũ meorũ non eges* Homo autem quidquid habet accipit. Creauit enim illũ Deus creator omnium. At quoniam Deus, qui à nullo accipit, omnibus dat, & hominem fecit ad imaginem suam, sibi illum in eo, quod possibile erat, assimilauit. Nõ poterat autem in eo facere, illum sibi similẽ, quòd à nullo quidquam accipit, alioqui illum ipse non creasset. Fecit ergò in conditione aliquid aliis conferendi: & propterea statim sumpsit ab eo costã, ex qua mulier ædificat. Fecit autem in adiutorium eius ad prolem, nempè ad procreandum, vt in hoc maximè similis esset Deo, vt factus ad imaginem & similitudinem, ad imaginem & similitudinem generaret: & in hoc maximè similis esset Deo, qui illum sibi assimilauit, quòd de ipso sibi similem procrearet. Quin & mulierem viro assimulauit, ex cuius costa ædificata est, vt æq; atque ille, etiam ipsa alium sibi assimilaret. In vtroq; igitur, homo regulandus est, vt & accipere sciat congruenter, & tribuere: Quod in præsenti lectione docemur expresse: vbi nobis dicitur: *Petite & accipietis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis.* Vt discam accipere: vt verò tribuere, pariter audimus: *Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Et, *Omnia quæcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* De his ergò duobus erit sermo noster.

Psal. 15. 2. Gen. 1. 27. Gen. 2. 21. Diuisio.

2 Ordo quidem videbatur postulare, vt antè de *Acceptione* loqueremur, posteà verò de *Tributione*, quandoquidem nisi bona data dare non possumus, & propterea priusquam tribuamus, accipimus. Attamen, tum quia lectio prius de dãdo monet, tum quia acceptio inducitur, vt de tribuendo iltruamur: Pars prima sermonis nostri erit circa dationem & collationem: Secunda erit de oratione & conditione, qua orantes accipimus à Deo, quod postulamus. Quarum vtrũque demum regula illa confirmatur. *Omnia ergò quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* A prima ergò parte exordientes, attendimus iussionem Domini. *Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Vbi supponitur, quòd id, quod dari debet & accipi, bonum sit. Nàm nemo sibi vult malum inferri, sed bonum tantumodò conferri, & apertè quod dari iubetur, *sanctum* appellatur, pretiosum bonũ. *Bona data* (nquit) *margaritas vestras: sanctũ.* Discamus ergò in primis, dari quibus debeat. Nominantur à Domino canes, porci, filij. Canibus & porcis prohibet dari. Filiis dari natura monet, experientia docet.

3 Vbi videmus primum, homines malos brutorum nomine nuncupari, & hoc meritò; cum nõ rationale sit obsequium illorum, non ingeniũ, non consilium, non desiderium, non studium. Ideò in scripturis frequentissimæ sunt interrogationes exprobrantes. *Quare fremuerunt gẽtes?* *Psal.* 2. 1. *Quarè detraxisti sermonib. veritatis; cum è vobis nullus sit, qui possit arguere me?* *Iob* 6. 23. *Quarè persequimini me sicut Deus, & carnib. meis saturamini?* *Iob* 19. 22. *Quarè ergò nunc dicitis: Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contrà eum?* 28. *Quarè seduceris, fili mi, ab aliena? & foueris in sinu alterius?* *Pro.* 5. 20. *Quarè & vos transgrediminimandatum Dei propter traditiones vestras?* *Mat.* 15. 3. *Cur tantum nephas in vobis?* *Iudic* 20. 12. Et huiusmodi sexcenta, quibus innuitur, sine causa & ptopterea sine ratione, id fieri vel factum esse, quod ea ratione redarguitur. Sed hoc peccatoribus omnibus cõmune est. Si enim præcepta Domini recta sunt vniuersa, & iustificata: quoniam lex Domini imaculata, & lata est à sumã & infinita ratione, quæ est sapientia Dei; certè quidquid contra legem committitur, irrationabile est, & còntra etiam humanam rationem, quæ vestigiũ quoddam est, & radius diuinæ mentis atque rationis: Et profectò quid irrationabilius, quàm Deum offendere, qui est summum bonum? Quàm se propria felicitate, pro vilissima re, priuare? Quàm pro nihilo potius, quàm pro re minima æternis se supplicijs tradere? Quàm se malis omnibus obnoxium, bonis omnibus indignum reddere indignissimè?

Psal. 18. 8.

Dicat

4 Dicat asina Balaam, aperiat mutum animal abiectissimam similitudinem, quam induit, quicunque peccat. *Quid feci tibi? cur me percutis, ecce iam tertiò?* Inquit asina, os illi Deo aperiente. Rationem quærit ab animali rationali qui est homo, animal irrationale qui est asinus. Reddat rationem rationalis. *Quia commeruisti, & illusisti mihi: Vtinam haberem gladium.* Purget se à culpa asina irrationalis, vt irrationalis appareat ipsius rationalis indignatio atque percussio. *Nònnè animal tuũ sum, cui semper sedere consueuisti, vsque in præsentem diem? dic, quid simile vnquam fecerim?* Mutum loquenti dicit. Dic: Redde rationem indignationis tuæ. Ratio aliqua subsit necesse est, cur nunc faciam ꝙ nunquam feci. Aperiat tibi oculos Deus, vt videas, quod video; & rationem intelligas. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via euaginato gladio. Hoc Deus fecit, hoc refert tam distinctè Scriptura Sacra, vt intelligat vnusquisque, hominem ratione præditum, absque ratione operantem, & peccantem contra rationem, dignum esse, qui à brutis criminetur, culpetur, redarguatur. Rem amplificat, quòd loqueretur ille cum Deo, & prophetaret; animal verò esset omnium insipientissimum. Quod Petrus nos voluit animaduertere dicens: *Balaam mercedem iniquitatis amauit: Correptionẽ verò habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal, hominis voce loquẽs prohibuit Prophetæ insipientiam.* Animal natura insipientissimum insipientiam prohibuit hominis, qui diuina sapientia præditus erat, nẽpè prophetia. Tu fidem habes; quæ est lumen supra rationem: & meritò tamen argueris à brutis ratione carentibus. Hoc nõ intendebat Dominus in Isaia? *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit?* O vtinam cognoscerent homines insipientiam & vesaniam suam, & aperirent oculos, & viderent Angelum stantem contra illos, & mala prohibentem, & dicerent sicut dixit Balaam: *Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: & nunc si displicet tibi, vt vadam, reuertar.* Tu iam scis, quòd Deo displicet hæc via tua, hæc vita tua, & pergis tamen, ambulans ex aduerso Deo creatori tuo.

Nu. 22. 28. 29. 30.

Nu. 22. 35.

2. Pet. 2. 35.

Isai 1. 3.

Nu. 22. 34.

5 Sed ad lectionem. Quamuis animalia omnia ratione careant, In quo peccator similis factus est ilis, sunt inter illa quędam, quę ob suas quasdam proprietates, abominationi sunt præter cætera, quorum duo, canes videlicet & porcos, hodie Dominus nominauit. Vterque immundus, canis & porcus: & adeò procul à rebus sanctis, vt si quis canem vendisset, nõ poterat pretium eius offerre. *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quia abominatio est vtrunque apud Dominum Deum tuum.* Et sapiens ait: *Quæ communicatio sancto homini ad canem?* Vt aduertas canem maximè opponi sanctitati. Nam & Iesaias falsos Prophetas vocat canes impudentissimos. Vndè ait Dominus. *Nolite sanctum dare canibus.* Porcum autem, propterea quod luto volutatur, quod est vilissimũ, rei pretiosæ maximè aduersari. Vnde ait Dominus. *Neque mittatis margaritas vestras ante porcos* Vt in cane potissimum prophani significentur, qui à sanctitate & religione absunt longissimè: In porco autem hi, qui pretiosa spernunt, & multum valentia habent pro nihilo, se versantes in volutabro luti, quod ad nihilum valet.

Deut. 23.

Ec. 23. 12.

Isai. 56. 10.

6 Ex quib. Domini verbis habemus Euãgelij excellentiam in sanctitate & in pretiositate; Sanctum quidem est, quia Lex Domini immaculata; pretiosum, quia Iudicia Domini desiderabilia sunt super aurum, & lapidem pretiosum multum. Sanctum, quia bonum honestum est, & decens. Pretiosum, quia bonum, vtile est, & conducens. Duo quippè sunt, quæ hominem perficiunt, si in se sit mundus, rectus, candidus, splendens; sic plenus seipso, vt nihil illi desit in sua natura: & si bono omni, cuius est capax, refertus sit. At propterea sit veluti vas mundum, absque macula & defectu: & plena sit illius capacitas omni bono. Quæ vtraque Euangelium præstat, mundans corda & replens; mundans culpa, & replens gratia; illud per pœnitentiam, istud per obedientiam, de quibus non

Psal. 18. 10.

bus non vacat nunc longius disputare. Solum attendamus qui sint, quibus non dandum sit Euangelium, nempè qui in immũditiis suis delectati, respuũt pœnitentiam; & qui propriæ voluntati addicti, ablegant obedientiam.

7 Hæc enim duo resistunt veritati; sensuũ delectatio, & mentis affectio. Qui sensuũ delitiis affluunt, iacentes in cubilibus & impudicitiis, & aliis quibuscunque delectationibus, quæ non sunt in dextera Dei, vocanti respondent: *Noli mihi molestus esse: Iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.* Vides difficultatem superãdi voluptates? Tanta est, vt dicat: Non possum surgere. Et, Iam ostium clausum est. Iacet ipse in voluptatibus, iacent pueri in curis. Vt hic sententia Domini accommodetur: *Audierunt, & à solicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes, suffocantur, & non referunt fructum.* Neque inter nos desunt, qui eiusmodi sint. Quandoquidem Ecclesia pro istorum socordia sic à Salomone delineatur; vt dilecto pulsanti, & vt sibi apperiatur instanti, respondeat: *Expoliaui me tunica mea, quomodò induar illa? laui pedes meos, quomodò inquinabo illos?* Vt in lecto suauiùs dormiret, nudauerat se, abluerátque pedes, propterea tædet illam sibi incommodare. Quod si dicas: *Et homo de lecto surrexit, deditque panes amico.* Et hæc tandem surrexit, vt aperiret dilecto suo. Sed homo ille Deum refert, qui importunè rogatus, exaudit: Et ista alium fidelium statum & numerum, in eo quod surrexit, repræsentat. Obstat ergò maximè Euangelicæ veritati sæcularis oblectatio. Vnde & qui vxorem duxerat ad cœnam vocatus dixit. Vxorem duxi, & ideò non possum venire.

Luc.11.7.
Luc.8.14.
Cant.5.3.
Luc.11.8.
Cant.5.5.
Luc.14.20

8 Aliud obstaculum, quod officit potissimùm, est superbia voluntatis humanę, quę subdi non vult, quæ in adinuentionibus ire decreuit, neque veretur Deo aduersari. Delectatio duo illa complectitur, quę scribit Ioannes, cõcupiscentiam carnis, & cõcupiscentiam oculorum, quę Christus vnà cõiunxit in figura spinarum, dicens: A solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ, hoc aliud est nil quam superbia vitæ. Quid quæso populum illexit, vt vitulum aureum faceret, & adoraret? peruersa eorum voluntas; Neque enim in eo erat delectatio, aut diuitiæ; iubent tamen Aaroni: *Fac nobis deos, qui nos præcedant.* Cur durus es corde? cur veritatem non sumis? cur nõ inclinas cor tuum ad faciẽdas iustificationes Domini? superbia cordis tui erexit se; sibi ipsi Deum facit: de suo sibi idolum erigit: non vt solùm Deus venter sit, sed oculus, sed animus, sed voluntas. Dederunt illi inaures ad vitulum effingendum. Tu aurem tuam accommodas illi, obedientiã, seruus factus tuæ ipsius voluntatis, vt non aliud velis, quàm velis; vt non alia placeãt. quàm placentia; vt non aliud, quàm concupiscentia concupiscatur. Ecce per Prophetam depictos huiusmodi homines. *Populus ad iracundiam prouocatus est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus: Nolite videre: & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Quibusnã clarioribus verbis exprimi potest voluntatis humanæ peruicacia, quæ legem Dei, & quidquid sibi repugnant, valdè recusat? O porcos, qui pedibus cõculcant verbum Dei, spernunt, contemnunt, abiiciunt, & in illius ministros irruunt; cuiusmodi erant antiquitus Prophetæ, qui Videntes dicebantur, & nobis fuerunt Apostoli, & eorum successores.

Exod.32.1.
3.
Isai.30.9. 10.11.

Cur autum his prædicari vetat Christus, qui dixit postea: *Prædicate Euangelium omni creaturæ?* Præter alia, quæ possumus respondere, hoc solùm dicimus, quòd sic denotauit, qui non essent veritatem Euangelicam suscepturi, nempè carnales & cerui cosi: & quòd, qui non susciperent, canes essent & porci. Filij autem sunt qui suscipiunt; filios viuunt, qui obtemperant: *Nostis bona data dare filiis vestris.* Nos vocat: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos. Nunc ergò filij audite me: Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes: & nolite abijcere eam.* Alioqui *peccauerunt ei, & non*

9 Mare.16. 15.
Psal.33.12. Pro.8.32.

Deut.32.5. *filij eius in sordibus; generatio praua atque peruersa.*

SECVNDA PARS.

10 SIcvt exemplo patris terreni, qui bona data dat filio suo, fides, quam, Deum rogantes, habere debemus, roboratur: haud secus docemur, quales nos Deo, vt ab illo exaudiamur, exhibere debemus: *Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester cœlestis, dabit bona petentibus se?* Ergò filios esse nos oportet Patris cœlestis, si volumus ab eo exaudiri. Ideò enim etiam orantes dici-
Mat. 6.9. mus: *Pater noster, qui es in cœlis.* Quid verò nos filios facit? Id nimirum, quod canibus contrariatur & porcis, sanctitas videlicet & obedientia. Nàm inter filios & canes quòd sit oppositio, testis est ipse Christus, qui dixit mulieri Chananææ. Non est bonum sumere panem filiorum, & mitte-
Mat.15.26 re canibus. Quod verò etiam porcis filij opponantur, habet lex, quæ præceptura filiis Israël, ne immunda manducarent, inter quæ & porcus numeratur. Dixit antè:
Deut.14.1. 3.8. *Filij estote Domini Dei vestri; Nè comedatis, quæ immunda sunt. Sus immunda est; carnibus eius non vescemini, & cadauer eius non tangetis.* Si ergò ad sanctuarium immundis non dabatur accessus, quomodo horum erit accepta oratio antè Deum? Tã longè erant à cultu Dei animalia ista duo, canis & sus, vt per exprobrationem respuens Deus illorum sacrificia, dicat per
Isai.66.3. Isaiam: *Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum. Qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. Qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat.* Non multò magis ergò impij, qui his brutis assimilantur & per illa figurantur, repellentur à conspectu Dei, & impedientur illi appropinquare? Et si Apostolis interdicit, nè bonũ Dei verbum huiusmodi viris immundis administrent, nunquid ipse bona illis sua largietur?

11 Ita à doctrina tribuendi, ad doctrinam accipiendi transitum faciemus. Si filiis dandum est, non canibus, non porcis: ergò vt exaudiatur oratio nostra, filios nos exhibeamus, & sanctos & obedientes. Puritatem orãtium exagitat Apostolus, scribens ad Timotheum: *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sinè ira, & disceptione:* & rursus: *Sectare iustitiam & pacem, cum iis, qui inuocant Dominum de corde puro.* Quis enim manus leuet impuras, ad capienda sancta dona Dei? Quis immundum offerat vas, ad ea reponenda? Manus ergò puras exigit & cor purum.

Propterea daturus Dominus cœlestem 12
suam sanctamque ac diuinam alimoniam discipulis suis, mundos adeò esse voluit, vt & pedes ipse eorũ propriis lauaret manibus; innuens quòd etiam à leuioribus culpis, vbi sancta sumuntur, vacuos & mũdos nos esse debere. Et Sapiens quandò dixit: *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem.* Non egregiè laudauit mundam orationem? Coram Rege terreno laudabilis est sinceritas, vt qui sincero corde negotietur, qui eiusmodi esse cognoscitur, libenter auditur, gratia diffusa in labiis suis. At Deus, qui intuetur cor, & illius munditia maximè delectatur, amicum se illi præbet. Amicorum autem communia sunt inter se omnia: Petenti autem gratissimis labiis, nequaquam illi postulata negabit.

Filiorum verò maximè est parentibus 13
obedire, quo se illis charos & acceptos reddunt, & mutua conseruatur inter illos cõmunicatio: vt filij exhibeant parentibus seruitutem, & patres illis licita omnia postulata concedant, & filij parentibus in necessitatibus subueniant atque prospiciant; sicut & parentes filiis, vt ait Apostolus, debent thesaurizare. Quapropter filios, qui 14
parentibus subtrahunt necessaria, Sapiens comparat homicidis: *Qui subtrahit (inquit) aliquid à patre suo, & à matre, & dicit, hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est.* Obedientia ergò vim maximam affert orationi, alioqui erit quod Salomon iam olim decreuit: *Qui declinat aures suas, nè audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Quem enim exaudiet Deus, à quo non auditur ipse? Inclinabit Deus aures suas ad illius vocem, qui suas non declinat, vt audiat legẽ eius? A Deo obtinebit quod vult homo

homo ille, qui, quod Deus vult, renuit ipse facere? A quo propter eius pertinaciam, vt benefaciat, Deus impetrare non valet; iste à Deo, vt benè sibi faciat impetrabit? Quem pietas diuina ad obedientiam flectere non valet, huius temeritas ad suum nutum sibi diuinam Maiestatem inclinabit? *Qui declinat aures suas, nè audiat legẽ: oratio eius erit execrabilis.* Sic dicit Veritas, sic dictat Sapientia, sic Iustitia decernit. Cur putas, quòd ad pascendũ porcos deiectus est, qui de domo patris exiens, dissipauit omnem substantiam, viuendo luxuriosè? Ad porcos transit, qui Patris præceptis non est subiectus, qui non Dei voluntate, sed suo arbitratu ætatem degit. Dæmones deprecantur, vt illis liceat in porcos introire; vt de Christi præcepto soluti, requiem ibi quærerent suo more.

Porci sunt, qui margaritas nõ pendunt; qui illas pedibus suis conculcant; qui diuinam legem non super caput ponunt sibi, sed post tergum, imò sub pedibus. Canes indigni sunt, qui audiant veritatem; porci inepti. Legi obstant illi à principio suâ impuritate; isti post acceptã illam, suis transgressionibus eandem vilipendũt. Inter canum personas siue naturam & legem, & inter porcorum actiones & legem, aperta est contrarietas. Impius non est locus lege dignus, non est factor legis aptus. Daturus Deus legem, à populo immunditiam relegauit, vt dignè susciperent illam. Illâ datâ fœdus iniit, quo ipsi se ad illius obseruantiam obligârunt. Ità & canes ablegati & porci. Rectè ergò Christus iubet: *Nolite sanctum dare canibus: neq; mittatis margaritas vestras ante porcos.* Vides expulsos canes à lege propter id, quod iam sunt? porcos verò propter id, quod post operantur? Canes itaq; propter conditionẽ, quam habent iam; porcos propter operationem, quam agent post. Talibus vetat Christus dari bonum Dei verbum: & dabit illis ipse bona sua? filiis repromittit, nõ canibus; dicit potius. Non est bonũ mittere canibus panem, qui filiis debetur. Ita neq; porcorum pastor ventrem de siliquis porcorum valet implere. Ergò impij famẽ patientur, vt canes; & non panũ abundantiam edent, sed siliquas; non solidum cibum sument de manu Dei, sed vacuum & inane de terra; quas, qui cœpit egere & fame perit, illis subministrat.

Fames ergò, fructus inobedientiæ est: & causa abundantiæ, est obedientia. Nedùm filij in domo patris, verùm & mercenarij abundant panibus. Ergò *filij obedite parentibus vestris*; Iubet Apostolus: Ergò fideles, filij estote Domini Dei vestri. *Audi, fili mi, disciplinã patris tui, & nè dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques tollo tuo.* Gratiam habebis, si obediens fueris, & gloriam habebis. Vnget caput tuum Deus gratia Spiritus Sancti, qui auctor est donorum omnium, vt vndique implearis à Spiritu Sancto. Collum tuum erit sicut monilia, vt gloriosus appareas in conspectu omniũ. *Gratiam enim & gloriam dabit Dominus, & illos non priuabit bonis, qui ambulant in innocentia.* Et *firmum fundamentum stat habens signaculum hoc: Cognouit Dominus, qui sunt eius: Et discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini.* Verba sunt ista Pauli, quibus docet, stabilitũ esse apud Deum, vt qui illum inuocat, discedat ab iniquitate, nec putet se ab oculis eius posse occultare. Cognouit enim ipse, qui sunt eius. Nam & homini dicitur à Sapiente: *Si benefeceris, scito cui feceris: Da bono, & non receperis peccatorem. Quoniam & Altissimus odio habet peccatores: & impiis reddit vindictam.*

Veruntamen hæc ita intelligenda sunt, vt iis non detur, qui ex dato fiant peiores. Quod innuunt Christi verba, dicentis de porcis: *Nè fortè conculcent eas pedibus suis, ac cõuersi disrumpant vos.* Si autem speretur vtilitas, non est beneficentia subtrahenda. Ibidem enim sapiens ait: *Altissimus odio habet peccatores; & misertus est pœnitentibus.* Alioqui totus mundus erat in maligno, quandò Deus misit Filium suum in mundum. Et in Ezechielem dicit Dominus: *Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Ipsi & Patres eorũ præuaricati sunt pactum meũ, vsq; ad diẽ hanc: Et filij dura facie, & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te.* At

Christi prædicatio & Euangelium, quot hominibus fuit in salutem? Neque panis
Ioh.11. 57. filijs erat subtrahendus, tametsi inter filios Dei esset & Satan, & impij multi essent in congregatione iustorum, eorum videlicet, qui iusti essent futuri, sicut & filij Dei, pro quibus mortuus est Christus, vt illos congregaret. Ideò etiam ad Ezechielem
Ezech.2.7. dictum est: *Loquere verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant.* Dat ergò Deus & his, qui boni sunt; & his, qui ex datis possunt fieri boni, vel omnes vel aliqui.

17. Discamus ergò nos ex dictis, qualiter nos gerere habeamus, quò ad rationē dati & accepti, cum Deo & cum hominibus. Et à Deo exordientes, docemur quidem, imò iubemur illū rogare, certi facti, quòd exaudiet nos, si, vt petere docuit, deprecemur. Duo autem potissimum in hac lectione exigit in petente, quæ illis verbis tanguntur. *Si petierit filius panem, aut piscem.* Nempè vt petens filius sit, & vt res petita sit panis aut piscis. Filius (inquam) sit, aut petitio illius ad hæc tendat, vt filius sit. Quis verò filius sit, iam expositum est. Si filius, ergò est eiusdem naturæ cum patre; ergò dilectus à patre; ergò patri obediens; ergò patri obsequens. Esto tu talis
Matth.6.9 cum Deo, vt verax sis quandò oras: *Pater noster, qui es in cœlis*: Sis Dei imitator, quātum potes, si non per naturæ identitatem, at per vitæ conformitatem, per Vnigeni-
Philip.2 8. ti sui imitationem: *qui factus est illi obediens vsque ad mortem*: & illius, qui ca-
Psal.118.8. nebat rogans: *Iustificationes tuas custodiā:*
22. *non me derelinquas vsquequaque. Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.*

18. Heu! cur Deo rebelles audemus introire in conspectu illius? Filii, filij estote Domini Dei vestri, & rogate Petrem vestrū,
Exhortatio. *Deut.14 1.* qui in cœlis est. Nolite pugnare contra Deum, donis suis abutētes ad illius offensam; alioqui quomodo præterea postulabitis, vt vobis propitius sit. Denique postulate panem, & si libet, piscem quoque. Panis necessarius est ad vitam: piscis sit obsonium; vitam, eamq; commodam liceat postulare. Piscis tamen sit, nō delitiæ, non diuitiæ, non pompæ, non potestates, non vindicta, aut mors inimicorum tuorum. Non sis sicut Balaam, qui erigebat altaria, offerebat sacrificia, vt populo Dei posset maledicere, quem Dominus nunquam exaudiuit. Deo offeras, vt à Deo auferas. Da, vt accipias. Obtempera, vt impetres. Subditus esto Domino, & ora eum. Fac, quod vult; & faciet, quod vis.

At cum proximo regulam habes. *Omnia*
19. *quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* Hoc est Secundum considerandum. Similis est regula ordini, quē cum Deo habere debeamus, vt qualem cupimus Deum erga nos, tales pro modulo nostro nos illi exhibeamus. O regula quàm potens es, quàm rationabilis, quam iusta? Contra hanc quis vel murire possit, aut audeat? & tàm audacter tamen, quàm impiè, quàm peruersè aduersus illam incedunt vniuersi? Quis velit offendi? Quis noceri? Quis infamari? Quis bonis suis priuari? Et eccè tamen, *omnes* *Psal.13.3.*
declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non ad vtilitatem proximi facti, sed ad detrimentum. *Vnusquisque declinauit in viam* *Isa.53.6.*
suam, communem derelinquentes, quærentes quid sibi vtile est, non quod multis. Regula ista quantò clarior est, tantò minus obseruatur. Vbi vniuersos sua obligatione compredendit, nullos propè complectitur sua executione. Quotus enim quisq; est, qui, quod ab aliis sibi vult fieri, id aliis præstet? Si non alio nomine quis proximo sit grauis, an non satis grauat iracundia? *Graue est saxum, & onerosa are-* *Prou.27.*
na, sed ira stulti vtroq; grauior. Quam grauitatem contra se, quis nō abhorret? Quis proximo non facile imponit? Ità in cæteris quoque id plurimum euenit. Sit ergò cordi nostro impressa regula, vt ab omnium Rectore deniq; præstetur, vt vbi perfectissimè illa obseruatur, viuamus in æternum. Amen.

MORALE.

SAncta profectò precatio illa est, quam 20.
sanctus Propheta canens ista verba fa- *Psal.118.*
cit: *Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas.* Quid iustius. n. potest postulari quam

quam vt doceamur à Deo, Dei iustificationes? Quid sanctius potest concedi, quàm doctrina, quâ discamus à Deo iustificari? Meritò vt exaudiatur, in primis Deũ benedicit, id efficiens, quod alibi pollicetur: *Laudans inuocabo Dominum Benedictus es, laudabilis es, & laudis tuæ plena est terra; quia sanctus es & laude dignus* Si enim qui derelinquunt legem, laudant impium; & qui custodiunt, succenduntur contra eum: Quis laudabilis magis, quàm qui legem condit, qui legem docet, qui dat virtutem ad illam perficiendam? Impium atque legis transgressorem laudare argumentum est animi pleni iniquitate, legis aduersarij, & transgressoris. At qui custodiunt legem, contra impium iustâ indignatione succenduntur. Vbi amor legis, ibi eorum omnium, quæ ad legem pertinent, congrua & digna est laudatio. Sanctus potissimùm declaratus est Deus, in legis tàm sanctæ, tàm immaculatæ, & iustæ promulgatione. In hoc potissimùm benedictus est. Ergò *benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas*

Psal. 17. 4. Psal. 118. 12. 47. 1. Prou. 2. 8. 4. Psal. 118. 12.

21 O doctrina cœlestis! *Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis*; O facillima disciplina! Ad te ipsum mitteris: Tu ipse, tuus es doctor. In eo, diuinæ legis tibi tu magister es, quod tibi manifestissimum est atq; clarissimum. Quid notius tibi, quàm tua voluntas? sicut nihil magis est in potestate, quàm ipsa voluntas: ita nihil nobis manifestius est, quã ipsa voluntas: & hæc potissimum, quâ nobis ab omnibus tantum benefieri desideramus. Boni quippe amor, nonne est in nostra natura à Creatore insertus? nonne vnusquisque amat bonum suum? Etiam de carne dicit Apostolus: *Nemo carnem suam odio habet*. Ad hunc amorem mittimur, vt sciamus, quid cæteris præstare debeamus. Ibi, quod iustum est, inuenimus, attendentes quod in hoc est omnium hominum similitudo. Ibi intelligimus, quòd natura omnis amat bonum suum. Ibi videmus, quòd vnusquisque ab aliis benefieri cupit: nemo sibi volens, malum creat. Neque quisquam cæcus est, vt arbitretur personarum acceptionẽ esse apud Deum; vt inæquales in hac boni appetentia homines esse velit, & sit aliquis, qui bonum suum non cupiat, aut alium amet plusquam sese. Sibi ipsi soli hanc excellentiam seruauit; vt ab homine plus diligatur, quàm ipse amans. Solus ipse est qui, quod bonum summum est, debeat amari præ cæteris, & super omnia; etiam adeò, vt recta ratione quis plus Deum amet, quàm seipsum. Cum itaque homines sint in hac appetentia æquales, æquissima iustitia æquitasque iustissima plusquam manifesta est, quòd omnia quæcunque volumus, vt faciant nobis homines, eadem illis & nos præstare debeamus.

Eph. 5. 22.

Hanc regulam Deus, vt nemo esset, qui non illam nosset, qui non illam posset iugiter considerare, & habere prę oculis, scripsit magnis characteribus in cuiusq; corde & mente. Norunt omnes, hoc iustum esse, ad hoc omnes teneri, ligari, obligari, tantaq; illius æquitas, si quid asperum videretur continere, id totum lenit, leuigat, emollit. Cur enim non debeo onus fratris mei portare, quandò & ipse meum ferre tenetur? Non dixit Apostolus: Onera portate proximorum vestrorum; sed dixit: *Alter alterius onera portate*: Tu meum, & ego tuum; ne plus iustò grauemur. Ita persuasissimum est, quòd Dei præcepta grauia non sunt. Adde quòd ita bona duplicia suscipimus de manu Domini. Infirmor ego interdum, imbecillis succumbit animus: tu nunc onus meum porta. Quando & tibi infirmitas superueniet, ab alio subleuaberis. Nam & lex iubet: *Si videris asinum odientis te, iacere sub onere, non pertransibis, sed subleuabis cum eo*. Si per se posset inimicus subleuare, operâ tuâ non esset necessaria; sed quod non potest, tu supplere teneris O euangelicam legem: *Alter alterius onera portate*. De asinis Deo non est cura. Nostra considerat Deus, qui amat animas. Adiuuate vos mutuò, & eritis vtiles Domino. Quomodò autem Domino? Aërem fecit Deus, quandò æthera firmabat sursum; & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Consumitur interdum aër, diminuitur, subtiliatur. Vt vastitatem hanc spatiosam manibus, possit implere, vt iussus

22 Galat. 6. 2. 1. Ioan. 5. 3. Exo. 23. 5. Galat. 6. 2. 1. Cor. 9. 9. Sap. 11. 27. Prou. 8. 28

sus est, aqua succurrit illi, pabulum illi vaporum atque humorum suorum præbens. Rursus aqua, ne prorsus extenuetur & deficiat aër vicem rependit desursum pluens, perditumq; restaurans. Vide obseruatum
Galat 6.2. præceptū. *Alter alterius onera portate.* Hoc sicut elementa conseruat molemq; istam vniuersam haud secus magnum est nostrę naturæ nostręq; imbecillitatis subleuamētum. Omnes n. dum valem⁹, iusta subsidia
Gen. 11.8. ægrotis dare iubemur. Propterea quandò non vltrà se potuerunt turrim ædificantes mutuò adiuuare, inceptum opus dereliquerunt incompletum. En bonum vnum quod est plurimum naturale. Verùm excellentius superadditur. Quod tibi per te ipsum præstas, id habet emolumenti, quod tu spectabas. At si pro te impotenti, alius laboret, idem spectatum bonum assequeris tu; sed laborans pro te à Deo mercedem accipiet secundùm suum laborem. Neque solus lucrum refert spirituale, sed & tu ipse; primum quidem, quoniam ob infirmitatē humiliaris sub potenti manu Dei, qui manu potenti proximi tui de necessitatibus tuis eruet te: & dum animi grati signa rependis & effectus, nonne incalescit charitas? nutritur? augescit? nonne ineitaris ad cæteros adiuuandos, quandò opera tua indigebunt? Neq; inutilis est tibi animi ista prōptitudo & constitutio, etiamsi dempta opportunitate, opus non sequeretur exterius. En quanta bona nobis ex ista regula conferuntur? Adde exemplū, quo mutuò prouocamur, vt non imeritò Salomō pro-
Pro. 27.17 nuntiauerit: *Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui* Quare faciem? quia dùm videt, & monetur, & mouetur ad adiutorium simile illi. Adde, ꝙ quædam sunt opera, quæ non cuiq; conueniunt: tu me in vno, ego te in alio subleuo. *Commu-*
Galat. 6.6. *nicet* (inquit Apostol⁹) *is, qui cathechizatur verbo, ei, qui se cathechizat in omnibus bo-*
Prou. 27.2 *nis. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua:* Inquit Salomon. Et
Prou. 27.10 quare idem Sapiens dicit: *Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul?* nisi propterea, quòd, qui vicinus est, potest ferre suppetias, lōginquus autem, tametsi frater sit, nihil prodest. Et quid aliud, nisi mutuum istud adiutorium intendit, quandò in alio suo libro dixit? *Melius est duos esse simul,* Eccl. 4.9.
quàm vnum habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit ab altero sul-
cietur. Ad quod facit similitudo illa, quam Eccl. 4.11.
addit: *Si dormierint duo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet?*

Videtis quantùm natura, tot tantisque 45
cōmodis, bonis, fructibus ad huius regulæ obseruantiam nos impellat? Innatum lumen, diuinum præceptum, humanum cōmodum, euidens honestum, commune testimonium, cœleste præconium. Quid dico? testantur cœli & terra; & si hi tacuerint, lapides clamabunt: *Quacunq; vultu vti fa-* Matth.
ciant vobis homines, & vos facite illis Sicut crux, quod est signum filii hominis, apparebit in cœlo, cum Dominus ad iudicandū venerit: Ita hæc lex, quæ est signum filiorū hominum, aspicietur, quandò stabimus omnes antè Tribunal Christi. In hac videbitur, quid facto opus erat: In illa conspicabitur, quamobrem illud idem erat perficiendum. Hęc Lex constituet iudicandos; illa Crux iudicē constituet, & exaltabit super solium suum. Hei mihi! quare vtranq; modò post terga habemus? Quare sic nostrorum sumus cupidi commodorum, vt quod debem⁹ proximo, prorsus obliuiscamur? Quid dico cupidi commodorū nostrorum? ignorantes illorū magis, aduersarii potius, imò propulsantes, certi⁹ osores, repulsores decoctores. Omnia bona nobis affert regula ista. Ergò qui illam abūcit, seipsum lædit: qui illam transgreditur, seipsum interimit: qui post habet illam, sese bonis abdicat vniuersis. Quid dicebam, ꝙ debemus proximo, obliuiscimur? damnis illius magis sumus intenti, contra illū perfidiosi, iniurij, anxij, fallentes, fraudantes, detrahentes, expoliantes, bonorum inuasores, vitæ insidiatores, existimationis destructores. Vt ex vtraq; parte, tàm nostrī q̄ proximi, & quantùm regula omnes tangit, tantùm ipsam omnis frangit: quemadmodum vniuersalis est in præcipiendo, ita orbis vniuersus pugnam contra illam sumit. Et vbi sunt homines inter se armis propriæ cupiditatis præliantes; ita ad illam impugnandam (nam expugnare non datur) flagitiosè

gitiosè sunt nepharieque coniuncti. Num verbis quis poterit satis scelus hoc tàm generale, tam cordibus hominũ impressum, nàm iniquis expressum actionibus, exprobrare, expugnare, exturbare? Concludam cum Salomone: *Cor iniqui inquirit mala; cor autem rectum inquirit scientiã.* Iniqui, vt suam sequantur prauitatem, nolunt intelligere, repellunt scientiam: Recti corde, scientiam inquirunt, vt discant benefacere. Ergo discite benefacere, & recedite à tabernaculis impiorum, vt Deus misereatur vestri, & reconcilietur vobis in tempore malo, & suorum vos faciat bonorum compotes in æternum. Amen. Prou.27.11.

FERIA V. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Intrate per angustam portam, quia lata porta est. *Mat.* 7.13.

ARGVMENTVM.

Quomodò ista porta sit angusta & lata, conciliantur Scripturæ quæ inuicem pugnare videntur. Viribus nostris non esse fidendum. Pugnandum cum vitiis. Difficultas non est ex parte Virtutis, nec Hominis, sed ex malo vsu. Gratia Dei omnia reddit facilia. Adducit eos in medium, qui latam viam cœli esse dicunt, inuehit contra eos.

1 MIRVM videtur illud, quod hodie dicit Dominus in Euangelio, nempè quod via salutis sit difficilis, dum ait: *Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitã: & pauci sunt qui inueniant eam?* Cum in sacris litteris, quæ verè sunt verbum Dei, via ista facilis prædicetur. Nàm vt cætera loca taceam, etiam ipsiusmet Domini Iesu, Sapiens laudans timorẽ Domini, qui profectò timor via est, quâ ad vitam peruenitur, dicente eodem Sapiente. *Timenti Dominum, benè erit in extremis.* Illi nedum facilitatem tribuit, verùm etiam lætitiam, gaudium, delectationem, & exultationem. Ait enim: *Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.* Quæ verborum inculcatio exprimentium gaudium illud, ostẽdit, non perfunctorium illud esse aut leue; sed solidum, & magnum: & eò magis, q̃ addit, ab eo deriuari etiam longam vitam, & longitudinem dierum. Quò declaratur, iustũ diù viuere, semperq; fœliciter. Si ergò longâ viâ eâdemq; fœlici fruitur iustus, timens Deum, illique bene erit in extremis, vitam illam claudens fine fœliciſſimo æternæ vitæ; quomodo verum est, angustã esse portam, arctamq; viam ducentẽ ad ipsam vitam æternam! Non n. angustia illa portæ atq; viæ, aliud sonare videtur, quàm difficultatem maximã virtutis, quâ saluamur. Hoc profectò non videtur à nobis negligendum, tùm vt rectum ac solidũ sensum habeamus Scripturarum, tùm vt in facto salutis nostræ simus eruditi atque prudentes. Attendamus igitur, verbaque Domini profundè consideremus. Eccl.1.13. Eccl.1.12.

2 De muliere sic statuit Salomon sapientissimus: *Sapiens mulier ædificat domum suam; insipiens extructam, quoque manibus destruet.* Per mulierem, nostrã infirmitatẽ atq; imbecillitatem designari, cuiq; apertũ est, eò q̃ mulier debilis sit & infirma. Vbi autem desunt vires, ibi arte in primis opus est, studio, ac diligentiâ. Ità enim Iacob se gessit cum Laban, volens ab eo recedere, & cum Esau illi occurrente armatâ manu. Nam vbi se viribus vidit illis inferiorem, prudentiâ ac studio se muniuit; liberab illo egrediens, & securus cum isto congrediẽs. Ita mulier quãuis mollis sit, viribusq; deficiens, si sapientiâ nitatur, ædificat domum suam, erigens illam, dirigens, statuens, augens, atque amplificans. *Melior est* enim (inquit Salomon) *sapientia quàm vires; & vir prudens, quàm fortis.* Vbi è contra vires sine sapientia, aut euanescunt aut Prou.14.1. Gen.31.1. Gen.32.7. Sap.6.1.

aut in deterius cedunt. Vndè Baruch Pro-
Bar.3.26. pheta: Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt ſtatura magna, ſcientes bellum: & quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam. Infirmus itaque, ſi ſapiens ſit, prævalet forti, & manum ſuam mittit ad fortia, & quę ſibi vtilia ſunt operatur. Nam ſi inſipiens ſit, defectu vitium, ad deſtructionem ſit potens. Noſtrum igitur eſt, qui debilitatem noſtram cauſamur, toto corde ſapientiam amplecti, illique totis viribus adhærere.

3 Quod vt faciamus, ita vires noſtras metiri congruum eſt, vt ſciamus, ſi poſſumus cum decem millibus occurrere ei, qui cũ viginti millibus venit ad nos. Doctrina
Luc.14.31. Domini eſt dicentis: Quis Rex iturus committere bellum aduerſus alium Regẽ, non ſedens prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis ſunt. Bellum proculdubio nobis eſt, cum vitiis, eorumq; promotoribus, malignis ſpiritibus, qui potentes
2. Pet 2 11. ſunt, vt ait Petrus; de quorum principe
Iob.41 24. ſcriptum eſt: *Non eſt poteſtas ſuper terram,*
Luc.11. 21. *quæ comparetur ei.* Vndè & fortis armatus
Eph. 6.12. vocatur à Domino. Ideò Apoſtolus: *Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem*, (id eſt inimici noſtri non ſunt, velut caro infirma & ſanguis fluens,) *ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores.* Sapientes igitur nos eſſe conuenit; vt probè intelligamus, ſi nobis
1. Petr.5.8. vires ſuppetunt ad pugnandum contra hoſtem; qui tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret.

4 Eſt quidem manifeſtum, nos quicquam
Deut.8.17 noſtris viribus non valere: *Nè diceres* (inquit) *in corde tuo: Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præſtiterunt:*
Deut.4.37 Et rurſus: *Eduxitque te, præcedens in virtute ſua magna, ex Ægypto, vt deleret Nationes maximas & fortiores te, in introitu tuo.* Nihil igitur poſſumus in nobis, & à
Ioan.15.5. nobis: *Nam ſine me nihil* (inquit) *poteſtis facere* At cum Paulo nobis dicendum:
Phil.4.13. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* In illo igitur duntaxat ſperandum eſt; atque ideò non timendum. Quis enim illius fortitudini reſiſtere poſſet? Propterea lex: Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem, quàm tu habeas, aduerſarij exercitus multitudinem, non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum eſt. Appropinquante autem iam prælio ſtabit ſacerdos antè aciem, & ſic loquetur ad populum. Audi Iſraël. Vos hodie contra inimicos veſtros pugnam committitis, non pertimeſcat cor veſtrum; nolite metuere; nolite cedere, nec formidetis eos: quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro vobis contra aduerſarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.

Veruntamen, ſic communiter adiutorium noſtrum eſt in nomine Domini, vt nos tamen armati contra hoſtes procedere debeamus, vires noſtras exercentes, & animos adhibentes, totoſque noſmetipſos ad opus applicantes. Semel quidem dixit Moyſes ad populum: *Dominus pugnabit pro nobis, & vos tacebitis* Nam ſolummodo ſpectante populo nihilq; faciente, Dominus quaſi vir pugnator, currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Reſpiciens enim Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum, per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergò Ægyptij: Fugiamus Iſraëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Attamen non ſemper ſic, verum & ipſos homines, ſeruos ſuos, voluit Deus per ſeipſos pugnare, vt manifeſtum eſt in primo hoſtium occurſu, quem populus habuit poſt tranſitum maris rubri. Venit quippè Amalec, & pugnauit contra Iſraël in Raphidim: ſed fugauit Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladij, ſic tamen victoriam retulit, vt ipſo dimicante, Moyſes eleuatis manibus Deum deprecaretur, vt verè manus Domini pugnaret, & vinceret Vndè Moyſes intulit. Manus ſolius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec. Vires quidem noſtras adhibere debemus, ſcientes tamen, quod Deus eſt, qui dat nobis victoriam. Hinc Melchiſedech

ad

Gen 14 20 ad Abraham: *Benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.*

6 Qua in pugna in scripturis docemur, non eadem ratione nobis semper cum aduersariis dimicandum. Pugnaturus quippè Iosuë contra oppidum Hai, dixerunt exploratores. Non ascendat omnis populus; sed duo, vel tria millia virorum pergant, & deleant Ciuitatem. Quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes pauciſſimos? Qui dum sic confidentes ascendunt, 4. mox fugati sunt. Ait enim ibi Scriptura. Ascenderunt ergò tria millia pugnatorũ, qui statim terga vertentes, percussi sunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex homines. Esto, hoc euenerit propter peccatum Achan furantis de anathemate Iericо. Vnde Dominus: Non poterit Israël stare ante hostes suos, eosque fugiet, quia pollutus est anathemate. Cur purgata hac pollutione per mortẽ Achan, necesse fuit totum populum ascendere contra Hai? Dixit enim Dominus Iosuë. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. Vult Deus modò multitudine, modò parua manu nos bella gerere. Exẽplum habemus expressum in Gedeone, cui pugnaturo contra Madian dixit Dominus. Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius; ne glorietur contra me Israël, & dicat: *Meis viribus liberatus sum.* Et reuersi sunt ex populo viginti duo millia virorum; & tantum decẽ millia remanserunt. Dixitq; Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est. Ac deindè: In trecentis viris, qui lamberunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian; omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. Manifesta est ratio, cur paucos voluit: *Nè* (inquit) *glorietur contrà me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum.* Contra Hai iam humiliatus erat populus, nè fideret suis viribus; ideò omnis ascendit pugnatorum multitudo. Ergò ex vtroque facto docemur, neruos quidem nostros omnes tendere debere, totaque pugnare fortitudine, scientes tamen bellum esse Domini, atque dicentes: Psal 43.6. *In te inimicos nostros ventilabimus cornu; & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Nam & manus* Psal. 43.3. *tua gentes dispердidit, & plantasti eos* (nempè Patres) *afflixisti populos, & expulisti eos.* Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis. Scimus tamen eos, vt terram possiderent, illos plurimum oportuisse pugnare. Pugnandum ergò nobis, sed ita, vt soli Deo sit honor & gloria. Ideò enim & primam ciuitatem, nempè Iericо, ceperunt, tubis potius insonantes, quàm armis irruentes. In secunda, quæ fuit Hai, experti sunt, quam nullæ essent eorum vires, si non adesset illis Dominus, vt sic edocti intelligerent, quòd homo vanitati similis factus est, & quod Domini est salus, & super populum suum protectio sua. Psal. 143.4 Psal. 3.9.

Huc faciunt ista omnia. vt sciamus, põ- 7
dus belli, q̃ perpetuum nobis est cum aduersariis nostris, quantum sit; vt sciamus itidem, quibus sit nobis viribus dimicandum. Nam supradictis consideratis, intelligemus facilitatem, aut difficultatem virtutis ex nobis pendere potius, quàm ex re ipsa. Facillima reputata fuit pugna contra Ioſ. 7. 3. Hai, q̃ hostes essent pauciſſimi: at exitus eius sum̃am difficultatem probauit experimento. Sed vndè hoc? quia propter peccatũ populi Deus ab eo recesserat. Non ero (inquit) vltrà vobiscum, donec conteratis eũ, qui huius sceleris re⁹ est. Difficillima è cõtra videbatur pugna cõtra Madian ob multitudinẽ hostiũ. Madian (inquit Scriptura) & Amalec, & omnes orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarũ multitudo: cameli quoq; innumerabiles erant, sicut arena, q̃ iacet in littore maris. At facillimè omnes superati sunt. Cur verò? Audi Gedeonem ad Dominũ: *Obsecro mi Domine, in quo liberabo Israel? Ecce familia mea minima est in Manasse & ego minimus in domo patris mei* Dixitq; illi Dominus: *Ego ero tecum, & percuties Madian quasi virum vnum.* Ergò difficultatem facit absentia Domini, præsentia facilitatem; quidquid sit ex parte rei, siue arduum sit opus, aut leue. Ioſ. 7. 12. Iudic. 7. 12. Iudic. 6, 15

8 Rem igitur ipsam pleniùs expendamus, atque diligentius excutiamus. Principio supponentes, quòd ex pugna orta est difficultas, nam antè pugnam nullius negotij erat negotium. Hanc autem facilitatem probamus, tùm ex parte ipsius virtutis, tũ ex parte operãtis atq; studiosi. Virtus quidem secundum se facilis est, quia est secũdum naturam conditam. Vtitur n. virtus rebus omnibus ad id, & secundum id, quod illis ex natura eorum conuenit. Creaturæ namq; omnes sic creatæ sunt, vt ad Deum dirigantur, qui est omnium finis vltimus,
Eccles. 1. 7. sicut & primus auctor. Nam Deum prædicant omnia; Deo obsequuntur vniuersa. In Deum cuncta recurrunt, sicut ad locũ, vndè exeunt, reuertunt flumina; & idem
Eccles. 1. 6. Sol oritur, qui occidit, & in circulos suos reuertitur. Ita virtus facit, vt assumantur omnia in obsequium Christi; vt illi obtemperemus; vt illi seruiamus; vt illũ magnifi-
Gen 6. 22. cemus. Sic Arcam fabricauit Noë: sic gre-
Gen 4. 2. ges Abel pascebat: sic Abraham diuitiis v-
Gen 13. 2 tebatur, vt illarum dator Deus agnoscere-
Gen. 41. 54 tur & coleretur. Sic Ioseph habuit se prudenter in Ægypto in victualium dispositione, vt sic fieret diuina prouidentia gen-
Exod. 12. 35. & 35. 5. tibus illis manifesta. Sic quæ transportata à populo sunt ex Ægypto, ad ædificationẽ domus Domini subseruierunt, in qua Deꝰ ipse coleretur. Sic virtutis vsus facit, vt nedum externa, verum & nos ipsos ordinemus ad Deum, faciẽtes quæ præcipit. Sicut
Iudic. 6. 24 & sequent. Gedeon, qui destruxit aram Baal, qui ædificauit altare Domino, & obtulit sacrificiũ, qui populum conuocauit, qui dimisit, qui descendit in castra Madian, & vniuersa fe-
Exod. 24 13 & seq. cit, q̃ illi iussa fuerunt. Hinc Moyses ascendit in montem, iacuit coram Domino, deprecans iugiter quadraginta diebus & no-
Ezech. 4. 4 ctibus, non manducans neq; bibens. Sic Ezechiel stetit, iacens nunc in vno latere
Dan. 9 3 nunc in alio: sic Daniel ieiunauit, Sic fecit
Colos. 1. 24 Paulus, qui dicit: *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia* Hæc quidem, quatenus virtutes sunt, atq; adeò secundum rationem, quia & secundum naturam homi-
Ios. 3. 16. nis, facilia sunt: Sicut facilis est descensus aquarum. Sed reuocare gradũ, sicut quando Iordanis conuersus est retrorsum, cum alienum sit à natura aquei liquoris, non est in potestate hominũ. Nàm si fluant aquæ, hoc quia naturale est illis, ideò fit sine labore. Vt autem stent solidè pro muro, viamque præbeant aridam, incedentibus per *Exo. 14.* medium earum, hoc solius diuinæ est potestatis, quod propterea fit per virgam virtutis suæ. Neque enim minus secundum naturam hominis est amare Deum, diligere proximum, custodire seipsum, quàm secundum naturam cœlorum circuire terram, secundum naturam terræ germinare, aliorumque elementa loca propria tueri: vndè fit vt aër in aquis inclusus per se semper superiora petat, nec nisi violenter subtus, decursus aquarum retineatur.

Quod ex eo testatum est, videlicet quia 9
lex Domini sic naturalis est hominibus, vt ipsi sibi sint lex; eorum natura, quæ rationalis est, dictante eadem prorsus, quæ scri- *Rom. 2. 14.*
pta sunt in lege Domini. Vndè & virtus nihil est aliud, quàm viuere secundum rationem: At contra rationẽ agere, est vim sibi inferre, quod nisi libertate vteremur, facere non possemus, sicut quæ libertatis exortes sunt res omnes, prorsus ex se facere non possunt. Ex quo illud est, quòd quandò sol & luna steterunt ad pręceptum Iosuë ducis Israël, Scriptura non dicit, quòd astra illa, & luminaria obedierunt homini. Sed ita loquitur: *Non fuit anteà & postea tàm lon-* *Ios. 10. 14.*
ga dies, obediente Domino voci hominis. Nisi enim Dominus cohibuisset eorũ cursum, stare per se non potuissent. Quapropter, quamuis sic iusserit Iosuë: *Sol, cõtra Gabaõ* *Ios. 10. 12.*
nè mouearis; & Luna, contra Vallem Aialõ. Scriptum est tamen ꝙ Domino sit tunc locutus. Tunc locutus est Iosue Domino in die, qua tradidit Amorrhęum in conspectu filiorum Israël, dixitque coram eis: Sol, nè mouearis. Nam si Deus non audisset vocem eius, non poterat sol sistere gradum suum. At homo quia liber est, potest & à dextris & à sinistris incedere; potest procedere; potest & retrocedere; potest & secundum naturam, & contra naturam agere; potest facilia, potest & difficilia perpetrare: & ita virtutem colere, quæ secundum rationem est & naturam,

& ideò

& ideò facilis est, Virtutem pariter resquere, quod veluti est contra naturam, res est difficilis & ardua, repugnante natura liberæ voluntati.

10 Hinc sequitur, quod ex parte hominis operantis, facile similiter sit, secũdum virtutem operari. Habet quidem homo, & naturam institutam, & corruptionem illi superinductam, qua caro facta est nedum
Rom.8.7. infirma, sed & rebellis. Vndè *Sapientia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest.* Duo hæc sibi inuicem aduersantur, natura cõdita, corruptio volita. Illa est substantia in se subsistens, hæc est accidens quoddam supersedens. Substantia nũ perdidit vitutem propriam, quę illi competit ex natura sua, sicut calor cõpetit igni: quæ virtus naturalis fons est naturalium operationum. Habet ergo natura nostra etiam pronitatem ad bonum, secundum naturam suam propriam; quæ pronitas cum sit ex natura, stante natura ipsa, omnino auferri non potest. Verũ quidem est, quod corruptio superinducta, infirmiorem reddit naturam & potestatem eius, simulq; rectam pronitatem sed prorRom.7.23. sus non auffert. Vndè concertatio perpetua est in nobis, lege membrorum repugnante legi mentis, ita, vt non quæcumque volumus, illa faciamus. At certum est, plus posse quod substantiale est, quã quod accidentale; plus quod fecit Deus, quam quod homo; plus quod à Deo creatore institutum est, quam quod est à deceptore introductum. Vbi autem maior est facultas, ibi proculdubio facilitas est maior; facilitas enim quædam est expedita facultas.

11 *Sit maledicta terra, germinet spinas, &*
Gen.3.18. *tribulos;* hoc certè accidẽtale est, quod substantiam non delet; quod facilè potest impediti: ideò adhibita cultura terra dabit fructum suum: neque enim agricola opere suo dat terræ virtutem germinãdi, sed auffert impedimẽta. Retinet quippè terra vim illam, quæ sibi in principio collata fuit per
Gen.1.11. verbum Domini, iubentis atque instituẽtis: *Germinet terra herbam virentẽ, lignũque pomiferum.* Vis itaque ista naturalis terræ à Deo collata præpotens est, superasque contrariam dispositionem per peccatum inductam. Esto ergò, quòd in sudore vultus vesci nostro pane necessarium sit, *Gen.3.19.* prævalet tamen facilitas difficultati. Itaq; si naturam hominis instituti respicias, facilima est virtus; si naturam corruptã, fatemur difficultatem obortã ex culpa: sed supponimus adhuc difficultati facilitatẽ. Et hoc si rem ipsam secundum se abstractè consideremus, non attenta aut offensione Dei aut seruitute diaboli, qua homo velut tonsis capillis cæcus factus, molam circũ*Iudic.16.* ducit Philistinorum, hostibusque infælix 19. opem dat.

Si enim hæc adiiciamus, aliud quoque 12 adiiciendum est, quo Samson interitum 29. creet inimicorum suorum. Hæc est autem gratia Dei. Paulus præmissa illa pugna, de *Rom.7.19.* qua dicit: *Non quod volo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago.* Subdit: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christũ Dominum nostrum* Pugna quidem illa ortum habet ex carne corrupta, quam Paulus vocat corpus mortis, siue corpus mortuum: nam rebellio carnis, & repugnantia illius contra mentem, pertinet ad mor*Gen.2.17.* tem illam, de qua dictum fuit: *In qua hora comederis, morte morieris.* Pugnant ergò caro & spiritus, id est rebellio, cum natura instituta: sed hæc pugna perficitur per iustificationem spiritus, qui reprimit & deprimit resistentem carnem. Vndè Apostolus: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus autem viuit propter iustificationem* Vbi quod dicit, propter peccatum, potest quidẽ intelligi propter verum peccatum, siue originale nostrum siuè actuale Protoplasti: nam indè profecta est talis rebellio. Sed rectius fortè intelligitur propter fomitem, qui etiam dicitur peccatum, vt docet Ecclesia, quando ex peccato est, & ad peccatum prouocat. Et sit sensus, quòd corpus ita sit mortuũ, vt ad peccatũ inclinet: quod est mors animæ, hoc habet ex fomite peccati, & ex carnis corruptione, pœna videlicet nobis inflicta à diuina iustitia. Nam mors ipsa corporis, de qua loquitur Apostolus, corruptio est carnis, qua prona est ad malũ ab

Rom.8.10.

Conc. Trid. sess.5. in decreto de peccato originali.

adoleſcentia ſua, mox videlicet, vt incepit habere diſcretionem boni & mali. Tunc ergò legitimè certamus, quando concupiſcente carne aduerſus ſpiritum, ſpiritus ipſe viuens propter iuſtificationem, cõcupiſcit atque decertat aduerſus repugnantem carnem, quam pugnam ſi ſequatur victoria, vt ſpiritus rebellãtem debellet carnem, tunc pro tanto liberamur à corpore iſto mortuo. Quæ liberatio plena tunc erit, quando abſorpta fuerit mors in victoria. Nouiſſima quidem deſtruetur inimica
1. Cor. 15: 54. mors: *Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem, & mortale hoc induere*
26. *immortalitatem.* Sicut enim mortui reſur-
33. gent incorrupti, adeò vt non amplius diſſoluantur; ita etiam vt nõ præterea ad peccatum tendant; adeò quòd non vltra habitet peccatum in carne noſtra, ſed ſimus viuentes in carne, quemadmodũ & in ſpiritu, & gratia Dei regnet in perpetuum.

13 Gratia itaque Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ nos induit arma lucis, fortes reddit in bello ad pugnandum cum antiquo ſerpente: adeò vt non pedeſtris ſit exercitus noſter, laborans videlicet & in pugnãdo & in ambulando, ſed equeſtris, vt paruo negotio pugnet, & vincat. Vidit quippè
Apoc. 19 11 Ioannes equum album, & qui ſedebat ſuper eum, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iuſtitia iudicat & pugnat, & exercitus, qui ſunt in cœlo, ſequebantur eũ in equis al-
Apoc. 19. 8. bis, veſtiti biſſino albo, & mundo. Biſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum. Et ſubiicit partam victoriam de beſtia, &
1. Ioan. 5. 3 regibus, & gentibus. Gratia ergò maximã
Mat. 11. 30 addit facilitatem, ſuperantem contraria omnia, propter quam præcepta Dei grauia non ſunt; ſed iugum eius ſuaue eſt, & onus eius leue. In Elia manifeſtum eſt, quam ſit
Ec. 48 3. potens gratia Dei: nam illa indutus fecit mirabilia, de quibus Sapiens: *Verbo Domini continuit cœlum, & deiecit à ſe ignem ter.* Sic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Qui ſuſtulifti mortuum ab inferis, de ſorte mortis. Qui deiecifti Reges ad perniciem, & confregiſti facilè potentiam i-
3 Reg. 17. & 18. pſorum; & glorioſos de lecto ſuo. Planum eſt, quomodò oratione ſua continuit cœlum, nè plueret; & rurſus orans, pluuiam impetrauit. Quomodò ad vocem eius de- 4 Reg. 1.
ſcendit ignis de cœlo, & deuorauit quinquagenarium principem, & quinquaginta ſuos ſemel atque iterum. Quomodò Pro- 3 Reg. 18. 40.
phetas Baal coniunctos de falſa religione interfecerit. Quomodò Achab Regem ſu- 4 Reg.
perauerit. Rurſuſque Ochoziæ Regi iacenti in lecto mortem prædixerit. At tandem ſibi ipſi relictus, auditis miniſ Iezabel ob necem Prophetarum Baal, timuit, & 3 Reg. 19.
ſurgens abiit quocunque eum ferebat voluntas. Vnde ad Deum dixit. *Prophetas tuos* 10.
occiderunt, & relictus ſum ego ſolus & quærunt animam meam, vt auferant eam. Ecce qui audacter occurrit Regi Achab, qui colligit quadringentos Prophetas Baal ad necem, nunc ad vocem vnius fœminæ timens fugit, veluti alter Petrus. Quita- 4 Reg. 1.
men poſtea confortatus gratia Dei, viriliter ſe obtulit Regi Ochoziæ, nec timuit illum obiurgare, mortemque prædicere. Facilè ergè cõfregit potentiam Regum, quia manus Domini erat cum illo. Adſit ergò virtus Spiritus Sancti, & erunt praua indirecta, & aſpera in vias planas. Sic animatus eſt Zorobabel ad ædificandam domum Domini per Zachariam Prophetam, qui dixit illi: *Non in exercitu, nec in robore, ſed* Zach. 4. 6.
in ſpiritu meo, dixit Dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum? Sint montes altiſſimi ad impediendum iter noſtrum; ſi Dominus ſit ductor noſter, complanabitur via; omnis mons & collis humiliabitur. Et *hæc erit ài* Iſai. 35. 8.
recta via, ita vt ſtulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala beſtia non aſcendet per eam, nec inuenietur ibi.

Prædictiones iſtę quid prætendũt aliud, 14
niſi facilitatem in via Domini, omnibus amotis impedimentis virtutis. Quò facit quod idem Propheta prædicit: *Habitabit* Iſai. 11. 6.
lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & vrſus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis: & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet. Non nocebunt, & non occident in vniuerſo

monte

monte sancto meo, quia repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientes: Hæc scientia Domini potissimùm est gratia eius: de qua à mandatis tuis intellexi Nam obedire mandatis, dat verum ac bonum intellectum. Vbi autem scientia ista est, quæ difficultatem parabant veluti malæ bestiæ, conuenient cum virtute, vt etiam tenelli puelli non exhorreant virtutis arduitatem; quinimò & in ea delectentur.

Psal 118. 104.

Hæc verò alia est ratio facilitatis, nempè delectatio in bono opere, de qua mox Prophetam audiuimus. Et delectabitur infans ab Vbere, nempè ablactatus, super foramine aspidis. Nomine quippè harum bestiarum sicut intelligi possunt homines, qui fidei prius aduersabantur, postmodum verè fidei facti sunt obtemperantes, agni redditi ex lupis: ita non absurdè intelligimus impedimenta, quæ virtuti difficultatem ingerebant, quæ bestiæ non præterea siluestres sunt, sed domesticæ, ita vt cum his pascamur, & in his voluptatem hauriamus. Ideò enim de pascuis, & de pastura mentio facta est. Vitulus, & vrsus pascentur, & leo quasi bos comedet paleas. Delectatio autem quantum alleuiet onus, quantam planitiem, facilitatem & suauitatem præbeat virtuti, persuasissimum est omnibus, vt non tædeat sanctè viuere, sed libenter, lætanter pergamus viam veritatis & sanctitatis. Hinc Psalmus: *Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternũ; quia exultatio cordis mei sunt.* Acquirere seu possidere (quod idem est apud Hebræos) hæreditatem, est perpetuò retinere; sicut per legem hæreditas perpetuò reuertebatur ad pristinos dominos. Quare verò sic perpetuo est acquisitio testimoniorũ Domini, ac præceptorum eius? quia (inquit) exultatio cordis mei sunt: quia, videlicet, mente condelector legi Dei.

15. Isai 11.8.

Psal 118. 112.

Rom. 7 22.

De sapientia enim scriptum est: *Iucunditatem, & exultationem thesaurizabit super eum*; nempè qui illam apprehenderit O quàm suauis est spiritus sapientiæ atque virtutis? O quantum gaudium est illud, in quod intrat etiam nunc, qui fideliter negotiatur in talentis Domini? O fœlix, quem faciunt multiplicata talenta verè studiosum, verè sanctum! Hi nouerunt, quàm suauis sit Dominus; quàm bonus his, qui recto sunt corde; & quòd meliora sunt vbera eius vino. Quid enim est aliud virtutem colere, quàm Deo propinquare? Hinc Iacobus; *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Hinc & conqueritur Christus per Isaiam: *Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me: cor aũt eius longè est à me* Idcircò Christus ad se inuitat homines. Certum est autem, quòd in perfecta vnione cum Deo, stat summa fœlicitas. Adimplet enim lætitia cum vultu suo. Qui ergò in via ad eum accedit, profectò illuminatur, vt eũ videat secundum mensurã fidei, atq; illi coniungatur. *Accedite* (inquit) *ad eum, & illuminamini, & facies vestra nõ confundentur.* Quid est non confundentur, nisi gloriabuntur, & gaudebunt? Quia quantò quis cum Deo coniungitur; tantò magis videt voluptatem Domini, eaq; perfruitur. Ergò virtus delectabilis est, ac sapida. Hinc Christus: *Qui venit ad me, nõ esuriet.* Hinc & inuitat: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Hic est panis, quo confortatus Elias peruenit vsq; ad montem Dei, vbi eo munere donatus est, quo cœlestis figuratur gloria. Repleti igitur fructu isto libenter viam mandatorum currimus, hoc enim fit, vt saliat sicut ceruus claudus.

16. Eccl. 15. 6.

Mat. 25. 21.

Psal. 33. 9. Psal. 124 4 Cant 1. 2. Iac. 4. 8. Isa. 29. 13. Psal. 15. 11. Psal. 33. 6. Ioh 6. 3. Matth 11. 28. 3. Reg. 19. 8 Isa. 35. 6.

Hæc quidem vera sunt; quidquid murmuret cato; quidquid obstrepat mundus; quidquid aliter sapientes dogmatizent. Neque his aduersantur alia scripturarum loca, quæ videntur terrere pigros, laborẽ, famem, sitim, persecutiones, ac difficilia itinera obiicientes. Concinunt omnia. Et verum est, quòd clara est, & quæ nunquam marcescit Sapientia, & facilè videtur ab his, qui diligunt illam. Qui de luce vigilauerit ad illam, nõ laborabit, assidentem illam foribus suis inueniet. Esto, sit labor aliquis in vigilando diluculo studium quippè aliquod adhibendum est; sed si diligas, nullũ est negotium. Fortis enim est vt mors dilectio, superans difficultates omnes, asperum planans iter, & reflexos dirigens

17. Exhortatio.

Cant. 8, 6.

Eccl.6.19. rigens calles. Hinc Sapiens. Quasi is, qui arat, & qui seminat: accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. In opere enim ipsius exiguum laborabis, & citò edes de generationib⁹ illius. Si aspera est, si ardua, hoc est ex negligentia hominum, ex pigritia mundanorum. Quid non graue est pi-
Prou.26.15 gris? Audi Salomonem. *Abscondit piger manũ sub ascella sua, & laborat si ad os suũ eam conuerterit.* Hoc nunquid non verum est, in omni negotio, quando & ad os suũ, vt comedat, manus adhibendo, se n mirũ
Psal.93 21. laboraturum piger arbitratur? Quid mirũ si in opere mandatorum pigri sibi laborem
Prou.25.13 fingunt? Benè scriptum est. Dicit piger, Leo est foris, in medio platearum occi-
Prou. 26. 13. dendus sum. Dicit piger: *Leo est in via, & leena in itineribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo ita piger in lectulo suo.*

18. Applicate ista ad negotium salutis, & videbitis totam difficultatem ex hominũ pigritia proficisci. Quid non graue illi, cui plumarum mollities molesta est, vt diu nõ possit in vno iacere latere; sed recreet illud in aliud se vertendo. Nùm pluma per se sua offendit asperitate? An potius pigro molesta sunt omnia? noxia cuncta, aspera etiam mollia? & leuia grauia? & amara dulcia? Ità est profectò. Fingit ipse sibi molestias, fastidia, labores, offensiones. Quis tibi, ô piger, renuntiauit in via esse leonem, leænam in itineribus, vt periculosum sit iter? Ipse tibi hoc persuades; tu tibi ingeris falsitatem; effingis laborem falsum: nè domum exeas, nè cubiculum deseras, ne relinquas lectulum tuum, vt inertiæ vaces. Verum nec ibi requiem inuenit caro tua, vertenda tibi sunt membra, quæ etiam plumarum fastidiunt lenitatem. Sic, sic operatur pigritia, socordia, inertia in mentes hominum: vt in amarum dulce ponant; vt mandata leuia, grauia arbitrẽtur. Sed mirum est, quomodò ista falsa imaginatio verum asserat; & quod per se non esset, falso iudicio verè existat. Diximus, & verum est, quòd qui Deo coniungitur, dignus est, qui eius dulcedinem valeat prægustare Si sic est: Qui elongantur ab eo, huiusce voluptatis profectò expertes sunt. At pigritia elongat, dùm fingit laborem in pręceptò quo labore deterrita, nõ mittit manum ad aratrum, Psal.93.21
non apprehendit disciplinã, viam non ingreditur mandatorũ, sed a Deo recedit cor eius. Dum ergò falsa imaginatio laborem opinatur, verè laborẽ operatur, & perditionẽ quia scriptum est: *Qui elongant se à te, peribũt; perdidisti omnes, qui fornicantur abs te Mihi autem adhærere Deo bonum est.* Psal.72.27
Ergò pigritiam excutiamus; è somno euigilemus inertiam conculcemus. Et ecce omnia leuia sunt, Et ponit Deus pedes nostros tanquam ceruorum, & cursor leuis explicans vias suas, ad brauium tendit supernæ vocationis expeditissimè. Psal.17.21

SECVNDA PARS.

QVod eadem res possit diuersas, quin 19.
& aduersas admittere conditiones & proprietates, adeò vt eadẽ actio sit & amplectenda & repellenda, si sub variis respectibus consideretur, Salomon demonstrauit, qui vno & eodem contextu sic docet, & monet, & iubet: *Ne respondeas stulto* Prou.26.4.
iuxta stultitiam suam, nè efficiaris ei similis: Responde stulto iuxta stultitiam suam, nè sibi sapiens esse videatur. Nõ itaq; repugnat, præcepta Domini esse grauia, & leuia; arctam, & latam viam vitæ; & quòd sit dulcis, & amara, potio salutaris. Propterea sanctus Apostolus attendens quod, qui Gal.5.24.
Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis; & quòd o- 3.Tim.3.
mnes, qui volunt piè viuere in Christo Ie- 12.
su, persecutiones patientur; & quòd per Act.14.22.
multas tribulationes oportet nos introire in Regnum Dei: miserabilem quidem vitam asserit esse fidelium, si stetur in hac vita tantum, & extra illam nihil pręterea expectemus. Idcircò statuit: *Si in hac vita* 1.Corin.15.
tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus At si miserabiles sumus præ cæteris omnibus hominibus, qua ratione poterimus obtemperare dicenti: *Gaudete in Domino semper:* Philip.4.4.
iterum dico gaudete? Quomodò Ecclesia fundatur exultatione vniuersæ terræ? Vbi est ꝓmissio illa Domini: *Petite, & accipietis, vt gaudiũ vestrum sit plenũ? Iterũ videbo vos,* Ioh.16.24

22. *Ego vos, & gaudebit cor vestrũ, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis* Benè igitur Apostolus non simpliciter nobis miseriam pronunciat, sed cum hac conditione. Si in
Heb.12.2. hac vita tantùm sperantes sumus. Spes à laboribus auertit sensum, ad mercedẽ dirigit oculum; vt ꝓposito sibi gaudio sustineat crucẽ. Ideò simul Apostolus hæc duo coniunxit: *spe gaudentes in tribulatione patientes.* Spes aũt dùm animum erigit, ad
Rom.12.12 Deum eleuat; & iam non modica fœlicitate potitur, cuius aspersione & condimento, amara quoq; repleat dulcedine.

10. Obserua, quòd in promissione terræ facta Patriarchis frequenter inuenies illam iam datam pronuntiari. Audi promissio-
Gen.12.7. nem primam: *Semini tuo dabo terrã hanc.*
Gen.13.15. Audi secundam: *Omnem terram quã conspicis, tibi dabo, & semini tuo, vsque ad sempiternum* Audi tertiam, factam videlicet
Gen.26.3. Isaac: *Tibi, & semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo.* Audi quar-
Gen.28.13. tam, quæ facta fuit Iacob: *Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo.* Audi quin-
Gen.35.12. tam, eidem Iacob factam: *Terram, quam dedi Abraham, & Isaac, dabo tibi, & semini tuo.* Quandò, quæso, dedit Deus terram illam tribus istis Patriarchis? (Nam de illorum semine nulla est quæstio) quando S.
Act.7.4. Stephanus dicit de Abraham. Transtulit illum in terram hanc, & non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis: & repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum. Possumus interpretari, quod pro tãto dedit Patribus, pro quanto dedit filiis. Ita quòd, hoc sit dare patribus, quod datur filiis, in quibus filiis datur patribus. Sed altius interpretantes, dicimus, quòd per illam terram cœlestis fœlicitas designatur, sicut docet Paulus ad
Heb.4.8. Hebræos Vndè & Ecclesia: *Signifer sanctus Michael repræsentet eas in lucem sanctã, quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius.* Secundò dicimus, quod tàm certa firmaq; promissio est vitæ æternæ, facta
Rom.8.24. patribus, quod iam tenetur, quasi possessa. *Spe enim salui facti sumus*: inquit Apostolus. Si ergò tantum bonum iam tenemus; ita vt datum iam nobis dicatur in Scripturis, quantum est gaudium nostrũ? quanta delectatio? Et hæc nùm patietur, nos virtutis timere arduitatem? horrere difficultatem? declinare asperitatem? sit ergò in se quãtumuis virtus difficilis, spes ipsa tota lætificans, tranquillum facit, tutum & gaudiosum iter.

Nè itaque decipere videamur, qui nos 21
audiunt; vndè sit difficilis virtus, attendamus: quo magis illius facilitas atq; iucunditas elucescat. Et primo in genere dicimus. Nosipsos nobis difficultatẽ ꝓcreasse. Locus enim erat delitiarum habitatio nostra, fœlix vita, delectabilis operatio ob prædictas conditiones; quòd facilis sit de se virtus; quòd natura nostra prona esset ad bonum ab adolescentia sua; quòd esset homo constitutus in sanctitate & iustitia, per quam veluti connaturalis esset illi virtutis cultus; quòd fœlicitas illa præludiũ, atque prægustatio cœlestis beatitudinis, omnem expelleret molestiam atq; offensionem. Si enim hæc etiam nunc hominem beare possunt, constitutum in lacu miseriæ & in luto fæcis; quantò id magis poterant in loco & statu delitiarum: Quòd de statu illo deturbatus sit homo, nostra est culpa, & iusta est difficultas, vt qui malè vsus est iucunditate; nunc iniucunditate ꝓmatur, nunc facto sentiat, quam malum & amarum est, reliquisse nos Dominum Deum nostrum. *Ierem.2.16*

Ex hoc sequitur secundũ, quod in no- 22.
bis ipsis sit difficultatis causa. Pactum est enim prælium magnum in nobis, pace per peccatum abiecta, dùm caro concupiscit *Gal.5.17.* aduersus spiritum, & spiritus aduersus car- *Gen.25.23.* nem, quemadmodum in vtero Rebeccæ collidebantur pueri.

Tertio, præter iustitiam Dei subtrahen- 23.
tis facilitatem; præter hominis conditionem, qua omnis caro corrupta est, & nõ est pax hominibus, etiam operatio ipsa virtutis, in parte facta est operosa. Non enim satis est nunc iuxta rationem, vt prius, viuere. De eo quoque, quod nõ ex ratione factũ est, pœnitendum est: soluendæ sunt, pœnæ; laboriosa opera sumenda, vt Deo fiat satis, quem offendimus: hinc ieiunia, hinc vigiliæ, hinc lacrymæ, hinc labor & dolor, &

lor, & inflicti & sponte assumpti. Trium
Exod. 19. 1. mensium spatium erat commoratio populi in deserto, dum videlicet in lege instrueretur. At inobedientia & rebellio nolentis ingredi terram, protraxit viam vsq:
Oseæ 13. 9. ad 40 annos. Perditio tua ex te Israël: sic labor, sic longa peregrinatio. Ideò enim & post peccatum est sacrificium per victimarum mortem; vt videret homo, quid ipse commeruisset; vt saltem in asperam vitam mortem commutaret; vt non tæderet eam viuere, manducando panem doloris, qui mortem obire dignus fuisset.
Exod. 40. 24. Et non iam satis esset altare incensi propè Deum, sed opus esset & altari holocaustorũ extra sancta; nõ (inquã) Deo mentis excessu ꝓpinquare, sed & carnis decessu peregrinari a Deo: neque nisi sanguis noster inferri intra velum, sed carnes & reliqua omnia extra castra comburi. Quod est dicere. Non post mortem solummodò, quæ per sanguinem designatur, accessuros nos ad Deum, sed interim caro quoque & vita peregrinationis nostræ, in exilio pati oporteat, & veluti reprobari. Hinc ergò noua difficultas

24. Quartò Difficultatẽ generant effectus, siuè sequentia peccatorum. Quorum vnũ est augmentum malę ꝓnitatis ex consuetudine malefaciendi. Si enim quilibet actꝰ disponit ad habitum, addit vnusquisq; aliquid ꝓnitatis. Vndè semper procliuior fit homo ad malefacta: & hoc nulli dubiũ est, quin difficilem reddat & arduum callem, quo ascenditur ad meliora Sicut veterano arenosus ascensus grauis est. Ad veterem hominem pertinere peccata, & passiones peccatorũ, ex Paulo manifestum est. *Depo-*
Eph 4. 22. *nite* (inquit) *veterem hominẽ, & induite nouum.* Hæ verò concupiscentiæ crescunt continuè, dum illis obedimus Est enim illarum obedientia, veluti aljmonia, qua grandescunt & inualescunt, veluti gigas, & Goliath, & Og Rex Basan. Vndè ad exprobationẽ Goliath, Saul & omnes Israëlitæ stupebant & metuebant nimis. Quid
1. *Reg.* 17. 11. mirũ ergò si homo, in quo tantum ꝓualuit concupiscentia, vereatur cum illa bellum
Ierem. 13. 23. suscipere? Hinc Ieremias: *Si mutare potest Æthiops pellem suã, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cum didiceritis malũ.* Quoniam naturalis est nigredo Æthiopi, & varietas pardo, ideò non cadit in illis mutatio in diuersam dispositionẽ. Qui autem malefacere cõsueuit, sibi fecit ferè naturale peccatũ, vt ab eo vix diuelli possit. Et certè hæc potissima causa est in benefactis terrenis difficultatis, qua multa à virtute retardantur & retrocedunt

Inde hostis nostri augentur vires, dum 25.
nostræ decrescunt; indè enim diabolus roboratur, vndè infirmatur homo: dominatur enim plus semper in homine, dum homo se illi subdit spontaneè, & carne nostra
1. *Petr.* 5. tanquam armis vtitur contra nos & tanquam leo rugiens, circuit quærens, quem deuoret Necessaria ergò est non modica fortitudo, vt diabolo resistamus, & eripiamur à potestate tenebrarum.

Adde multitudinem peccantium, cæte- 26.
1. Ioh. 5. 19. ros exemplo suo ad malũ prouocantium. Totus n. mundus in maligno positus est, & multi intrant per viã perditionis, & pauci sunt qui saluantur. Hoc quid agit aliud, quàm quòd scriptum est: *Commisti sunt*
Psal. 105. 35. *inter gentes, & didicerunt opera eorum?* Denique in laudibus Tobiæ dicitur. Deniq;
Tob. 1. 5. cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat Rex Israël, hic solus fugiebat consortia omnium; sed pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israël. Neque exemplo solùm mundus, qui Deum non cognouit, factus est nobis in scandalum; sed etiam corrumpit bonos mores per colloquia mala, seducens per dulces sermones, gladio linguæ feriens; nam lingua mundanorum est gladius acutus; & de mundana concupiscentia sub typo malæ fœminæ dicitur à Sapiente. *Mulier*
Prou. 9. 13. *stulta & clamosa, plenaq; illecebris, & nihil omnino sciens, sedit in foribus domus suæ super sellam, In excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. Qui est paruulus, declinet ad me.* Mulier hæc homines mundi sunt,
Psal. 5. de quibus verum est: *Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub labiis eorum.* Malum proponentes, ad malum exhortantes, virtutibus

tutibus detrahentes. Quod in vxore Iob
Iob.2.9. habemus manifestum dicente illi, Adhuc
tu permanes in simplicitate tua? Benedic
Deo, & morere. Itidem faciebant Reges,
qui venerant ad illum, vt consolarentur
Tob.2.25. eũ, sic parentes quoq; Tobiæ: de quo scri-
ptum est. Sicut beato Iob insultabant Re-
ges, ita isti parentes, & cognati eius irride-
bant vitam eius dicentes. Vbi est spes tua,
pro qua eleemosynas & sepulturas facie-
Act.8.9. bas? sic Pharisæi, vt Magus ille, conaban-
tur auertere a fide Christi turbas. Vera est
Prou.14.2. enim Salomonis sententia. *Ambulans recto
itinere, & timens Deum, despicitur ab eo,
qui infami graditur via.* Propterea laudã-
Iob.2.10. tur & Iob, qui vxorem reprehendit, & Re-
ges; & Tobias, de quo dicit historia eius.
Tob.2.17. Tobias verò increpabat eos, dicens: *Nolite
ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus: &
vitam illam exspectamus, quàm Deus datu-
rus est his, qui fidem suam nunquã mutant
ab eo* Fatemur, & hoc non modicam inge-
rere sanctis operibus difficultatem.

27. Sed tunc maximè, quandò hæretici in
hypocrisi loquentes seducunt corda inno-
centũ. Quod certè solerti studio opus ha-
bet. Idcircò hodiè monet Dominus Iesus
Matth.7. Christus: *Attendite à falsis Prophetis, qui
veniũt ad vos in vestimentis ouium; intrin-
secus autẽ sunt lupi rapaces* Si lupi interitũ
nostrum moliuntur, veniunt, vt rapiant &
mactent, & perdant? Ergò species pieta-
tis, quam prætendunt, noxia admodũ est:
quia peruersi difficilè cognoscuntur Re-
ctè ergò monet Dominus dicens: *Atten-
dite.* Vbi profectò ignauia depellenda est,
vbi socordia ableganda, vbi intentos nos
esse oportet, & peruigiles, nè seducamur.
Et hoc quidem præstandum est, erga se-
ductores omnes: sed illi singulariter atten-
dendi, qui peccatores suauibus demul-
cent promissionibus, vt securi incedant,
& absq; timore in viis suis pessimis. Quasi
non dixerit Dominus. *Quam angusta por-
ta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam? &
pauci sunt, qui inueniũt eam.* Neq; in Psal-
Psal.2.11. mo decantatum sit. *Seruite Domino in ti-
more, & exultate ei cum tremore. Appre-
hendite disciplinam, nequandò irascatur
Dominus, & pereatis de via iusta.* Hi dum
placentia loquuntur, nocentia ingerunt:
dum palpant, perdunt; sunt enim lupi ra-
paces in vestimentis ouiũ. Nam & de mu-
liere illa seductricè dicit Salomon: *Qui ap-* Prou.9.18.
plicabitur illi, descendet ad inferos.

Vbi aduertendum, quòd in hoc stat ho- 28.
rum deceptio, quòd ponunt latam viam,
quæ ducit ad vitam, quasi licenter liceat
viuere, carni obsequendo, terræ adhæren-
do, sæculo conformando viam suam, & de
diuinis mandatis nullam habendo solici-
tudinem; vel quòd Deus circa cœli car-
dines perambulans nostra non consideret:
quasi omnis, qui facit malum, bonus sit
in conspectu Domini. Quæ oriuntur ex
hoc, qui dicunt aliqui: *Quid enim nouit* Iob.22.14.
Deus? & quasi per caliginem iudicat. Nu- Malach.2.
bes latibulum eius, nec nostra considerat; & 17.
circa cardines cœli perambulat. Aliqui di- Iob.22.13.
cunt: *Oblitus est Deus, auertit faciem suã,* Psal.9.54.
nè videat in finem Aliqui autem: *Omnis* Malach.2.
qui facit malum, bonus est in conspectu Do- 17.
mini. Isti putant, Deum hæc nostra infe-
riora non curare, & de fine vitæ nostræ nõ
esse solicitum, vt reddat vnicuique secun-
dum opera sua: aut etiam vitia non audis-
se, sed probare magis. Et multi profectò
sunt huiusmodi, qui quamuis ore tàm sa-
crilega verba non proferant, dicunt tamen
in corde suo: *Non est Deus.* In eo quòd sic Psal.13.1.
viuunt, ac si de nobis cura non sit Deo æ-
què ac de bobus. Hoc sic statuunt in cor-
de suo, vt nullus mentibus eorum insit ti-
mor Dei, quasi non esset Deus. Dicunt
verò alij: *Diligit Deus omnia quæ sunt, &* Sap.11.25.
nihil odit eorum, quæ fecit. Deus creauit ho- Sap.2.23.
*minem inexterminabilem, & ad imaginem
similitudinis suæ fecit illum. Miseratio Do-* Eccl.5.6.
*mini magna est, multitudinis peccatorum
meorum miserebitur.* Addunt hi Nouato- Apoc.1.5.
res nostri temporis: *Christus Filius Dei re-
demit nos ab omnibus iniquitatibus nostris,
& lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* 2 Ioh.2.2.
*Et ipse propitiatio est pro peccatis nostris, non
pro nostris autem tantùm, sed etiam pro to-* Psal.129.7.
*tius mundi. Quia apud Dominum miseri
cordia, & copiosa apud eũ redemptio* Quid
igitur casso labore cõsumitur, ieiunantes,
orantes, obedientes? comedamus & biba-
mus. *Christus pro nobis satisfecit: & vbi* Rom.5.20.

abundat delictũ, ibi abũdat & gratia. Heù! quam lata via est hæc? sed certè ducens ad
1. *Pet.* 2. 21. perditionẽ: quoniã Christus passus est pro
1. Ioh. 8 12. nobis, vt nobis relinqueret exemplum ad sequenda vestigia eius; vt is solus, qui sequitur illum, non ambulet in tenebris, sed
1. Ioh. 2. 6. habeat lumen vitæ. Qui enim dicit, se in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Sic enim *dedit semetipsum pro nobis; vt nos redimeret ab omni*
Tit. 2. 14. *iniquitate, videlicet, vt mundaret sibi*
Heb. 9. 14. *populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, & mundaret conscientiam ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti in iustitia, & sanctitate veritatis.* Vide si non hi sint falsi illi Prophetæ, de quibus
Ezec. 13. 3. per Ezechielem conqueritur: *Væ Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis Propheta tui Israel erant. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.* Vbi aduertè, quòd in terra illa
Psal. 62. 11. vulpes sunt, quasi lupi rapientes & occidentes, iuxta q̃ scriptum est: *Partes vulpiũ erunt.* Vt meritò dicat Christus de huiusmodi. *Intrinsecus sunt lupi rapaces.* Dolosè tamẽ procedentes, vt vulpes, dùm *veniũt in vestimentis ouium.* Isti in die Domini, quandò videlicet disponit Dominus populum flagellare pro peccatis suis, deberẽt minas Domini explicare, vt populus ageret pœnitentiã. Et hoc modo starent ex aduerso, murum opponentes, nè Domini indignatio in populum deriuaret. At contra faciunt, prædicantes propitium Deum, & populo dicentes: *Absit à te populo; non erit tibi hoc, quod Ezechiel minatur, vel Ieremias. Pax erit in omni terra: Pax tecum.*
Ezech. 13. 10. *Nè timeas.* Dicit itaq; Dominus: *Deceperunt populum meum, dicentes: Pax: Et non est pax. Et ipse ædificabat parietem: illi autẽ liniebant eum luto absq; paleis.* Paries, quẽ ædificabat populus, erat modus viuendi, qui erat malus, pro quo iram Domini merebantur. Erat autẽ consuetudo, vt paries ex terra factus, incrustaretur luto compositò cum paleis: nam paleæ continent compactum lutum, & hoc ad conseruandum parietem à pluuia. At Prophetæ liniebant vitam malam populi, veluti illam tuentes, dùm dicerent: Nolite timere, Dominus erit nobiscum. Nequaquam morieminì Quibus ꝓmissionibus factus securus populus, legem Dei negligebat, perdurans in iniquitatibus suis. At lutum hoc falsarum illarum sponsionum erat sine temperatura palearum, quod ad pluuiam mox defluebat: vndè parietis casus sequebatur: quoniam eò magis indignabatur Dominus cõtra populum, & contra Prophetas, emittens furorẽ suum tanquam inundãtes aquas, quæ omnia prosternarent. Pergit ergò Dominus; *Dic ad eos, qui liniunt absq; temperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides pragrandes desuper eruentes, & ventũ procellæ dissipantem: & erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundãs in furore meo erit; & lapides grandes in ira in consumptione, & destruam parietem, quẽ linistis absq; temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentũ eius. & complebo indignationem meam in pariete, & in his, qui liniunt eum absque temperamento. Dicamq; vobis. Non est paries, & non sunt qui liniunt eum.* Vides quomodò mendaciter hi faciunt latam viam, cum verè arcta sit?

Ezech. 13. 11.

Quod illi faciebant, stante indignatione Dei contra peccatores, faciunt isti in communi vita fidelium, detrahentes operibus laboriosis, & violentiæ, quam ibi facere tenentur, qui cupiunt Regnum cœlorum, atq; mortificationi membrorum, carnisque crucifixioni, Crucis quoq; portationi post Christũ. Quod ad viuũ præsignatur à Deo per eundem Prophetam, inuehens contra Prophetissas, quę placentia carni populo vaticinabantur, *Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & vaticinare super eas, & dic: Væ quæ consuunt puluillos sub omni cubitu manus, & faciunt cerucalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, & eũ caperẽt animas populi mei, viuificabãt animas eorum.* Vide quam graphice depingũtur hæretici, qui spernũt omnia legis sanctę opera. Mulieres vocat, sicut & Isaias huiusmodi vocat mulieres opulen-

Ezech. 13. 17.

Isa. 32. 9.

opulentas, ob mollem atque lubricam vi-
Apoc. 9. 8. tam. Vndè & in Apocalypsi dãtur hæreticis capilli sicut capilli mulierum. Hi nolunt, nos laborare brachio extento, sed quiescere cum puluillo sub cubitu, & cum ceruicali sub capite: vt neque brachiis laboremus exterius, neque interius mentem fatigemus, aut caput in virtutum exercitiis. O diuinam monitionem: *Attendite à falsis Prophetis.*

29 Vt autem simus contra huiusmodi cautiores, signum dat ad illos internoscendos, dicens: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Vnus ex fructib⁹, quo huiusmodi cognos-
Luc. 13. 15. cuntur, est rerũ exitus, de quo in Propheta dictum est, quòd paries esset casurus in diuina indignatione. Sic & mollities defectura est, quam suggerunt muliebres & hæreticæ doctrinæ, dicente Domino. *Eccè e-*
Ezech. 13. 10. *go ad puluillos, quib⁹ vos capitis animas volantes; & dirumpam eos de brachiis vestris.*
21. *Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra.* Vide quid secutum sit ad hæreses temporum nostrorum, & intelliges falsos fuisse Prophetas, qui illas introduxerunt. Hoc euenit cum Achab Rege, qui oderat Prophetam Domini Michæam, qui vera prænuntiabat,
3. Reg. 22. 8 sed non placentia impio Regi. *Odi* (inquit) *eum, quia non prophetat mihi bonũ sed malum.* Sed exitus veritatem eius comprobauit. Prædixit enim periturum Regem in
11. bello, quod etiam euenit. Vbi falsæ Prophetæ quadringenti prædicabant: Ascende in Ramoth, & dabit eam Dominus in manu Regis. Ad exitum quoque rei misit Michæas Sedeciam pseudoprophetam: sic
24. enim scriptum est. Accessit Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæam in maxillam, & dixit: Me ne ergò dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi? Et ait Michæas. Visurus es in die illa, quandò ingredieris intra cubiculum, vt abscondaris. Patet ergò falsa prophetari perfidos.

30 Stat ergò, angustam quidem esse portã vitæ, & ambulare tamen illam in latitudine, qui mandata Domini exquirit. Est enim angusta, quia circumsepta præceptis, monitionibus, minis, promissis, quæ transgredi non licet, nè pascatur mens velut agnus in latitudine, aut velut vacca lasciuiens, aut iuuenculus indomitus; sed sub iugo arare necessarium est. Quod tamẽ opus leue est, & multa admistum voluptate, quia *Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda. Iudicia eius desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum, & dulciora super mel, & fauum.* Qui ergò *ambulant in lege Domini, beati sunt, & hi sapientes sunt* At stulti qui sequuntur proprias concupiscentias recedentes à mandatis Domini. Hi infœlices sunt, crucem expauescentes, quasi asperam & grauem. Quæ certè huiusmodi hominibus grauis est & aspera, dùm in tenebris versantur; vt meritò cũ admiratione Sapiens dixerit. *Quàm aspera est nimiũ sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.* Vt non mireris si Dominus quoque cùm admiratione decernit: *Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam!* Sapientia enim, porta est & via, quâ peruenitur ad Regnum & vitam æternam; cùm illa dicat: *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Interpretatur ergò Sapiens Sapientiam Domini Iesu, vt intelligamus angustam esse portam, & asperam Sapientiã non simpliciter & absolutè, sed indoctis hominibus, illis (inquam) qui non ex æquo metiuntur res: Nam *iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.* Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace: nam in paucis vexati, in multis benè disponentur. O oculos insipientium, qui quod apparet attendunt, non quod verè est. Nam proculdubio vt ait Salomon: *Doctrina prudentiũ facilis* Sapientia enim, quæ est virtus, facilis est viris prudentibus, apud quos est põdus æquum: iustè enim & verè ponderant res, pondere videlicet sanctuarij, secundum quod ab eo, qui sanctuarium habitat, instruuntur.

Sit itaq; angusta porta, & aspera sapiẽtia 31
ex rebellione carnis, ex grauitate operum pœnitentialium. ex mala consuetudine, ex dœmonum persecutione, ex impiorum conuictu, & ex suasu pessimorum. Qui hæc magnifaciunt, opposita adiuuantia non considerantes, indocti sunt, insipien-

tes ſunt, iudicantes ſecundum faciem non ſecundum veritatem, & ideò illis ardua eſt virtus. At illis iugum ſuaue eſt, & onus le-
Mat.11.28 ue, qui audiunt vocem illam Domini: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati*
Deut.8.4. *eſtis, & ego reficiam vos.* Qui enim ſic reſi-
Deut.29.5 ciuntur, grandem viam ambulant ſine labore, quorum non eſt ſubtritus pes, imò nec ſunt attrita veſtimenta, nec calceamẽta pedum, & ſicut nubes volant, & ideò fruſtrà iacitur rete antè oculos eorum. E-
Prou.1.17. ſtote ergò ſapientes, & nullus obſiſtet vobis præcedente Domino, omniaq; obſtacula remouente, cui eſt gloria. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ex terminis vltimis cognoſcitur, quæ via mala, & quæ bona. Hortamur ad ingrediendam anguſtam portam. A fructibus homines cognoſcuntur. In Morali oſtenditur, portam cœli eſſe anguſtam.

1 NE populus Chriſtianus conqueri poſſit de Mediatore noui teſtamenti, quemadmodum antiquus populus de veteris teſtamenti mediatore conquerebatur, aperte Dominus Ieſus, dũ nouum hoc ſuum teſtamentum promulgat, quo quaſi per deſertum ducitur ad terram viuentium, itineris præmonſtrat difficultates, dicens. *Intrate per anguſtam portam. Nam anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eam!* Mittens Dominus Moyſen ad populum, qui in Ægypto afflictus erat, hęc vt populo referret, illi mandauit. Dixi,
Exod.3.17 vt educã vos de affliction Ægypti in Terram Chananei ad terram fluentem lacte, & melle. Itineris autem difficultates non aperuit, ne forte, ſicut incidens in illas murmurabat & in Ægyptum reuerti ſtatuebat, ita ſi à principio intellexiſſet, vlla poſſet adduci ratione, vt ex Ægypto exiens, iter aggrederetur ad terram illam præcipuam, atq; inter omnes regiones mundi ſingularem. Neque parum fuit occurrentibus iis, quibus animus eorum offendebatur, murmur illorũ compeſcere, mentemq; ſuſtentare, vt non eos tæderet itineris & laboris. Præſtat ergò Chriſtus Moyſi, iam à principio iter difficile prænuntians, & anguſtã viam; & multò magis mundo, qui etiam fallaciter bona promittit, placide loquens & ſubmiſſe. Quia in re vult nos Sapiens cognoſcere inimicum, dicens: *Labiis ſuis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit* Prou.26.24.
dolos. Quandò ſubmiſerit vocẽ ſuam, ne credideris ei: quoniam ſeptem (id eſt multæ) *nequitiæ ſunt in corde illius.* Verum itaq; amicum, ſanctumq;, ac ſapientem legislatorẽ noſtrum audiamus. Qui & viã rectam nobis oſtendit, & termini eius oſtenſione atque ratione per eandẽ nos trahit ſuauiter.

Vbi duo. Primùm enim inuitat nos ad 1 Diuiſio.
viam rectam. Secundò dat cautelam, contra ducentes per prauam & obliquam. In primo etiam duo oſtendens, quę ſit via recta, & quæ obliqua. Et hoc primum ex terminis, ad quos ducunt; recta enim ad vitã, ad perditionem autem ducit obliqua: ſecundò ex viarum conditionibus; nam recta eſt arca; lata verò obliqua: tertiò ex ambulantibus per illas. De obliqua dicens: *Lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam.* De recta verò. *Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inueniunt eã!* Quę omnia, qui ſtudioſe quærit intelligere, in ſe rectũ habere cor teſtatum facit, dicente Salomone: *Cor* Pro.15.14.
impii inquirit mala: Cor autẽ rectũ inquirit ſcientiã. Rectum enim cor eſt illud, quod vult vitam diligere, & dies videre bonos; & propterea ſcientiam quærit ad cognoſcẽdam viam vitæ, vt per eam recti ſint greſſ⁹ eius. Qui autem prauum habet cor, & in prauitate cordis ſui quærit carnis oblectamenta, iſte odit lucẽ, & non venit ad lucẽ, Ioan.3.20
vt non arguantur opera eius, ad mala duntaxat intẽtus, quib. ſenſus ſuus delectatur.
Propterea ergò vitæ Auctor, qui ad homi- Ioã.10.10.
nes venit, vt vitã habeant, & abundantius habeant,

habeant, notam facit nobis viam vitæ, vt non prauis itineribus gradiamur, sicut illi de quibus dicit Sapiens. *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dines in prauis itineribus.* Et, *qui ambulat simpliciter, saluus erit: Qui peruersis graditur viis, concidet semel.* Pauper est, qui ambulat simpliciter, qui non extra viam rectam, se à rebus temporalibus permittit rapi. Dines autem, qui temporalium rerum captus amore, huc illucque diuertit, vbicunque illis potiendi detur facultas. Ambulat pauper ille simpliciter; multipliciter autem, nedum dupliciter dines iste. Et ratio est; Vna, & simplex est via recta, quemadmodum vnum est necessarium; quæ verò distortæ viæ sunt, multæ sunt, ad dexteram & ad sinistram, sursum & deorsum. Et rectus pauper, quam viam incedit exterius, eam pergit interius; qualem se Dei oculis exhibet, talem se hominum obtutibus offert. Dines autem sicut inconstans est in omnibus viis suis, ità multiplex per eas progreditur, pedem vnum in vna figens, alterum in altera: sicut in corde, & corde; ità & in itinere, & itinere graditur. Nam *vir duplex animo* (inquit Iacobus Apostolus) *inconstans est in omnib. vijs suis.* Meritò ergò simpliciter ambulans saluabitur; qui aliter, concidet semel. Semel (inquam) quoniam in die vltionis, non proderunt diuitiæ, non astutiæ. Casus ille erit vnus quidem, sed non indè præterea dabitur resurrectio.

Pro 28.6. Luc.10.42 Iac.1.8. Pro.11.4.

3 Hic est viarum terminus, vita, & perditio. Qui viuit, hic est; hic seipsum habet, possidet animam suam. Vbi est perditio, quod perditur, non habetur: perditio vitæ aduersatur: perditus homo nec est, nec viuit, nec quidquã habet, seipso vacuus, sui exors, sui pauper, filius perditionis. Nomẽ viæ & portæ, vnumquemq; nostrum termini deberet admonere. Via est, qua aliquò tenditur; porta, per quam in aliquem locum intratur. Hoc nomen mentem abstrahit ab eo, quod præsens adest, ad id, quod expectatur, quod quæritur, quod speratur. O nos felices, si mentis oculum eleuaremus, & dirigeremus ad terminum. Qui post tergum monet dicens. *Hac est via, ambulate in ea; & non declinetis, neque ad dextram, neque ad sinistram* Terminum spectat, vt ad illum dirigat, quò qui hinc vel hac declinat, aspirare non potest. Quare verò post tergum monet? Dicit enim Propheta. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbũ post tergum monentis. Hæc est via. Errant in via, qui non illum sequuntur. Si enim antè esset, dicerer: Venite post me: Si errãtibus occurreret, viam impediret, & interdiceret, quemadmodum Angelus cum Balaam fecit, dicens: *Veni, vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihique contraria.* Sed dum post tergum monet, reuocat ab errore, viam veritatis ostendit, dicens: *Hæc est via, ambulate in ea.* Qui audit, faciem suam ad monentem conuertit, vt respondeat, vt videat præceptorem, & sibi demonstratam viam eligat veritatis. O ergò qui erratis in vja morum, declinate semitam, viam iniquitatis amouete à vobis. Perditio terreat: Vita teneat vestrum desiderium. Termini compensent viarum cõditiones. Non displiceat, quòd sit arcta illa, quæ ducit ad vitam: non placeat, quòd illa lata sit, quæ ducit ad perditionem. Verus Doctor missus à Deo clamat: *Intrate per angustam portam*

Isa.30.21. Num.22.32.

Vide, quomodò Propheta hoc eleganter prædixit: *Et dabit vobis Dominus panem arctum & aquam breuem, & non faciet vltrà auolare à te Doctorem tuum, & videbunt oculi tui præceptorem tuum* Panis arctus & aqua breuis, hæc est portæ angustia, & vitæ arctitudo, quam Christus nobis ostendit, dicens: *Hæc est via, ambulate in ea. Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam Qui habet duas tunicas, det non habenti Cauete ab omni auaritia. Beati pauperes spiritu. Qui non odit patrem suum, & matrem suam, adhuc autem & animam suam non potest meus esse discipulus,* & huiusmodi sexcenta. Hoc est dicere: *Intrate per angustam portam.* Quæ est enim vita nostra, nisi porta & via? *Audite, qui ingredimini per portas has*: dicebat Ieremias à Deo sic iussus: *Bonas facite vias vestras, & studia vestra* Per portas intratur in domũ. Ibi non sedetur nisi ad iudicandum. Non

4 Isa.30.20. Isai.30.21. Luc.12.33. Luc.3.11. Luc.12.15. Mat.5.3. Luc.14.26 Ier.7.2.

te moueat, quòd angusta sit porta, dum domus sit lata, & spatiosus locus ad manendum. O Israël, quàm magna est domus Domini! Esto, angusta sit porta: *Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus.* Intrate, intrate in eam: Nòn sit vobis curæ, quòd angusta sit porta, id attendendum, quo per eam intratur. Sed heu, qui sedent in porta (nisi id sit ad iudicandum seipsos) non ingrediuntur per portas in ciuitatem. Audio enim conquerentem: *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum.* Hi sunt, qui commorantur in vino, & studeut calicibus epotãdis: Qui dicunt: *Comedamus, & bibamus, cras enim moriamur.* Annon tibi videtur, quod hi sedeant in porta, qui dicunt: *Cras moriemur? Et transibit vita nostra tãquam vestigiũ nubis: Vmbra enim transitus, est tẽpus nostrum.* In porta si vident, in itinere contiũuatur. Sed latam portam, & spatiosam viam exquirunt, dicẽtes: *Venite ergò fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter.*

Baruch 3. 24. Heb. 13 14. Apoc. 22. 14. Psal. 68 13 Pro. 23. 30. Isa. 22. 13. Sap. 2. 3. 5. 6.

5 Vbi tandem videtur tertium illud, quod dixit Dominus de viis iustis, nempè quòd multi intrant per latam, & pauci sunt qui inueniunt arctam. Sciuit hoc primus mũdus, quandò repleta est terra iniquitate, & pauci, id est octo animæ, saluæ factæ sunt. Sciuit hoc secundus mundus, quandò de generalitate hominum vnus populus selectus est, qui Deum verum coleret: cæteris gentibus colentibus vnaquæque Deum suum. Sciuit hoc populus ipsemet a Deo assumptus in populum, quando de numero sexcentorum millium, qui exierant de Ægypto, vnus & alter solummodò ingressi sunt in terram, pro qua iurauit Deus patribus eorum. Scitum est hoc non in exordio tantum plebis huius, verum etiam in progressu, quando illius diuisione, vna sola tribus adhæsit Domino, seruans Dei cultum in Ierusalem, reliquis vndecim tribubus idola colentibus. Notum est omnibus credentibus etiam nunc, quando Christi Ecclesia, extra quam non est salus, minorem partem orbis terrarum occupat, reliquis Nationibus sinè Deo existentibus in hoc mundo. Neque hic video disputandum, quamobrem istud eueniat, sed deploraudum, quòd eueniat.

Gen. 6. 11. Nũ. 14. 29. 3. Re. 12. 18

Et in Ecclesia Dei nunquid omnes saluantur? Nunquid omnes custodiunt verbum Dei? Nunquid omnes obediunt Euangelio? An non sola pars quarta cum fructu suscipit verbum Dei? Quot sunt, ex quorum cordibus venit diabolus, & verbũ aufert? Quot sunt, qui cum gaudio suscipiunt verbum, sed ¦orta tribulatione propter verbum continuò scandalizantur? Quot sunt, qui acceptum verbum suffocant curis ac voluptatibus? Vbi pax hominibus bonæ voluntatis? Vacuus nè est populus Christianus ab hominibus iracundis, in quibus Prouerbium illud impletur: *Sicut carbones ad prunas, & ligna adignẽ, sic homo iracundus suscitat rixas.* An inter nos non sunt iactatores, se dilatantes, sibi confidentes, vndè iurgia oriuntur? Tales arguit Salomon suo illo Prouerbio. *Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino, sanabitur.* Et quot sunt, de quibus idem dictat Sapiens: *Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona illius?* Sed satis superque sint illa Domini Iesu Christi verba: *Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?* Non est fides, quam quærit Christus in illis, qui verbis cõfitentur, factis autem negant. Et horum quantus est numerus in fidelibus? Vndè, vndè hoc? nõ curiosè quærendo sed studiosè, vt audiamus verbum post tergũ monentis. Vndè tanta pereuntium multitudo? In verbis Domini stat ratio, quia *lata porta est*; quia *spatiosa via*; quia angustari nolumus, non stringi, non ligari, ambulare volumus in latitudine; pasci spatiose; licenter viuere; ætatem nostro degere arbitratu. Et vtinam arbitratu; sed seruitute magis nostra, qua nõ bonum quod volumus, sed malum quod nolumus, illud agimus, vt scribit Apostolus. Compedes intellectui nostro admouit caro, quæ dominatur in omni possessione Ægypti, & nulla libertatis est cura. Et monenti dicimus: *Recede à nobis, vt seruiamus Ægyptijs.* Dura ceruix, indomabile cor, peruersa voluntas,

6 Luc. 8. 13. Matt. 13. Luc. 8. 14. Pro. 26. 21. Luc. 18. 10. Luc. 18. 8. Rom. 7. 19. Exo. 14. 12.

luntas, terra maledicta, proferens spinas & tribulos. Venerunt cum Iuda Machabæo fideles ad templum; & viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata, sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta. Istæ sunt causæ, quamobrē multi ambulant per viam perditionis, & in via delectati, terminū nō intuentur. O, si quis est suæ salutis cupidus ac studiosus, attende, qui tecum sunt in comitatu, vide si cum paucis ambulas, an cum multis, vt noris, quò te perducat via, quam ambulas.

1. Mach. 4. 34.

SECVNDA PARS.

7 *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* Nunc adhibet cautelam, quia insidias inimicorum aperimus, vt nō ab eis decipiamur. Dixit prius: *Intrate*: nunc verò: *Attendite*: Simplex iussio fuit illa: hæc obseruatio & solertia contra eos, qui obstare possent diuini præcepti obseruantiæ. Hæc est gratia Domini nostri Iesu Christi, quam lapsis facit pro nostra infirmitate. Huiusmodi gratia primis nostris parentibus facta non fuit. Gen. 2. 16. Iussionem susceperunt. De omni ligno comedes: De ligno autem scientiæ boni & mali nè comedas. Si illis adiecisset. Attendite à serpente, nè vos decipiat, contrariū persuadens; fortè mansissent vsque in hanc diem. Sani erant, sat illis fuit iussio. Nos infirmi sumus in hac parte: hac præterea admonitione indigemus. *Attendite à falsis prophetis.*

8 Vbi duo. Qui sint falsi prophetę, & quomodo cognoscantur. Primum. *Veniunt ad vos in vestimentis ouium; intrinsecus autem lupi rapaces.* Secundum. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ad primum. Vnus Creator: plurimæ creaturæ. Et vnus Creator omnium, idemque dispositor & ordinator, plurima statuit inter eos, vt ex his vnum quoddam componeretur, quod pulchrum, pulcherrimum ipsum Creatorem demonstraret. Inter tot nodos, quibus moles hæc, ex tot tamque diuersis, imò & aduersis partibus compaginatur, illud est singulare, quòd qui à veritate per se ipsos recesserunt, alios quoque ad idem flagitium illicere, aut compellere moliantur. Quæ est illorum probatio, nim verè lucem diligant veritatis; vt qui à probatione reprobantur, vt reprobi reiiciantur; qui verò probati manifestantur probi, suæ probitatis mercedem recipiant apud Deum. Et propterea vbi diuina prouidentia hanc permittit contingere tentationem, ibi diuina sapientia nos monet, vt cautè ambulemus, non clypeo & hasta, sed optimis sermonibus & exhortationibus, munit & armat suos. Ita in lege statuit: Si surrexerit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum: & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi. Eamus & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima vestra. Quapropter Dominus IESVS nos monet. *Attendite à falsis prophetis*: vt cautos nos faciat aduersus illos. *Deut. 13. 1. 2. 3.*

9 Bifariam verò Deus ab impiis infestari nos permittit, dum vel in exterioribus offendunt, vel in bonis salutaribus nobis damnum student. Accidit hoc in exterioribus, in casu, de quo Salomon: *Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum suum.* *Pro. 28. 15.* In spiritualibus euenit per falsos Prophetas, qui speciem habentes pietatis, abiiciunt veritatem; sicut est casus iam in lege decretus. Vbi ex hoc, quòd Dominus lupos rapaces vocat, innuitur, quam pernicioſi sint huiusmodi homines, & quam diuersi appareant ab eo, quod re vera sunt: quandò velut oues circundati veniunt pelle, & apparentia amantis & iuuantis; & tamen verè lupi sunt, lupique rapaces, rapientes, & mactantes & deuorantes. O si quis sciret damnum, quod inferunt huiusmodi lupi, quam cautò illos euitaret?

10 Hi sunt hæretici auertentes à doctrina sana, & ab authoritate Sanctæ Romanæ Ec-

næ Ecclesiæ. Veteres illi placentia sensibus loquebantur, pacem & prospera promittentes etiam impiis, vt Sedechias ille, qui
3.Re.2.211. Achab Regi prædicebat victoriam contra Idumæos. Nostri videntur menti placentia loqui, Euangelium iactantes, Christi gloriam prætendentes; sed latenter, quæ carni arrident, ingerunt, opera, ieiunia, afflictiones pœnitentiales subtrahentes. Ars
Gen.3.3. diaboli ista est, qui mentem seduxit Euæ, & carnem simul illexit, pollicens Dei similitudinem, & simul cibum ad vescendũ suauem offerens, vt totum trahens hominem, totum corrumpat. Sed nostri homines dedjti carni, satis habent, quòd carni placentia suggerantur. Heú! dum placentia quæris, sequeris, consequeris, te lupus rapit, mactat, deuorat. Quis videtur, quod quæris, animal vtile, quietum, domestjcum; sed lupus est, lupus rapax, occidens,
Num.25.1. deglutiens. An non lupus interficiens blãditiæ mulierum Madianitarum, trahentes ad idola, propter quod Deus indignatus est contra populum? Nunquid manifestũ
Pro.29.3.5 non est, quod ait Salomon: *Qui nutrit scorta, perdit substantiam*? Nunquid nõ verum est pariter: *Homo qui blandus, fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius*? Tu, tu ipse tibi lupus es, tu tibi blandiris, & odio habes corripientem:
Pro.29.1. Ideò te ipsum perdis. Audi Salomonem: *Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eũ sanitas non sequetur.*

11 Sed iam & signa accedamus, quibus falsi prophetæ cognoscentur, de quibus Dominus: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Fructus signa sunt, quibus cognoscitur arbor. *Nunquid colligunt de spinis vuas? aut de tribulis ficus? sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit.* Vide ex doctrina Sanctorum, quam dulces editi sint fructus pacis, charitatis, mansuetudinis, sanctitatis, & sapiẽtiæ. Vide quantas turbas excitarint hæreticorum placita; quot sectæ, quot bella, quot vitia, quanta carnis licentia, quanta populorum subuersio. Vide quam facilè sit ex his falsos prophetas discernere: sed qui fructus sunt domesticorũ fallentium? Habeamus Apostolũ illos recensentem: *Manifesta* (inquit) *sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia, quæ prædico vobis; quoniam qui talia agũt, Regnum Dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, &c.* Gal.5.19.

Quàm falsus propheta caro sit, sensus, 11
appetitus noster, quis non videat? ouem se præbet, lupum se gerit: bona ostentat, mala intentat: placidam se offert, molestiæ plenam effert sese; qui illius sunt fructus, peccata omnia, aduersa omnia. Maledicta Gen.3.17.
terra, spinas & tribulos germinauit: maledicta terra, est caro corrupta, spinæ & tribuli sunt fructus eius. Quidquid mali obortum est, fructus est carnis. Opera magis, quam fructus illa dixit Apostolus: *Manifesta sunt* (inquit) *opera carnis.* Non sic spi- Gal.5.19.
ritus. *Fructus autem spiritus* (inquit) *est charitas, gaudium, pax.* Carnis genimina non dantur ad fruendum; nihil habent fruibile; sed operosum totum, totum difficile, totum laboriosum; ideò opera sunt. Ex spiritu autem fructus producitur, propterea quòd in ipsis magna est fruitio & delectatio. Salomon tamen fructus etiam carnis appellauit, quòd comedentibus intolerabilem causent amaritudinem: *Comedent* Pro.13.
(inquit) *fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur*; & Moyses. *Vua eorum vua fellis, & botri amarissimi: fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Et Deu.32.
certè vndè mundus est ruinarum plenus? Vndè vita nostra est appropinquans in inferno deorsum, vt loquitur Sapiens; & ait Ec.51.9.
Dauid. *Vita mea inferno appropinquauit, æstimatus sum cum descendentibus in lacũ, factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber; sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non est memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis.* Vndè (inquam) tot malorum illuuies, nisi ex carne? Nam & priscis illis Psal.87.4.
temporibus, quoniam caro corruperat viã suam; ideò venit diluuium, & tulit omnes. Gen.6.12.

Vide

Vide fructus carnis, ab his cognosce illam, vt non te decipiat. Quandò titillat sensus, blanditur caro, illecebra voluptatis trahitur appetitus, mentem adhibe ad fructus,
Psal.13.3.5 qui generantur ex carne; & videbis omnẽ terram coopertã mortis caligine, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, & terram incolentium, contritio est & infœlicitas in viis eorum, & viam pacis nõ cognouerunt, & trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Dum non fructificauit caro in populo, in illum ingredi non po-
Nu.23.21. tuit maledictio. Ita enim pronuntiauit, qui maledicere conabatur. Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israël. Dominus Deus eius cum ipso est, & clangor victoriæ Regis in illo. Vbi non est peccatũ, ibi Deus est; & vbi Deus est, quantalibet insurgant bella, clangor victoriæ Regis in illo erit; victoria referetur de hostib. victoria magna, quia Regis, victoria manifesta, ideò clangor. Caro, caro aditũ fecit maledictioni: caro induxit idolum. Vbi falsus adest Deus, abest verus, adest puniens. Attendite ergo, & cognoscite fructus carnis, vt ab ea declinetis.

13 Addens Dominus. *Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos.* Demonstrat satis apartè per fructus non intelligi tantùm opera, sed id totum, quod ex operibus consequitur. Quamuis enim fructus illi sunt tantùm arboris, qui in ea pendent, hominum tamen fructus sunt, quidquid etiam ex operibus sequitur, siue in hac vita, siuè in futura. Nam opera quædam ad speciem potius pertinent pietatis, & ad ouinam pellem; quę verò faciunt ad rapiendas animas, easq; à Deo separandas, illa sunt fructus, ita & arboris excisio & missio in ignem; vt excisio sit separatio a bonis quoq; huius vitæ; ad mala verò alterius vitæ, missio in ignem pertineat. Ecõtrariò bonorum laborum fructus incipiant in hac vita, & perficiantur
Psal.36.9. 10.11. in alia. Vide Psalmus: *Qui malignantur, exterminabuntur; sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram. Et adhuc paululum, & non erit peccator: quæres locum eius, & non inuenies. Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabũtur in multitudine pacis.*

Eiâ ergò hac cœlesti doctrina instructi, 14
ingrediamur viam salutis & pacis, non ab- *Exhortatio*
horrentes, quæ videntur esse difficultates, asperitates, austeritates, non amplexantes quæ dulcia videntur, quæ blanda, quæ suauia: dematur cortex, intimum rei sapiens intueatur oculus. Opera bona, opera quidem sunt; sed operosa non sunt; fructuosa sunt, iucunda, grata, delectabilia, fructus veri, & suaues, modò exercitatos in illis habeamus sensus, & acquisiti sint habitus virtutum. Quò plus operaris, minus sentis laboris & difficultatis. Vince primum proximiores hostes & plus infestantes, & omnes demum prostrabis, fugabis, vastabis. In insigni illa prophetia facta Moabitarũ occasione, qui se fatentur populi Dei inimicos, dictum est de illo à Spiritu Sancto: *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Mo-* Nu.24.17.
ab; & vastabit omnes filios Seth. A Moabitis transit ad Vniuersum, quoniã omnes homines sunt filij Seth. Incipe tu, principiis obsta, acies primas prosterne, & pones sub pedibus tuis omnes inimicos tuos. Stella est virga, cœlestis conuersatio omnes frãgit aduersarios. Et qui aduersarij nisi qui de terra sunt? qui terrena sapiunt? qui illa quærunt quæ sunt super terrã? Bonis operibus mala destruũtur. Virga est stella? virga de terra, stella in Cœlo. Opus manuum tuarum per se percutere non potest, per se vastare nõ valet inimicos: erit & stella, veniet tibi auxilium de cœlo, adiutorium de Sancto: Dominus opem feret tibi. Et erit Nu.24.18.
Idumæa possessio eius; hæreditas Seir cedet inimicis suis, Israël verò fortiter aget. Per Idumæam intelligitur Romanum Imperiũ, & per illud orbis vniuersus. Omnes omnes omninò inimici subdentur tibi, si per te non stet, si tu fortiter ages, si neruos extenderis omnes.

Israël fortiter aget. Quis Israël? qui Iacob dictus, fratrem supplantauit surripiens benedictionem. Et cum Angelo postea luctatus est, & appellatus Israël. Si cum

fratre astutia, cum Angelo viribus prælia-
tus est. Israël fortiter egit: Iacob sapienter.
Eph. 6. 12. Fortiter, fortiter agamus, etiamsi collu-
ctatio sit nobis, non aduersus carnem &
sanguinem, sed aduersus principes & po-
testates, aduersus mundi rectores tenebra-
rum harum, contra spiritualia nequitiæ in
cœlestibus. Contra fratrem prius, contra
Angelum postea. Aduersus carnem, & san-
guinem in principio, contra spiritualia de-
nique. Cum carne discretio spiritus, cum
spiritu, mentis ac fidei fortitudo, & perse-
uerantiæ consuetudo. Domita carne, facilè
spiritualia subiugantur: si caro domine-
tur, inanis est labor reliquus: Quid putas
Gen. 25. 31 esca fratrem supplantatum? pulmento em-
Genes. 27. pta sunt primogenita: carnibus hedinis
16. 26. subtracta est benedictio, & ita fratrem sup-
plantauit in altera vice. Sibi escam subtra-
xit Iacob, & ius acquisiuit aduersus carnē;
cibos obtulit patri, & fructum possedit pri-
mogenituræ. Sic corpus castigatur, & in
seruitutem redigitur, & sub plantis poni-
tur. Tum demum mens & intellectus cap-
tiuatur in obsequium Christi. Supplanta
tu carnem, & humiliabitur in conspectu
Isai. 40. 4. Dei. Et erunt praua in directa, & aspera in
Luc. 3. 5. vias planas, & videbit omnis caro salutare
Dei, cui sit glorja semper. Amen.

MORALE.

16 OVtinam vox Domini sit super aquas,
Psal. 28. 3. quę etiam intrant per angustam por-
tam, & velociter currunt per arctam vi-
am, non dispersæ per agros, sed in flumine
pertranseuntes. Audite vocem istam Do-
mini, omnes vos, qui vocati estis sancti,
Psal. 94. 8. audite dicentem. *Intrate per angustam por-
tam* Hodiè si vocem eius audieritis, nolite
obdurare corda vestra; quasi sit vobis cor
lapideum; sed sit sicut cera liquescens; i-
mò sicut aqua liquida, & perefluens ce-
dat verbo, obedjat voci, præcepto obtem-
peret. An nos plus apud nos vox Domini
valere debet, quam angustia portæ? Non
est vox ista submissa, quæ nequaquam,
Psal. 28. 3. aut vix possit audiri. Deus Maiestatis in-
tonuit. Altissimus loquitur. Deus in sua
Ps 17. 14. Maiestate tonitru fecit. Voce de cœlo
delapsa, Deus Maiestatis intonuit, & Altissimus dedit vocem suam. Hoc qui nouerit, terrebitur difficultate præceptis horrescet angustam portam? viæ asperita-
tem? Iàm olim vocauit ab Oriente auem, Isa 46. 11
& de terra longinqua virū voluntatis suæ, dicens illi. Egredere de terra tua, & de co- Gen. 12.
gnatione tua, & de domo patris tui, & ve-
ni in terram, quam monstrabo tibi. An nō
angusta porta exeundi de terra, de cogna-
tione de domo propria? An non arcta via
eundi quò nescias, & hæc via longissima?
Vide si difficilis fuit via, quandò nō potuit
illam expedite peragere, sed ad multos an-
nos habjtauit in Haran? & illicò tamen ob- Gen 11. 31.
temperauit; auem se præbens, volatu ce-
lerrimo perficiens mandatum Domini, vi-
rumque diuinæ voluntatis, qui totum se
Dei obsequio libens dedicauit. Hic est ce-
drus Libani, magna arbor & proceræ sta-
turæ, quam vox Domini mox confregit.
Vox Domini confringentis cedros, non Psal. 28. 5.
quasque, sed magnas excelsas, fortes, nēpè
cedros Libani, viros magnos, homines
grandes, & magnanimos, neq; confringet
modò; sed comminuet eas, perindè ac si
nullā in eis esset duritia; sed essent tanquā
vjtulus Libani pinguis & tenerrimus. Nū-
quid ergò vox ista non est in virtute, &
magnificentia? quis ergò non audiet dicē-
tem. *Intrate per angustam portam?*

Heu! quandò se Deus vocantem dixit ab 17
Oriente Auem, & de terra longinqua, mox
subiecit: *Audite me duro corde, & qui lon-* Isai 46. 12.
gè estis à iustitia. Isti certè, qui duro sunt
corde, vocantur de terra longinqua. His
durus est sermo Domini, his porta angu-
sta, his via est arctissima. Accedite, appro-
pinquate, qui lōgè estis, propè efficiamini.
Audite duro corde, qui longè estis à iusti-
tia. Via, quæ ducit ad vitā, iuxta perspecti- Isai. 46. 12.
uam scientiā, si procul ab ea sis, stricta vi-
detur & arcta. Si appropinques, si intres in
illam, si ambules in illa, si progrediaris,
ampliſſima tibi apparet: sicut ab angulo,
quo plus recedis, eo plus in amplitudinem Ps 118. 45.
te dilatas. Sic expertus, dixit: *Et ambula-
bam in latitudine, quia mādata tua exqui-
siui. Et hoc adeò, quòd loquebar de testimo-
niis tuis in conspectu Regum; & non confun-
debar.*

Deut. 30. 14. *debar.* Quandò lex dicit, Quod propè est verbum in ore, & in corde, aperte demonstrat, quòd mandata Dei non grauia sunt, ac veluti importabilia. Tibi grauia sunt, tibi ponderosa apparet iustitia, quia longè ab illa. Adsis propè, & leuabis manus ad
Exod. 17. 11. 35. mandata, quæ diliges. Sint graues manus Moysi, qui in manibus tabulas lapideas, ac propterea graues portabat, in quibus scripta erat lex. Christi manus in Cruce clauis fixæ per se stant eleuatæ, vt & nos in manibus illius manus nostras multa facilitate leuare possimus. Putauit Balac Rex Moabitarum, maledicente Balaam populum, ipsi populo difficultatem inferre, infirmitatem, formidinem, inertiam, vt eum
Num. 22. 6 posset superare: *Veni* (inquit) *& maledic populo huic, quia fortior me est; si quo modo possim percutere, & eiicere eum de terra mea.* Sed populus benedictione Domini roboratus, præualuit aduersus eum, in cuius
Num. 23. 22. benedictione dixit Balaam. Cuius fortitudo similis est Rhinocerotis. Eccè populus
23. quasi leæna consurget, & quasi leo erigetur. Non accubabit donec deuoret prædã, & sanguinẽ occisorum bibat. Et quid duo fideles exploratores territo populo dice-
Num. 14. 9 bant. Ne timeatis populum Terræ huius; quia sicut panẽ ita possumus eos deuorare. Dominus nobiscum, nolite metuere. Quid clarius? vbi Deus est, quid est, quod quis debeat formidare? Ne dùm ad operandũ, sed ad pugnandũ, dat ipse lasso fortitudinẽ. Qui timet, se accusat, vt longinquum à iustitia, vt elongatum à Deo, vt durũ corde. Et ideò posito exemplo Abrahæ, qui vt auis velociter in auditu auris
Isa. 46. 12 obediuit, subiunxit Deus. *Audite me duro corde, qui longè estis à iustitia.*

18. Sed quantuslibet sit labor, sit molestia, sit
Psal. 26. 4. asperitas iugi, & oneris grauitas; heu vox Dei, quæ est in virtute & magnificentia, non confortabit corda nostra, non fortificabit manus dissolutas, & genua debilia
6 Num 23 22. non roborabit? Dilectus quasi filius Vnicornium. Si dilectus fueris, fortitudo tua erit similis Rhinocerotis, collecta erit in vno cornu fortitudo. Vnum spectabis, vnum petes, toto impetu in eandem feres tendes, cuius participatio in id ipsum. Vis scire quamobrem via sit tibi difficilis? quia non in toto corde exquiris Deum, nõ totis viribus te in legem extendis, cogitas quæ sunt mundi, & diuisus es. Pondera Sanctuarij Leuitis tributa erant, viribus accommodata; quæ vires excedebant, in plaustris vehebantur. Non eis licebat simul sacra, & profana portare. Quid mirũ si fatigatus in operẽ vanitatis, iugum Domini ferre detrectas, vt impotens? Populus vt ferret sanctuariũ, vt onus legis portaret, laboribus est solutus Ægyptiis: *Venite ad me omnes, qui laboratis & oneratis estis, & ego reficiam vos.* Noli laborare, vt diteris. Noli laborare, vt ascendas in altũ. Noli laborare in delectabilibus conquirendis. Nè fruſtrà coneris supergredi fratres tuos. Ne coneris contra ictum fluuij; vt quæras absconsa, difficilia, impossibilia, quę non sunt in manu tua, sed in manu Domini, & dat illa cui vult. Heù totus mundus est in laboribus plurimis, vt acquirantur inania; & non est finis acquisitionis! Quæ mandat mundus, difficilia sunt: imponit enim onera grauia, & importabilia; & manus nostræ in cophino seruiunt, terrã portantes, terram fodictes, terram versantes, etiam terram, vt serpens antiquus, comedentes, deglutientes, digerentes. Videat vnusquisq; laborem suum, si est secundum Deum; cesset ab operibus infructuosis tenebrarum. Laboret sicut bonus miles Christi, sicut seruus fidelis & prudens, & non ambulabit vias difficiles seculi huius, & non lassabitur in via iniquitatis, sed fortitudinem suam ostendet ad Deum, vt illi soli seruiat. Ita sentiet onus Domini leue.

Num. 4. 15. & seq.

Mat. 11. 28

Eccl. 4. 32.

Salomo dicens: *Fugit impius, nemine*
19. Prou. 28. 1. *persequente; iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit.* Notas facit nobis insanias falsas, quibus, quod nõ est, somniantes imaginamur. Videntes discipuli ve-
Mat. 6. 49. nientem Dominum super vndas maris putauerunt phantasma esse, & timentes
Psal. 13. 5. clamauerũt. Hęc sunt noctiũ phantasmata, quæ terrent homines stultos, qui trepidauerunt timore, vbi timor non est. Quid fugis impie, nemine persequente; quid op⁹ detrectas vbi labor nõ est? Piger otio-

sus sibi laborem fingit in præcepto, dicens. Leo est in via, & leæna in itineribus: sicut
Prou. 26. 13 ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Vides somniantem? falsa imaginantem? Leo (inquit) est in via Quid hoc, nisi falsò putata difficultas est in via Domini? Sicut fugit nemine persequente, ita euitat opus nemine impediente, & declinat à via recta nullâ existente difficultate. Iustus autem non dicit: Leo est in via; sed ipsemet leonem agit, leonem viuit, leonẽ imitatur; procedit confidenter absq; vllo timore. Impius timet ibi quoque; vbi nõ est timor. Iustus in mediis hostium castris, securus incedit, & absq; tertore: nihil illi difficile: plus apud eum valet Christi vox ista: *Intrate per angustã portam*, quàm quodvis asperũ, aut laboriosum in ea explenda possit cõtingere; veluti habens in auribus verba illa sacerdotis,
Deut. 20. 3. quæ antè pugnã cum hostibus pronunciare iubebatur. *Non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite tedere, nec formideris: quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis cõtra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de periculo.*

20. Ergò qui fugit, se impium ipse declarat; qui timet, suam ipse ostentat pigritiam: qui portam renuit intrare, vocem Domini non reuereatur; qui à via declinat arbitratu suo, non Dei demonstrat victum se constituisse. Heu, heu, heu! & horum infinitus est numerus, & ideò pereuntium innumerabilis multitudo. Quid clamatis in templo: Domine Domine? putatis propterea intraturos vos in regnum cœlorum? Quid facto opus est, vt illuc intrare possitis? *Intrate per angustam portam* Quæ tanta insania est, vt confidat quis intrare in Regnum cœlorum, & per portam intrare detrectet? Audite vocem
Apoc. 22. 14. Dei: *Beati, qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.* Quid est
Heb. 12. 4. lauare stolas in sanguine Agni? illud est, quod Hebræos scribit Apostolus nondum fecisse: *Nondum enim* (inquit) *vsque ad sanguinem restitistis.* Id est quod Christus
Isa. 63. 3. per Isaiam conqueritur: *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum.* Hoc est Agnum Dei, qui occisus est, imitari in labore & ærumna, etiam in mortibus frequenter. Oportuit Christum pati, Luc. 24. 26 & ita intrare in gloriam suam. Passio sua, angusta porta. Per portas (inquit) intrent in ciuitatem. Per portas (inquit) & vnusquisq; tollat crucem suam, quæ est angusta porta: per hanc intrare oportet, alioqui sicut canes circuibunt ciuitatem. Illa est voluntas Dei, qui sic decreuit, qui sic iubet, cuius est ista vox. *Intrate per angustam portam.* Qui sic fecerit voluntatem Dei, *intrabit in Regnum Cœlorum.* Quod nobis concedat qui viuit & regnat. Amen.

FERIA VI. DOMINICÆ DE CÆCO.

CONCIO PRIMA.

Erat quidem languens Lazarus de Bethania. Ioan. 11. 1.

ARGVMENTVM.

Agitur de indigentia nostra, & de sufficientia Christi ad illam reparandam. Christus in mundum venit vt saluet.

SI non colliguntur de spinis vuæ, 1.
aut de tribulis ficus, nec assumitur Luc. 6. 44.
vita de mortuis: certe qui bona appetunt, veras illorum origines diligenti studio tenentur exquirere. Hinc enim sapientiæ studiosi ad Salomonem ex omnibus mundi partibus ca- 3. Reg. 10. 24.
teruatim confluebant. Cum ergò vita sit in arce suprema omnium appetibiliũ, verum illius fontẽ omni studio tenemur vniuersi inuestigare. In primis scientes, q vnus est fons vitæ omniũ viuentium. Si. n. Heua sic appellata est. Eò quòd esset mater omniũ viuentium: (Heua. n. Hebraicè Gen. 3. 20
est vita, sic itaque dicta eò quòd omnes homi-

homines ab ea procreentur) multò magis vita illa vera, quæ felices factura est sui possessores, vnicam habet scaturiginem, vnumque fontem; nè putemus vndequaq; eundum, huc illucq; discurrendum, quasi rumpantur fontes abyssi magnæ, ad dandam vitam mortalibus. Hic verò fons, quòd non alibi, quàm apud Deum possit reperiri, innuit Regius Psaltes. Quoniam apud te est fons vitæ. Propterea enim Deus ipse quoque præcipiebat per Moysen: *Cauе, nè offeras holocausta tua in omni loco, quem videris; sed in eo, quem elegerit Deus.* Quid enim erat Deo offerre holocausta, nisi vitam offerre Deo, quam licitè poterant, vt illam ab eo haurirent, qua indigebant, & quam ad Deum pertinebat hominibus communicare? Vt ergò scirent per vnum fontem, vnumq; canalem daturum sese illis vitam, quam expetebant, vnico in loco voluit sibi ab illis offerri holocausta. Qui verò sit fons iste, possumus ab initio Euangelij sancti Ioannis elicere. *Verbum erat apud Deum.* Dicitur ibi, ac deindè: *In ipso vita erat. Et vita erat lux hominum.* At hodie apertissime nobis hæc veritas innotescit, dicente Domino Iesu. *Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet. Et omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.* Et interrogata Martha. *Credis hoc?* respondit. *Vtique Domine ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.* Factoque probatur, dum quatriduanus mortuus resuscitatur.

Psal. 35. 10

Deut. 12. 13

Ioan. 1. 1. 4.

2 Diuisio. Hoc igitur vt aperte cum vitæ emolumento intelligamus, duo nobis ipsis proponamus. Alterum, quæ, & quanta sit vitæ indigentia nostra. Alterum verò, quòd in Christo sit, ad viuificandum nos, plena atque perfecta sufficientia. Indigentia nostra apparet in Lazaro, qui & mortuus erat, & sepultus, quinimò iam fœtebat. Sufficientia in Christo manifesta est, quandò talem mortuum ad vitam reuocauit, quam à Patre submissa voce implorauit, & defuncto magna emissa voce communicauit.

3 Circa indigentiam primò attendimus, per mortem corporalem intelligi spiritualem, ex quo postea facilè infertur, quanta sit miseria, & propterea quanta sit indigentia nostra. Planum est per corporalē mortem, spiritualem intelligi. Ideò enim Dominus liberaturus à corporali Lazarum dixit. *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Quomodò autem qui corporaliter mortuus est, credere potest in Christum? At mortuus in peccatis & in anima, per fidem reuocatur ad vitam. Rursus ait. *Omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.* Euidentissimum est autem, etiam credētes mori corporaliter. De morte igitur spirituali loquitur Dominus. Et quod per mortem corporalem illa figuretur, hinc patet, quod Marthæ dixit Domin⁹. *Resurget frater tuus.* Quòd certè intellexità morte corporali. Ad hoc tamen probandum, subiecit verba illa de morte spirituali. Itidem de vitâ dicendum est, quòd per corporalē spiritualis designatur.

4 Ratio huius est multiplex. Prima generalis est, quòd communiter per sensibilia percipimus intelligibilia: nàm omnis nostra cognitio ortum habet à sensu. Vnde & philosophi per visibilia ascenderunt vsque ad cognitionem Dei. Ideò enim Deus fecit hæc, quæ apparent, vt per ea apparerent non apparentia, & Ipse in primis. Propterea in vltimo opere manuū suarum posuit imaginem suam, ad quam duo spectant, quòd ipsa sit obiectum, in quo apparet Deus, & ipsamet sit in se, & per se cognoscens Deum: in hoc similis Deo, seipsum cognoscenti. Cognitio autem ista, vita est nobilissima, cuius obscuratio & priuatio, mors est. In qua duo, obscuratio obiecti, quod est imago: & obscuratio oculi, qui est potentia. Quæ mors vt cognosceretur, data est mors corporalis. Sicut enim per bona corporalia intelliguntur spiritualia; ità per mala corporalia, spiritualia discernuntur. Mala spiritualia sunt peccata, & ideo à sola creatura. Corporalia, quæ sunt pœnæ, sunt à Deo, qui per has vult, vt cognoscantur spiritualia mala. Sic & exteriora nostra indicant interiora. *Cor gaudens exhilarat faciem: In mœrore animi deiicitur spiritus.* Prou. 15. 13

5 Secunda causa est, quia spiritualis mors est causa corporalis: illa enim est culpa,

hæc pœna. Per obedientiam quippe factus est homo, sicut & cætera omnia, dicente
Genes. 1. Creatore, *Fiat hoc, & hoc. Mandauit enim*
Psal. 32. 9. *& creata sunt.* Ergò per inobedientiam de-
Psal. 148. 6 strui debet. Naturalia si desinerẽt obedire, desinerent esse: sed statuit ea in æternum, quia non parere non possunt, ducta semper ab instinctu naturę, dato illis à Deo. At homo potest nõ obedire, & propterea potest interire. Idcircò mox vt creatus est præter cõmunem quoq; cæteris obedientiã, speciale mandatum suscepit pertinens ad tuẽdum esse illud, ꝙ per primam acceperat obedientiam, cui pręcepto si obtemperasset, & primò susceptum esse conseruaret; & altius nobiliusq; valde conseruaret. Si verò abnueret obedire, primum illud esse, quod obediens acceperat, protinus exsufflaret. Parere non voluit, manere non potuit. Recusauit obedientiã, existentiã expoliauit.
Gen. 2. 14. Vixerat obediens, mortuꝰ est inobediens. *Ne comedas* (inquit) *si comederis, morieris.* Et vide Diuinam sapientiam. Comestione tenebatur vita. Ideò præcipit; Vide, nè ꝙ ad vitam ordinatum est, generet mortẽ; quod proculdubio eueniet, si in esca sumenda non fueris mandato, ꝙ tibi pręcipio, humiliter obsequens; quo tibi statuo, vt edas de cæteris omnibus, ab hoc verò abstineas. At
Deu 32 15 verò quid fuit inobedientia illa, nisi derelinquere Deum factorem suũ, & recedere à Deo salutari suo? Præcepti contemptor Adam dereliquit Factorem, qui fecerat illũ ad imaginem suam. Recessit à salutari, qui
Ps. 118. 155 ordinauerat ad æternam salutem. Ac proindè & salutẽ perdidit: Quia longè à peccatoribus salus, quæ est vita spiritualis; sic spiritualem obiens mortem, & vitam pariter amisit corporalẽ, portas mortis ingrediens, quam vitã acceperat à Factore. Ergò mors spiritualis generat corporalem. Et quoniam effectus similitudinem aliquam causæ suæ necessariò consequitur; similes oportet sint mortes, spiritualis & corporalis, vt aptè per vnam nempè corporalem, altera, quæ est spiritualis, designetur.

6 Vbi primum vides, quàm apte atq; pru-
Mat 19. 17 denter disseruerit Dominus. *Si vis ad vitã*
Deut 11 8 *ingredi, serua mandata.* Et docuerit Moyses: *Custodiatis vniuersa mandata, quæ ego præcipio vobis, vt possitis introire, & possidere terram, ad quam ingredimini Multoq; in ea viuatis tempore.* Viuere in terra illa longo tempore, vitam portendebat æternam. Vides præterea, quòd sicut spiritus, qui intus alit, agitat exteriora nostra, vnde discernitur à mortuo viuens. Ità mentis varia dispositio varios effectus externe producit. Et sicut mens agitat manum, ita mentis ipsius qualitates in membris varia motionum influunt genera. Hinc Salomon. *Vita carnium sanitas cordis: putredo ossium in-* Pro. 14. 30
uidia. Rursus. *Animus gaudens ætatem flo-* Pro. 17. 22
ridam facit: spiritus tristis exsiccat ossa. Ex quibus habes, quòd sanitas cordis lætitia est, quę carni dat vitam florentem: tristitia verò cuiusmodi est inuidia, infirmitas est mentis, quæ nedum carnes molles offendit, verùm & ossa, corrumpens videlicet & exsiccans medullam eorũ, quæ est magna infirmitas corporis. Quid mirum ergò, si tanta mentis alteratio, qua se à Dei subiectione subtraxit, corpus in tantam morborum ac miseriarum cloacam deturbauit, vt etiam mortẽ nulla ratione posset euitare? Disce itaque mentem componere, vt inde quasi ex sanctuario deriuet fluuius aquæ Psal. 45. 5.
viuæ, lætificans totam ciuitatem, id est omnia nostra, vt bene fœliciterq; viuamus.

Tertia causa, quamobrem per corpora- 7
lem mortem intelligitur spiritualis, est vtriusq; similitudo. Ideò autẽ similes sunt, quia ex vna procedit altera, vt dictum est. Quæ similitudo dispicienda est, vt in mẽtem veniant proprietates mortis animæ, q̃ multum iuuat dignoscere, vt digne abhorreamus illam, diligenterq; vitemus. Iussit Dominus, vt attente dispiceretur quicũq; Deut. 13. 1
auertere voluisset à colẽdo ipso vero Deo, siue is veniret sub prætextu numinis, quasi propheta esset, ac diuinus, futura prænoscens atque prædicens; siue is esset propinquus & carus, veluti frater, filius, vxor, aut amicus valdè dilectus: siue multitudine vrgeret atque potestate, sicut ciuitas tota. *Quære solicitè & diligenter: rei veritate per-* Deu. 13. 14
specta; si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores illius in ore gladii, & delebis eam. Hoc de vrbe, sic & alios

iubet

iubet interficere. Apud mentem venit propheta, quandò cooperta, veritatis prætextu, falsitas decipere meditatur. Venit propinquus, quandò delectatio mentem eneruat, vt consentiat deceptioni. Vrget ciuitas, quandò importunè prauæ cogitationes insurgunt, requiem animo non præbentes, sed verè impellentes, vt cadas. His omnibus iubet Dominus viriliter repugnare, illaque expugnare ac delere, ac extra mentē prorsus expellere, nè sit mors in illa. Ita ergò mortem istam mentis probè noscamus, vt prudenter pellamus, ne occidat & corpus; & ex parte sublimiore animæ nostræ quasi ex aëre descendant in terram corporis nostri lapides grandinis prægrandes molestiarum atque ruinarum.

8 Duo verò sunt, quæ mortem perficiunt. Alterum separatio est eius, quod viuificabat sibi vnitam partem. Alterum est, quæ separationem illā consequuntur. In morte corporali spiritus, qui est animà, separatur à corpore, ex quo spiritu caro vigebat atq; viuebat. In morte spirituali spiritus, qui est Deus, seiungitur ab anima, cui vitam præbebat illam, quam per se anima possidere non potest. Consequentes effectus bifariam diuiduntur. Alius quidem est, qui sequitur necessariò, à quo nemo est inter mortuos liber, nempe quòd seiunctum corpus à spiritu, omnium illorum expers est, quæ spiritus illi impartiebatur. Iam enim non est vox; neque sensus, neque operatio aliqua vitalis & cessantibus spiritibus ex humoribus, & sanguine procreari consuetis, concreto sanguine, eoque exteriorib⁹ partibus destitutis, omniq; prorsus humore exsiccato, vetus corporis pulchritudo & species egregia, plurimùm euanescit macie atque squalore; atque ita horrido quodam aspectu circumuallata carne. Fit tamen aliquando, vt hæc exterior forma, non omnes prorsus deserat; puta corpora Sanctorum. Certum id tamen est, ac prorsus necessarium, vt sensationes omnes, cunctæque vitales operationes, incunctanter abscedant. Nouissimus mortis effectus ille est, de quo in Psal-
Psal.21.16 mo: *Et in puluerem mortis deduxisti me.* Iuxta quod contra primum hominem tulit sententiam Deus: *Reuertaris in terram, de qua sumptus es. Quia puluis es, & in puluerem reuerteris* Ad hunc effectum mediis quibusdam præcedētibus deuenitur. Nam putrescunt carnes, vermibus scatent, fœtorem emittunt, horrorem ostendunt, vt nihil plus oculos ac nares offendat, quam cadaueris humani & apparentia & grauis olentia. Consumptis carnibus, ossa quoq; corrodit tempus, vt nil vltrà, quam cinis reliquum sit. *Gen.* 3. 19.

Hæc si ad animam transferantur, quæ 9
propria ac supernaturali vita destituta, iacet mortua in peccato, heu quam horribilem ostendunt mortem spiritualem! Quātum distat spiritus increātus à creato, tantum spiritualis mors à corporali. Peccatrix quidem anima sine Deo est in suo corpore; & hoc pacto viuens mortua est. Quoniā *qui elongant se à te, peribunt.* Viuat licet *Psal.*72.27
naturaliter corpusq; viuificet, in iniquitate sua, quam operata est, mortua est. Solummodo enim obedientes vita contingit, dicente Domino: *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in æternum.* Si autem os, quod mentitur, occidit animam suam, peccatum omne mortiferum mortem fert in animam illius operatricem. Quale verò, aut quantum dispendium est, Deo, qui omne bonum est, priuari? dicit Dominus. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Quid verò dicendum erit, vbi ipsius summi boni incurritur detrimentum? Vbi ipsius, qui vniuersum mundum fecit & continet omnia, abscedit præsentia, recedit gratia, diuinitas elongatur? O mors quam amara est carentia ista tua! Malum *Ioan.*8.52. *Sap.*1.11. *Mat.*16.26 *Ierem.*2.19
enim & amarum est, reliquisse nos Dominum Deum nostrum.

Animæ hoc pacto vita sua destitutę, cessant 10
propriæ operationes; vnde insensata est, illius cogitationes sunt sine intellectu, *Eph.*4.19.
abest ab ea scientia, obscuratum habens intellectum. Non enim sine causa quibusdam dictum est a veritate: *Adhuc & vos sine intellectu estis?* Nunquid de huiusmodi *Mat.*15.16
nō est verū. Os habent, & nō loquētur; ocu- *Psal.*113.5
los

los habent, & non videbunt: Aures habent, & non audient. Nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & non palpabunt. Pedes habent, & non ambulabunt,
8. non clamabunt in gutture suo? Cur ita? quia qui adorant sculptilia similes illis fiunt. Si autem auaritia est idolorum cultus;
Ephes. 5. 5. *1 Tim. 6. 10.* ibi non est sensus, vbi est cupiditas, quę radix est omnium malorum. Cupiditatem
1. Ioan. 2. 16. dico omnem concupiscentiæ siue carnis, siue oculorum, siue cuiuscunque creaturę, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Huiusmodi sunt omnes, à quibus abest sapientia, qui insipientes sunt corde, qui exaltant stultitiam suam. An nõ tibi mortui sunt huiusmodi homines? Audi Sa-
Ecc. 22. 10 pientem: *Super mortuum plora, defecit enim lux eius. Et super fatuum plora, deficit enim*
13. *sensus. Luctus mortui septem dies: fatui autem, & impii omnes dies vitæ illorum:* Heu! qualis horum mors, pro quibus plorandum est semper? Iam de fœtore, de horrore, de vermibus, de puluere taceamus, quæ in operationibus, moribus, verbis affectibus, & nouissimis effectibus peccatorum
Psal. 33. 22 deprehenduntur Certum sit nobis, quòd mors peccatorum pessima est, cuius quidem malitiam & turpitudinem minima ex parte cognoscimus per similitudinem corporalis mortis, quæ est spiritualis mortis imago.

11 In Lazaro itaque mortuo, & iam fœtente, mundum iacentem in tenebris, & hominem mortuum in peccatis intueamur; vt mente miserias nostras cum emolumento nostro comprehendamus; & nota nobis fiat indigentia nostra, qua ad eam
Gen 38. 11. remouendam prouocemur. Thamar aduertens socerum suum fallaciter agere cũ illa, neque stare promissis, qui quidem dixerat illi. Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus. Et tamen decreuerat, quod promiserat, non facere. Ideò enim dimiserat eam in domum suã. Timebat enim (inquit Scriptura) nè & ipse (nempè Sela) moreretur sicut & fratres eius.
13. Thamar (inquam) hoc aduertens, sibi ipsa prospexit, dum capta occasione, se in concubitum soceri sui occultè ingessit. Vndè concepit parentem Domini Iesu Christi. Cur non discimus ab ea, cuius actio tam fœlicem exitum habuit, vt per eam vaticinium Iacob, quod fuerat de Domino Iesu, orituro ex tribu Iuda, impletum sit? Sed & Iudas visa morte duorum filiorum suorum per occasionem Thamar nurus suæ, timens propterea & tertio filio, quantum potuit, vitæ illius cautè prouidit. Videamus & nos, & prouideamus necessitatibus nostris.

Quasi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas; plagæ eius, non est sanitas: Inquit sa- 11
piens: Qui etiam præmittit *dentes leonis, dentes eius interficientes animas hominum.* Vbi duabus rebus noxiis assimilat iniquitatem; dentibus videlicet leonis, & gladio ex vtraque parte acuto. Sic ostendens, quã nociuum sit pernicioso umq; peccatum homini, illud committenti. Sicut enim leo rapit & deuorat, interficiens homines; sic & peccatum occidit animam: Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. 4.

Per animam intellige personam, consueta Scripturarum Sanctarum phrasi. Habet autem aliquid emphasis, exprimens excellentius hominem, dum dicit animam hominis, quàm hominem: & hoc quia excellentia hominis surgit ex anima, quæ rationalis est. Verum est tamen, quòd animam potissimum occidit iniquitas. Et sicut dentes leonis prorsus conterunt, & cõminuunt hominem; sic totum hominem vanum facit, & veluti annihilat ipsa iniquitas, vtrinque incidens, vt gladius bis acutus, mortem videlicet inferens tam animæ, quàm corpori. Hæc est miseria communis toti Orbi, qui cecidit in Adam; in quo omnes moriuntur. *Per vnum hominem namque peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerunt* Ita scribit Apostolus; qui distinguit inter peccatum & mortem: nam per peccatum mors introiuit in orbem terrarum. Peccatum quidem est mors animę, quæ spiritualiter peccans, moritur. Quò fit, vt mortem quoque incurrat corporis. Quamuis solus Adam cum Eua peccauerit actualiter, omnes tamen eius posteri in illo originaliter peccauerũt. Qui propterea

peccato-

peccatores constituti sunt cuncti. Et natura sunt filij iræ. Pro quo omnium peccato omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. Ex hoc verò, quòd nascimur in peccato, fit, vt auersi a Deo, eiusque gratia destituti, conuertámur ad creaturas, proni ad malum & ad magis recedendũ a Deo, per peccata videlicet actualia. Cui morbo sola medetur gratia Dei per Iesum Christum, quæ quidem oblata est omnibus a constitutione mundi in Agno, qui occisus est, & ex tunc promissus: at paucis collata, ipsis renuentibus. Vndè factum est, vt omnis caro corruperit viam suam, & vnusquisque in viam suam declinauerit quasi oues errantes, & nemo immunis a sordibus inueniretur, præter paucos, quos æquus amauit Pater noster, qui est in cœlis; qui pauci sunt electi. Quæ pronitas & iniquitas subsecuta, tot tantorumque malorum illuuiem inuexit in homines super terram, vt totus mundus sit in maligno, & à pace, tranquillitate, omniq; prorsus bono, terra sit inanis & vacua; adeò quod homo breui viuens tempore, multis miseriis repleatur. Hic est Lazarus mortuus, sepultus quatriduanus, maleolens.

14 Ergò & si animalis homo non percipit, spiritualis iudicet omnia, ponderetque, quam graue pondus sit in ceruicibus omnium hominum, nasci omnes in peccato, inimici Dei Omnipotentis, cuius iræ nemo resistere potest. Et propterea commota est, & contremuit terra; fundamenta montium conturbata sunt: quoniam iratus est eis. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.* Vidisti iratum hominem fumantem in fronte, & iracundiâ totum accensum? Similem illi facit Scriptura Deũ: sed quoniam furor Dei hominum iram omnem superexcedit, fingit, quasi fumus ex eius facie procedens, sit veluti flamma, etiam carbones accendens. Heu homunculos, habere contra se Altissimum indignatum! quam graue pondus? Ista indignatio & inimicitia, est in causa, quòd quicumque Deo non fuerit reconciliatus, in æternum visurus non sit faciem eius, quæ est plena gratiarum, & splendor gloriæ; etiam si opere non compleuerit, aut inceperit qualemcunque iniquitatem.

Iudicet verò spiritualis homo, quanta sit miseria, homines vniuersos ad mortem condemnatos esse, adeò vt mortales dicamur omnes. Colligatà primo filio Adam omnes gentes, vsque ad nouissimum nasciturum; sub oculos suos constituat omnes, mortisque sententiam in omnes latam à supremo Iudice, à quo nulla prorsus datur prouocatio. Num horribilis aquarum per diluuium inundatio huic ruinæ potest comparari? Viderint filij Israël Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos. Quid hoc ad generalem omnium hominum interitionem? Sed interim dum viuimus, quæ est vita nostra, quæ mors potius est dicenda, quam vita? *Non est pax impiis, sed neq; iustis, impo prævalente contra iustiorem se* Vndè bella & lites, quibus videmus iniquitatem & contradictionem in ciuitate, in solitudine, in agro, in itinere, in mari, & propè in omnibus abyssis. Videmus, *in loco iudicii impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem. Quòd de carcere catenisque interdum quis egrediatur ad Regnum, & alius natus in Regno inopia consumatur. Et, quòd sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum, & sunt impii, qui ità securi sunt, quasi iustorum facta habeant* Dixerunt enim impij. *Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus vidua aut veterano. Circunueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus. Morte turpissima condemnemus eum. Insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustrà. Deglutiamus eum, sicut infernus viuentem. Etenim venatio leonis onager in Eremo, sic & pascua diuitum sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitis pauper.* Ista quis æquo ferat animo? Nisi fortè constantiores atque prudentiores sumus Rege illo, qui in spiritu loquens, ait. *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, &c.*

Ephes. 2. 3. 1. Reg. 14. 14.

Isai 53. 6.

1. Ioan. 5. 19.

Iob 14. 1.

Psal. 17. 8.

Exo. 14. 27.

Isa 48. 22. Psal. 54. 10

Eccl. 3. 16. Eccl. 4. 14.

Eccl. 8. 14.

Sap. 2. 10.

Prou. 1. 18.

Eccl. 13. 23.

Psal. 72. 2.

16 Et quando tot tantorumq; malorum fi-
Gen. 15. 16 nis? Quarta generatione reuertentur huc.
Abrahæ dictæ sunt promissiones, quæ de
illius semine impletæ sunt. Nam quadrin-
gentis annis elapsis, filii Israël ad terram
peregrinationis patrum eorũ, reducti sunt
per Moysen & Iosue, ductore illorum Al-
tissimo. Quæ tamen in figura contingebant
illis. Nam Lazarus noster quatriduanus,
nempè mortalium omnium generatio,
non primo tempore ab Adam vsq; ad
Noë; non secundo à Noë vsque ad Abraham;
non tertio ab Abraham vsq; ad datam
legem: sed quarta generatione completa;
quando abolita est lex, vel perfecta
magis, & venit plenitudo temporis, in quo
Gal. 4. 4. misit Deus Filium suum, Saluatorẽ mundi
Rom 10. 4. mortisque destructorem. Nam *finis Legis
Christus, illam finiens ac terminans, vt vl-
trà non vigeat, mortuique simus illi:* finiens
Mat. 3. 15. nihilominus & implens, vt ad perfectiora
extendi nõ possit, impleta per ipsum Chri-
stum omni iustitia, quæ lex per se nihil ad
Heb. 7. 19. perfectum adduxit. At Christo plena, quẽ
gestabat in vtero credentem, educit in vi-
rum perfectum, expectantem beatã spem,
& aduentum gloriæ magni Dei. Tunc *ve-
nit Iesus, & inuenit mortuum quatuor dies
iam in monumento habentem.* Et vocauit
eum. Et ipse audiuit vocem Filii Dei, &
audiens vixit, & solutus abiit in libertate
spiritus, qua Christus illum liberauit.

17 O munde, cur vocantem non audis? O
Exhortatio homo peccator, cur aures contines? cur
surdum agis? cur nõ aperiuntur aures tuæ,
vt audiant legem? vt audiant Regem Chri-
stum? vt hauriant fidem? vt dicto audiant
Pro. 14. 27. & obediant? *Si vis vitam, time Deum: quo-
niam timor Domini fons vitæ, vt declines à
ruina mortis.* At verò qui sunt timentes
Eccl. 2. 21. Dominum? Audi Sapientem alium. *Qui
Eccl 1. 18. timent Dominũ, custodiunt mandata illius.
Pro. 10. 16. Vnica hæc est via, quæ ducit ad vitam. Nam
Ioan. 5. 28. qui sine timore est, non poterit iustificari.* Et
opus iusti ad vitam. Vixit corporaliter, qui
audiuit vocem Domini. Et omnes, qui in
monumentis sunt, audient vocem Filii
Dei, & procedent educti de sepulchris suis.
Viuit itaq; in spiritu, qui audit vocantem
ad pœnitentiam & ad obedientiam, quæ
est verus timor Dei. Nam *qui timet Do-* Psal. 111.
minum, in mandatis eius volet nimis. Ergò Eph. 5. 14.
*surge qui dormis, & exurge à mortuis, & il-
luminabit te Christus.* Nam de mortuo di- Ecc. 22. 11.
cit Sapiens, quòd defecit lux eius; illumi-
nabit ergo, vitam præbens & lucem. Audi-
te ergò, quid loquitur vobis & in vobis
Dominus Deus? Vocat vt exeatis de mo-
numento, vt locum mortis derelinquatis,
vt veterem exuatis hominẽ, qui corrum- Col. 3. 9.
pitur secundum desideria erroris, id est, er-
rantes cupiditates. Heu quantus error in
concupiscentiis vestris? Quid concupisci-
tis, nisi ea; q̃ sunt mundi? Quid appetitis,
nisi corruptibilia & corrumpentia? *Diuitiæ* Iac. 5. 2.
vestræ putrefactæ sunt, aurum & argentum Mat. 6. 19.
æruginauit, nam *ærugo & tinea demolitur,* 1. Ioan. 2.
& fures effodiunt, & furantur. Et mundus 17.
transit, & concupiscentia, & nihil potest Eccl. 1. 18.
permanere sub sole.

18 *Tollite lapidem* auferte cor lapideum de
visceribus vestris, perueniat sermo Domi-
ni ad duritiam cordis vestri, vt fiat cor ve-
strum tanquam cera liquescens in medio
cordis vestri, & vltrà non resistat Deo vo-
canti, trahenti, impellenti, cõuertenti, sed
mite fiat & molle, tractabile, docibile Dei.
Citò cedat monenti, vt Dauid, qui à Deo
argutus per Nathan de peccato suo, con-
fessus est incunctanter: *Peccaui Domino.* Et 2. Reg. 12.
si quando obdurauerit is corda vestra, in- 13.
star silicis ac rupis in deserto; etiam petra Num. 20.
percussa virgâ virtutis Dei, dat aquas abũ- 11.
dantes, ad delenda peccata & abluendas
sordes iniquitatum. Si enim montes sicut Psal. 96.
cera fluxerunt à facie Domini, à facie Do-
mini omnis terra, annuntiantibus cœlis
iustitiam eius, nùm tu audiens, impie,
morte morieris? si dormis, non resurges?
& conuersus, non dices: *Pœnitet me;* vt
viuas? Audite ergo, & viuite.

SECVNDA PARS.

19 INter signa, quibus Dominus Iesus se Io-
anni Baptistę declarauit, quòd ipse esset,
qui venturus esset, hoc fuit singulare: *Mor-
tui resurgunt.* Si n. omnes homines morti Matt. 11. 5.
erant obnoxii per totam vitam; quid à Sal-
uatore omniũ præstandũ erat, nisi vt mor-
tuos

tuos hos vniuersos ad vitam reuocaret? De hoc vt nos faceret certiores, se vitam vocat. *Ego* (inquit) *sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet; & omnis qui viuit, & credit in me, nõ morietur in æternũ.* Ergò vt consequamur vitam, credere nos oportet in Dominum Iesum Christum. Ideò Martham interrogat. *Credis hoc?* Et ipsa quid crederet, explicans, nos docuit, quid credere debeamus. *Vtique* (inquit) *credidi: quia tu es Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti.* Tantæ ergò indigentiæ nostræ abundanter suppletur atq; prospicitur, dum descendit de cœlo Filius Dei viui, qui dat vitam mundo, & præcipitat mortem in sempiternum, adeò vt mors & infernus mittantur in stagnum ignis: vbi nulla est redemptio, & resurrectio nulla. Hic enim, qui est resurrectio & vita, mortis mors est perfecta atque perpetua.

Ioa.33. Iai.25.8. Apoc.20. 14.

Hoc igitur nobis nunc considerandum est, nempè quòd Christus author vitæ, potens est, mortuos omnes viuificare, & venit vt vitam habeant, & abundantius habeant: destruxit enim mortem, illuminauit autem vitam, & notas fecit nobis vias vitę, nolens mortem peccatorum, sed vt viuant, & viuant in æternum. Quòd autem hæc possit & præstet, certò scimus; quia *est Christus. Filius Dei viui, qui in hunc mundum venit.*

Ioan 10.10 2.Ti.1.10. Psal.15.11. Ezech.33. 11.

Vbi tria de Christo credimus, per quæ Deus, cum mortui essemus, viuificauit nos in Christo. Primum est, quòd *est Filius Dei viui.* Secundum, quòd *Christus.* Tertium denique, quòd *in hunc mundum venit.* Ex primo euidenter propositum demonstratur, nempe quòd per Christũ viuamus. *Sicut* enim *Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso. Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Deus enim noster, Deus viuens est, & immortalis, qui solus habet immortalitatem, & vitam æternam.* Qui si omnibus dat vitam & inspirationem; multo magis Filio, quem ex vtero ante luciferum genuit, vitam contulit sempiternam; vt sit & ipse Deus viuens, & æternus in sæcula. Si quandò autem dicant gentes, Vbi est Deus eorũ? nos dicimus illis. Deus noster in cœlo est; non enim opus est manuum hominum, sicut Simulacra gentium, argentum, & aurum opera manuum hominum, & ideo visibilia, & palpabilia; non autem videntia, aut palpantia: quoniam neque viuentia sunt; os enim habent, & non loquentur; oculos habent, & non videbunt; manus habent, & non palpabunt, & verè dij eorum mortui sunt. At qui vita est, inuisibilis est. Vndè Paulus: *Regi seculorum, immortali, inuisibili, honor & gloria*: Nam & spiritus creatus, quo viuimus, mouemur, & sumus, nõ se offert aspectui oculorum nostrorum, quippè qui inuisibilis est. Et certe, si quid mundi huius esset Deus noster, vita nõ esset: nam periit mundus; & mors introiuit in orbem terrarum; & terra omnis infecta est in sanguinibus, sepulchrum patens omnium morientium. Ergò Deus noster in cœlo, remotus à sensibus nostris, quem nemo vidit, sed nec videre potest, vt viuat; & viuit & regnat in sęcula sęculorũ. Ergò & Filius Dei viui, qui eiusdem naturæ est cum Patre, eiusdem potestatis & bonitatis, Verè est resurrectio, & vita. *Sicut* enim *Pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius quos vult, viuificat.* Ergò vita à Patre procedit in Filium, qui vitam ipsam nobis liberaliter impertitur. *Ideò* enim *misit eum Viuens Pater, vt sicut ipse viuit propter Patrem, & qui manducat eum, viuat propter eum.* Manducat verò qui credit, & fidem ex operibus ostendit. Certi itaque à Christo vitam expectamus: quia in ipso vita erat, & vita erat lux hominum.

Ps.113.2.4 Ioan.5.21. Ioan.6.57. Ioan.1.4.

Vt autem notum sit nobis, quòd velit mortuos viuificare, Secundũ attendamus, nempè, quòd Christus est, id est vnctus. Vnctio autem fit per Spiritum Sanctum. Vndè de se docuit Prophetatum esse: *Spiritus Domini super me, eò quòd vnxit me.* Non est autem Spiritus super Christi Diuinitatem: nam qua Deus est, spirator est, auctòrq; atque principium Spiritus Sancti. Vt ergò super eum descendat Spiritus Sanctus, homo factus est. Et qua homo est, vnxit eũ Deus Spiritu Sancto, oleo videlicet lætitiæ & exultationis, & ita factus in spi-

21

Luc 4.18. Isai. 61.1.

Act.10.38. Psal. 44.8.

1.Cor.15. 45. ritum viuificantem, quia ſpiritus eſt, qui viuificat. Idem enim ſpiritus & vita ſunt;
Ioan.6.63. adeò, vt, ſi ſpiritu facta carnis mortificauerimus, viuamus.

22 Propterà quoque, vt viuerent oſſa ari-
Rom. 8 13. da, quæ erant ſuper campum, vaticinatus
Ezech.37. 9. eſt Ezechiel ad ſpiritum: *A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos; & reuiuiſcant.* Et ità ingreſſus eſt in ea ſpiritus & vixerunt. Myſterium hoc a-
Ioan. 1. 14. 16. perit Ioannes dicens de *Verbo*, quod *caro factum eſt: Plenum gratiæ & veritatis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus & gratiam pro gratia: quia Lex per Moyſen data eſt gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.* Ergò ſpiritus gratiæ & miſerationis, repleuit Chriſtum, qui
Tit.3.6. *plenus Spiritu Sancto, eundem ſpiritum effudit in nos abundè, vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.* Pro gratia igitur, qua plenus fuit Chriſtus, Deus gratificauit nos in Chriſto, & iuſtificauit; quod eſt ſpiritualiter viuificare, vt viuentes exaltemus Deum in operibus noſtris.

23 Hoc vt præſtaret Chriſtus Filius Dei
Pſal. 71. 6. viui, venit in mundum, & hoc eſt Tertiũ conſiderandum. Dupliciter autem venit in mundum. Primùm deſcendit ſicut pluuia in vellus. Secundò verò, vt ſtillicidia
Iudic.6.36 ſtillantia ſuper terram. Nota eſt figura Gedeonis, qui pro ſigno liberandi populi petiit, vt ros in lanam tantùm deſcenderet prima nocte; ſecunda verò, vt ſicco vellere remanente, ſolum tantummodò rore maderet: quod vtrumque factum eſt. Sanctus autem Dauid in ſpiritu prænoſcens, quòd Chriſtus in ſecreto cubiculo virginali prius viſitaturus eſſet mundum: poſtmodum verò fundens, apertè & abunde, pluuiam voluntariã, irrigaret vniuerſam terram; dùm de illo vaticinatur, apertè canit. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Orietur in diebus iuſtitia, & abundantia pacis; donec auferatur luna. Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum*, &c. Vbi primò Incarnationem tangit, qua Chriſti humanitas lanam albam immaculatæ Virginis decorauit, & humanitas ipſa repleta non ad menſuram, rore cœli, & gratia Spiritus Sancti. Tangit demùm, quæ homo ille verus Deus operatus eſt in ſalutem noſtrã, compluens manifeſtè à mari vſque ad mare his tribus, de quibus dicit Ioannes. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra ſpiritus, aqua, & ſanguis.* Tria enim hæc emiſit Chriſtus in cruce. Nam inclinato capite emiſit ſpiritum. Et è latere lancea puncto exiuit ſanguis & aqua. Exindè Spiritu Sancto miſſo de cœlo, per aquam beneficium mortis ſuæ longè lateque propalauit & communicauit, lauans homines a peccatis per aquam in ſanguine ſuo. Quæ ideò aqua dicitur lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus Sancti, in quo Spiritus Sanctus per nouam generationem dat vitam mundo, faciens initium aliquod creaturæ ſuæ, & induens nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Iſto igitur aduentu ſuo in mundum Chriſtus viuificauit nos. *Ego* (inquit) *veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.*

Vt daret ſpiritum viuificantem, emiſit 24
ſpiritum, quo viuebat ipſe; moriens, ſuamque vitam profundens, vtà morte nos plenius liberaret. Vt viuum faceret totum hominem, redemit nos in ſanguine ſuo; non morte communi aut naturali tradens ſpiritum; ſed morte turpiſſima eaque atrociſſima condemnatus, cruciatus, interfectus, qua ſanguinem ſuum effudit velut aquã. Ergò vt traderet & ſpiritũ & corpus, traditus eſt in manus peccatorum, qui cõtumelia & tormento interrogantes, neci tradiderunt. Poſtremò, vt nemo eſſet, qui ſe abſconderet à calore tantæ ipſius charitatis, qua cum inimici eſſemus, mortuus eſt, vt credentes in eum vitam habeamus, miſit panem iuſtum vitæ, qui dat vitam mundo, ſuper tranſeuntes aquas, quibus ſit ſalus eius vſq; ad extremũ terræ. Quid enim abũdantius aqua? quid facilius? quid vilius? hanc coniunxit cum ſanguine ſuo, vtrique addens ſpiritum; *vt, ſicut in Adam* 1.Cor.15. *omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificentur.* 22.

Quo typo nos quoq; intelligere voluit 25
quod,

quod dixerat aliquandò per Prophetam:
Psal 21.15. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Duo tetigerat, quibus afflictio sua consumebatur. Quod ab inimicis tribularetur, & quod inter amicos
12. nullus esset, qui adiuuaret. *Tribulatio* (inquit) *proxima est, & non est qui adiuuet.*
13. Quomodo tribulatio proxima est? *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suũ, sicut leo rapiens, & rugiens.* Si circundant, obsident, calumniantur, rapiunt: tribula-
15. tio proxima est. Quomodò verò non est qui adiuuet? *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea: & lingua mea adhæsit faucibus meis; & in puluerem mortis deduxisti me.* Aqua funditur, & labitur, vbi nihil est, quod illam contineat & conseruet. Omnes dereliquerunt eum: nemo tutatus est; nemo defendit. Ideò & ossa quoque dispersa, ne dum laceratæ carnes. Cor sensit amaritu-
Matth.26. 38. dinem. *Tristis enim est* (inquit) *anima mea vsq; ad mortem*: liquescens instar ceræ, vt nihil quoque interius consolaretur. Quarè in medio ventris? Vt sensus omnes vndequaque amaritudine sua perfunderet: vt ne dum in manifesto, verũ & in abscondito pateretur: vt nota esset passio eius Deo, & ante homines. Inter corpus & animam, medij quodammodo sunt humores & spiritus, siue vitales siue animales. Et in iis quoque afflictus est arescentibus humoribus, & veluti spiritibus deficientibus. Vndè & lingua adhæsit faucibus, quasi sicca & debilitata. Vt in hoc quoq; effusus sit sicut aqua, quòd aquei humores illum destituerint: vt aruerit virtus, iacuerit lingua, & in aridam cinerem veluti resolutus sit, perfecta morte.
26. Heu tot, ac tantæ sunt passiones Domini Iesu, vt neque verbis propheticis, neq; figuris quantumcunq; excedentibus, neq; similitudinibus, aut aperta narratione valeant explicari. Mors illa mors est Filij Dei, qui perfecit omnia, quæ locutus est
Psal 11.6. ei Deus, de quo scriptum est, *ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.* Ponere in salutari, Hebræa phrasi idem est, quod dabo salutare, seu Saluatorem. Misit ergò Deus Filium Saluatorem mundi. Nullũ alium quippe reperit, in quo posset fiducialiter agere. Adam primo ingressu de- *Gen.* 3 6.
fecit. Laborauit Noë in fabrica Arcæ. Sed *Gen.* 6. 22.
Deus sic illi condescendit, vt & impium de filijs suis saluaret. Fidelis fuit & obe- *Gen.* 22 1.
diens Abraham non parcens filio, pepercit tamen illi Deus: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, placuit Deo vita Isaac & Iacob. At Deus benedixit illis, *Gen.* 25. 11. *& seqq.*
defendit ab hostibus & persecutoribus. *Num.* 20.
Num cum Moyse potuit fiducialiter age- 12.
re, aut cum Aaron, qui increduli fuerunt *Gen.* 38.11.
ad aquas contradictionis? Num cum *& 16.*
Iuda, ex cuius tribu ortus est Dominus noster Iesus Christus, qui peccauit non tradens nurum filio suo Sela, qui scortatus est? Num cum Dauide, qui tot tanta- 2. *Reg* 11.4.
que scelera perpetrauit? *Mitto Prophetas,* *& seq.*
qui locuti sunt in nomine Domini. Vide tribulatos, & in tribulatione conquestos. Vi- 3. *Reg* 19.3
de Eliam fugientem à facie Iezabel. Vide 4 *Reg* 2.32
Helisæum vlciscentem se de pueris irridentibus. Vide Ieremiam dolentem: *Heu Ierem.* 15.
me, mater mea, vt quid me genuisti virum 10.
rixæ? Vide Ionam fugientem à facie Do- *Ion.* 1 3.
mini. De aliis etsi scripta non sint, paria coniicere possumus. Inuenit tandem Vi- *Act.* 13 17.
rum secundũ cor suum, qui faceret omnes voluntates suas, non in figura, vt Dauid, sed opere & veritate. In quo gloriatur
Deus Pater, clamans de cœlo: *Hic est Fi-* *Matt.* 3.17.
lius meus dilectus, in quo mihi benè com- *Isa.* 53 8.7.
placui. Quarè, Quia *possum percutere pro* *Isa.* 42. 2.
pter scelus populi mei, & quasi Agnus coram *& Matth.*
tondente se, obmutescet. Non clamabit, ne 12. 18.
que contendet, neque audiet quisquam in *Isa.* 53. 6.
plateis vocem eius. Posuit in eo Deus iniquitates omnium nostrum. Et *ecce Agnus* *Ioan* 1. 29.
Dei, qui tollit peccata mundi, qui dicit: *Do-* *Isa.* 50. 5.
minus Deus apperuit mihi aurem, ego autẽ non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, genas meas vellentibus; faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus. Posui faciem meam, vt petram durissimam. Quid est. Dominus Deus aperuit mihi aurem? Iube quod vis. Paratus sum, & non sum

batus, vt custodiam mandata tua. Ad nihil clausa est auris mea, obediens ad omnia vsque ad mortē, & mortem etiam Crucis. Hoc est fiducialiter agam in eo. Maxima
Psal.11.6. est hominum indigentia, maxima opus
Ps. 129.7. est salute. Apud me copiosa futura est redemptio, vt fiat satis iustitiæ meæ Consilium meum stabit, & omnis voluntas
Isa.56.10. mea fiet. Vocans ab oriente auem, & de
Prou.31. terra longinqua virum voluntatis meæ.
10. De terra (inquam) longinqua, quia procul, & de vltimis finibus pretiū eius. Rara auis; merces pretiosa; res, quæ nō vbiq; inuenitur; quam vt inuenias, totam huius mūdi domū euertere necesse est. Ideò flebat Ioānes, quod neq; in cœlo, neq; in terra, neq; subtus terrā inueniretur, qui aperiret librum, ad intelligendum omne consilium Dei, & ad faciendum illud.

27. Heu Domine Iesu, quot ac quanta cō-
Psal.34.15. gregata sunt super te flagella? quanta passus es? In te transierunt iræ Dei Patris; vt nobis esset propitius & clemens; vt mors tua sit vita nostra. Vitam credens assecu-
Matt.9.23. turus sum. *Credo, Domine, adiuua incredulitatem meam.* Exeat in actum credendi mens mea, mente pertractans quæ credit, attentè considerans, quòd Iesus mortuus est pro peccatis nostris. *Si* autem *vnus pro*
2.Cor.5.14 *omnib. mortuus est: ergò omnes mortui sunt.* Quid verò est, omnes mortui sunt, nisi quòd vnus ille in se sumpsit omniū mor-
Isa.53.12. tes? Ipse peccata multorum tulit, dolores, & languores nostros ipse portauit? Quos verò dolores & languores nostros porta-
4. uit hic, innocens manibus, & mundo corde? Illos, profectò, qui in nos irruerunt propter peccata nostra: Illos præterea, qui nobis ob eadem peccata debebātur. Ita enim tulit peccata mundi, quòd vt omniū peccata deleret, mortem ipse peccatorum, benignè, obtemperanterq; susceperit. Si autem pessima est mors illa, malis omnibus plena ac circumsepta: heu quanta mala
Isa.53.9 & passus est, *qui peccatum non fecit, nec in-*
1 Pet.2.22. *uentus est dolus in ore eius.*

28. Audite & intelligite, Sanguis hostiæ,
quæ pro peccato offerebatur, non simul
Leuit.4.3 totus vnáque ratione fundebatur. Altera parte, eáque prima, tingebantur cornua altaris holocaustorum; vel si esset sacerdos, qui peccauerat, aut turba, cornua altaris thymiamatis: Altaram partem, reliquum videlicet totum sanguinē, fundebant ad basim altaris holocaustorum. Quid verò per hæc nobis insinuatur? Sanguinis gutta Deo oblata, poterat Deum nobis placabilem facere, si illam vel digito suo Sacerdos noster atque Saluator voluntariè sacrificasset. Memor esto verbi Domini, serue Dei, qui contra Pharisæos dixit: *Imponunt onera grauia & importabilia, in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Et vide quid iubeat lex: *Tingens sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato tangens cornua altaris.* Et intellige, quod per digitum mouentem onus, & tinctum in sanguine, intelligitur opus leue, & labor facilis. Ad placandum non magno negotio opus erat; gutta sanguinis, opus digiti satis fuisset: ideò sanguine, tingente digitum, tangebantur cornua altaris, quasi Deo offerretur modicus ille sanguis. Sed nostri causa totus effusus est, & ideò ad basim altaris, quæ nostri figura est, qui adhæremus pauimento. Reconciliandus quidem erat Deus offensus a nobis, sed qui legatione fungitur pro Christo, Paulus Apostolus & nobis clamat: *Reconciliamini Deo.* Paruo reconci- 2. Cor.
liatur Deus: sed quando labore atque 20.
dolore opus est, vt nos reconcilemur? Tot ac tantis passionibus suis Christus nobis commendauit charitatem suam, vt igne sui amoris totum cremaret holocaustum, nullam omittens sui partem, quæ non fuerit hoc igne consumpta, corpus dans percutientibus, animam contristantibus. Extrà portam passus, vt electus ab hominibus, in anima gladio tristitiæ transuerberaretur, positus in Cruce cruciaretur in toto corpore. Hac tanta sua charitate nobis ostensa, trahit nos ad se, vt
Cant.2.4. dicat vnusquisque. *Introduxit me in cellā vinariam, ordinauit in me charitatem.* Et
1.Pet.2.21. *propterea amore langueo.* Verum etiam *tra-*
hit nos post se passus pro nobis, & relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Vt sic traheret in funiculis charitatis, quātum habuit, posuit, omnem victum suum,

omnem

Psal.68.3. omnem vitam suam, infixus in limo profundi, vbi nulla substantia, nihil sustinens nihil adiuuans, in ipsamet altitudine maris, vbi nullo suffragante, tempestas demersit illum. Et adhuc tamen ardet desiderio patiendi, esuriens escam fellis, & potum aceti. Nam si dederit homo omnem Cant.8.7. substantiam domus suæ pro dilectione, Gen.30 15. quasi nihil despiciet eam. Et sicut Iacob videbantur dies pauci præ amoris magnitudine. Domino nostro visæ sunt omnes passiones suæ paucæ, & quasi nihil despexit eas, præ amoris magnitudine, Num ergò tanti amoris lampades, lampades ignis Cant.8.6. non sunt atq; flammarum?

Gen 30.15. Heu Rachel dilecta, tanti dilecti spernis amplexus? pro mandragoris illum renuncias? vilia poma sic te delectant, vt nõ delecteris in Domino? *Diligamus* ergò *Deũ*; 1.Ioh.3.16. *quia ipse pro nobis animam suam posuit, tollentes crucem nostram, ipsumq; peccata nostra ferentem super lignum, toto animi studio, toto corporis conatu iugiter sequentes,* Matth.16.24. *semperq; mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes*, Ad laudem Omnipotentis, cui est gloria & imperium in sæcula, Amen. 2.Cor.4.10.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Vt Christus nostram subleuaret miseriã, Incarnatione nobis factus est propè, compatiens effectu & affectu. Opus hoc ostenditur esse & charitatis maximæ & misericordiæ. Affectum Christus ostendit factus homo; effectum bona elargiendo, & à nobis mala submouendo. In Morali, clamat contra nõ æstimantes ingentia hæc beneficia.

1. SI Dominus *Iesus, videns Mariam* sororem Lazari mortui *plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorãtes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum*: quomodo nos ipsum Dominum lacrymantem videntes, fremitum non faciemus spiritu, & animi turbatione non accipiemus, vt illi compatiamur & cõdoleamus: Iussionẽ hanc Moyses à Deo accepit: Ascende in montẽ istum Abarim, & contemplare inde terrã, quam daturus sum filijs Israël Mente igitur & nos ascendamus, contemplantes terram, quã nobis Deus sua benignitate concessit; nempè Christum, qui terrestre corpus assumpsit, vt illũ in eo contemplari valeamus: quandoquidem ipse descendit ad nos vt nos ac nostra, proximus ipse ac præsens intueretur. Nobilius enim ac salubrius Verbũ caro factum ad nos descendit, quam quando a Deo dictum est: *Descendã & videbo, vtrũ clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint* Tunc enim descendit, culpã punitur, qua eratipse offensus. Offensa enim est clamor peccantiũ, qui ad Deum vsq; peruenit. Nunc verò descendit, miseriam nostram amoturus à nobis Descensus autem, est quædam ad homines appropinquatio, vt quasi illius offensa viuacius sentiatur & miseria nostra: propter quod & illam puniat, & hanc amoueat. Vnde ibi in Angelos, qui Deum repræsentabant, turba insurrexit, & irruit libidinosa; propter quod deleti sunt. Hic verò Iesus videns plorantes plorauit, & causam sustulit lacrymarum, mortuum excitans ad vitam. Nos igitur ascendentes, Domino appropinquamus, lacrymas illius contemplantes: sicut ille descendens, nostras voluit contemplari, vt in gaudium conuerteret luctum nostrum. Nũ.27.12. Gen.18.21. Gen.19.4

In quo ascensu atque contemplatione, iste sit primus gradus; quòd Deus, qui in rerum omnium creatione atq; gubernatione, suam extra se potentiã demonstrauit, sapientiam, ac bonitatem; In incarnatione charitatem maximè atq; misericordiam suã nobis voluit exploratissimã esse. De charitate enim audimus: *Sic Deus dilexit mundũ, vt Filium suum vnigenitum daret.* De misericordia verò: *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto.* Charitati adiungitur misericordia: quia potest charitas esse sine misericordia. Nam Pater diligit Filium, & Filius Patrẽ, & non sibi mutuò miserentur; *Innuitur diuisio.* Ioan.3.16. Luc.1.78.

tur: quia non potest esse, nisi vbi est miseria, misericordia. Sic Deus amat Beatos in cœlestibus, & non propriè tamen illorum, sicuti nostri, miseretur: quòd non sit ibi, sicut hic aliqua prorsus miseria. Magna ergò cum sit miseria in humano genere, sic illud diligit Deus, vt misereatur. Nam miseria existente, non est sine misericordia charitas vera. Vtrunque ergò nobis simul ostendit.

3. Hoc autem duabus præstat rationibus, siue modis. Altero quidem, effectu; altero autem, affectu. Effectu quidem, id efficiens, quod nobis prodest ad salutem; dum redimit, dum pugnat, dum liberat, dum saluat, dum coronat: & modò isto æquè ac potentiam & sapientiam, quamuis altius nimiam suam ostendit charitatem atque clementiam. Sicut enim ad ostensionem potentiæ magna opera perpetrauit, fundans terram, cœlosq; stabiliens, haud secus mirabilia opera in humani generis perfecit salutem: dum Verbum fecit carnẽ, matrem Virginem, cæteraq; illius mirabilia opera, exquisita in omnes voluntates eius. de quibus ipse Christus: *Si opera non*
Ioh. 15. 24. *fecissem in eis, quæ nemo alius fecit peccatũ non haberent* Affectu autem mirabilius suã nobis Deus cõmendauit charitatẽ: quandoquidem cum nõ possit Deus, immotus in se permanẽs, vlla ratione erga quæcũq; affici, modum adinuenit, quo posset ista etiam ratione suum erga nos amorẽ ostentare, assumens videlicet naturam affectibilem, in qua Deus ipse verè afficeretur, miseriâ motus, tactus dolore cordis intrinsecus, exultans in gaudio Spiritus Sancti, & amore, qui verè sit amor, nõ substantia, diligens electos suos, diligens & mundum & inimicos suos. Qua ratione ac modo is, qui verè Deus est, verè hominẽ diligit, ita vt super illum & gaudeat, & doleat, & turbet semetipsum, & fremat spiritu, & compatiens lacrymetur.

4. Hominis quidem est, hæc præstare, nõ Dei: propterea vt illa præstares, factus est
Gen. 6. 7. homo. Dixerat aliquandò: Pœnitet me
1. Reg. 15. 11. fecisse hominem, quòd constituerim Saulem Regem, & de illo scriptum est. *Tactus*
Gen. 6. 6. *dolore cordis intrinsecus*. Cum dolore tangi prorsus esset impossibile, aut veraciter pœnitere. Hæc tamen de illo dicta sunt, propter effectum, quem, qui pœnitet & dolet, efficere cõsueuit. Et hoc, vt humano more de se loquens, ab hominibus clarius intelligeretur: & vt magnitudinem effectus illo tempore ab eo perficiendi demonstraret. Propterea dum Orbem vniuersum aquis diluuij esset deleturus, tum de illo Gen. 6. scriptum est: *Tactus dolore cordis intrinsecus: delebo* (inquit) *hominem quem creaui: pœnitet enim me fecisse eos.* At tanta effect' magnitudo, quem operaturus erat in medio terræ, redemptionem mittens populo suo, non tulit, vt in figura & per modum loquẽdi, tangeretur dolore cordis intrinsecus. Hãc igitur ob causam factus est homo, vt vere dolore tangeretur cordis intrinsecus: idq; adeò vt ex corde cõpatiens, lacrymas effunderet. Vbi & hoc mirabile & amabile considerandum est, quòd deleturus hominem, non vere pœniteret, aut doleret, sed ad modum duntaxat se haberet pœnitentis atq; dolentis. At salutem portans, hominibus verè doluit, affectuq; verè in corde eius existente atq; commouente, *turbauit seipsum*, & motus est. Ista ergò sit prima veritas, primusque gradus huius considerationis, quòd non effectu tantum, sed & affectu Deus dilexit nos, & misertus est nostri.

Secundus gradus est ratio, quamobrem in charitatis ac pietatis ostensione voluit Deus verè affici, moueri, turbari. Etiam vna tacta est & altera, nempe magnitudo rei, & operis cõditio. Etenim super omnia opera Domini, est salus hominis, qui per claram Dei visionem beatificatur. Est enim opus hoc finis aliorum omnium. Nõ enim plus diuina potentia valet facere, quàm aliquid efficere, quod sit ad imaginem & similitudinem suam. Aliquid mirum, quod illi sit æquale, nulla ratione effectibile est. Nam sicut Deus ipse à se est, & à nullo alio extra se; simul atq; rem putas effectibilem, eam facis à Dei magnitudine & æqualitate deficientẽ; cum Deitatis natura eiusmodi sit, vt ineffectibilis sit, & sua essentia sit à se ipsa. Ergo cũ Deo æquale nihil effectibile sit, sat est, vt simile

sit: c

sit: nec aliquid, quod simile non sit, illo potest, quod est simile, excellentius dari, aut inueniri, aut etiam cogitari: Neque enim effectus aliquis esse potest, quia causæ suæ similis nõ sit, & effectus quilibet quò est perfectior, eò ad suæ causæ similitudinem accedit propius. Et certè cum Deus sit omne bonum, quomodo res aliqua bona esset, quæ Deo bono non esset similis? & eò magis, si valde bona sit & optima? Ergò summum opus Dei illud est, quod ad imaginem & similitudinem Dei factũ est: Cuius veritatis illud est euidentissimũ argumentum, quòd illud, quod à Deo genitum est non factum, ipsum est imago Dei inuisibilis. Quoniam ergò similes ei erimus, quando videbimus eum, sicuti est; quod est summa nostra beatitudo: Propterea manifestum est, quòd ipsum sit maximum inter opera Dei.

6. Auget autem operis magnitudinem, si id, quod per altiorem Dei similitudinem beatificatur, antè fuisset in regione lõginqua, & à salute, similitudine, & beatitudine remotissimum: Id quod in casu nostro euenit. Quamuis enim homo factus esset, ad imaginem & similitudinem Dei, per quam esset Dei, eiusq; beatitudinis capax, vbi illa similitudo suam receperit perfectionem. Ipse tamen voluit longius ire, iumentis cõparatus, & similis illis factus; cœnoq; libidinum & concupiscentiarum operiens se, atque deturpans naturalem, quam in sui conditione consequutus fuerat, Dei similitudinem. De profundis ergò tantæ longinquitatis ac vilitatis, illum sustollere ad apicem eminentissimum diuinæ similitudinis, maximum absq; dubio est & excellentissimum opus Dei. Si ergò Deus in grãdi opere subuersionis atque submersionis mundi, ad eius magnitudinem insinuandam, se affectu interiori motum pronuntiauit, certè in hoc opere salutis omnium hominum, quod est illi maximo interuallo supereminẽtissimum, congruum fuit, vt verè intrinsecus afficeretur, tactus, motus, turbatus, miseratus. O homo! si scires donum Dei, & quam te æstimet diuina sapientia, non te ipsũ vltrò pro nihilo perderes ac damnares, at verò cordis affectu de tua esses salute solicitus.

Filiæ Salphaad, qui defunctus est sine liberis maribus, solicitæ fuerunt, nè paterna hæreditate priuarentur, ac propterea illam consecutæ sunt. Et propter eas Lex statuit, vt deficientibus filijs masculis, hęreditas ad filias deuolueretur. An nõ veluti filius, vir virtute sanctitatis atque iustitiæ præditus fuit homo antequam peccaret? Fœmina veluti factus est, qui mulieri parens decidit à virili fortitudine. Hæreditas adhuc illum manet, modò petat, modò instet, modò per ipsum non stet, quo minus illam consequatur. Putas nè otiosum factũ esse, vt de istis filiabus Salphaad sit mentio facta, mox post enumerationẽ eorum, qui ingressuri essent in terram patribus promissam, defunctis vniuersis, qui illius introitum detrectauerant? statutum erat, facta illa supputatione, vt sorte diuideretur terra, quæ nimirum salutis æternæ typum gerebat; mox filiæ Salphaad institerunt, ne paternam perderent hæreditatẽ. Ergò, tametsi cecidimus è statu virilitatis & sanctitatis, instemus nihilominus pro cœlesti salute, & nostra erit hæreditas. Et ab illo prouerbio caueamus. *Vir pauper calumnians pauperem, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames.* Imber terram calcans, semina obruens, vel flumina de vasis offundens, arbores euellit, semẽtem terram euertens perdit, vel abducit, aliaq; huiusmodi noxia superinducens, famẽ creat per rerum necessariarũ indigentiam. Similem facit ruinam vir pauper, qui pauperem calumniatur, qui pauperi molestus, qui calumnijs illum inhonestat, illi imputans maximè paupertatem. Quæ est nostra paupertas? iniquitas nostra, qua pauperes facti sumus nimis, digni quibus dicatur: *Et nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper, cœcus, & nudus.* Neq; n. corruptibile est aurum illud, de quo ibi dicitur: *Suadeo tibi emere à me aurum ignitũ, vt locuples fias* Sed virtus probata & sapitia, quę dicit: *Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia.* Si ergò hac in nostra iniquitatis paupertate inuicem litigamus, inuicem mordemus; quid restat, nisi vt consummemur egestate & fame?

7. Num. 27. 1.

8.

Num. 26.

Prou. 28. 3.

Apoc. 3. 17.

Prou. 8. 18.

8. Ratio altera huius diuini affectûs hæc est, quoniam opus istud, opus misericordiæ est. Sæpe se Deus apud veteres iratum protestabatur, furentẽ, indignantem, exacerbatum, & exasperatum: sed hoc ad effectum solummodò castigationis referendum erat. At quando super nos effundere voluit diuitias gratiæ & misericordiæ, nõ iam in figura modò, sed in veritate quoq; voluit esse vero affectu misericors & mi-
Heb.2.17. serator. *Debuit* (inquit Apostolus) *per omnia fratribus similari, vt misericors fieret.* Num non erat misericors Deus, antequam fratres haberet, factus homo? erat quidem effectu, faciens misericordias; sed non erat miseri cordis, non nostram miseriam illius corsentiebat. Factus homo, & fratribus similis, passibilis & mortalis, factus est & vero affectu misericos; vt patiens & tentatus, posset iis, qui tentãtur, compati & auxiliari. Moyses ideò iubetur in monte terrã contemplari, vt noritquantũ bonum perdidit ob suam incredulitatẽ ad aquas contradictionis; ac propterea, quantum deliquit, non dans gloriam Deo. Audis Deum illi improperãtem hoc pec-
Nũ.27.12. catum, quandò iubet, vt terram contempletur? Contemplare terram: cumq; videris eam, ibis & tu ad populum tuum; sicut iuit frater tuus Aaron: quia offendistis me in deserto Sin, in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Christus ergò similiter, vt sentiret in se, quanta esset nostra infirmitas & infœlicitas, qua summũ bonum amisimus, sic ad nos venit, vt non videret modò oculo pietatis, sed tactu &
Heb.4.15. palpatione ipsius, infirmitatis nostræ calamitatem. *Vnde viuacius nobis compateretur, Tẽtatus per omnia pro similitudine absque peccato.* Etiam Aaron morituro obiecit Deus eandem incredulitatem: *Pergat*
Num.20. 24 (inquit Deus ad Moysen) *Aaron ad populum suum: non enim introibit terram, quam dedi filiis Israel: eò quòd incredulus fuit ori meo ad aquas contradictionis.* Sed non illi ostendit terram ipsam, sicut Moysi, vt de illius priuatione Moyses doleret maximè; qui propterea in hoc expressior fuit Christi figura, qui maximè doluit super afflictione nostra.

Hoc ad documentum nostrum, vt vi- 9.
dentes ac sentientes mala nostra, dolea- Exhortatio
mus, & dolentes quæramus eripi abillis. *Ego* (inquit Ieremias) *vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.* Thren.3.1
Vide, vide paupertatem tuam, vide contra te indignatum Deum propter peccata tua. Quantæ sunt mortaliũ calamitates? quantæ molestiæ? quantæ mortes? An non eas patimur omnes? an non experimur? Attamen tantis omnes obruti malis, quis illas diligenter intueatur? Quis oculo sapientię atq; prudentiæ aspicit mala sua? Quis aduertit, ea ex Dei iustitia super nos proficisci? Videte, videte infœlicitatem vestram, ne vos fœlices existimetis. Si rogas Deum: *Vide humilitatem* (id est afflictionem) *meã,* Psal.24.18.
& laborem meum: & tu ipse laborem & dolorem considera. O si ascenso monte contemplareris terram viuentium, cœlestem gloriam; gaudium illud plenum, profectò gemens clamares: *Heu mihi, quia incola-* Psal.119.5.
tus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar. Cedareni habitabant in vmbraculis per solitudinem. Sed id potissimum attende, cur ista patiamur Punitio ista, est nostræ iniquitatis; malum, malũ trahit; ex malo malum, ex culpa pœna. Quandò Sapiens dicit: *Propter peccata terra multi Principes eius; & propter hominis sapientiam, & horum scientiam, qui dicuntur, vita Ducis longior erit.* Quid aliud intendit, nisi vt aduersitatum causam intelligamus. Mala est pluralitas Principum, siue simul regnantium, siue frequenter sibi succedentium. Sed vndé malum hoc? propter peccata terræ. Populi sub tali cadunt dispendio ob illorum delicta. Ista intelligite, vt causas excidatis aduersitatum, & benè sit vobis. Prou.28.2.

SECVNDA PARS.

TVrbæ ex lachrymis Christi arguunt 10.
illius amorem erga defunctum Lazarum. *Ecce* (inquiunt) *quomodo amabat eum?* dicentes autẽ. *Non poterat hic, qui aperuit oculos cœci nati facere, vt & hic non moreretur?* Supponunt, quòd qui amat iuuet, & malum rei amatæ depellat quantũ potest. Isti si cognouissẽt plenè, & amorẽ Christi

& po-

& potestatem, cognouissent nihilominus mala hominum cunctorum, quos amat Christus; concluſissent profectò, quod ex his omnibus eriperet illos. Ista cognitio ad nos pertinet, qui possumus ex vtraq; parte arguere: ab effectu videlicet ad affectum; & ab affectu ad effectum; & vtrunq; per seipsum animaduertere. Affect⁹ magnus est, quandoquidem affectus Dei est, qui, quoniam in Diuinitate affici non poterat erga creaturam; humanitatem, in qua posset affici, personaliter assumpsit. Cui⁹ affect⁹, vt increato amori quantum licet æquaretur siue assimilaretur, omniũ est maximus, vt augeri non posse videatur. Et ità Deus bene nos amore diligeret, increato videlicet & creato, eoq; summo in suo genere, sicut & increatus summus est absolutè, vtpotè infinitus. O Dei nimiam charitatem! an non sat erat ab eo nos diligi increato amore? Tantus est ille, vt creatum quoque adhibuerit, vt modis omnibus nos diligat, quibus amari possumus. Quis verò putet creatum istum amorem voluisse Deum assumere, qui summus non esset, qui non apicem attingeret charitatis? eecè affectus maximus.

11 Effectus verò in duobus stat: Primùm videlicet in malis tollendis, bonisq; donãdis: Deinde in modo, quo tantum nobis effectum contulit. Malorũ cognitio quomodò potest haberi, quandò & mala vniuersa huius vitæ, & alterius innumerabilia continet & imẽnsa? Propterea enim Deus ipse omnipotens in tantã malorum abyssum genus permisit humanum cadere, vt ab eis nos eripiens nimiam suam nobis ostenderet charitatem. At bona quis animo comprehendat, quandò incomprehensibilia sunt? Noscant homines bona ista transeuntia, quibus indignos omnes homines reddit iniquitas. Norint sancti magna ex parte spiritualia bona, illis in hac quoq; vita prouidè abundanterq; conecssa. Restant cœlestia, quæ mortalibus incomprehensibilia sunt. Restat Deus ipse immensus, qui omne bonum est. Restat gaudium Domini nostri. O bona multa, magna, perpetua.

12 Modum priusquam tangamus, proportionem inter affectum & effectum consideremus. Tantus affectus tantum postulat effectum; non alium flagitat affectum effectus huiusmodi. Vt se declararet Deus, Mundum condidit opus pulcherrimum, virtuosum, valdè bonum, magnum, vt ordo illius requirebat: At noui cœli, nouaq; terra expectabatur; id est nouus mundus, seculumq; futurum, quod veteri ineffabiliter supereminet. Mundus iste est noua creatura, quam amor præcipuè debuit generare. Sicut ergò Magno Deo orbis iste respondet; *magnus est* (vt dicit Propheta) *excelsus, & immensus*: nõ aliter nimiæ charitati effectus illa dignus debuit respondere. Et sicut mundus non nisi ab Omnipotente prodire valuit: ita mirabilis iste effectus humanæ salutis, aliam nequiuit habere originem, quàm summum illum amorem, quo Deum suam creaturam diligere congruebat. *Bar. 3. 25.*

Modus autem, cum eximius affectus in eximio effectu se declaret, eximius pariter sit profectò necesse est. Hic autem, vt affectui & effectui respondet, haud sec⁹ personæ congruit amanti & saluanti, diligenti & efficienti; in qua est affectus, & à qua est effectus: qui effectus est Christus, Deus & homo; Filius Dei, & filius hominis. Sed Deus abscõditus, & homo manifestus. Ergò modus iste, vt Diuinus esset, debuit altissimus esse super omnem modum creaturæ, sed incognitus & inuisibilis. Vt esset humanus, debuit humillimus esse infra omnem creaturam. Ita quod extrema ista, nimiæ tum celsitudinis tum demissionis; quò sunt ab inuicẽ magis distantia, eò plus propius atq; strictius coniungerentur, seq; mutuò demonstrarent; vt altitudo eminentius ascenderet, quo profundius abiectio se humiliaret. Humilitas verò ex cõiunctione cum eminentissima celsitudine, depressionem suam faceret claram magis atq; euidentem. 13

Modus autem iste duo continet, secundum quod duo erant, propter quæ fuit ista saluatio. Nam peccatum duo mala inuexerat, & Deum offendens, & hominem lædens: Deo gloriam detrahens, homini vitam. Vt autem gloria Deo redderetur, Is qui Rex erat gloriæ, Dominus virtutum 14

exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & sic humiliauit semetipsum, vt vita homini redderetur. Qui in Deo vita erat, factus est obediens vsq; ad mortem: & pro gloria Dei & vita hominis, factus est obediens vsque ad mortem Crucis; vt in morte vita sit, honor in Cruce. Propterea & ipse Glorificator Dei, & hominum Saluator, Deus fuit & homo. Deus, vt plenus honor Deo exhiberetur; qui honor vere sit honor Dei, quo se Deus absconditus exinaniuit; vt iusta fieret recompensatio honoris & gloriæ, quæ fuerat per peccatum Deo subtracta. Homo autem, vt mori posset, & moriens se vita priuaret, quam hominibus condonaret. Rursus, Deus & homo simul, vt duo illa, quæ dicta sunt, posset & absolute præstare, & sufficienter. Nam si Deus iste, homo non esset, quomodo se potuisset gloriâ exinaniri, vt Patrẽ honorificaret? Gloriæ quippe Solem nube texit nostræ mortalitatis & vilitatis; vt hoc, se illa veluti expolians, Deum decore indueret. Vt verò vita, qua moriens ipse homines omnes viuificaret, pro omnibus sufficiens esset, homo iste mortalis, immortalis quoq; Deus debuit esse. Quòd Lazarum suscitaturus, Patri gratias agit, testans se ab eo exauditum, hoc pertinet ad Dei gloriam exhibendam, qua se quodammodo exuit, quasi per se non valens mortuum viuificare. Quòd longi itineris laborem subit, quòd pericu-
Ioã. 10 30. lo se exponit, vadens in Iudæam, vbi vo-
Isai. 53. 4. luerant illum lapidare, vt à mortis somno Lazarum excitaret, hoc est quòd dolores nostros ipse portauit, vt eius liuore nos
Exo. 29. 38 sanaremur. Propter hos duos effectus, puto duos agnos quotidie immolari à lege fuisse institutum.

15 Iam ad specialia descendamus, in quibus inglorius apparet, & affligitur. Portat improperium, ratione tùm personæ suæ, tùm operationis. Vere filius Dei erat: Hoc
Mat. 27. 42. si confitetur, vitio dant atque blasphemię;
Marc. 7. & morti damnantes, & in cruce expro-
37. brantes: *Si Filius Dei est, descendat nunc*
Ioan. 9. 16. *de cruce. Benè omnia fecit*, & dicunt tamen: *Non est hic homo à Deo, qui sabbata non custodit.* Improperia verò, quæ super illum ceciderunt, fuerunt primò detractiones, quibus apud turbas illum diffamabant. *Nunquid & vos seducti estis? Nunquid aliquis ex principibus credit in eum?* 48. *Sed turba hæc, qua non nouit legem, maledicti sunt.* Persecutionibus: *Propterea persequebantur Iudæi Iesum: quia non solum* 18. *Sabbatum soluebat, sed & Patrem suum dicebat Deum.* Accusationibus: *Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse.* Actionibus: *Et viri qui tenebant eum, illudebant ei, cedentes: & velauerunt eum; & percutiebant faciem eius, & dicebant ei: Prophetiza, quis est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et Herodes illusit indutum veste alba. Et milites suscepérunt eum in prætorium, & plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant; Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum vestimentum.* Exprobrationibus publicis: *Prætereuntes autem blasphemabant eum dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud.* Dolore affligunt tenentes, ligantes, ducentes, percutientes, flagellantes, spinis coronantes, crucem imponentes, crucifigentes, aceto potantes.

Hoc beneficium, maxime nobis reco- 16
lendum est. Propterea legi non sat fuit, Exõmata
quòd sacrificia statuisset, quòd ea Moyses repetiuisset, legem reperens, sed completo itinere per desertum denuò commemorat illis, quæ facere ingressi in terram debuissent: *Vt inde vitam hauriamus.* Sed heu Num. 21.
tanto beneficio ingrati, vitâ negligimus, 29.
diligimus mortem, & hoc primo fratres nostros ad mortem persequentes. Id facientes, qui possunt omnes, quod de Principe dictauit Salomon: *Leo rugiens, & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem.* Christus sua morte nobis donauit vitam; & nos impii, pauperes, ac debiles quærimus ad mortem: non autem ab eis timentes, sicut Herodes timuit â nato Rege, sed ex crudelitate. Vnde bene indu-

cuntur

cuntur in libro Sapientiæ, dicentes: *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est*
Sap.2.12. *nobis, & contrarius est operibus nostris*; & reliqua verba, quæ vt ibi posita sunt, sicut de quolibet iusto dici possunt, ita peculiariter in Christo vera sunt, vt ibi patet. Vt sic doceamur, socios nos Christi esse debere in sustinendis iniquorum persecutionibus: *Si me* (inquit) *persecuti sunt, & vos*
Ioã.15.20. *persequentur*.

17 Secundò. Qui oderunt sapienti am, hostes sunt animæ suæ, mortemque sibi con-
Rom.5.12. scisc unt: nescientem quòd *per peccatũ mors ingressa est in orbem terrarum*: & ideò, *qui*
Psal.10.6. *diligit iniquitatem, odit animam suam, atque seipsum interimit*: atque ita dum aliis mortem intentat impius, sibi ipsi mortis est auctor: quod ex Salomonis prouerbio
Prv.28.16. illo trahitur: *Dux indigens prudentia, multos opprimit per calumniam. Qui autem odit auaritiam, longi fiunt dies eius.* Vides inferri, quòd qui auaritia ductus alios opprimit, is breui viuet tempore: quãdoquidem qui odit auaritiam, longo viuit tempore. Non sic Dominus noster, qui animam suam posuit ad mortem, vt poneret animam nostram ad vitam. Ergò tametsi propter multitudinem peccatorũ iam fætemus, grandi tamen voce Domini Iesu excitati resurgamus ad vitam. Sicut enim lachrymis ostendit, quomodo nos amaret: Ita clamore valido reuocans à sepulchro, magnum nostræ salutis zelum ostendit. Nollet nos morti deditos esse: Non vult mortem peccatoris, sed vt viuamus. Audite ergò, & viuite.

18 De eadaueribus nostris ascendit fætor,
Isai.34.3. vt Isaias iam olim prædixit, quoniam in morte multum profecimus, addentes iniquitatem Propter hoc Christus se ipsum
Ephes.5.2. pro nobis obtulit Deo Patri in odorem suauitatis. Odor ille suauissimus Domino
Nu.28.24. efflabatur à sacrificiis. Vndè scriptum est; quòd offerrent sacrificia & holocausta, in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surgit de holocausto, & de liberationibus eorum. Verum holocaustũ est Christi mors, cũ libamentis suis & circumstantiis. Hæc Deo suauis est; vt non illi fœteant peccata nostra; vt non obstante fætore nostro, propter suauitatem odoris huius holocausti, indulgeat iniquitatibus nostris, & reuocet nos ad vitam. O vtinam & nobis sit odor suauitatis mors ista benedicta; vt grata sit; vt libenter illam contẽplemur, & multo magis imitemur; sic fætorem nostrum à nobis ablegantes; vt vita nostra sit virgula fumi, ex aromatib. myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmẽtarij; vt tandem digni simus loco voluptatis. Amen.

MORALE.

SED heu, quàm longè absumus à Cruce 19
Domini, à charitate Domini, à Domini suauitate? Quæ est enim vita nostra? mortis imago. Qui mores nostri? vermes ex putredine scaturientes. Quę studia? in malis perseuerare, dũ viuimus super terram. Obduruim⁹ in malo; insorduimus in sceleribus. Nulla nostra reliqua spes est. Si nõ veniat Christus vita nostra, qui aperiat tumulos nostros, & educat nos de sepulchris nostris. Quamdiu mansit homo, vbi erat lignum vitæ? Deus scit, si ad multas horas. Expulsus indè, quãdiu moratus est in regione vmbræ mortis? Quot temporis momenta, quot sæcula præterierunt, dum temporis accederet plenitudo? Nos sumus 1.*Cor.*10.
in quos fines sæculorum deuenerunt. Nos 11.
etsi sint duodecim horæ diei, vix circa vn- *Mat* 20.6.
decimã vocati sumus ad opus vitæ. Quid hoc? In figura nostri facta sunt hæc. Citò cadimus, citò surgimus. Illicò adest nobis mors, vita peregrè profecta est, tardat venire. Et cũ venerit & pulsauerit, nos de intus clamamus: *Noli mihi molesta esse. iam* *Luc.*11.7.
ostium clausum est. Ostium (inquàm) lapideum: *Pueri mei mecũ sunt in cubili*: sensus mei in requie sunt, oblectantur in somno mortis, in cubili voluptatis; & in loco miseriæ: quæso, requiescam in pace. Sed quid vita nostra? *Lazarus amicus noster dormit; sed vado, vt à somno excitem eum. Lazarus mortuus est; sed eamus ad eũ.* Qui dormiũt, 1.*Thess.*5.7
nocte dormiũt, sed erit nox ista perpetua? *Psal.*40.9.
Nunquid qui dormit nõ resurget? Si ad te respiciunt oculi nostri, qui cadit non resurget? Sed mali homines proficient in peius, addentes preuaricationes. En mũdus

totus positus in maligno, vltrà non reuertitur. En populus requiem adeptus in terra, dereliquit Deum factorem, à quo non
4. Re. 17. 6. est ipse derelictus in deserto. En captiuitas longa decem tribuum, quæ nunquam respuit, nunquam rediit in terram suam.
Osee 1. 8. Quia non addam vltrà misereri domui Israël, sed obliuione obliuiscar eorum. En fideles quamplurimi qui recesserũt à Deo suo, nec cogitant de reuersione, gradientes viam iniquitatis, proficiscentes in regionem longinquam, homines duræ ceruicis, mentis duræ; clamet licet Christus, vt resurgant, vt reuertantur à via sua pessima, surdi ad audiendum, tardi ad credendum, mortui ad operandum.

20 Quid mollibus vestiris? Quid vacas comessationibus? Quid in luxuriis volutaris? Quid nummi factus es seruus? Quid rapinam bonorum exerces? Quid simplicibus insidiaris? Quid conculcas debiles? Quid opprimis pauperes? Quid potentioribus assentiris? Quid diaboli mancipium factus es? Quid caput reclinas, vbi diu requiescere nõ valebis? Quid dormis? Quid
Rom. 13. 11. stertis? Quid iaces vino & ebrietate sepultus? *Hora est iam, nos de somno surgere* Dura requies in lapide, aspera delectatio in arida terra, vilissima in cæno volutatio. Non relinquas tu iniquitatẽ; ipsa derelinquet te; quin magis tenebit te, vt qui viuens illam derelinquere noluisti, mortuum te inuitum retineat vinculis sempiternis; vt ligatis manibus, & pedibus ab ea te non va-
Luc. 11. 24 leas exoluere in æternum. Heù si spiritus immundus exiens ab homine, nec requiẽ inueniens, ad eundem toto conatu regredi meditatur, quid putas, cupit, conatur, studet Spiritus Sanctus? A Patre & Filio proficiscens quærit requiem in tabernaculo
Psal. 131. 3. 14 suo. O Dauid sancte quid canis? *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino.* Vbi dicat. *Hæc requies mea in sæculum sæculi.* Et tu dormis, & tu dormitas, & tu requiem tibi comparas, nihil cogitans, quæ Dominus sunt, nequaquam solicitus, vbi Dominus requiescat. Non tanta diaboli malitia, quanta est Christi bonitas. Requiem sibi deputat ille in pernicie nostra: si quiescentem tenet Christus, si nobis misereatur, illius delitiæ sunt diuitiæ nostræ: delitiatur, si misereatur: dormit, & requiescit, si nos salui sumus. Et inuenientur, qui locum dent diabolo; & Christus expellitur foras? Et non inueniet ipse, vbi caput suum reclinet? Et abiiciet eum Da- Iudic. 16.
lila à se? Et erit ipse tanquam viator de- 19.
clinans ad manendũ: & non erit qui reci- Ier. 14. 8. Pro. 29.
piat eum in domum suam? Non sic optat peregrinus hospitari, sicut Christus ingredi ad penetralia cordis nostri, habitare per fidem in cordibus nostris. Quid dices in Eph. 3. 17.
die vltionis, audiens illum: *Hospes eram,* Mat. 25. 43 Apoc. 3.
& non collegistis me? Seruus Abraham in- Gen. 24. 3
gressus domum Laban, donis domum illam auxit. *Venit filius hominis quærere, &* Luc. 9. 10. Mat. 10. 6
saluum facere, quod perierat Quid puluis pedum iis, qui illum non susceperint in domos suas? mors, puluis mortis. Mortui sint, necesse est, qui vitam non suscipiunt. O crudelis Christo, qui illum pulsantem repellis. O crudelis tibi, qui vitam tibi offerentem respuis. O demens, qui tuum à te abigis Saluatorem.

Et quænam est vox clamantis ad se- 21
pulchrum: *Lazare veni foras:* nisi corripientis in porta? nisi post tergum admonentis? nisi à somno mortis excitantis? O vtinam de nobis verum sit: *Qui corripit ho-* Pro. 28. 23.
minem, gratiam postea inueniet apud eum magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit. O vtilem correptionem! ô salutaria verba! ô linguã saluantem! *Clama:* Isai. 58. 1
ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Hoc facit, qui amat. Propè accessit, vt audiretur: tolli iussit lapidem, vt vox ad illum penetraret. *Tollite, tollite lapidem,* si vultis audire; auferte duritatem, quæ tactum non admittit. Nam Christus simul dum clamat, tangit. Equidem *verba Domini* Ier. 23. 29
sunt quasi malleus conterens petram: Habent ipsa tantam vim. Sed vt, si cor tuum obdurasti, vt non audias vocem Domini, verbum eius ad illum reuertitur vacuum.

Tollite

Tollite lapidem: duritiem, atque obstinationem submouete, & erit vobis salus. Quantam gratiam Christo habere debemus, qui nobis verba protulit admonētia, vt resurgamus? Audite, audite, & intelligite, nè decipiamini per linguæ blandimenta, per carnis suasiones, per dæmonis suggestiones, per ea, quæ mundi sunt, siue occultæ sint, siue apertæ surreptiones. Pudor est enim, clamorem non audiuisse, sed vocem tenuem, sed dispendium maius. Prou.29.1. Ait enim Sapientia: *Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.* Clara sunt verba, ea mente percipite. Repentè interibit, qui se saluantem reiicit, Ioel.2.2. qui folia lignorum paradisi, quæ sunt ad sanitatem gentium, proiicit à se. Et propterea eum sanitas non sequetur. Vultis ergò vitam ac sanitatem? suscipite insitum verbum, quod sanat omnia, & ducit ad vitam sempiternam. Quam nobis concedat. Amen.

DOMINICA DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania. *Ioan.11.1.*

ARGVMENTVM.

Consideratur miraculum Lazari suscitati, quoad se & quoad nos. Gloria Dei indè sequuta. Sustinendus Deus, vt eius consolationem sentire mereamur. Quomodò infirmitas & mors nostra sit ad gloriam Dei.

1 METVS ille discipulorū Christi, quem expressērunt dicentes. *Domine, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* docet, sic aliis prospiciendum, vt nobis tamen à malis caueamus. Iuxta quod & Apostolus eleemosynam suadens ait: *Non vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio.* 2.Cor.8.13 Docet nihilominus magis in vniuersali, vt dum bonum aliquod intendimus, solerter moliamur, nè indè aliquod malum fortè maius prodeat. Mortuo Lazaro dicit Dominus discipulus suis: *Eamus in Iudæam iterum:* non expressa itineris huius causa. Obiiciūt ipsi periculum, quod prius vix lapides euitauerit Iudæorū. Reuelat exindè causam, cur in Iudæam ire disponat: *Lazarus amicus noster dormit; sed vado, vt à somno excitem eum.* Huic causæ detrahunt ipsi tanquam non æquali, instanti periculo. *Si dormit* (inquiūt) *saluus erit.* At cognita morte Lazari, & Domini voluntate, qui *dixit eis manifestè. Lazarus mortuus est, sed eamus ad eum*, vltrà contradicere non sunt ausi: quin *Thomas* magis audacter *dixit ad condiscipulos Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Ergò dum possunt discipuli, declinant à malo. Dominus quoque obiecto sibi lapidum periculo respondit. *Nōnè duodecim sunt horæ diei?* ostendit sic quidem benefaciendum, vt non nobis ipsis incommoda comparemus: notat enim quòd Iudæi mutantes malum suum propositum, non essent illum prætereà lapidaturi. Sic sibi cauit Thamar, quæ sibi prospectura, dum nō traditur fratri defuncti mariti sui, vt lex iubebat: præcauit, nè id sibi mortis periculum crearet, dum mercedem concubitus requisiuit, & promissæ mercedis arrabonem. Hoc est speciale documentum quod ab historia trahimus præsentis lectionis Euangelicæ. Igitur attendite. Gen.38.16

Duo ergò continet præsens lectio. Alterum, est beneficium & auxilium, quod Christus præbuit indigentibus. Alterum est cautela, qua prouidit, nè indè malum, aut sibi aut suis proficisceretur. *Boni collatio, Mali cautio.* 2 *Diuisio.*

Postulat ordo, vt à bono exordiamur. Lazarus amicus Domini infirmatur, moritur, sepelitur, iam fœtet quatriduanus. Indè sorores validè cōtristantur. Dominus verò hæc omnia tollens incomoda, & fratrē viuificat, & sorores lætificat. Vndè & bona

maiora

maiora procedunt. *Nam multi ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eũ.* Tandem verò finis subsecutus est, qui in hoc opere intendebatur à Deo. De quo ait Dominus: *Infirmitas hæc non est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.* Gloria enim magna Dominũ subsecuta est. Primùm, quia absens discipulis mortẽ Lazari reuelauit. *Et gaudeo* (inquit) *propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi.* Secundò, quia declaratus, & creditus est, esse vita, vt omnes credentes in eum, vitam habeant; eò quòd sit Christus Filius Dei viui, qui in hunc mundum venit. Tertiò, ostendit amorem eximiũ in homines, fremens spiritu, turbans seipsum, & lacrymans super mortuum. Vndè dicunt Iudæi. *Eccè quomodo amabat eum.* Quartò, se à Deo in omnibus exaudiri patefaciẽs, dum dicit. *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populũ, qui circũstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.* Suscitans tãdem iam fœtentem quatriduanũ: De qua suscitatione dixerat Marthæ: *Nonnè dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?* Et hæc sistemus in superficie literæ. Nam hinc ad gloriam Dei transitus est, qui mundum totum suscitauit, & terram vniuersam repleuit gloria sua.

3 De hac gloria fusius dicturi, nunc secundũ caput prosequamur; nempè, quòd ex hoc opere Christi nullum malum profectum est. Primò enim non venit Ierosolymam, vbi illum voluerunt lapidare, sed venit Bethaniam ad amicos suos, vbi consueuerat hospitari. Secundò in operatione illa, qua venit ad Lazarũ, ipsumq; suscitauit, nulli præbuit mali occasionem. Nã erga discipulos leniter se habuit, vt paulatì erigeret eorũ animos, etiam ad sequendũ illum in mortem. Turbas sic gestis sermonibusq; demulsit, vt ei deuincti potius remanerent, quam contra eum malum aliquod molirentur. Tertiò, quamuis ideò magis sint inimici eius incitati ad perdendum eum, ipse tamen indè illæsus recessit. Ioan. 11. 54 Abijt enim in regionem iuxta desertum in ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Quod si quartò venit ad diem festum Paschæ, in quo dederant Principes & Pharisæi mandatũ, quod si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum; non fecerunt tamen in eum, quæcunque voluerunt, sed quæ consilium Dei & manus decreuerunt fieri; & eo tempore, & loco ablatus est, quandò, & vbi ipse voluit; & libens tradidit animam suam dilectam in manus inimicorum suorum, adeò vt diceret: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* Patris autem voluntas fuit, vt biberet calicem, quem dedit illi Pater ipse: & opus illud fuit, quod in cruce consummatum est. De cuius fructu dixerat ipse: *Si granum frumenti mortuum fuerit, multum fructum affert.* Vndè & ipse glorificatus est. Vndè ad conuersionem gentilium dixit: *Venit hora, vt clarificetur Filius hominis.* Et in arenam suæ passionis descensurus rogauit Patrem: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum.* Et hæc est vna causa, quamobrem triumphans aggressus est prælium contra Satanam & peccatum, in ingressu Ierusalem, sedens super asinam & filium subiugalis; nempè vt non ad passionem aut ad mortem procederet, sed ad pugnam, ex qua certò glorioſam victoriam esset relaturus.

Et quid putatis, quòd tot orationes suæ 4
sunt in Psalmis, quibus à se mala & tribulationes deprecatur? cujusmodi sunt istæ. *De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discesseris à me. Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Tu autem Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice. Eurue à framea, Deus, animam meam, & de manu canis vnicam meam. Saluame ex ore Leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.* Ita alibi. *Saluum me fac, Deus; quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Eripe me de luto, vt non infigar. Libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum;* & reliqua huiusmodi multa. Quid (inquam) putatis? præcauit sibi; præmisit deprecationes certò ex audien-

audiendas à Patre, vt nõ dubitaret se morti tradere, à qua certissimè sciebat, se a Patre cũ gloria eripiendũ. Ideò precibus ista

Psal. 21. 25 subdit: *Timeat eum omne semen Israel quoniam non sprevit, neq; despexit deprecationẽ Pauperis Nec auertit faciem suam à me, & cũ clamarem ad eũ, exaudiuit me* Itidem:

Psal. 68. 30 Isai. 50. 7. *Ego sum pauper & dolẽs. Salus tua, Deus, suscepit me:* Sic & per Isaiam: *Dominus Deus auxiliator meus, & ideò nõ sum confusus. Ideò posui faciem meã, vt petram durissimã, & scio quoniã non confundar Eccè Dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me?* En quomodò securus palestrã ingreditur tantæ suæ passionis? Vadit itaque

Psal. 109. 7 ad saluandas gentes, neque tamen despicit semetipsum, sed sui curam agit; vt de torrente in via bibens, caput exaltet, & eleuetur magnificentia sua super cœlos.

5 Hæc autem, vt ad nos transferenda, quin & translata sciamus, post suæ passionis

Psal. 68. 33 prolixam mentionem subiungit; *Videant pauperes, & lætentur. Quærite Deum, & viuet anima vestra. Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos non despexit.* Videant igitur quæ fecit filio suo, eripiens inopem de manu fortiorum eius: & intelligent quoniam Deus non derelinquit sperantes in se; & pauperes suos exaudit; pauperes (inquam) suos, qui sunt pauperes spiritu, qui non confidunt in viribus suis, neque in diuitiis suis gloriantur, in illũ proiecti ex vtero matris suæ; qui ab ortu suo in solo ipso Creatore sunt confisi, & ideò nõ confusi. Ergò qui se dant discrimini, &

Psal. 16. 4. propter verba labiorũ Domini custodiunt vias duras, non impingent, sed perficiet Dominus gressus eorũ, vt eorum non moueãtur vestigia, neque peribunt de via iusta.

Pro 15. 6. Hoc est quod ait Salomon: *Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio.* Hoc igitur duntaxat nobis meditandum, vt iustitiam seruemus, Deo dimittentes curam nostram, quoniam ipsi

Mat. 6 8. cura est de omnibus, sed in primis de filiis, quos enutrit & exaltat. *Scit enim Pater vester,* (inquit) *quid opus sit vobis.* Si ergò occasio occurrerit, dicamus cum Thoma: *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Proprius enim hic est modus præcauendi à malis, dum bona prætendimus, cum Domino ambulare viam iustificationum suarum, & exerceri in mirabilibus suis.

Si quid autem mali acciderit in via, nam via hæc arcta est, vbi leo insidiatur, & Amalec armatus obsistit: duo sunt nobis præstanda. Quorũ alterum nos docuit Iacob: Alterum Isaac. Occurrente ipsi Iacob, dum exiret de Mesopotomia vt iret ad domum patris sui, Esau cum quadringentis viris, mansuetudine vsus est Iacob atque humilitate, imò & muneribus, vt iratum contra se fratrem placeret: Etenim vt ait Salomon: *Responsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorẽ: Si fieri potest quod in nobis est,* iubet Apostolus, *cũ omnibus hominibus pacem habentes.* Sic Dominus, sic Apostoli, sic omnes serui Domini. Vide quã molliter se habet Dominus, cedit persequentibus; & abijt trans Iordanẽ, in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans. Audiẽs: *Eccè quẽ amas infirmatur.* Et sciens delõgè, quòd mortuus esset amicus eius, iterũ in Iudæam vadit. Et vide modestiam eius: Non iactat se mortuũ suscitaturũ, sed ait. *Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum* At quandò apertè dicit: *Lazarus mortuus est:* Nõ addit: sed vado vt resuscitẽ illum: *Sed eamus* (inquit) *ad eum.* Ita cum Martha loquens non ait. Ego veni, vt per me vitam habeat: Sed ait: *Resurget frater tuus.* Et replicanti ait quidem. *Ego sum resurrectio & vita.* Sed quasi moderans dictum suum, vitæ consecutionem tribuit fidei nostræ. *Qui credit in me* (inqt) *etiamsi mortuus fuerit viuet.* Veritatẽ quidem manifestare illũ oportuit, qua saluos nos fecit: Sed sic sale condit verba sua, vt nulla vsquam appareat sermonis iactantia. Iterũ iubente eo, vt monumentũ, tollentes lapidem, aperirent, ad obiectionẽ Marthæ dicentis: *Domine iam fœtet, quatriduanus est enim.* Vide quã modestè respondeat: *Nònne dixi tibi quoniam si crediderũ, videbis gloriã Dei?* Et quanta est ipsius modesta humilitas, vt fremat? vt turbetur? vt lachrymetur? Propterea dixerunt aliquí: *Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere vt & hic non moreretur?* Lacrymatur ergò, quasi à mortuis non valens aut præ-

6 Exod. 17. 8.

Gen. 33. 1.

Pro. 15. 1.

Rom. 12. 18

Ioã. 10. 40.

occupare aut reuocare. Vbique modestiã
Pro 15.2. docet : Vt non frustra dixerit Salomon: *Lingua sapientũ ornat scientiam ; os fatuorum ebullit stultitiam* Sicut vir eloquens scientiam suam ornat, ornatè eam proferens, & eleganter; ita qui sapienter se gerit in lingua sua, mores suos gratos reddit atque decorat. Hoc igitur & nobis præstandum, potissimũ verò, quandò cum aduersariis habenda res est, nemini dantes vllã offensionem. Propterea idem Salomon:
Pro.15.4. *Lingua placabilis, lignum vitæ ; quæ autem immoderata est, conteret spiritum* Conterit spiritum, qui animũ offendit audientis: at qui placidè loquitur, sicut placet, ita placat ; vt & grata sit, & prosit, quasi lignum
1 Reg. 30. vitæ. Sic prudens Abigail moderato elo-
24. quio suo, liberauit & Dauid à vindicta, &
2 Reg.12.8 maritum à nece. Roboam verò dura loquens, exaltauit stultitiã suam, & fecit Imperium bipartitũ, vt vna sola tribus sequeretur domum Dauid. Hæc est vna via, qua nobis prospicimus à tribulationibus.

7 Altera est, quam docemur ab Isaac patre
Gen 22. 2. Iacobi. Non leuis quin extrema tribulatio fuit Sancti huius viri, quòd manibus ipsius parentis amantissimi deberet occidi : qua in re, morte multiplici afflictabatur. Principio nãque, puer tenens annis mortẽ obibat, vt vix sæculum tangens, illud penitus relinqueret. Deindè, non naturali morte exiret de hoc seculo, sed per necẽ ac vim, repugnãte natura, nempè interfectus. Posteà, hæc sibi inferebatur mors ab eo, qui vitam dederat; à parente, eoq; sancto, quin & imperante Deo, vt qui vita indignus reputaretur ab hominibus, à Patre, à Sancto, à Deo. Adde, quod dolorem aduertebat & immolantis Patris. Neque enim prompta obedientia Abraham à tristitia, eaq; summa eximebat, sicut nec Christus, aut Mater eius ideò nõ dolebant in morte primogeniti, quod voluntariè sacrificarent : sed & tristitiæ gladius animam pertransibat: vt cũ carnibus offerretur & adeps ; vt interior crux externam decoraret, & animi dolor, corporis vehementer augeret afflictionẽ. Dolẽs ergò Pater necẽ parat filio, quẽ diligebat : quod filius probè intelligens summa tristitia affecto patri charitate , qua bonus filius tenebatur, extremè compatitur. Vt sicut Pater cordi suo infert prius necem, postea verò filij corpori : haud secus sentit intimè filius vtranq; mortem, patris videlicet & suam. Id tamen ambo libenter exequuntur, Deo promptissimè obedientes. Hæc est tribulatio, quæ tamen tribulatio duplici consolatione miscetur. Altera quidem, quòd torrens iste inundans, grauisq; tempestas egrediatur de sanctuario & sede Dei: neque aliundè veniat tanta percussio, quam a Deo, cuius voluntatem facere amborum sunt delitiæ. Altera, quod scirent Deum daturum his quoque finem. De Patre quidem ita scribit Apostolus: *Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones. Ad quem dictum est. Quia in Isaac vocabitur tibi semen. Arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens est Deus.* Duo ponderat Apostolus, quod & filium offerret, & eum, cuius semen multiplicandum esset stellarum instar, & arenæ maris. Ex quibus magna fidei constantia elucescit in illo, quis his duobus non obstantibus, iubẽti Deo liberaliter obediuit. Ergò eiusdẽ fidei expertem Isaac nulla ratione credere debemus. Idcircò enim & ipse volens oblatus est. Ita Dominus noster Iesus Christus certus prænouit, quòd vita Lazari, illi à se mirabiliter restituenda, propriæ mortuis futura esset occasio. Nam cognito Ioan.11.47
miraculo illo, collegerunt Pontifices & Pharisæi Concilium , in cuius conclusione cogitauerunt , vt interficerent eum. Neque tamen propterea abstinuit ab hoc opere , verum id magis amplexus est , vt pertransiret benefaciendo , ad mala innumerabilia suscipienda. Certus nihilominus, quod sicut Lazarum viuificans subiit ipse mortem ; ita moriens ipse totum viuificaret mundum , resurgens ipse à mortuis destructor & triumphator. Hoc enim spectauit in primis, cum dixit. *Infirmitas hæc non est ad mortem. Sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.*

Ita vir patiens meritò gloriatur in tribu- 8
lationib. non profectò quia tribulatur, sed Exhortatio
quia tribulatur ad gloriam. Hæc nobilis est pro-

est prouidentia, qua sic bonum præintendimus, vt interim ab incommodis caueamus. Neq; enim quis incommodum reputauerit illud, quo bonorum atq; commodorum maximorum magnam sit multitudinem adepturus & copiam. Hæc igitur nostra est instructio; vt nemini dantes vllam offensionem, ad omnem ab aliis inferendam offensionem paratos nos exhibeamus, & promptos, & hilares, & cupidos quoque. Ad quod habemus dicta sa-
Eccl. 2. 1. pientis: *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & prepara animã tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & sustine. Inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus: & nè festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei. Coniungere Deo, & sustine; vt crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitũ fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiã habe. Quoniã in igne probatur aurũ, & argentum; homines verò receptibiles in camino humiliationis.*

9. Eccè quot rationibus instruimur & incendimur ad patientiam. Primum enim, tẽtationes & aduersitates pati, pertinet ad seruitutẽ Dei. Nàm omnes, qui ei placuerunt ab initio, firmi in tentationibus perstiterunt. Si igitur serui Dei esse volumus, dicendum nobis est. *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Ergò accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem, stans in timore, illam expectans. Sic enim stabis in iustitia. Nàm si paratus nõ sis, superueniente tentatione excides à iustitia. Ex quo sequitur secunda ratio, quòd in camino & fornace humiliationis & tribulationis probantur ij, qui à Deo in suum seruitium & consortium recipiuntur. Vndè, qui igni cedunt & cõsumuntur, aurum reprobrum æstimantur, nõ argentum electum: & ideò in tempore tentationis recedunt. Qui verò constantes sunt, hi probati à Deo custodiuntur. Ex quo sequitur tertia ratio, quæ est: Sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Vndè & supra
Eccl. 1. 29. Sapiens dixerat; *Vsq; in tempus sustinebit patiens: & postea redditio iucunditatis.* Sic Abraham, sic Isaac expectabant resurrectionem futurã; sed vicinior fuit, excedens expectationem, dùm quem vt mortuum & oblatum Deus suscepit, mox restituit viuum, contentus sacrificio arietis. Vbi di- *Gen.* 22 13.
scimus, quòd multa exigit à nobis Deus, in præparatione cordis, at in operatione corporis, paucis minimisq; contentus est: & magna tamẽ pro minimis ipse rependit, vt patet in promissione facta Abrahæ pro *Gen* 22.16.
immolatione filij facta in animi tantum dispositione. Et in eo quod dicit Sapiens, posteà redditio iucunditatis; & crescat in nouissimo vita tua; tunc videlicet crescat, quandò esset desitura. Veteranus ex sensuũ defectu atq; virium, semiuiuus reputatur: at sustinentibus, tunc crescit vita.

Habes in Abraham certum experimen- 11.
tum, & manifestam probationẽ: Sustinuit in centum annos sustentationem Dei: tũc promisso sibi filio ex Sara, risit, in corde suo dicens: *Putasne centenario nascetur fi-* *Gen* 17 17.
lius? & Sara nonagenaria pariet. Erant au- *Gen.*18. 11.
tem ambo senes proiectæq; ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria: & tamen nedum genuerunt filium Isaac. Sed Abrahã *Gen.*25. 1.
aliam quoq; duxit vxorem nomine Cetu- *Gen.* 20.2.
ram, quæ peperit ei plures filios. Et de Sara, post promissionem factam illi in senectute eius, legimus quòd ità placuit Abimelech Regi Cetaræ, vt tolleret eam. Vide quomodò crescit vita? & certè redditio iucunditatis vitæ non paruum augmentum est. *Vita* enim *carnium, est sanitas cordis.* *Prou.*14.
Et: *Iucunditas cordis, hæc est vita hominis;* 30.
& thesaurus sine defectione sanctitatis: & *Eccl.* 30.
exultatio viri est longaeuitas. Vide augmen- 32.
tum duplex, in consolatione animi, & in diuturnitate vitæ, vt iucunda & longa sit vita. Si quid ergò pateris in Dei seruitute; audi Sapientem: *Crede Deo, & recuperabit* *Eccl.*2. 6.
te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Et rursus: *Nè festines in tempore obductionis*: id est vindictæ, quando videlicet in tribulationis perpessione quasi de te Deus vlciscitur. Nè festines, vt mox eripi velis, vide longã expectationem Abraham vsq; ad centum annos, & vsquequò desiissent Saræ fieri muliebria, ità vt ipsa diceret; *Postquam consenui, & Dominus meus vetu-* *Gen.*18.12
lus est, voluptati operam dabo? Vsq; in tempus; dixit Sapiens. Quod tempus? tempus

beneplaciti Dei: nouit ipse tempora, qui
Eccles. 3. 2. est Rex sæculorum. Quandò est tempus nascendi, & tempus moriendi. Quandò est tempus occidendi, & tempus sanandi. Quandò est tempus flendi, & tempus ridendi. Non iuit Iesus in Bethaniam, quandò miserunt ad eum sorores dicentes: *Ecce quẽ amas infirmatur.* Expectauit tempus, & veniens, *inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.* Festinabant sorores dicentes: *Domine si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus.* Celeriorem desiderauerãt eius aduentum; sed gloria Dei
Isa. 28. 16. postulabat, vt iam fæteret. Qui ergò crediderit non festinet, vt non confundatur.
Psal 1. 8. Sic enim non confundetur ab expectatio-
1. Pet 2 6. ne sua. Nàm legit Petrus *Qui crediderit in eum, non confundetur.*

12. Ea igitur, quæ docet Sapiens, præstemus ad patientiam comparandam. *Deprime* (inquit) *cor tuum: & sustine.* Humiliemus animas nostras, vt velimus, quę Deus
Eccl 2. 2. vult, non quæ concupiscentia. Expectantes Dominũ quandò veniat. Sustinet Deus sui osores, blasphemos, contemptores, breui (inquam) suarum legum transgressores, patienter agens, & nolens aliquem pe-
1 Pet. 3. 9. rire, & propterea dans spatiũ pœnitentiæ:
Gen. 32. 25. Hæ sunt sustentationes Dei. Nùm igitur maior Deo Iacob? nunquid suprà Deum prævalebis, vt mox vindictã exigas persecutorum tuorum? Sorores nõ fuerunt Domino importunæ, tantùm dicũt: *Ecce, quẽ*
Gen. 38. 27. *amas, infirmatur*: quamuis putent Christi absentiam mortis fuisse causam. Sic & tu deprime cor tuum: & sustine. Zara, qui manum præmiserat, vt prius extiturus de vtero matris suæ, eam retrahere compulsus fuit, vt qui Christi pater fuerat futurus, primus exiret. Qui Christi sunt, expectãt tempus nascendi, & veniendi in Ecclesiam primitiuorum, quæ est in cœlis, tempus excutiendi iugum fabricantium supra dorsum eus.

SECVNDA PARS.

13. AD pleniorem intelligentiam eorum, quę dicta sunt, specialis nobis facienda, sicut promisimus, consideratio est circa bonum illud, quod hoc mysterio intenditur, & quod Christus iturus in Bethaniã, Lazarum excitaturus à mortuis, inprimis spectabat. Quod quidem est gloria Dei. *Infirmitas* (inquit) *hæc non est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.* Vbi primùm habemus, quòd eadẽ sit gloria Dei & Christi. *Pro gloria Dei* (inquit) *vt glorificetur Filius Dei* Hoc verò inde est, primò, quia vnus est Deus Pater & Filius. Ergo gloria, quę exhibetur Christo, Deo exhibetur, quia Filius Dei Deus est, & gloria illa, gloria Dei est. Quoniam verò Deus Filius, homo factus est, qui hominem eum tantùm, aut creaturam arbitrati sunt, non sicut Deum glorificauerũt, creaturam putantes magis, quàm Creatorem. Ipse ergò Pater testimonium illi reddidit, vt sibi æqualis crederetur, & eadem gloria, quæ sibi & Filio tribueretur. Propter hoc bis de cœlo vox super Filiũ facta est à Patre: *Hic est Filius meus, dilectus.* Et Matt. 3. 17.
dedit illi virtutẽ multam facere, & omnia & 17. 5.
omnia opera sua Filius dicit esse Patris opera. Vndè aiebat: *Si non facio opera Patris* Ioh. 10. 37.
mei, nolite credere mihi. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite; vt cognoscatis, & credatis; quia Pater in me est, & ego in Patre. Item: *Multa bona opera* Ioh. 10. 32.
ostendi vobis ex Patre meo. Rursus, quandò persequebantur eum Iudæi, quia Patrẽ suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo dixit eis: *Amen, amen dico vobis: Non* Ioh. 5. 19.
potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & Filius similiter. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei; quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera; vt vos miremini. Si enim Pater suscitat mortuos, & viuificat; sic & Filius quos vult, viuificat. Neq; enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Patet ergò eadem esse opera Patris & Filij Opera verò sic sunt ad gloriam operantis, vt ipsa quoque dicantur gloria eius Vndè Psalm: *Cœli enarrant gloriam* Psal. 18. 1.
Dei. & opera manuum eius, annuntiat firmamentũ. Sicut quod dixerat prius cœli,

postea

Gen. 1. 8. posteà dixit firmamentum: nam vocauit Deus firmamentum cælum. Ita quòd prius dixit gloriam; secundo loco dicit opera.

Psal. 110. 3. Vnde & alibi *Confessio & magnificentia o-*
Ioan. 5. 23. *pus eius.* Vltima illa verba Domini: *Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum:* aliam rationem innuunt, quare in gloria Dei Filius honoratur. Nam in humanis, vbi idem non est opus patris & filii, alterius honor in alte-
Eccl. 46. 15 rum resultat: sicut enim Gloria patris est
Eccl 3. 13. filius sapiens; ita gloria hominis est ex honore patris sui. Et ratio est, magna inter patrem & filium coniunctio qua filius aliquid patris est, & filius est ad imaginem patris. Nunc autem in diuinis eò etiam magis eadem est gloria vtriusque; *quia Pater misit Filium.* Missus autem si honoretur, ad gloriam est mittentis, qui dignũ missum misit, per quem glorioſa operatur. Et tunc magis adhuc, quandò missus, quòd est honoris & gloriæ, totum in
Ioan 5. 16. mittentem refert, sicut audiuimus: *Non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.* Ideò & alibi:
Ioan. 8. 49. *Honorifico Patrem meum.* Et rursus: *Cla-*
Ioan. 17. 1. *rifica Filium tuum, vt Filius clarificet te* Etenim in eo, quod clarificatus est Filius in magnificentia operum eius, indè clarificatus est Pater, qui talem habet & misit Filium. Quapropter legimus, quòd suscitato adolescente filio viduæ, turbæ magni-
Luc. 7. 16. ficabant Deum dicentes: *Quia. Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.*

14 Hinc documentum, quòd nostrum est, honorare Deum: id quod præstamus, quandò glorioſa dicta sunt de nobis in ve-
Mat. 5. 16. ritate. *Luceat* (iubet Dominus) *lux vestra coràm hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in*
1. Pet. 2. 12. *cælis est.* Sic & Petrus: *Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam; vt ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum* Propter hoc conqueritur Domi-
Malac. 1. 6 nus per Malachiam Prophetam dicens: *Filius honorat patrem, & seruus Dominum suum: Si ergo Pater Ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus Ego sum, vbi est timor mem?* Et vt probet, quòd non illum honorent, conuertitur ad sacerdotes, qui in sacrificiis suis inhonorabant illum. *Ad vos, ô Sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum, panem pollutum.* Quibus idcircò minatur dicens. *Et nunc* Malac. 2. 1.
ad vos mandatum hoc, ô Sacerdotes si nolueritis audire: & si nolueritis ponere super cor, vt detis gloriam nomini meo; ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem, & 8.
maledicam benedictionibus vestris. Et infra: *Vos autem scandalizastis plurimos in lege. Propter ho- & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis.* Quinimò vult quòd vnusquisq; honoret proximum, habito respectu ad Deum, qui Pater est omnium. *Nunquid non pater vnus omnium* 10.
nostrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quarè ergò despicit vnusquisq; nostrum fratrem suum? Vbi etiam apparet, quòd qui honorat fratrem, honorat Deũ, qui creauit illum, & propterea Pater est omnium: Et qui despicit fratrem, Deum despicit: & sicut Deum operibus exaltamus, siue blasphemamus; sic proximus benefactis honoratur, malefactis inhonoratur. Rectè itaque iubet Paulus: *Charitatem* Rom. 12. 10
fraternitatis inuicem diligentes: Honore inuicem præuenientes.

Secundò habemus, quòd in omnibus 15
suis creaturis Deus honoratur, sed in homine in primis, quem creauit ad imaginem & similitudinem suam. Et quamuis in impiis quoque glorificetur, ostendens potissimum in illis puniendis maiestatem potentiæ suæ, vt fecit in Pharaone, & in Exod. 14.
seruis eius; præcipuè tamen gloriã suam, 4. & 17.
per amicos suos & in amicis suis, singulariter manifestat. Ideò enim Apostolos vo- Mat. 5. 14.
cabat lucem mundi, & fideles, luminaria, in quibus splendor gloriæ suæ, & imago bonitatis suæ maximè lucet & apparet. In his quippe, cum sint viri voluntatis suæ; quia beneplacitum est Domino super ti- Ps. 146. 10.
mentes eum, & in eis, qui sperant super misericordiam eius; fiducialiter agens, sic glorificatur, vt permittat eos tentari, vt demùm erepti à tentatione per opem Dei, ostendant in se diuinam virtutem, prædicantes magnalia Dei. Propterea monet in

Pſal 49.14 Pſalmo : *Immola Deo ſacrificium laudis & redde Altiſſimo vota tua. Inuoca me in die tribulationis; eruam te, & honorificabis me.*
Quin & Nabuchodonoſor propter ſuperbiam ſuam humiliatus, tandem reſtitutus ad priſtinam gloriam, cognita Dei virtute, ipſum glorificat, narrans magnitudinem potentiæ ſuæ, qua ſecum operatus eſt, ac
Dan. 4. 34. demum concludens : *Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo, & magnifico, & glorifico Regem cœli : quia omnia opera eius vera & viæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.* Propterea ergò permiſit Lazarum infirmari, & mori, vt illum reſuſcitans glorificaretur, & cognoſceretur verus Filius Dei.

16 Quòd ſi hoc in vno homine, quantò magis in vniuerſo Orbe? Tot annis permi-
Eph 2. 12. ſit Gentes ſequi vias ſuas, quæ erant ſine
Eph. 4 18. Deo in hoc mundo, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ erat in illis. At vbi venit plenitudo tēporis, venit Deſideratus cunctis gentibus, vt lumen ad reuelationem Gentiū, quo irradiati Reges viderunt, ſurrexerunt Principes, & adorauerunt Dominum Deum Iſraël, quaſi qui deprecati
Pſal. 66. 1. ſint *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis; illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri, vt cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare*
4. *tuum.* Et tandem impletum ſit. *Confitean-*
7. *tur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes; Lætentur, & exultent Gentes, quo-*
Hebr. 6 7 *niam terra dedit fructum ſuum* Terra (inquam) illa, quæ ſæpè venientem ſuper ſe bibens imbrem & proferens ſpinas ac tribulos, reproba erat & maledicta; cuius cōſummatio in combuſtionem, tandem accepit benedictionem à Deo, & tandiu expectatum dedit fructum ſuum, vt efficax
Pſal. 99. 1 eſſet vox illa : *Iubilate Deo omnis terra, ſer-*
Pſal. 65. 1. *uite Domino in lætitia, Pſalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.*

17 Quid tu igitur impatiens murmuras
Pſal. 26. 14 contra Deum, quòd pauper ſis & mendi-
2. Pet. 2. 9. cus, quòd infirmus, quòd in neceſſitatibus? *Expecta Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum. Nouit Dominus pios de tentatione eripere.* Quod ſi impius ſis, tollatur impius, vt non videat gloriam Dei, pro qua infirmitas eſt permiſſa, & immiſſa mors.
Quid commeruiſti, vt tibi Saluator adeſ- Pſal. 118.
ſet? longè à peccatoribus ſalus. *Diligebat Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum.* Et tamen *vt audiuit, quia Lazarus infirmabatur, tunc manſit in eodem loco duobus diebus.* At non auertit faciē ſuā in finem. Venit & reſuſcitauit. Stude ergò & tu, vt ſis amicus Dei, & non derelinqueris in finem, eò quod amicus eius ſis. Et ſi amicus fueris, præſtolaberis aduentum eius. Si amicus fueris, lætaberis, & ſatiaberis cum
apparuerit gloria eius. Apparet autem illa, Tob. 3. 21.
quandò poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt lacrymationem & fletum exul-
tationem infundit. Hoc enim pro certo 21.
habet omnis, qui colit te Deus, quod vita eius ſi in probatione fuerit, coronabitur; ſi autem in tribulatione fuerit, liberabitur; & ſi in correptione fuerit, ad miſericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus noſtris Num Chriſtus ficte lacrymatus eſt? Verè doluit ſuper Lazarum; & potuit tamen facere, vt non moreretur, ſed gloriam Dei ſpectabat; vt & nos diſcamus gloriam Dei præponere commodis noſtris: & eò amplius, quò maior
inde nobis ſurgit vtilitas. Sic enim & Na- Dan. 4. 33.
buchodonoſor confeſſus eſt. In Regno meo reſtitutus ſum; & magnificentia amplior
addita eſt mihi; Et de Iob ſcriptum eſt: Iob 42. 12.
Dominus benedixit nouiſſimis Iob, magis
quàm principio eius. Addit enim Dominus 10.
omnia quæcunque fuerant Iob duplicia.

Nunc videndum, quomodò infirmitas 18
illa fuit ad gloriam Dei Vbi putandum nō eſt quod infirmitas ipſa per ſe, Deum glorificet, ſed occaſio eſt, qua vtitur Deus ad
declarandam potentiam ſuam; qua mor- 1. Reg. 2. 6.
tificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit; & eò magis hoc verum eſt, quòd neque ab infirmitate reſtituit languentem in ſanitatem, ſed ab illa in mortem labi permiſit, vt educeret eum de ſepulchro rediuiuum.

Quoniam verò per hanc mortem, & per 19
vitam ſubſecutam, in vno Lazaro mors illa oſtenſa eſt & vita, de quibus dictum eſt. *Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet : & omnis, qui viuit, & credit in me,*

non

non morietur; duæ nobis proponuntur mortes duæ itidem vitæ; in corpore videlicet, vt in Lazaro, & in animo, vt in Orbe toto, qui in primo homine declinauit à vita in mortem; vt iam non sit homo in animam viuentem, sed in corpore mortis, & subdito peccatis. Vtramq; mortem sustulit Saluator, qui est resurrectio & vita; vtramque mortuis contulit, qui est vita, & ex vtraque glorificatus est Filius Dei. De prima iam & morte & vita, euidens est, quomodò clarificatus est Iesus; sic enim verè se Filium Dei esse declarauit; etiam inimici quoque eius conuicti sunt, vt non præterea possent eius miracula suggillare, & dicere conati sint: *Hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.* Ioan. 11. 47

10 At quonam modo generalis hominum mors, fuerit ad gloriam Dei ob restitutam vitam, Paulus innuit, dicens de Christo: *Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est supra omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.* Philip. 2. 8. Ecce gloria Dei, in qua est Filius ob extremam illam humiliationem suam vsq; ad mortem crucis, per quam omnes in Christo viuificantur. Si tamen diligenter attendamus, non vnam radicẽ habet tanta gloria Christi. Est quidem glorificatus, quia se humiliauit; vt ait Apostolus. Verum & tantæ suæ humiliationis gloriosus fructus mirũ in modum illum glorificauit. Magna est gloria Dei, quòd populum suum eduxit in manu forti, & brachio extento. Cur sapiens vocat Patres, viros gloriosos, nisi propter eximia opera quæ fecerunt? Vndè & subdens. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo: illorum virtutes in Deum refert; pro quibus multam gloriam fecisse Deum insinuat. At quod opus huic operi, quo mortuis omnibus data est vita, vel à longè potest conferri? Ergò ipsum opus per se gloriosum, operanti magnam affert gloriam. Honor enim sic debetur virtuti, vt ab ea vllo pacto non possit separari. Ac propterea oratio illa Domini Iesu, qua dicebat: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis; vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam* Gloriam hanc potissimum postulabat, quæ virtutem comitatur: & per consequens ipsum opus virtutis, quæ illi coniuncta est, humiliter petebat. Onus (inquit) mihi imposuisti humanæ salutis. Misisti enim me, vt mundum saluum faciam. Et hæc est potestas omnis carnis, quam dedisti mihi: & hoc pacto dedisti mihi omnia in manus. Non n. mihi hunc honorem assumpsi, vt mundi essem Saluator, sicut nec Pontifex. Sed tu me misisti. Nunc iam tandem aggressurus sum opus quod dedisti mihi, vt faciam. Ego verò nõ possum à me facere quidquam, sed tu in me manens facis opera; ex quibus glorificor. Non ergò glorifico ego me ipsum. Quia à me ipso facio nihil, alioqui gloria mea nihil est. Tu ergò Pater clarifica Filium, in illo faciens opus, quod illi præcepisti, nempè vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Optima huius rei figura apparet in Lazari suscitatione. Certum est, teste ipsa Veritate, quod sicut Pater resuscitat mortuos, & viuificat, ità & Filius quos vult viuificat. Neque enim Pater sine Filio viuificat quemquam. Et tamen Filius suscitaturus Lazarum, rogauit Patrem. Audis enim Filium: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat dixi, vt credat, quia tu me misisti* Rogauit ergò, & voluit sciri, quod rogasset. Quid rogauit? Vt sua virtute adesset suscitanti, vt opus faceret ipse Pater in Filio. Hoc verò opere glorificatus est Filius. *Vt glorificetur* (inquit) *Filius per eam* Qui ergo facit opus istud, hic glorificat Filium. Ecce quomodo Pater honorificat Filium, illi videlicet assistens sua virtute in operibus gloriosis. Et eo potissimum, quo mundo dedit vitam æternã. Hoc autem præstitit Deus per mortem Filii sui. Ea enim est charitas Patris, de qua scribit Apostolus: *Commendat charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccato-* Ecclesiast. 44. 1. 2. Ioan. 17. 1. Ioan. 14. 10 Ioan. 8. 28. 54. Ioan. 5. 21. Rom. 5. 6.

peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Ergò quòd Christus mortuus sit,
Ephes.2.5. charitas est Dei Patris; qui cum mortui essemus in peccatis nostris, viuificauit nos in Christo. Hæc autem summa est gloria Christi, vt quos vult viuificet, vt omne quod dedit ei Pater; det eis vitam æternam, quod faciens glorificatus est Filius Dei Ergò ista est gloria, quam petit, di-
Ioan. 17.1. cens: *Pater venit hora, clarifica Filium tuum.* Ergò gloria Christi est, quòd patiatur, quòd ligetur, quòd flagelletur, quòd illudatur, quòd crucifigatur. Quid
Isai 11.10 putas, prædixit Isaias? *Et erit sepulchrum eius gl rioſum.* Completa mors declaratur in monumento, quia mortuus est, & sepultus. Sepulchrum itaq; glorioſum, quia complementum est glorioſiſſimi operis, quo Christus moriendo de morte trium-
2.Tim 1.10 phauit. Sic enim destruxit mortem, illuminauit autem vitam.

21 Duabus igitur rationibus glorificatus est Iesus, vt author vitæ, dans videlicet vitam mundo. Altera quidem in opere virtutis, quod excellentiſſimè perfecit, vt in illius fine veraciter posset dicere. *Consum-*
Ioan.19.30 *matum est* Ad quem finem respiciens, aie-
Ioan 17 4 bat ad Patrem: *Opus consummaui, quod de-*
Ecc 23. 38 *disti mihi vt faciam* Si enim nobis quoq;
Eph.5.2. gloria magna est sequi Dominum, quanta est gloria Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis? Qui quasi gloriabundus summa cum humilitate iactat obediẽtiam suam, dicens: *Erigit manè manè erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrũ.*
Isai. 50 4. Aurium erectio ad audiendũ, notat promptam obedientiam. Manè verò notat quod initium quoque vitæ, quasi vnius diei in obedientia inchoatum est. Phrasis verborum: *Erigit manè, manè erigit mihi aurem*: gloriationem indicat, qua lætus amplificat obedientiam suam, sed totum tamen Patri tribuit, dicens, non à seipso erectam aurem, sed à Patre. Vndè subdit: *Do-*
5. *minus Deus aperuit mihi aurem: Ego autem non contradico: retrorsum non abii* In eo, quod non contradicit, neque recedit, habes obedientiam suam. In eo, quod Patri erectionem, & apertionem auris tribuit, habes humilitatem. Altera autem ratione glorificatus est, quia resurrexit à mortuis, ascendit ad cęlos, sedet ad dexteram Dei Patris, quod demùm est spiritus datus, quia Iesus est glorificatus: qui spiritus glorificauit Iesum, vt prædixerat Dominus discipulis: *Ille me clarificabit.* Ille *Ioan.16.*
enim testimonium perhibuit, quòd Iesus est Filius Dei, Princeps Regum terræ, iudex à Deo constitutus viuorum & mortuorum, cuius Regni non erit finis, qui pro ouibus suis animam suam posuit, & *Ioan.10.17*
cognoscit eas, & dat eis vitam æternam, & *Act. 3.15*
non peribunt in æternum, quia non rapiet eas quisquam de manu eius. Sic vtroque modo Deus Pater glorificauit Filium suũ Iesum.

Gloriam quidem præcedit humilitas. 22
Verùm & ipsa in se humilitas glorioſa res *Eccl.3.20*
est. Alioqui quomodò Deum glorificaret si in se esset contemptibilis? Et tamen scriptum est. Magna potentia Dei solius, *Eccl.3.*
& ab humilibus honoratur Qui ergò Deũ honorat honorabilis est. Vndè insensati sunt, qui humilium vitam æstimant sine honore. Attende ergò quòd non sine cau- *Sap.5.4*
sa Sapiens de vestimentis sacris agens, gloriam coniungit cum virtute. *Et gloria ho-* *Eccl.45.8*
noris (inquit) *& opus virtutis* Sic vocat coronam auream, & laminam, in qua scriptum erat nomen Dei, quam summus Pontifex ferebat in fronte. Vbi enim Deum proponimus ante conspectum nostrum, incedentes in omnibus mandatis eius sine querela, quia hoc est opus virtutis, est & gloria honoris.

Nos igitur, vt in omnibus honorifice- 23
tur Dominus Iesus, attendamus, quam *Exhortatio*
vilis factus sit, & respiciamus humilitatem eius, in qua illi magna fecit Omnipotens. Memores quod admirans Propheta *Isai. 63.1*
gloriam eius, quærit. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis sua.* Audit respondentem. *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* Quam salutem se operatum ostendit in passione, vbi sanguis peccatorum aspersus est super vestimenta sua. Tunc enim locutus est iustitiam,

quia

quia facto virtutem operum suorum annuntiauit populo suo; implens omnem iustitiam, & perficiens opus Dei, in omnibus
Isai. 53. 11. obediens. Tunc propugnauit ad saluandũ, quia ipse iustus iustificauit multos, vni-
Ioan. 1. 14. uersos videlicet doctos à Deo. Ita formosum vidit, quia iustum vidit plenum gratiæ & veritatis, repletum fructu iustitiæ. Fortem vidit, quia vicit fortem, fortior ipse, & eripiens nos de potestate tenebrarum. Sic & alius Propheta: *Speciosus forma præ filiis hominum: Accingere gladio tuo super femur tuum, Potentissime.* Tunc autem formosus, quandò fortis; & tunc fortis, quandò formosus: quia specie & pulchritudine sua intendit, prosperè processit, & regnauit. Vides ergò in bello victorem, in opere glorioſum, in sanguine saluantem, in cruce turpissimè eleuatum & honoratum, quia propter iustitiam suam deduxit eum mirabiliter dextera sua. Mirabiliter (inquam) quia mirabile est, vt gloriam non tam præcedat humilitas, quam associet, imò quod habeat, eiusque ipsius splendoribus rutilet, vt concupiscat Rex altissimus decorem suum: respicit enim humilitatem ancillæ suæ. Audis admiran-
Psal. 44. 3. tem? *Quis sicut Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra?*
Isai. 66. 2. *Ad quem respiciam* (ait ipse) *nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?* O humilitatem. Matthæ dedit verba Dominus Iesus. At quando *Maria cecidit ad pedes eius, & vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes*, non verbis respondit sed factis: tum *infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit. Vbi posuistis eum?* ô mirabilem humilitatis virtutem!

24 Hanc vt imitemur, eamin passione Domini contemplemur, non vt rem humilem, sed sublimem, excelsam, glorioſam. Vides humilem Iesum lauantem pedes discipulorum. Sed audi Euangelistam. Sci-
Ioan. 13. 1. ens, quia omnia dedit ei Pater in manus, &
5. quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: surgit a cœna, & ponit vestimenta sua, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum. Hæc quidem cogitauit, ne putares insciũ aut oblitum dignitatis suæ, sic se humi liasse. Sed munus sibi à Deo iniunctum attendens, vt illud exequeretur, lauit pedes humilium. At munus illud excelsum erat. Quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiuit, & ad Deum vadit. Ergò opus illud eximium est. Vide humilem Ie- *Mat.* 26. 39
sum procidentem in faciem suam, in hor- *Mar.* 14. 35
to orantem, vt transiret ab eo hora Passionis. At quanta gloria, vincere resistentem carnem? propriæ voluntati renuntiare? totum se diuinæ tradere voluntati? Audi gloriantem Deum. *Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.* Magna est gloria Domini, habere seruum, qui in omnibus pareat, & dicat semper: *Non mea voluntas, sed tua fiat:* Nam vir obediens loquetur victoriam. Vide humilem Iesum stantem in concilio Iudæorum, tanquam mutum non aperientem os suum, & non habentem in ore suo redargutionem, contra inanes argutias sibi insidiantium. At tandem tunc meminit gloriæ suæ: *Videbitis filium hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cœli.* Mea hæc humilitas non auferta me dignitatem meam, imò sibi valde cohærent, apparebit enim signum filii hominis, & videbit me omnis oculus, etiam in eo, quod pupugerunt me. Vide humilem Iesum accusatum, calumniatum, blasphematum. At in tot iniuriis, conuitiis, increpationibus, & iniquis imputationibus sic splendet innocentia sua, vt vndique audiatur: *Peccauit tradens sanguinem iustum. Nihil tibi & iusto illi. Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Verè hic homo iustus erat.* Et tamen portauit iniquitatem omnium nostrum, dicens intrà semetipsum: *Dominus Deus auxiliator meus, & ideò non sum confusus. Ego enim in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans non infirmabor.* Vide humilem Iesum traditum voluntati inimicorum suorum, ductum vt crucifigeretur, atque in ligno pendentem, atq; ita inglorium inter filios hominum. Sed quid ait? *Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde: & sic obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas. Super ipsum contine-*
Mat. 26. 39
Mar. 14. 35
Isai. 49. 3.
Luc 22. 42
Pro 21. 28.
Matt. 26. 59.
Marc. 14. 55.
Luc. 22. 68
Ioan. 18. 19
Mat. 24. 30
Mat. 24. 4. 19. 24.
Luc. 23. 47
Isai 53. 11.
Isai. 50. 7.
Psal. 25. 1.
Isai. 52. 13.

bunt Reges os suum. Intelliget (inquam) non ignarus gloriæ crucis. Eodem verbo, & quod apparebat exterius, pronuntiauit, & quod latebat interius. *Et ego* (inquit) *si*
Ioan. 12. 32 *exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.* Exaltatus quidem, quia eleuatus in cruce, sed nihilominus exaltans, quia maledictionē in benedictionē conuertit.
Deut. 21. 25. *Maledictus* (decernebat Lex) *omnis, qui pendet in ligno.* Sed ideò factus est ipse pro
Gal. 3 13. nobis maledictus, vt in gentibus benedictio Abraha fieret in Christo Iesu. Quid nunc Cruce gloriosius, qua benedictio omnis perficitur? Quandò verò hanc gloriam adepta est Crux, nisi quandò Iesus Dominus noster in Cruce pependit? & lex
Deut. 21. 25. in eum inuecta est dicens: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno?* Si sua hac maledictione tantam illi contulit benedictionem & gloriam, quantam in parte videmus & credimus: Ergò mors illa turpissima adeò gloriosa fuit, vt non satis potuerit Aaron & eius successores, sacris suis vestibus gloriā illam præfigurare. Sacrificio quidem & oblatione singulari, obumbrabat clarum atq; illustrissimum Crucis sacrificium, cuius, vt aliquatenus gloriam per vmbram delinearet, stola gloriæ indutus est, iisque ornamentis, quæ dici possent desideria oculorum ornata. Et verum sit, quod illis
Eccl. 45. ait Sapiens: *Sic pulchra ante ipsum non fue-*
14. *runt talia, vsq; ad originem. Non est indutus*
15. *illis alienigena aliquis.* O decorem! O gloriam! O pulchritudinem mortis illius turpissimæ: non quæ posteà subsecuta sit duntaxat, sed quæ tunc verè extabat, & splen-
Leuit. 16. 17. debat antè oculos Domini! Non videbat illam oculus insipientium, quia nullus in templo stare poterat, quandò Pontifex Sanctuarium introibat. Patens erat gloria hæc in oculis Domini. Vndè & ipse Iesus
Isai. 49 9. iam dixerat in Propheta: *Glorificatus sum in oculis Domini.*

25 Quid igitur timemus sequi Dominum tollentes Crucem nostram? Quid erubescimus, quasi de re turpi, & cōtemptui habita? Audiamus Principem Apostolorum:
1. Pet. 4 14. *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super nos requiescit. Nemo vestrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, &c. Si autem vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto homine.* Talis est crux, vt qui eam hilariter fert, Deum glorificet. Haud secus ergò, quod est honoris & gloriæ, requiescet super illum. Ergò, *qui abiicit disciplinam, despicit animā suam.* Pro. 15. Heus tu, qui gloriaris in malitia, qui exaltas stultitiam tuam, qui in magnis ambulas & in mirabilibus, secundum existimationem tuam; intellige quod dixit Sapiens: *Qui abiicit disciplinam, despicit animam suam,* se ipsum contemnit, deprimit, confundit, gloriam prorsus abiicit, & in extremam se deiicit vilitatem, etiam cum gloriam se tenere arbitratur. Verum enim est prouerbium hoc: *Gloriam sapientes possidebunt,* Prou. 3. *exaltatio stultorum, ignominia.*

Igitur ad Crucem conuertamur, dicentes cum Apostolo: *Mihi absit gloriari, nisi* Gal. 6. 14. *in cruce Domini nostri Iesu Christi,* vt nunc gloriosi in humilitate, & virtute, plenam gloriam in cœlesti mercede tandem possideamus, vbi gloriemur in laude Dei, cui sit semper gloria. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

In morte Lazari figuratur mors spiritualis totius generis humani. Quàm difficile hanc mortis sententiam reuocare, rigore seruato diuinæ Iustitiæ. Causas edisserit & doctè. Cum Christo mori tenemur, & huius rei firmæ afferuntur rationes. In Morali, contra eos qui stercora, loco Christi amplexantur.

VERBA illa, quæ ad condiscipulos suos tū dixit sanctus Thomas Apostolus, cum voluit Dominus ire in Iudæā ad Lazarum resuscitandū, nempè: 1
Eamus & nos, & moriamur cum eo: eorum excitant mentes, qui verè discipuli sunt Christi, ad comitandum ipsum Dominum euntem

euntem ad mortem, vt det omnibus vitam. Si enim discipuli sumus, discere illa maximè debemus, quorum factus est magister noster Et ea sunt, de quibus dicebat
Mat 11 29 aliquandò: *Discite à me, quia mitis sum, &*
Mat.10.24 *humilis corde Non est discipulus super ma-*
Ioan 15.20 *gistrum. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quantò magis domesticos eius? Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Nimirum voluit, in Cruce portanda potissimum nos illum sequi atq; imitari: in quo stat perfectio magisterij eius, & nostri discipulatus. Hæc enim doctrina noua est, quam nobis attulit de cœlo, quia iterum reditur ad cœlum. Hanc igitur vt discamus, diligenter consideremus.

2 Vt cum eo moriamur, mors necesse est interueniat, & ipsius & nostra. Cum autem dicitur: *Moriamur cum eo.* Videtur maximè mors eius, causa esse mortis nostræ. Ideò enim morimur non absolutè, vt moriamur, sed vt *moriamur cum eo.* Meritò itaque, & cur ipse mortuus sit, quærendum nobis est. Apparet autem causa hæc manifestè, dum se in Iudæam fatetur proficisci, vt mortuum Lazarũ reuocet ad vitã. Nam verè ista surrectio contra illum mouet Iudæos, qui ideò cogitauerunt interficere illum. Vt igitur mortui resurgant, viuus ipse morti se tradit; & nos ob id morimur, vt illum imitemur, quod si fecerimus, cum mors eius sit vitã nostra, si mortui fuerimus, credimus, quod cũ illo pariter viuemus. Causa mortis igitur Christi, est vita nostra, nostræ etiã imitatio eius, quia vitã
Diuiſio. ipsam consequimur. Vtramq; igitur hanc causam attẽdamus. Et primum illam, pro-
Ioã.10.30. pter quam mortuus est Christus. Hæc vt appareret, quærentibus Iudæis illum lapidare, recessit ipse de Iudæa, vt dum reuerteretur, finis illius atq; intentio omnibus patens esset, quod huius reuersionis causa mors esset Lazari, vt illum viuificaret. Magnum certè opus istud, quod discipuli parum putantes, dicunt: *Si dormit, saluus erit;* Martha verò difficile, dicens: *Domine iam fœtet. quatriduanus est enim*

3 Et quoniam verè magnum est, nos illius difficultatem consideremus. Opus quippe arduum nimis est & maximum, mortis amouere sententiam, qua totus orbis morti erat addictus ex inobedientia: Quæ sententia iã erat mandata executioni, atq; ita ratificata: & maximè, quod istius sententiæ irritatio, ex iustitia erat perficienda, vt homo dãnatus ad mortem, ad vitã ex iustitia reuocaretur. Pondera tanti operis arduitatẽ: Tot homines mortui, nempe vniuersi, ex diuina atque ideò iusta sententia, damnati ad mortem; Sub illa iam damnationis sentẽtia existentes, à morte illa, seruato rigore iustitiæ, reuocari; heu quam ardua sunt hęc? Magna sententia atque se-
Nu 14.23. & 26.65. uera, quod omnes numerati de populo, vi-
Nu.20.12. delicet sexcenta millia, morerentur in de-
2.Re.12.16 serto; quæ reuocata nõ fuit. Sic Moyses ex
1.Cor.15. Dei decreto prohibitus, nè in terram ingrederetur, nõ potuit precibus irritum illud facere. Sic Dauid filium ex adulterio, lacrymis in vita retinere non valuit. At sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabũtur. At homines imperiti hanc tantã non pendunt difficultatem, nescientes quam graue malum sit peccatum, molesta & pernicioſa mors. Sed stulti, ac imprudentes habent pro nihilo:
Pro.10.23. *quasi per risum stultus operatur scelus.* Tot circunstantias Christus in Lazaro resuscitando adhibuit, vt intelligeremus rei arduitatẽ. Si sciuissent ciues Sodomorũ, quã
Gen.19.5. magnum illis immineret malum, non irrisissent Loth. Horrendũ nonne visum est
Gen.7.5. diluuium? & ridebant tamen tunc homines. O si viderent, quod nihil fuit diluuiũ ad tantam mortalium stragem, ad tanta mala huius vitæ, & ad vlterius sempiterna damnatorum, ô quã expauescerent! Martha de Lazaro dicebat: *Iam fatet.* O fœtorem nimium ex carne corrupta, imò ex cadaueribus infinitis. Et quis de tãtis malis eripiet? De homicida dicit Salomon, quòd si voluerit vindictam effugere, nemo adiuuabit. Hominem, qui calumnia-
Pro.28.17. tur animæ sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Calumniam facit sanguini, in quo est anima, qui iniustè illũ effundit. Hic si etiam vsque ad foueam fugerit, in qua lateat & protegatur, nemo tuebitur illum. *Omnes* enim, *qui acceperint*
Mat.26.52 *gladium, gladio peribunt*; dicit Dominus.

Ostenditur, illum ita mereri; & quod sæpè contingit. Heu quis tot homicidas saluabit, qui sibi ipsis necem intulerunt? Si omnes mortui sunt, si omnes se interemerunt, quis illos viuificabit? Nunquid, qui viuentes se morti tradiderunt, mortui seipsos ad vitam reuocabunt? Nunquid erat assumpta ex mortuis vita?

4 Solus, qui dat omnibus vitam & inspirationem, ipse perditam potest restaurare? ita quod sicut est vita, sit & resurrectio: *Ego sum* (inquit) *resurrectio & vita.* Qui mortis tulit sententiam, idem ipse potest
Rom.8.33. eandem reuocare. *Deus, qui iustificat, quis est qui condemnet?* Sed quòd gratiam impertiret, magnum non videbatur antè Omnipotentem, cuius est facies plena gratiarum. Quod id fiat per iustitiam, hoc opus, hic labor est.

5 Ista iustitia in tribus apparet. Primò, quia vnus, cuius vita & misericordia melior est super vitas omnium, pro omnibus mortuo est. Huius vita primũ iñocens est, vt morti ipsa per se obnoxia non sit. Secũdò sancta est, vt Deo sit accepta, & pretiosa in conspectu eius plusquam vniuersorum vitæ; imò illas indignatus sumit ab eis inuitis; istam sibi ex charitate oblatam miseratus acceptat. Tertiò: Diuina est, quoniã qui moritur, verè est Deus: qui vt mori posset, factus est homo: ac propterea ista plus valet, quam hominum omnium, etiamsi essent infiniti; quoniã infiniti valoris est. Quartò: Apposita est, quæ pro aliis offeratur: & hoc quia propter hoc maximè assumpta est, vt redimeret Israël ex omnibus iniquitatibus eius, totumq; mũdum viuificaret, eiusmodi illi collatæ sunt conditiones atq; dispositiones, quibus nil aptius inueniretur ad saluandos homines, eòsque de morte redimendos. Quarum præter ea, quę dicta sunt; hæ duæ sunt specialissimæ, charitas & obedientia: in homines charitas, in Deum obedientia. Cur non acceptaret Deus cõpensationem, nedum plenam, verùm & super effluentẽ pro his, qui mortui sunt in peccato suo? Quid postulas Domine Deus?

Pœnam sumere de tuis inimicis, qui te offenderunt? Dignum & iustum est: Pœna ista mors est omnium: mortem sume, quæ omnibus illis pretiosior est: quàm qui illa fruitur, voluntariè sacrificat tibi. Num huius charitatem fraudabis à desiderio suo, vt nõ impleat, quod exoptat? vt non quod valet, efficiat? An non erit gratũ tibi, & valdè gratum, vt inter opera tua hoc eximium reperiatur, quòd quis pro inimicis mortuus sit? quòd pro impiis exhibuerit Sanctus vitam suam in sanctitate & iustitia? Mitto hominũ salutem, ipsum in se opus charitatis considero; quod veluti vinculum perfectionis, tibi totam compaginat molem vniuersæ creaturæ; cuius summus apex est amoris actus iste, sublimissimum quid inter & super omnia opera manuũ tuarum. An fortè obstat huic acceptioni; quòd obedientia, quam fregit homo, restaurata non sit? Opus istud charitatis proculdubiò nõ æquialenter modo, sed eminenter defectum inobedientiæ supplet, implet, superimplet. Verùm si obedientiam quoque propriè exigis, & expresse exigitur, vt pro inobedięntia illa impendatur obedientia, quæ illam compenset inobedientiam; hoc quoque in manu tua Domine situm est, & congruentissimũ est, quòd fiat, vt vndequaque perfecta sint opera tua. Si legislator es, num legem condes, in qua summorum omnium præceptorum, non sit absoluta consummataque eminentia? Præcipe ergo, vt vnus moriatur homo pro populo: & eccè vir obediens, vsque ad mortem etiam Crucis; cuius tu aurẽ aperuisti, vt diceret: *Retrorsum nõ abij, non contradico: Illàmque aurem perfecisti, quam plasmauit dextera tua.* Itaque quod facere disposuit ex charitate nostra, id quoque ex obedientia tua compleuit. Ita ergò ratione iustitię de morte salui facti sumus omnes per mortem æquialentem, quin præponderantem omnium mortibus, quæ potuit pro aliis offerri; cum ex innocentia esset indebita: digna fuit acceptione, cum esset sancta: infiniti valoris fuit, eò quod Diuina esset. Et iure meritò pro illa fieri debuit compensatio, quandoquidem in illius oblatione, summa fulgeret charitas, summa vigeret obedientia. Heu quid te perdis homo, tanto redemptus pretio?

Secun-

7. Secundò patet iustitia in hoc opere, quoniam quod Deo subtractum fuerat, id totum illi plenè restituitur. Duo vero maximè illi fuerãt subtracta. Primum est gloria sua: Secundum electorum suorum determinata multitudo: in quibus ipsa Dei splenderet gloria. Ipsi Diuinæ gloriæ in eo detractũ est, quòd debita non est suæ Maiestati exhibita veritas, humilitas, charitas. Incredula fuit mulier Dei verbo, qui dixerat: *Morte moriemini*: Ex qua incredulitate cętera processerunt peccata etiam viri; qui tametsi nõ fuit seductus, vt dicenti: *nequaquã moriemini*: ipse non crederet, incredulè tamẽ obsequens vxori, quodãmodò induit & ipse incredulitatem, quam propterea sapiunt vniuersa peccata, quorũ illa fuit princeps scaturigo. Porrò fides in Adam à mentis se consideratione retraxit, vt dùm aurẽ vxoris præbet verbis, nõ eam intentam Diuino teneat eloquio. Quo facto factum est, vt actus fidei tunc nõ interesset; propter quam absentiã contrarium fidei, perpetratum est peccatũ. Ergò veritas de terra eiecta est. Proprium ipsius Adam peccatum, fuit irreuerentia, qui cũ cognouisset Deum, nõ sicut Deum glorificauit; præceptum noscens, illud vilificauit; & mulieri, quam deceptam cognouit, magis obsecutus est, quàm Deo, qui decipi nequaquam poterat. Vterq; autem Bonitati fuit ingratus, illiusq; eiusdẽ factus est indignus, bonum neq; iam acceptum attendens, neq; expectatum.

Gen. 2. 17. *1. Tim.* 2. 14. *Gen.* 3. 4.

8. Eccè quomodò totus Orbis terrarum, in patre suo atq; principio Adamo, Deum inhonorauit. Vndè factum est, quòd vbi ex Dei consilio, gloriâ Domini repleta est terra, Deo improperantium infinita multitudo dispersa est super omnẽ terram, & peruenit vsq; in fines Orbis vniuersi. Sed Isaias de Christo, vt testatur Ioannes, prædicens, dicit; *Vidi Dominum, sedentẽ super solium excelsum, & eleuatum: Et Seraphim clamabant alter ad alterum: SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS DEVS SABBAOTH; plena est omnis terra gloriâ eius.* Dominus sedens super solium, Christus est sedens ad dexterã Dei Patris in gloria eius, cuius obsequio, & exercitus angelorum laudant in cœlis, & animalia, id est Principes terræ dant gloriam ipsi Deo, dicentes & ipsi: *SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS, DEVS OMNIPOTENS, qui est, & qui erat, & qui venturus est.* Vbi certus ex Ioanne, quòd de Christo loquitur Propheta, vides Seraphim trisagio laudantes, vides nihilominus in Ioanne animalia dicentia: *SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DOMINVS DEVS OMNIPOTENS.* Cum autem per animalia intelligantur omnia Regna mundi, quid, illa semper Deum laudare æquè atq; Seraphim, aliud est, quam id impleri, q̃ post trisagium dicitur Angelorum: *Plena est omnis terra gloriâ eius?* Ergò per Christum, cœli & terra laudabant Deum. Et si per ipsum omnis terra repleta est gloriâ Domini, totum quod erat gloriæ Omnipotentis ablatum, plenè est restitutum, quin & abundanter.

Isa. 6. 3. *Ioh.* 12. 40. *Isa.* 6. 1. *Apoc.* 4. 8.

An non plus Filius Dei honorauit solus ipse Patrẽ suum, quàm inhonorauerit, omnis homo? Si magna potentia Dei solius, (vt ait Sapiens) ab humilibus honoratur, quantus honor illi exhibitus est ab eo, qui cum in forma Dei esset, formâ serui accipiens, humiliauit semetipsum vsq; ad inferiores partes terræ, factus nouissimus virorum, & minor in Regno cœlorũ: Si incredulitate, irreuerẽtia, ingratitudine hominũ obscurata est gloria Dei, cõsequens est, vt Filius Dei notitia, humilitate, charitate restauret domum Dei, quæ est locus gloriæ eius. *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrẽ, & animã meam pono pro ouibus meis.* Hoc addidit ad notitiã, vt intelligeres de notitia illum loqui, quæ est efficax, & operãs opus æquale cognitioni, de qua loquitur, vt oppositum compleat infidelitatis Euæ & inobedientiæ Adami. Alioqui cur Deus Pater Filium exaltauit, & dedit illi nomen, q̃ est super omne nomẽ, nisi quia Filius Patrem honorificauit. Stat. n. Dei aperta sententia: *Quicunq; glorificauerit me, glorificabo eum.* Igitur huic damno plenè satisfactũ est. Rectè itaq; infirmitas illa, fuit pro gloria Dei: rectè, qui vidit mortis occasum, vidit gloriam Dei.

Ecclꝛ. 3. 21. *Philip.* 2. 6. *Ioh.* 10. 15. *Philid.* 2. 9. *1. Reg.* 2. 30.

10. Perdiderat Deus homines, quos sibi creauerat, qui peccantes, facti fuerant filij perditionis, & serui principis huius mundi, positi sub potestate tenebrarum. Num
Mat.17.11. Elias restituet omnia, non autem Christus, qui portat omnia verbo virtutis suæ?
Heb. 2. 10 Audi scribentem Apostolum: *Decebat enim eum, propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.* Quid istum decebat per passionem consummare? filios nimirum, quos decreto iam suo atque præordinatione, in gloriam adduxerat, nempè electos: cum enim eorum saluator esset institutus, vt verè esset auctor salutis eorum, decuit illum, hanc eorum salutem perficere & consum̃are; quà, facti perfecti, iam re ipsa in gloriam adducerentur, quæ plena est consummatio. Et hoc decuit ipsum perficere per passionem. Vt enim ipsi salui essent, & in gloriam adducerentur, concidere saccum oportuit, expoliantes veterem hominem, & circum dari lætitia, nouum hominem induentes, vt ita fierent noua creatura.

11. At quommodò indumentum istud gloriæ induentur, nisi qui alio induti sunt, expolient se? Eccè iste, qui decorem indutus est & fortitudinem, propter quæ omnia ob decorem gloriæ, & per quem omnia ob virtutis fortitudinem, exinaniuit semetipsum, deponens vestimenta gloriæ suæ; adeò vt nudus in cruce, omnibus ostenderet confusionem nuditatis suæ. Neque solum vestimenta deposuit, sed semetipsum exinaniuit, formã aliam accipiens; vt non solum induamini arma lucis, & stolã candidam, sed induamini ipsum Dominum nostrum Iesum Christum. Hoc igitur Dominus Ie-
Matth.27. 35 & Psal 21. 19. sus excellentissimè vt præstaret, id voluit passione, in qua diuiserunt sibi vestimenta sua, & illum deuoraturi circundederunt eum, vt canes multi. Consummatus ergò per passionem, vt vnusquisque perfectus sit homo Dei, non vltrà diaboli; Filios Dei, qui erant dispersi, adduxit
Eph.4.8. & Psal.87 19 in gloriam, ascendens in altum, & captiuam duceus captiuitatem, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, vt præpararet nobis locum, quo parato iterum veniret, & acciperet nos ad seipsum, vt vbi est ipse, & nos simus, gloriam Dei speculantes. Restituit ergò Filius Patri omnes electos suos, & nemo ex eis periit: Nam filius perditionis, qui exiit a nobis, non erat ex nobis. Sic & cæteri omnes, qui ambulant per latam portam & spatiosam viam, quæ ducit ad perditionem. Viget ergò iustitia.

Ioh.14.3. Ioh.16.9.

12. Tertiò tandem apparet iustititia in postulatione, de qua Ioannes: *Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quoniam semper me audis.* Petitio quidem innititur misericordiæ, sed illi, quæ ab hominibus funditur: At ille, cuius, quæ Patris sunt, omnia sunt, cum nihil, nisi quod suum est petat, per iustitiam debet exaudiri. *Quoniam sicut Pater quos vult, viuificat; ita & Filius, quos vult, viuificat.* Quod si petit & dicit: *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo:* hoc humilitatis est, in quo etiam satis iustitiæ fit superabundanter. Vt quid enim petere quod suum est? quod est in potestate & in voluntate eius? *quos* enim *vult, viuificat.* Esto, quòd Pater id dederit; ait enim: *Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio, vitam habere in semetipso:* Sic tamen dedit, vt non minus Filij illa sint, quàm sunt Patris, & hoc ex natura ipsa diuinitatis. Sed adde, quod dictũ est, verum est de Christo, qua Deus est; sed ipsius etiam, qua homo est, omnia illa sunt. Nametsi gratia sit, quòd Deus factus est homo: ex quo tamen homo iste Deus est, diuina omnia sua sunt, non per gratiam, sed per naturam. Verum vndecunque id sit, sic sua sunt, & in eo sunt, vt postulare opus sit, vt habeantur ab ipso, & possint cuilibet condonari. Adde præterea: Bona ista omnia, non corruptibilibus auro & argento emit, sed pretio magno, nempè pretiosa morte & sanguine suo. Nam etiam filij hæreditas, id est hæredes Domini merces fructus ventris sunt; merces (inquam) illius, qui non tantum ex vtero patris ante luciferum genitus est, sed etiam fructus est ventris Virginis, & filius

Ioh.17.10. Ioh.5.21. Matth.11. 27. Ioh.5.26. 1.Pet.1.18. Psal.126.3. Psal.103.3.

& filius hominis. Passus enim vt homo, emit & redemit Orbem terrarum. Vide ergò quantum in tua hac petitione splendeat iustitia: quandoquidem quod suum est, non vnà aut alterà ratione, sed pluribus, humiliter tamen postulat.

13. O perfectam salutem! ô plenam vitam, quæ nobis per Christum communicatur! Rem tantam voluit, tàm magnis multisq; rationibus, nobis & obtinere & concedere & elargiri; vt eam & auidiùs expeteremus, & instantiùs peteremus, & lætantius acciperemus, & diligentius custodiremus, Heu cur tantum bonum negligis homo? Cur tot Domini tui labores nihili pendis? Cur tanto exemplo non prouocaris? Cur non & tu de proximo tuo solicitus es? Sorores vide quid faciant? annuntiant, occurrunt, plorant. Turbæ vide quid faciant? *Multi ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Tulerunt lapidem*, soluerunt Lazarum. Discite ab his qui facere habeatis. Discès à Christo misericordiam facere, qui vt misericordiam condonaret, iustitiam custodiuit. *Rex iustus eriget terram, vir auarus destruet eam.* Vide Regem iustum Dominum Iesum, qui iustitia erexit terram, suscitans de terra mortuum, genus humanum omne: qui in puluere iacentes erexit à terra, euexit ad cœlos, adduxit in gloriam, conduxit ad Deum. Sed tu auarus illum destruis, malorum omnium author es, sicut *radix omnium malorum est cupiditas.*

Exhortatio.

Prou. 29 4.

1. Tim. 6. 10.

SECVNDA PARS.

14. CAusam modò consideremus, cur nobis cum Deo moriendum sit, nempè vt illum imitantes, vitam consequamur. Neq; enim aliter vitam possumus induere, nisi mortem exuamus: neque Christum, nisi nos primò moriamur cum illo, & mori cum eo, est eius morti associari. Quod duabus de causis nobis præstandum est, ex honestate videlicet, & vtilitate: Illud, vt imitemur eum; hoc vtilius salutem & vitam verè excipiamus. Thomas nè vnquam à Christo disiungeretur, voluit cum moriente mori, magis quàm viuens à moriente separari. Sic iactat at & Petrus: *Tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire:* Quod verè tandem & excellenter, re ipsa præstiterunt. Istud & nos facere admonemur, vt non verba illa sonent modò? *Eamus & nos, & moriamur cum illo.* Sed opera ipsa clament, nos veros Christi, ipsiusq; Crucifixi, sectatores esse. Ad quod inuitat nos, cœlum & terra, quin creatura magis vniuersa, simulque Creator. Sed nunc satis: Sint tres Rationes. Luc. 22. 33.

15. Prima est, quòd Christus mortis periculum in primis, postmodum verò & supplicium non pro se, sed pro nobis subiit. Dixit prius: *Eamus in Iudæam iterum.* Poterat ab aliquo cogitari, quòd in Iudæam inueniret cómodum aliquod suum: Hoc vt excluderet subiecit: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum* Sic declarans, quòd propter alterius vtilitatem, qui amicus esset, se dat in periculum. Quam vtilitatem, quia non necessaria videbatur, explicat tertiò dicens: *Lazarus mortuus est, sed eamus ad eum.* Tacet amicitiam, & resurrectionem: quia de his iam dixerat: *Amicus noster; vt à somno excitem eum*: & nè suum opus iactare videretur, antequam faceret. Ex quibus fit euidentissimum, & laborem itineris suscepisse, & periculum subiisse, & mortem ipsam tandem obiisse; Totum propter nos. Si ergò, propter nos & propter nostram salutem, pertulit ista omnia, quis nostrum hanc detrectabit imitationem? Quis Christum sequi repudiabit? Quis vel modicum abhorrebit ab hac sequela? Quandò Abimelech militibus suis dicebat: *Quod me videtis facere, citò facite*: non eorum gratia quidquam operabatur, sed suimet, & ijdem ipsi illius, non suam intendebant vtilitatem. At Christus quidquid fecit, pro nobis fecit; & quòd nos ad eius imitationem facere iubemur, id totum in nostrum cedit emolumentum nostramq; salutem. Hanc ob causam Salomon in gaudium patris, filii Sapientiam refert: Stultitiam verò ac vitium, in ipsius filij dispendium. *Vir, qui amat Sapientiã, lætificat patrem suum: Qui autem* Iudic. 9. 48. Prou. 29. 3.

æutem nutrit scorta peadet substantiam Pater enim bonum quærit filij, ac propterea in eius emolumento lætificatur. Ita Christus, vt vetus Pater & amans, de nostra salute solicitus est, ad eamque, & sua opera, & nostra omnia, dirigit. Quis ergò nō sequetur illum? Quis portantē onera nostra non sequetur? Magnum est, si digitum apponas tu pro te, vbi pro te, ipse humeros subiicit atq; seipsum totum?

16. Secunda ratio Amor est: *Ecce quē amas infirmatur. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eū* Quod facit amanter facit, liberaliter facit, non ex debito aut ex necessitate; sed quia voluit; propterea quod amabat. En lacrymæ: *Et lacrymatus est Iesus.* Ex his coniice, *quomodo amabat eum.* Tu nunq̄ amorē istum suum compensabis ex æquo, ames quantumlibet, debita semper, non liberalis est dilectio tua. Iam præuentus es, & affectu & effectu: testis est imitatio, quæ à te exigitur. Quid est imitari, nisi sequi? Quem sequeris, nisi præcedentem? Amauit ipse prior, saluauit ipse te, neq; de tua salute cogitantem. Et hæc causa nō est maxima, quamobrē illum imitari debeamus? Puellæ votum, in puellari ætate existentis, sequens patris consensus ratificabat. At hic Christi præcedens amor, nos ad amandum trahit, nostrum regulat, nostrū sanctificat, & confirmat amorem, amorē creat, amorem ratificat, amorem nostrum erigit ad Deum. Sacer ignis, qui de cœlo descenderat, viuus per se conseruabatur: iubebat tamen Dominus, vt iugiter nutriretur. Et hæc erat vna causa, quare continuanda essent sacrificia. Vnde scriptū & iussum est: post distinctam enim holocaustorum, & sacrificiorum iussionem, subditur: *Ità facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino:* Ignem sui amoris Christus de cœlo venit mittere in terram; nunquid vt extinguatur consentiet? quin magis, quid vult nisi vt ardeat? excrescat? dilatetur, ascendat? Fiant, fiant ergò sacrificia nostra in illo, nostra opera bona sint cibus ignis, sint esca flammæ, sint huius incendij feruens excitatio atque perpetua. Ignis antè præcedit, dum ipse prior dilexit, vt nos diligat in charitate perpetua, cum nos pariter diligamus, & consequenter. Iugi sacrificio suo, & nostra adiiciātur. Ipse semper, vesperè & manè: nos in sabbatis, in calendis, in festis, in hostiis voluntatis ignē istum cœlestem nutriamus, illi fomitem subiiciamus. Nulli dubium quòd agni illi, qui quotidie immolabantur bis, vnus videlicet mane, alter vespere, non essent memoriale passionis Christi, cuius memoria mane, prima videlicet parte populi Dei fiebat in sacrificiis, & cuius commemoratio postea facta est, fit, & fiet, dum durat sæculū, videlicet ad vesperā in Eucharistię sanctissimo Sacramento. Ad ergò illius imitationem, & nos offeramus & sacrificemus sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta, & vitulos labiorum confitentium Domino, & eleuatio manuum nostrarum sit veluti sacrificium vespertinū, nempè ad imitationem crucifixi Iesu Christi Domini nostri.

Nū. 30.4.

Num. 28. 24.

Luc. 12. 49.

Tertia demum ratio sit, quòd ipse portauit pondus diei & æstus; nos vix vna horā facimus. *Posuit* enim *Deus in eo iniquitates omnium nostrum:* & ita peccata multorum tulit: *Nos* verò *vnusquisq; onus suū portabit;* ego meum, tu tuum; quod tamen neq; portare possemus, nisi ipse prius portasset, totumque pondus sibi antea imposuisset, nisi p̄cedens ipse p omnibus mortuus esset Conquerebatur Moyses, quòd sol° totius populi pondus portare nō posset. Tulit Deus de spiritu suo, & distribuit septuaginta viris, qui illum adiuuarent: *Auferam* (inquit) *de spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris* At verò solus Agnus Dei est, qui tollit peccata mundi, qui solus grauatur. Torcular calcat solus, & de gentibus vir non est cum eo. Quin & discipuli eius relicto eo omnes fugerunt. *Vnus est enim mediator, Dei & hominū, homo Christus Iesus:* qui solus potuit aperire librum, & videre illum, ponens legem Dei Patris in medio cordis sui, vt consummaret opus, quod dedit ei, vt faceret. Si de plenitudine spiritus eius accepimus omnes nos, hoc non est, vt cum illo onus sustentemus,

17. Isa. 53. 6.

Gal. 6. 5.

Num. 11. 17.

Isa. 63. 3.

1. Tim. 2. 5.

temus, vel ne solus grauetur: sed fructum nobis impertit laborum suorum, atq; passionum, solus ipse laborans, solus patiens, solus Patris furorem placans, solus ipse propitiatio pro peccatis nostris: *non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Sed nobis propterea laborandum est, vt digni efficiamur passionibus Christi, eiusque promissionibus Obtulit ipse pretium pro nobis, reconciliationem fecit. Hanc tu si vis, vade reconciliari Patri tuo, agens pœnitentiam super peccato tuo, per quam tibi Christi satisfactio largiatur, ita communicans Christi passionibus. Non pigeat ergò esse nos modicum passos, vbi dolores nostros ipse portauit. Abimelech ille, qui dicebat: *quod me videtis facere, citò facite*, non plus cæteris laborauit, & fortè nec tantum. Christus dicit: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis.* Nõ dixit: Quod ego feci, aut, Quantũ ego feci: sed Quemadmodum: similitudinẽ proposuit, non quantitatem, non substantiam. Sit sua mors exemplum nostrũ, quod imitemur, non quod impleamus. Et erit, qui modicũ istud detrectet renuat? Pro nobis ipse passus est, non pro se. Liberaliter, nõ ex debito tulit scelera nostra, neq; à nobis expectans retributionẽ, vel à quoqam: abyssos omnium tribulationũ penetrauit vsq; ad extremum Nos nobis laboramus; necessitate adducti; sed leue & momẽtaneum est pondus tribulationis nostræ: & adhuc tamen recedimus post tergum Domini? & non dicimus corde, & opere *Eamus & nos & moriamur cum eo?*

Sed iam & necessitatem videamus, & vtilitatẽ nostram. Tunc morimur cum eo, quandò, quo modo, quáve ratione mortẽ obijt ipse, & nos obimus. Quo modò mortuus est ipse? Ipse seipsum expoliauit, vt nudũ vestiret, & indueret stola glorię. Moriens vitæ abrenuntiat, voluntati, animæ, corpori; totum se tradens in manus peccatorum, & voluntati eorum, tanquã agnus coram tondente se, nihil sui sibi reseruans, quod non ponat & deponat pro ouibus suis: Hinc tot passiones, & Crucis mors turpissima. Hoc voluit in suis vestibus designari, de quibus ideò & Propheta & Euangelista mentionem fecerunt, dicentes: *Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem* Quod verò humanitas quoddam velut indumentum fuerit Diuinitatis suæ, habet Paulus dicens; *Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Et ipsemet Isaias: *Omnia vestimenta mea inquinauit* Hæc vestimenta deposuit, vt lauaret nos, & indueret Deposuit autem in passione sua traditus principibus sacerdotum, totiq; Synagogæ ac deniq; gentibus, qui omnes ligauerunt & tenuerunt eum, & pro viribus omnia abstulerunt, vt etiam memoriam eius tollere conarentur: Ita mortuus est ipse. Iste est nouus homo, quem debemus induere. Tu autẽ nolles expoliari, sed superuestiri: hoc non datur. Si enim scissura noui non ponatur in veteri vestimento, quomodò totum nouum veteri superindues? Necesse est ergò, si volumus stolã puram, vt expoliemus nos veterẽ hominem. Quod quomodò perficiatur, docuit ipse expolians, & exinaniens se. Id ergò præstabimus, si moriamur cum illo; mortificantes membra nostra; carnem nostram crucifigentes cum vitiis & concupiscentiis; odio habentes patrem, & matrẽ, & reliqua omnia, adhuc autẽ & animas nostras, vt nihil remaneat in nobis quod sit nostrum, vt verè non simus nostri, sed alterius.

Sic, sic cum Christo moriendum est. Hoc prætendit Paulus, dicẽs: *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in D.o.* Sed heu viui sumus, viuentes, viuaces. Si enim resistis malo, nónne viuus es? si quæ tibi auferuntur, repetis; nónne viuus es? si iniuriam facis ac fraudem, nónne viuus es? Vis noscere hosce viuos? *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terrã, fornicationem, impudicitiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus; propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis, in quibus vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illis* Vitia viuum faciunt hominẽ super terrã, cum viueretis in illis, dicit Paulus, recensitis peccatis. Peccata dum viuunt,

Psal. 21. 19. & Ioan. 20. 24.
Philip 2. 7.
Isa. 63. 3.
Marc. 2. 21.
19. Exhortatio.
Col. 3. 3.
Col. 3. 5.

viuunt, dùm vigent, dùm operantur, viuit homo peccati, filius perditionis. O quot viuentes sunt huiusmodi? Moriamur, moriamur morte iustorum, morte Christi, *Eamus & nos, & moriamur cum eo.* Tenēt illum & comprehendunt, & ipse dimittit se teneri: ligant, & funes non rumpit: angariatur, & vadit: blasphematur, & tacet: percutitur, & sustinet: condemnatur vt reus mortis, & nō contradicit: repudiatur, & non conqueritur: tolerat fortiter flagella, æquanimiter opprobria, immobiliter irrisiones, crucem portat, contemnit confusionem, ad omnia paratus. Tandem,

1. Pet 2. 23. *cum malediceretur, non maledicebat, cū pateretur non comminabatur: Tradebat autem*

24. *iudicanti se iniustè. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus.* Audis peccatis mortui? Mortuus est Christus, & nos moriamur. Mortuus est in similitudinē carnis peccati, vt peccator reus mortis, vt seductor, vt blasphemus, vt nos verè peccatis moriamur, in quibus viximus aliquandò, & vtinam hactenus non viuamus. *Eamus, eamus & nos, & moriamur cum eo.* Si sic morimur, interim vita nostra absconditа est cum Christo in Deo. Chri-

Colos. 3. 3. stus Patri commendauit spritum suū. *Spi-*

Ioh 6. 63 *ritus est qui viuificat.* Patri ergò commē-

Psal. 20. 5. dauit vitam suā, interim moriens inter homines, inter latrones. Vitam postmodum petijt, & tribuit ei longitudinē dierum in

Col 3. 3. sæculum & in sæculum sæculi. Ità & vita nostra, dùm moritur cum Christo, absco-dita est cum Christo in Deo: sed completa morte & mortificatione, accedamus ad Thronum gratiæ eius, petentes vitam nostram, & ipse vitam & misericordiam tribuet nobis. Ergò *eamus, & moriamur cum eo,* quoniam si mortui fuerimus cum illo, simul & cū illo viuemus, quod nobis concedat, qui viuit & regnat, &c. Amen.

MORALE.

20. VT quid ergò nos cum Christo nō morimur, sed moramur in delictis nostris? times turpitudinem Crucis? times acerbitatem mortis? gloriam non assequē-

ris neq; vitam. Si non vis expoliari, nō vestieris. *Quæ enim conuentio iustitiæ ad iniquitatem?* Non coutuntur vitijs sanctæ virtutes. Non licet secundum legem varia operiri veste, quæ ex lino sit & lana; vt intelligas multò magis reiici diuersa vestimenta, quæ sibi mutuò non conueniant. Paulus exhortans, vt induamur arma lucis, præmisit: *Abiiciamus ergò opera tenebrarum.* Recede de Ægypto, si terrā expetis, præmissionis. Solue vincula colli tui, si cupidus es libertatis. Exi de domo tua, vt ad domum Domini possis ascendere. Relinque quæ possides vniuersa, quæ nihil sunt propè, vt constituaris super omnia bona, quæ non possides, quæ numerari nō possunt neq; æstimari. Exue mundum, vt Christum induas. Sic decretum est. Totus labor est in expoliatione: In hac relinquimus omnia, odimus animam, carnē crucifigimus, nobis ipsis abrenunciamus. Sed qui seminat, granum bonum proiicit, dispergit, abijcit, id tamen facit in spe fructus percipiendi. Non sumus immensi; dum huc tendimus, indè recedimus. Dùm superiorem ascendis gradum, deseris inferiorem; aperis tu manum tuam, vt q̄ non habes, apprehendas; id dùm agis, linquis quod tenebas. Vide vtrum melius sit, num quod tenes, an quod speras. Vide si melius consequeris, minus bono dimisso. Si hoc certò fueris arbitratus: adigat te certa spes, trahat, impellat, cogat, vt libentissimè, quæ retrò sunt, obliuiscaris, vt ad ea, quæ sunt anteriora, peruenias. O commutatio! O locupletissima desertio! O altissima paupertas quæ de stercore erigit pauperē, vt collocet eum cum principibus. Quis tā non libenter ac promptè de stercore egrediatur? & eò magis, si exitus ille te eleuat ad sedem Regni? Num benè sibi esse putauerūt, qui amplexati sunt stercora? Profectò. Nam Psalmus canens in laudes Dei: *Psalmus: Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem:* eandem rem nominibus terræ & stercoris, significauit. Ergò qui terrena sapiunt, & quibus terrena sapiunt, hi sapiunt quæ sunt super terram. hi cœno delectantur, gustant fructus terræ, paradisus est illis terrena inhabitatio. Heu ergò

quot

quot sunt, qui sic amplexati sunt stercora? Ergo te erigi de stercore pigebit? de lacu irrisionis erigi? eripi de luto fœcis? Cur
Exo. 23 28 crabrones misit Deus ante populum suum,
Deut. 7. 20 ad fugandos Chananæos, eiiciendosq; de
Ios. 24. 12. terra? Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. In abominationibus volutabuntur, tamquam in stercore, facti ipsi crabrones spontanei ac sceleſtissimi. Ergò crabrones vilissimi sunt, atq; indignissimi, qui terram diligunt, qui terram appetunt, qui terram
Ier. 2. 36. toto incolunt cordis affectu. *O quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas has, circuiens terram, eamque perambulans, vt totus de terra existas.* Si in his delectaris, qui sis, tu ipse te demonstras, nempè vermis & nõ
Gen. 3 14. homo; crabro & non vir; Serpens, qui terram comedit, serpit humi, maledictus inter omnia animantia, & bestias terræ. O si veritatem videremus, quantam hominis huiusmodi vilitatem, abiectionem, turpitudinem perspiceremus!

22 Sed verbum illud Prophetæ: *amplexati*
Thren. 4. 5. *sunt stercora:* quandam insinuat delectationem, quam in his vilibus homines experiuntur. Ergò tàm viles, tàm spurcas, tã cænosas, atque stercorales delectationes corda vestra possident, ô mortales? Sed quid? non plus est in his molestiæ, quàm lætitiæ? non plus fastidii, quàm gaudii? nõ
Exod. 16. 3 plus grauitatis, quàm suauitatis? O filii Israël, non sedebatis super ollas carnium in Ægypto? Non erant vobis cucumeres, &
Num. 11. 5. cepæ, & allia, & pisces? Quid ergò clamastis ad Dominum? Quæ gratia fuit, quod in virtute ascendistis ex Ægypto? Audio dicentem Deum ad Moysen: *Vidi afflictio-*
Exod. 3. 7. *nem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui, propter duritiam eorum, qui præsunt operibus; & sciens dolorem eius descendi vt liberem eum de manibus Ægyptiorum.* Vbi pisces? vbi carnes? vbi olera placentia, delectantia, reficientia? nulla horum fit mentio, sed afflictionis modò, clamoris, laboris, doloris. Nihil, nihil est prorsus, quod in mundo delectat, si spectes mala, quæ inuehit, obruens, opprimens, vsque ad internecionem affligens. Ergò etiam dum stercora amplexaris, spinis inhæres cornibus, corona capitis tui. Amplexus iste à Propheta, vt quid miserrimum, commemoratus est? *Qui vescebantur* (inquit) *voluptuosè, interierunt in viis. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.* Longè, longè sunt hi à voluptuosis, à gratis, à delectabilibus. Non est qui consoletur eos; nihil est, in quo possint verè delectari. Fœtida omnia, turpia, lædentia, displicentia. Thren. 4. 5

Et hæc ergò tædebit à nobis abscinde- 23
re, vt bonis repleamur? Potiora quidem ac digniora Apostolus proposuit: nam de his nec dignatus esset recordari. Quædã me- Philip. 3. 8.
minit, quæ apud sapientes potuerant æstimari, & de his tamen dixit: *Omnia arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* Totum, q̃ Christum non est, neq; Christi est, vt stercus abiicit, qui sapiens est. Vides cur exhortamur atque iubemur indumentum istud vile nos expoliari? vt Christum induamur. Illa (inquit) arbitror quasi stercora, vt Christum lucrifaciam. Ipsa per se Ægyptus, durante duritia opprimentium, erat derelinquenda. Nos hæc contemnimus, vt Christum possideamus. Nam *qui* Luc. 15. 12.
iis delectatur, exors est Christi. Adolescentior filius simul & patrem relinquit, & substantiam dissipat, & seruitutem patitur & famem. Rectè ergò Salomon: *Vir, qui a-* Prou. 29. 3
mat sapientiam, lætificat Patrem suum: qui autem nutrit scorta, perdet substantiam. Dùm amorem sapientiæ, scortorum opponit nutritioni, nonnè ostendit longè nimis illum à sapientia abesse, qui vadit post cõcupiscentias suas? *lætificat ille patrem; perdit iste substantiam*, quia illi debetur Patris hæreditas, iste & Patrem perdit & substantiam. Qui adhæret meretrici, derelinquit patrem & matrẽ, fit cum scorto caro vna; ab his separatur, cum quibus quid vnum erat naturaliter Quid perdis miser dũ corruptioni inhæres? substantiam, patrem, panem, Christum. Qui nutrit scorta, perdit Prou. 29. 3.
substantiam Non ergò tibi, dùm expoliationem suademus, boni alicuius suademus destitutionem, sed ad bona ducimus, ad vitam, ad gloriam, ad verã substantiam. Loth Gen. 19. 15.
si mansisset in Sodomis, non propterea seruasset domum suam; & omnia, quæ habebat, sed ipse quoque cum illis periisset.

ab Angelo eductus, factus est Princeps duorum populorum, quibus Terram dedit Dominus ad habitandum, & populum ab eius inuasione prohibuit dicens: *Non*
Deut. 2.9. *dabo quidquam de terra eorum: quia filiis Loth tradidi Ar in possessionem.* Qui remanserunt, omnes perierunt. Exite, exite. E-
Eph. 4.22. *xuite, exuite veterem hominem, qui corrũpitur secundum desideria erroris.* Exuite lacerum vestimentum, vt nouum induatis, integrum, pretiosum, spetiosum: alioquin & vestitus peribit, & qui vestitus est. Quo-
Prou. 29.3. niam *qui nutrit scorta, perdet substantiam.* At si, quæ corrumpuntur secundum desideria erroris, dereliquerimus, omnem pretiosam substantiam reperiemus, rapiemus, recipiemus. Qui sic facit, amat sapientiam, & suum lætificat Patrem. Qui nutrit scorta, corruptionem amat, qua sua omnia bona corrumpit, & hoc secundum desideria erroris, desideria (inquam) errantia, extrà rectam viam deambulantia. O desiderii errorem, quo quę sibi noxia sunt, cupiunt homines insipientes. Nimirum quia qui nutrit scorta, perdet substantiam. Hominem itaque hunc veterem, amabo vos, deponamus, perdamus substantiam potius, perdamus & animã propter Christum, & illam inueniemus, & illum omnemq; substantiam pretiosam, quam nobis acquisiuit ipse sanguine suo.

24 O Deus quomodò laborauit sustinens? quomodò flagellis cæditur, quasi malè operans? Quomodo reus mortis iudicatus
Matt 26. 65. est à clamantibus. *Blasphemauit?* Quomodo cruci addictus, & adductus ab eo,
Matth 27. 24 quĩ dixit: *Innocens ego sum à sanguine iusti huius?* Quid fuit in causa? Pallium di-
Gen 39 12 misit in manu adulteræ, nudus profugit ab
Luc. 15. 22 ea, demisit vestimenta sua, vt his indueret reuertentem de Villa, vbi porcos pauerat infœlix gentilitas, exuit se tunica sua, vt nudum operiret. Eia ergo serui Dei, seruitutem abicite ciuis illius, qui mittit in villam: ad Patrem reuertimini. *Induimini*
Rom 13.14 *Dominum Iesum Christum, improperium eius portantes in mente, stigmataque eius in corpore vestro.* Crucem adeamus deprecantes, vt nos nobis exuat, vt digni habeamur vestimento eius, formam illius portantes, ignominiam & gloriam. Amen.

FERIA II. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Egressus est Iesus, & Discipuli eius in castella Cæsareæ. *Marc. 8. 27.*

ARGVMENTVM.

De Passione Christi. Ostenditur opus esse Diuinum. De infinitate valoris operum Christi. Quomodò sint talia. De excellentia status hominis Christiani.

DATA lege veteri populo per Moysen, quamuis illam a se latam esse Deus ostenderit per voces, & ignem, & terribilia signa, quæ in monte Sinai apparuerunt, adeò vt vocem Dei audient vniuersus populus. Vnde certi iam, quod Dominus locutus esset, trementes dixerunt: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Quamuis pactum quoq; fuerit inter Deum & populum, in quo pollicitus est populus se legem seruaturum; voluit tamen adhuc excellentius illud stabilire per sanguinis effusionem, quo & liber aspersus est, vbi Lex ipsa erat scripta, & populus pariter sanguine eodem tinctus est, qui illam fuerat obseruaturus. Sic enim scriptum est: *Scripsit Moyses vniuersos sermones Domini, & mane consurgens, ædificauit altare ad radicem montis, misitque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolauerunt que victimas pacificas Domino vitulos duodecim. Tulit itaq; Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo, qui dixerunt: Omnia,*

quæ

quæ locutus est Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille verò sumptum sanguinem respersit in populum. Exponit autem Apostolus: *Lecto omni mãdato Legis à Moyse, vniuerso populo, ac ipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnẽ populum aspersit.* Quæ certè figura fuit eorum, quæ Dominus Iesus fuerat operaturus. Tulit ipse prius Euangelicam legem, atque ore proprio promulgauit, prædicans Euangeliũ Regni: adeo vt esset de illo prædictum. *Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum; omnes, qui tenent eam, peruenient ad vitam.* Postmodũ verò suo sanguine dedicauit, vt veluti morte sua testamentũ à se conditum cõfirmaret. Hinc Paulus de illo: *Noui testamẽti mediator est, vt morte intercedente in redemptionem earum prauaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hereditatis. Vbi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est.* Sua igitur morte legem suam ac nouum testamentum stabiliuit. Altare crucis, seipsumque aspergens, vniuersosque fideles sanguine in craterib. Sacramentorum conseruato abluens; vt sanguine illo eodem, quo ipse in sua passione aspersus est, & Deum reconciliaret, quem altare figurabat; & populum sanctificaret. En quanta sapientia factum est, vt tempore isto Quadragesimali Lex Domini in sacris lectionibus proponeretur. Demum verò Passio Domini nostri Iesu Christi, oculis mentis ac fidei nostræ iam tandem obijceretur. Idcircò audimus hodiè ex Euangelio verba illa Domini: *Oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus & scribis, & occidi.* Ad sacram igitur Dominicam passionem nostrum intuitum cõuertentes sacram sancti Euangelij lectionem attendamus.

Heb. 9. 19.

Baruch 4. 1

Heb. 9. 13.

2 Caput huius nostri sermonis, quem, ab Euangelio diligenter considerato, rationabiliter haurimus, est hoc; quòd videlicet Passio Domini nostri diuinares est. Quod certè congruum est in primis intelligere, vt illam reuerenter suscipiamus tanquam rem præstantissimam; neque ab exteriori vilissima atq; abiectissima superfice & apparentia decipiamur. Si tanti Iacob æstimasset locum, in quo dormiuit, dum è domo sua recedens, ibat in Mesopotamiam, fortè non se in illo prostrasset ad dormiendum. Ideò per visionem cognita loci sanctitate, expergefactus, aiebat: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam; pauèns. que q ãterribilis est* (inquit) *locus iste Non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.* Dormimus nos cum Apostolis tempore Passionis, id in tempore facientes, quod in loco fecit Iacob: sed nunquid, qui dormit, non resurget? Num aliquandò non euigilabũt corda nostra, vt intelligamus, quam terribilis sit hora ista passionis, quam altũ reconditumq; mysterium, vbi Cruci, quæ est scala cœli, innixus est Dominus? Erexit Iacob lapidem, in quo dormiebat, sic eleuetur in mente nostra lapis iste, q̃ reprobatus est ab ædificantibus, & exaltetur, vt sit in caput anguli, vt agnoscamus & credamus, quia hic Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, verè Filius Dei est, & Princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vnxit lapidem Iacob: Vnxit Spiritus Domini Christum; qui ideò Christus est, vnctione misericordiæ suæ, *vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum. In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.* Vngit illum Ecclesia prædicãs magnificentiã regni ejus, & multitudinẽ miserationum suarũ, quas nobiscum operatur, virtute suæ Passionis. Vngamus & nos oleo compassionis, passionem suam linientes, atque ideò deuotè contemplantes. Ibat Moyses vt videret, quare arderet rubus, & non cõbureretur; sed admonitus de loci sanctitate soluit calceamenta de pedibus suis. Ardet rubus in Passione, sed non comburitur: quia Dominus in medio flammæ ignis hostium persequentium perseuerat Filius Dei; interim vadit ad Patrem, & clarificatur ab eo. Pedes nostri, affectus nostri: vt iis accedere valeamus ad Deũ, & iuxta Crucẽ stare,

Gen. 28. 16

Psal. 117. 22. & 1. Pet. 2. 7.

Ioan. 1. 29. Apoc. 1. 5.

Gen. 28. 18. Heb. 2. 17.

Exod. 3. 2.

extrahamus illos à mortalibus desideriis, & sensalib. cupiditatibus; sciens quòd Passio Domini non est vulgaris res, sed nimiũ admiranda. Prudenter itaque sanctus Ioan. Euangelista, qui, vt Aquila viderat mysteria Regni Dei, & fuerat intuitus, quantus hic esset, qui bellum commissurus esset cũ Principe huius mundi, munitus non armis Regis Saulis, sed baculo pastorali & funda & lapide, circundatus videlicet infirmitate, ex qua crucifixus est. Ioannes (inquam) passionem descripturus, alta petit, explicans altitudinem Filij Altissimi, dicens.

Ioan. 13. 3. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.*

Ergò & nos docti ab Euangelio in capite huius mysterij consideramus altitudinem eius, vt dignè suscipiamus & reuerenter, quæ à Deo donata sunt nobis. Altiora autem de Passione Domini cogitare non possumus, quam quod res diuina sit.

Diuisio. Id quod in Euangelio demonstratur ex duobus, ex eo videlicet, quòd qui patitur, declaratur Filius Dei; & ex eo, quòd Petro exprobrat Christus; quòd non sapiat quæ Dei sunt; quando eunti ad Passionem reluctare conatur.

3 Horum primũ vt clarius elucescat, Dominus primum interrogat discipulos suos, dicens: *Quem me dicunt esse homines?* Et respondentibus illis: *Ioannem baptistam, alij Eliam, alij quasi vnum de Prophetis.* Secundò iterum interrogat: *Vos verò quem me esse dicitis?* Et respondente Petro: *Tu es Christus.* Hanc Petri confessionem primò laudauit & confirmauit, vt à Deo proficiscen-

Mat. 16. 17 tem; vt legimus in Matthæo: *Beatus es Simeon Bariona: quia caro & sanguis non releuauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est.* Secundò remunerauit subdens: *Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meã & tibi dabo claues Regni cœlorũ.* Et quoniã veritas ista, quòd esset Filius Dei, altior erat, quàm vt capere illam posset vulgus, cominatus est eis, ne cui dicerent: & nè fortè videretur iactari, si per discipulos suos, & se ostentaret Filium Dei. Voluit tamen id eos scire, nè dum viderent eum pati, scandalizarentur in illo. ideò enim mox de sua Passione verba fecit: *Et cæpit docere eos, quoniam oportebat filiũ hominis pati multa.* Vbi manifestum facit, quare voluerit personæ suæ excellentiam cognosci, nempè vt in Passione non putaretur succumbens ac victus; moriens, ac perditus, & derelictus à Deo, atq; contemptus. Hoc ergò nobis notum sit quòd hic, Isai. 53. 7. qui quasi ouis ad occasionem ducetur, & quasi agnus corã tondente se obmutescet, & non aperiet os suum, vt prædixit Isaias; brachiũ Domini est, vt videm protestatur: *Quis credidit* (inquit) *auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Brachium* Isa. 53. 14. 10. *quidem est omnipotẽs. Sed quoniam circundatus est infirmitate, & infirmitates nostras ipse portauit, quoniam Dominus voluit conterere eum in infirmitate.* Quis nobis crederet, dicentibus; quoniam *Hic est Filius* 1. Ioh. 4. 15. *Dei, & omnipotens sermo eius, portans omnia* Sap. 18. 15. *verbo virtutis suæ?* Præuenit itaque pusillũ Heb. 1. 3. gregem suũ, in cælestibus reuelationibus, quibus nos confirmauit in fide Diuinitatis eius, & Maiestatis immensę. Stat ergò sententia, Passionem Christi rem Diuinam esse, quando qui eam perpetitur, verè est Deus, licet absconditus.

Immediatius verò ostendit adhuc Dominus, Diuinũ hoc esse negotium, quando præmonstrata iam illis hac sua passione, increpanti illum Petro de hoc, illum sic abiecit: *Vade retrò me Satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.* Quæ verò quæso sunt illa, quæ Dei sunt, nisi quæ ipse prædixerat: *Oportet Filium hominis pati multa & reprobari, & occidi.* De his increpauit eum Petrus dicens, vt habet Matthæus: *Absit à te Domine, non* Mat. 16. 23. *erit tibi hoc.* Passio ergò res Dei est, & hoc adeò, vt qui illam impugnat, iustè Satanas nominetur.

Quibus in verbis tria rerum genera à Domino distincta esse videntur. Alię enim sunt Dei, aliæ hominum, aliæ Satanæ. Pati pro hominum salute, res Dei est: Refugere passiones & tribulationes, res est hominũ: At contradicere his, quæ Dei sunt, & saluti humanæ consulunt, res est Satanæ. De Pulchra subdiuisio. quidus singulis dicendum est aliquid, & à sublimioribus exordiendum, quæ sunt illa, quæ Dei sunt.

Dico

5 Dico multa. Primum est, quòd omnia, quæ facta sunt, Dei sunt; quoniam à Deo facta sunt. *Vnus est* enim *Altissimus, Creator omnium & sine ipso factum est nihil.* Ideò canitur illi: *Tui sunt cœli, & tua est terra, & vniuersi qui habitant in eis Ipse* enim *creauit cælum & terram, & omnem ornatũ eorum.*

Ecclí. 1.8. Ioan 1.3. Psal. 88 12. Psal. 23 1. Gen. 1.1.

Secundò, quamuis vniuersa, quæ sunt, Dei sint, quædam tamen sibi singulariter applicauit, vt speciali modo sua sint. Et hoc est quod dici consueuit in Scriptura; *Super quos inuocatum est nomen tuum.* Vndè canitur: *Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filiis hominum.* De populis autem omnibus vnum sibi delegit peculiarem. *Si custodieritis pactum meũ, eritis mihi in peculium de cũctis populis Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in Regnum sacerdotale, & gens sancta.* Ex populo autem Leuitas elegit, q dedicati essent cultui suo: *Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito: Erũntque Leuitæ mei. Meum est enim omne primogenitũ, ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti: sanctifica mihi quicquid primum nascitur in Israel, ab homine vsque ad pecus; mei sunt.* Sic terram suam specialiter appellabat terram Israël; sic locum sanctificationis, vbi colebatur; sic omnia, quæ ad Dei cultũ pertinent. At modo singularissimo, sui sunt electi eius; de quibus Filius ad Patrem: *Rogo pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi.* Et per consequens illa omnia, quæ directè faciunt ad horũ salutem, propriè Dei sunt. Passio autem potissimum, & super omnia hoc exequitur. Ergò inter ea, quæ Dei sunt, primas ipsa tenet sedes super terram. Nam totus mundus, præterquam quod Dei est, quia ab eo factus est; propriè Dei est, vbi seruit ad salutem electorum suorum: & opera vniuersa, quæ huc tendunt, sunt opera Dei.

Psal. 113. 16 Exod 19. 5. Num. 3. 12. Ioan. 17. 9. 14.

6 Ea verò, quæ salutem non spectant æternam, si illi non aduersentur, sunt hominum: vel ea absolutè considerata, non qua vel aduersantur, vel consentiunt saluti, sicut quæ necessaria sunt ad temporalem vitam, quæ commoda, quæ vtilia, quæ iucunda; inter quæ est detrimenta euitare, sequi emolumenta. At quoniam Sataras aduersarius dicitur, & *Aduersarius noster diabolus circuit, quærens quem deuoret*; sicut & ab *initio fuit homicida*: ea Satanę tribuũtur, quæ nobis aduersantur in via Dei. Ità enim Satan fuit ille, qui Deum prouocauit aduersus Iob hoc prætextu, quod si eum Deus aduersis tangeret, ille aduersis fractus, Deo benedixisset in faciem, id est blasphemasset. Hinc & qui inimicitias exercent aduersus seruos Dei, qui semen sunt Dei, dicuntur semen diaboli, & filij diaboli. *Inimicitias* (inquit) *ponam inter semen tuum & semen illius*, id est serpentis. Cum autem præstantissimum opus Dei fuerit nostra Redemptio: Opus nullum magis Satanæ rectè ascribimus, quam huic obstare Diuinæ Redemptioni.

1. Pet. 5. 8. Ioan. 8. 44. Iob 1. 11. Gen. 3.

7 Tribus his distinctis, reliquum est vt videamus, qualiter ad versus hæc nos gerere debeamus. Et si quis opera diaboli, vel quodcunque diaboli est, attendamus, hostiliter semper cum his nobis agẽdum est. Ideò enim Moysi præcepit Deus, vt aduersus Madianitas agerent hostiliter: quod illi per mulieres corrumpere conati essent populum, vt diis cultum exhiberent. Hinc est quod Dominus præcipit occidi, quicunque voluisset auertere aliquem de populo à cultu Dei, siuè ille Propheta, siuè propinquus & amicus; *Non acquiescas ei* (inquit) *nec audias, neque parcat ei oculus tuus, vt misereatis & occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur.* Et quid aliud voluit nobis Dominus insinuari dicens: *Qui non odit patrem suum aut matrem, non potest meus esse discipulus*: nisi cum aduersantibus nobis in via Dei nullam nobis esse pacem, nullam concordiam, sed hostilitatem, bellum, repugnantiam, odium, quicunque illi sint, siuè pater siuè mater, siuè filius siuè filia; quin & si oculi sint, aut manus, aut pes, iique dextri, quin & anima ipsa? Etenim verba veritatis atque potestatis ista sunt, quæ increpato

Nu 25. 17. Deut. 13. 1. 8. Luc. 14. 26

Petro

Marc 8.35 Petro mox intulit: *Qui voluerit animam suam saluam facere perdet eam: Qui autem perdiderit animã suam propter me & Euangelium, saluam faciet eam.* Hoc nempè atrox est bellum, quod, qui est pax nostra Dominus Iesus, de cœlo attulit in hunc mundum. Audi illum: *Nolite arbitari, quia pacem venerim mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: Et inimici hominis domestici eius.* Parum est hoc, & hoc insuper adiecit: *Qui amat animam suam, perdet eam; & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.* Num maior, aut æqualis, vel similis dari potest inimicitia, quam vbi seipsum odit, seipsum abnegat, seipsum mortificat, & crucifigit? Hoc ipsum cõtinuè faciendum est, vbi nos nobisipsis scandalum sumus; vbi quid ex nobis peccatum trahit. *Mortificate* (iubet Paulus) *mẽbra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam libidinem concupiscentiam malam, & auaritiam.* Vt intelligamus membra nostra, animam nostram, nos ipsos mortificandos, & abnegandos in eo, quòd aduersamur legi, Christo & saluti æternæ. Propterea enim & alibi Paulus ait: *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.* Et *vetus homo noster simul crucifixus est; vt destruatur corpus peccati; vt vltrà non seruiamus peccato.*

Matth. 10. 34.

Ioan 12.25

Col. 3. 5.

Gal. 5. 24. Rom. 6. 6.

8 Bellum igitur sumendum est nobis cum his omnibus, & nullo cum his pacto amicitia ineunda est. Ecce Dominus Petrum laudauerat, beatificauerat, extulerat ad id fastigij, vt caput esset ac Princeps totius mundi: At vbi illi aduersatur in opere salutis nostræ, Satanam vocat, à se repellit, ignorantiæ criminatur: *Vade post me Satana. Non sapis quæ Dei sunt.* Rursus, quantumcunque Petrus laborasset, vt à passione Dominum deterreret, nihil prorsus in eo profecisset. Erat illi quippè scandalum, quantum erat in se, ponens offendiculum.

Mat. 16. 23 *Scandalum* (inquit) *es mihi.* Sed non propterea à Christus scandalizabatur, non offendebat in petram illam, nihil persuasio Petri operabatur in illo. At dilecta anima nostra, oculus noster, pes, manus, scandalizant nos: si ea diligimus, nos perdunt. Christus ergo abiicit, culpat, odit Petrũ in eo, quòd scandalum est illi. Et nos verebimur odisse animã? nos abnegare? oculum eruere? manum abscindere aut pedẽ? *Neq; parcat ei oculus tuus, vt misereatur, quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo.* Ità iubebat lex. Christus qui scandalizari non potest, ait Petro: *Vade post me Satana: Scandalum es mihi.* Es nos, qui continuè scandalizamur, offendentes in petras scandali, ac sæpè cadentes, scandalizãtes patiemur? tenebimus? amabimus? Cur nos non arripit zelus Phinees, vt interficiamus scandalizantes, neque personam accipiamus, id solũ in hominibus considerantes, quod fuit ad salutem animæ? *Lætatur homo* (inquit S. Iomon) *in sententia oris sui, & sermo opportunus est optimus.* Vide si sermo opportunus est, & tunc lætare in eo: at nõ quia est sententia oris tui, non quia locutus est dies, non quia verba hæc ex ore tuo processerunt. *Dies loquitur est,* (inquit Sapiens) *& omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt: Pauper locutus est; & dicunt: Quis est hic? & si offenderit, subuertent illum.* Vides non haberi rationem veritatis? pietatis? veræ vtilitatis? sed tamen accipi personas? Heu quòd nimis acceptatores personarũ sumus! *Nostrum* (inquam) *nemo carnem suam odio habet sed nutrit & fouet eam;* licet infirma sit, licet ad malum prona, licet aggrauans animam, licet deprimens intellectum, licet concupiscens aduersus spiritum, licet operans in nobis omnem cõcupiscentiam. Moyses non defendit vxorem suam Æthyopissam, ob quam etiam contra ipsum locuta est Maria: Dominus defensor illius fuit. Carnis curam ne feceritis in desideriis; & Dominus pugnabit pro vobis; & illam tuebitur a diluuio aquarum multarum, vt pereunte omni carne, quæ corruperat viam suam, illa seruetur, ex qua verbum Dei futurus erat homo.

Iam ad ea, quæ hominum sunt transeũtes, attendimus, non hæc Dominum semper culpare, imò & his allicere ad se illos, qui sic

9

qui sic terrena sapiunt, vt cœlestibus non præponãt. Dauid sit nobis exemplo; quòd regnaret, humanum erat; Regem agebat,
1.Re.19.35 & viuebat. Habeas hoc, vbi Berzellai inuitatus à Rege, vt secum iret, recusans ait: Nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue, & amarum? Aut delectare potest seruũ tuum cibus, aut potus? Vel audire possum vltra vocem cantorũ, atq; cantatricum? De filio autem eius Chamaã sic
38 ait Dauid. Mecum transeat Chamaam, & faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne quod petieris a me impetrabis. Hæc humana erant. Hæc quidem amauit Dauid, & suscepit de manu Domini, vt munera eius. At quandò pro peccato suo ab eo ablata sunt, stultum aliquid contra Deum nõ est locutus, sed patienter egit. Quin & Se-
2.Re.16.9. mei viro de cognatione domus Saul blasphemante illum, fugientem à facie Absalon, noluit illum occidi. Quin Abisai, qui dixerat. Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi? Vadam, & amputabo caput eius. Ait Rex: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? dimittite eum, vt maledicat; Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Dimittite eu, vt maledicat iuxta præceptum Domini. Si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac. Vide quomodo se habeat Dauid erga temporalia, & fruens habitis, & ferens æquo animo, illis ablatis, omnia subDeo. In his qualiter se gerat homo prudenter, prolixè docet Salomon in parabolis suis. Quod verò in his felicitas non sit, vt nè cum delectatione & dilectione vtamur creatura, monet in libro Ecclesiaste quasi concionator de vmbone. At tandem quomodo his spretis solius Dei amplexibus delectemur, soli Deo vacantes, profundissimis ænigmatibus instruit in canticis canticorum. Hinc Paulus dimissis, qui terrena sapiunt, ait: *Nostra autem conuersatio in cœlis est.*

Exhortatio Nè igitur his quasi satiantibus delectemur, Salomonis verba illa consideremus:
Pro.15.21. *Stultitia est gaudium stulto. Qui autem prudens est, dirigit gressus suos.* Qui firmatur in illis, sedens vt cęcus iuxta viam mẽdicans, quærens ditari, vt lætetur in diuitiis multis, hic stultus est, non habens discretionem boni, & mali. Et si quandò diuitiæ affluant, & dicat animæ suæ: *Anima mea, habes multa bona; comede, bibe, epulare, lætare.* Nunquid non stultitia gaudium est stulto? Si scientiam haberet, videns hęc caduca, fugacia, corruptibilia, quin & fallacia, haberet & dolorem. At verò qui intelligit veritatem, prudenter dirigit gressus suos, sic transiens per bona temporalia, vt non amittat æterna. Luc.12.19.

SECVNDA PARS.

PRÆCEPTVM Apostoli: *Quæ sursum sunt sapite, nõ quæ super terram:* apprimè ad rem nostram facit, qui quæ Dei sunt, sapere istruendi sumus, ne terrena sapientes abiiciamur à Deo saluatore nostro; qui vt nos eriperet de præsenti sæculo nequam, sic venit in mundum, vt denuò relinquens mundum, & ad Patrem vadens, sic exaltatus omnia traheret ad seipsum, adeò vt de illis dicere posset: *De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.* Passionem ergò Christi inter ea, quæ Dei sunt, imprimis sapere nos conuenit, illam potissimam æstimantes, & appretiantes secundum valorem suum. Hãc autem veluti pecuniam suam dedit ad mensuram, vt reciperet eam cum vsuris, nempè vt per eam acquireret sibi magna & pretiosa, quæ sint populus eius & oues pascuæ eius. Dedit quippè animam suam pro ouibus suis, id est vt essent oues suæ, quibus propterea dicitur ab Apostolo: *Empti estis pretio magno.* Et hæc est Ecclesia, de qua idem Apostolus dixit ad quosdam, qui secum erant: *Posuit vos Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Et populus acquisitus, de quo Petrus: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, id est acquisitus; qui aliquandò non populus, nunc autem populus Dei.* Porrò quia dilexit Patriarchas Abraham, Isaac & Iacob, ideò elegit filios eorum, vt essent populus eius. Ità enim scripsit & dixit Moyses: *Dilexit Patres tuos, & elegit semen eorum post eos* Attamen vt re ipsa 10 Col.3.1. 1.Cor.6.20 Act.20.28 1.Pet.2.9. Exod.19.6 Deut.4.37

adscisceret illos in populum suum, acquisiuit illum sibi, educens de Ægypto in manu potenti, & brachio extento. Sic enim
Psal. 76. 16 canitur à Propheta: *Redemisti in brachio*
Psal. 73. 2. *tuo populum tuum filios Iacob, & Ioseph.* Et: *Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hæreditatis tuæ.* Quod amplificans Moyses aie-
Deut. 4. 32. bat: *Interroga si quando facta est huiusmodi res*: Si fecit Deus, vt ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum, per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, & robustam manum, extentumque brachium, & horribiles visiones. Sic acquisitam, redemptamque gentem elegit in populum suum. Cui idcirco, vt esset populus sanctus, sicut & ipse sanctus est, dedit legem, qualem nulli
Deut. 4. 6. nationi vnquam data fuit. Hæc (inquit) est vestra sapientia, & intellectus. Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat ceremonias, iustaque iudicia, & vniuer-
Eph. 1. 4. sam legem? Sic itaque *elegit nos Deus in Christo ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati in conspectu*
Apoc. 21. 3. *eius*: vt vere dictum sit: *Ipsi populus eius erunt.* Veruntamen vbi venit plenitudo
1. *Pet.* 1. 18. temporis, *non corruptibilibus, auro vel argento, redempti sumus, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem; manifestati autem nouissimis temporibus.* Hoc pacto vos, qui fideles estis, non estis vestri, sed Dei qui redemit vos, & assumpsit in populum suum.

11 Duo ergo specialia Dei sunt, quæ nos oportet sapere: Christus crucifixus, & Christianus pro quo Christus crucifixus est. Christum crucifixum sapere, tanti fecit
1. *Cor.* 2. 2. Paulus, vt diceret ad Corinthios: *Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum.* Et cuius cognitione pendet nostri cognitio, pro quibus crucifixus est, nempe electorum suorum. Ex pretio enim, quo empti sumus, manifestũ est quantum valeamus. Non enim decipi potuit sapientia Dei, vt vilem mercem carius emeret, quam valeret.

12 Nisi forte dicamus, quod certe dicendũ est, pretioso illo pretio suo pretiosam illam fecisse, quanticunque prius esset. Et hoc nobis satis est, quod empti pretio magno, ad mensuram illius pretij simus & nos pretiosi. Vbi tamẽ aduertendum est, quod pretiositas ista nostra, non absolute pensanda est ad valorem pretij illius, sed ad mensuram, qua illi pretium istud communicatur. Si enim non æqualia tribuit *Matt.* 25. talenta seruis suis, neque par emolumentum prodiit ex illis, nec omnes Apostolos *Num.* 4. fecit, sed & discipulos alios, nec eadem functiones Leuitis omnibus destinauit, sed multiplices, & varias, quibus plus & minus Domino appropinquabant. Ita varia sunt fidelium dona, quorum omnium valor sumitur à sanguine Christi. Quam tamen distinctionem nunc omittentes, ipsum in generali valorem fidelium considerabimus, atque pretium ex ipsius sanguinis Domini Iesu valore ac pretio. Ita enim hominem consideramus, quatenus res Dei est, non quidem propter creationem, sed propter renouationẽ, qua factus est noua creatura, creatus in Christo Iesu.

Valorem personæ Christi, cum infinita 13
sit, nemo æstimare potest. Infinitus enim inæstimabilis est, & incõprehensibilis, sicut re, ita & æstimatione. Quæ ab infinito facta sunt, finita sunt omnia; quia infinitus fieri non potest: quod enim fit, principium habet essendi: principii vero terminus est ac finis, qui in rem infinitam, id est fine carentem, cadere non potest. Medium autem quiddam est inter infinitum & finitum, quod quidem ex vna parte se tenet cũ finito, ex alia cum infinito. Et hæc est humanitas Christi, quæ quidem cum facta sit, atque à Diuinitate distincta sit, quæ sola est infinita, finita est. Aliquo autem modo infinita est, quatenus in vnitatem personæ ab ipsa Diuinitate est assumpta. Hæc autem infinitas bifariam tribuitur humanitati. Altero quidem per communicationem proprietatum: prout diuinitas proprietates suas communicat humanitati, humanitasque vice versa suas diuinitati, quatenus vna eademque persona habet vtramque; & de illa vna vterque prædicantur in concreto, dicentes: *Christum est aeter-*

est æternus, Christus est temporalis: Christus est infinitus, Christus est finitus; imò & dicentes: *Deus est temporalis & finitus: Homo est æternus, & infinitus* Altero, & fortè magis propriè sic. Si Humanitatem attendamus finita est, & omnes eius partes, quia totum factum est.

14. Idem dicendum est de operationibus suis, quatenus operationes sunt, quamuis enim dicantur operationes illius personæ, quæ Deus est, & ideò infinita, cum tamen operationes sint, quæ initium habuerunt neq; enim semper fuerūt, aut semper sunt, aut erunt, sed tunc tantum, quandò illas Christus operabatur, finitæ sint necesse est. Quod idem dicendum est de illarum valore, pretio, aut merito. Neq; qualitas est infinita, vbi illius subiectum finitū est. Verum hic quoddā speciale reperitur, per quod illarū valori conuenit aliqua ex parte infinitas. Quod enim aliqua res absolutafiat pretium, ex respectu illi contingit, secundum quem ordinata est, vt sit pretium. Ordinans autem illum ad pretium, determinat illi valorem ac meritum, vt tanti æstimetur, aut tanti, sicut nummo determinatur, quantum valeat in emendis mercibus. Hunc valorem Deus tribuit operibus illis, volens vt pro tanto valeant. Quamuis aūt sic ordinās, p potestate atq; authoritate sua possit op⁹ illud, quasi monetā, ad plus aut ad min⁹ determinare: cōuenientius tamen rem, quæ absolutè in se pretiosior est, ad maius pretiū ordinat, quę verò minoris valoris absolute est in se, ad minus determinatur, vt fieri consueuit in monetis auri, argenti, æris.

15. Ita ergò Dei Sapientia, in determinando valore isto respectiuo operum Christi se gessit: Determinauit quidem, vt infinitus esset valor iste; & hoc rationabiliter, attento valore absoluto ipsorum operum. Habuit enim valor hic absolutus, quandā infinitatem. Et primùm ex hoc, quod opera illa fuerunt opera intrinseca Dei operantis: Deus enim fuit, qui ieiunauit, qui orauit, qui prædicauit, qui laborauit, qui passus est, qui crucifixus est, qui mortuus est Secundò ex hoc, quòd illa opera summam excellentiam possibilem habuerunt intrinsecè, & quia diligenter attendendus est animus.

16. Sciendum est, quòd opera Christi habuerunt omnes perfectas conditiones & circumstantias; & hoc in summo, si attendamus locum, tempus occasiones, & hæc duo potissimum, videlicet finē & intentionem: Excellentissimè enim in Deū ordinata sunt, & ad hominum salutem ex summa charitate; Quæ charitas ordinans ardentissima fuit, quantum prorsus esse potest charitas, quæ Deus non est formaliter. Idem prorsus dicendum est de passionibus suis: quæ quidē intensissimâ charitate ad Dei gloriam, & voluntatem, & nostram salutem directæ sunt: & ipsæ in se omnes circumstātias perfectionis habuerunt in summo, & hanc p̄cipuè, qua fuerūt intensissimæ & maximæ; ita q̄ maiores in hominē sanctū cadere non potuerunt, qui esset Mediator Dei & hominum, omnium Redemptor & Saluator. Et vbi plus excedere nō potuerunt, ardor excessit charitatis, qui sitiens vlterius adhuc pati, de Deo, conqueritur, quòd in hoc suæ non satisfaceret voluntati, cupienti ad honorē eius, & hominum salutē in altius demergi profundum tribulationum. Si enim, vt carni satisfaceret, orauit in horto, vt transiret ab eo hora: cur in cruce, quandò iam finiebant passiones, non faceret satis spiritui quoque, qui ad vlteriores, & atrociores pœnas ineffabili desiderio protendebat? Hoc ergò fecit clamans: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Et sicut caro quieuit ad illam determinationem: *non mea voluntas, sed tua fiat*: Sic Spiritus ad istam: *consummatū est*, quantum videlicet Diuina voluntas decreuerat, perfectè cōpletum est. Talia ergò & tanta opera; & in se excellentissima, & à Deo p̄cedentia, sapientissimè Deus ad pretium infinitum ordinauit, ita quod Passio, sanguis, mors essent infinitè pretiosa. *Marc.14. 35. Matth.27. 46. Luc.22.42 Ioh.19.30.*

Hæc autem infinitas huiusmodi est, quòd videlicet mors illa sufficiens esset, ad saluandos infinitos homines si tot essent: Adeò, quòd si infinitos non saluat, hoc non est, quòd ipsa infinitos saluare non possit, verum quia non tot saluandi

reperiuntur. Præterea liberat à pœna æterna, quæ in sua atrocitate & in ppetuitate, est infinita. Mundat à culpa mortali, quæ suam habet quãtam infinitatem ex offensione Dei, qui est immensæ Maiestatis. Confert gratiam, quæ cum sit participatio quædam summi atq; infiniti boni, expers infinitatis prorsus non est. Ac tandẽ adducit in gloriam, quam nemo dubitauerit infinitam appellare ex sua incomprehensibili altitudine, claritate, plenitudine, ac demum æternitate. Eccè valor passionis Domini Iesu.

17. Vide quàm errent, quàm arguendi sint, qui hoc tantum bonum flocci faciunt, ac
*Psal.*105. 24. si ad nihilum valeret. Si vitio datur Hebræis, quòd pro nihilo habuerunt terram
*Heb.*10.28. desiderabilem, quid de nobis dicendũ est, qui Crucem Christi contemptui habemus? qui sanguinem testamenti pollutum ducimus, in quo sanctificati sumus? non plus illum appretiantes, ac si res quædam esset non sanctificans, sed polluta & contaminata? Salomon, vt alliceret ad Sapien-
*Sap.*7.14. tiam, dixit de illa: *Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.* Illam longè præponi auro, argento, lapidibus pretiosis, & desiderabilibus vniuersis, apertè pnuntians: *Omnia, quæ desiderantur, huic non valent comparari.* Quid igitur de thesauro isto Passionis
1.*Cor.*1.23. ac meritorum Christi asserendum est? Hęc vera Sapientia est, omnẽ excedens sapientiam atq; prudentiam, stultitia reputata est à Gentibus. Sed hæc est res Dei: & quoniam Dei est, humana cuncta superexcedit. Dicatur ergò à Gentibus stultitia, neq; renuamus nos, dicamus
25. tamen cum Paulo: *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* Sic vilis sit Passio antè homines, at pretiosissima in conspectu Domini mors est Sancti Sanctorũ. O
*Col.*2 3. stulti, qui stultum deputant illud, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei! O stulti, qui pro nihilo habuerunt
Prou. 15.5. tantum desiderabile! *Stultus irridet disciplinam Patris sui; qui autem custodit increpationes, astutior fiet.* Filius, qui, quandò à Patre corripitur & instruitur, irridet disciplinã & instructionẽ illius; stultum se probat; nẽ dum non appretians veram Sapientiã, verum & irridens, qua conatur Pater illũ in morib⁹ sanctis generare, nõ vltra in sanguinibus. O quæ stultitia fidelium, qui irrident hanc Sapientiã Dei Patris, qua nos in dignitatem assumpsit filiorum Dei. *Gal.*

Verenda Patris irrisit Cham, vnde genitus fuerat. Passione Christi & esus sanguine, nos renati sumus per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti; & hanc vtilitatem Christi, qui turpissima morte condemnatus est, nos vilem arbitrabimur? & hãc stultititam Dei, quæ est summa Sapientia, stultam deputabimus? Maledictus Chanaan imitator tanti delicti Cham Patris tui. Tu ô Cham irrides, contemnis in eo, quod Pater tuus est. Ergò maledictus filius tuus; transeat in filiũ tuum, quod agis in patrem tuum. Tu irrisor es patris, sed Deus irrisor est filij tui. E contrà ô fideles, vereamur nos verenda patri, nostris vt in nos transeat benedictio Dei. En verenda Patris nostri factus pro nobis maledictum. Scriptum est enim: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno, vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu.* Crux est Christi humiliatio, exinanitio, turpitudo. *Morte* (inquiunt) *turpissima condemnemus eum.* At verò iubet Lex: *Turpitudinem Patris tui non discoopes.* Ergò maledictus Chanaan, qui Christũ in eo, quod maledictus est, contemnit. At in Abraham benedictus, qui de maledictione ita operibus loquitur. In me sit ista malectio: Veniat super me sanguis iste iustus, vt in aspersionem sanguinis eius lauet à turpitudine, & à maledictione, & à sordibus peccatorum meorum. Has Domini mei increpationes, quibus à Iudæis increpatus est, custodiã, vt astutior fiam, sapiens videlicet & prudens. *Gen.*9.22. *Gal.*3.13. *Deut.*21. 23. *Sap.*2.20. *Leuit.*18.7. *Exo.*

Nunc ad secundam rem, quæ Dei est, 19. transeamus, qui sumus nos, si Christi sumus: dixi si Christi sumus. Nam *si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius.* At *Rom.*8.9. verò Dominus Iesus mortificatus est in carne, *vt nos pollicitationẽ Spiritus acciꝑiamus per fidẽ:* Ità enim Apostolus scripsit ad Galatas. Facta enim mentione Crucis, in *Gal.*3.14. *Gen.*

qua

qua Christus pro nobis factus est maledictum, & quòd per eam nos consequimur benedictionem, subdidit dicta verba: *Vt pollicitationem Spiritûs accipiamus per fidem.* Per fidem autem sumus filii Dei, vt ait ibidem idem Apostolus. Patet ergò, quòd per mortem Crucis nos sumus regenerati in adoptionem filiorum Dei, vt verè filii Dei nominemur & simus. Ergò res Dei sumus: quorum pretium ex pretio, quo empti sumus, pensandum est. Salomon de sapientia, vt dictum est, statuit, quòd sit thesaurus infinitus hominibus, & rationem dat, quòd vtentes hoc thesauro participes facti sunt amicitiæ Dei. Et addit, quòd & ipsi commendati sint, propter ipsam sapientiam & dona eius. Ex quo est euidens, quòd ex valore sapientiæ, valor eorum pensatur, qui dona suscipiunt sapientiæ, per quæ sapientes sunt. O itaque quantum valet homo, in quo thesaurus est pretiosissimæ Passionis? Commendatur homo iste non ex natura, quæ facta est ad imaginem Dei; non ex præsidentia, quam habet super omnem terram, & animalia vniuersa; non ex dotibus animæ, & corporis, quòd sit ingeniosus, prudens, potens, fortis, pulcher, & huiusmodi; non ex diuitiis, aut aliis quibuscunque rebus temporalibus, sed propter pretium sanguinis Christi; quia Christus habitat in corde eius; quia consors est diuinæ naturæ, quia verè res Dei est, Deo charus, particeps amicitiæ Dei; quin magis filius Dei charissimus.

Gal. 3. 26.

Sap. 7. 14.

20 Materia ex qua factum est tabernaculum fœderis, asportata est de Ægypto, & à populo oblata. At forma, quæ dat esse rei, ex qua sanctuarium factum, ex Deo processit, & venit. *Facies* (inquit) *sanctuarium secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Sanctificatio denique eius, à Deo nihilominus profecta est. Secundum hanc æstimabatur sanctuarium, appretiabatur, erat in veneratione apud populum, imò & apud gentes. O Domini Passio, forma & sanctificatio fidelium, per te in pretio sunt. Hominem prohibebat Deus antiquitus occidi, quòd ad imaginem Dei creatus esset. At nunc altior proponitur ratio, quamobrem non sit offendendus. Audi Apostolum seriò admodum admonentem. *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est* Mors Christi dat illi valorem, quia mors Christi nostra est, pro quibus mortuus est. Quanti ergò fidelis est morte Christi ditatus, ornatus, perfectus, exaltatus, appretiatus?

Exo. 25. 40

Gen. 9. 6.

Rom. 14. 15

O rationem cur proximum, cur nosmetipsos despicere non debeamus: Si ex te ipso iuberis discere quæ sunt proximi; quantò magis ex Christo, cuius sanguis impleuit venas nostras, ornauit animas nostras, viuificauit mortalia corpora nostra. Isaias Propheta vt persuadeat eleemosynam, vtitur illa phrasi. *Carnem tuam non despexeris:* carnem tuam appellans proximum, quod simus eiusdem naturæ. Heù carnem Christi nè despexeris; quia, vt docet Apostolus, membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Hoc cogitent qui despiciunt, qui offendunt proximum suum; scientes quòd non minus in offensione, quàm in beneficio dicturus est Christus; Quamdiu fecistis vni ex minoribus meis, mihi fecistis. Facto probauit hoc dictum, quandò glorioſus de cœlo clamauit; Saule, Saule quid me persequeris? Quid miraris igitur quod dixerit. Qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris? Attende quod dixit in nomine meo. Et vnum ex his pusillis, qui in me credunt.

21 *Exhortatio*

Eccl. 31. 18.

Isai. 56. 7.

Eph 5. 30.

Matth. 25. 34. & 41.

Act. 9 4.

Matt. 18. 5.

Sed conuertere anima mea in speciem tuam, attende tibi, te ipsam cognosce. Monet Sapiens. *Fili in tua infirmitate ne despicias te ipsum.* Ergò etiam carnem nostram nutrire debemus, & fouere. Quantò igitur magis spiritum? Audi præceptum Domini. Commendata lege, & ex ea exaltato populo, quod sit super omnes gentes propter legem, iubet. *Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè.* Cum tantus sis, quod Deus excelsiorem te fecerit cunctis gentibus, ne rem tanti valoris perdas. Custodi temetipsum, & quoad ani-

22

Eccl 38. 9.

Deut. 4. 9.

mam legem obseruando, in qua adeò exProu.15.32 altaris. *Nam qui abiicit disciplinam, despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.* Vides illum perdere cor, qui non acquiescit legi, & cuicunque monenti? hoc est despicere animam, illam non curare, non custodire, non saluare. Si autem custodienda est anima propter seipsam, quanto magis propter sanguinem Christi, in quo sanctificata est? Hæc sunt verba sponsæ ad sponCant. 8. 1 sum. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ.* Fratrem vocat, vt eiusdem naturæ iam factum; quia vt dixit Eph. 5. 30. Paulus, *De carne eius sumus, & de ossibus eius.* Hæc enim scripturæ est phrasis. PostGen. 29 14 quam enim Laban dixit ad Iacob. *Os meum es & caro mea.* Subdit. *Num quia frater meus es, gratis seruies mihi?* Vocat igitur fratrem, quia caro factus est fugens vbera matris, quia salus ex IuIoan. 4. 22. dæis, ex quibus est Christus: addit ARom. 9. 5. postolus. *Inuenit foris, quia eiecerunt*
Mat 21. 39 *eum extra vineam.* Vnde hortatur Apo-
Heb 13. 13 stolus. Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes. Quid est deosculari, nisi ex amore coniungi, illique conformari, quantum possibile est, improperium eius portando, vt dixit Apostolus, & communicando Christi passio-
1. Pet. 4. 13 nibus, vt ait Petrus. Tunc nemo sponsam despicere potest. Sic enim & Apo-
Gal. 6. 17. stolus scribit. Nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Hoc est quod ipsa addit. Apprehendam te. si nemo alius. homo
Cant. 8. 2. ergo despiciet semetipsum? molestus erit sibi ipsi? iniurius in se ipso sanguini Christi? Heu, qui peccas, qui fornicaris, tollens membrum Christi & faciens
1. Pet 5 15. membrum meretricis? Secundum eum, qui vocauit nos, (imò qui redemit nos) sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Repugnare videtur quòd Christus debuerit pati: & hoc fusè. Pati abhorrere non debemus, imò carnem mortificare. In Morali. De illis quæ loqui debemus; & de defectibus, quos vitare tenemur.

VARIAS multum; aduersasque 1
continet partes lectio præsens, dum Christus Petrum, ita ex vna parte extollit, vt nominet *Barjona*, id est Filium Spiritus sancti, quod est dicere hominem Dei: & ex alia adeò culpat; vt Satanam vocet apertè. Et hoc non aliam ob causam, quàm quod diuersa de Christo sensisset; Christum confitens anteà, post verò increpans, quòd se passurum, reprobandum, & occidendum prædixisset; vt causam intelligas quamobrem Salomon sit in suis Prouerbiis constituendis ex oppositis ita frequès, cuiusmodi sunt illa. Qui custodit legem Prou. 31. 7
Filius sapiens. Qui autem commessatores 28. 17.
pascit, confundit patrem suum. Et illud. Qui dat pauperi non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriâ. Qua in re ista habetur consideratio, quòd apud veritatem homines non ex natura, quæ communis est, sed ex distinctis, variisque eorum proprietatibus, & operationibus æstimantur. Ad quod docendum, cùm valdè illud scire vtile sit, & ipse Dominus Iesus voluit de se iudicium ferri, idque iustum. Et propterea interrogat discipulos quid de illo & homines, & ipsimet sentiãt; & rectum de se factum iudicium probat: perperam factum reprobat. Ex quibus docemur, & sic sapere, vt rectè de aliis sentiamus ipsi, & sic viuere, vt sancta de nobis iure ab aliis sentiantur.

Si autem de omnibus benè rectèq; sen- 2
tiendum est: Id nimirum de Deo, ac Christo Iesu in primis faciendum. Hinc in principio libri Sapientiæ scriptum est. Diligite Sap. 1. 1.
iustitiam qui iudicatis terram; sentite de Domino in bonitate Ac si dicat, in quouis

vestro

vestro iudicio sit iustitia, vt non dicatis bonum malum, neque malum bonum: sed bona maximè de Deo sit çstimatio vestra; quoniam bonus est, & bene omnia facit, & Marc.7.37 bona valde sunt omnia opera sua. Eiusmodi autem est Deus, vt bene de illo ab omnibus iudicetur: nemo n est, qui non arbitretur quòd Deus sit bonus. Sed sunt qui clarius illius cognoscunt bonitatem, & virtutem; sunt & qui minus clarè. Propterea bene de Christo sentiebant omnes, etiam qui errabant, putantes illum esse *Ioannem Baptistam, aut Eliam, aut vnum de Prophetis.* Et hoc nisi esset oculus malitia excæcatus; quemadmodũ vsu veniebat in Pha- Ioan 9.16. risæis, qui dicebant; Non est hic homo à & 30. Deo, qui sabbatum non custodit. Hic est Mat 26.63 malefactor, hic est seductor, hic blasphe- Matt. 9. 3. mat. Nam & de Deo male populus in de- Num.14 11 serto loquebatur; illique detrahebant, di- Deut.1.27 centes. Odit nos Dominus.

3 Ergò oculus hominis erga Deum tripliciter se habet. Aliquando humore passionis obruitur, vt rectum iudicium facere non valeat, sicut Iudæi de illo murmuran- Ioan.7.12. tes. Sicut & de Christo Alii dicebant, quia bonus est, alii verò nequaquã sed seducit turbas. Alii benè sentiebant in communi, ꝙ bonus esset, sed in specie errabant dicẽtes esse illum vel Eliam, vel Ieremiam, vel Ioannem Baptistam, ita & Petrus increpans. Alii denique à Deo illuminati apertè dixerunt. *Tu es Christus.* Blasphemi ira incitati male de illo loquuntur, & impetu illo acti putãt etiam interius iniustè ab eo se affligi. Hos dimittam⁹, tanq̃ cęcos, & indignos, qui à nobis in hoc ordine recẽseãtur.

4 Diuisio. De his sit sermo, qui norunt imperfectè, & potissimum circa passionem. Videtur enim repugnare, quod sit Christus, & debeat multa pati, & reprobari à sapientibus, & occidi. Nam Dauid ideò abstinuit ab iniuria Saulis se persequentis, propterea quod esset Christus Domini. Si Christus est, vicem gerit Dei, vnctus Spiritu Dei, cui propterea omnes debent esse subiecti. Qui ergò erunt, qui audeant mittere manum in Christum Domini? Si Christus est, promissus est à Deo in lege, & Prophetis; ab his ergo, qui legis scientiam prætendebant, debet cognosci: quomodò ergò ab his reprobatur? si Christus est, regnare debet, & redimere Israël. *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aternum.* Et *sperabamus, quòd ipse redempturus esset Israel. Quomodo ergo tu dicis Exaltari oportet filium hominis, & occidi?* Ergò ratione dignitatis, ratione veritatis, ratione potestatis repugnat quòd patiatur, quòd reprobetur, quòd interficiatur. Ioan.12.34. Luc 24.21 Ioan.12. 34.

5 Dignitas est, quia Rex est à Deo missus, spiritu principali, id est regio confirmatus. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me.* Et dedit illi Deus Spiritum non ad mensuram & ideo Sanctus Sanctorum vnctus est oleo lætitiæ præ cõsortibus suis. Rex itaque & sanctus factus ante omnes tum dignitate, tum sanctitate, vt non sit præter eum, neq; qui possit, quoniam Rex est; neque qui debeat, quoniam sanctus. Sed propterea tamen passus est, quia oportebat Christum (id est vnctum) pati. Vngebatur simila in sacrificio, vt facilius comburetur. Omnis adeps Domini erat, vt esset ignis fomentum ad comburendum carnes. Charitas ista est, propter quam tradidit in mortem animam suam, vt sanctificaret per suum sanguinem populum. Omnia enim mundãtur in sanguine. Cum deberet autem sic sua sanctitate sanctificare per sanguinem populum; nullus de populo sanguinem istum suum valebat effundere. Quid ergò? non erit eius populus, qui eum negaturus sit. Propterea itaque repudiatus est, negatus, abiectus & passioni à filiis traditus alienis. Et vbi in lege permisit, quod vir repudiaret vxorem odiosam, nunc contra legem virum repudiat vxor ipsa, & virum dilectum, & totum desiderabilem, quin & iniuria afficit, & passionibus. Ad duritiam cordis permittebantur viri vxores repudiare, ne illas occiderent. Vxor autem in lateribus domus manens, virum ita expellit, vt interficiat. Et eiicientes eum extra vineam occiderunt. Isa.61.1. & Luc.4.18. Dan.9.24 Psal.44.8. Leuit.2.5. Leuit.3.16 Isai.53 11. Hebr.13.12 Heb 9.22. Dan.9.26 Deut.24.1 Mat.19.8. Mat 21.39

6 Ita magnificata est Passio eius, quoniam cecidit in sanctum, ab his, quibus legitima non erat potestas, vt & sine authoritate iudicarent, & sine iustitia, & ipse indigna pate-

pateretur ab indignis. Gratior item esset Passio indigniori & sancto, & impleretur
Prou. 29.9 Prouerbium. Vir sapiens si cum stulto cõtenderit, siue irascatur, siue rideat, non in-
Ier. 5. 21. ueniet requiem. Debuit quidem Christus venire ad populum, de quo. Audi Populc
Isa. 65. 2. stulte, & qui non habes cor. Ad quem non
& Rom. 10 credentem, sed contradicentem tota die
21. extendit manus suas. Et ideò siuè benigne loqueretur, siue acriter, non inuenit in eo requiem, quærens illam; quærens ouem perditam, & pulsus in regionem longinquam.

7 *Et reprobari à senioribus, & summis sacerdotibus, & scribis* Cum esset eius & dignitas & sanctitas depicta & descripta in lege, ab iis maximè deprehendi debuit atque discerni, ad quos legem intelligere atque interpretari pertinebat, & discernere verum à falso Propheta, sed hi magis iu-
Ierem. 5. 1. gum fregerunt. *Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate & quarite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium & quarentem fidem. Indurauerunt facies suas super petram & noluerunt reuerti. Ego autem dixi. Forsitan pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei sui. Ibo ergò ad optimates, & loquar eis. Ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincu-*
Sap. 2. 12. *la.* Ratio, cur hi magis, tangitur ab ejs in libro Sapientiæ. *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobu peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, promittit se scientiam Dei habere. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, tanquam nugaces existimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditiis nostris.* Præterea timebant primatum perdere quo erant rectores populi, regem ipsum expe-
Mat 21. 38. ctantes; & ideò dixerunt. Hic est hæres,
Ps 117. 22. venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas, & ideò, lapis est, quem reprobauerunt ædificantes, id est populum regentes.

8 Ità maior est confusio cum quis à sapientibus reprobatur; maior est mentis dolor, quandò aperta veritas est pro nobis, quæ magis impugnatur, & occultatur. Ità factum est, vt ab eisdem & verbum scriptum corrumperetur, & verbum incarnatum despiceretur, & abiiceretur. Poterant, *Matt. 2.* sicut ad instantiam Herodis Regis de loco tulere iudicium, nempè de Bethlehem, & de reliquis pro sua suorumq; salute verum iudiciũ facere. Et ideò inexcusabiles sunt, & dùm corrumpitur Scriptura, adimpletur, quæ hoc prædixerat. Ideò Christus ad illam mittit. *Scrutamini scripturas, quia illæ* *Ioan. 5. 39.* *testimonium perhibent de me.* Et ità quoq; omnib⁹ modis Christus pateretur, vt quasi Pater percuteret; cum isti verbum Patris acceperint ad eum reprobandum; & caperetur ipse in sermone suo: nam & filius ipse locutus est in lege. Portò etiam secundum modum istum, secundum legem debebat mori. Et hoc pacto quoque liber legis aspersus est sanguine. Erat quippè in eo sanguis quò ad sensum verum, erat & quò ad falsum, quandò legem sumpserunt, quasi gladium ad illum interficiendum.

9 Quod Christus mansurus, & regnaturus in æternum occideretur, hæc tertia est repugnantia. Sed quia mansurus oportuit mortalem vitam in immortalem commutare: debuit igitur mortalem deponere, quòd per mortem, necaliter fieri congruebat, atque ita vt Regni eius non esset finis. Ideò absorpta morte per resurrectionem in victoria, dicebat. *Data est mihi omnis* *Mat. 28.* *potestas in cœlo & in terra.* Prætereà iturus *Luc. 19. 12.* in regionem longinquam, vt acquireret sibi Regnum, debuisset de hoc mundo exire qui totus est regio nostra, in qua nati sumus. Exiens autem acquisiuit regnum mundi. Primò, quia dùm esset in mundo, cohorti, & Ministris Iudæorum data erat potestas super illum; vt ligare possent & tenere, & educere. Pilato desuper data erat potestas qua diceret. Potestatem habeo *Ioan. 19. 10.* crucifigere te. Summa super eum erat potestas tenebrarum. Vt istam à suis humeris proiiceret & capite, dimisit illis, vt facerent in eum quæcunque voluissent; vt amplius quid facerent, non haberent. Et propterea de mundo, vbi restricta erat eorum potestas, prorsus exiuit inter mortuos liber.

bet. Qua libertate potitus, reuersus, reddidit eis duplicia, auferens ab illis, qua malè & contra iustitiam abusi fuerant, potestatem; & accepit sibi Regnum, cui nedum ex authoritate debebatur, verũ quia cum iustitia iudicans, & pugnans, & victor existens, totius mundi imposuit sibi dia-
Psal. 109. 1 dema; dixitque illi Pater. *Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* Quod autem dicit. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; hoc non dicit quasi non acceperit sibi regnum, & non dominetur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Sed quoniam Rex sæculorum est, in quibus homines vsq; ad finem mundi florebunt de Ciuitate ista vanitatis sicut fænum terræ. Et quoniam natura nascuntur omnes filii iræ, atq; ita inimici in omni generatione, & generatione ponuntur sub pedibus eius, qui iam sedet
Ps. 109. 4. & regnat, constitutus Rex à Deo. Et ita
Apoc. 12. 21 secum quidem est principium, id est principatus in die virtutis suæ, id est resurrectionis, & potestatis suæ. Sed dùm homines veniunt in hunc mundum, cuius Regnum ac potestas facta est Domini nostri Iesu Christi, quamuis inimici eius, terram tamen lingunt, & adorant vestigia pedum suorum. Et quoniam laborauit ipse dùm sibi regnum acquireret, iam sedenti, ac quiescenti Pater ponit inimicos eius sub pedibus eius. Ergò per mortem factus est Princeps Regum terræ, liberans suos de manu mortis, & eripiens de potestate tenebrarum. Quia ergò mansurus erat in æternum, & regnaturus Christus, oportuit illum occidi, quod ignorantes dicebant.
Ioan. 12. 34 *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Quomodò ergò tu dicis. Exaltari oportet filium hominis? Quis est iste filius hominis? Quibus dixit ipse. Adhuc modicum lumen in vobis est.* Modicum profectò, quoniam sciebant Christum mansurum in æternum. Et hoc rectè sciebant, sed nesciebant, quòd ad hanc vitam immortalem per mortem esset peruenturus, putantes hæc duo non conuenire, mori & manere, quæ tamen sic sibi mutuò cohærebant, vt eodem verbo Christus vtrunq; significaret, nempè verbo, exaltationis, dicens. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia* Ioan. 12. 32
traham ad me ipsum. Et alibi. *Exaltari* Ioan. 3. 14.
oportet filium hominis. Nam quem ipsi exaltauerunt in Cruce, Pater exaltauit dextera sua, cõstituens ad dexteram suam in Excelsis, & omnia subiiciens sub pedibus eius, vt in nomine Iesu omne genu Philip. 2. 10
flectatur. Ergò Petrus increpans Christum & non sinens loqui de Passione, nesciens impediebat gloriam Christi, & nè esset magnus, & filius Altissimi vocaretur.

Quid putas locutus est Dominus ad 10
Moysen dicens. *Vlciscere prius filios Israel* Num. 31. 1.
de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum? Vltionẽ de inimicis cum sua morte coniungit, quia per mortem suam Filius Dei strauit hostes suos. Moyses, quia solum homo erat, prius habuit sumere vltionem; sed Christus quia etiam Deus potuit moriens acquirere sibi regnum, & dominari in medio inimicorum suorum. Attamen vt figuræ responderet, etiam ante mortem ad illam accedens duxit triumphum: Et nos ergò, quia homines sumus, Exhortatio
debemus ante mortem hostes nostros superare, sic antè corporalem mortem spiritualiter morientes vitiis, & concupiscentiis. Nam & Madianitæ illi hostiliter in Num. 25.
hoc se gesserunt. quòd per mulieres, quarum princeps fuit Chozbi filia vnius nobilissimi principis Madianitarum, populum deceperunt, trahentes ad idolum Phogor: 15.
Hos, hos inimicos superare cõuenit, mortificantes membra ista, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, carnem hoc pacto crucifigentes cum vitiis & concupiscentiis. Quid cau- Col. 3. 5.
sæ fuit, quòd Samson seipsum etiam corporaliter interfecit? propterea quod prius locum dederat concupiscentiæ, carni cesserat, à muliere se permiserat subiugari. Moriatur, moriatur caro, quæ hominem seruituti subiicit, quæ tradit in manus inimicorum, quæ oculos eruit, vt non videant impudici; quàm vilis facta sit conditio erum, quæ in circuitu facit ambulare, quæ hostes nutrit, illis molens cum labore, & ærumna. Crucifigatur caro ista etiam corporaliter per afflictiones, absti- Iudic. 16. 30.

mentias, vigilias, asperitates, flagella. Sic illa moriente, morientur inimici eius. Qui
Apoc. 15. Christus fuit, oportuit crucifigi. Qui Christi sunt, sic carnem suam crucifixerunt.
Qui fuit primitiæ mortuorum, is idem fuit
2. Tim. 2. 11. Princeps regum terræ. Si commortui sumus, & conuiuemus; si sustinebimus, & conregnabimus. Putas otiosè mortuorum factam mentionem, magis quàm viuentium à Ioanne, dum Christum nominat Regum principem? quoniam inter mortuos fuit; ideò inter principes regnat. Et nos pariter moriamur, vt vna conregnemus.

SECVNDA PARS.

II SIcut qui Christus dictus est, mala sustinere oportuit; sic qui post Christi confessionem illi aduersatur, recta ratione debuit Satanas appellari. Id vidimus. Istud nunc videamus. Quod, qui non nouerunt Deum, ambulent per viam latam, & spatiosam, quærentes quæ sunt super terram, carnem nutrientes, & fouentes, voluptuosè viuentes, hoc non creat admirationem, si in his, quę nouerunt corrumpuntur. Neque enim nisi præsentia norunt, & ideò di-
Sap. 2. 6. cunt. Vtamur creatura celeriter, & coronemus nos rosis antequam marcescant. At qui Deum cognouerunt, & confessi sunt, si Cruci aduersentur ne admirationē tantum, verum & indignationem excitant, vt meritò repellantur, illisque dicatur. *Vade retrò me Satana.* Petrus Christum confessus fuerat, & de hoc laudatus est. Petrus idem audiens dicentem ipsum Christum. *Quoniam oportet filium hominis pati multa. Apprehendens eum, capit increpare eum* Non solum Petrū interrogauit de se Christus, sed simul omnes. *Vos vero quem me esse dicitis?* Ergò vnus Petrus pro omnibus intulit responsionem. *Tu es Christus.* Quòd increpationem quoque fecerit, vt ab omnibus veluti factam, Dominus demonstraret, *Conuersus, & videns discipulos suos cōminatus est Petro.* Laudatus à Petro, comminatus est omnibus, *Nè cui dicerent de illo.* Hic *videns discipulos comminatus est Petro:* vt quemadmodum bonam confessionem, ita increpationem malam omnibus ostenderet esse communem, atque ita & ad nos deriuet ista comminatio, & vituperatio, si Christum agnoscentes Crucē detestem⁹, & ab illa vel ipsum, vel quemcunq; etiam nosmetipsos auertere cogitemus.

Hoc igitur est, quod hic nos discere cōuenit, nè qui crucifixum sequimur, crucem abhorreamus; & nè qui vitæ, quæ est Christus, adhæremus, à morte eius diuidamur & cruce. Paulus Apostolus dicens. *Sic pugno non quasi aerem verberans, sed ca-* 1. Cor. 9. 26
stigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Apertè declarat, quòd castigatio carnis assumpta bellum est quoddam contra domesticum inimicum, quæ pugna non verborum sed verberum iis potissimum indicitur, qui magis appropinquare Deo volunt. Quapropter nihil minus Petrum decuit, quam Passionem culpare. Neque otiosum est, quod Phinees filius Eleazari Num. 25.
summi sacerdotis, qui & illi successit in sacerdotio, is fuerit, qui arrepto pugione, ingressus est post virum Israëlitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet, & mulierem in locis genitalibus. Neq; hoc solum animaduertendum est, sed Dei consilium, atq; decretum, qui mox intu- II
lit. Phinees, filius Eleazari filii Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israël, quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcircò ecce do ei pacē fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum sacerdotii sempiternum; quia zelatus est prò Deo suo. Vbi videmus & sacerdotem hoc opus fecisse, & sacerdotium à Deo illi propterea confirmatum in sempiternum. Et in ipso opere exprimendo Scriptura sic loquitur sapienter, vt aduertamus eius præcipuam vim in hoc fuisse, quòd carnalitatem puniuit. Ingressus est (inquit) in lupanar. Vide expressum locum. Et perfodit ambos. Hoc poterat videri sufficere, sed maiorem addit expressionem, subdēs. Virum scilicet & mulierem. Et vlterius adhuc subiiciens. In locis genitalibus. Vt videas odium, & persecutionē, & percussionem carnalis concupiscentiæ. Ad cuius etiam ampliorem explicationem, placuit

Spiritui

Spiritui Sãcto sacrę Scripturę auctori subinferre nomen & conditionem horũ duorum scelestorum. Erat autem nomen viri
Num. 25. 14. 18. Israëlitæ, qui occisus est cum Madianitide Zambri filius Salu, dux de cognatione, & tribu Simeonis. Porro mulier Madianitis, quę pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Et Deus ipse vltionem indicans, eandem mulierem cum suo nomine, ac sua origine nominauit. Voluit enim factum hoc bene intelligi, diligenterque considerari.

13 Præcipuum ergo, ac singulare munus est sacerdotum, castitatem custodire, carnem crucifigere, membra mortificare, atque ita stigmata Domini Iesu in corpore suo portare, atque vt id faciant cæteri, prospicere diligenter. Vbi ad hoc obserua, quod Apostolus se pugnãtem dum fatetur in corporis castigatione, sacerdotalis officij facit
1. Cor. 9. 27 mentionem, dicens: *Ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Pugna ista pacem creat; nisi hac parta victoria pax nõ datur. Ideo ipsi Phinees illa promissio fa-
Nu. 25. 12. cta est. *Do ei pacem fœderis mei.* Quod est dicere, vt videtur, pactionem pacis cum illo facio, eam illi tanquam ex pacto promittens: Vt intelligamus eiusmodi esse fœdus inter Deum & homines, vt si carnem doment, pace fruantur; superato hoste isto nequissimo, pax erit in terra hominibus domitæ carnalitatis.

14 Non sat tamen fuit Deo, quod illi duo libidini vacãtes fuerint interfecti: propter quorum necem cessauit plaga à filiis Israël, occisis viginti quatuor millibus. Sed post illorum duorũ interfectionem iussit Do-
Nu. 25. 17. minus. *Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decipere insidiis per idolũ Phogor, & Cozbi filiam Ducis Madian sororem suam.* Quid hoc, nisi, quia non est pugna hæc intermittenda, dum iste viget inimicus: seruiat subactus, & pax erit in terra
Num. 31 6 36. nostra. Audi mysterium. Pugnatum est contra Madianitas, & de illis relata victoria est: præda diuisa in duas æquales partes, altera pars tributa pugnantibus, altera reliquo exercitui: primitiæ Domino ex vtraq; desumptæ: quæ ex parte pugnantium descriptæ, has habuit summus sacerdos, alteræ fuerunt Leuitarum. Num hinc nõ videtis specialem fructum pugnæ huius, atque victoriæ, eumq; insigniorem ad sacerdotẽ pertinere? Quid ita? propterea quod illius est hanc pugnã inire, sacerdotum est contra carnem bellari, castitatem tueri. An nõ & Petrus ipse summus sacerdos cũ Christo crucifixus est? An non & Paulus labores suos atq; Passiones Crucem deputat, & *Gen. 2. 19.* stigmata Domini nostri Iesu Christi: Christo (inquit) crucifixus sum cruci. In his principibus splendet crux, rutilat victoria de carne, pax amplificatur.

Petrus pro omnibus loquebatur, laudabatur, redarguebatur. Partes nostræ itaq; *Exhortatio.* 15. sunt crucem non culpare, sed laudare; non odisse, sed amare, tenere, non arcere. Hoc autem sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. Crucem illius sanctam adoramus, *Philip. 2. 5.* & recolimus reuerẽter sanctissimam illius Passionem: Eam vt verè Diuinam rem suspicimus, honoramus, exaltamus. Hoc itaq; & in nobis sentiamus, crucẽ, passiones, tribulationes non horreamus, non quasi indignam rem abiiciamus, non quasi molestam fugiamus, non velut iaduersantem nobis. Illam potius amplectamur, vt Christum comitem habeamus in via hac, qua ambulamus ad patriam, qui non viam aliam calcauit, quàm arctam, asperam, laboriosam; hæc enim sola ducit ad vitam. Vnde & postquam Petro comminatus est crucem deprecanti, conuocata turba cum discipulis suis dixit eis. *Si quis vult me se-* *Mar. 8. 34.* *qui, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.*

Audite quęso, & intelligite. Iter quo populus de Ægypto peruenit ad terrã illi re- 16 *Num. 33. 1. & seq.* promissam, scitis in quadraginta quatuor mansionibus esse distinctum. Quàm multa, quàm varia, quàm insignia in harum multis euenerint, & patrata sint, etiam vos non latet. Nam in his fuit transitus de mari rubro, fuit pluuia mannę, fuit eductio aquæ de petra, carniũ abundantia, legis insignissima promulgatio, populi diuersæ punitiones, & alia huiusmodi, quæ Moyses scribit in libris Exodi, Numerorum, &

Deuteronomij. Has omnes simul mansiones dum colligit & recenset, duorum tantum ex tot, quæ in illis acciderũt facit mẽtionem. Nam in 35. mansione, dũ ascendit, Aaron in montem Hor iubente Domino, ibique mortuus est. Audiuitque Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiẽ, in Terra Chanaan venisse filios Israël. Quis hoc non miretur? Quæ vero mors est Aaron sacerdotis, nisi Christi, qui est summus sacerdos, qui iubente Domino ascendit in montem, ibiq; mortuus est? & quid superato Rege illo Chananæo accidit insigne? quod serpentibus ignitis populum interficientibus, erectus est in ligno serpens æneus, quem aspicientes sanabantur; quod in sui figuram Saluator asserit dictum, & factum. Et qui aspectus in eũ, qui in ligno exaltatus est, nisi intuitus Crucifixi ad illum imitandum, seq; illi conformandum? Non alia via nobis eundem est ad repromissam terram, quam ea, quam calcauit Christus. Sint infinita, eaque magna, quæ cadunt in hoc itinere, de hoc solo fit mentio, quando via ista recensetur. *Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* Qui non aspiciebant, moriebantur. Cur vero? & tædere cœpit populum itineris, & laboris, locutusque contra Deum, & Moysen ait. *Cur eduxisti nos de Ægypto, vt moreremur in solitudine. Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo.* Qui mori nolunt, percutiuntur; qui detrectant mortificationem; qui abundare volunt, & deliciari; qui crucem à se elongant, quantum possunt; qui crucifixo conformes esse recusant. Aarõ iubente Domino ascendit in mõtem, passus est sacris vestibus expoliari, volẽs mortuus est, vt Deo obsequeretur. Tu vero recusas mori, expoliari, quin & in montem ascendere, & à cæteris separari: placet mundanus conuictus, lata via, læta via, luti habitatio, luxus continuatio.

17 Heu nobis placent placentia loquentes, secundum carnem ambulantes, sapientes quæ sunt hominum, non quæ sunt Dei. Quos Christus reprehendit & eiicit à se. Nec aduertimus quod dicit Salomon. *Homo, qui blandis, & fictis sermonibus loquitur amico suo, rete expandit greſſib. eius.* O quot hoc rete capiuntur? Petrus ex ignorantia Domino suadebat. Mundus in maligno positus, in sua malignitate a cruce ferenda dehortatur blandis quidem, sed fictis sermonibus. Quid blandius, quam cubilia, & impudicitias hortari, ebrietates, & comessationes, in creatura delectari, gaudere ad sonitum timpani, in auibus cœli ludere, argentum thesaurizare, & aurum, & ire post cõcupiscentias? Quid blandius quam crucem abigere, auersari, abominari? Ipsa enim videtur totũ malum hominis in hac vita; qua semota, totus mundus esset deliciis plenus, prosperis succedentibus cunctis. Sed fingit qui sic loquitur, decipit, seducit, fallit; expandit enim rete greſſibus nostris, vt illecebris huius mundi irretiti, misere corruamus, capiamur, moriamur. Si de Principe verum est quod ait Salomõ. *Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios:* tu ipse, qui mendaciis aurem præbes, impius ex hoc vere factus es: & si impius fueris, bona tibi vniuersa in mala conuertentur, prospera aduersabuntur, dulcia mordebunt, leuia vulnerabunt, grata insidiabuntur, ipsa etiã vita dabit mortem. Peccantem virum iniquus inuoluet laqueus, rete illaqueabit, laqueus cõprehendet, vt se nequeat extricare, donec superueniat repentina dies illa, quæ voluptatibus finem, & cruciatibus dat initium, quod nũquam videbit finem. Crucem itaq; cum Christo amplexantes, digni efficiamur, qui Christi sumus, vt cũ illo in perpetuum deliciemur. Nam iustus laudabit, atque gaudebit. Amen.

Num. 33. 38 40.

Ioan. 3. 14.

Marc 8. 24

Nu. 21. 4 5

Nu. 20. 26

Prou. 29. 5.

Prou. 29. 5.

Prou. 21.

MORALE.

DVæ illæ cominationes Domini Iesu, quas refert S. Marcus Euangelista ori hominum factæ sunt, de prima enim dicit. *Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.* De secunda. *Qui conuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro dicens. Vade retro me Satana:* Illis, ne dicerẽt; huic, quia dixit. Prima facta est, qui laudatus. Secũda, quia increpatus. Id ne extolleretur in ver- 18

in verbis, hoc vt extolleretur in lignis. Sancta ibi, ac vera facta fuerat confessio dignitatis eius, quòd *verè esset Christus Filius Dei Viui*. Declarata hic erat functio tantæ dignitatis, quæ erat Passio, & per eã vniuersorum redemptio. Non erat aptum vulgus intelligere suam dignitatem, non erat tempus adhuc illius declarandæ. Poterant discipuli de gloria magistri gloriari. Poterant aduersarij eius ansam hinc illius arripere persequendi, quin & discipulos insectandi. Poterat in hominum mentes cadere, quòd ipse ex hac discipulorum confessione auram caperet vanitatis. His aliisque consimilibus rationibus vetuit illis confessionem istam, quòd esset Christus. Qui Christus fuerat cognitus, & cœlesti numine reuelatus, ita Doctor constitutus docet discipulos suos. In qua sua doctrina post articulum Incarnationis, qua Christus factus est, ponit articulũ Passionis, qua Redemptor est. Hunc vult esse manifestum: *Et palam loquebatur verbum* Illum pro illo tempore occultum. *Ne cui dicerent*. Promitur ille ore hominis, Petri; diuina tamen reuelatione, Promitur iste ore ipsius Christi. Encomium ab aliis: Opprobrium à seipso.

19. En primum documentum, nè laudes appetamus, ne extollentiam nostram concupiscamus. Sed si veritas necessaria est, eò progrediatur tantummodò, vbi opus est. Vbi cæteris non est vtilitati, nè vobis vanitati esse videatur, vlterius nè progrediatur: sistatur ibi. Huc facit Prouerbium: *Quomodò probatur in conflatorio argẽtum, & in fornace aurum; sic probatur homo ore laudantis*. Nil videtur homini placibilius, nil gratius, quam laudari: Et hominum labores in hunc finem sumuntur infiniti; quandoquidem & affligitur corpus ieiunijs, anima precationibus, substantia eleemosynis extenuatur, vt verè perfectus sit homo ille qui laudibus non inflatur. Ab hac imperfectione, vt se Christus longè abesse demonstret, iubet etiam cum comminatione, nè cui dicant, quod expediens illis fuerat tunc confiteri. Vbi secundò discimus, vt in cæteris laudandis cautè procedamus, nè occasionem illis demus vanè gloriandi, & nè ipsi nosmet assentationis vitio maculemus: facilè enim lingua in his labitur. Tertiò discimus licere in infirmitatibus gloriari, sic nos ipsos vituperantes, vt nè aut à veritate recedamus, aut in vanitatem incidamus, etiam verbis humilitatis gloriam aucupantes

Prou. 27. 21.

Id tandem sit nobis iugiter cordi, quod Psalmista canit: *In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui* Quæ loquitur Deus, loquamur & nos: quæ ex illius ore procedunt, quare nõ etiam ex nostro procedant? Moyses fidelis fuit in omni domo Dei, fideliter ad populum referens verba Dei. Sic fidelissimus fuit Christus de quo Deus Pater. *Ponam verba mea in ore eius, loquetur̃q; ad eos omnia, quæ præcepero illi*. O quanta excellentia oris nostri, vt eisdẽ decoretur verbis, quæ ex ore Altissimi deriuantur! Hanc se dignitatem Dauid fatetur consecutum dicens. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Hanc & Petrum fuisse consecutum Veritas ipsa testatur. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est*. Hac fruitur sancta Ecclesia Dei, cui dicitur. *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*. De hac gloriatur Apostolus: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Hanc vt & nos habeamus, iubet Deus. *Erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis*. Et: *Iuxtà te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo*. Et si dùm loquimur hominibus, multò magis hoc intendit Deus, quandò illum deprecamur. Propterea ipse verba formauit, & docuit, quibus docemur illum precari, dicente Domino Iesu. *Quandò oratis dicite Pater noster, qui es in cœlis*. O si cognosceret homo hanc tantam suam dignitatem! Hanc proposuit per Prophetam: *Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris*. Esse hominem quasi os Dei: quanta est dignitas? quanta excellentia? Iacent apud nos vera rerum pretia, minoris nostra sunt opinione, quàm re & veritate Heu quis veram tantæ eminentiæ habeat æstimationem? Vix vnus homo,

20. *Psal* 118 13
Num 12. 7.
Deut. 18. 18.
Ps. 118. 13.
Matth. 16. 17.
Matth. 10. 20.
2. *Cor.* 13 3.
Deut. 6. 6.
Deut. 30. 14.
Matt. 6. 9.
Ierem. 15. 19.

Exod. 30. 10. ex vniuersis, Terram inhabitantibus, pedē ibi poterat immittere, vbi erat scabellum pedū Dei: non dico suppeditare scabellum illud, non dico pede tangere aut manu; dico locum ingredi, vbi existebat illud, quod adhuc non verè pedes Dei sustinebat, sed in figura tantùm. Nunc autem quod est verè verbum Dei, ex ore Altissimi proficiscens, nisi ex corde magis velis dicere iuxta Psalmum: *Eructauit cor meum verbū bonum* Et hoc verè ex Deo proficiscens, verè ex ore nostro procedit; tangit os nostrum, quod tangit os Dei: ex increato fonte ad vasculum istud labiorum nostrorum fluit, influit, deriuatur. O eximiam, eamque incognitam & excellentissimam dignitatem, non vnius hominis aut alterius, sed omnium prorsus, modò velint. Nō tempori alligatū, vt erat ingressus in Sancta Sanctorū: sed omnib⁹ diebus vitæ nostræ, omnibus horis. Ingrediebatur ille semel in anno ad adorandum scabellū pedum Altissimi. Nos, nos quando implemus istud: *In labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui*: quando ꝓnuntiam⁹ verba Dei. Annō obseruasti propheticā phrasin: *in labiis meis, oris tui*? Poterat dicere. Pronūtiaui iudicia, aut verba Dei: Sed vt aduerteret nos, faceretq; notam excellentiam istā, apposuit os nostrum, & os Dei. Labia nostra, & veluti linguam Dei; ô homo, quare excellentiam istam tuā non nosti? non attend s? non exequeris? Loquimini, *loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo*; quia veritas ex Deo est: custodite vos, non in lingua vestra delinquatis: *sermo vester semper in gratia sit sale conditus*: videte quid dicatis. Cauete ab eo, quod dicit Salomon: *Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum.* Conceptum sermonem nescit ille continere, quasi musto plenus: hic vero sapienter moderatur labia sua: sciens scriptum: *tempus tacendi, tempus loquendi.* Vasculum oris nostri, quod cœleste balsamum accipit, nempe oleum effusum, nomen Domini, verbum Domini non est vsibus prophanis deputandū, non ad libitum mentis imperitè producendum est, exponendum, diuulgandum.

Exod. 30. 10. Leu. 16. 2. Heb. 9. 7. Eph. 4. 25. Col. 4. 6. Prou. 29. 11. Eccl. 3. 7.

Sed heu! qui sunt hi sermones, quos confertis negotiantes, negotiatores & fabulatores, qui sapientiam exquiritis, quæ de terra est? *Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum: quorum os maledictione & amaritudine plenum est, & Dominum nō inuocauerunt. Posuerūt os suum in cœlū, & lingua eorum transiuit in terra.* Contra Deum iniuriose, aduersus proximum dolose. Dispersit Deus vniuersa labia ista. Si comminatus est discipulis, ne dicerēt etiam veritatem: si Petro, quia dixerat vanitatē, nesciens quid diceret quid ori blasphemo? quid periuranti, & assumenti in vanum nomen Domini? quid susurroni, & discordias seminātī? quid errores docenti, & cœcos in baratrum abyssi, fallaciter serpentis lingua ducenti? Exclamabat spiritus immundus, Christum vocans Filium Dei, sanctum Dei: & comminatus est ei Iesus dicens: *obmutesce & exi ab eo.* Factâ procellâ magnâ exurgens cōminatus est vento & dixit mari: *tace, obmutesce*: cessit spiritus immundus, cessauit ventus, in mari facta est tranquillitas magna. Et non cedet lingua blasphema? Et non quiescent labia dolosa? Et os bilingue, & peruersum nō compescetur, & verba inutilia non euanescent? Et perniciosa locutio non abscindetur? Et confusio ista linguarū, qua hoc mare magnum vitæ sæcularis, intumescit, fremit, terret, omniaq; subuertit, arescentibus hominibus prę cōfusione sonitus maris, non aliquando habebit finem? Et hoc quod habet scientiam vocis, Spiritus (inquam) Domini, qui dat genera linguarum, & interpretationes sermonum, non replebit orbē terrarum, non faciet vt omnis terra veritatem inuocet, & linguis loquatur nouis magnalia Dei? vtilia homini? congrua saluti? tacebit lingua maris; silebit mendacij pater; mundi omne os obstruetur? & homo mendax clamabit? & obstrepet mulier garrula, clamosa, litigiosa? & lingua canum blasphemantium, quietis impatiens, latrās tota die ac nocte non tacebit? Vbi cœli enarrant gloriam Dei. Terra maledicta in ore suo, aperiet os suū in blasphemias Dei & sanctorum?

Profert

Profert spinas & tribulos mendaciorum, fraudum, vanitatum? linguis suis dolosè agentes Iudæi Christum Filium Dei blasphemauerunt, accusauerunt, condemnauerunt, crucifixerũt. Et nos ergò nõ lingemus vulnera eius, laudantes, gratias agentes, & confitentes, quia hic est verè Saluator mundi? cõfitentes nihilominus peccata nostra, vt misericordiã consequamur in auxilio oportuno? & si lingua tacuerit, lapides clamabunt. Ergò *laudate Deum in sono tubæ, laudate eum in Psalterio & cithara laudate eum in timpano, & choro, laudate eum in chordis, & organo. Laudate eũ in cimbalis bene sonantibus, laudate eum in cimbalis iubilationis:* & omnis lingua confiteatur Domino in sæcula sæculorum. Amen.

Iob.4.42.

Psal.150.3

FERIA III. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Verba quę ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, &c.

Ioan.6.64.

ARGVMENTVM.

Conuenientia traditionis Iudæ, cum institutione sanctissimi Sacramenti. Cur Angelis tam bonis, quàm malis, & hominibus vti voluerit Deus in Passione sanctissima Filii sui. Maximum doloris genus pati ab illis, quibus maxima sunt collata beneficia. Christus dolore affectus ab omnibus, à Iuda præsertim.

1. QVONIAM inter bona temporalia verus amicus nõ extremas tenet partes; quin inter primas à sapientibus numeratur. Vnde & noster Sapiens scriptum reliquit: *Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti cõtra bonitatem fidei illius.* Dominus Iesus, qui propter nos egenus factus est, voluit ad salutẽ nostram, & hoc tãto bono priuari. Quamuis enim aliquos habuerit amicos, qui ad inimicitiã nõ sunt conuersi, vt illi quibus dixit. *Vos dixi amicos, quia omnia, quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis:* defecerunt tamen & hi aliquandò timore perterriti. Verum & alios habuit, qui sine causa illum dereliquerunt, quin & vnum sustinuit inter primos, qui caput se prębuit atq; ducẽ inimicorum suorũ & persequentiũ, sicut hodiè ipsummet Dominum audiuimus cum interpretatione Ioannis: *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidã ex vobis, qui non credunt; sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & qui traditurus esset eum.* Hæc quia pœnarum nõ est minima, sed animo ingenuo ac nobili grauissima, hoc tẽpore quo de Domini passione tractamus, à nobis considerãda est, quæ idcircò in sacra Euãgelica lectione nobis hodiè proponitur, & à nobis declarãda suscipitur. Dignemini ergò apertas aures atq; attentas nũc nobis exhibere.

Eccl.6.15.

Ioh.15.15.

Matth.26.56.

2. Admodum cõcinnè videtur huius pœnæ, quæ ex sacrilega traditione contigit Domino Iesu, tunc maximè facta mentio, quandò insignissimũ illud Sacramentum nobis conferendum recensuit, in quo seipsum nobis erat daturus in cibum. Prolixè quidem locutus de hac tanta gratia, quod ipse panis viuus descendisset de cœlo, vt daret vitam mundo, ad suos cõuersus, qui illi vicinius adhærebant, dixit: *Nonnè egò vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est?* Et addit interpres Ioannes. *Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.* Hoc aũt ideò videtur esse factũ; Primò propter magnã coniunctionẽ, quę est sacratissimi mysterij Eucharistiæ cum Passione, quæ à traditione exorsa est. Cõiunguntur quidem hæc duo mysteria simul: tum quia Eucharistia instituta est in memoriam Passionis, dicente Domino: *Hoc facite in meam commemorationem* tum quia in sacrificio Missæ iugiter ipsa Passio renouatur: tum etiam, quia fructus

Luc.22.19.

ctus Passionis nobis in Eucharistia abundanter ministratur. Secundò, quia tunc à Domino traditio ista reuelata est, quandò Eucharistiam instituebat. Propter quod etiam vbi Matthæus & Marcus hanc reuelationem anteponunt cœnæ, vbi Panis cœlicus nobis est datus, Lucas eidem cœnæ illam postponit, vt hæc duo sibi valdè cohærere intelligamus Traditionē videlicet, qua Iudas Iudęis tradidit Dominum Iesum, & traditionem, qua Deus Pater nobis tradidit Filiū suum Vtraq; enim fuit ad mortem. Tertiò vt sciremus traditionem Iudæ ad hoc ordinatam esse, vt per eam nobis Iesus Christus traderet semetipsum Ex nimia enim charitate sua factum est, vt se daret nobis, adeò vt neq; abhorreret hoc fieri medio sacrilego traditore. Adde Quartò, quòd quasi prædictione monstrauit, quid futurum esset inter fideles, qui Christi sunt discipuli, nempè quod in cœna ista atq; sacri altaris mensa nō vnus futurus esset Iudas traditor, sed propè innumeri, qui ore sacrilego illum nedum oscularentur, verum & comederent. Voluit tandē nos memores esse, quòd vbi abundat eius gratia, ibi delictū mundi propè superabundat. Heu post tantæ gratiæ commemorationem, quòd, *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem habet vitam æternam*: tunc etiam commemoratur, quòd vnus ex discipulis eius illum esset traditurus. Quin & quòd *Multi discipuli eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant* Et vbi immensa Dei Maiestas, & Immutabilitas sic mitescit, vt fiat panis mollis, & tenera caro, vt in ore infantium & lactentium sit verè cibus nostræ aptus infirmitati, dicant audiētes: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Meritò ergò quæ dixerat, breui referens ait. *Verba, quæ ego locutus sum vobis spiritus, & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt.*

Matth. 26. 20. Marc. 14. 18. Luc. 22. 21. Ioh. 6. 53. Ioh. 6. 61.

3. Pœnam igitur considerantes, attendimus primò, quòd potuerat Deus per se sinè hominum concursu, & absq; iniquorū impietate Filium suum cruciare, tot tantisque pœnis afficere, quod plena fieret, quin & copiosa redemptio. Ideò enim Deus ipse inducitur à Propheta, quasi propriis manibus percutiat Filium suum: *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum Propter scelus populi mei percussi eum. Dominus voluit conterere eum in infirmitate.* Et in Psalmis: Voluit tamen ad hoc vti creaturis, quæ extabant aptæ. Angelis videlicet, hominibus & bonis & malis: plurimum tamen malis. Nam serpenti dictum est: *Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem: & inter semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Quod dicitur de muliere, intelligitur de semine eius, sicut Iacob dictum est: *Benedicentur in te, & in semine tuo, cunctæ tribus terræ* Non enim aliter in illo, quam in semine eius: & additur, in te, vt intelligatur, qualiter in ipso fuerant benedicendæ. Ita additur de semine, vt sciatur quonam pacto mulier fuerit inimica serpenti, & caput ejus contriuerit. Vndè & in Hebræo de semine dicitur: *Ipsum cōterat caput tuum.* Patet ergò quòd Satanas insidiatus est Christo, & cum illo exercuit inimicitias. Fecit autem hoc etiam medijs hominib⁹, quos ad tantum nephas impulit. Vndè Lucas ait: *Intrauit autem Satanas in Iudam: & abiit, & locutus est cū Principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.* Et aperta est persecutio Iudæorum, & Principum contra Iesum. Boni tam Angeli, quàm homines non nisi indirectè Christum affixerunt; & per accidens. Vt Angelus confortans vires refecit, vt dolores atrociores posset sustinere. Mater compatiens cor illius tristitia transuerberauit Quia & Pater offensus à peccatoribus, summo illum affecit dolore: non quidem vt hoc pacto percutiens, sed quia filius diligens Patrem doluit de illius offensa, & decreuit illi restituere ablatum illi honorem. Percussit verò Pater decernens, vt moreretur; & ad hoc mittens illum in hunc mundum, & malitiam & dæmonum & hominum ordinās, ad Christi Filij sui cruciatus & passiones. Quod duabus rationibus siue modis erga alios quoq; facere consueuit. Aliquandò videlicet occasionē præbens culpæ, de qua occasione Dominus loquebatur: *Si*

Ioh. 15. Isa. 53. 6. 8. Ioh. 19. Gen. 3. 15. Gen. 32. Gen. 28. 14. Gen. 3. 15. Luc. 22. Gen. 2. Apoc. 2

Iob 15. 22. tur: *Si non veniſſem & loeutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent*; hoc videlicet peccatum, quo Chriſtum impugnabant & perſequebantur. Quomodò enim perſequerentur illum, ſi non veniſſet? ſemper verò quandò offendunt, tribuens illis poteſtatē hoc faciendi, & non prohibens. De qua poteſtate ſermo eſt Chriſti ad Pilatū: Iob. 19. 11. *Non haberes poteſtatem aduerſum me vllā, niſi tibi datum eſſet deſuper.* Quam poteſtatem ſuſtulit à Laban, nè Iacob offenderet, Gen. 31 29. quamuis glorietur. *Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum: Sed Deus Patris veſtri dixit mihi; Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius.* Ità ergò Pater Filium ſuum percuſſit.

4. Attendamus ſecundò rationes, quarè voluerit Deus vti mediis creaturarū. Vbi primùm dicimus, quòd dimiſſus eſt Satanas Chriſtū impetere; vt ab eo proſtratus & victꝰ, ſpoliis exueretur animarū ſanctarū, quas veluti captiuas retinebat in lacu, vbi non erat aqua. Cōmiſit ab intio diabolus cum eo, qui pater conſtitutus eſt Orbis terrarum, & illum deiecit plagis impoſitis; ſemiuiuo relicto, & expoliauit. Curandus erat homo, & de poteſtate tenebrarum eruendus, vt ſtaret conſiliū Dei, Gen. 2. 8. qui propterea hominem collocauerat in loco voluptatis, vt de torrente voluptatis in via bibens; exaltaret caput, ad vitæ fontes aquarum, vbi qui bibunt, non ſitiunt in æternum. Quod decretum infringi, non debuit permitti refuga ille ſpiritus. Apoc. 12. 4. Qui enim non eſt dimiſſus de cœlo trahere cauda ſua niſi tertiam partem ſtellarū, non debuit permitti, vt capite ſuo totum hominum genus perderet in gehennam. Si enim cauda ſaluata eſt, à qua tanta venit ruina, caput erat conterendum, vt & contritio eius ad caudam perueniret. Debebat rurſus declarari tum pietas, tum poteſtas Dei, qui vbi in cœlo tantam firmitatem tribuit ſpiritibus, quòd proſtari non potuerunt: tantum nihilominus roburin terris carni tribueret infirmæ, vt proſtrata iam validius ſurgeret, & de ſuo deiectore triumpharet. Stabat ſuperbus ille gigas aduerſus phalangas Angelorum, & ſtans impulit, vt caderent: at illi adhærentes ei ſine illo ruere non voluerunt, aut valuerunt. Et ideò proiectus eſt draco accuſator, & interfector fratrum ſuorum, qui traxit illos in terram; nec omnes tamen corrumpere potuit, ſed facto prælio magno victus eſt ab eis. Nunc igitur proſtratus, ſic erit potens in terra, vt qui ordinati ſunt ad implēdas ruinas eius, ruāt omnes, Apoc. 12. 7. & gloriari poſſit, in cœlis perpetuò manere ruinas, quas ipſe fecit. Abſit à te Satana, non erit tibi hoc. Dominus implebit ruinas, & ad ampliorem gloriam ruentes reducet ad ſtatum, nedum priſtinum, ſed altiorem, vt deturbati de terreſtri paradiſo glorioſius euehantur ad cœleſtem: & qui non ſteterunt in terra, ſedeant in cœlo; & qui in carne ſuccubuerunt, in ſpiritu regnent in æternum. Homo igitur erat reſtituendus.

Sed qui pugna ceciderat victus, victor 5. nihilominus pugna fuerat releuandus. Satanas in pugna cum Angelis victus abiit. In pugna cum hominibus victor abijt: ſed finis adhuc bello non eſt datus, fortis ar- Luc. 11. 22. matus cuſtodiebat atrium ſuum, quaſi in pace poſſideret ſpolia ſua. Sed non audis, Gen. 3. 35. non hactenus bellū conſummatum? Quid eſt enim; *Inimicitias ponam inter te & mulierem*? audi finem belli. *Ipſa conteret caput tuum, & tu inſidiaberis calcaneo eius*, id eſt dum tu amoues caput calcaneo eius, ſic illius pedi appropinquans, illa eleuato aliquantiſper pede ſuper caput tuum, rurſum demiſſo pede conculcat leonem, & draconem. Quis verò calcaneus eſt, niſi nouiſſimus virorum, de quo ſcriptum eſt Iſa. 53. 3. *Vidimus eum deſpectum nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatē?* Sic enim in homine, & in hominum genere extremas tenet partes. At iſte tàm Pſal. 109. 5 demiſſus, & humilis confregit in die iræ ſuæ Reges, conquaſſauit capita multorū, quia contriuit caput incredulorū, qui vocatur diabolus & Satanas, & Princeps huius mund: ſed dominatur excelſus in Re- Dan. 4. 14. gno hominum, & cuicumq; voluerit dabit illud: & humillimum hominem conſtituet ſuper eū. Etiamſi homines habeant ſuper ſe Regem, Angelum abyſſi, qui imperet illis; principatum tamen mundi non ex ſe

ex se consequuntur, sed Deo disponente constituuntur in illo. Attamen postquam ad apicem Imperij totius peruenerint: Deus Pater humillimum hominem, qui se vsq; ad mortem Crucis humiliauit, constituit super mundi principes, in quibus regnabat serpens, ponens illos scabellum pedum eius. Vides calcaneum conterentem. Zabulon, & caput eius confringentem? Pugna itaq; erat debellandus draco. Propterea conuenit cum Principibus terræ aduersus Dominũ, & aduersus Christũ
Matt. 4. 3. eius. Quin & per se accedit tentator, insidians calcaneo, vt decipiat & deiiciat; &
Luc. 4. 13. fugatus recedit, non omninò, sed vsq; ad tempus: q̃ tempus fuit hora illa, qua Christus in horto deprecabatur apud Patrem.
Matth. 26. 39. Tunc enim Satanas nullum non mouit lapidem, omnes extendit neruos, artes suas vniuersas adhibuit, vt deleret nomen eius de sub cœlo, & prorsus interimeret. Hæc ergò causa est, cur dimissus est Christum persequi, vt pugnando subigeretur, qui pugnans hominem expugnauerat.

6. Qua in re videmus summã Christi humilitatem, summã nihilominus afflictionem. Viderat Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem, non domicilium solummodò relinquentem, & descendentem in profundum abyssi; sed in seipso vilissimum factum, omniumq; creaturarum contemptibilissimum, vt qui super astra cœli exaltari meditabatur, solium suũ infrà omnes serpentes terræ atq; scorpiones depressus calcaretur à pedibus nudis piscatorum, & in inferiores partes inferni proiectus, ibi prostratus, confractus, compulsus iaceret in æternum. Hunc tàm vilem, tàm abiectum, in extremum vilitatis & abiectionis deturbatum, ad se admittere, ab illo appeti, & impugnari Filium Altissimi, quantæ humilitatis est? Quem apud se in cœlis stare non permisit, nunc in terris ferre, vt ad se audeat accedere, tanquam ad hominem vulgarem, peccabilem, labilem, deceptibilem, quantę dico humilitatis est? Hostem perpetuum, detestabilem, odiosum, superbum, pati, vt se appetat insidians? Audire indignas illas suggestiones, in quibus etiam petit se adorari, illi respõ-
Luc. 10 18.
Isa. 14. 13.

dere, scripturisq̃ illas conuincere, cogitet qui potest, quàm hæc menti purissimæ Domini Iesu molesta fuerint? Videre se vrgeri, & in tentationes impelli, in tribulationes iniici, ad mortem adduci, & cogi à tàm vili mancipio, à tàm furente hoste, ab eo, qui æterno damnatus est igni, heu quàm Filij Dei cor & animum ista pupugerunt? Ratio superiori adiuncta hæc est, cur à diabolo passus est, nempè vt dolor super dolorem adderetur, vt acutior sagitta potentis transfigeret cor eius. Fortè enim hominum malitia, ad tàm pessimas cogitationes & adinuentiones, nõ peruenisset, opus fuit diabolo tentatore, suasore, incensore, persecutore. Voluit enim Dominus redemptionem esse perfectam: & ideò summam passionem, atque atrocissimam.

7. Nunc ad homines veniamus, quos etiam ministros adhibuit suorum laborum, & dolorum. Isti enim sunt semen diaboli: inter quod & semen mulieris, & Abrahæ, quod est Christus, inimicitia fuit: Et circa quod duo videnda sunt: Ratio videlicet & Modus. Ratio prima generalis est. Quoniam videlicet non patitur Deus frustrà esse impios in hoc mundo. *Vniuersa* (inquit Sapiens) *propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum.* Prou. 16. 4. Nè putetis frustrà esse malos in mundo: Impius ipse, qui ad diem malum tendit, ad gloriam Dei facit, seruit diuinæ prouidentiæ, diuinorum consiliorum minister est. Sic enim in oratione fideles cõfitentur: *Conuenerunt gentes, & populi aduersus sanctum puerum tuum Iesum, facere quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.* Act. 4. 27. Hinc est quod Nabuchodonosor vocatur seruus Dei, qui vltionem sumpsit de inimicis Dei. Hinc Romani exercitus, qui Iudæos perdiderunt, & ciuitatem Ierusalem succenderũt, vocantur exercitus Christi. Hinc spiritui immundo, qui promisit se decepturum Achab, Deus dixit: *Decipies, & prævalebis: egredere & fac ita.* Ezech. 29. 18. Mat. 22. 7. 3. Reg. 22. 22. Impiis ergò, tàm spiritibus quàm hominibus, vritur manus Omnipotentis ad complementum consiliorum suorum: Quid mirum ergò, si adhibuit illos

illos Deus operi huic insignissimo? Porrò si vtitur in reliquis quoque, vt excellentia diuinæ potentiæ atque sapientiæ eminentius appareat, debuit in summo opere id
Exod.25.3. fieri: Propterea enim & ex rebus Ægypti factum est sanctuarium, & artifex templi
1.Par.2.13. fuit alienigena. Et Gabaonitæ populus
Ios.9.27. Chananæ⁹ minister fuit in ministerio Tabernaculi. Ratio alia est, vt homines ostenderentur esse in causa, quamobrem Ver-
Ioan.1.14. bum caro factum est, & habitauit in no-
Luc.19.10 bis: *Venit* enim *peccatores saluos facere, &*
Mat.20.28 *dare animam suam redemptionem pro multis.* Homines (inquam) peccatores fuerunt in causa; vt Filius Dei fieret filius hominis, qui pro hominibus mori posset, & poneret pro illis animam suam. Non frustrà ergò admittuntur peccatores, qui crucem procurent, qui mortem promoueant, qui ministrent in hac cultura Dei.

8 Propterea enim non per peccatores tan-
Mat.1.7 9 tùm venit Christus, qui in serie patrum suorum habuit pessimos multos, vt Roboam, Achaz, Manassem, & huiusmodi, verùm & per peccata. Post tres Patriarchas sanctos, quibus semen hoc promissum est, Iudas est prim⁹ pater Domini Iesu. At qualiter ex Iuda prodiit Christus. Mulierem habuit Chananæam, ex cuius populis de-
Gen.38.7. scendere non putauit Christus. Primogenitus ex illa Her fuit nequam in conspectu Domini, & ab eo occisus est. Secundus Onan, qui vxorem fratris sui Thamar duxit, vt susciteret semen fratri suo, ingrediens ad illam semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcircò percussit eum Dominus, quòd rem detestabilem faceret. Reliquus erat Sela, cui secundum legem patribus à Deo inspiratam, tradiderat Thamar, quod tamen Iudas timẽs ne & vnicus tertius filius moreretur, dissimulabat exequi. Quæ fuit occasio, vt ipsa mutato habitu concuberet cũ socero suo: Vnde natus est Phares parens Christi. Peccauit illa; peccauit ille; peccauerunt ambo, & ex hoc peccati opere continuata est series progenitorum Domini Iesu Christi.
Mat.1.21. Peccata peccata (inquam) traxerunt Dominum de cœlis, qui venit, vt saluum faceret populum suum à peccatis eorum. Scelera duorum primorum filiorum, occasio fuerat, vt ad concubitum istum deueniretur, cuius pœnam vitauit Thamar; quæ non libidinis causa, sed filiorum putauit sibi licere quod fecit. Vbi fuit ignorantia facti ex parte Iudę, qui putauit illã scortum esse, non nurum suam: ignorantia iuris ex parte Thamar, quæ iniustitiam à socero sustinens, putauit licitè hoc pacto posse redimere vexationem suam. Pecca-
Hebr. 9.7. ta ignorantię per legem sacrificiis redimebantur: peccata ex industria facta per legem puniebantur. Hoc vides in casu isto. Idcircò gentilium peccata Apostoli Petrus, & Paulus tribuunt ignorantiæ. *Non*
1.Pet.1.14. *configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis*: Inquit Petrus. Paulus verò: *Tem-*
Act.17.30 *pora quidẽ huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbiq; agant pœnitentiam.* Quod si veritas excedit figuram, & Christi passione omnia peccata delentur; Christus voluit super mi-
Psal.129.7 sericordia honorare Deum; *quoniam apud Dominũ misericordia, & copiosa apud eum redemptio: Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.* Ex omnibus (inquam) non ex ignorantiis modò.

Peccata ergò bifariã fuerunt causa mortis Christi. Altero quidem modo, quoniã peccando homines ipsum morti tradiderunt. Altero verò modo, quoniam ipse mortuus est, vt peccata deleret. Ergò & per peccata mortuus est, & pro peccatis. Vt causa efficiens illum crucifixerunt, vt causa finalis à Cruce destructa sunt. Quia
Isai.53.8. & per scelus, & propter scelus populi sui percussus est. A sceleribus nostris traditus, propter scelera nostra; vt iniquitas persequentium famularetur Patri percutienti, vt tolleret iniquitatem nostram. Quod ita perfectum est, vt in quibus idem scelus, ꝙ mortẽ intulit, morte sublatum sit: atq; ita mors sustulit, quod mortem intulit. Vt igitur appareret quanta esset hui⁹ mortis vis, accepta est, & tolerata per scelus hominũ: quod idem ipsa tollere potuit, adeò quod peccata vniuersa hominum, per quæ passus est Christus, potuit ipse sua passione
Luc.23.48 delere, multaq; deleuit; eorum videlicet, qui percutientes pectora sua reuertebantur.

tur. Et qui credentes in Christum pœnitentiam egerunt, quòd essent persecuti. Ita enim & qui antea persecutor fuit & blasphemus, postea prædicator & laudator factus est. Hæc ergo ratio est, quare ab hominibus pro hominibus pati dignatus est.

9 Hæc ratio aliam generat, quæ est Passionis vehementia, quæ duplicem habet originem, quæ vtraque respicit remissionem peccatorum. Sit quidem durum, pati ab eo, quem beneficiis affecisti. At pati ab eo, cui patiendo benefacias, durius videtur; quòd is crudeliter occidat me, quem occisum ego misericorditer viuificem nece illa eadem, quam ab eo sustineo, ex natura rei ingens est pœna patienti. Pœnalia verò ista accepit quidem Dominus animo libenti; sed non ideò minus dolenti, imò magis; quia ex charitate venit in altitudinem maris, vbi tempestas demersit eum. *Psal.* 68. 3. Potuisset in terra remanere, vt, ne intrarent aquæ vsque ad animam eius, sed neq; vsque ad carnem. Sed venit ipse spontaneus vsque ad aquas, non ad ripam modò fluminis, sed in altitudinem maris; quoniam aquæ multæ erant ibi, vt ab omnibus obrueretur, vt fluctus feri maris cum tempestate magna illum demergerent. Si ergò asperum est illi benefacere, qui tibi malefaciat, atque vti suo malefacto ad benefaciendum ei: noluit Dominus Iesus asperitatem istam euitare, sed totam amplecti, vt nil peius à persequente accipi possit, & nil melius persecutori fieri posset quoquomodo; idque illi præstaretur sua persecutione mediante. Altitudo maris fuit, quòd summum malum, & summum bonum sic sibi occurrerent, vt ex malo bonum oriretur, atque id ipsum malum rediret denuò ad bonum eius. Bonum itidem sic malum acciperet in se; vt id factum bonum, recideret in malefacientem. Tempestas verò demersit, quia malum fit maius ex ista sua concursione cum bono. Est enim magni doloris causa, quod ei, qui mihi malefacit, suo ipso malefacto ego benefaciam. Nolite mirari hoc, si recordamini, quòd mittentes Ionam in mare, *Ion.* 1. 12. periculum mortis ex sua ipsa missione euaserunt, & Ionas, qui ad hoc mitti voluit, vt tranquillitate mittentes potirentur. Flebilem tamen orationem de ventre piscis direxit ad Dominum, dicens. *Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Circundederunt me vsque ad animam: abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum.* Amplificatio ista notat vehementem dolorem Domini Iesu, quem pro nobis sustinuit in sua Passione, cuius mortis figuram fuisse submersionem istam Ionæ Prophetæ ipsemet declarauit. *Ion.* 1. 14. Matt. 12. 40

Origo altera, quæ primum dictum supponit, est, quod cum Passio ista, quam ab hominibus tolerauit, sufficiens sit ad omnium prorsus hominum haurienda peccata. Infinita tamen mortalium multitudo, omisso tam eximio beneficio, à sarcina peccatorum suorum detrudatur in stagnũ ignis & sulphuris, vbi non habent requiẽ, & sed cruciabuntur die ac nocte in sæculasæculorum. *Ego vado* (dicebat Iudæis Dominus) *& in peccato vestro moriemini* Ibat ad mortem, quæ tamen multis non erat profutura. Rationem ibi vnam signat: *Si enim non credideritis* (inquit) *quia ego sum, moriemini in peccato vestro:* At quia non de fide sine operibus, quæ mortua est, loquitur, peccata omnia, quæ crimina sunt, vitam spiritualem auferentia deducunt ad inferos. Quare enim diabolum vocat Iudam, nisi quia sicut diabolo & angelis eius paratus est ignis æternus, & ipse infœlix filius erat perditionis, cui melius fuerat si natus non fuisset. Et sicut diabolus mortis Christi est author, cui tamen illa nullum attulit emolumentum; ita miser Iudas, in quem satanas introiuit, ad mortem tradidit vitæ authorem, qui tamen ex mortis faucibus per mortem illam non est erutus. Quis ergò, & quantus dolor Christi videntis, quàm multis non esset sua mors profutura, sed ad amplius magis iudicium? 10 Apoc. 14. 10 Ioan. 8. 21 Matt. 25. 41 Matth. 26. 24 Ioan. 13. 27

Moysi, quòd populus murmuraret petens carnes, intoleranda res visa est, & ait ad Dominum. *Cur afflixisti seruum tuum?* 11. *& quare non inueni gratiam coram te?* & 14. Num. 11.

cur

cur imposuisti pondus vniuersi populi huius
15. *super me? Non possum solus sustinere omnem*
hunc populum, quia grauis est mihi. Sin a-
liter tibi videtur, obsecro, vt interficias me,
& inueniam gratiam in oculis tuis; ne tan-
tis afficiar malis. Non est conquestus Moy-
ses pro labore, quem intolerabilem sustinebat in regendo populo; de quo labore
Exo. 18.18. dixit illi Cognatus suus: *Vltra vires tuas est negotium: solus illud non poteris susti-*
nere. At videns ingratitudinem populi & peruicaciam, quod contra Deum insurgeret, carnes concupiscens, in querimoniam illam prorupit. Heu quid dicturus esset Christus, si iuxta mentis dolorem, verba eius dolore plena essent? Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me?
Isai. 53.6. Aiebat Moyses. At posuit Dominus in Christo iniquitates omnium nostrũ, quas
1. Pet. 2.24 ferret in corpore suo super lignum. Et plurimi tamen ignorantes, rebelles, reprobi, non murmurant modo, delectabilia appetentes, voluptatum amatores magis quam Dei; sed Christum prorsus abiiciũt, vel di-
1. Re 10.27 centes: *Num saluare nos poterit iste? Non est*
Psal. 3. 3. *salus ipsi in Deo eius.* Aut salutem abnegantes, quam expectamus in cœlis, aut quouis modo illam perdentes. Hi quam graues fuerunt Domino Iesu? Quantis ob eorum perditionem affectus est malis? Interfici maluit Moyses, quam grauem portare populum illum. At Christus vere per-
Nu. 11.15. cussus est, & interfectus, & nihilominus afflictus, quod inanis fuerit labor suus & sine fructu iis, qui pereunt. Heu quam a-
2. Cor. 12. mara mentis amaritudo? si flet Paulus ali-
21. quos ex iis, qui peccauerunt, & pœnitentiam non egerunt, pro quibus tamen Paulus non est crucifixus: nõ magis lacryma-
Rom. 9.2. tus est Iesus? scribit Paulus *Tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo; op-*
tabam enim ego ipse anathema esse à Chri-
sto pro fratribus meis, qui sunt cognati mei
secundum carnem. Et hoc adeo vult sciri, vt iuret dicens: *Veritatem dico in Christo,*
non mentior, testimonium mihi perhibente
conscientia mea in Spiritu Sancto. O tristitia, ô dolor, ô tristitia magna, ô continuus dolor, pro quo non optauit solum Christus derelinqui à Patre, sed vere derelictus est à Patre, quam derelictionem memoraturus, alia multa atrocia supplicia posuit in capite Psalmi, lamentationis verbis illam amplificans, dicens: *Deus Deus meus* Psal. 21.1.
quare me dereliquisti? longe à salute mea
verba delictorum meorum. Delicta sua vocat iniquitates omnium nostrum, quas in eo posuit Pater. Sicut autem delicta nostra vocat sua, ita salus nostra, salus est eius: ergo delicta illa, quæ longe sunt a salute, illa sunt, quæ non remittuntur, & salus illa est, quæ longe est a peccatoribus. In hoc ergo se queritur derelictum, quod cum sua fecerit derelicta omnia, patiens sufficienter ad omnium remissionem, vt omnes saluentur, multa tamen remaneant, pro quibus salus à multis elongatur.

11 Hæc si cogitarent homines, forte conuertetẽtur ab iniquitatibus, forte in Christi passione erudirentur, vt transirent per mortem eius ad vitam: Scriptum est enim: Pro. 15.24.
Semita vitæ super eruditum, vt declinet de Zach. 9. 11.
inferno nouissimo. Quid putas voluisse Christum descendere ad inferos? Id quidem fecit, vt educeret in sanguine testamenti sui vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Vide ne forte voluerit & promptum ostendere animum suum ad sustinendos inferni dolores, vt solutis ipsius inferni doloribus, omnes prorsus homines in gloriam suam adduceret. Sed non sic decretum fuerat, quia congruum id non deputauit Altissimus. Cur itaque non extremos passus sit cruciatus, quod ad infernum nouissimum videret non paucos destinatos? Cur quod pati non poterat in inferno, viuens non sustinuit quantum possibile fuit? cur dolores hos nõ dixerimus inferni dolores ex eorum vehementia, & ex eorum
Psal. 17. 6. respectu ad inferni supplicia, quando frequens Scriptura dolores inferni vocet illos, qui maximi sunt, qui sua atrocitate infernales referant? Neque enim frustra Petrus de Christo concionatur: *Quem Deus* Act. 2.24.
suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta
quod impossibile erat teneri illum ab eo. Et-
enim quomodo Dauid erutus est ab infer- Psal. 85 13.
no inferiori, qui extreme afflictus, prohibitus est occidi, & ita præclusa est illi via

ad infernum inferiorem: Haud secus soluti sunt dolores inferni, & in Christo, & à Christo, vt quidem à maximis liberaretur, qui vt ostensum est, dici possunt dolores inferni. Et dolores illi, qui vere in inferno sustinentur, sic ab eo soluti & elongati sunt, vt illos re ipsa sentire non posset. Iuxta quod ab inferno impossibile erat illum teneri, quod dolores, quos sustinuit, non potuerint esse perpetui, & qui qui sunt in inferno, eos ipse non potuerit esse perpessus, quæ tamen impossibilitas eo magis atroces illos reddebat, qui eum poterant viuentem, ac morientem trucidare. Eia ergo aduocatos vos esse volo ad tantam Domini & charitatem, & passionem considerandam, vt si vestri obliti, vestram salutem negligitis operari, saltem dolorem super dolorem Domino non addatis, vt qui passus est pro vestra salute, etiam pro vestra damnatione non patiatur, declinantes de inferno nouissimo.

Exhortatio

SECVNDA PARS.

12 MODVM, quo Dominus ab hominibus sustinuit passiones, nunc attendamus, qui variatur ex varietate personarum, à quibus ideo varie afflictus est. Genus vnum tangitur à Zacharia, quod est eorum, qui doluerunt super eũ, qui in tres classes diuiduntur, præsentium, præteritorum, ac futurorum. Præsentes fuerũt amici eius, & quicunque super eius contritione, quam suis oculis videbant, amare doluerunt. Manifestum est ex Luca quod eũ tem ad Caluariam, vbi crucifixus est, sequebatur multa turba populi, & mulierũ, quæ plangebant, & lamentabantur eum, quibus ille conuersus dixit: *Nolite flere super me.* Si ergo filiæ Ierusalem, mulieres videlicet illius ciuitatis, ita dolent super eum; ab hac classe dolentium non est segreganda Mater, & mulieres, quæ secutæ fuerunt eum à Galilæa, inter quas erat Maria Magdalena, de qua scribit Ioannes: *Maria stabat ad monumentum foris plorãs. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum.* Quæ ergo flebat ad monumentum, quid à Crucem feciſſe tenere debemus? Etenim ad Crucem sterisse testis est Lucas dicens: *Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes.* Ex quo testimonio habemus, quod omnes noti eius aderant, videntes eum in Cruce pendentem. Nam de Ioanne cum Matre, loquitur aperte Euangelista Ioannes. Hi vero num siccis oculis, & corde arido, quem diligebant, videbant patientem, illusum, conuitiatum, morientem? Quando in cœna dixit discipulis suis: *Vnus vestrum tradet me:* nonne contristati sunt valde? Quando de abscessu suo loquebatur illis, nonne dixit illis Iesus: *Quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum?* Et quod de illius abscessu contristantur, ipse ostendit subdens: *Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis, vt ego vadam.* Et infra: *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Si de abscessu dolent, quid facturi sunt de tali abscessu, vbi crucifixus est, mortuus, & sepultus? Dicat hoc Dominus: *Plorabitis & flebitis vos; mundus autem gaudebit; vos vero cõtristabimini.* Quando vero gauisus est mũdus? Audi Euangelistam: *Iudas abiit, & locutus est cum Principib. sacerdotum, quemadmodum illum traderet eis, & gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare.* Et nunquid non ridebant, qui illum irridebant? Dicit autem Lucas: *Stabat autem populus spectans, & deridebant eum principes eum eis.* Nunquid non ludebant, qui illudebant ei? scribunt vero Euangelistæ: *Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes. Similiter & Principes sacerdotum illudentes cum scribis ad alterutrum.* Ergo tunc Apostoli contristati sunt, plorauerunt, & fleuerunt. Neque tempus huius fletus deputandum est illud, de quo scriptum est: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati.* Ecce præsentium dolor.

Zach. 12. 10.

Luc. 23. 27

Mat. 27. 55

Ioan. 20. 11

Luc. 23. 49

Ioan. 13. 23

Mat. 26. 22

Ioan. 16. 6. 7. 22.

Ioan. 16. 20

Luc. 22. 4.

Luc. 23. 35.

Luc. 22. 63

Matth. 27.

Marc. 14.

Act. 5. 41.

At sancti viri, qui passiones eius præuiderunt, à compassione, nulla ratione credendum est, fuisse alienos. Neque enim Dauid Christum referens dolentem & lamentantem, potuisset ipse de Filio Dei ita præscire, & præcinere sine vero dolore cor-

dis sui.

dis sui. Dolet ergo canens cum fletu: *In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit; & qui consolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel, & in sitim meam potauerunt me aceto. Ego sum pauper & dolens. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.* Neque solus Dauid ista præuidit. *Necesse est* (inquit Christus) *impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Quoniã sic scriptũ est, & sic oportebat Christum pati.* Hos sanctos, qui putauerit hæc præuidisse, & non doluisse? Threnos habemus id est lamentationes, quas fecit Ieremias propositis sibi calamitatibus futuris populi, & ciuitatis Ierusalem. Planctũ habemus Micheæ super futuram destructionem Samarię & Ierusalẽ, qui tantus fuit, vt diceret: *Super hoc plangam, & vlulabo; vadam spoliatus, & nudus; faciam planctũ velut draconũ, & luctũ quasi struthionũ. Quia desperata est plaga eius.* Si ista mala pœnæ futura in populo tantum planctum excitauerunt in præuidentes, putas potuerunt illi præuidere Passiones Domini sui, quem tanto desiderio expectabant absq; magno cordis dolore? Si qui Agnum immolabant quotidie, intelligebant immolandum Agnum Dei mansuetissimum, vt viri sancti quamplurimi prænoscebant, poterant sine lacrymarum suarum effusione effundere sanguinem victimæ illius, quæ patientem Christum sub oculos eorum repræsentabat? De futuris, qui in sacris contemplationibus Passionem Domini veluti præsentem ante mentis oculos sibi constituebant, vt illius dolores in se transferrent, aliud nihil dicere statui, nisi quod Zacharias de illis prædixit, præsentes simul complectens & futuros. *Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem, spiritum gratiæ & precum.* Nota verba ista designantia tempus, quo fideles spiritu acti precibus deuotis se tradunt. Tunc enim fit, quod sequitur. *Et aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti.* Certe in iis, qui percutientes pectora sua reuertebantur, vaticinium istud impletum fuit. Hi enim erant ex iis, qui conuenerant aduersus Iesum, vt crucifigerent eum, consentientes neci eius. Hi aspiciebant in illum quem confixerant. *Videns enim Centurio, quod factum fuerat, glorificauit Deum. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe.* In his ergo aliqui aderant ex eis, qui crucifixerant, si non manibus propriis, assistentia, auxilio, consensu. Et hoc sufficit ad veritatem Prophetiæ. Quamuis multi illius temporis, & futuri omnes non crucifixerunt.

Psal. 87 17. Psal. 17. 6. Psal. 68. 21. Psal. 68. 30. Psal. 21 15. Luc. 24. 44. Mich. 1. 8. Zach. 12. 10. Luc. 23 47 48 49.

Horum omnium Christus vidit dolores, fletus, planctus, sed & afflictiones voluntarie susceptas; vt stigmata Domini Iesu portarent in corpore suo. Si autem illi videntes amare flebant super illum: Nunquid ipse, qui vidit, non doluit super eos? An forte regulam nobis statuit Apostolus dicens: *Gaudere cum gaudentibus; flere cum flentibus:* quam non seruauerit Christus, qui impleuit omnem iustitiam? Triplex illum ratio ad compatiendum illis mouit. Prima est, quod cum homo sit, humanum noluit à se extraneum esse: humana manum est autem cum hominibus cõformari, & socios gaudij esse, & passionibus co municare. Propterea & factus est homo, vt haberemus Pontificem, qui cõpati posset infirmitatibus nostris. Omnis enim Pontifex ex hominibus assumitur. Cum vero pro omnibus hominibus factus sit homo, talis esse voluit, qui omnium prorsus videret infirmitates, vt hac ratione omnibus & singulis posset compati; & flere cũ flentibus. Videns ergo omnes flentes, misericordia motus, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & lacrymatus est. Ratio altera specialior hæc est, quod fletus iste sanctorum, pius & misericors est, & sanctus & iustus, atque Deo gratus; cui propterea Christus multo magis debuit communicare. *Sine me,* (inquit) *nihil potestis facere;* nihil (inquam) quod sit virtutis, & gratiæ. Si-

13 Rom. 12. 15. Heb. 4. 15. 5. 1. Luc. 7. 13. Ioan. 11. 33. Ioan 15 5.

tiæ. Sine illo ergo neq; potest sancte plangi, aut doleri; porrigit enim manum adiu-
*Ioan.*14.10 tricem iustitiis nostris. Sicut enim Pater in eo manens facit opera, ita omnia opera nostra operatur in nobis Dominus, vt simus vnum, sicut ipse & Pater, vnum sunt.
*Ioan.*10.30 Flet ergo cum flentibus, & in flentibus, sicut cum operantibus, & in operantibus operatur; & in patientibus, & cum patientibus & ipse patitur. Ne forte audiens Pau-
*Col.*1.24. lum dicentem: *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea:* putares Apostolum sic addere suis passionibus, passionibus Christi, vt quicquam pati posset, vbi non etiam Christus pateretur. Passus est enim Christus & in carne sua, & in carne Pauli: quia voluit, vt essemus socii passionum eius. Quod quidem non ea tantum ratione fit, quod similia patimur illi; sed quia easdem cum illo passiones sustinemus, vt vere dicere posset Apostolus:
*Gal.*6.17. *Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo p rto.* Hoc autem tunc adimpletur, quando nos Christo, qui passus est, cõpatimur, suas in corda nostra passiones transferentes, quas nostras iam factas, quia vere afficiunt nos, iterum ipse transfert in seipsum.

14 Quo modo Passio triplicem habet statum Primum in Christo patiente. Secundem in fideli compatiente. Tertium in Christo suas passiones ad nos delatas denuo resumente. Quibus in modis omnibus patitur Christus. Nam primo & vltimo aperte in se patitur. In secundo autem modo in suis patitur, qui sunt membra eius de carne eius, & de ossibus eius, quod fieri non posset, nisi prius ipse pateretur; & fiere non potest, quin ipse postea compatiatur. Et propterea in adimplente, quod deest passionum Christi, patitur ipse in animo suo, quod patitur ille in carne sua: vt non glorietur Pauli caro, quasi sufficiens per se; cum sufficientia eius a Christo sit, qui eam fecit, vt propter illum pati possit, & sine illo pati non possit: sine illo (inquam) & prius patiente, & patientem illum adiuuante, & eidem patienti compatiente. Tertia demum ratio est, cur ita Dominus sic patientibus compatiatur, non tantum videlicet, quia hoc humanum est, & quia operibus fructuosis communicat; sed potissimum, quia fletus iste noster non qualiscunque, est etiam bonus, non vndecunque venit, sed de sanctuario excurrens a latere dextro altaris holocaustorum. Est enim aqua nostra mista cũ sanguine Christi. Fluere poterat ex eius latere puncto *Ioan.*19.34. sanguis, qui reliquus adhuc fuerat in venis eius: At aquam vnde hausit vt daret nobis, cui ne potus quidem aquæ frigidæ oblatus est in cruce ardenter sitienti, sed acetum? Audi vnde. *Nonne lacryma vidua* Ec.35.18. *ad maxillam descendunt? A maxilla autem ascendunt vsque ad cœlum.* Si hoc fieri potest, vt sapiens asserit: & si Mater Christi deduxit quasi torrentem lacrymas, non potuerunt lacrymæ eius ex maxillis eius ascendere super cor Filij, vt inde fluerent aquæ, vnde exibat sanguis? Ascendunt vsque ad cœlos, quæ descendunt vsque ad abyssos. Quæ vero abyssi? *Veni in altitudinem maris* (inquit ipse.) *Abyssus vallauit me: pelagus operuit caput meum,* dixit Ionas: Et ecce plus quam Ion.2.6. Ionas hic, qui fuit in corde terræ tribus Mat.12.40 diebus, & tribus noctibus. In profundum abyssi itaque penetrauit Maria, quæ pœnas Christi cum fletu miscebat cordis sui, vt simul delatere eius exiret sanguis & aqua. Quomodo ergo fletum illum Dominus Iesus non sentire potuit, qui cum illius sanguine mistus erat? *Aspicient ad Zachcume, quem confixerunt, & plangent eum,* ro. scripsit Zacharias. Oculus qui vidit, lacrymas fudit. Visio sanguinis aquam protulit. Ergo etiam, tangens aquam sanguis, sanguinem tetigit. Quamuis ministri, qui Ioan.2.7. hauserant aquam, impleuerant hydrias aqua, Christus tamen obtulit aquam vinum factam: quia aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo sanguis. *Posuisti* (inquit) *lacrymas meas in conspectu tuo.* Vt non auribus tantum perciperes lacrymas meas, sed oculis, sed corde; vt illas hauriens fieres socius passionum mearum, quibus ego socius factus sum passionũ tuarum; vt tu mihi, qui pro te patior, compatiaris. Vidit Dominus Iesus in cordibus fidelium impressam passionem tuam; vnde venerunt flumina, & torrentes aquarum multarum.

Meum

Meum est hoc (inquit) quod hic video, hęc est gloria mea, quam dedit mihi Pater.
Isai 42.8. *Gloriam meam alteri non dabo.* Repetam ergo quod meum est. Accipe tu, quod tuum est, & retribue mihi, quod tibi gratis tribui. Da mihi passionis substantiam, quæ me contingit. Ita percipit Dominus noster lacrymas nostras. Percipit corde (inquam) vt hoc in se sentiat, quod in nobis.
Isai. 57.1. Si vitio datur, quod Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo: Pro iusto qui patitur, iusto patienti, & sibi compatienti, certe dignum & iustum est vt compatiatur. Hęc dixi, vt singularissimam rationem intelligas, qua Christus flet cum flentibus propter illum. Ita enim Passio eius multiplicatur, & dolori additur dolor, & sanguis sanguinem tangit, & crux fit arbor eximia, vt sit nihilominus nimius fructus eius.

14 Alio etiam modo amici Domini Iesu exacuerunt sagittas suas, intenderunt arcum suum, vt sagittent in obscuro rectum corde. In obscuro (inquam) nescientes quid facerent. Dum enim sibi timentes & consulentes, fugiunt persequentes, derelinquunt ducem & magistrum suum; &
Matth. 26. 56. 31. 34. in eo scandalizantur. Hoc inter insignes passiones Christi præcipuum esse ostendit ipse, qui prædixit discipulis suis: *Omnes vos scandalum patiemini in me.* Et iactanti se Petro dixit: *Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Ad quod confirmandum
31. etiam prophetiam adduxit: *Scriptum est*
Zach. 13 7. *enim* (inquit) *percutiam pastorem, & dis-*
Ioan. 6. 61. *pergentur oues gregis.* Nihilominus habemus, quod ante hodiernam lectionem dixit Christus: *Multi audientes ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat?* & hodie. *Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant.* Murmurant ergo, scandalizantur, & derelinquunt. Hoc idem in sæculis præcedentibus, & in sequentibus euenisse, atque in dies euenire, atq; euenturum, dum cœlum imminet terræ, per se notum est atq; in propatulo. Adam primus homo & primus iustus, quam leuiter recessit à Deo,
Gen 3. 6. qui creauit illum in sanctitate & iustitia, & posuit in loco voluptatis? Posteri eius, qui remedium habebant contra peccatum originis & actualia quoque, quam cito recesserant de via, quâ ostenderat illis? Ad moniti per diluuium filij ac nepotes sancti viri Noë, & hi errauerunt, viam veritatis derelinquentes. Et quid opus est recensere, quam sæpe, quam inique, quam sacrilege dereliquerit Deum suum populus e-
Mat. 21. 39. ius? Quid quod iectum extra vineam interfecerunt Filium missum à Patre? Quid de Christicolis? Quid de toto cursu Ecclesiæ vsque in præsens? Quid de eo, quod certo expectamus? Collige hæc omnia cum iis, quæ tempore Passionis contigerunt, & scito quod nõ minus illa, quæ præcesserant & subsequuntur, nota fuerunt, & in prospectu Domini Iesu, quam præsentia, & quod non minus quam pro his dolore pro illis affectus est.

Quam vero pro hoc malo sit passus, in- 15
nuit ipse in Psalmis, & in Prophetis. Vide in Psalmo, quam exaggeret suas afflictio-
Psal. 87. 4. nes. *Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum; factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis, & in vmbra mortis, super me confirmatus est furor tuus, & omnes fluctus tuos induxisti super me.* Quid vltra dici potuit? Repletum se malis narrat, omnes fluctus Dei super ipsum irruisse; quam miseriam morti assimilat. Vbi erat & sepultura, & descensus ad inferos, nondum aperto cœlo. Vbi per consequens non erat vltra recessus aut remedium, ac si homo vulneratus somno mortis dormiret in sepulchro, atque inter mortuos esset liber id est solutus & segregatus ab his, qui possent illum adiuuare, vel suscitare. Intẽdit ergo tribulationẽ suam declarare maximam, & sine adiutorio. Descẽdens vero ad illam explicandam in specie pergit di-
Psal. 87. 9. cens: *Longe fecisti notos à me, posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum, & non egredie-*

egrediebar. Traditus (inquit) sum in manus peccatorum; & non egrediebar de manibus eorum. *Circumspexi* enim, *& non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit, qui adiuuaret.* Curita? longe fecisti notos meos à me. Tu Deus, qui percussisti me, ictum hunc terribilem dedisti, vt te permittente ac disponente, omnes noti mei starent à longe, & quasi abominabilem euitarent, atque procul fugientes recederent; propter quod oculi mei languerunt præ inopia, videlicet propter defectum adiuuantium & remediorum: qui languor oculorum, cordis mæstitiam notat.

Isai. 63.5.

Vbi sciendum, quod specialis ratio suæ mæstitiæ est, quod in tantis suppliciis suis nec consolationem habuerit, nec adiutorem: ex eoque habetur, quod exterius cõtigit; quando noti & cari eius fugientes omnes dereliquerunt eum. Vnde in eo-

Psal. 87.16

dem Psalmo adiicit infra: *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea; exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.* Semper (inquit) laboraui, sed postquam cœpi docere & miracula edere, & habere discipulos, mihi adhærentes, tunc humi-

Iob 19. 13.

liatus sum; quia *Fratres meos longe fecit à me:* vt ait Iob: *& noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerunt, obliti sunt mei.* Ex hoc ergo conturbatus est.

Res enim afflictionis est maximę; quam ideo & Iob numerat inter miserias suas,

Iob 19. 15.

his quæ dicta sunt addens. *Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios veteri mei. Stulti quoque despiciebant me, & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi. Abominati sunt me quondam consiliarij mei, & quem maxime diligebam, auersatus est me.* Nemo dubitauerit hæc in figura Domini Iesu Iob patienti contigisse, vt hinc pateat, quanta fuerit hæc illius tri-

Psal 87.17

bulatio. Subdit ergo in Psalmo pergens: *In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Circundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria.* Vbi vides quod hoc dãnum tribuit iræ Dei, quam pluraliter nominat propter eius magnitudinem, & terrores conturbantes, vt appareat, quantum ex hoc turbatus sit & afflictus, atque nimio terrore concussus.

Tempus vero quando discipuli ac noti eius elongati sunt ab eo, determinat, dicens: *Et notos meos à miseria*; quod est dicere: Elongati quidem sunt à me, non vt recederent à me; Nam aliis quibusdam recedentibus, dixi Apostolis: *Nunquid & vos vultis abire? & respondit Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes: & nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.* Sed vt miseriam euitarent, quam videbant. Nam is idem Petrus, qui dicit. *Cognouimus quia tu es Christus Filius Dei.* Terrore perterritus cœpit detestari, & iurare, quia nõ nouisset hominem. Timore itaque acti discipuli omnes, relicto eo fugerunt. Quod ad miseriam pertinere ostẽdit ipse alio in Psalmo: vbi alte exordiens ait: *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbatæ sunt:* quasi dicat: Etsi non videbantur, qui me persequerentur, nec exterius apparerent tribulationes meæ; defecit tamen in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus: quoniam præter ea, quæ extrinsecus sunt, *intrauerunt aquæ vsque ad animam meam*, præuidebam enim mala mihi superuentura, pro quibus orabam in gemitibus multis, vnde *Laboraui: lamans, rauca facta sunt fauces meæ.* In huiusmodi afflictionibus defecit vita mea, & anni mei, dum transeunt, & dum defectum patiuntur, nedum consuetæ malitiæ suæ, sed iugis militiæ meæ ac tentationis. At prope defectum extremum vitæ meæ, & annorum meorum, *Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium, & vicinis meis valde, & timor notis. Qui videbant me foras, fugerunt à me: & obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas perditum.* Quoniam, videlicet, exprobrauerunt mihi inimici mei. Vnde vicini mei exprobratum fugiebant, timentes sibi,

Psal. 68.14

Psal. 30.11

tes sibi, atque ita elongati à me; non vltra mei ac si mortuus essem recordabantur. Velut si vas confractum, & missum in sterquilinium non vltrà venit in mentē. Cogitet ergò vnusquisq; apud se, quanta sit miseria ista & tribulatio, & audiat Sapientē:

Eccl. 6. 14. *Amicus fidelis protectio fortis, qui aũt inuenit illũ, inuenit thesaurum.* Ergò qui perdit

16. illum thesaurum perdit. Rursus: *Amicus fidelis medicamentũ vitæ, & immortalitatis: & qui metuunt Dominũ, inuenient illũ.* Tantum, videlicet, bonum est, vt merces quædam sit virtutis à Deo data. Est enim remedium contra mortem, & contra mala

Eccl. 6. 8 omnia. Sed *est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis:* 10. *Est etiam amicus socius mensæ & non permanebit in die necessitatis.* Hoc genus amicorum passus est dominus, qui idcirco doluit mentem, quod eos summè diligeret.

16. Verùm & aliud amicorum genus Sa-

Eccl. 6. 9. piens recenset ibidem, dicens: *Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus, qui odium, & rixam, & conuitia denudabit;* denudabit (inquàm) quoniam apertè manifestabit odium, rixam concitabit, & inferet conuitia. Hic est amicus

Matth. 26. 50. ille cui dixit Dominus. *Amice ad quid venisti?* Qui ad tantam inimicitiam conuersus est, vt diabolus mereretur nuncupari à Veritate: *Nonne* (inquit) *ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* De hoc

Iob. 19. 19. in figura dixit Iob: *Et quem maximè diligebam, auersatus est me.* Hæc maxima dilectio, & interior est, & exterior. Nam verè Dominus diligebat eum, cupiens illius salutem, eamque procurans modis omnibus: Ideò enim hodiè diabolum vocat, vt tactus dolore cordis intrinsecus, cogitet vias suas, & conuertat pedes suos in testimonia Domini, agens pœnitentiã. Ita & in cœna, dùm lauaret pedes discipu-

Iob. 13. 10. lorum suorũ, dixit eis: *Vos mundi estis, sed non omnes:* & exponit Ioannes: *sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes.* Rursus postquam lauit pedes eorum, & illos docuit

Iob. 13. 17. sui imitationem, subintulit: *Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: Ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur Scriptura: Qui manducat meũ panem, leuauit contra me calcaneum suum.* Quin & postquã dixit: *Vnus ex vobis tradet me:* vt illius duritiam frangeret, addidit: *Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille: & dicente Iuda. Nunquid ego sum Rabbi? Respondit: Tu dixisti.* Ad quid ista: nisi vt infelix cognita nequitia sua reueretur ad cor? ergò maximè diligebat. Et non est maximæ dilectionis signũ ad tantam dignitatis celsitudinem euehere, quẽ sciebat futurum esse traditorem? exterius autem maximè dilexit, quia familiarius vsus est illo; ita vt quandò dixit illi: *Quod facis, fac citius; quidam putarent, quia loculos habebat Iudas: quòd dixisset ei Iesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis, vt aliquid daret.* Vnde & in catino manducabat secum, & ei Iesus porrexit intinctum panem. Hinc & in Psalmo: *Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Quantam familiaritatem, quantam dilectionem innuunt verba ista? Quarè vnanimis? quia vocatus, secutus est eum. Quarè dux ejus? quia erat veluti procurator domus eius, qui curabat, & prouidebat locum, quò erãt venturi Sicut fecerunt Petrus & Ioannes in cœnaculo. Quarè notus? quia erat inter alios impensè familiaris. Dulces simul capiebant cibos, quoniã amicabiliter conuiuebant, & erat socius mensę cum dulcedine conuersationis. Ambulauerunt in domo Dei cũ consensu ob longum discipulatum propter quem in Apostolum fuit electus.

Psal. 40. 10. Marc. 14. 18. 21. Matth. 26. 25. Ioh. 13. 27. Marc. 14. 20. Ioh. 13. 26. Psal. 54. 14.

Hæc absq; dubio fuerunt causa doloris intrinsecus, quem ostendere volens Dominus, dicturus: Vnus vestrum tradet me, *turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis: Quia vnus ex vobis tradet me.* Hanc turbationem tunc excitauit exterius, quandò causam illius reuelabat, vt sciremus, quòd quandiu causa fuit illi nota, tamdiu conturbatum se sensit cordis tristitia. Cognouit autem semper: semper itaque doluit: & propterea

Ioh. 13. 21.

ptereà continuus fuit dolor cordi eius. Præsentibus enim causis illarũ sensit effectum. Sed præsentia præter communẽ & continuam cognitionem singularis etiam fuit causa dolendi. Quantus ergò dolor, continuè præ oculis habere traditorẽ? videre illius pessimas meditationes & machinationes? scire tractatus? intelligere dolos? artes intueri? Huius doloris vehementiam exprimit in Propheta. Verba prę-

Psal.54.2. mittit magnum exprimentia dolorem, dicens: *Cõtristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erãt mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Vide immensam animi tristitiam, neq; putes non sensisse timorẽ mortis, quòd Deus esset, quòd offerretur, volens, quòd iret sponte ad passiones, quòd liber inter mortuos vellet computari. Sicut voluntariè sacrificauit, corpus subdens supplicijs: haud secus sacrificauit animũ, objiciens illum atque subjiciens propriis tortoribus, cuiusmodi sunt timor, tristi-

Matth 26. 38. Marc. 14. 33. tia, tædium & labor Scriptum est enim, quòd cœpit contristari, & mœstus esse, pauere, & tædere. Idcircò dicitur, quòd turbauit seipsum, quia seipsum subiecit tribulationi, atq; in se illam admisit, sicut & hostes exteriores super se venientes non fugauit; tradens seipsum in manus peccatorum.

Causam verò tristitiæ atq; formidinis tribuit prius hosti pessimo, deinde pluribus. *A voce* (inquit) *inimici, & à tribulatione peccatoris*: hic est traditor, cuius

Matt. 26. 15. vox est illa: *Quid vultis mihi dare, & ego tradam illum vobis.* Cuius tribulatio sic

Ioh 18. 3. exprimitur ab Euangelista: *Iudas cum accepisset cohortem, & à Pontificibus & Pharisæis ministros, venit illuc, cum laternis, &*

Marc. 14. 44. *facibus, & armis. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens. Quemcumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè, & cum venisset, statim accedens ad eum, ait: Aue Rabbi Et osculatus est eum.* Ecce tribulatio peccatoris, ecce vox inimici. Subdit postmodum iniquitates persequentium: *Quoniam declinauerũt in me iniquitates.* Hostes mei suas iniquitates ad me direxerunt, me suis iniquitatibus affligentes, tenentes, ligantes, ducentes, calumniantes, condemnantes, & quæcumque voluerunt facientes, vt non immeritò cuperem quasi columba auolare de manibus eorum. Sed quod me præ cęteris angit, est, quod medio illo, qui meus erat notus & dilectus, hæc omnia venerũt super me. Et hoc est quod pergens subdit: *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, & sustinuissem vtique. Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus, qui simul mecũ dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Si sustinuisset maledictionem, & magniloquentiam inimici, quid de amico? Nunquid non sustinuit? Hac phrasi offensam amplificat, quòd intolerabilis sit, quæ sustineri nõ possit, quæ offensa à sic dilecto ineffabilis est, vt verba non inueniantur, quibus valeat explicari. propter hoc supprimitur vox, subintelligitur quod nõ dicitur: *Tu verò homo vnanimis.* Quid? nimiùm crudelis es, inexplicabilis est offensio tua, quæ ideò sustineri non valet. Quid putas Agnus, qui nõ aperuit os suum cũ tonderetur, cum iugularetur, cum decorticaretur, cum immolaretur, nunc aperit os suum dicens: *Iuda, osculo filium hominis tradis? Amice ad quid venisti?* Esto, ita locutus sit in conuertendo; sic tamen notum esse voluit animi dolorem nimium, quem ideò etiam per Prophetas prænunciauit.

Psal. 54. 4. Psal. 54. 13. Psal. 54. 14. Luc. 22. 48. Matth. 26. 50.

Iam de aliis, qui dolorem addiderunt 18. super dolorem Domini Iesu, nunc loqui supersedeamus, finem loquendi faciamus in hoc, quem lectio hodierna suggillat, quem Christus nomine vocat diaboli, pro quo Christus turbauit seipsum. Hic est crudelis ille, qui diabolo comparatur, qui fuit homicida ab initio. Duos Adamos notauit Apostolus, quorũ primus fuit forma futuri. Sicut ex vno illo primo omne genus hominum processit: Ita Christus pater est omnium electorum, qui multos filios (inquit Paulus) adduxit in gloriam.

Ioh. 8. 44. 1. Cor. 15. 45. Act. 17. 26. Heb. 2. 10.

Qui

Iac.1.18. Qui non naturaliter ſicut primus Adam, ſed voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius, id eſt, vt ſimus noua creatura, creati in Chriſto Ieſu, non ſecundùm veterem hominem, qui corrumpitur, ſed ſecundùm nouum, qui renouatur de die in diem. Ita enim Chriſtus Pater eſt futuri ſæculi, iſtius (inquam) quod nouiſſimis temporibus initium habuit, quandò nouus homo venit in mundum, vt annunciaretur Domino generatio ventura, populus videlicet qui naſcetur, quem fecit Dominus, qui non ex ſanguinibus ſed ex Deo natus eſt. En quomodo Chriſtus Pater eſt omnium noſtrũ. Sicut ergò diabolus homicida fuit ab initio primi Adam: Ita Iudas in nouiſſimo homicida fuit ſecundi Adam, vt meritò propter hanc ſimilitudinem diabolus ſit vocandus. Hic eſt filius diaboli, ex patre (inquam) diabolo, & ſemẽ eius, quod ideò exercuit inimicitias aduerſus ſemen mulieris, quod eſt Chriſtus. Sicut autem ſeminis nomine ex Abraham intelligitur Chriſtus principaliter, vt docet Apoſtolus, deindè verò alii filii & ſecundùm ſpiritum & ſecundùm carnem. Ita per ſemen diaboli in primis intelligitur Iudas, qui ſemen proprium & præcipuum mulieris interfecit; ex conſequenti verò ii intelliguntur, qui deſideria diaboli facere moliuntur, dicente Domino: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.* Diabolus omnes homines proſtrauit in primo Parente, verbo iniquo, & auditione mala. Ieſus autem verba vitæ æternæ habet: ſpiritus enim, & vita ſunt. Ergò qui diabolum audiunt, ſemen illius ſunt, morti obnoxii. Qui verò Chriſti verba audierint, viuent.

Exhortatio. Pro.15.10. Ioan.6.48. Ioan.6.61. 19 Ergò doctrina mala deſerenti viam vitæ. *Qui odit increpationes, morietur.* Quis eſt, qui deſerit vitam, niſi qui recedit à Chriſto? Chriſtus enim eſt *panis vitæ. qui deſcendit de cœlo, & dat vitam mundo,* cuius caro eſt pro mundi vita, cuius verba ſpiritus & vita ſunt, qui quos vult viuificat. Quis verò vitam hanc, quæ Chriſtus eſt, deſerit? illi deſerunt, qui non capiunt verbum eius, qui murmurant, qui ſcandalizantur, qui dicunt: *Durus eſt eius ſermo.* Hi ſunt, qui cum iubet diligendum proximum etiam inimicum; dicunt factis: *Durus eſt hic ſermo.* Cum iubet ferendam crucem poſt illum; dicunt: *Durus eſt hic ſermo.* Cum iubet cauendum ab omni auaritia; dicunt: *Durus eſt hic ſermo.* Cum iubet eruendum oculum ſcandalizantem, præcidendam manum, & pedem, odiendum patrem & matrem, adhuc autem & animam propriam; dicunt: *Durus eſt hic ſermo; & quis poteſt eum audire?* Iſtis doctrina mala eſt; quia ſic illis videtur mala, malam æſtimant, duram vocant, inaudibilem, inobſeruabilem; & ideò illam abiiciunt, ſpernunt, reprobant, corrumpunt, peruersè intelligunt, atq; deprauant. *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Qui auditis eius præceptis dicunt: *Quomodo poſſunt hæc fieri? Nemo carnem ſuam vnquam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam.* Cur igitur illam crucifigam? Cur mortificabo membra mea? Quare cuſtodiam vias duras? Cur odero animam meam? *Durus eſt hic ſermo.* Ergò iure declinabo à verbo aſpero, ab auditione mala. Quia hæc eſt doctrina mala: Sed iis, qui ſic doctrinam arbitrantur malam, mala verè eſt, lapis offenſionis, lex mortis. *Lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum, & iuſtum, & bonum.* At verò occaſione accepta: *Quod bonum eſt, factum eſt mihi mors: Quia lex ſpiritualis eſt. Ego autem carnalis ſum, factus tranſgreſſor legis.* Et ſic ſupra modum peccans, dùm legem non cuſtodio. Nunquid qui benè omnia fecit, non loquebatur bene, cuius verba ſunt ſpiritus & vita? & tamen ait: *Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent.* Quare hoc? Quia *qui verbum Dei audit, & non cuſtodit illud, amplius accipiet iudicium, & remiſſius erit Terræ Sodomorum, quàm illi.* Qui enim gloriatur in lege, per præuaricationem legis, Deum inhonorat. En quomodò doctrina iſtis eſt mala. Quia ſcienti bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. An non peccatum eſt illi, qui renuit audire? Qui obturat aures ſuas, ne audiat legem? Qui ſcientiam viarum Dei non vult?

Mat 5.44. Matt.16.24. Luc.12.15. Mat.5.29. Luc.14.26 Ioan.6.53. Ioan.3 9. Eph.5.29. Rom.3.12. Marc.7.37 Ioan.15.22 Mar.10.15 Rom 2.23. Iac.4.17. Rom.5.12.

vult? Si peccatum est, & mors, illi adhæret: quia *per peccatum mors introiuit in Orbem terrarum.* Ergò *qui odit increpationes,* Prou. 15. 10 *morietur.* Duo ista mala apprehenderunt multos ex discipulis Christi, qui in verbo vitæ scandalizati sunt, & qui arguentem & increpantem deseruerunt. Hæc sunt mala nostra, qui scimus voluntatem Dei, & non facimus: & quoniam facere detrectamus, etiam scire contemnimus odientes increpationes, disciplinam irridentes. Audiamus igitur, vt viuamus. Alioquin ad quem ibimus, in quo benè esse possimus? Ad quē ibit homo deserens Christum? ipse est vita tua, non est in alio aliquo salus, solus ipse Mat. 10. 36 vita, solus Saluator. Etiam domestici ho- Ioan. 12. 25 minis inimici eius; etiam qui amat animam suam, perdet eam: nam si diligis iniquitatem, animam tuam odisti, sanguini Psal 10 9. tuo insidiaris *Ad quem, ad quem ibimus?* Ad te Domine confugio, *quoniam tu es* Psal. 3 4. *protector meus. Tu es gloria mea, tu exaltans caput meum.* Quod nobis concedat ipse. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Bonum nostrum à Deo est; vt sit completum, otio torpere non debemus. sed admouere manum: quo fit, vt simus ex numero eorum qui sunt Christi. In bonis temporalibus, & spiritualibus gratis datis quisq; sua sorte contentus esse debet. In Morali, admiratio. Ad quantam malitiam perueniat homo.

DILIGENS illa determinatio confinium terræ Chanaan, quę populo Israël fuerat repromissa, quam determinationem Deus ipse decreuit, constituēs præfixos terminos vndequaq; ab Oriente, Meridie, Occidente, & Septentrione, nobis duo prætendit. Alterum, quòd nouit Dominus, qui sunt eius, veluti ad Terram viuentium pertinentes, atq; ita etiam quinā illi sunt, quibus dicturus sit: *Amen dico* Luc. 13. 27 *vobis, nescio vos: Discedite à me omnes operarii iniquitatis.* Alterum quòd nostrum vnusquisq; debet esse sua sorte contentus, conclusus intrà cancellos suæ conditionis & vocationis, vt non velit neq; sapere, neque capere plus, quàm oportet & decet. *Pauper enim & creditor obuiauerunt sibi,* Prou. 29. 13 *vtriusque illuminator est Dominus:* ait Sapiens. Sic sibi obuiant, vt alter ad alterius terminum accedat; sed non illum excedat; vtrunq; Deus illuminat, ostendens vtriq; statum suum, quo sit contentus; cæterisq; eorundem amborum statum, tanquam à se determinatum demonstrans, vt ab vnoquoque djuina cognoscatur prouidentia, quæ pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Horum primum hodierna exponit lectio dicens: *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & qui traditurus esset eum.* Alterum verò dum subdit: Verba Domini Iesu, & Euangelistæ: *Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Et, *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò, & iam non cum illo ambulabant.* Hi erant non credentes; qui audito sermone Domini de Eucharistia, di- Ioan. 6. 61. cebant: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* Altiora enim se quærebant volentes sapere, plus quam oportet sapere. Super his ergò duobus erit consideratio, & narratio nostra: si vos intenti manseritis in sermone meo.

Magna magnalia de cœlesti conuiuio 2 Pater ipse noster Iesus Christus, qui dat Ioan. 6. nobis panem nostrum quotidianum, pronunciauerat, magnificans illud, quæ magnificentia esset cœlestis illecebra, qua ad illud illiceretur vniuersus Orbis. *Murmurabant tamen Iudæi, quia dixisset: Ego* Ioan. 6. 41. *sum panis viuus, qui de cœlo descendi Et dicebant: Nonne hic est Iesus, filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem?* litigabant quoque adinuicem dicentes: *Quo-* 53. *modò potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Præterea. Multi audien- 61. tes ex discipulis eius dicebant: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Tandem

1 Num. 35. 1. & seq.

2. Tim. 2. 19.

dem inquit ipse. *Nonnè ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Vbi videmus ex tribus generibus hominum, qui illum audiebant, aliquos ad illum pertinere, aliquos ab eo separatos. Ex turba, si credunt aliqui, alii murmurant, litigant. Ex discipulis multi scandalizantur, & ab illius abscedunt sequela, sed non omnes. Ex Apostolis, qui sunt intimiores *Vnus est diabolus*, Iudas videlicet, qui illum erat traditurus; cæteris illi adhærentibus & ob-
Psal. 22.1. sequentibus. Ita ergò tametsi Domini est terra, & plenitudo eius, sicut priscis temporibus populum vnum ex omnibus nationibus terræ sibi eligit peculiarem: ita in sæculis omnibus quosdam elegit sibi, qui manducarent, & biberent cum Abraham, Isaac, & Iacob in Regno cœlorum, vbi fecit cœnam magnam.

3 Diuisio. Qua in consideratione duo veniunt nobis consideranda. Primum est, quod bonum maximum, quod vniuersis hominibus satis esset superq; est panis viuus, qui dat vitam mundo, potens omnes prorsus naturas ratione præditas, satiare, & beati-
Luc. 1. 5. ficare. Vbi apparet charitas, & largitas Dei, qui dat omnibus affluenter & non improperat, nolens aliquem perire, sed omnes ad suam mensam conuenire, ibiq; delectari, eo pasci. Et sicut omnibus parauit mensam, ita requisita ad hoc etiam ab eo parata sunt omnia, vt nihil ex pietate sapientiæ
Isai. 4. 5. suæ vltra facere posset vineæ suæ, quod non fecerit ei. Hæc est terra promissionis, vbi erant ædificatæ domus, constitutæ ciuitates, plantatæ vineæ, cultaque satis vniuersa terra.

4 Num. 34. 54. Secundum est, quòd sorte diuideretur terra; sic tamen, vt pluribus plus tribueretur, minus paucioribus. In cuius possessionem, extinctis habitatoribus, introirent. Quid hoc? sors à Deo temperatur, vt id à Deo tributum intelligatur, quod sorte cõ-
Pro. 16. 33. tigerit, iuxta Prouerbium: *Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.* Hoc est opus Dei, sine quo nihil fieri potest. Idcò *nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Hominis partes sunt, plus vel minus habere, iuxta numerũ introëuntium, atq; pugnare, vt quod sorte contigerit, acquiratur. Sit itaq; sors Diuina dispositio, pugna operatio humana. Et vide vtrunq; notatum à Christo: *Possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi; esurijt enim, & dedistis mihi manducare.* Matth. 25. 34. Nè curiosius quæras, vtrum vlterius sit causa, vel ratio. Si tamen quæras, en dubietatis dissolutio in Ecclesiæ precibus. Omnium misereris, quos tuos fide & opere futuros esse prænoscis. Hoc certum est, vtrunq; concurrere, nec alterum sine altero dari vnquam. Nos quod nostrum est, perficiamus. Alioqui audite Principem Iosue: *Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis* Ios. 18. 3. *ad possidendam terram, quã Dominus Deus Patrum vestrorum dedit vobis?* Dedit (inquit) eccè opus Dei. Dedit quidem ipse, sed vos vestras non exequimini partes, ignauia marcescentes. Et obserua quod ibi dicit Scriptura. Congregati sunt omnes fi- Ios. 18. 1. lii Israël in Silo, ibi fixerunt tabernaculum testimonii, fuitque eis terra subiecta. Remanserunt autem septẽ Tribus, quæ nondum acceperant possessiones suas. Subiecta erat terra; & tamen septem Tribus necdum partes suas acquisierant. Septem (inquam) O septem! O numerum vniuersitatis! Multitudo magna non habet q̃ manducet, torpet otio; socordia iam fætet. Dedit Deus, & tu tamen non accepisti, non accipis, non curas, non cogitas. Istæ tamen septẽ Tribus à Iosue excitatæ, sortes suas, pugnantes obtinuerunt, & impletum est hoc, quod scriptum est. *Dedit Dominus* Ios. 21. 43. *Deus Israeli omnem terram, quam traditurum se patribus eorum iurauerat, & possederunt illam, atque habitauerunt in ea.*

5 Iudic. 1. 27. & 3. 5. At nos oscitantes neq; excitat verbum Dei, neq; nostram hæreditatem curamus possidere, quod & ibi figuratum est in hoc, quòd quamuis Chananæos subiecissent, non deleuerunt tamen omnes, sed vel tributarios fecerunt, vel cum illis inierunt societatem. Sic est, sic est apud nos: terram nostram à nobis alienam facimus, illaque vacui remanemus. In hoc itaque habemus & quod Dei est; dicente Domino. *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo*; & quod nostrum est, dũ dixit ad duodecim. *Nunquid & vos vultis*

vultis abire? & respondit Petrus: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credidimus, & cognouimus, quia tu es Christus Filius Dei.* Secundum est, quod nostra interest, non Dei, si illum sequamur, illiq; adhæreamus. *Vultis* (inquit) *& vos abire?* At Petrus. *Ad quem ibimus?* Quæ est eius vtilitas, vt existens in cœlo descendat in terras? Quæ vtilitas, vt fiat panis pro sæculi vita? Quæ (inquam) vtilitas, vt det carnem suam ad manducandum, & sanguinem suum ad bibendum? Quandò primum in Sacris litteris de Deo
Gen 1.1. fit mentio, Creator describitur. *In princi-*
31. *pio creauit Deus cœlum & terram* Ergò vt dator bonorum, non acceptor. Vidit enim cuncta bona, sed quæ ipse fecerat: Nihil enim bonum est, nisi quod bonus ipse fecerit? At verò ista fecerit, quasi in illis re-
Isai. 66. 1. quiem accepturus? Quoniam *cœlum* (in-
& Act 7. quit) *mihi sedes est, terra autem scabellum*
49. *pedum meorum.* Nùm ergò laborabat antequam quidquam faceret à principio? si non faciebat quidquam, quomodo laborabat? Antè fortè stans fatigabatur? & propterea sedem sibi constituit cœlum, & terram vbi requiescerent pedes eius? At vbi erat ipse, antequam ista fierent? certè in seipso. Vnde verò habuit cœlum, vt sedes esset; terra, vt scabellum pedum; vt ita sedenti quietem darent, nisi ab eo qui fecit cœlum & terram? ergò quòd quietem tribuere possint, id ab eo receperũt, qui creauit illa. Qui ergò hanc illis præbuit virtutem, eam ipse prius habuit in semetipso. Ergò in seipso quieuit semper. Nisi velis dicere imperite, quòd maiorem habeant permanentiam quæ facta sunt, quàm qui
Rom 11.36 fecit. *Sicut ex ipso, & per ipsum, ita in ipso*
Hebr. 1. 3. *sunt omnia, qui portat omnia verbo virtu-*
Isai. 40 12 *tis suæ. Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo concludit? Quis appendit tribus digitis molem terræ? Quis librauit in pondere montes, & colles in statera? Quis adiu-*
Rom. 11 35 *uit spiritum Domini? Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* Non cœlum sedes, & terra scabellum ad quietem Creatoris præparandam, sed ad im̃ensitatem illius declarandã dicta sunt. Sic illis honor tribuitur, quòd Deo seruiant, non quòd Deus egeat.

Sit arca testimonii, testimonium huius 1. Par 28.
veritatis. Qui sedet super Cherubim, vbi apparet sedens? vbi thronus ei⁹, qui Thronos fecit & Cherubim? Arca scabellum est pedum eius, sed quis vidit pedes istos? O-
Exod 14. pus magis visum est sub pedib⁹ eius, quasi
10. cœlum cum serenum est. Ad instructionem nostram dicta sunt hæc, vt sciamus Deum istis non indigere. Ideò enim in tabernaculo nulla apparet Dei species, aut figura, vt ducant quidem illa in memoriam Dei, præsentiã verò non exhibeant, & sit ad illa reuerentia, nulla autem in Deo indigentia. Sed demùm factus est homo. Nunquid propterea quòd illius deliciæ sint cum filiis hominum? En illius deliciæ. Prou 8.
Natus in medio frigore, egenus in diuersorio, pannis inuolutus, positus in præse-
Luc 2. 7. pio, pauper, dolens, in laboribus à iuuen-
tute, ad flagella paratus obediens vsque ad Philip 2. 8.
mortem, mortem autem Crucis; vbi exaltatus, humiliatus est, & conturbatus. De-
Psal 87 16. litias istas computauit, commendans hac ratione nimiam charitatem suam, mori pro inimicis suis. Omnia ergò propter nos, omnia nostra sunt, omnia propter nostram salutem. Idcircò *panis* est. Panis Ioan. 6 35.
autem propter se non fit, cibus est; cibus 52.
non sibi, sed comedenti. *Panis, qui dat vitam mundo: nam si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, & resuscitabitur in nouissimo die.*

O vtilem considerationem! *Scitis enim* 6
(inquit Apostolus) *gratiam Domini nostri* Exhortatio
Iesu Christi, qui propter nos egenus factus est, 2. Cor. 8. 9.
cum esset diues; vt illius inopia vos diuites essetis. Quid murmuras, ô Iudæe, quia dicit, quòd sit *panis viuus, qui de cœlo descen-* Ioan 6. 4
dit? Quid litigas ô turba insipiens; *Quo-* 53.
modo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Quid temporalis sectator Christi scãdalizaris in sermone eius? Quid ingrate, illum derelinquis, quandò ampli⁹ multoque largius se nobis profert, vt & cibus noster dignetur esse, effici, communicari, vt det nobis de carne eius, & saturemur? Heu, *vbi abundauit delictum, ab-* Rom. 5.
undauit & gratia, quia voluit vincere in suo bono malum nostrum. Ergò ad æmulationem eius, & aduersus illum, vbi abundauerit

dauerit gratia, abundabit & delectum? Vbi se magis donat, magis repudiabitur? Immutabilis mollitur, vt sit edentulorum cibus, butyrum, & mel, panis viuens, & calidus, & clamabit insipiens, *Durus est hic sermo?* Descendit de cœlo nè causeris & dicas. Quis nostrum valet vsque ad cœlum ascendere, deferat illum ad nos? floret de ciuitate sicut fœnum terræ semper viuens, semper integer, semper florens, non de terra, sed de ciuitate. *Vox de ciuitate, vox de templo, vox Domini dicentis Ego sum panis vitæ. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus.* Heu ad tantam Dei bonitatem quid dormitis? quid negligitis? quid receditis? quid apponitis iniquitatem super iniquitatem in malum vobismetipsis?

Ioan. 6. 61.
Deut. 30. 11
Isa. 66. 6.
Ioan. 6. 35.
Mat. 25 26

7 Nos quod facimus nobis facimus, siue bonum, siue malum. *Si sapiens fueris, tibimetipsi eris; si autem illusor, solus portabis malum.* Et sanctitas tua, & iniquitas tua in sinum tuum conuertetur. Gaudet quidem Dominus nobis benefaciens. *Et gaudebit* (inquit) *super te Deus tuus.* At si contra eum incedens, illius furorem prouocabis contra te, nihilominus gaudebit te disperdens. Audi Moysen: *Sicut ante lætatus est Dominus super vos, benè vobis faciens, vosque multiplicans; sic lætabitur disperdens vos, atque subuertens.* Quid putatis ô peccatores? exacerbare Deum? exasperare illum? sic offendere, vt doleat? Audite illum de vobis ad Ieremiam: *Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nonnè semetipsos in confusionem vultus sui? Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super viros, & super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ; & succendetur, & non extinguetur.* Tibi, tibi ipsi malum creas, qui malè agis. Benè fac & benè tibi erit. *Nonnè si benefeceris, recipies? si autem malè egeris, statim in foribus aderit peccatum tuum?* Aderit in suo effectu, in fructu, in pœna. Tibi soli peccasti; tibi soli nocuisti. Sapiens Petrus, qui ait: *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Verba, quæ locutus es, spiritus & vita sunt. Vita sunt, quia spiritus sunt; non carnaliter intellecta, sed spiritualiter dant vitam æternam. Non est hic sermo de vita carnali secundum carnem. Sermo est de vita æterna, quam dat caro vitæ, non carnaliter sumpta, sed quæ admodum docet Spiritus veritatis; nempè & spiritualiter, & sacramentaliter. Sic dona Dei, vt decet, vt congruit, vt vult ipse, suscipienda sunt; non vt volumus nos, vt cogitamus nos. Si ad voluntatem eius accipimus, prosunt; obsunt, si ad nostram. En latam sententiam: *Qui dat pauperi, non indigebit; qui despicit deprecantem, penuriam sustinebit.* Intelligis? Qui dat pauperi, accipit, vt decet; quia accipit, vt dispensator, & propterea non indigebit. Qui despicit deprecantem pauperem, accipit, vt auarus dominus, contra voluntatem dantis. Idcircò accepta, erunt illi detrimenta. Panem cœli dat nobis Pater noster, accipe tu fidelis, mundus, amans, & erit ad vitam. Si accipis vt Iudas, auarus, immundus, incredulus, tibi erit ad mortem; tu tibi manus inferes: perditio tua ex te.

Gen. 4. 7.

Prou. 9. 12
Isai. 62. 5.
Deut. 28. 63.
Ier. 7. 19.

Prou. 28. 27.

SECVNDA PARS.

HInc ergò transitum facimus ad secundam considerationem, quod quisque debet intrà fines suos contineri, vt non putet alios excedere in conditione, sicut excedebat Saul in statura. Naturam Deus cum hoc viro voluit prope sequi, vt qui procerior esset in corpore, superior esset in populo. Qui amplior esset in staturæ longitudine, in status altitudine æquè constitueretur. Sed hic tandem reprobatus est, deficit enim natura, subrogatus est Dauid paruulus, pascens oues, rufus, pulcher aspectu decoraque facie, citharædus, qui ad aliud quoque idoneus videbatur, magis quàm ad Regnum. Vnde armatus incedere non poterat, & Goliath videns illum, despexit eum. *Erat enim* (inquit scriptura) *adolescens rufus, & pulcher aspectu.* Gratia hic præualuit non natura; propterea sedes eius in æternum mansit. Saul cui condonata fuerat regia potestas, cedere debuerat illi, Domini intellecta per Samuelem voluntate, quòd a Regno fuisset reprobatus, quòd alteri corona esset tributa; sed

1. Reg. 10. 23.
1. Reg. 15. 23.
1 Reg. 16. 12.
1. Reg 17. 39. 42.

ta; sed eum magis persequebatur ad necem, qui fuerat pro illo à Deo decret⁹ Rex. Et hanc fuisse persecutionis causam, ipse declarauit Ionathæ filio suo, dicens:
1 Reg. 20. 31. *Omnibus diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neq; regnum tuũ. Itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad*
1 Reg. 24. 4 & 26. 5. *me, quia filius mortis est.* Econtrà Dauid cum Saulem occidere potuisset, & accipere sibi Regnum, cuius iam à Deo susceperat vnctionẽ, abstinuit, hosti pepercit crudelissimo; vt diadema speciei acciperet de manu Domini; vt qui vngens dederat iurisdictionem, saluans item possessionem daret. Et quandò propter peccatum suum
2. Reg. 15. 14. sustinuit filii sui Absalon persecutionem, Regno cessit, patienter egit quandiù placuit Altissimo, iterum in suam sedem reducere illum, quod petebat, simul depre-
Psal. 50. 14 cans pro peccato suo in Psalmo Miserere: vbi dicit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali* (id est Regio) *confirma me.* Sit ergò vnusquisq; contentus ea conditione, iisque donis, ac muneribus, quæ illi Deus Dominus cœli & terræ communicare dignatus fuerit. Ità enim dictum est
Matth. 20. 14. operario murmuranti: *Accipe quod tuum est, & vade. Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi* An non possum quod volo, facere? Hinc & casualis homicida: Si
Num. 35. 28. extrà vrbem refugii fuisset occisus, id iustè patiebatur: debuerat enim profugus vsq; ad mortem Pontificis residere. locus ille tunc sibi erat concessus, omnis alius prohibitus, cui non sat est, quod illi concessum est, iste dignè perit & iustè. Qui plus sapere volebant, quàm illis datum esset,
Ioan. 6. 61. dicentes: *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* His etiam quod datum fuerat, sublatum est. Christi sequelam profectò non à se fuerant consecuti, *Nemo enim* (inquit Dominus) *potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo:* Dùm discipulus vult esse super magistrum, ipso etiam discipulatu, atque illius societate & sequela priuatur. *Multi* ergò propterea *ex discipulis eius abierunt retro: & iam non cum ipso ambulabant.*

9 Duo sunt in quibus intrà terminos debemus contineri. Tertium non habet finem. Temporalia sunt illa, & gratis data spiritualia. At hoc tertium charitas est. De temporalibus ait Apostolus: *Habentes ali-* 1. Tim. 6.
menta, & quibus tegamur, his contenti su- Matth. 6.
mus. Hæc ad necessitatem data sunt. Scit enim Pater noster cœlestis, quia his omnibus indigemus. Dùm ergò habes, quod satis est, quid vltra fatigaris, anxiaris, & sine fine laboras? Ideò culpantur, qui non quiescunt vnquam, sed sine satietate ad vlteriora semper anhelant. *Vbi sunt Principes* Baruch 3.
gentium, qui argentum thesaurizant, & au- 16.
rum in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? Et per alium Prophetam: *Væ qui coniungitis domum ad do-* Isai. 5. 8.
mum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? Ratio culpandi duplex est, tũ quia in vanum, tùm quia in damnum laborauerunt. In vanum quidem quia inutilis est labor, quod pro re sit inutili. Quidquid enim vltra necessitatem possides inutile est, nihil prodest, non commodo est, sed oneri. Vita nostra via est, viaticum est deferendum, si plus quàm oportet, portat,
fatigatur inutiliter. Onus inutile fuissent 1. Reg. 17.
Dauidi arma Saulis: quod satis fuerat de- 39.
ferens, victoriam retulit atq; triumphum. Adde quòd & id, quod inutiliter collectũ est, auferri etiã consueuit. Ideò Isaias post supradictam criminationẽ factam aggregantibus sine fine subdit: *In auribus meis* Isai. 5. 9.
sunt hæc: dicit Dominus. Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ sine habitatore: Decem enim iugera vinearum facient laguneulam vnam, & triginta modii sementis facient modios tres. Obseruat Deus auiditatem istam, & punit tum morte auarorum, faciens desertas eorũ domos grandes, & pulchras, tum sterilitate percutiens terram, quam cupidè nimis ampliauerunt.
Sic & Salomon: *Vir, qui festinat ditari, &* Prou. 28.
aliis inuidet, ignorat quod egestas superueniet ei. In damnum verò laborauerunt, tùm
spirituale, tùm temporale. Et spirituale Prou. 28.
quidem, quoniam (vt ait Salomon.) *Qui* Eccl. 10.
festinat ditari, non erit innocens. Auaro nihil est scelestius: Propterea q radix om-

nium

1. Tim. 6. nium malorum est cupiditas. Et certe qui pecunias habent, difficile intrabunt in Re-
10. Luc. 18. 24 gnum cœlorum. Verum etiam detrimentũ cupidus temporale incurrit. Vnde & dixit
Pro 28.20 Salomon: *Qui festinat ditari, non erit innocens*: de innocentia pœnæ potest intelligi. Non erit (inquam) innoxius, sibi non erit innocuus; nocumentum enim auaritia ipsa non modicum infert auaro. Achan sit
Ios. 7. 24. testis, qui sibi necem propter cupiditatem
Philip. 2 21 suam comparauit. Et vnde mũdus iste infernus factus est, nisi quia pauciſſimi sunt, qui nimia cupiditate non agantur? Omnes enim quęrunt quę sua sunt, & quę sua non sunt. Adeo quod vbi damnati spiritus gemen-
Eccl. 8.8. tes dicunt: *quid nobis profuit iactan-*
Psal. 75 6. *tia diuitiarum?* clamare possint, qui sunt
Luc. 8. 14. super. *Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis, nisi spinas & tribulos.* Ita enim appellatæ sunt ab ipsa Veritate; quia pungunt, lacerant, cruciant, & origo sunt malorum omnium, bellorum, aduersitatum, & tribulationum. Et quod dictum est de diuitiis, verum est de quibuscunque bonis temporalibus, pro quibus vniuersis frustra laboratur & pernicioſe. Ideo enim à
Sap. 5. 8. sapiente inducuntur damnati dicentes: *Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Et quod de superbia dicit, æque dicit & de voluptatibus, & de cæteris omnibus, quæ secundum carnem desiderantur. *Transeunt e-*
9. *nim omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuncius percurrens.*

10 Bona, quæ animam respiciunt, non iustiorem facientia, & Deo acceptiorem, & hæc debent infra constitutos limites concludi. Si natura & arte comparentur, quid opus est pro illis plurimum laborare, quãdoquidem æque ipsa, atque temporalia & externa, & vana sunt & mala, si non ad iustum modum deducantur, si plus iusto laboris pro illis impendatur. Eorum vanitatis testem habemus locupletiſſimum virũ illum, qui sapientia diuinitus infusa, fuit
Eccl. 1. 14. clariſſimus. Quid dicis Salomon? *Locutus sum in corde meo, dicens? Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem. Et mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. Dedique cor meum, vt scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque & stultitiam. Et agnoui quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus: eo quod in multa sapientia multa sit indignatio, & qui addit scientiam, addit & laborem.* Ad quid igitur laborare, vt sciamus quæ scire non prodest? At vero non est Apostoli illa sententia. *Scientia* 1. *Cor.* 8 1. *inflat?* Ecce præter vanitatem iam nocumentum. An non graue dispendium temporis, quo maxime in necessariis indigemus, occupatio insuperfluis, & amissio inutilis: Neq; rerum altitudo, abstrusio, perfectio vtilem facit inuestigationẽ illarum, cognitionem, consideratione. Melli sapientiam Salomõ comparauit, hortans ad illius acquisitionem, dicens: *Comede fili mi* Prou. 24. *mel, quia bonum est & fauum dulcissimum* 13. 14. *gutturi tuo.* Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. En veræ sapientię vtilitatem dulcis in prę-senti, vtilis in futuro, & vitam reddit suauem & fælicem mortem. Qui vere sapiens est, & iucundatur viuens, & moriens gloriatur. Sed ne decipiaris in specie sapiẽtiæ, vt scire quæ non oportet, proficuum arbitreris, ingerit idem Salomõ hoc aliud Prouerbium. *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Non excusat maiestatis splendor, quin accusat magis, ne velimus curiosius Altissimi secreta perscrutari. Dulce quidem est mel, ita & intelligentia rerum plena est voluptatis. At mel si abundantius comedatur, officit sanitati; ita saluti aduersatur, si quis velit sapere non ad sobrietatem. Ergo & de temporalibus atque corporeis, & de his, quæ animum spectant, si non prouehunt ad virtutem, verum est, quod,

Est modus in rebus, sunt certi denique fines.
Quos vltra citraque nequit consistere rectum.

O quam benigñus Dominus, qui, quæ 11
vtilia nobis sunt, voluit esse captu facilia. Præcepta nosti? Non. Quare? *Prope est ser* Deu 30 14
mo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Nõ in cœlo situs, nõ trans mare de-

portatus. Facilis est, & omni acceptione aptus. Et quid homini vtilius quam Passio Christi? Cogita illam, & de Deo cogitas. Cogita illam, & gloriam cœlestem introspicis, intelligens quanti sit illud, pro quo datum est pretium immensum & inæstimabile. Sic arguens iam gentes, quam sit grauis infernalis pœna, quam vtà nobis arceret Deus, voluit, Christum tot tantisque pœnis subiici. Aspice in eum, quem confixerunt homines, & hominum intelliges iniquitatem, ingratitudinem, ignorantiam. Et ipsius iniquitatis videbis malitiam, pro qua abolenda, infinita est admota Bonitas. Virtutũ splendor vnde rutilantius emicat, quam ex sole isto iustitiæ, quando consciisus est per Passionẽ saccus, qui illum operiebat. Si de forti egressa est dulcedo; Vide fortem, qui torcular calcauit solus. Vide mustum dulcissimum inde profluens & excurrens. Vide animam ad pedem Crucis fructus illius comedentem, atque dicentem. Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Iudic 14. 14. *Isai* 63. 3 *Cant.* 2. 3.

12

Passio Domini primarium fontem suũ habet charitatem Dei, qui propter nimiam charitatem suam Filium suum ad suos misit, qui illum non receperunt: ad ædificantes misit qui illum reprobauerunt: ad agricolas misit, qui illum occiderunt: Vt qui erat panis viuus, vt mortuos cibaret, conglutinatus est cum mortuis, deputatus cum descendentibus in infernum. Et quid aliud ergo producet, quam charitatem? *Eph* 2. 4. *Ioan.* 1. 11. *Ps.* 117. 22. *Mat.* 21. 39 *Gal* 2. 20 *In fide viuo Filij Dei* (inquit Apostolus) *qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.* Viuo in fide, ardens in charitate, diligens diligentem me, & qui propter scelera mea tradidit in mortem animam suam. Charitas tertium est bonum, quod modũ, quod mensuram, quod finem nescit, & nequit habere. *Et hoc oro* (ait Paulus) *vt charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam, & laudem Dei.* Tantum bonum est Deus, vt charitas erga illum nunquam finem inueniat; quo plus diligit, eo magis diligendum nouit, & ad illud diligendum magis accenditur, videns ad hoc se teneri, & eo amplius adiuuari, mobilitate vigens, viresque acquirit eundo, obeundo, ineundo, introeundo, atque sine quiete iugiter præeundo. Recte ergo orat Apostolus, vt charitas magis ac magis abunder, ne statu contenti simus, in quo sumus; sed probemus potiora, in omni sensu meliora probantes, vt illis degustatis ad perfectiora feramur: quod alibi monet Paulus. Sic repleti, vt repleti magis continue appetamus, & expetamus. *Phil.* 1. 9. *Hil.* 12.

13

Sed heu! eo minus tendimus, quo magis tenemur. Quis Iuda plus tenebatur diligere Christũ? Iequi? ascultare? honorare? Segregatus in Euangelium Dei, in Apostolatum Christi, in caput omnium credulorum? Et diabolus ex Apostolo factus, traditor ex discipulo, aduersarius ex domestico, & ex commensali insectator, carnifex, interfector? Sic multi ex discipulis aliis, sic multa turba, vbi largius donãtur, licentius opponuntur. Hæc, hęc est ingratitudo nostra, nostra iniquitas, nostra condemnatio. Verbis non erudimur, verberibus indigemus, instar illius, de quo Salomon: *Seruus verbis non potest erudiri; quia quod dicis, audit, & respondere contemnit.* Nunquid non audiebant dicentes. *Durus est hic sermo; & quis potest eum audire?* & contemnebant, & scandalizabantur. Et nos non audimus verba vitæ æternæ? & recedimus tamen, & non cum ipso ambulamus. Noë vir iustus, atq; perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Tu, tu nũ iustus es? num perfectus es? Si peccator es, nescio; dic tu peccata tua. Confitere peccatum tuum. *Sed heu, omnes declinauerunt, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, non est qui faciat bonũ.* Ergo non iam cum Christo ambulant, retro abierunt, dereliquerunt fontem aquæ viuæ, longe facti sunt. Et ad quem ibitis miseri, recedentes à Deo viuo? Ad quem ibitis, vt bene sit vobis, quibus bene esse non potest, nisi cum Christo? *Hic est panis vitæ, qui manducat ex hoc pane, viuet in æternum.* Ieiuni morientur, fame cruciabuntur, siti æstuabunt, aquæ gutta etiam priua- *Prou.* 29. *Isa.* 6. 10. *Gen.* 6. 9. *Psal.* 13. *Ioan.* 6. 59.

priuabuntur. Qui sitit ergò, veniat, & accipiat fontem aquæ vitæ gratis, salientis in vitam æternam. Amen.

MORALE.

14. O Verbum. *Vnus ex vobis Diabolus est.* Ex quibus vnus iste? ex hominibus. Ergò ad tantam iniquitatem transibit homo, ad tantam malignitatẽ, tàm scelestus erit, tam facinorosus, vt diabolus ab ipsa Veritate dicatur? Homo ad imaginem Dei factus, sic diabolicam sumet similitudinem, vt homo existens, verè diabolus sit? Homo de terra factus, & in terra conditus ad tantam ascendet superbiam, ad tantam euehetur nequitiam in cælestibus, vt iis, qui in cœlo creati, de cœlo ceciderunt, par fiat in sceleribus suis? Homo de humo, humi repens, humilis factus, abiecta humilitate, superbia elatus, audet illius compar fieri, qui temerè dixit: *In cœlũ conscendam similis ero Altissimo.* Mortalis homo spiritui, qui mori nequit, vult coęquari? Qua verò in re? In peccato, in scelere, in tumore, in ausu temerario, sacrilego. Appetit diabolí nomenclaturam. Nõ satis est illi hominem impium esse, diabolum se statuit, se ostendit, se iactat. Audiat ergo Veritatem. *Vnus ex vobis diabolus est.* Homo viator, qui potest declinare à via recta, & in eandem reuerti, irreuocabilem spiritum æmulatur? In profundum se dejicit peccatorum, quò cum venerit, contemnet, & odio habebit corripientem in porta. Tempori abrenunciat, quod datum est ei ad pœnitentiam? Hortatus ad conuersionem dicit: *Desperaui; nequaquam faciam?* Erit ex dicentibus & ipse: *Desperauimus?* Post *cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis nostri malifaciemus?* Non ergò vidistis, ô impij, satanã, sicut fulgur de cœlo cadentem: mors vestra casus vester. *Quia mortales estis; vos sicut homines moriemini* Quia superbi estis, & desperantes; sicut vnus ex Principibus cadetis. Cadentem sequi vultis in eo, quod dicebat: *Ascendam super altitudinem nubium;* ipsum, ipsummet sequimini in eo; & dictum est illi: *Quomodo cecidisti de cœlo lucifer?* Et sicut iste vnus (id est primus) de principibus cadetis, & eritis appropinquantes in inferno deorsum. Sicut de illo dictum fuit: *Veruntamen ad infernũ detraheris in profundũ laci.* Non ergò vos corripit damnatio diaboli? Non vos illius supplicium emendat? Non vos auertit à peccato illius irreuocabilis auersio à Deo? digni facti, vt ex vobis singulo dicatur. *Vnus ex vobis diabolus est?*

15. Quisquis adhuc iste est, cui sic dicitur? Veniat, respõdeat, dicat: Christianus sum, vnus ex discipulis Iesu, qui dicit se nosse Deum, assecla spontaneus, qui liberè viam veritatis elegit. Iste ergò qui præter imaginẽ Dei, ad quam in principio factus est, portauit imaginem cœlestis Adam, indutus est Dominum Iesum Christum, iste rursus expolians nouum hominem, non veterem duntaxat denuò induet; sed fiet semen diaboli ad imaginem & similitudinem eius; vt verè sicut ex patre diabolo est, diabolus sit. O metamorphosin! ô diabolicam transmutationẽ! Adam quando genuit ad imaginẽ & similitudinem suam, genuit quod nõ erat, dedit aliquid de suo, cum quo illi communicauit imaginem & similitudinẽ suam, vt nulla opus esset expoliatione ad hanc induendam. Sed, quòd qui habet imaginem Dei, vt homo; qui Christi similitudine decorat⁹ est, vt Christianus; qui Domini Iesu cœpit imitationem, vt eius discipulus sequens illũ: exuat se splendore cœlesti, auertatur de post tergum Domini, & quam exuere non potest naturalem Dei imaginem, obscuret, deturpet, conspurcet, induens diabolum; vt sit ex patre diabolo, diabolus; quis vel audire sustinebit? Quis audiens non contremiscat? Vel potius quis erit vnquam, qui hoc fieri posse concedat? Qui non fidem abroget tanto sceleri? O vtinam nõ fieret! *Circuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientẽ iudicium, & quærentem fidem. Quod si etiã viuit Dominus, dixerint, & hoc falso iurabunt.* Non loquor de populo barbaro. Circuite (inquit) vias Ierusalem. Intro in Ecclesiam Dei, hæreo verbis Domini dicentis ad Ezechielem:

Ezech. 2 3. Ezech. 3 5. *Mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris* De nobis sermo est, qui sumus populus Dei, & Ierusalem cœlestis. Aspicite (inquit) considerate, quærite. Non est, qui faciat bonum : etiamsi iurauerint se benefacere, & hoc falso iurabunt gentes apostatrices, quæ recesserunt à Deo, non creatæ in malo, recedentes à Deo, cui erat

Luc. 11. 23. coniunctæ. *Ad quem ibimus à Deo recedentes ?* Qui non est mecum, contra me est; qui contra illum est, contrarius illi est, aduersarius est. Aduersarius Diabolus est, qui propterea Satanas dicitur, quod est aduersarius. Ergò ad quem ibimus recedentes à Deo? Ad aduersarium, ad satanam, ad diabolum? Quibus verò gressibus? eisdem quibus receditur à Deo, quibus etiam ipse diabolus dereliquit Deum factorẽ suum.

Ioh. 8 44. Audistis Dominum ad Iudæos: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis facere.* Desideria diaboli sunt gressus eius. Dum Altissimi oppetit similitudinem, dicens:

Isa. 14. 14. *Similis ero Altissimo*: cadit de cœlo, serpit humi, & graditur super pectus suum. Nõ dicit similis ero Deo, similis optimo, summo bono; sed Altissimo in altitudine, in sublimitate, in superioritate, & celsitudine. Altissimo exoptat æquari, exaltationem cupit superbus semper ascendens sua cupiditate. Sed non quod voluit habere, potuit, neque locus eius amplius inuentus est in cœlo, indè cadens: & sic ad humilia loca descendens, vt neq; super pedes stare posset, aut ambulare, sed super pectus suum graditur, ad ima depressus totus, etiam corde, quod iacet in pectore: velit, nolit humiliatus, deturbatus, confusus, maximo quantum possibile est pudore confectus, affectus, infectus, defectus etiã perfectus. Quia

Prou. 29. 23. *superbum sequitur humilitas.* En primus passus diaboli, quo ex Lucifero princeps tenebrarum factus est: ex assistenti aduersarius, qui est satanas; & qui erat excelsus, serpens effectus est. Inuidit postea homini, qui decretus erat ad implendas ruinas illius, & propterea decepit, interfecit, deiecit, subiecit, eiecit; sicque à Deo reiecit, & iuit in profundum abyssi. Qui ad illum vadit, illum sequitur, eisdem passibus pergens, imitatur, æmulatur, illiq; conformatur, vt sit filius eius, & desideria patris velit facere, illi configuratus non in membris, sed in desiderijs: non in aspectu, sed in affectu; non corpore, sed corde; filius in mente, non in carne, serpens motibus & moribus, diabolus cupiditate & iniquitate. Isti non videbunt filium hominis ascendentem. Non capiũt verbum istud : *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi.* Ioh. 6. 42. Capere non possunt humilitatem Christi, qua descendit de cœlo factus homo, factus panis, factus cibus viatorum, qui erat Angelorum. Ergò neque digni erãt, qui viderent exaltationem eius, claritatem eius, gloriam & potestatẽ eius. *Quos dedisti mihi* (rogat patrem) *volo, vt illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi.* Ioh. 17. 24. Qui Deum non vident descendentem, eius sequentes humilitatem; diabolum vident cadentem, illius præcipitij facti consortes. Num parua exaltatio fideliũ, quòd fratres Christi sint, quòd filij Altissimi ? Optauit superbus similis fieri Altissimo. Nos iam similitudinẽ istam sumus consecuti. Quid patri similius, quàm filius eius? Ille non peruenit ad cupitam altitudinem: nos ad eam euecti sumus, quos dextera Dei ad illam exaltauit. Cecidit ille elatus, non loco, sed voto. Nos, nos si cadimus, loco cedimus, qui verè Altissimo similes existebamus, nedũ similes facti sumus iumentis insipientibus, sed dæmonibus superbientibus, facti ex filijs Altissimi, filij serpentis depressissimi. O casum, ô ruinã, ô præcipitium! De loco eminentiori cadis, superbe Christiane, quàm diabolus; ruinosior casus tuus, quàm diaboli. Si regnantibus impijs (vt ait Salomon) ruinæ sunt hominum. Qualis ruina impij regnũ affectantis, exoptantis imperium; cæterosq; supergredi iniquè exoptantis? *Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus.* Quò maior exaltatio est, eò peior contritio, peior ruina. O qui locum descritis dignitatis vestræ, qui ab Altissimo elongamini, Christum deserentes. Audite, & intelligite, Qui eiusmodi est, diabolus est.

Tan-

16. Tantam transmutationem nos voluit Dominus considerare, dicens: *Nonnè ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est?* Transeat, quòd Lucifer diabolus sit, nõ erat electus à Deo. Transeat, quòd qui lucem veritatis non aspexit, diabolus sit, non erat inter vocatos ad cœnã. Transeat, quòd de turba sint aliqui murmurantes, non iis dicitur, quod sint diaboli; neque discipulis contumelia ista irrogatur: sed qui cum paucis electus est; qui ad apicem tantæ dignitatis euectus est; qui ad principatum super omnem terram erectus est, & constitutus iudex super duodecim Tribus Israël; quòd hic tantus, qui singularem sublimemque electionem à Deo est consecutus, quòd is (inquam) diabolus sit, diabolus ab eo, qui elegit illum, dicatur: quis dignè, quis sufficienter valet admirari? Quid dico? Transeat, quòd vnus ex his diabolus sit; sed quòd multi Christiani, multi baptizati in sanguine Christi, multi saginati corpore Christi, multi potati spiritu Christi, ad tantum baratrum descendant, ad tantam dentur præcipites vilitatẽ, indignitatem, ignominiam, non est quod admiremur; solum est maximè quod doleamus, quod ploremus, plangamusque, quod eleuata voce clamitemus. *Heù, heu, heù Nunquid vaùe, ó Creator omnium, constituisti filios hominum? heù, heù. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine? vbi consuetæ misericordiæ? vbi multitudo miserationum tuarum?* Heu quis tutus, vbi ex duodecim electis à sapiẽtia Dei, *vnus diabolus est? Venite procidamus antè Deum*, ploremus coram Domino, postulantes misericordiam eius. Amen.

Psal 88. 48.

50.

Psal 94. 6.

FERIA IV. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Ecce ascẽdimus Ierosolymam. *vsque.* & non intelligebant quæ dicebantur.

Luc. 18. 31.

ARGVMENTVM.

Considerantur qui sint illi qui Christum tradiderint, & quibus sit traditus. Beneficiis maximis affecti fuerũt proditores. Ponderatur qualitas Christi proditi, qualitas prodentium, & traditionis effectus.

I.

TANTVM bonum est pax, vt dicat sapientissimus Salomon: *Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatũ cum odio:* videlicet vt vitã pauperem potius geramus, quàm multa bona habeamus; si paupertas sit cum charite, abundantia verò cum odio. Nam ibi felicius viuitur, vbi mutuò se diligunt homines, quamuis rerum temporalium desit copia; quàm vbi in multitudine diuitiarũ suarũ, homines sunt inopes charitate fraterna. Præualet. n. dilectio bonis omnib⁹, quæ ab hoc mundo suppeditantur, & apta est prę cunctis illis hominem etiam superbeatificare. Christus ergò Dominus, qui venit in hunc mundum ad toleranda mala nostra, suaq; nobis bona cõferenda, bono isto dignatus est priuari, vt illud nobis abundantius communicaret. Inuisus. n. fuit hominibus, cum his, qui oderãt pacẽ, erat pacificus, dùm prudenter sancteq; loqueretur illis, gratis illũ impugnabant, nec poterant illi quicq̃ pacificè loqui. Quinimò & Crucẽ suprà dorsum eius fabricauerunt peccatores, & ità prolongauerunt iniquitatem suã, vt non deficerent illum vrgere, donec deficeret ipse vitam agere super terram. Nec potuit vnquam inuenire quietẽ conuenientibus omnibus aduersus illum: nam & alieni mentiti sunt illi, & eum non receperunt, vt quasi Iacob, dum fugit furentẽ Laban, occurrit odienti Esau: Quod vt certum nobis esset ad cognoscendam illius ergà nos charitatem, & ad cõsequendam ꝑ nobis illius humilitatem, Deus voluit in diuinis suis litteris id nobis esse testatũ. Et hoc est quod ipse Dominus hodiè suis discipulis protestatur, dicens:

Prou. 15. 17.

Psal. 119. 6.

Psal 128. 3.

Psal 17. 46

Gen 31. 17. & 33. 1.

Ecce

Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum. Vbi ex odio contra illum, & traditione illius facta, apparet summam suarũ passionum sibi contigisse. Traditus enim gentibus, illusus est, flagellatus, consputus, crucifixus. Hanc ergò ipsius traditionem, deuotè, amanterque consideremus. Ideò enim scripta est per Prophetas: & per ipsum Dominum suis discipulis prænuntiata, & per Euangelium nobis vniuersoq; Orbi pronunciata.

Diuisio. 2. Vbi duo genera hominum consideramus, quæ simul conuenerunt aduersus Christũ Domini, nempè qui tradiderũt, & quibus traditus est. De his, qui tradiderũt scribit alius Euangelista. Tradetur principibus sacerdotum, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus. Principes ergò Sacerdotum, & Scribæ tradiderunt illum gentibus. Nam hi vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt eum Pontio Pilato Præsidi. Etenim confestim manè concilium facientes summi Sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vinctes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Matth. 20. 18. *Mat.* 28 2. *Marc* 15. 1.

3. De his consideranda illa sunt: quę Christum Dominum nostrum maximè afflixerunt. Quorum primum sit: quod erant populus Dei; electus à Deo, merito Patriarcharum, quorum erat semen, quem excelsiorem fecit cunctis gentibus & plurimis affecit beneficiis: vt habetur in libro Sapientiæ, in quo recitantur, quæ pro illo fecit in Ægypto, & posteaquam etiã transtulit illos de Ægypto. Quibus rationibus Moyses frequens monet, vt Deo seruiant, neq; ab illo recedant. Ab electione quidem sic rationem sumit. *En Domini Dei cœlum, & cœlum cœli, terra, & omnia, quæ in ea sunt. Et tamen Patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitq; semen eorum post eos*, id est vos de cunctis gentibus. *Circuncidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram nè indureris.* Idem facit recensens alia illis exhibita beneficia, Quod ergò à suis filiis offensus sit, qui sunt populus eius, maxima iniuria est. Vndè per Isaiam sic dolet; vt inuocet cœlum & terram ad audiendam tantam offensionem acceptam à populo suo, quem adeo dilexit & honorauit. *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est; Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Et iumentorum, quæ natura ducuntur, exemplum proponens subdit; *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici populo grauis iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctũ Israel, alienati sunt retrorsum.* Quæ peccata quamuis in sæculis superioribus pessimè perpetrauerint, nouissimè tamen in Deum suum hominem factum impiissimè, & crudelissimè operati sunt. Quam grauissimam offensionem poterat Deus non factus homo cognoscere, detestari, & castigare, sed in se sentire non poterat, vt indè verè tangeretur dolore cordis intrinsecus.

Sap. 10. & 11. *Sap* 16. *Deut.* 10. 14. *Isaiæ* 1.

At factus homo, & summam accepit iniuriam, & verè de illa doluit, & mœstitia affectus est. Vbi hoc notandum est, quòd quædam de Deo dicta sunt metaphoricè ante illius Incarnationẽ; sed velut in figura eorum, quæ verè de ipso Incarnato dicuntur: Exempla habemus in Malachia; vbi hæc scripta sunt: *Ad vos, ô Sacerdotes qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? offertis super Altare meum panem pollutum: & dicitis: In quo polluimus te?* Prætereà: *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis. In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini.* Rursus: *Si affiget homo Deũ, quia vos configitis meĩ & dicitis In quo configimus te? In decimis, & primitiis. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota.* Sic alibi dicitur: *Et doluit super miseriis eorum.* Et: *tactus dolore cordis intrinsecus.* Hoc loquendi modo innuere voluit, quod quantum in ipsis erat, hoc agebatur aduersus Domi-

Malach. 1. *Malach.* 2. 17. *Malach.* 3. *Iudic.* 10. 16. *Gen.* 6.

Dominum: quæ aduersus Christum eius postmodum peregerunt, qui vere laborauit, despectus, & pollutus fuit, & confixus in Cruce, & ideò crucifixus. Ità ergò doluit verè & in corpore & in anima, in quibus verè passibilis erat. Vox ergò illa dolentis: *Væ genti peccatrici*, dolorem notat, quē verè sensit Christus, cum se à populo suo videret spretū, & malè tractatū; vt qui illi deberet esse subsidio, esset supplicio. Et tantis donis auctus populus, benefactorē & contemneret & malè haberet.

Isa. 1. 4.

5. Secundum, quod præcedenti coniungitur, est hoc, quod cum Iuda coniuncti sunt, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum; Iudas enim tradidit illum Principibus Sacerdotum, & Scribis, & Senioribus, dùm obtulit se traditorē, traditurum illis Dominū Iesum, vbi gauisi sunt, & pacti sunt pecuniā illi dare, & dum accepta cohorte, & ministris Pontificū & Seniorum, fecit illum comprehendere, & in manus Pontificum dedit. Vbi apparet illorū coniuratio; tùm in eo quòd conuenerunt cum Iuda, pactum facientes cum illo; tùm quod ad illum faciendum dederunt ei ministros suos; tùm tandem, quia sic captus Dominus & vinctus ductus est ad Annā, & ad Caipham summos Sacerdotes. Hanc coniunctionem notauit Petrus in concione, dùm de Iuda loquens duos cōiunctim citat Psalmos, in quorum altero de Iuda sermo est, in altero de Iudæis, quasi vterque idem spectet: ait enim. *Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & Episcopatum eius accipiat alter* Dicens: *fiat commoratio eorum*; apertè loquitur de Iudæis: dum verò dicit: *Episcopatum eius*; Iudam notat. Sed benè consideranti verba hæc: Episcopatum eius accipiat alter; & Psalmum ipsum, & intentionem Petri, apparet, illa non de solo Iuda esse intelligenda, sed de tota synagoga, & toto populo, in primis verò de Sacerdotibus. Episcopus quidem fuit Iudas, quia fuit Apostolus, cuius Episcopatum accepit S. Matthias. Sed si hoc in illis verbis solūmodò intelligatur, quid operantur verba alterius Psalmi. Fiat cōmoratio eorum deserta? Episcopatus erat Sacerdotiū populi, quem in templo exercebant; ꝙ erat domus Dei, & insignissima omnium habitationum suarum. Et est domus illa, de qua prædixit illis. *Et erit domus vestra deserta.* Non enim amplius fuit domus Dei, & ideò neque verè templum, dum ablata fuit hostia & sacrificium, cessante Sacerdotio Aaronitico, & translato ad populū nasciturum, & nouum. Propterea Psalmus iste generaliter loquitur de Iudeis, de Sacerdotio eorum, & templo. Ideò ibidem subinfertur ratio: quare Deus reliquit domum suam. *Quoniam* (inquit) *quē tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

Act. 11. 16. Matth. 26. 15. Marc. 14. 10. Luc. 22. 5. Ioh. 18. 3. Ioh. 18. 13. Act. 1. 20. Psal. 68. 26. Psal. 108. 8. Act. 1. 26. Matth. 23. 38. Psalm. 58. 27.

Additio ista doloris est, quòd percussiones & vulnera, illi à Deo decreta propter peccata nostra, illa accesserunt ab his, qui remedium adhibere debuissent. Hæc enim maxima pœna est, quæ sicut per Iudam exaggerata est, ita & per Iudæos amplificatur. Vndè in Psalmo alio priùs de inimicis in communi loquitur, deindè ad singularem transit. *Inimici mei* (inquit) *dixerunt mala mihi. Quando morietur, & peribit nomen eius.* Hic est tractatus habitus in Concilio, vt eum morti traderent. In hoc Conciliū ingressus Iudas adimpleuit sequentia verba Psalmi. *Et si ingrediebatur, vt videret* (nempè qui vellēt illi dare) *vana loquebatur* (promittens tradere) *cor eius congregauit iniquitatem sibi* (hoc est ꝙ scribitur. Et quærebat; quomodò illum opportune traderet.) Vnde & sequitur in Psalmo: *Egrediebatur foras & loquebatur in ipsum*, (id est sicut inter se conuenerant, ꝙ fecit dùm facto illum tradidit) Redit Psalmus ad Iudæos. *Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi* (hoc in secreto susurrantes, & cogitantes.) *Verbum iniquū constituerunt aduersum me. Nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat?* (hoc publice: dùm seipsos quasi dormientes excitant dicentes: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, &c.) Deinde Iudam subinfert. *Homo pacis meæ* (id est pacificus meus) *in quo speraui* (cui veluti confidens negocia committebam) *qui edebat panes meos,*

Psal. 40. 6. Marc. 14. 11. Psal. 40. 8. Ioh. 11. 47. Ioh. 13. 18.

meos (socius videlicet mensæ & qui à mensa surrexit abiens ad tradendum) *magnificauit super me supplantationē* (id est deceptionem magnam fecit contra me, osculo tradens ad mortē in manus inimicorum.) Quemadmodum ergò magna facta est tribulatio Christi, quia traditus est à discipulo, quem extulerat ad Episcopatū, & mensæ fecerat socium. Haud secus magnificata est, quia populus suus author fuit Passionis ac mortis suæ. Quam rem his verbis
Zach.13 3 prædixit Zacharias: *Et erit, cum prophetauerit quispiam vltrà, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum. Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eum pater eius, & mater eius genitores eius, cum prophetauerit:* Per patrem, & matrem intelligit populum. ex quo ortus est, qui vt filium diligere tenebantur. Cui tamen falsitatē impegerūt, persequentes, q̄ se diceret resissum à Deo,
Zach.13.6. & morti adiudicantes. Ideò Propheta pretergrediens quædam, quibus quasi velo obduxit lucem istam maximā immensi mysterij, subdit: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* & dicet: *Hu plagatus sum in domo eorū, qui diligebant me.* Quanta verò fuit ista tribulatio, innuit subdens: *Framea suscitare super pastorem meū.* Modus loquendi, ad ensem, veluti excitans ad feriendum, & ad clauos ad configendum, infert impetū, ruinam, magnam percussionem, & afflictionem. Et quòd ad Christū hæc referenda sint, hæc ostendunt, quòd à Deo vocetur pastor suus, vir cohærēs illi,
Matth.26 32 & Mar.14.11. 38. & quod sequentia verba: *Percute pastorem, & dispergentur oues.* Christus ipse de se prædicto restatur, quæ tunc impleta sunt, quandò traditus à discipulo, à populo captus est, & morti adiudicatus.

Tertium est, quòd hi tantum à Deo dilecti, qui genitorum nomine designantur, facti sunt hostes eius, odientes, persequentes, & ad mortem vsq; quærentes. Vndè in
Luc.19 14. parabola de illis dicitur: *Ciues eius oderant illum* Et infrà: *Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc.* Vndè sæpè in Psalmis, inimi-
27 corum nomine nuncupantur. Vt ibi manifestum est: *Ex ore infantium & lactentium, perfeciſti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum, & vltorem.* Et in alio Psalmo, vbi certum est, ipsum loqui, habemus verba eius: *Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me.* Quanta verò sit miseria ista & tribulatio, ab amicis inimicitiā pati, docet Ieremias plorans super Ieruſalem: *Plorans* (inquit) *plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eā, & facti sunt ei inimici.* Quòd certè de Christo, & in Christo impletum est, qui propterea maximam habuit plorandi causam, & lacrymas effundendi. Vndè & ad exaggerandam inimicam eorum rabiem, bestijs ac feris assimilantur. Ita enim ipse lamentatur in Psalmo: *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens, & rugiens.* Et infrà: *Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas, & pedes meos* Præterea: *Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam.*

Ratio item huius ipsorum inimicitiæ, & hostilitatis auget pœnam. Nulla enim ratio fuit ex parte ipsius Christi, qui propterea dicit in Psalmo; *Resistite inimici meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.* Odium iniquum vocat, quod iniustè habent & sine causa. Et ideò in alio Psalmo apertè dicit: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tunc exoluebam.* Quæ res quoiam insignis est, etiam Dominus voluit recensere, citato Psalmo, dicens ad discipulos suos. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit:* & infra *Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem: sed vt adimpleatur sermo, qui in lege eorū scriptus est: Quia*

odio

Ioan.15.24 *odio habuerunt me gratis.* Neque tantum gratis persecuti sunt, sed propter benefacta eius, nempè propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propter veritatem, Marc.14. inquam. Nam adiuratus Christus, vt diceret, si esset Filius Dei, & respondens. *Ego* Matth.26 *sum: & amodò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli:* Mox vt reus mortis Ioan.5.16. condemnatus est. Et antea quoque per- & 18. sequebantur, quia Patrem suum dicebat Deum.

Quæ veritas necessaria est ad salutem, pro qua Apostoli quoq;, & Martyres passi sunt. Quod notauit Apostolus scribens ad Gal.4.15. Galatas: *Si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, veritatem vobis dicens?* Veritas ergò Christi odium peperit contra se in animoribus Iudæorum. Propter mansue- Ioan.8.36 tudinem, de qua ipse ad Pilatum. *Si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem Regnum meum non est hinc.* Scandalizati namq; sunt in humilitate sua, audentes illum persequi, quòd malo non Luc.23.11 resisteret, quin & fugeret aliquandò. Propter quod & spreuit illum Herodes cum exercitu suo; quia verbo saltem non se defendit. Propter iustitiam verò, quia bona opera ostendebat illis, quia non valentes eum arguere de peccato, & nihilominus videntes eum multa signa facere, timuerunt ne se Regem faceret, ipsosque deponeret de sede principatus, quem agebant Matth.21. in populo. *Hic est hæres:* (inquiunt.) *Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.* Dominium igitur sibi timentes eripi, inimici facti sunt illi. Hac eadem iustitia arguebat illos, increpans eorum auaritiam, hypocrysim, superbiam, & huiusmodi. Quod per sapientem testantur ipsi: Sap.2.12. *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis,* (id est non morem gerit) *& contrarius est operibus nostris: & improperat nobis peccata legis: dissimilis est aliis vita illius; & immutatæ sunt viæ eius: & abstinet se à viis nostris, tanquam ab immunditiis* Sed manifesta habemus verba ipsa Ioan.7.7. Domini. *Mundus me odit: quia testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt.* Non itaque causa erat ex parte ipsius. Erat ergò ipsorum; & propterea inique oderant, & iniuste persequebantur. Causa ex parte ipsorum maximè fuit inuidia. *Sciebat enim* (scribitur de Pilato) Matt.27. *quod per inuidiam tradidissent eum summi* 18. *sacerdotes.* Ecce quanta humilitas Christi, qui passionibus se subdidit peccatorum. Propterea (inquit) tradetur in manus peccatorum, quatenus videlicet peccatores erant.

Sicut nolebat Deus aliquam esse maculam in offerendis, ita neq; in offerentibus. 8
Hoc in figura. At in veritate, Agnus qui- Leu.22.20
dem immaculatus; sed offerētes peccatores. Et hoc si attendas materialiter offerētes, qui fuit populus, sed maximè Pontifices. Alioquin Christus est sacerdos & hostia. Macula in offerentibus duplex: Na- Leu.21.18.
turalis, si claudus, aut cæcus, vel hujusmo- Leu.22.4.
di. Accidentalis, immundus. Naturali accommoda passiones animæ, inuidiam, hypocrysim, auaritiam, superbiam: accidentali accommoda in his offerentibus exteriores persecutiones, calumnias, instantias, ruinas, & huiusmodi. Quid ergò? Num de his vera est parabola Salomonis: *Victimæ impiorum abominabiles Domino;* Prou.15.8; *vota iustorum placabilia?* Ita profectò, quia sic victimantes egerunt sacrilege. Nam *qui* Ioan.13.23 *odit me, odit & Patrem meum.* Ergò & qui configit me, configit & patrem meum. At ne horreres verbum istud, præmissum est in Malach: *Si homo affiget Deum, & vos cō-* Malac.3.8; *figitis me, gens tota.* Sic etiam dicebat Dominus: *Qui me spernit, spernit eum qui me* Luc.10.16. *misit.* At quomodò spernebant Deū sacer- Malac.1.7; *dotes? offertis super altare meum panem pollutum.* Sic offerunt isti, qui sanguinem testamenti pollutum ducunt. Quomodò verò? audi illos: *Blasphemauit. Reus est mor-* Matth 26. *tis. Si non esset hic malefactor, non tibi tra* 65. *didissemus eum.* Quantumcunque agnus Ioan.18.30 siue panis impollutus esset, si manibus pollutis offerretur, pollutus censeretur. Nam *qui tetigerit immundum, immundus* Leuit.5.2. *erit: Et quodcunque tangebat menstruata,* Leu.15.23. *sicut leprosus, fiebat immundum.* Immundissimi ergò Iudæi, suo tactu Christum & eius

ſanguinem polluebant, quaſi immundum offerentes, quaſi blaſphemum condemnãtes, quaſi malefactorem perſequẽtes, quaſi à lege damnatum interficientes. Ac propterea victima illorum, quatenus illorum, fuit abominabilis Domino. Propter hoc ablatum eſt ab eis regnum Dei, tranſlatum Sanctuarium, Templum deſertum. Ciuitas ſuccenſa, Ciues occiſi, & diſperſæ reliquiæ.

9 Non ergò iuuat Chriſtus malè tractantes illum. Quid igitur tu Chriſtiane? qualem te erga Chriſtum geris? quam victimã offers Deo in Chriſto Ieſu? Prædictæ parabolæ Salomon, aliam ſubdit, quaſi præcedentis expoſitionem: *Abominabilis eſt Domino via impii: qui ſequitur iuſtitiam, diligitur ab eo.* Heù quid facitis ſoluentes legem? Quæ eſt via veſtra? porrò via hæc polluta eſt? *Manus n. veſtræ ſanguine plenæ ſunt.* Quandò Chriſtianum te iactas, malè operans, Chriſtũ Deo offers manibus pollutis. Te enim, velut Chriſtum ferentem, proponis in oculis Maieſtatis Dei; ſed oblatio iſta polluta eſt, ibi offers cęcũ & claudum. *Offer illud duci tuo; ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuã, dicit Dominus exercituum.* Iacta te ſeruum Principis interim exiſtens ſeruus malus & piger, infidelis ſeruus & imprudens, percutiens conſeruos, diſſipans bona illius, quin & illius vitæ inſidiator; ſi ſcelera tua iſta norit, nunquid placebit illi iactatio iſta ſeruitutis tuę? Nũquid ſuſcipiet faciem tuam? Num admittet te in conſpectum ſuum? & non potius clamabit, & decernet: *Ligatis manibus ac pedibus, mittite eũ in fornacem ignis?* Heù *non permanebunt iniuſti antè oculos Domini! De manu enim veſtra factum eſt hoc: dicit Dominus exercituum.* Vos eſtis, qui Chriſto iniurii, illius blaſphemi, inobedientes voci eius, quaſi ſimilem vobis exiſtimãtes, ſtatuitis illum contra faciem Patris, niſi fortè putetis, ꝙ abſcondita ſint ſcelera veſtra ab oculis Domini? An neſcitis, quid prædictis ſubdat Salomon? *Infernus, & perditio corã Domino; quantò magis corda filiorum hominum?* Profundum abyſſi penetrat lux oculorum eius. Reuelata ſunt illi fundamenta montiũ. Videt interiora auſtri, & inferni: & putas te oculos Maieſtatis ſuæ latere? *In omni loco oculi Domini contemplãtur bonos, & malos.* Et quoniam ad iniquitatem reſpicere nõ poterit, proiiciet te à facie ſua, atq; diſperdet. Dominus Ieſus, qui dolere poterat in corde ſuo, videns cogitationes inimicorum ſuorũ, quãta percutiebatur mœſtitia? Vide animi ſui indignantis indicium qualecunque: *Quid me tentatis hypocritæ? Non ergò tentemus Chriſtum, ſicut quidam eorum tentauerunt, & perierunt*

Pro. 15. 5.
1. Reg. 2. 5.
Iſai. 1. 15.
Malac. 1. 8
Pſal. 5. 6.
Mala. 1. 9.
Pro. 15. 11.
Prou. 15. 3.
Mat. 22. 18.
1. Cor. 10. 9.

SECVNDA PARS.

10 TRadetur Gentibus. Sicut Iudæi cum Iuda coniuncti ſunt, & conuenerunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Ita conuenerunt in ciuitate iſta (vt erant fideles) aduerſus ſanctum puerum tuũ Ieſum, quem vnxiſti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Iſraël. Idcirco enim ſurgens multitudo eorũ, nempè ſeniores plebis, & principes Sacerdotum, & Scribæ, & omne concilium duxerunt ad Pilatum, & tradiderunt illum Pontio Pilato præſidi.

Act. 4. 17.
Luc. 23. 1.
Mat. 27. 2.

Facit autem ad pęnæ illius atrocitatem, quòd gentibus traditus ſit. Ex hoc enim factum eſt, vt & gentes ipſæ conuenirent aduerſus illum, atq; ita ab omnibus pateretur. Quod vt apertius oſtendatur, tria veniunt conſideranda, videlicet; Qualem tradiderunt. Qualiter tradiderunt. Et traditionis effectus.

11 De primo, tradiderunt Meſſiam ſuum ab eis condemnatum ad mortem. Meſſiam (inquam) quem quamuis non cognouerint, non excuſantur, quia excæcauit eos malitia eorum. Vbi amplificatur, ſiue explicatur eorum iniquitas: Primo ex magnitudine rei, quæ tanta erat, vt indè penderet ſalus totius populi, & quia finis legis Chriſtus eſt. Etiam primogenita quæ DEI erant, ſi haberent maculam, non deferebantur ad templum: ſed intrà portas vrbis comedebantur tàm à mundis, quàm ab immundis. In his, quæ Dei ſunt, nulla debet macula reperiri; quantò magis in re ſummè diuina, vt iſta? Debebant igitur in hoc eſſe vigilantiſſimi.

Rom. 10. 4.
Deut. 25. 22.

Secun-

Secundo, quia sciebant dari casum, in quo non ab omnibus acceptaretur. Nam Deus
Deut.18.15 dixit: *Qui non audierit Prophetam illum, exterminabitur de populo suo.* Poterant de seipsis metuere, ne forte ipsi essent non audientes illum; & propterea exterminandi. Tertio, quia certum est, Christum sufficienter, & superabunde hanc veritatem probasse, quod esset vere Filius Dei; ac
Ioan.15.22 propterea dixit: *Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Quarto, quia non sincere quæsierunt veritatem, scrutā-
Ioan.5.39. tes Scripturas, sicut dixit illis Iesus: *Scrutamini Scripturas, quia illæ testimoniū perhibent de me.* Sed inuidia ducti aliisque suis vitiis, obscuratum habentes intellectum errauerunt, & potissimum, quia ab eo arPro.15.12. guebantur. Porro, *Non amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur.* In cathedra enim pestilentiæ sedentes, non
Ioan.9.39. ferebant dicentem: *In iudicium ego in hūc mundum veni, vt qui vident, cæci fiant. Dicebant ergo. Nunquid & nos cæci sumus? Et Dominus: si cæci essetis, peccatum non haberetis. Nunc vero dicitis quia videmus,*
Rom.2.23. *peccatum ergo vestrum manet.* Gloriabantur enim in lege, confidentes se esse duces cæcorum, ac discipulos Moysi. Grauissime igitur peccauerunt, tradentes Regem suū.
Mat.15.24 Quæ tanta iniquitas mitum in modum, contristauit ipsum Christum, missum ad oues, quæ perierant domus Israël, Quod
Ioan.1.11. innuit Ioannes dicens: *In propria venit, & sui eum non receperunt.*

12 Denique condemnatum, ad mortem tradiderunt. Vbi tria: Primum fecerunt in eo quodcunque potuerunt, vt magnitudini Bonitatis diuinę liberalitatisque, quantum erat possibile, responderet malitiæ atque ingraditudinis eorum magnitudo. Esto, noluissent recipere vt Messiam, repellerent, bannirent. Sed superbia ascendit semper, terminum nescit, dum vsque ad extremum venit, & satiatur crudeli-
Mat 23.32 tas ipsius. *Et vos implete mensuram Pa-*
Psal.68.3. *trum vestrorum qui Prophetas occiderunt.* O Domine Iesu! omnes fluctus maris venerunt super te: Venisti in altitudinem maris, & tempestas demersit te. Secundo tradiderunt, abieceruntque tanquam inutilem: *quoniam inutilis est* (inquiunt) *nobis* Sap.2.12. tanquam vile mancipium. Imo *factus sum* Psal.30.23 *tanquam vas perditum*: Inquit. *Ego au-* Psal.21.7. *tem sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput.* Vide quantum se pro nobis subiecit Christus, vt despiceretur, atque repudiaretur veluti res nihili, quin magis despicabilis & noxia. Quasi dicant. Vt quid terram occupat, succidamus illū. Coniice miseriam ac mæstitiam istam ex vocib. illis. *Miserere nostri, miserere nostri.* Psal.122.3. *Quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est anima nostra, opprobrium abundantibus, & despectio superbis.* Audi vocem Dauidis mansueti: *Auser à me opprobrium & contemptum; quia te* Psal.118. *stimonia tua exquisiui.* Quid igitur Chri- 22.23. stus, cuius erat Dauid figura? Audi sequentia. *Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.* Quæ vero exercitatio ista? in patientia, in mansuetudine, in humilitate. Sed nunquid sine tristitia? *Cōtristatus sum in exercitatione mea* Psal.54.3. Sed neque vt inutile duntaxat, sed vt noxium repulerunt, quia magno illis esset detrimento. Nam *si dimittimus* (inquiunt) Ioan.11.48 *eum sic, venient Romani & tollent nostrum locum, & gentem* Melius est itaq; vt interficiatur. Tertio, tradiderunt veluti peccatorem aduersarium legis, atque ipsius Dei inimicum. Ideo clamant: *a Si non esset hic a* Ioan.18. *malefactor, non tibi tradidissemus eum. b* 30. *Nos scimus, quia hic homo peccator est c Non b* Io. 9.24. *est hic homo à Deo qui sabbatum non custo- c* Ioā 9.16. *dit. d Hic blasphemat e In principe dæmonio d* Matth. 9 *rum eiicit dæmonia f Nonne bene dicimus* 13. *nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium e* Luc.11.15 *habes?* Abiiciunt ergo, vt qui dignus non f Ioan.8.48 sit habitare cum illis, at exterminandus de populo suo. Quasi is, de quo lex ait: *Si sur-* Deut.13.1. *rexit in medio tui Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos, & seruiamus eis: Non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris Prophetæ autem ille, & filor somniorum interficietur, quia locutus est, vt vos auerteret à Domino Deo vestro, vt errare te*

faceret de via, quam tibi præcipit Dominus Deus tuus, & auferes malum de medio tui. Hoc enim manifestũ est in Zacharia præmonstrante, quod dicent & pater eius & mater eius: *Non viues, quia mendacium locutus es in nomine Domini.* Quæ omnia viro ingenuo, & innocenti, quin & iustissimo, quanta sunt cordis mœstitia?

Zach. 13. 3.

13 Quo vero ad modum tradendi, habes multa. Primo, quod traditur de consensu omnium, imo ex decreto Concilii, cui totus assensit populus, postmodum clamans vt crucifigeretur. Heu erat per legẽ facultas viro repudiandi vxorem: At nõ mulieri virum. Et hæc tamen synagoga Deo iam sponsata in fide, abiecit virum ac sponsum, qui de terra longinqua venerat, quin potius à summo cœlo egressio eius, accipere sibi sponsam. Et factum est ei contra consuetudinem mulierum; quæ repudiabantur, non repudiabant. Neque contentus hac iniuria populus ille, siue mulier, fornicata est, quasi mulier adultera, quæ super virum suũ inducit alienos. Audi clamantes ad vocem Pilati: *Ecce Rex vester. Non habemus Regem nisi Cæsarem* Ideo repulsam hanc Daniel tribuit toti populo. *Et non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Sic & Ieremias: *Hæreditas mea facta est mihi quasi leo in silua, dedit contra me vocem suam.* Bene ergo sanctus Lucas: *Surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum.* Quid hoc menti Domini Iesu? Si quando fecerunt, & adorauerunt vitulum, dixit Deus ad Moysen: *Cerno, quod populus iste dura ceruicis sit: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Quid nunc; quando filium Patris interfecerunt? Poterat Deus tunc tacere, quoad effectum delens eos. At homo factus potest indignari, & dolore etiã, quo ad effectum. Si effectus ille, erat totius populi exterminiũ; Affectus iste superexcedit sensu doloris ruinam vniuersi populi illius. Rursus, si ad vnius Achan peccatum, contra omnes iratus est Deus, vt iam cum illo vltra esse nõ vellet; quantum dolorem genuit totius populi tam generalis, tamque crudelis auersio in corde Christi? Dixit tunc Deus: *Non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est.* Dicunt nunc ipsi Deo: Non eris vltra nobiscũ, quoniam magni sceleris reus es, & dignus propterea, qui penitus conteraris. Si ergo ibi iratus est Dominus propter vnum, & totus populus reus illius sceleris declaratur, dicente scriptura: *Filij Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi tulit aliquid de anathemate. Iratusq; est Dominus contra filios Israel.* Quanta ira, zelus, mœstitia in corde Christi putanda est fuisse, vbi non vnus de populo, sed totus populus coacernatim erexit se aduersus Dominum, & aduersus Christũ eius? Non hic est vnus Iudas, sicut ibi Achan, sed conuenerunt in vnum, sicut quando Absalon regnum vsurpauit, dictũ est Dauid. *Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalon.* Ibi tollitur de anathemate. Hic dicitur Anathema Iesu. Quando populus dixit ad Samuelem: *Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersa habent Nationes: Displicuit sermo in oculis Samuelis, & orauit ad Dominum.* Et quid Dominus illi? *Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos.* Quæ ergo displicentia Christi, qui immediate abiectus est ipse, non ex consequenti sicut Samuel. Vere enim dixerunt de illo: *Nolumus hunc regnare super nos.* Sed sic a Regno, & vinea: (nam quod vinea sit Regnum, testantur verba illa: *Auferetur à vobis Regnum Dei*) eiecerũt, vt occiderent. Heu quot, & quãtis argumentis possumus, quamuis à longe, conijcere tristitiam animi Domini nostri Iesu Christi, ex hoc quod abiectus est à populo vniuerso?

Ioan. 19 14
Dan. 9. 26.
Ier. 12. 8.
Luc. 23. 1.
Exod. 32. 9.
Ioſ. 7. 1.
Ioſ. 7. 12.
Luc. 19. 14.
Matth. 21. 43. 39.

Secundo, vinctum tradiderunt, ne posset exire de manibus eorum. Vox communis est hominum, gratis promptos esse ad obsequiũ amicorum, vt coactos nihil esse facturos. Coactio quippe inimica est libertati, & ideirco hominibus odiosissima, Ad hanc se demisit Omnipotens, *in cuius manu sunt omnes fines terræ*, qui sicut descendit in inferiores partes terræ, ita ad extrema mentium afflictarum se deiecit, prostrauit, deturbauit. Dauid fugiebat persequentem Saulem, & Absalon. Elias rabiẽ fugiebat Iezabelis; sed Dominus Iesus per-

14

Psal 94. 4.
1. Reg. 19. & seq.
2. Reg. 15. 16.

sus persecutionibus cedens Iudæorũ, abscondit se, & exiuit de templo, & in defer-
1. Reg. 19 3 Ioan. 8 59. ta loca se abdidit, dum tempus eius aduenire-
Mar. 14. 35 ret. At vbi venit hora nouissima, cuius transitũ postulabat caro, in medios se obiecit hostes, qui tenuerunt, & ligauerunt
Cant 8. 6. eum. *Fortis est enim vt mors dilectio*, quæ coëgit illum, vt in necessitatem descenderet moriendi. Dura est sicut infernus æmulatio. Sicut ergo de necessitate omnes morimur: dominatur enim omnib. mors; & sicut in inferno nulla est redemptio; sita dilectio, ac zelus domus Dei sicut in funiculis Adæ, traxit eum in vinculis charitatis. O vinculum perfectionis, id est per-
Osea 11. 4. fectum, strictum, forte, quod potuit vincire Omnipotentem, ligare Creatorem, Immensum stringere, & Dominũ dominantium subigere coactioni. Vinctus in corde, voluit & in carne vinciri; Vt amori æquaretur dolor; Vt nobis affatim traditũ probaremus; Vt nostrum, totũ esse sciremus; Vt auderent iniqui facere in illũ quæcunq; voluissent; Vt non minus patereturur, quam
Ezech 3 25 Ezechiel, cui dictum est: *Et tu fili hominis; Ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum. Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans; quia domus exasperans est.* Vide ligatum vtin manibus, ita & in lingua, vt intelligas ligatum vndique vsque ad interiora velamimis; vt vincula carnis, velantis animam, animæ ipsius vincula designarent; quibus
Mar. 14. 36 ligatus dicebat ad Patrem: *Non quod ego volo, sed quod tu.* Iam ligata est voluntas mea, vinculis astricta mandatorum tuorũ, vt non quæcunq; volo, illa faciam, sed sola fiat voluntas tua, & sequar eam, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Et-
Isa. 11. 19. Psal. 72. 22 enim *vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum, vt faciam Deus voluntatem tuam*, vinctus catenis duabus animæ videlicet & corporis. Quas catenas Paulus
Act. 20. 23 expressit dicens: *Ecce alligatus ego spiritu, vado in Ierusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans; nisi quod Spiritus Sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur dicẽs, quoniam vincula, & tribulationes Ierosolymis me manent.* Dum dicit, alligatus spiritu, interiora notat vincula, quibus paratus erat ad omnia perferenda. Vnde subdit. *Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, quam me; dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi quod accepi.* Dum vero dicit, Vincula, & tribulationes me manent, aperte vincula intelligit exteriora, quibus alligatus est Ierosolymis, iuxta quod scriptum est: Acce-
Act. 21. 33. dens tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus. Sic ergo ligatus Spiritu Dominus Iesus, vincula libentes susceptit de manibus Iudæorum, & his duabus catenis vinctus traditus est Gentibus, quarum vtraque maxime pœnalis fuit. Interior quidem, cor eius afflixit impensissime, & vinculo subiecit, atque illum & interius torsit, & exterius: catena vero exterior, quod corpus strinxerit, & afflixerit, per se manifestum est. Sed nunquid & mentem acerbo affecit supplicio? Dum qui est homo nobilis, vir innocens, missus à Deo, filius Altissimi, hoc pacto se videt ignominiose traditũ in manus peccatorũ? Studeamus gustu interiori apprehendere amaritudines Christi, simulque in hoc imitari. Vincula sint dilectio, & obedientia. Dilectio conglutinat, & ligat. Nam de ipso quoque Deo scripsit Moyses:
Deu. 10. 14 *Patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos.* Obedientia nihilominus subiicit præcipienti, vt ab eius voluntate nulla ratione discedatur. Sic enim homo iustus est, qui diuinis paret legibus. Sic do-
Pro. 15. 24. cet Salomon: *Mens iusti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis.* Cur menti opponit os? quia nihil lingua licentius, lubricius, dissolutius, procul omnino ab obedientia. Ita mens nostra volatilis est; de qua potest intelligi, quod
Pro 1. 17. scriptum est: *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum*: quoniam non facile irretitur, ligatur, stringitur. Vt quo magis carni alligata est sua essentia, eo minus à carne coarctatur in operatione & in sensu multa cogitante. His igitur vinculis alligemus & nos, ad imitationem capitis nostri.

Tertio. Tradiderunt eum ad mortem, 15
mor-

mortem autem crucis. Non enim tantum bonum gentibus tradiderunt, vt illo frue-
rentur, vel vt custodirent, atque seruarent. Quoniam non vt bonum aliquid tradiderunt, sed vt malam rem atque pes-
Ioan.18.30 simam. Dixerunt enim: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Et vt malum probent, atque demonstrent, omni studio conantur, accusantes, atque calumniantes. Etenim si bonum reputassent, apud se retinuissent, sed abijciunt vt malum, & dignum morte. Non interficiunt autem ipsi, quem tamen condemnauerant ad mortem. *Quia nobis* (inquiunt)
Io.18 31 33 *non licet interficere quemquam* Interficere (inquam) per mortem Crucis. Nam aliter necare illis non inuenitur prohibitum, & quod de cruce intelligant, aperte satis docet Ioannes Euangelista, qui verba illa Iudæorum exponens ait: *Vt sermo Iesu impleretur, quem dixerat, significans qua morte esset moriturus.* Vbi aduerte quod nullus Euangelistarum vnquam citat, quæ ab alio Euangelista dicta sint, sicut neque studium aliquod videntur adhibuisse, vt in narrandis rebus gestis, & verbis Christi, sibi cohærerent; sed vnusquisq; narrationē suam absolutam ponit per se ordinatam. Non ergo Ioannes spectauit id, quod alij Euangelistæ ponunt de tradendo Christo Gentibus, quod ipse nunquam posuit, sed respexit ad id, quod ipsemet narrauerat, nempe quod ipse exaltandus esset videlicet in cruce. Dixerat enim Christus ipso
Ioan. 3 14 Ioanne referente: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet fi-*
Ioan.12.32 *lium hominis.* Et rursus: *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahàm ad me ipsum.* Quod ipsi Iudæi de morte intelligentes
34 dixerunt: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis?* Quod si velis, Ioañem alios Euangelistas citare, cur non magis citat in eo, quod dixerunt:
Mat.20.19 *Ad crucifigendum* quam in eo quod dixerunt: *Tradetur gentibus?* Crucifixo enim mors est, non tradito; & crucifigi, est genus mortis speciale. Significans ergo Christus, qua morte esset moriturus, dixit: *Si exaltatus fuero à terra*; quod ibi testatur Ioannes interpretans: *Hoc autem dicebat,* Ioan.12.33
significans, qua morte esset moriturus. Vide Ioannem seipsum citantem, vt referentem verba Christi significantia, qua morte esset moriturus, nempe morte Crucis, in qua exaltatus est à terra. Vtrobique enim vtitur his verbis; *significans qua morte esset moriturus.* Vnde vbi Lucas hodie dicit: *Tradetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum.* Et Marcus: *Et flagellabunt eum, & interficient eum.* Mat- Marc.10.
thæus habet: *Tradent eum gentibus ad il-* Matth.20.
ludendum, & flagellandum, & crucifigendum. 19.
Ergo cum agitur de Christi morte, intelligitur crucifixio. Et quando aliquis interficiendus tradebatur Præsidi, intelligebatur cruce necandus, absque quod aliud diceretur. Et propterea instante populo, & Pontificibus, vt interficeretur, clamatum est semper; *Crucifige.* Quia sicut flagellauit, & illusit, vt corda eorum mollirentur, potuisset innocentem alia morte interficere, quam Crucis, quod non fecit; quia qui necandi offerebantur illi, prorsus erant crucifigendi. Tradunt itaque vt tollendum è vita, per crucifixionem.

Tribus autem viis insistunt, vt neci tra- 16
datur. Primo, per calumniosas accusationes: *Et accusabant eum summi Sacerdotes* Marc.15.3
in multis. Secundo, per legem, dicentes: *Nos legem habemus, & secundum legem de-* Ioan.19.7
bet mori. Tertio, importunitate, & minis: De importunitate scribitur in Matthæo: *Videns autem Pilatus quia magis tu-* Matth.27
multus fieret, accepta aqua lauit manus 24
suas, &c. De minis, in Ioanne scriptum est: *Clamabant dicentes. Si hunc dimittis, non* Ioan.19.12
es amicus Cæsaris. Pilatus autem cum au-
disset hos sermones, adduxit Iesum foris, &c.
Vbi tandem habetur: *Tunc ergo tradidit*
eis illum, vt crucifigeretur. Hoc vero quam tulerit Christus atrociter, innuitur in Ieremia, qui inducitur veluti disputans cum Deo, & quærens: *Quare via impiorū* Ier.12.1
prosperatur? Et ostenso quod eos tandem punit, descendit ad particularia, quæ de persequentibus Christum verificantur: *Nam & fratres tui* (inquit) *domus patris tui,*
etiam ipsi pugnauerunt aduersus te. Et cla-
mauerunt

mauerunt post te, ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius. Facta est mihi hereditas mea, quasi leo in silua, dedit contra me vocem; ideo odiui eam. Vbi ex admiratione disputantis Ieremiæ graue scelus ostenditur impiorum, qui prosperantur male agentes: Vides ex subiecta punitione displicentiam Dei, qui non fert iniquos? Vides specialem iniquitatem Iudæorum, quasi fratrum, Christum impugnantium, & clamantium contra eum, & rugientium quasi leo; propter quæ odio habuit illos & dereliquit eos? Ex quib. trahitur, quantus esset illius dolor in clamoribus illis, quib. mediantibus dedit dilectã animam suam in manu inimicorum eius, id est sponte se morti subdidit. Vocat dilectam animam, quando videtur illam odisse, tradens illam inimicis, & tamen dilecta est: propterea magnus dolor sic tradentis dilectam animam.

17 Effectus tandem huius traditionis exprimitur, dum dicitur: *Et illudetur, & flagellabitur, & conspuetur. Et postquam flagellauerint, occident eũ.* Hic est primus effectus, quem alij duo sequuntur. Pessima enim Christi tractatio, Christi traditi primus effectus est. Quem hi duo sequuntur, nẽpe diuitiæ Gentium, quæ hoc thesauro sibi tradito locupletatæ sunt: Et perditio Israël, qui seipsum tanto thesauro exinaniuit. Primus autẽ effectus tres habet partes; contumeliam, pœnam, mortem. Vbi vide, quod Deus permittit aliquando malos efficere, quod pertentant. Aliquando
Psal. 124. 3 non permittit Dominus, virgam peccatorum super sortem iustorum. Et ratio ibi tangitur. Vt nõ extendant iusti ad iniquitatẽ manus suas. Ergo ratio, quod aliquãdo permittit, est probatio electorum suorum & perfectio. Ita quod ad bonum ipsorum eos permittit tentari, & tribulari. Sed
Hebr. 12 6. Christi persecutio fuit ad bonum nostrũ, ideo permissus est pati. Ne ergo indigneris si te Deus permittit tribulari, sic enim te sociũ facit Christi, qui dedit dilectam animam suam in manu inimicorum eius. Quoniam quẽ diligit corripit. Si dilectus Deo fueris, non te pigeat dari in manu inimicorum. Diligit enim te, vt animam suam. Alioqui si, te tribulatione atque impulsu vrgente, declinaueris à via recta, inter illos computaberis, de quibus in supradicto Psalmo dictum est: *Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* Bonis quidem benefacit ac rectis corde, at si tu rectus non fueris, declinans à rectitudine iustitiæ, nec bonus, obliquatus à vera bonitate, inter operantes iniquitatem computaberis, quibus dicitur: *Discedite à me operarij iniquitatis.* *Psal. 124. 5* *Luc. 13 27.*

Imitare igitur Christum, qui passus pro 18
nobis, exemplum reliquit nobis sequendi *1. Pet 2 21.*
vestigia eius. In vita duo mala passus est; illa videlicet, de quibus impij aduersus illum agentes dicunt: *Contumelia, & tormento interrogemus eum*, id est probe- *Sap. 2. 19. 16. 3. 20.*
mus eum, an sit ille, quem esse se iactat; *gloriatur* enim *Patrẽ se habere Deum, & Filium Dei se nominat.* Qua contumelia, ideo *illudetur, & conspuetur*, dictum est. Quia tormento, ideo dicit, quod *flagellabitur.* Hæc in vita. Sed *postquam flagellauerint, occident eum.* Hoc est enim, quod dicunt impij. *Morte turpissima condemnemus eum.* In vita ergo & in morte passus est pro nobis. Nobis non tamen durũ est: nam qui viuens suffert tentationem, cum probatus fuerit, in refrigerio erit. Hinc Salomon: *O-* *Prou. 15. 15*
mnes dies pauperũ mali; secura mens quasi iuge conuiuium. Videtur dicere, quod mali sint dies pauperis, quia semper timeat vel inopiam, vel iniuriam. Mens vero secura, quæ ab his timoribus soluta est, quasi continue conuiuatur lautis comessationibus, & in lætis cogitationibus. Sed quoniam *Rom. 5. 4.*
patientia probationem operatur, probatio vero spem, spes autem securitas est; qui semper in vita, quasi pauper, sustinuit contumeliam iniuriæ, & tormentum inopiæ, securus accedit per mortem ad Deũ. Ideo in morte conuiuatur, delitiis affluens, & accipiens coronam vitæ. Mala ergo vitæ quare non sustineamus, in nouissimo iugi & pingui conuiuio perfruamur? Porro *ti-* *Ec. 1. 13.*
menti Deum, bene erit in extremis.

Effectus alius est diuitiæ Gentium, quæ 19

tanto bono donatæ sunt, & auctæ; esto cõ-
Ioan.19.11. senserint in mortem Christi. *Sed qui tradi-*
Rom.3.13. *dit me tibi* (inquit Christus Pilato) *maius*
Isa 26.10. *peccatum habet.* *Omnes* quidem *peccaue-*
Isai.6.3. *runt, & egent gloria D.i.* Sed *si tollitur im-*
Psal.52.5. *pius, ne videat gloriam Dei, quomodo repleta*
1.Tim.1.13 *erit terra, gloria Dei?* Sed *misericordia Do-*
mini plena est terra: ergo & gloria Domini.
Paulus de se dicit: *Blasphemus fui; sed mise-*
ricordiã consecutus sum, quia ignorans feci.
Peccauit Iudæus, peccauit Gentilis. Illum
excæcauit malitia, istum ignorantia; quem
ergo misericordia, & gloria Domini col-
liget, nisi Gentes? In gentibus enim appa-
Rom.15.9. ruit gloria Domini. *Gentes,* (inquit Paulus)
Isai 35.1. *super misericordia honorare Deum. Lætabi-*
tur enim deserta, & inuia, & exultabit soli-
tudo: Gloria Libani data est ei. Et enim quæ
erat deserta & contempta, germinabit vt
fiat frondosa, & gloriosa quasi Libanus nõ
incisa. Ecclesia quippe ex Gentibus col-
lecta, Ierusalem illa est, quæ sursum est,
Isai.66.12 mater nostra, de qua Isaias. *Ecce ego decli*
nabo super eam (dicit Dominus) *quasi flu-*
uium pacis, & quasi torrentem inundantem
gloriam Gentium. Quia venio, vt congre-
18. *gem cum gentibus, & linguis; & videbunt*
gloriam meam. Et ponam in eis signum, &
mittam ex eis, qui saluati fuerint ad eos, qui
non audierunt de me, non viderunt gloriam
meam. Et annuntiabunt Gentibus gloriam,
meam. Itaque si Iudæus Christum repu-
lit, qui est gloria Dei, qua indigent, qui
peccauerunt; & gloria Domini repleuit
orbem terrarũ, necesse est illam transire ad
Isai.6.1. Gentes. Obserua in Isaia, quem citat Io-
annes, quod quando vidit gloriam Dei
replentem omnem terram, tunc meminit
Iudæorum, quibus missus est ad excæcan-
dum cor eorum, & aggrauandum aures,
& oculos claudendos. *Hæc dicit Isaias*
Ioan.12 41 (inquit Ioannes) *quando vidit gloriam e-*
ius, & locutus est de eo id est Christo; vt in-
telligamus vere ad Christum ista referri,
qui quando à Iudæis reprobatus est, abiit
in regionem longinquam, nempe in di-
spersionem Gentium, vt filios Dei, qui
erant dispersi inter gentes, congrega-
Ioan.11.52 ret in vnitatem fidei, vt credentes exulta-
rent lætitia inenarrabili, & glorificata in
cœlis. O nos fælices, qui tanta gratia & 1.Petr.1.8.
gloria donati sumus, non quidem ex ope-
ribus, quæ fecimus nos; nam nos quoque
consensimus neci Iesu Christi; sed quia Rom.11.11.
delicta Iudæorum salus est Gentibus. Re-
cordemur itaque verba illa Domini dicta Matth.21.
Iudæis: *Auferetur à vobis Regnum Dei, &* 43.
dabitur Genti facienti fructus eius. No-
strum est fructum ferre. *Elegi* (inquit) *vos,* Ioan.15.16.
vt fructum afferatis. Sed heu quot opera
infructuosa tenebrarum? *Omnes declina* Psal.13.3.
uerunt simul inutiles facti sunt, sicut arbor
illa infructuosa. Declinauerunt (inquam)
cor suum ad terrena, ad auaritiam. *Heu* Ps.118.36.
Domine inclina cor meum in testimonia tua, Pro.10.16.
& non in auaritiam! Melius enim *parum*
cum timore Domini, quam thesauri magni,
& insatiabiles.

Alius effectus est perditio Israël, quam 20
diffuse prędixit illi Moyses iubente Domi- Deut.28.16
no, si legem non obseruaret. At quando Mat.21.39
hæredem filium Patris cœlestis eiectum
extra vineam occiderunt, ita prorsus ab-
iecti sunt, vt non vltra essent populus Dei,
vt vix reliquiæ remanerent, in quibus im-
plerentur nouissimis temporibus promis-
siones patrum. Iubebatur in lege: *Non ope-* Deut.15.19
raberis in primogenito bouis, & non tondebis
primogenita ouium. In conspectu Domini Dei
tui comedes ea per annos singulos in loco, quẽ
elegerit Dominus. Heu! quid fecerũt in eo, Exod.13.2.
qui est primogenitus ipsius Dei? Primo-
genita sibi seruauerat, quia Ægyptiorum Exo.12.29
primogenita ad salutem populi sui olim
percusserat. At iste, natura Filius Dei est
primogenitus, & vnigenitus. Ne dum o-
perati sunt in illo, vtentes re diuina in v-
sus proprios, sed mactauerunt, immola-
uerunt, deuorauerunt, destruxerunt pro
viribus suis. Nõ totonderunt solum agnũ, Exo.12.46
coram tondente se obmutescentem, sed Ioan.19.36
decorticauerunt, sanguinem effuderunt,
carnes comederunt, vt potuerunt, sed ossa
confringere non potuerunt, diuinitatem
tangere non valuerunt, nec virtutem im-
minuere, nec potestatẽ auferre. Vnde iam
canit: *Omnes gentes circuierunt me, & in* Ps.117.10.
nomine Domini, quia vltus sum in eos. Cir-
cundantes circundederunt me, & in nomine
Domini, quia vltus sum in eos. Circundede-
runt

runt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis; & in nomine Domine, quia vltus sum in eos. Quæ verò vltio? *Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora Lapsus est pes eorum, & ceciderunt à statu, in quo Deus populum illum excelsiorem fecerat cunctis Gentibus,* quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam suam, & impleta est comminatio Dei. *Aduena ascendet super te, eritq; sublimior; tu autē descendes, & eris inferior. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam.* Patens iam est miseria eorum, quæ nostra debet esse instructio; vt intelligamus, quod ait Salomon: *Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.* Ne confidas in viribus tuis: nè putes diuina consilia infringere. *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles:* Gentilitas derelicta quasi vidua, vide quantam adepta est firmitatem vsq; ad terminos terræ. Discè humiliari. Discè à magistro tuo. Dominus Iesus, vt agnus mansuetus, omnium malorū illuuiem in se susceptt, sed comminui os suum non permisit Tu sustine aduersitates omnes, *noli resistere malo, sed si quis te percusserit in vna maxilla, præbe illi & alteram,* sit caro tua in manu & in ore inimicorum tuorum. Veruntamen animam tuam serua, os maneat integrum, non infirmetur animi fortitudo, vt Christo similis in Passione, sis in Resurrectione quoque, sis viduatus temporali subsidio, & tibi aderit qui potens est, eruens de manu bestiæ, & de ore leonis, & de faucibus deuorantium, vt à malis erutus bonisque repletus, Saluatorem glorifices in æternum. Amen.

Deut 32. 35. Deut. 26. 19. Deut. 28. 43. Prou. 15. 25. Luc. 1. 52. Iob. 19. 36. Mat 5. 39.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Quàm maximæ gloriæ fuerit Christo, tradi, flagellari & crucifigi, solidis fundamētis demonstratur. In morali hortātur homines ad intelligendā Passionem Domini, ipsamq; meditandam.

IN laudibus Abraham Patriarchæ sapiens protulit verba ista: *Abraham magnus Pater multitudinis gentium, & non est inuentus similis illi in gloria:* In quib⁹ potissimùm declaratur, quod ideò in gloria cæteros omnes præcedat, adeò quod non est inuentus similis illi, quoniam à Deo propter fidem & obedientiam, multitudinis gentium, id est Nationum omnium constitutus est pater. Quoniam verò hæc paterna gloria in semine ac filio eius illi fuerat euentura. Nam *in semine* (inquit) *tuo benedicentur omnes gentes:* consequens est, vt Filius eius glorioſus magis appareat, adeò vt verè sit Rex gloriæ. Et propterea Pater, gloriam & magnum decorem imposuit super eū, glorificans Filium suum Iesum splendoribus sanctorum, & in operibus virtutum. Quæ, vt gloria ista magis eluceſceret, scripta sunt per Prophetas. Et ipse Dominus etiam antequam fierent, voluit recensere, dicens. *Eccè ascendimus Ierosolymam, & consūmabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis: Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur.* Sed videntur ista ad ignominiam magis pertinere, quàm ad gloriam. Tradi enim alienigenis, illudi, flagellari, conspui, ignominiæ est ac turpitudinis. Vndè non mirum, si de discipulis eius dicit Euangelista. *Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis. Et non intelligebant quæ dicebantur.* Et verè tamē gloriosa dicta ista sunt. Quoniam per hæc Abrahā factus est Pater cunctarum gentium, vndè est illi gloria hæc magna: *Christus enim factus est pro nobis maledictum,* id est repletus maledictionibus, vt promissa Abrahæ benedictio Domini esset super nos. Consequens ergò est, vt sub hac maledictione, illusione, flagellatione, conspuitione, sit magna gloria, quis operta; quia ipsa ignominia gloriosissima est. Quid. n. aliud intēdit Apostolus dicēs: *Omnes peccauerūt, & egent gloria Dei? Traditus. n est Christus propter delicta nostra:* & hæc erat indigētia nostra, vt Christus moreretur pro peccatis nostris. Ergò traditio, mors, & omnis eius Passio, gloria Dei est,

1. Eccles. 44. 20. Gen. 22. 18. Psal. 20. 6. Gal. 3. 13. Rom. 3. 23. 4. 25.

Diuisio. & glorificatur Filius Dei per eam. Nos igitur illius Passionem non quasi vile supplicium, sed quasi gloriã Dei consideremus, vt in ea Deum glorificantes egestiæ nostræ suppleamus, quã in nos inuexerũt peccata nostra. Quia enim peccauimus, egemus *Isa.* 58. gloria Dei; vt qui dispersi sumus, gloria Domini colligat nos.

2. Quàm prima facie difficile videtur, glorioſum esse, posse demõstrari. Tradi, illudi, flagellari, conspui, occidi, cum ignominiosa sint ista omnia, & contumeliis referta, atque vituperio, eò planior certè apertiorq; fit facillimè huius tantæ apparentis turpitudinis, vera gloria, honor solidus, splendensq; maiestas, atq; magnificentia. Quid enim aliud est ista pati, vt Christus passus est, quàm fungi sacerdotio, & habere laudem ipsius? Hoc verò, quàm glorioſum sit, vt intelligamus, Apostolica verba attentè auscultemus, quibus *Heb.* 5. 4. amplectitur Paulus mysterium istud gloria & honore decoratum. *Nec quis (quam* (inquit) *assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum. Filius meus* *Psal* 2. 7. *es tu, ego hodiè genui te: quemadmodum, &* *Psal.* 109. 4. *in alio loco dicit. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad Deum, qui posſit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.*

Quibus in verbis Apostolus primùm ostendit, rem glorioſissimam esse Pontificatum, adeò vt nemo illo sit dignus, qui illum sibi ipsi sumit; esset enim superbia intolerabilis: Sed expectandus Deus, qui illũ conferat, sicut Aaroni contulit, & Christo. Secundò dùm probat à Deo Patre, illũ Filio suo esse collatum, citat verba illa Dei, *Psal* 2. 7. per Dauid: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Vbi duo innuit, videlicet quòd is solus, qui Filius Dei est, tanto sit honore dignus, atq; decorandus. Et quod suum esse Filium declarer illum Pater, dùm constituit Sacerdotem. Filius quidem meus es (inquit) quem genui in æternitate, sed & hodiè in tempore videlicet genui; quã-

do te mihi in Sacerdotem assumẽs, omnibus facio persuasiſſimum te verè Filium meum esse, primogenitum ponens, & exponens excelſum præ Regibus terræ. Tertiò citans alium locum eiusdem libri Psalmorum videlicet: *Tu es Sacerdos in æter-* *Psal.* 109. 4. *num secundum ordinẽ Melchisedech*: ipsius Sacerdotij dignitatem extollit, quod videlicet æternum sit, & ideo glorioſum, atq; perfectum pluſqnam Sacerdotium Aarõ; cùm hoc sit temporale, & propterea in tempore defecturum. Et quod sit secundum ordinẽ Melchisedech, hominis Regis, Sacerdotis insignissimi, cuius à Deo facta in- *Heb.* 7. 6. stitutio occultissima est, certa tamẽ, quandoquidem Abraham, qui apertè amicus Dei appellatus est, decimas obtulit illi, pro quo etiam Sacerdos ipse Altissimi obtulit *Gen.* 22. 16. sacrificium, illiq; benedixit. Vndè illius arguens magnitudinem Paulus ait: *Sine vlla* *Heb.* 7. 7. *controuersia, quod minus est, à meliore benedicitur.* Quartò exprimit tandem, quanam ratione, Sacerdotio isto tantæ dignitatis factus sit Christus Sacerdos in æter- *Hebr.* 5. 7. num, dicens, quòd *preces, supplicationesque cum clamore valido, & lachrymis obtulit.* Hanc autem precum lachrymarumq; oblationem ad eum fecit, qui posſit illum saluum facere à morte. Ex quo planum fit ac manifestum, quod per ipsius mortem factum est ab hoc Sacerdote hoc sacrificiũ, pro quo ad tãtam dignitatem euectus est. Vnde etiam mox subdit. *Et quidem cum* *Heb.* 5. 8. *esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est obedientiam.* Patiens ergò, & factus obediens vsque ad mortem, obtulit sacrificiũ. Quod verò demum dicit: *Exauditus est pro sua reuerentia*: huius sacrificij efficaciã facit patentissimam simulq; Sacerdotij insignissimam præcellentiam. Tantus enim Sacerdos sine dubio dignus fuit, vt exaudiretur; cum esset in dignitate, & Maiestate Patri coæqualis. Talis item tantaq; hostia non potuit fructu condigno vacua esse persona digna, oblatio grata, functio sacratissima, dignitas eximia, conferenti congrua, & suscipienti, in omnibus apparet splendor gloriæ, radij claritatis, immensæ Maiestatis insigne. Non spernendę glorię fuit, imò cũ admiratione

susci-

2. Mac. 3. 31 suscipiendæ, quod Oniæ summi Sacerdotis salutaris hostia vitam promeruerit Heliodoro, in supremo Spiritu constituto; quam gloriam Angeli propterea notam fecerunt Heliodoro. & per eum Regi Seleuco, & vniuersis hominibus. Erat figura illa huius Christi sanctissimæ oblationis, q̃ in illa gloriæ fuit, in hac glorioſissimum est, & splendidissimum. Quis Christi mortem turpissimam, tanto splendore fulgentem fuisset arbitratus?

3 Pauli argumentum huc facit dicentis. 2. Cor. 3. 11 *Si quod euacuatur per gloriam, est, multo magu quod manet, in gloria est.* Hoc argumentum fecit Apostolus ad explicandam Exo. 34. 29 Euangelii gloriam, supra legem Moysi in cuius vultu, dum de monte legem ferret populo, eiusmodi fulsit claritas, vt in eum non possent filii Israël intendere propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur. Euacuatur (inquam) gloria legis, quia lex illa cedit Euangelio, quod quia manet, amplior est illius gloria, quàm legis. At cum lege vadit & Sacerdotium. Vndè idem A- Heb. 7. 12. postolus ad Hebræos scribit: *Translato Sacerdotio, necesse est, vt & legis translatio fiat.* Ergò si legale Sacerdotiũ fuit in gloria, multò magis erit sine controuersia Euangelium glorioſum. At quanta gloria fuit veteris illius? solæ vestes, quibus ornabatur summus sacerdos, ingressurus in templum, dant testimonium, quę vt erant glo- Eccl. 45. 8. rioſæ, ita de illis scribitur: *Excelsum fecit* 9 *Aaron, & dedit illi Sacerdotium gentis, &* 12. *beatificauit illum in gloria, & circumcinxit* 13. *eum zona gloriæ, & induit eum stola gloriæ. Stolam sanctam auro, & hyacintho, & purpura, gemmis pretioſis figuratis in ligatura* 14. *auri. Corona aurea supra mitram eius ex-* 15 *pressa signo sanctitatis & gloria honoris*; opus virtutis, & desideria oculorum ornata: sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia. Recedens Moyses à Deo glorioſus appa- Exo. 34. 29 ruit in vultu suo. Accedens Aaron ad Deũ glorioſus apparebat in amictu suo: Ille in facie, iste per totum à summo vertice vsq; ad pedes: Ille à Deo gloriam referebat, iste ad Deum ipsum gloriã afferebat. In vtroq; Ioan. 17. 1. Christ⁹, qui rogabat: *Pater, venit hora, clarifica Filium tuũ, vt Filius tuus clarificet te.*

Quam verò gloriam afferebat Aaron 4
Deo in veste illa decora? In libro Sapientiæ ita scriptum est. *In veste podêris, quam* Sap. 18. 24. *habebat, totus erat orbis terrarum.* Amictu Exod. 28. itaque illo suo Sacerdos, Deo in figura to- 36. tum repræsentabat orbem; quin & Deum ipsum, cuius in aurea lamina scriptum deferebat nomen in fronte. Quapropter ibidem dicitur in sapientia, *& magnificentia* Sap. 18 24. *tua in diademate capitis illius sculpta erat.* Ergò in veste illa confessio quædam videbatur fieri, quòd totius orbis terrarum Dominus esset Deus; quod illius manui ac prouidentię subiecta essent vniuersa; quod plena esset omnis terra gloria Dei. Sed ô quàm magna gloria eius in salutari suo, & Saluatore nostro. In Christo totus est orbis, totus est Deus; omnium creaturarum summa perfectio est in humanitate Domini, & Dominus ipse est Deus. Ergò quidquid est, in Christo est, siue creatura, siue Creator. Illic erat in figura, hic est in veritate. Ibi nomen Dei in scriptura, hic in substantia. Ibi in lamina aurea, hîc in anima, & corpore Christi, id est in eius humanitate super aurum, & lapidem pretioſum multum. Ibi tametsi etiam in figura erat orbis terrarum cum imperfecto suo, hic verò non in figura solùm, sed re, & veritate sunt creaturæ omnes, non solus orbis terrarum, & in summo suo sunt, nudæ ab omni imperfectione; In anima Christi omnis Spiritus, in gratia omne donum, in carne omne corpus, & omnis virtus in sanctitate & iustitia. Nunquid ergò non omni gloria & honore coronatus Christus ad Patrem vadit, quamuis nedum apparenter glorificatus? sol erat nube tectus, non sine lumine suo, quamuis operto; verè Deus, quamuis absconditus; verè sanctus, quamuis in similitudine carnis peccati; adeò vt dicere audeant inimici eius. *Nos* Ioan. 9. 24 *scimus, quia hic homo peccator est* Glorio- Isai. 53. 2. ſus in conspectu Domini, tametsi nos vidimus eum despectum, nouissimum virorum, quasi leproſum, & percussum à Deo, & humiliatum. O glorioſa functio. Fungi Sacerdotio, & habere laudem, & glorifica- Sap. 19. 21. re populum suum in nomine eius. In omnibus magnificauit Deus populum suum,

& honorauit; sed in Sacerdotio ad summam euexit gloriam. Ideò & templum ipsum dicitur superbia illius, vbi fiebat functio Sacerdotalis. Propterea Deus contrà illos indignatus comminatur per Ezechielem. *Ecce ego polluam Sanctuarium meum, superbiam imperii vestri, & desiderabile oculorum vestrorum.* Si tam gloriosum vetus sacerdotium, vt esset illius populi gloria magna, & honor summus. Quid nostrum, quæso? Quid summa illius functio non ministrorum perfecta manu, sed ipsius summi & æterni Sacerdotis? Hic hic patiens, & moriens, tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. O passio, quæ quantò turpior hominibus, tantò apud Deum gloriosior extitisti: ô mors, quæ in conspectu hominum vilis, pretiosa es in conspectu Dei. O ignominia, stultitia insipientibus, sapientibus sapientia Dei, gloria, honor, splendor, & Maiestas incomprehensibilis.

Ezech. 24. 21.

Eph. 5. 2.

5 Venite qui gloriam concupiscitis. Discite vbi sit virtus, vbi honor, vbi splendor gloriæ. Videte quòd, *quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret; vt non glorietur omnis caro coram illo.* Hoc fecit in holocausto perfectissimo, hoc in Gentium vocatione; hoc facit in fidelium electione, vt gloriemur in laude eius, non in virtutibus nostris. Qui bono adhæret, bonus est; qui sapienti cōmunicat, sapiēs est; qui gloriosum induit, decorem indutus est. Venite ergò ad Regem gloriæ, venite ad sacerdotem magnū, super quem gloriam, & magnum decorem imposuit Altissimus: sequimini eum in domum, in quam intrat in templum glorię suæ, vbi summè summo suo fungitur Sacerdotio. Illi coniungimini, quandò exaltatus est in throno Maiestatis suæ, in solio gratiæ suæ, in sede misericordiæ suæ; Vbi impletum est vaticinium Habacuc: *Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.* En abscondita fortitudo Christi, quādò cornua Crucis fuerunt in manibus ei⁹, quæ erant perforatæ clauis. Tunc operuit cœlos gloria eius, quę vt rutilantius splenderet, retraxit sol iste visibilis splendorem radiorū suorum. Tunc cœpta laus est, quæ terrā erat repletura, confitente Centurione: *Verè Filius Dei erat iste.* Tunc splendor eius, luci fuit assimilatus, q̄ in illius morte tenebris obuoluta est, vt fulgentius postmodum emicaret. Sic Christi splendor obnubilatus est, vt sol, qui erat in nubilo, splendidiores radios suos euulgaret. Quādò resplenduit facies eius sicut sol, Moyses, & Elias, qui illi astiterunt, & ipsi visi sunt in claritate. O fœlix, qui dicere potest cum Apostolo. *Christo confixus sum cruci.* Consors iste erit gloriæ suæ, verè gloriosus, vere nobilis, vere magnus inter omnes mortales. Quia gloria magna si est sequi Dominum; maxima illius est, qui adhærens Domino vnus spiritus est cum eo. O gloriosi Principes terræ! ô gloriosi nobiles ciuitatum! ô gloriæ cupidi homines vniuersi! en scala, per quam ascenditur ad gloriam. Absit vobis gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, & eritis verè gloriosi: quia gloria Domini colliget vos, si non hominum, si non mundi, si non falsa & fallax. Gloria Domini, gloria vera, gloria subsistens, & permanens in sæculum sæculi.

Exhortatio 1. Cor. 1. 27

Psal. 20 6.

Habac. 3 3

Mat. 27. 54.

Mat. 17. 2. Luc. 9. 31.

Gal. 2. 19.

Eccl. 25. 18.

Gal. 6. 14.

Isai. 58. 8.

SECVNDA PARS.

6 SI verum est id, quod certis scripturarum testimoniis confirmauimus in genere loquentes, absque dubio si ad species ipsas descendamus, nihilominus verum erit atque perspicuum. Quod vt planius fiat & apertius, per singula hæc discurramus, quæ Dominus explicauit, dicens. *Tradetur gētibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum.* Quinque ista, Traditio, illusio, flagellatio, conspuitio, occisio, videntur esse non honoris & gloriæ, sed ignominiæ & contumeliæ: & sunt gloriosa tamen, & digna, quę admitteret ille in se, qui est Rex gloriæ. Traditionem, vt exordiamur, proposuit aliquandò Propheta psallens, vt rem abominabilem, ita concinens: *Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem*

Psal. 87. 9.

nationem sibi Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te Domine? Vt quid repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me. Traditio ista vituperii plena est, quia per fraudem facta est à discipulo familiari, pretio vilis pecuniæ, ad mortem inita est. Idcircò Psalmus præponit, Notorum elongationem; singularis autem notus erat Iudas. Cui in Psalmo alio: *Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus* Proponit abominationem, qua illum æstimabant. Addit quod propterea lacrymatus sit, rogans Deum, non tamen exauditus, neque liberatus. *Traditus enim sum* (inquit) *& non egrediebar* Sed gloriam vide. In Israël magnum erat nomen Dei. In populo isto glorificabatur, vt perspicuum est; sed tandem per eos, nomen eius blasphemabatur in gentibus. Vt ergò nomen eius magnum esset in Gentibus, repellens plebem suam, & dimittens hæreditatem suam, ad gentiũ accessit multitudinem. Vbi *à solis ortu vsq; ad occasum laudatur nomen Domini. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria eius.* Quid faciunt igitur ædificantes, & lapidem angularem reprobantes? Vt fiat in caput anguli, eleuatus super omnes gentes, & sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat. Pulsus de templo mundi, factus est magnus, & repleuit Orbem vniuersum. Et ita egressa est gloria Domini à limine templi; & stetit super Cherubim, animalia videlicet, quibus designantur quatuor partes mundi. Quid igitur facitis, ô Iudæi, tradentes Christum? Mittitis in dispersionem gentium, vt ab omnibus glorificetur. Sic de aliis partibus posset disseri, de illusione, de flagellatione de conspuitione, de occisione. Ex his enim fact⁹ est gloriosus; pro irrisione, adoratus; pro flagellatione, recreatus; pro conspuitione, laudatus; pro occisione, viuificatus vita beata & immortali; quæ in eius Resurrectione comprehenduntur vniuersa, quam partibus istis ignominiosis subiecit ipse dicens: *Et die tertia resurget.*

15. Matt. 27. 54. Psal. 54. 14. Mat. 17. 2. Luc. 9. 31. Gal. 2. 19. Eccl. 2. 38. Psal. 112. 2. Ps. 117. 22. Gal. 6. 14. Isai. 58. 1. 1 Reg. 2. 8. Ezech. 10. 18. 6

7 Sed pressiùs nos atque intimius gloriam in ignominia ipsa reperimus. Ipsummet quod despicabile videtur & contemptibile, quàm gloriæ plenum sit, quàm maiestatis, quàm magnificentiæ, nunc aperimus. Hoc dominicum fundamentum à Paulo demonstratum, præmittentes, & prælocantes. *Beatius est magis, dare, quàm accipere.* Quod beatius est, id honorabilius, id magnificentius, id omninò præstantius est, & clarius. Hanc præstantiorem claritatem habere iam ostendit, qui alteri dat, & non accipit. Summa hæc est gloria Dei, qui dat omnibus affluenter, cum tamen à quoquam recipiat nihil possitve recipere. Cœli, in quibus habitat, in hoc illi assimilantur, qui lucem suam, suamque virtutem terræ compartiuntur, nec ab ea tamen compendii quidquam consequuntur. Veritas per se aperta est. Dare est largitatis, recipere necessitatis; illud munificentiæ est, hoc indigentiæ. De plenitudine accipitur, in vacuitate recipitur. An ita est? Ergò amplius dare, beatius multo. Et id vbi fit gratis, ac liberalius, ad apicem ascendit huius beatę gloriæ. Sit hoc stabilissimum fundamentum. Act. 20. 35

Nunc super illud ædificemus. Nihil pretiosius habet homo, quàm seipsum, nil sibi carius, nihil expedientius sibi aut conferentius. Id aliis tribuere, duabus contingit rationibus, dum videlicet vel seruituti se tradit, vel morti. Dùm videlicet quod est, alteri sic tradit, vt alterius sit, non suũ prætereà. In manibus (inquam) alterius atque potestate, non iam in sua. Aut quod est, eo se sic euacuet ad alterius votum & bonum, vt iam non sit, quod erat; quod est mori pro salute alterius. Duos istos modos se præbendi, quòd Christus seruauerit, asserunt & sua verba, & sua facta. Verba dùm dicit. *Tradetur Gentibus, & occident eum.* Facta, quia verè traditus est, & interemptus. Traditio vt gloriosa sit, libera atque liberalis sit, necesse est; propterea tradidit semetipsum liberè, quia voluit, sola charitate, nulla adactus necessitate. Liberaliter autem nihil ab iis expectans, quibus datus, præter illusiones, flagellationes, cõspuitiones, mortem. Vt perfecta sit & honore dignior, plena debet esse; vt traditus sic tradatur, veluti etiam ipsa sui traditione expoliatus, & tradendi potestate, 8

quin

quin & voluntate. Ideò per dolum traditur, quasi nescius, tenetur, ligatur, ducitur ac si inualidus sit, seipso veluti exinanitus, antequam traditus. Dixit propterea: *Hæc* Luc. 22. 53. *est hora vestra, & potestas tenebrarum* Ita est & libera, & coacta: libera, vt sit virtutis, & ob id gloriosa: coacta, vt sit magna atque perfecta, & idcirco virtutis glorioſioris. Occisio item spontanea est: nam Philip. 2. 8. factus est obediens vsque ad mortem: sub Ioan. 19. 10 tamen alterius potestate, qui dixit illi: *Nescis quia potestatem habeo crucifigere te?* & vt coactior magis appareat, clauis cruci figitur, nè funibus ligatur modo; & ità crucifixus, obit mortem. Et quamuis dixerit Luc. 12. 4. ipse. Postquam occiderint corpus, non habent amplius quid faciant; & in corpus ipsum sæuientes, cum perforant lancea, tum sub petra custodiunt, ita in illud suam exercentes quantam potuerunt potestatem. En sui perfecta, omnimodaque communicatio per traditionem, & occisionem.

9 Voluisset autem dùm traderetur aliquid sui sibi retinere, si non possent ii, quibus datus fuit, in eo facere quæcunque voluissent. Aut si iis traderetur, qui illum sic tractarent, quemadmodum illius natura postulabat, nempè si mentem pascerent honore, carnem quiete. Duo enim ista bona cara sunt hominibus; vt homo benè sit in semetipso, & benè ab aliis habeatur; nullum in se sentiens incommodum, nullum ab aliis audiens improperium. Ab his prorsus fuit exemptus Dominus Iesus. Quoniam illusus fuit, & flagellatus; mente, & carne cruciatus; claritate expoliatus per illusiones, per flagella vtilitate & voluptate. Mors illi forte aliquid reliquisset, si saltem sitienti calix datus esset aquæ frigidæ; Matth. 26. 34. & 48. & plus si ficera, vel vinum bonum; sed negata est aqua, datum acetum, & vinum cum felle mistum. Si hac in parte sic habitus est, non secus putandus est habitus in aliis quibuscunque; vt mors mortis plena & esset & declararetur; vt nihil penitus esset in illa præter mortem. Si ergò glorio- Act. 20. 35 sum est dare, & beatius magis, quàm accipere, quanta gloria est Christi Domini nostri, qui tam plene tamque perfecte dedit semetipsum pro nobis? Hanc tantam gloriam vt aperiret, & ipsa quoque tùm quantum erat possibile expoliaret sese, hæc omnia voluit esse vilitatis plena, abiectionis, verecundiæ, contemptus, pudoris, contumeliarum; quod videtur innuere voluisse, dùm illusioni addidit conspuitionem, & hoc interposita flagellatione; vt ita summam ostenderet despectionem, usq; quaq; ad ignominiam sunt respersa omnia. Ergò pudenda fuit traditio, pudenda illusio, pudenda flagellatio. pudenda occisio; & quæ maior fuit, sui ipsius priuatio, mors videlicet ipsa pudorem induit amplissimum. Ideò mors fuit Crucis, cum iniquis deputatus fuit, medius inter latrones; ibi imissus; ibi contra dignitatem suam, qua erat Filius Dei; contra potestatem suam, qua poterat si voluisset de Cruce descendere, clamatum est ab inimicis suis cum reliquis aliis huiusmodi indignitatibus, vt profectò vera esset impiorum vox illa. *Morte turpissima condemnemus eum* Ergò sicut ibi abscondita est fortitudo eius, ita velata gloria, obnubilata claritas, species cooperta, & deturpata omnis pulchritudo Domini. Ne forte si quid gloriæ patenter retineret, minor videretur esse gloria eius, quæ in omnium plena traditione, cum quibus & ipsa plene tradita est, splendidius rutilauit.

O gloriæ claritatem euidentissimam! An forte putamus huic tantæ gloriæ esse detractum ex eo, quod quæ nobis donauit, a nobis prius accepit? Nam si non accepit, cur se filium hominis nominabat? Non est autem filius quisquam a se, sed ab eo, qui genuit illum. Filius itaque hominis ab homine, quod homo est, accepit ab homine. Heus tu qui hæc cogitas; Cogita quod Ioannes non dixit, *Caro factum est Verbum* cum tamen fieri carni magis conueniat, quam verbo: sed dixit, *Verbum caro factum est*. Ita dictum potius inuenies: *Deus factus est homo*, quam *homo factus est Deus*. Quid ita? Quia dum humanitatem nostram assumpsit, suam nobis dedit Diuinitatem; Vas formans in quo se daret, factus paruulus, & sic natus, & datus nobis. Vbi accepissemus illum nos, nisi locum

cum effingeret, in quo habitaret omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter. Esto, acceperit à nobis, hoc quarè? vt noster esset, in eo quod accepit à nobis, datus nobis. Nam si nostrum non esset id, in quo seipsum collocauit & donauit, nobis non se daret. Nostram igitur accepit humanitatem, cui suam conjungens Diuinitatem, suæ nos fecit Diuinæ naturæ consortes. Verum quis hanc condidit nostram humanitatem? nonne ipse, qui creauit hominem ad imaginem & similitudinem suã?

1. Math. 7 11. Quid septem fratrum mater? *Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim ego spiritum, & animam donaui vobis, & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi. Sed mundi Creator, qui formauit*

Luc. 1. 35. *hominis natiuitatem.* Si ista sic locuta est; quid diceret Virgo illa sanctissima, in quã Spiritus Sanctus superuenit, cui virtus Altissimi obumbrauit? quid diceret (inquam)

Rom. 1. 3. de filio suo, qui conceptus de Spiritu Sancto, factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, propter quam filius hominis dicebatur? Sed esto, de nostro acceperit, nos illi dederimus quòd esset homo; quam parum dedimus? quàm multum accepimus? quam maximum dedit ipse? quam maxime donauit nobis? dederit Virgo sementinam carnem. Ecce Adam maximus, qui exultauit, vt gigas ad tradendam vitam Quis, quis est iste, qui dedit semetipsum pro nobis? Christus filius hominis, Filius Dei; perfect? homo, perfectus Deus: vt hominem acciperet, tantillum accepit.

Luc. 1. 32. Sed quid Angelus? *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Hic iam magnus factus: hic Filius Altissimi, verus Deus dedit semetipsum, non id modicum quod accepit, sed seipsum totum, vt est perfectus Deus, perfectus homo. Deus traditus est Gentibus, Deus illusus, Deus flagellatus, Deus consputus, Deus occisus, Deus tam largè, liberè se nobis condonauit! modicum illud accepit, vt tantum daret, & acceptio illa modici, ipsamet maximi, & immensi traditio fuit: dedit accipiens, & vt quod accipiebat, excellentius daret atque perfectius, ideò accipiebat, & vt quod dabat, dum acciperet, ineffabiliter tribueret, sine vlla acceptione, nisi malorum, dolorum, opprobriorum, & necis crudelissimæ. Ista mirabilia cogitemus potius, quam narremus: mente comprehendamus magis, quam verbis amplectamur. Ita coniicientes quantam gloriam fecit sibi Dominus Iesus Christus Passione sua: quam glorioſa sit Passio eius, quam clara Crux, quã mors splendens, & rutilantissima. O gloria Passionis! ô Passio glorioſissima! Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a sæculo: quia omnia nobis donauit; sed non tantum, quantum cum tradidit nobis semetipsum. Dederat tùm creaturas, nunc Creator omnium factus est noster, dans ipse sese cum omnibus bonis suis. O gloriam ineffabilem!

Eccl. 44. 1.

11 *Exhortatio*

Ergò inglorii nos, ergò viles, & abominabiles, qui nostrorum quæ nostra non sunt, sed Dei; qui nostrum, qui nostri non sumus, sed illius, qui creauit nos, tam tenaces sumus, tam auari, tam cupidi. *Si beatius est magis dare, quàm accipere*, vbi pensio tua, quæ te beatum faciat? Iugis acceptio hians haustio, vorago immensa; neque oculus ipse saturatur visu, non dicam manus vsu semper accipere, tribuere nunquam, signum est vacuitatis, imperfectionis, indigentiæ; ignominiæ itaque est non gloriæ. Et vos qui gloriam appetitis, cur contenditis in cõtrarium? Num ignorantiam glorioſam arbitramini? Num & hoc ignorare, quod ignorantia ignominioſa sit, rem glorioſam æstimatis? sed ait Sapiens: *Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam.* Qui pauperi non est vtilis, ignorans est, inglorius, & ignominioſus. Ergò non sit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. Quæ est gloria Ioseph, qui beneficus in Ægyptios, accepit & dedit; accepit vilia, dedit pretioſa? Vos gratis accepistis, gratis date, vt sitis glorioſi consortes Christi, & cohæredes. Quod nobis concedat. Amen.

Act. 20. 35

Prou. 29. 7

Eccl. 4. 36.
Gen. 47. 14
Matt. 10. 8

MORALE.

12 QVid mirum si non intelligebant Apostoli, quæ dicebantur a Domino, cum loqueretur illis de passione sua, & de resurre-

resurrectione sua? Nimis profundæ factæ sunt collocutiones eius. Tenebræ erant super faciem abyssi istius, in quam se demersit Altissimus, veniens in altitudinem maris. Verum est, si quod intrinsecus latet, disquirere meditamur, etiam pellis istius holocausti igne comburitur, etiam fimus hostiæ sanctè crematur, & deuotè; Sic enim præceptum erat: *Vitulum & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, quorum sanguis illatus est in sanctuarium, asportabunt foras castra, & comburent igni, tàm pelles quàm carnes eorum, & fimum.* Omnia quæ Christi sunt, sancta sunt, quantumlibet contemptibilia appareant, quoniam Deus ipse est: Accepit illa Deus in sanctum sacrificium. Nos ergò quid ista despicimus? sacris vestibus Sacerdos decoratus inferebat in sanctuarium, sanguinē hostiæ, his depositis carnes cremabantur cum pelle & fimo. Sit Sanctorum, sit Pontificum ea tutari, quæ in abscondito offeruntur. Turbæ sit, quæ crassiora sunt contemplari, quæ fimi instar vilia sunt, quod sit traditus Dominus noster, quod sit illusus, quod sit flagellatus, consputus, occisus. Et si horum quoq; profunda non valemus penetrare, ꝙ externum est contemplemur, pellem dispiciamus. Hic non opus est ingenii acumine, mētis subtilitate, studio importuno, facilis sat est, rudis & incondita consideratio. Res ipsæ materiales, quas proponit Christus, ponantur ob oculos nostros. In traditione ex parte traditoris cogita tria. Primùm, quòd Iudas auaritia actus, sciens Principes Sacerdotum de Christi morte tractare, abiit ad eos dicens. *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Secundò, quòd accepta promissione denariorum, capta occasione in cœna, iterùm abiit, vt simul & præmium acciperet traditionis, & ministros ad illum capiendum. Tertiò, quòd veniens in hortum vbi orauerat Dominus, osculo illum tradidit. Ex parte traditi item tria. Primùm, quòd semper nouit illum Dominus, fuisse vel futurum esse suum traditorem, ideò aliquandò reuelauit. Secundò, quòd & operationis memoria, & operantis præsentia, illius valdè mentem affligebat. Ideò reuelaturus tantùm facinus turbatus est spiritu. Tertiò, quòd sciens omnia, quæ ventura erant super eum, benignè illum tamen suscepit ad osculum.

Leuit 16. 27.

Leuit. 16. 4 23.

Mat. 26. 5

Ioan. 13. 21.

Illusionem illi factam habes in domo Caiphæ, vbi condemnatum vt mortis reū, viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes, & velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: *Prophetiza, quis est qui te percussit? & alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Habes in domo Herodis: *Spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba.* Habes in Prætorio Pilati: *Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum in Prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortē, & exuentes eum, chlamidem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronā de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genuflexo ante eū, illudebant ei dicentes: Aue Rex Iudæorum.* Habes in Caluario vbi erat crucifixus: *Prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas; salua temetipsum. Si Filiꝰ Dei es, descende de Cruce. Similiter & Principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes. Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac.*

13 Luc. 23. 11 Ioan. 19. 2 Matth. 27. 27. Mat. 27. 39. Marc. 15. 29. Luc. 23. 36

De flagellatione. *Tunc ergò apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Iesum flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.*

14 Ioan. 19. 1 Matt. 27.

Expuitionem tangit Matthæus factam in domo Caiphæ: *Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt.* Et in prætorio Pilati: *Et conspuentes in eam, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum.*

26. Mar. 15. 19 Matt. 26. 47. Marc. 15. 19.

Occisio tandem plura cōtinet, quę sunt. Conatus Iudæorum, qui accusantes, & postulantes vt crucifigeretur, dicebant: *Crucifige, Crucifige eum.* Iudicium Pilati: *Tunc ergò tradidit eis illum, vt crucifigeretur: Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Iesum tradidit voluntati eorum. Pilatus volens populo satisfacere, dimisit illis*

16 Luc. 23. 23 Ioan. 19. 16 Luc. 23. 24

lu Barabbam, & tradidit Iesum flagellis ca-
Luc.15 16 *sum, vt crucifigeretur.* Et crucifixio: *Susce-*
Ioan.19 16 *perunt autem Iesum, & eduxerunt. Et baiu-*
lans sibi crucē exiuit in eū, qui dicitur Cal-
uariæ, locū, Hebraice autem Golgotha, vbi
crucifixerunt eū, & cum eo alios duos, hinc &
Luc.23.33. *hinc mediū autem Iesum Crucifixerunt eū,*
Matth.27. *& latrones vnum à dextris, & alterū à sini-*
10. *stris.* Et expiratio: *Iesus clamās voce magna*
Mar.15 37 *emisit spiritū.* Sic Matthæus idē & Marcus:
Luc 23.46 *Iesus emissa voce magna expirauit.* Lucas
Ioan.19.30 vero: *Et clamās voce magna Iesus ait: Pater*
in manus tuas cōmendo spiritum meum. Et
hæc dicens expirauit. At Ioannes: *Cum ac-*
cepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum
est, & inclinato capite tradidit spiritum.

17 Ecce pellis, ecce simus; pellis exterior apparentia vilis, abiecta, despecta: simus, mūdi existimatio, qua Christus Iudęis fuit scandalū, Gentibus autem stultitia. Hinc
1 Cor.1.18. Paulus: *Verbum crucis pereuntibus stultitia*
23. *virtus est.* Et infra: *Prædicamus Christum*
crucifixū, Iudæu quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: Ipsis autem Iudæis atq; gentibus Christum Dei virtutem & sapientiam. Quare Iudæis scandalū? audi irridentes. *Alios saluos fecit, seipsum nō potest*
Matth.23. 42 *saluū facere: Si Rex Israel est, descendat nūc*
43. *de cruce, & credemus ei: confidit in Deo; liberet nunc, si vult eum; dixit enim: Quia Filius Dei sum.* In multis quidem Iesus Christus Iudæis, lapis fuit offensionis, & petra scandali, vt ex Euangelio patet: sed contra ipsum maxime propter hoc ausi sunt incedere, quia illum putauerunt impotentem ad se tueri, & qui nō deberet à Deo de manibus eorum liberari, quod neque Christus esset, neque Rex Israel, neque Filius Dei. Si enim sic cognouissent, nunquam
Rom.2.8. Dominum gloriæ crucifixissent. Quamobrem vero Gentibus stultitia; quia sic tenuerunt, vt vnus illorum sapiens ait: *Stultitia est in morte alterius sperare salutem.* Et stultam rem putauerunt, quod Deus vellet fieri homo, & crucifigi.

18 At nobis quare virtus Dei est, & Dei sapientia? Quoniam illius fortitudinem nouimus, qua poterat mortem euadere, si voluisset; & qua moriens potuit mortem occidere, & mortalibus omnibus tribuere. Ideo in Habacuc dicitur: *Cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.* Habac.3.4
Erat ibi fortitudo eius, quia cornua in manibus eius. Pro cornu intelligi fortitudinē, frequens dicit Scriptura. Vnde Zacharias: *Et erexit nobis cornu salutū.* Per manum denique, etiam potentia significatur, propterea in Psalmo: *A fortitudine manus tuæ* Luc.1.69.
ego defeci. Psal.38.11. Ergo cornua in manibus, summa est Christi potentia, & fortitudo. Quemadmodū vero absconditā? quia cornua in manibus eius. Quis videns ambas illius manus, ambobus crucis cornib. ferro cōfixas, vel tenuiter dubitasset, aut timuisset, & tenuisset in eo fuisse facultatem seipsum liberandi, tantum abst alios totumque saluandi mundum? Sed mysteriū est non contemnendum, quod eisdem verbis spiritus Phrophetiæ, & fortitudinem eius notet, & absconsionem eius. Sicut enim eisdem verbis vtrumque designatum est, ita eisdē factis est vtrumque perfectum. In ea ipsa crucifixione, qua infirmus ostenditur, erexit cornu salutis nobis. In ea ipsa infirmitate, qua crucifixus est, dispersit superbos, deposuit potentes de sede; &, vt ait Apostolus, *Chirographum decreti, quod contra* Luc.1.55.
Col.2,14. *rium erat nobis* (nempe mortis damnatio) *tulit de medio, affigens illud cruci. Et expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Palam (inquit) de Potestatibus tenebrarum triumphauit, quia exaltatus in cruce, illis abstulit Principatum mundi; quamuis Gentibus, & ipsis spiritibus tunc esset absconditā fortitudo eius. Nos ergo saccum istum conscissum, & detractam pellem aspicientes, nouerimus ibi esse Dei virtutem ad saluandos nos: vt ita sit Christus nobis etiam sapientia, qua intelligamus fortitudinem eius nobis exhiberi, vt qui in se fortis est, fortis sit nobis, vincens fortem armatum, & expolians eum spoliis, quæ eramus nos.

Cogitate carissimi, cogitate, & cogitate 19
in sinum mentis vestræ sacratissimam Domini Passionem; atque vbi illius dispexeritis vilitatem & abiectionem, scitote quoniam ibi est fortitudo eius, & ibi absconditā.

Ibi illius fortitudo, facta est fortitudo nostra, & refugium nostrum. Ita enim impletum est Moysi vaticinium de Christo, qui
Deut. 33. 7. fuit de tribu Iuda. *Audi, Domine, vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum, manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.* Quænam est vox Iudæ, quam Dominus debeat exPsal. 2. 8. audire? illa est, de qua dictum est ei: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Ideo dicit hic: *Et ad populum suum introduc eum.* Cuius autem rei gratia? vt manus eius, in quibus cornua sunt, quæ sunt potentissimæ, pugnent pro populo isto contra aduersarios suos. Pugnauit pro nobis Dominus Iesus, & pugnat etiam nunc contra aduersarios nostros. Igitur pugnemus & nos; pugnemus (inquam) eisdem armis, quibus & ipse pugnauit. Quę
Luc. 11. 22. vero sunt illa? de quibus audistis: *Vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat*; illa sunt: Crux, passio, mors, persecutiones, aduersitates; iis diabolus subactum tenebat mundum, oppressit Christum, habens potestatem super illum. Hæc iam sint arma nostra, quibus vtamur, sicut & Dux noster vsus est, patiens, sustinens, æquo ferens animo, amplectens, seruans Crucem. Ita, ita & nos mala sustineamus, Crucem amplectamur, baculum feramus cum Dauid cõtra Goliath. Petra constantiæ, duritate patientiæ, fortitudine sustinentiæ aduersarium percutiamus in fronte; frangamus audaciam eius; prosternamus superbiam eius; caput illius conteramus, quo primo quasi serpens in animos nostros & animas contendit irrepere; gladius illius intret in præcordia ipsius; præcidat caput illius. Cruce, qua gloriabatur se cunctis præualere, cruciare, ac delere verum mũdi principem, eundem percutiamus, subigamus, proteramus. Aliud petra Dauid, aliud Gigantis gladius; Vtroque tamen vsus est adolescens iste rufus, & pulcher aspectu, te-
49. lo suo Dauid illum primo percussit, nempe lapide limpidissimo; deinde illius gladio, ipsius præcidit caput. O lapis offensionis! ô petra defensionis Christus Dominus noster! Indue, Christiane, Iesum Christũ; ista sunt arma lucis, gladius fulgens, lapis limpidissimus, sumptus de torrente. Torrens tribulationũ lapidem istum expoliuit, & limpidum reddidit. Nam in passione sua Iesus impleuit omnem iustitiam, legẽ totam seruauit, & Rex virtutum & gloriæ declaratus est. Accipe tibi petram istam durissimam, fortem in ferenda, & inferenda morte: ferenda in se, & inferenda in aduersarium. Et propterea quoque gladius est acutus, & limatus: limatus ad terrendũ, acutus ad conterendum: Adolescens fortis, & pulcher aspectu. De rege quodam, qui populum erat contriturus, dixit Dominus ad Ezechielem. *Gladius, gladius* Ezech. 21.
exacutus est, & limatus. Vt cædat victimas 9.
exacutus est, vt splendeat limatur est. At non magis Christus gladius acutus est, & limatus? dum limatur, acuitur; limatur, vt splendeat; acuitur, vt percutiat; splendore virtutum principem tenebrarum obtriuit; qui crucifigens illum, victorem fecit; qui dum affert contra illum gladium crucis, offert illi gladium, quo ipse interficiatur. O crucem! ô passionem! ô lapidem de torrente! ô gladium de femore. Quid torrens nisi fluxus aquarum multarum irruentiũ in Christum? Sed qui illarum fons? nisi potestas tenebrarum, gigantis ac dæmonis potestas illa, cuj quæ comparetur non est Iob 41. 24.
super terram alia? Ergo mors, & passio, illata ab aduersario, petra est, & gladius, quo ipse contritus est, & depositus de sede altitudinis suæ. Hic, hic est lapis, hic est gladius, quo nos, si victoriam expetimus, conuenit dimicare.

Arma deponite Saulis, qui altior fuit vniuerso populo, ab humero & sursum. Arma ista sunt, quorum est vsus in mundo, quibus armantur, & pugnant filij huius sæculi, quibus & gigas Goliath armatus incedebat. Arcus, hasta, gladius, currus, equi, excercitus, & machinæ, potestas videlicet sæculi. Dauid, Christus, Christianus horum non habet vsum, qui laborat sic, vt bonus miles Christi, humilitate certat, paupertate, simplicitate, tolerantia, iniuriam accipit; fraudem patitur; malo non resistit; percutienti maxillam, eidem præbet & alteram: tollenti tunicam dimittit & pallium: angarianti mille passus addit &

alia

asia duo: currenti contra se in quadrigis, & armis bellicis, occurrit sedens super pullū asinæ mansuetus, & pauper. Summè potenti, patientiam opponit; Iracundiæ, pacem; furori, mansuetudinem, tyrannidi, subiectionem; oppressioni, silentium; direptioni, largitatē: iniurianti, remissionē: maledicenti, benedictionē; calumnianti, deprecationem; & odio prosequenti, & persequenti, veram dilectionem plenam operibus bonis. At si tu horum armorum vsum non habes, iam non es miles Christi, sed mundi, & diaboli. Si dixerit tibi Iosue: *Noster es, an aduersariorum?* quid respondebis illi? *Christianus sum.* Sed *ostende mihi ex operibus fidem tuam*; ex armis militiam tuam; ex moribus vitam tuam. Princeps ille exercitus Domini, quem vidit, interrogauit, & adorauit Iosue, euaginatum tenebat gladium; insinuans promptum atq; paratum adiutorium Domini, si fecerimus vt Iosue, qui fecit, vt sibi fuerat imperatum. Quid verò nobis imperatum est? *Audistis, quia dictum est antiquis: oculū pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis: Non resistere malo*: Hoc Christus. Paulus verò: *Nulli malum pro malo reddentes. Non vosmetipsos defendentes, sed date locum iræ. Benedicite persequentibus vos, benedicite, & nolite maledicere.* Sed iubet Paulus. Hæc autem ad exemplum Christi, vt monet Petrus: *Qui cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniustè.* O mysterium! Iosue imperatur: *Solue calceamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est.* Quis verò locus hic sanctus? Ager vrbis Iericho. Quarè sanctus? Quia in eo futurus Christus Sanctus Sanctorū & tùm maximè cum dixit discipulis suis: *Ecce ascendimus Ierosolymam, vbi filius hominis tradetur & crucifigetur.* Ità enim habet Euangelista post hæc verba: *Cum appropinquaret Iericho; ascendens itaq; Ierosolymam, & prædicens suam Passionem, erat in agro vrbu Iericho*: Ager ergò est locus, vbi Christus ambulat, vadens pati, & crucifigi. Hoc ergo imperatur nobis, vt nudis pedibus, mundis vestigiis ascendamus cum Christo ad Passionem ad patientiam & mansuetudinem. Si sic imperata fecerimus, videbimus principem exercitus Domini, euaginatum tenentem gladium, vt de inimicis nostris vltionem sumat, vt nos defendat ab hostibus, liberet à malo, eruat à periculis, & de ore leonis. Sis tu ouis Christi, quia sicut ouis ad occisionem ductus est, & erit ipse sicut pastor, ità & protector tuus, vt nō sit, qui eripiat te de manu eius. Propterea enim & suæ Passioni subiecit resurrectionem. *Et occident eum* (inquit) *& tertia die resurget*: Vt sciamus, quoniam si socii passionum fuerimus, erimus & resurrectionis. Si tolerabimus, & conregnabimus. Heu! officium hoc cur non sequimur? Professionem nostram nō tenemus? Statum nostrum non honoramus? Nostro ipsi Regi ac Duci nō adhæremus? Petrum saluaturus Dominus apprehendit dexterā eius, ad ipsum enim accedebat. Accedite ad eum, & liberabimini: appropinquate illi, & saluabimini; imitamini illum, & illuminabuntur corda vestra, & sanabuntur corpora vestra, & eritis sub tutela illius, qui saluos facit sperantes in se, & destruit in seipsis confidentes, & omnes à se recedentes perdit. Ergò, Domine, sub vmbra alarum tuarum protege nos, & dona nobis vitam æternam. Amen.

Iof. 5. 13. Luc. 2. 18.
Matt. 5. 38.
Rom. 12. 17 19. 14
1. Pet. 2. 21. 23.
Iof. 5. 16.
Luc. 18. 31.
Isa 53. 7.
Ioh. 10. 28.
1. Cor. 1. 7.
2. Tim. 2. 12.
Matth. 14. 31.

FERIA V. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Facta est dissensio in turba, vsque. & reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

Ioan. 7. 43.

ARGVMENTVM.

Duo specula inueniuntur ad Deum cognoscendum. Creaturarum vnum, Scripturarum alterum. Vtilitas & necessitas Scripturarū. Explanantur

omnia illa loca Noui Testamenti, quæ de traditione Christi agunt, & hoc excellenter.

1. CONTRARIETAS illa, quã his verbis expressam reliquit Salomon: *Labia sapientis disseminabunt scientiam: os stultorum dissimile erit*; potissimũ patet in Passione Domini, cuius scientia sapientissimè à sanctis viris in literis sacris disseminata est. At os stultorum dissimile fuit, per quos verificatum est vaticinium illud Oseæ Prophetæ: *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.* Neq; enim Philosophi duntaxat, verum & Scribæ, & Pharisæi dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, qui peritiã scripturarum prætendentes, atque in lege gloriantes, id iactabant, quod Apostolus illis impingit, dicens: *Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt eruditorem insipientium, magistrũ infantium, habentem formam scientiæ, & veritatis in lege.* Et tamen vt idem ait Apostolus: *Excæcati sunt, & cæci, duces cæcorum facti, ceciderunt in foueam, quam fecerunt.* Eorum est enim vox, quam hodiè in Euangelio audimus ad ministros, qui verba Christi extollebant. *Nunquid & vos seducti estis? Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Quinimò, & ad Nicodemum, qui erat & ipse ex Pharisæis, & Princeps Iudæorum. *Nunquid & tu Galilæus es? scrutare scripturas, & vide; quia à Galilæa Propheta non surgit.* Sicut ergò in Christo scandalizati sunt: vt qui verè est lapis pretiosus, & probatus à Deo, factus sit illis lapis offensionis, & petra scandali. Ita in legem impegerunt, vt esset illis in scandalum, perperam illam intelligentes, ac deprauantes, ex ea sibi errorum monstra fabricantes, sicut scrutabantur, & gentes similitudinem simulachrorum suorum. Nos ergò quos vocauit Deus in admirabile lumen suum, & quibus aperuit sensum ad intelligendas scripturas, facti obedientes præcepto illo Iesu: *Scrutamini Scripturas, quia illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me*; sacros euoluamus libros, vt Christum, qui finis est legis, & de quo in capite libri scriptum est, clarius intuentes, illi credamus, illum amemus, & quæ nobis præcepit diligentius obseruemus.

P.ou.15.7. Oseæ 4.1. Rom,1.22. Rom 2.19. Rom. 11.7. Iohan.3.1. Isa.28.16. 1 Pet.2 8. & Isa.8 14 1. Mach. 3. 48. 1.Pet.2.9. Luc.24. 4.

Ioh.6.39. Rom.10.4. Psal.33.8.

2. Vbi duo. Primum, cur Scripturarum pannis, Christus sit inuolut⁹, & reclinatus in præsepio, qui est sermo contemptibilis, nõ elatus in sublimitate sermonis Secundò, introspicientes in hanc arcam testamẽti, videlicet scrutantes scripturã ipsam, dispiciamus ipsum Regem gloriæ, quatenus non est ei species neq; decor, sed quasi absconditus vultus eius

Diuisio. Isa.51.2.

3. De primo id in primis consideramus, quòd Deus nobis obiecit specula, in quibus Deum, quẽ nunc à facie ad faciem videre non possumus, vt nostra fert infirmitas, possumus contemplari: Alterum creaturarum: Alterum Scripturarum. Et primum quidem, quod est creaturarum, omnibus prorsus hominibus oblatum est: vt in illud intendẽtes mẽtis oculos, Creatorem ipsum quasi in ænigmate conspicarentur. Alterum verò maximè datum est populo suo, quem peculiariter elegerat inter omnes gentes. Quod tandem postquam Dei Verbum ipsum caro factum est, obtulit omnibus, qui credere voluissent. In primo speculo seipsum Deus, omnium Creatorem maximè declarauit: *Nam* (vt dicebat Apostolus) *non sine testimonio, semetipsum reliquit, benefaciens de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo; & lætitia corda nostra* Creaturæ enim sunt testimonium Dei, quę nobis protestantur, à seipsis non esse, sed ab vno omniũ Conditore, qui fecit cœlum, & terram; & mare, & omnia, quæ in eis sunt; vt hæc trina rerum machina quodam quasi vestigio nos duceret ad illum, qui est Vnum, Verum bonum. In secundo verò speculo, quod est Scripturarum, Deus in primis vt Saluatorem se nobis obtulit cognoscendũ & contemplandum. Et quoniam per Incarnationem, qua factus est homo, Saluator omnium effectus est, propterea illum vt Iesum Christum Dominum nostrũ nos docent Sacræ litteræ. Et quoniam

Ioh.1.14 Act.14.16. Act.14.14.

non

non erat venturus in constitutione mundi, neq; mox à mundi constitutione, vt esset expectatio Gentium, & veniret desideratus cunctis Gentibus, à quibus reciperetur, sed in plenitudine temporis, tempore videlicet illo impleto, de quo dixit aliquando: *Meum tempus nondũ impletũ est*; debuerunt Sacræ litteræ illũ delineare, ac prænunciare, vt omnes crederent in eum, qui venturus esset: debuerunt, & post aduentum Domini, eum quasi digito demõstrare, dicentes: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata. Hic est Filius Dei, qui credit in illum, habet vitam æternam.*

Ioan. 7. 6.

Ioan. 1. 29.

Hæc autẽ sunt duo testamenta, testimoniũ perhibentia de illo, quorũ vetus duob. testibus firmatum est, Moyse & Elia, id est lege & Prophetis: Nouum verò tribus testibus stabilitum, & ratum factũ est, Petro videlicet, Iacobo, & Ioanne; in quibus Ecclesia lumine plena, & domus fundata supra firmam petram clamatà finibus terræ, & in omni loco. *Ecce sponsus venit, exite obuiam ei*, cum gaudio susципientes verbum Dei. Propter quod prædicato Euangelio in vniuerso mundo, totus mundus post eum abit, & adorant eum omnes Reges terræ, & omnis terra veneratur, & metuunt eum omnes fines terræ.

Mat. 26. 6.

Deut. 19. 15 & Matth. 18. 16.

Porrò *in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.* Si ergò Testamentum vetus, quod antiquatur, & senescit, stetit in ore duorum testium; hoc, quod est nouum & æternum, permanens videlicet in sæculum & in sæculum sæculi, in ore triũ testium stare, fuit congruentissimũ; vt per duos ibi, & per tres hic intelligatur sufficiens demonstratio: hic verò superans; ac propterea si ibi fuerunt centum quadraginta quatuor millia signati, hic visa est turba magna, quam dinumerare nemo potest omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis.

Apoc. 7. 4.

Sic ergò conuenientia apparet & ratio, quamobrem voluit ante tempus prædici quæ ventura erant Cum autem in hesternalectione diceret; *Ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis; tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint occident eum, & tertia die resurget* Videtur quòd passio illius præcipuè sit prænuntiata, & in hoc, quòd traditus est, illusus, flagellatus, consputus, & crucifixus, consummata sint omnia, quæ de illo scripta sunt. Attamen addens: *Et resurget tertia die*, ostendit etiam gloriam Resurrectionis vaticiniis Prophetarũ esse comprehensam. Propterea Petrus ad hæc duo capita reducit Prophetias, per quæ saluati sumus. Dicens enim, quòd reportamus finem fidei, salutem animarum, subdit: *De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in nobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi; prænuntians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.* In passione itaque consummantur omnia in Christo illam præcedentia; tota enim vita illius ordinabatur ad passionem, immò in tota vita semper est passus, quarum passionum ea, quæ apertè passio est, & passio dicitur, est complementum. Propter quod non passionem dicit Petrus, sed passiones. Resurrectio verò initium gloriæ dedit, quæ gloria non habet finem. Nam & ità clarificatus est; & continuè clarificatur. Potissimùm verò in fine sæculi, cum venerit in maiestate sua; etenim venturus est in gloria Patris sui, redditurus vnicuiq; secundùm opera sua; & glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in his, qui crediderunt. Nam de gloria, qua glorificatus est in cœlis, quid attinet dicere, cum sedeat cum Patre suo in throno eius, gloria & honore coronatus? Vnde & Paulus: *Eum, qui modico, quam Angeli minoratus est, videmus Iesum propter Passionem mortis, gloria & honore coronatum. Vt omniu lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patru.* Propter hoc Petrus sicut dixit passiones, ità non gloriam dicit, sed posteriores glorias. Quoniam verò, vt dixit Apostolus, propter Passionem mortis, gloria & honore coronatus est, &, Deus exaltauit illũ; perspicuum est in Passione sua potissimum, vim omnium vaticiniorum contineri, quæ

Luc. 18. 31.

1. Pet. 1. 10.

Matth. 25. 31.

Matth. 16. 27.

2. Thess. 1. 10.

Apoc. 3. 21.

Heb. 2. 9.

1. Petr. 1. 11.

Heb 2. 9.

Philip. 2. 11

quæ de illo erant. Et hanc in primis oportuit per ſpiritum Prophetiæ præcognoſci. Rationibus his.

5. Quarum iſta ſit prima; cum in ipſa Paſſione occurrerint multa, quæ ex hominum malitia proceſſerunt; imò iniuriæ omnes ipſi illatæ, atque ſupplicia, qui certè impij volentes, ac ſpontanei iſta perpetrarunt, ità quod potuerint abſtinere, quod adeò verum eſt, vt Dominus ipſe nihil nõ fecerit ad reuocandum Iudam ab immani illo ſacrilegio ſuo Poſſet quis Paſſionem caſui tribuere aut fortunæ, eamq; pendere ab hominum libertate arbitrari: & propterea non fuiſſe Diuinum conſilium, quo decreuerit, eripere homines de poteſtate tenebrarum, atque illos in gloriam adducere. Atque ita contingeret, non ſuſcipi Paſſionẽ, vt rem diuinam, diuinoq; conſilio decretam atq; diſpoſitã, verum vt caſu magis quodam, atque malitia hominum dumtaxat euenientem. Decreuit itaque ſapientia Altiſſimi illam prænuntiare per ſeiuos ſuos Prophetas: ſic enim vt ab eo præuiſam, ita & prouiſam cogimur venerari. Non enim minus quam Creatorem, Redemptorem debemus illum credere atque ſuſcipere Ad Creatorem creaturarum ſpeciebus, numero, ordine, ſeipſum declarauit; creaturis ipſis clamantibus ſe multas ab vno, ſe imperfectas à perfecto; ſe mobiles ac tranſeuntes ab immobili, ſe finitas loco, tempore, vigore, natura, ab infinito eſſe productas. Ergo Redemptor quoque ſua débuit habere teſtimonia credibilia, imò & credibilia magis, quam Creator.

At opera redemptionis multa, eaque prꝛcipua ſpeciem habuerunt, ſuperficiem, & corticem deſpicabilem, & nihil minus, quam redemptionem mundi referre viderentur. Congruum itaq; fuit ac neceſſarium, vt aliqui veluti digito, illa demonſtrantes dicerent: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi Venit qui eripiat, & auertat iniquitatem à Iacob. Et cui dictum eſt: Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad fines terræ.* Hoc autem factum eſt per vaticinia Prophetarum, præter alia multa teſtimonia credibilia nimis. Ita enim opera, quę vilia videbantur & deſpecta, irradiata ſunt ſplendoribus ſanctorum vaticiniorum atque verborum Domini, multorum teſtimoniorum, quæ reiici pacto vllo non poſſunt. Ornauit quippe naturalia ſuis coloribus, figuris, admirandiſq; diſpoſitionibus. Haud ſecus nec minus, ſed magis debuit iſta decorare, quæ ſublimiora ſunt, atque præſtantiora. De illis ait Moyſes: *Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* Ait & Sapiens: *Magnalia Sapientiæ ſuæ decorauit, qui eſt ante ſæculũ, neque adiectum eſt, neq; minuitur. Quàm deſiderabilia ſunt opera eius, & tanquã ſcintilla, quæ eſt conſiderare?* Magnalia Sapientiæ eius vocat magna opera Domini exquiſita in Sapientia ſua, quæ operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. Hæc Deus ipſe, qui eſt æternus, nempè qui eſt ante ſæculum, illa ſic ornauit atq; in omnibus ita perfecit, vt nihil addi eis poſſit, aut minui. Neque enim ſuperfluitas in illis eſt aliqua, neque inſufficientia, ne muſca quidem, aut cœnomia; aut ſciniphes, aut quidquam quantumuis minimum ſuperfluit in vniuerſo, vt minui liceat. Neq; intellectus quiſquam quantumuis perſpicax poteſt ſuis cogitationibus inuenire, quid huic operi perfectiſſimo adiici poſſit Talia ergò cum ſint opera Dei, tum deſiderabilia facta ſunt nimis, tum nimis admirabilia. Eorum quippe vix ſcintillam, quaſi immenſæ flammæ, licet conſiderare. Et id tamen puſillum, quod datur conſpicere, eſt viſu impensè delectabile. Quid ergò ſi poſſemus plenè capere atque comprehendere? Audiemus argumentum patientis, qui poſtquam mirabilia recenſuit opera Dei, iſta ſubiecit. *Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius, & cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitru magnitudinis illius intueri?* Guttam vocat eamque paruam, quæ de operibus Dei dicuntur. Et audimus. Et ſi adhæc, admiratione ſuſpendimus, quid eſſet, ſi immenſam illorum magnitudinem plena apprehenderemus intelligentia?

Ab his ad ſpiritualia tranſeuntes, & ad illud

Ioh. 1. 29.
Rom. 11. 26 & Iſa 59 20.
Iſa. 49. 6.

illud maximè, quod omnium operum est præstantissimum, nempè Passio Domini, quanto ornatoria, pulchriora, magisque desiderabilia certò esse confiteri debemus?

Iob.26.13. Ibi dicitur: *Spiritus eius ornauit cœlos.* Quale ergò ornamentum Passioni debuit adhiberi, cuius magnificentia eleuata est super cœlos, cuius efficacia peruenit vsq; ad thronum Dei? Hoc verò ornamentum spiritu Prophetiæ maximè compactum est. Ideò enim Dominus ingrediens campum huius certaminis, quando in horto accesserunt ad eum, & tenuerunt eum, & ligauerunt: dixit ad Petrum, qui suppetias ferre moliebatur: *Quomodo ergò implebuntur Scripturæ: quia sic oportet fieri?* Et addit Euangelista: *Hoc autem totum factũ est, vt adimplerentur Scripturæ Prophetarum.* Vidit Euangelista extremam abiectionem Christi, quæ tanta fuit, vt Apostoli ipsi scandálum paterẽtur, putauit ornandam illam esse atque decorandam, ne mundus quoque scandalizaretur, audiens hanc tantam Christi ignominiam atq; despectionem: propterea adhibuit velamen, operuit ornamento Prophetiæ, vt si cognosceretur, hoc fieri consilio ac prouidentia Dei; hoc esse deputatum ad salutẽ mundi; opus esse gloriosum, quo Deus honorificatur; de quo Paulus ad Romanos: *Omnes peccauerũt, & egent gloria Dei.* Vocans gloriam Dei opus gloriosum, quo Deus glorificatus est, & quo peccatores omnes indigebant. Quod certè opus, Passio Christi est, quæ & mundum saluauit, & Deum honorificauit.

Matth. 16. 54.

56.

Rom.3.23.

6. Ratio alia fuit, vt huius operis splendore totum humanum genus, quod sedebat in tenebris, illuminaretur. Sicut enim hac luce vniuersus orbis respergendus erat, ità eius radios debuerunt omnia sæcula participare, vt non esset, qui se absconderet à splendore & vigore eius. Aggressurus Dominus Passionis suæ magnum negotiũ, sacram instituit Eucharistia, in qua mortis suæ commemoratio continuaretur, donec veniat ad iudicandum sæculum per ignẽ. Nunquid ergò & qui præibant alnno insidentem, non debuerunt illius habere notitiam, vt & qui præibant, & qui sequebantur cantarent: *Osanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini?* Quomodo autem laudarent, quem nõ cognoscerent: & quomodo cognoscerent, nisi illuminarentur? Propterea eodem contextu Dauid & rogat: *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.* Et protestatur: *Confiteantur tibi populi Deus; confiteantur tibi populi omnes.* Omnes (inquam) & anni antiqui, & futuri sæculi. At verò illuminatio in diebus antiquis mundum illustrare non poterat, nisi quod futurum erat prædicendo. Propter hoc ergò Patres firmiorem habuerunt Propheticum sermonem ad illuminationem mentium suarũ. Quo factum est, vt Scripturæ tam Veteris quam Noui Testamenti, stellarum instar à claritate diuinæ Passionis; veluti à Sole reciperent lumen, splendorem, decorem. Disce tu Christiane, q̃ sicut totus mundus à sua cõstitutione ad suam destructionem vsque; & omnis caro vidit Salutare Dei; haud secus totus tu, spiritus videlicet vsque ad carnem, semper ante oculos teneris habere Dominicam Passionẽ, omnibus diebus vitæ tuæ, vt nunquã transeat à te hora ista, quã ad te transire Dominus rogauit, & impetrauit. *Lux oculorum* (inquit Salomon) *latificat animam: & fama bona impinguat ossa.* Ac si dicat: Sicut lux per oculos ad animam vsque penetrat, illã lætificans: sic fama bona, quia quis bene audit, pinguedine consolationis totum replet hominem: adeò vt ossa quoque, quæ natura sua sunt sicca; pinguedine repleantur. Id quod excellentius verum est in casu nostro. De Christo scriptum est: *Abiit opinio eius in totam Syriam*, ipso videlicet prædicante in regionibus illis, ac miracula operante. At verò lux passionis eius, atque fama diffusa est in vniuersam terram, quæ sicut illuminauit corda ad cognoscendam virtutem Saluatoris, ita gratia impleuit totum hominem, vt totum saluum faceret. Quare enim omnis adeps Domini erat; certè vt arentem terram nostram, adipe meritorum Christi miseri-

Matt.21.9

Psal.66.1. 4.

Luc.3.6.

Prou.15. 30.

Mat 4.24.

Matth.26. 26.

Leu.3.16.

corditer impinguaret. Circundent Christum tauri pingues, qui famem patiuntur vt canes, deuorent carnes eius, certè omnis adeps Domini fuit; pinguedo huius Sacrificij oblati in Cruce, vis, deuotio, meritum, charitas, obedientia ad Deum ascendit, cœlos penetrauit, appropinquauit in conspectu Domini; quo veluti emollitus, mitis, & mansuetus factus, misit de cœlo misericordiam suam, vt fieret salua omnis caro, & ossa vniuersa, quæ super campum sicca erant vehementer, nedũ carne & neruis operirentur, sed & pinguedine replerentur, vt vitam haberent, & vehementius haberent, & fieret exercitus grandis & potens. Sit ergò in nobis assidua memoria Crucis, recordatio mortis Christi, vt holocaustum nostrum pingue fiat, sicut coram Deo, ita in cordibus & animabus nostris.

Ezec. 37. 1

Psal. 19. 4.

7. Tertia quippe ratio est, quòd non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, nisi nomẽ hoc, quod est super omne nomen. Portò in nomine Iesu, gratia omnis viæ & veritatis, in eo omnis spes vitæ & virtutis. *Vocabis* (inquit) *nomen eius Iesum; ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Hanc igitur salutem, vt consequantur homines, Saluatorem cognoscere debuerunt, atque illi adhærere. Torcular quippe calcauit solus, vt inde biberent amici eius, inebriarenturq; charissimi. At quomodò bibes vinum hoc salutis æternæ, nisi appropinques, adhæreas, os tuum admoueas, illique copules, atque coniungas? *Venite* (inquit) *ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Venite, comedite panem meum: & bibite vinum quod miscui vobis. Venite, emite absq; argento, & absque vlla commutatione, vinum, & lac.* Quomodo ergo venitur, & appropinquatur? Audi consequenter: *Audite audientes me: & commedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.* Audiendo ergò, credendo, obediendo accedimus ad eum. Cur enim dixit Dominus Iesus. *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.* Solus, qui credit in illum, accedit ad illum, vt manducet, & bibat de carnea eius, & de torculari. Audiamus illum adhuc: *Qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, nõ sitiet in æternum.* Per fidem ergò accedimus & bibimus. *Veruntamen quomodo credent ei, quem non audierunt? Aut quomodo audient sine prædicante?* Ecce quare Prophetæ prædicauerunt nasci Saluatorem de Virgine Maria. Ita enim spe salui facti sunt, qui antè illum fuerunt. *De qua propterea & salute exquisierunt, atq; scrutati sunt Prophetæ, in quibus Spiritus Christi prænuntiauit, quæ in Christo sunt passiones.* Cum ergò *vnus* sit *Saluator mundi, vnus & Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, ita vt omnis, qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam.* Agnus iste, qui tollit peccata mũdi, ab ipsa origine mundi debuit prænuntiari, quali Agnus mansuetus, qui portatur ad victimã. Hoc verò præstitit diuina prudentia serpentẽ alloquens. *Inimicitias ponã inter te, & inter mulierẽ & semen tuũ, & semen illius. Ipsa conteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Cõtriuit ipsa caput serpentis, quãdo in semine suo confregit potentiam illius, electos eripiens de potestate illius. Insidiatus est ipse calcaneo eius, quando nouissimũ virorum suis fraudibus interficiens, fecit esse virum dolorum, & scientem infirmitatem; crucifixus est enim Christus ex infirmitate.

Matth. 11. 28

Prou 9. 5.

Isa 55. 1.

2.

Ioh. 6. 65.

Rom. 4.

Ita ergò prædictionibus Deus confirmauit fidem nostram, dum præsentes videmus, qui non videntes præsentia, futura præuiderunt. Ita Dominus dixit discipulis suis: *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi.* Vt credant, renuntiat illis absentia, & hoc propter vtilitatem eorum. Maxima ergò vtilitas nobis accidit ex antiquis reuelationibus firmantibus fidẽ nostram. Consolatur quoq; nos dum per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habemus in Christi Passione, quam prædixit Dominus per os Sanctorum, qui à sæculo sunt Prophetarum eius. Speramus salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Non enim tantum an-

tùm anteriores passiones, sed & posterio-
Cor 13.4 res glorias prænuntiauit. Si enim ipse, qui
m. 6.9. crucifixus est ex infirmitate, viuit ex virtu-
te, ita vt mors illi vltra non dominetur; &
nos idem in nobis, quod & in Christo Iesu
Gal. 5. sentire debemus. Quapropter saluatus ex
ore leonis, & à cornibus vnicornium, lau-
Psal. 21 dans exhortatur. *Timeat eum omne semen*
Israel: quoniam non sprevit, neque despexit
Psal. 68. 33 *deprecationem pauperis, nec auertit faciem*
suam à me. Videant pauperes, & lætentur:
quærite Deum & viuet anima vestra: Quo-
niam exaudiuit pauperes Dominus, & vin-
ctos suos non despexit.

2 Tim 1.8. Si hoc non credis, audi Paulum vinctũ
Eph. 3. 1. eius, qui se prædicat vinctum Iesu Christi.
Ita enim scribit ad Ephesios: *Ego Paulus*
vinctus Christi Iesu pro vobis Gentibus. Et
Philem. 1. in salutatione ad Philemonẽ: *Paulus vin-*
ctus Christi Iesu; Et in Epistola: *Cum sis*
talis, vt Paulus senex, nunc autem, & vin-
1 Cor. 1. 8. *ctus Iesu Christi.* Vide nunc, si Christus
vinctum suum hunc despexit. *Non volu-*
mus ignorare vos fratres de tribulatione no-
stra, quæ facta est in Asia, quoniam supra
modum grauati sumus supra virtutem; ita
vt taderet nos etiam viuere. Sed ipsi in no-
bismetipsis responsum mortis habuimus, vt
non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui su-
scitat mortuos, qui de tantis periculis nos eri-
puit, & eruit, in quo speramus quoniam &
adhuc eripiet. Ergò vinctos suos non de-
spexit. Pro solatio itaq; habemus sanctos
2 Macch. 12 libros, in eis percipientes & degustantes
9 consolationem Scripturarum, quæ fructũ
afferunt in patientia. Sed nunquid non pa-
scimur & potamur scrutantes scripturas,
earumq; mysteria studio eruentes assiduo,
dulciora super mel & fauum? Mel & lac
sub lingua eius, quia eloquium suum dul-
ce faucibus nostris.

Isai 61 11. Non enim frustra de illius sponsa orna-
Cant. 1. 10. ta monilibus suis dicitur in Canticis Salo-
monis. *Collum tuum sicut monilia*, id est ac
si monilibus sit ornatum. Per collum au-
tem transit spiritus, vnde verba formãtur;
quæ propterea sunt pulcherrima, atq; de-
Eccl. 40. lectationibus plena. Audi Sapientem: *Vi-*
20. *nũ & musica lætificant cor; & super vtraq;*
dilectio sapientia. Tibiæ, & psalterium suauem faciunt melodiam; & super vtraque lingua suauis. Audit ergò Ecclesia ex ore Dei, & hominibus eloquia illius, quasi li- *Ezech. 3. 1.*
brum offerens ad comedendum, qui fit *Apoc. 10.*
tanquam mel in ore comedentis, vt verum 10.
sit quod de ore comedentis exiuit mel, *Iudic. 14.*
dum loquitur Deus in Prophetis, & in Ec- 14.
clesia sua. Aueriò neque vinctos in lacu *Zach 9. 11.*
miseriæ non despexit Dominus, cui dici-
tur à Propheta. *Tu quoque in Sanguine te-*
stamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in
quo non erat aqua. Quantò magis emit-
tet de luto fæcis, qui vincti sunt super ter-
ram, modò sint vincti sui, persecutionem
patientes propter nomen suum, qui dice-
re possunt. *Funes peccatorum* (id est pec- *Ps. 118. 61.*
catium) *circumplexi sunt me, & legem*
tuam non sum oblitus.

Hanc quoq; præter dicta omnia, à Pro- 9
phetis vtilitatẽ capimus, quòd multa do-
cent nos de Christo, quæ non scripserunt,
aut explicauerunt Euangelistæ. Res enim,
quæ à Prophetis agebantur, commodius
admittebant mysteria quædam Passionis,
quam propositum Euangelistarum: sic di-
sponente Domino, vt mutuò se testamen-
ta declararent, dum Euangelistæ & plura
& clariora referunt de Passionibus Domi-
ni. Prophetæ verò adimplent quæ desunt *Isai. 50. 6.*
in Euangelistis, cuiusmodi sunt ista: *Dedi* *Psal 21. 18.*
genas meas vellentibus. Dinumerauerunt *Isai. 50. 7.*
omnia ossa mea. Posui faciem meam, vt pe-
tram durissimam.

Ex his docemur, nos iugiter Domini- 10
cam Passionem debere meditari, quando *Exhortatio*
vtriusq; testamenti paginæ veluti sangui-
ne Christi aspersę sunt, dum illam referunt
abundanter. Ad quod euidentius inuen-
dum facit, quod iuge erat sacrificium agni *Exod. 29.*
immaculati, qui vespere & mane singulis 38.
diebus offerebatur, & continuè erat san-
guinis effusio in sacrificiis, & holocaustis,
quæ omnia mortem Domini referebant.
Si autem respuente Deo sacrificia illa ve- *Isai. 1. 11.*
tera, atque dicente: *Holocausta arietum, &*
adipem pinguium, & sanguinem vitulo-
rum, & agnorum, & hircorum nolui. Ve-
nit agnus Dei, vt faceret voluntatem eius,
quomodo supplebit imperfectionem illa-
rum hostiarũ, quæ quotidiè offerebantur,

si iuge sacrificium sic aufertur in Ecclesia, vt iuge non sit, vt pereat memoria eius atque realis exercitatio? Sanctè igitur atque
Luc.22.19 sapienter iussit Dominus: *Hoc facite in meam commemorationem.* Facite (inquit) quod pertinet ad veram oblationem, atq; sacrificii veri efficientiam. In meam commemorationem, vt factio illa, quæ est sacrificatio, intelligatur facta ad recordandam iugiter mortem Domini. Hoc itaque intendit Dominus, vt mortem Domini annuntiemus, donec veniat; vt iugis, & nunquam interrupta perseueret memoria
Gal.6.17. tantæ Passionis; vt stigmata Domini Iesu in carne nostra portemus, & in mente; vt totus homo noster crucifixus sit.

11 Quid putas Moyses iuuenes aduocauit,
Exod.24.5 qui offerrent holocausta, quorum sanguine firmatum est fœdus inter Deum & populum, nisi vt sanguinis testamenti, diuturnior esset memoria immò perpetua? Productior vita iuuenum, firmior recordatio; plurium ab eis descendentium instructio. Iuuenes recordentur, id est noua sit semper huius mysterii recordatio, nunquam antiquetur, nunquam senescat, nũquam frigescat: ardens sit semper fortis, atque maximæ efficacitatis. Ecce cur iuuenibus demandatum fuit sacrificium il-
Psal.118.9 lud. Sed audi rursus quid tibi prosit. *In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.* Si adolescentium vita corrigitur, dum custodiuntur sermones Domini, quantò magis si ipsius Domini dolores custodiantur? Nonne magis mouent exempla, quàm verba? Nonne acutius excitat charitas exhibita, quàm doctrina proposita? Securius proceditur in via, quæ pedibus præcedentibus demonstratur, quam verbis prædicantibus, aut
Ioan.12.32 etiam digitis ostendentibus Et quem non moueat Christus eleuatus in Cruce? *Ego si exaltatus fuero* (inquit) *à terra; omnia traham ad me ipsum.* O tractio! ô virtus Passionis eius! Mente itaque per contemplationẽ accedite ad eum, vt trahamini; & carne per imitationem, semper mortificationem Iesu in corpore vestro & corde circunferentes.

SECVNDA PARS.

12 Reliqua nobis est sanctarum Scripturarum scrutatio, quasi nobis dictum sit: *Scrutare scripturas*, vt cognoscamus in ipsis, & intueamur salutare Dei. Quandò enim promisit Deus hoc salutare suum, simul eloquia sua laudauit, quasi digito demonstrans, vbinam posset omnis caro illud intueri. Ecce in Psalmo promissio- Psal.[illegible]
nem: *Ponam in salutari* (id est dabo salutare) *fiducialiter agam in eo* (magna quippe in eo facturus sum, qui ipse faciet omnes voluntates meas, ità quòd quidquid voluero, valeam secum agitare) *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum, terræ purgatum septuplũ.* Casta sunt, id est pura, eloquia Domini, vt nihil terrenum sit in ipsis, à terrenis omnibus repurgata; septuplum id est perfectissimè. In his ergò respicientes, tanquam in præsepio inueniemus illum, obuolutum pannis infantiæ, id est humilitatis, paupertatis, & abiectionis; quin magis in Cruce nudum, vt possimus dinumerare omnia ossa eius, virtutesque præclaras enucleare.

13 Quoniam verò opus esset immensum, sic omnia ossa eius exjmiasque virtutes inuestigare & denudare, quinque illis capitibus contenti simus, quibus ipse testatur impleta esse omnia, quæ per Prophetas dicta sunt de illo: *Ecce* (inquit) *ascendimus* Luc.18.[illegible]
Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum. Neque rursus sunt nobis percurrendi campi omnes sanctarum Scripturarum; vndè quinque ista mysteria penitus eruamus: sed loca illa tantummodò dispiciamus, quæ in litteris noui Testamenti reperimus exarata.

Vbi primum tria Scripturarum loca inuenimus, quæ generatim passiones omnes vnà comprehendunt; quorum duo prima à Christo ipso citata reperimus. Indicans quippè ab vno se tradendum discipulorum suorum dixit: *Filius quidem hominis* Mat.26.[illegible]
vadit, sicut scriptum est de illo: Veruntamen va-

men væ homini illi, per quem filius hominis
Ioan.14.28 *tradetur.* Vadit (inquit) quonam? *Vado ad*
Iap.5.1. *Patrem*, ait in eadem cœna. At via, qua vadit, est iter exterminii, & tormentum mortis, vt esset afflictio exitus illius, qua transiit ex hoc mundo ad Patrem. Hoc igitur expediuit, iter ambulans per loca aspera & inuia, iuxta quod de illo scriptum erat, atque diuinitus prænuntiatum. Rursus quando in horto accesserunt, & tenuerunt eũ, & ligauerunt, iam traditum à Iuda in manus peccatorum, Petro defensionem illius meditanti, & iam aggredienti dixit:
Mat.26.53 *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?* Sic (inquam) fieri oportebat, vt implerentur Scripturæ. Quid vero intelligitur per illud, Sic? Certe tota Passio, quæ tunc incipiebat; iam enim tradebatur in manus peccatorum, qui illum essent varie afflicturi, & crudeliter interfecturi. Addit tertio Matthæus, qui duo iam dicta loca
Mat.26.17 recensuit: *Hoc autem totum factum est, vt implerentur Scripturæ Prophetarum.* Totũ (inquam) quod suum principium tunc habebat. Tota ergo Passio, sicut à Deo decreta fuit & definita, haud secus est per os Sanctorum prædicta & prænuntiata.

14 Nunc ad specialia descendamus, quo-
Luc.18.32. rum primum est traditio. *Tradetur enim* (inquit) *Gentibus.* At vbi prædictum est hoc? Dominus reuelans Iudę traditionem, eamque Psalmi auctoritate confirmans a-
Ioan.13.18 it: *Vt impleatur Scriptura: Qui manducat mecum leuabit contra me calcaneum suum.* At locus Psalmi non de vno tantum Iuda mentionem facit, sed plures comprehendit, qui sicut Iuda illum tradidit eis, ita ipsum Gentibus tradiderunt. Sic enim ha-
Psal.40.6. betur in Psalmo: *Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius?* Etenim & vitam auferre & famam conati sunt, propterea q; tradiderunt eum Gentibus ad crucifigendum, vt mors vitã, crux famam prorsus aboleret. Rursus in
Psal.40.8. Psalmo: *Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me.* Quæ vero susurratio? Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium, & Ioan.11.47.
dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* & reliqua. Quomodo cogitabant mala illi? *Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum.* Quando ver- Ioan.11.53.
bum iniquum constituerunt aduersus eũ? Quando dixerunt: *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum*: & quando Ioan.18.30
post plurimas accusationes & calumnias clamauerunt: *Crucifige, crucifige eum.* Ex- Ioan.19.6.
aggerans autem Dominus suorum persecutorum malitiam & crudelitatem, addit, Ps.40.10.
quod & homo pacis suæ, in quem confidebat, & socius mensæ suæ magnam fecit supplantationem, & deceptionem, tradens illum osculo pacis. Quod vero interserit Psalmus: *Nunquid, qui dormit,* 9.
non adiiciet, vt resurgat? potest intelligi, vt sit vox admirantis patientiam Christi. Num diu sustinebit tantam abiectionem, tantaque tormenta, vt quasi mortuus non resistat malo? Idcirco postmodum intulit: *Tu autem Domine miserere mei & re* 11.
suscita me, & retribuam eis. Ex quibus patet, quod homo ille pacis, qui traditor fuit, non Iudas est duntaxat, sed totus populus, sicut non Iudas solum perdidit Episcopatum Apostolatus, sed de toto populo verum est, quod translato sacerdotio, Episcopatum eius alter accepit. Ideo in Psalmo conqueritur: *Extraneus factus* Psal.10.8.
sum fratribus meis, & peregrinus filiis ma- Psal.68.9.
tris meæ. Quod autem loquatur de Christo, notum faciunt immediate sequentia verba: *Quoniam zelus domus tuæ comedit* Ioan.2.17.
me, & opprobria exprobrantium tibi cecide- Rom.15.3.
runt super me; quæ, testibus Euangelio, & Paulo, sunt verba Christi.

Hinc trahemus documentum virtutis 15
atque salutis. In Psalmo Dominus Iesus deplorans hanc miseriam suam, relinquit nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. *Longe* (inquit) *fecit notos à me, posuerunt me* Psal.87.9.
abominationem sibi. Traditus sum, & non egrediebar, oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te Domine tota die; expandi ad te manus meas. Vbi vides, quod per notos à se elongatos, non Apostolos modo intelligit, sed cæterosque Iudæos, qui erant fra-

tres sui secundum carnem. Ab his abominatus & traditus, patientissime tulit, non clamans, non resistens, non quærens, aut curans exire de manibus eorum, quibus traditus est: oculos tantum leuauit ad Patrem, & sustinens, donec deficerent oculi atque languescerent præ inopia auxilij, quod ferre differebant. Quæ est instructio nostra, non resistendi malo, æquanimiter
Pro. 15. 18. illud ferendo. *Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.* Hoc medio & remedio vsus est Christus, vt furorem mitigaret inimicorum suorum, illis non dans neque offensionem neque etiam defensionem. Quid tu Christiane? Quid vos fideles? Quot a vobis rixæ prouocan-
1. Cor. 6. 7. tur? *Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis; & hoc*
Num. 12. 3. *fratribus.* Moyses erat vir mitissim⁹ super omnes homines, qui morabantur in terra.
Isai 42. 1. Sed quis vt Christus? *Non clamabit neque contendet neque audiet aliquis in plateis vo-*
Mat. 12. 19 *cem eius.* Non erit tristis, neque turbulentus: tales vos esse oportet; si vere Christum induistis.

16 Secundum est illusio. In nouo Testamẽto de hac testimonium habemus Apostoli:
Rom. 15. 2. *Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est:*
Psal. 68. 10 *Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me.* Hoc Paulus scripsit, nos docens, ne nobis placere putemus, gloriã quærentes ab hominibus. Hoc est enim sibi pla-
Rom. 15. 1. cere, quod dissuadet Paulus: *Debemus nos firmiores, infirmitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.* Et ad hoc nos excitat exemplo Christi, qui non sibi placuit; dicebat enim: *Ego gloriam meam nõ*
Ioh. 8. 50. *quæro*: & in Psalmo: *Opprobria expro-*
Ps. 68. 10. *brantium tibi, ceciderunt super me.* Vidit inhonoratum Patrem ab hominibus, exinaniuit semetipsum factus vilis & despe-
Psal. 21. 7. ctus, *vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis*: ita vt omnes videntes eum, deriderent eum. Ita expolians se honore, qui illi debebatur, vt Filio Altissimi ac vero Deo, obtulit illum Deo Patri suo, in se suscipiens opprobria, quibus Deus inhonorabatur, atque illi offerens gloriam omnem, quam Deus ab hominib. recipere potuisset. Si enim *Deus ab humi-* Ec. 3. 21.
libus honoratur, quantum honorem obtulit Christus Patri, qui vt Patrem honoraret, humiliauit semetipsum, factus nouissimus virorum, & vermis, & non homo? At nos despicimus Deum. De filio ait Salomon: *Filius sapiens lætificat Patrem: &* Pro. 15. 20.
stultus homo despicit matrem suam. Quod sic intellige. Sapiens lætificat parentes, stultus despicit illos. Quare ergo lætificat? quia honorat. Si lætificat, qui honorat: cõtristat, qui despicit. Quanta ergo displicentia Dei, dum despicitur & inhonoratur, qui per præuaricationem legis inhonoratur? Tu tam seuerus es in te inhonorantes. Vnde de illo, qui iniuriam patitur in Rom. 2. 23.
vxore, quæ est gloria viri, scriptum est: *Zelus & furor viri, non parcet in die vin-* Pro. 6. 34.
dictæ, nec acquiescet cuiusquã precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Cupidi nimis sumus custodesque honoris: cætera in comparatione illius paruipendimus: qui nos tangit in illo, tangit pupillam oculi nostri: mox sentimus, ferre non possumus. Vade ergo tu, vt cedas, & vide Luc. 23. 11.
Iesum tuum illusum veste alba, & veste purpurea, irrisum, confusum, despectum, passioneque turpissima condemnatum & Ioh. 19. 2.
afflictum.

Flagellatio. Hanc innuit Christus dum 17
discipulorum dispersionem vaticinio cõfirmat dicens: *Scriptum est enim: Percu-* Matth. 26.
tiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Potest quidem tota Passio nomine percussionis intelligi. Vnde & in Propheta legimus: *Framea suscitare super pastorem* Zach. 12. 7.
meum, & super virum cohærentem mihi: dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oues. Framea quidem tota passio est. Vnde & illud est: *Erue à fra-* Psal. 21. 21.
mea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Proprie tamen intelligitur flagellatio, iuxta quod dicit in Isaia ipse Dominus: *Corpus meum dedi percutiẽ-* Isai. 50. 6.
tibus. Idemque Propheta: *& nos putauimus* Isai. 53. 4.
eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Hoc certe, quia totum corpus laceratum erat flagellis, & liuoribus plenum.

Isa.53.5. 1.Pet.2.24. plenum: *Liuores* (inquit) *nostros, ipse portauit, cuius liuore sanati sumus.*

18 Hinc nos discamus in flagella paratos esse, idque potissimum merentibus peccatis nostris. Multa enim flagella peccatori Psal.31.10. debentur. Dominus innocens manibus, & mundo corde, qui transiit benefaciendo, Psal.37.18 & dilexit nos; dicit tamen in Psalmo. *Ego autem in flagella paratus, & dolor meus in conspectu meo semper.* Hoc est quod dicit alibi. Psal.34.15. *Congregata sunt super me flagella, & ignoraui.* Sed quomodo ignorauit, si in illa paratus erat? Vir innocens, qui nihil minus meruit, quam flagellari, de flagellis non cogitat, negotium suum tractans & agens: huic si superueniant flagella, recte dicit, se illa ignorasse. Intendit ergo suam innocentiam declarare; qua tamen non obstante, congregata super illum sunt multa flagella. Flagellatur itaque innocens; tu autem, qui peccator es, instar innocentis abibis? non eris innocens. Flagellaberis, cæderis, percutieris. Christus, qui peccatum non fecit, dicit in Psalmo: Psal.37.18. *Ego autem in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper; Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* Sic inuens peccanti deberi flagella; idcoque ipsum habere se ac si peccasset, atque propter peccata sua se flagellis offerret; cum alioqui peccata nostra sua deputet, pro illis passione sua, potissimum flagellis, satisfacturus. Si ergo illi, cui non erat iudicium, vt biberet calicem Domini, bibit illum vsque ad fæces: tu quasi innocens relinquetis, Isa.49.12. sed bibens bibes. Bibe ergo, & sustine sustentationes Domini. Ez.2.3.

19 Conspuitio. Expressam in nouis paginis citationem alicuius Prophetię de conspuitione non habemus, quod sub opprobriis illis contineatur, quæ citauit Apostolus. Illa enim in summa sint atque perfecta, hanc quoque iniuriam comprehendunt. Dixit Iudæis Christus in Euange- Ioh.8.49. lio: *Honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me.* Quam inhonorationem vt perficerent, conspuerunt faciem eius. Et cum flagella sint prædicta, atque in percussione sint citata, consequens erat, vt & conspueretur. Vbi enim dicit in Isaia: *Corpus meum dedi percutientibus:* addit: *Genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* Hinc Lucas: *Illudebant ei cædentes, & velauerunt eum;* cui addit Marcus: *Et cæperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius.* Vide ergo, Christiane, quantum se deiecit Filius Altissimi; quomodo profundū abyssi penetrauit sapientia Dei, quā stultam fecit mundus, vt oculis insipientiū visa sit impiens, & irrisione digna. Isaí.50.6. Luc.22.63 Mar.14.65

Heu quam procul à nobis distat doctrina ista! Insipientia nostra manifesta est. Et dicimus tamen & hoc iactanter, quod sapientes sumus, & quasi sapientes volumus magni fieri, honorari, laudari, cum re vera digni simus, qui cōspuamur. Dixit Dominus ad Eli per virum Dei: *Quicunque glorificauerit me glorificabo eum. Qui autem* 1.Re.2.30. *contemnunt me, erunt ignobiles.* Num tu honoras Deum? num tu non illum contemnis? Etiam in seruis vult honorari, & in sanctis suis laudari. Murmurauit Maria soror Moysi de Moyse fratre suo seruo Num.12.1. Dei, pro quo lepra percussa est à Deo, se vlciscente de iniuria sibi illata in seruo suo fidelissimo. Qui oranti Moysi pro ea dixit: *Si pater eius spuisset in eam, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi?* Vbi videmus lepram sibi illatam, comparari spuitioni, quam recepisset à patre; pro qua deberet saltem septem diebus, erubescens atque pudefacta, & confusa remanere. Qui conspuitur ergo, velut ignobilis contemnitur, atque vt contemptibilis despicitur. Hoc autem euenit, in primis verum Deum contemnenti. Audiuimus enim: *Qui contemnunt me, e-* 1.Re.2.30. *runt ignobiles:* Et Maria contemnens, contempta est. Hinc & in Isaia: *Va qui spernis,* Isai 33.1. *nonne & ipse sperneris?* Hinc & in lege habetur, quoc si quis moreretur sine filiis, vxorem eius acciperet frater eius ad suscitandum semen fratris, vt nomen eius non deleret; qui si nollet accipere, vxor illa tolleret calceamentum de pede eius, spueretque in faciem illius, & diceret. *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.* Vide pœnam, non honorantis fratrem suum, Deut.25.5. atque

atque ad eius nomen perpetuandum, recusantem habere filios, qui filij deputarentur fratris sui. Qui contemnit, contemnitur. Quæ contemtio apparet in spuitione. At vero Dominus Iesus non contempsit fratres suos, sed honorauit. Audi Simeonem confitentem : *Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Et de Ierusalem dicitur à Propheta : *Gloria Domini super te orta est.* Quid tamen retulit pro tanta gloria collata fratribus suis ? *Tũc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cecinerunt. Et cæperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere.* Ecce qui est Deus absconditus sub velo fragilitatis nostræ, & homo absconditus factus est. Et quasi absconditus vultus eius, vnde nec reputauimus eum. Si velatur facies eius, si conspuitur, nunquid non est absconditus vultus eius? Nos vero quid facimus ? Num fratrem hunc nostrum honoramus? Nunquid non instar Iudæorum contemnimus & blasphemamus illum ? & ambulamus tamen erecto collo, attrita fronte, aperta facie, quasi omnibus conspicui, vt non sit absconditus vultus noster. Quid faciebat scelestus ille Onan, qui duxerat Thamar vxorem fratris suis ? Introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Inuidebat glorię fratris sui, impediebat filiorũ generationem, in quibus fratris nomẽ permaneret. Heu & quid facimus nos? ea, quibus Christi nomen honorare atq; exaltare debemus, ad terrena deuoluimus in terram fundimus. Bona temporalia nostra, corporalia, animam ipsam, quidquid sumus, possumus, habemus, *omnia in gloriã Christi facere debemus*, vt monet Apostolus. Et tamen nihilominus facimus, vt de nobis verum sit quod dixit Salomon: *Abominatio Domini cogitationes malæ; & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo.* Iste est sermo, quo Deus honoratur, qui ideo pulcherrimus dicitur; nam speciosa est laus in ore iusti : & propterea stabilitur, vt non deficiat laus eius de ore hominum. Ergo

Luc. 1. 30.
Isai. 60. 1.
Matth 26. 67
Marc. 14. 65.
Isai. 45. 15.
Isai 53. 3.
Gen. 38. 9
1 Cor. 10. 31.
Pro. 15. 26.

cogitationes malæ, quas Deus abominatur, illius generis sunt, de quibus dixit Dominus Iesus: *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? dicebant autẽ intra se*, id est cogitabant : *Hic blasphemat.* Ita enim scribit Lucas: *Et cæperunt cogitare scribæ dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias?* Vide contemptum : vide despectionem superborum: vide cogitationes malas; à quibus summopere nobis cauendum est, ne ponat nos Deus abominationem sibi.

Crucifixio tandem; quæ duo continet, eleuationem in ligno, & crucifixionem in illo. Vtrumque notatum est in Euangelio, veluti in antiquis litteris prænotatũ. Nam de eleuatione dixit Dominus ipse: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.* De confixione scribit Ioannes Euangelista: *Facta sunt hæc, vt Scriptura impleretur : Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit : Videbunt in quem transfixerunt.* In qua crucifixione tria notabilia prænotauerunt Prophetæ, quæ in Euangelio quoque notata sunt. Primum est, quod narrat Ioannes cum aliis Euangelistis: *Crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.* Marcus autem sic recenset Prophetiam : *Cum eo crucifigunt duos latrones, vnum à dextris & alium à sinistris eius; & impleta est scriptura, quæ dicit : Et cum iniquis reputatus est.* Quinimo ipse Dominus etiam ante impletionem meminit huius Prophetiæ, dicens: *Dico vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est*; & addit : *Etenim ea, quæ sunt de me finem habent*, id est complentur ea, quæ de me scripta sunt. Secundum est quod referunt Matthæus & Ioannes: *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes; vt impleretur, quod dictum est per Prophetam, dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* De tertio denique ita scribit Ioannes : *Postea sciens, quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur dixit : sitio : Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset*

Mar. 4. 5.
Luc. 5. 21.
20
Ioan. 3. 14.
Ioan. 19. 36.
Exo. 12. 46.
Zach. 12. 10.
Ioan. 19. 18.
Mar. 15. 27.
Isai. 53. 12.
Luc. 22. 37.
Matth. 27. 35.
Ioan. 19. 23.
Psal. 21. 19.
Ioh. 19. 28.

arcepisset Iesus acetum. Scriptura ergo hic
Psal.68.22. citata dicit: *Dederunt in escam meam fel & in sitim mea potauerunt me aceto.*

11 Exhortatio. De quibus quoniam per singula discurrere non vacat, hoc cogitemus, quod Dominus noster, quæ passus est, voluit nota fieri, nõ contentus, quod passus sit, loco & tempore admodum manifesto; sed voluit ista scribi in vtroque Testamento, vt
Exod.24.7 veluti totus liber Legis ac Fœderis Domini, sanguine agni aspergeretur. Voluit ab Apostolis prædicari. Vnde Paulus: *Nos*
1.Cor.1.23. *autem prædicamus Christum crucifixum.* Et memoriale reliquit perenne suæ mortis, dicente Apostolo: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis,*
1.Cor.1.23 *mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Vt notum sit omnibus nobis, quod sicut Christus confixus est cruci, ita & nos Christo confixi esse debemus; Christo (inquam) Crucifixo. Inde ipse per Pro-
Zach.12. 10. phetam: *Aspicient ad me, quem confixerunt.* Aspexerunt iniqui, aspiciant & fideles & noti eius. De illis dicebat in Prophe-
Psal.21.8. 18. ta: *Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & mouerunt caput. Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me. Diuiserũt sibi vestimenta mea.* Ergo nudum absque vestimentis aspiciebant, irridentes veluti nudum diuino auxilio; in malis illius delectati. Heu si inimici aspiciunt ad derisionem eius, ad delectationem propriam: Nos, qui noti sumus, qui fratres sumus, qui filij sumus, cur non sancte, cur non fideliter, cur non deuote aspicimus?
Matth.27. 44. *Derident illi: Idipsum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant illi.* O im-
Rom.15.2. properium Christi. Tu Domine improperia improperantium Patri portasti super te. Cur & nos improperium tuum non portamus? Audite Apostolum, fideles Chri-
Heb.13.13. sti: *Exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes.* Christus extra portam passus est. Igitur ad eum exeamus, socij facti passionis eius, sequentes illum cũ cruce in scapulis nostris, cum stigmatibus in corpore, cum Passionibus in carne. Quidquid tulerimus in via hac, qua gradiemur secum, Passio illius erit, improperium Christi, sanguis fusus Agni corpore.

Moyses, qui vt Deo obediret, iussa illius secutus, negauit se esse filium filię Pharaonis; magis (vt ait Apostolus) eligens affligi *Heb.11.25.* cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem; maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorũ, improperium Christi. Ecce vobis Paulum vocantem, quæ passus est Moyses cũ populo Dei, improperium Christi. Ergo quidquid nos patimur propter iustitiam, quidquid asperum sustinemus, virtutem colentes, totũ est Christi improperiũ, totũ crux eius, totũ illius passio. Quæ ob id passio, suo veluti sanguine, paginas vbique respergit vtriusque Testamenti, rubris characteribus scriptas, vt vsquam intellecta, cordi pingatur, carni pungatur, ore pangatur & opere. Hoc ergo consilio *scrutare scripturas, & vide quoniam nunquam locutus est homo sicut hic homo.* Etenim *qui de terra est,* *Ioan.3.31.* *de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est,* loquela sua manifestũ facit, quod ipse est super omnes, & quod *nunquam locutus est homo sicut homo iste,* qui non cessat loqui aduersus semetipsum, suam passionem ac mortem vbique prætendens, vbique proponens, vbique protestans. Vt sicut sanguine respersus est populus, dum pactũ ferretur obseruandæ legis; ita sint fideles omnes sancti, sanguine tincti agni immaculati: nihilque in nobis sit, quod *Exod.12.7.* non redoleat Passionem Christi. Sit sanguis in postibus cordis nostri, vt nihil ingrediatur ad nos, quod non sit illius aspersum sanguine. Intus carnes illius comedamus, vt quæcunque agimus, nihil sint aliud, quam communicatio passionũ Christi, quo cibo pasti de Ægypto egredientes, viam carpamus, quæ ducit ad vitam æternam. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Mors Christi, ex eo quod fuit iudicium & opus Dei iusta fuit. Quatenus opus & iudicium hominum, iniusta. Propter legem & à Deo, & ab hominibus mortis tra-

ti traditur. Si caro viget & dominatur, lex Dei succumbit. Hortamur ad benedictionem Dei consequendam, quæ ex legis obseruatione habetur. Omnia docte & excellenter.

1 VOx illa impiorum, qui in populo Dei obtinebant principatum: *Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? sed turba hæc, quæ non nouit legem; maledicti sunt*: facit exploratissimum quamobrem dixerit Salomon: *Cum impij sumpserint Principatum, gemet populus*: sicut enim: *in multiplicatione iustorum lætabitur vulgus* (vt ibidem dicitur) *ita iniquorum principatus multa in turbas inuehit incommoda.* Id quod docuit experientia tempore Christi, quando principes ipsi Christum tradiderunt in damnationẽ mortis, & populis suaserunt, vt Christum ad Crucem postularent, quod & ipsi instãter flagitabant vocibus magnis. Hanc tribulationem Dominus Iesus, qui venit in altitudinem maris, voluit sustinere, vt virorũ esset nouissimus, nec essent mala super terram, quæ ipse nostri causa non sustineret; quam impij isti principes agebant prætendentes, quod secundũ legem deberet mori: & ideo turba, quę legem non nouerat, propterea quod non nouerat, credebat in illũ. *Dissensio* tamen *facta est*, vt nõ omnes impiis adhærerent, & Nicodemus princeps & ipse Iudæorũ pro veritate repugnans dicebat: *Nunquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat?* Cum itaque ex lege illi condemnent, iste iustificet, congruum est, vt huius dissensionis & controuersiæ causam disquiramus, & veritatem.

Pro. 29.2.
Luc. 24 20
Matth 27. 20
Luc. 23.23.

2 Vbi primum statuo, quod mors Christi debuit fieri per iudicium, non naturaliter, non violente, non fortuito, neque per priuatam personam. Ratio est: quia lata iam à Deo fuerat sententia contra eum, sic enim decretum erat à Patre: propter quod dicit ipse Pater: *Proter scelus populi mei percussi eum.* Percussio autem hæc fuit per iudicium, atque sententiam. Vnde Iudex dicebatur hominem interficere. Hinc Daniel contra senes, qui ad mortem Susannam iudicauerant, vel iudicari fecerant, legem citauit dicentem: *Insontem & iustum non occides.* Iustum autem Dei iudicium fuisse certũ est: alioqui quomodo (vt ait Paulus) iudicabit Deus hunc mundum? quod ipse ostendit, dicens, se illũ propter scelus percussisse. At iudicium, vbi quis ex scelere condemnatur, legem supponit, & scelus prohibentem, & sceleſtũ punientem. Hæc præcesserat; homini iubens, vt Deo obediret; & secuta est mortis sententia, coërcens, si non obediret. Peccauit in legem homo, Deo inobediens, morti propterea obnoxius factus. Legis conditor idem fuit & hominis conditor, quem propterea, quod esset opus manuum suarum, prorsus noluit interire. Sed nihilominus noluit legem præteriri, sed fieri vsque ad minimum apicem vniuersum. Quid itaque? conditionem Conditor in vtriusque conditione seruauit in pectore suo; vt si interiret homo, restitueretur, vt si præteriretur lex, à non prætereunte posset pro eo, qui præteriisset, pœna subiri, quo sic & lex maneret in offensa, & non perditum totum genus humanum.

Diuisio.
Isai. 53 8.
Dan. 13.53.
Exod 23.7
Rom. 3.6.

Hoc constituto diuino consilio condemnans, iudicium debuit ad insontem iustumque transire. Ideo Iudex Pater ait: *Propter scelus populi mei percussi eum.* Populi mei (inquit) id est hominum, quos mihi in populum distinaui, quos ideo vt pereant, mea non patitur pietas atque prouidentia. Sed non suis manibus Iudex suã exequitur sententiam, sed satellitum. Hos statuit esse homines, non alios quoscunque; qui non vt ministros Dei se gererent, sed vt iudices principales: & hoc tum vti cum diuinum iudicium referrent ac repræsentarent, quasi in signo ac figura innuerent opus istud iudicium esse, & vere per iudicium, ad mortem hominem istum iustum damnatum esse; tum vt seuera magis esset diuina percussio, iuxta sceleris meritũ, dum innocens per sententiam iudicum morti adiudicatur.

Isai. 53.

3 Lex igitur huic operi, eo quod iudicium esset, fuerat adhibenda. At quonam modo?

modo? iusténe an iniustè? Iustè quidem, qua, opus est, iudicium Dei; iniustè verò, qua, opus est hominum, ipsam Dei sententiam neq; intelligentium, neq; intendentium. O magnum mysterium, & admirabile Sacramentum! lex vtrumq; præstare vt valeat, tribus præceptorum generibus constituta est, Moralium, Iudicialiũ, & Cæremonialium. Moralia iubent quid facto opus sit. Iudicialia pœnam iis decernunt, qui Moralia posthabuerint. Cæremonialia modũ præscribunt viuendi, qui populo veteri congruebat, tum in cultu Dei, tum in mutuo ipsorũ conuictu. Quia populus erat duræ ceruicis, debuit multitudine premi mandatorum, & grauitate. Quia Messiam expectabat, cuius populus ipse quædam erat expectatio, & præparatio, debuerunt illorum mores & actus à lege præscripti, specula quædam esse atq; similitudines, quę quod fuerat à Messia perficiendum præfigurarent. Iudicium ergò illud, pro eo quod ab hominibus fit, legi quoad moralia, & iudicialia præcepta manifestè aduersatur. Cosonat autẽ occultè mirò modo quoad cæremonias, in quibus abscondita sunt Christi mysteria, & futuri sæculi, generationisq; venturæ, quæ est Ecclesia. Idq; maximè, cum maximũ opus sit hoc, in maximis trium illorum generum mandatis & decretis comprehenditur, vel eruitur ex illis quoque.

4. Hoc vt planum fiat, statuimus omniũ primum maximumq; præceptum legis esse de vno colendo Deo, sicut in ordine fuit primum promulgatum; dicente lege & voce Dei: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Non habebis Deos alienos coram me.* Maximum & primum iudicium est contra blasphemantes Deum. Propterea primum iudicium factum contra legis transgressorem, fuit contra blasphemum. Vbi obserua, quod immediatè post latam legem, Deus apponit iudicia contra legis transgressores, ita caput exordiens: *Hæc sunt iudicia, quæ propones eis.* Vbi primum morte plectendus decernitur homo qui percusserit hominẽ volens occidere; & in his nullum decernitur iudicium contra blasphemantes Deũ. Exod. 20. 2. Levit. 24. 10. Exod. 21. 1.

Quo silentio voluit lex quãtum esset hoc flagitium, quod neque debuit vllo pacto commemorari, demonstrare. Sed inuento blasphemo in populo, Moyses Deum cõsuluit super hoc, quoniam in lege non erat ei decreta castigatio. Deus statuit illum fore lapidandum. Et tunc generale fecit mandatum. *Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatũ suum. Et qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo.* Et quoniam in iudicijs statuendis, primum fuerat contra homicidam, ne illud putaretur primum omnium esse, hic repetens Deus: *Qui blasphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur*; adiicit immediatè: *Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur.* Et alia pauca subdit iudicia: ita innuens primum omnium esse iudiciũ contra blasphemos: quandoquidem hic post primum iudicium de blasphemia, immediatè subiicitur secundum, quod erat contra homicidam, & ante cætera primo loco positum erat. Ita ergò habemus, & primum præceptum legis de colendo Deo, & primum iudicium, quod est contra primi præcepti transgressorem. Nunc primum cæremoniale perquiramus. Eius inquisitionem, & ratio facilem reddit, & auctoritas. Dictat quippè ratio, quòd illud debeat esse primum, quod ritè colendi Dei ritum docet. Cui rationi consonat lex, quæ mox post decem verba legis promulgata, repetit per Moysen: *Vos vidistis, quod de cœlo locutus sum vobis. Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra.* Ecce primum rituale datum in lege de altari construendo, & de offerendis super eo sacrificijs; quod vt sciretur, ad modum colendi Deum pertinere, præmisit oppositum, quod est Deos facere, eiusq; modum insigniorem, nempè illos facere de argento, & auro; quo contra, vt directa appareat oppositio, vult sibi fieri altare de terra. Levit. 24. 12. Levit. 24. 15. Exod. 20. 22.

Cum ergò istud sit primũ cæremoniale præceptum, maximam, principalemque figuram debuit continere, nempè quæ 5.

primum, maximumque mysterium præostendat. Nemo autem dubitauerit, primum omnium mysteriorum Noui Testamenti esse Verbi æterni Incarnationẽ, quæ quòd his contineatur, sic colligamus. Data lege per vocem Dei loquentis de medio ignis, subdit scriptura: *Cunctus populus videbat voces, & lampades, & sonitum buccinæ, montemq; fumantem, & perterriti, & pauore concussi steterunt procul, dicentes Moysi: loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Exod. 20. 18. Hinc arrepta est occasio promittendi Christum, vt habes in libro Deuteronomij: vbi ait Dominus Moysi: *Bene omnia sunt locuti: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, similem tui: & ponam verba mea in ore eius, loquenturq; ad eos omnia, quæ præcepero illi.* Deut. 18. 17. Ac si diceret Deus. Hominem vobis petitis loquentem, Moysen videlicet. Hominem dabo, qui sit Moysi similis, qui vobis loquetur verba mea. Iste ergò figuretur in cæremonia, quæ vobis prima præcipitur, dum dico: *Altare de terra facietis mihi:* Exod. 20. 24. si homo erit, de terra factus erit, quia de terra & limo factus est homo: Fiet quidem à vobis non à me tantùm, sicut primus homo, cum futurus sit filius hominis: Facietis ergò de terra, sed vt sciatis, illum speciale futurum esse opus Dei, aliud adiungo præceptum: *Quod si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus.* Exod. 20. 25. Nolo laboretis circa illud, nolo quid vestri operis accedat, nisi vel terram, quæ à me facta est, compingite; vel lapides vti natura facti sunt, vnà coniungite, vt fiat altare. Opus enim fuit istud Spiritus Sancti, de quo conceptus est Christus, ex Maria Virgine.

6. Quamuis autem per id, quod ibi dicitur, possit & eius Passio designari, videlicet: *Si leuaueris cultrum super eo, polluetur:* Exod. 20. 25. eam tamen in sacrificijs super hoc altare offerendis attendimus; de quibus dicit lex ibi: *Offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra* Exod. 20. 24. In quibus per mortem hostiarum, morsipsa Christi, & Passio fuit præfigurata. Quod ergò dicit, offeretis super eo, vt ad figuratum transfertur, sic intellige; super eo, id est, postquam erectum fuerit, & aptum sacrificio, tunc offeretis illum, qui in holocaustis & sacrificiis præsignatur. Etenim non vna figura implet mysterium, non plenè signat Christum, pluribus opus erat. Significet itaq; Altare Incarnationem, qua idoneus holocausto factus est Christus; sacrificia verò illius Passionem præostendant. Secundum legem ergò debebat mori, quam sic instituerat Deus, vt in ea insinuaretur quid ille facturus esset, aut passurus: quin etiam præciperetur illi opus, quod erat consummaturus. In his enim præceptis, ac cæremoniis vidit ipse manifestè, quæ esset Patris voluntas, quodque opus esset illi ab eo datum, vt faceret. Tunc dixit: *Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam, & legem tuã teneo in medio cordis mei* Psal. 39. Sic Itaq; secundum legem, & debuit mori, & mortuus est. Vbi iudicium est Dei.

At non ita vbi iudicium est hominum. 7. Partem quidem & hic habet lex, iubens Deum coli, & blasphemum occidi. Sed in quo errent iudices, lectio patefacit, inducens illos dicentes Nicodemo. *Scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa Propheta non surgit.* Ioh. 7. 52. Qui & suprà dixerunt: *Numquid à Galilæa venit Christus? Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine Dauid, & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?* In facto itaq; errant, non in iure, putantes Christum sic esse Galilæum, vt non esset ex semine Dauid, & de Bethlehem castello; cum tamen verè esset ex semine Dauid, & natus in Bethlehem. Neq; tamen erant excusabiles, quoniã Natiuitas eius in Bethlehem ita perspicua fuit omnibus, vt eos latere non posset, qui veritatem sincerè expetiuissent. Vnde & quod esset ex semine Dauid patentius fieret, quàm si Virgo Maria in Bethlehem iuge habuisset domicilium. Non enim certum est omnes Ciues Bethlehemitas originem traxisse à Dauid. At veniens Virgò, vt describeretur tanquam ex domo, & familia Dauid, argumentum dedit euidentissimum, puerum ex illa natum ex semine Dauid processisse. Luc. 2. 4.

At quale ius est illud, quo contra illum 8. inue-

inuehuntur, iniustè tamen ex facti ignorantia? Diximus esse, & primum præceptũ, & primum iudicium; Iudicium (inquam) decretum transgredienti primum præceptum. In datione autem legis, transgressio ista notata est. Porrò simul ac dixit: *Ego*
Exod. 20 2 *sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti:* Adiecit: *Non habebitis Deos alienos corã me* Ecce transgressio falsò imposita Christo. *De bono opere non lapidamus*
Ioan. 10 33 *te, sed de blasphemia, & quia tu homo cũ sis, facis teipsum Deũ* In hoc ergò, quod se Filium Dei, atq; ex consequenti Deum se fatebatur, & contra præceptum facere videbatur, dicens: *Non habebitis Deos alienos coram me.* Et blasphemus esse, sibi tribuens quod est solius Dei. Ergò de blasphemia
Matth. 26. 65. illum iudicant. Sic Caïphas in consilio audiens ab illo, quod esset Filius Dei, scidit vestimenta sua, dicens: *Blasphemauit. Ecce nũc audistis blasphemiam Quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt, Reus est mortis.* Ita ergò apparet quomodò, & secundũ legem mortuus est, & contra legẽ, vt meritò dissensio facta sit propter eum, non intelligentibus partib⁹ arcana Dei. Sic patet, quomodo, vt pro scelere populi pateretur, pro maximo scelere morti adiudicatus est.

9 Sic rursus patet, quomodo principũ siue bonitas siue malitia deriuet in subiectos. Impulerunt impii isti populum in tam immane sacrilegium, vt ad Crucem postularent hominem innocentem, & Deum omnipotentem. Ipse verò Rex pacificus, iust⁹, & clemens nostram est salutem benignissimè operatus. Vere de illis dicitur à Salo-
Prou. 29. 16. mone: *In multiplicatione impiorum, multiplicabuntur scelera; & iusti ruinas eorum videbunt.* Misera turba, populus infœlix, ab iis decepti dereliquerunt Deum, à quo derelicti sunt, & Ecclesia iustorum eorum ruinam vidit. Eorũ damna nos cautos reddant. Vbi multitudo est impiorum, inde caueamus, fugiam⁹, elongemur, ne in scelerum illorum multitudine, & nos inuoluamur. Vnus etiamsi sit tantummodo bonus, illi adhærescamus. Virtus nos trahat, non multitudo: quin magis vbi multi sunt impii, inde magis recedamus propter abũdantiam malitiæ, ne ab illa obruamur.

SECVNDA PARS.

QVoniam diuina lex inter Christum & eos, qui illum tradiderunt, intercessit, vt Dei esset gloria, hominum ignominia, & ruina; maximè nostrarum est partium, vt lege Dei ita nos ipsos aptemus, vt inde non malum hauriamus, sed salutem. Tanta est voluntatis humanæ peruersitas, tantus effrenus impetus, vt quocunque se vertat, quidquid arripuerit, id totum ad fomentũ suæ malitiæ in se traiiciat, quasi cibum vnde nutriatur: Et hoc adeò, vt lex ipsa Dei, quæ ad eiusmodi peruersitatem debellandam atq; deturbandam, constituta est, illi veluti suppedaneum ad illam stabiliendã, suppeditetur. Vt non mireris, quamobrem Iudæi, qui in lege gloriabantur, tanto facinore, quo Iustum Domini crudelissimè interfecerunt, illam transgressi, eandem tamẽ iactarent, veluti condemnantem illum, & legis ipsius ignorantiã illis obiicerent, qui à cæde Iusti, iustè voluissent, ac piè abstinere. Hinc de turba aiunt, quæ credebat in eam. *Turba hæc credit quæ non nouit legem, maledicti sunt.* Ad Nicodemum, quando pro Christo loquebatur similiter, dicunt. *Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit.* 10

Hoc malum vt euitemus, illius originem, vbi remedium adhibeatur, disquiramus. Quæ forsitan in verbis, quæ Dominus dixit ad Iosuë, si benè illa attendamus, dilucidè apparebit. Et sunt hæc. *Confortare, & esto robustus valdè, vt custodias, & facias omnem legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus. Ne declines ab ea ad dexteram, vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis.* Si fortitudo requiritur ad custodiendam legem; ergò illius transgressionis causa, infirmitas est, & impotentia. Quid verò virtus est, qua custoditur lex, nisi vis quædam, robur, ac vigor; qua impedimẽta superamus legis custodiendæ? Hæc reluctantem sensum domat; hæc mentis infirmitatẽ fulcit; hæc scandala, & offendicula contemnit, quæ viam faciunt asperam diuinorum mandatorum. Tria hæc, mentis infirmitas, carnis importunitas, ipsius viæ, quam pergimus, difficultas; maior autem 11 Ios. 1. 7.

horum est mentis infirmitas, quæ per concupiscentiam emollitur, eneruatur, suaq;
Deut. 33. 6 velut soliditate euacuatur. Ruben quare paruus in numero? quia infirmatus est in mente, cessit carnis voluntati, à lege re-
12 cessit. Sic Pater Iacob dixit moriturus: *Ru-*
Gen. 49. 4. *ben primogenitus meus; tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio: effusus es sicut aqua; non creſcas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Quia erat primogenitus, ideò vocatillum fortitudinem, quia vigoris est, posse generare, & naturæ potentia quælibet apparet in opere. Principiũ doloris vocat, vel quia mulier in dolore parit, quem suum vocat vir, quod sint vna caro; vel quia illum offendit, concumbens cum
Gen 35. 32 Bala vxore ejus. Prior in donis, quia primogenito duplicabatur hæreditas, vt sanxit postmodũ lex. Maior in imperio, quod
Deut. 21. 17. primogenito debebatur. Hæc omnia perdidit propter vnam cõcupiscentiam, quia effusus est sicut aqua mollis, quæ nullam habet, qua in se contineatur, soliditatem & firmitatem. Qui ergò fortitudo dicebatur Patris, mollis factus est velut aqua, infirmus fluens. Hic est concupiscentię fructus & effectus. Mens est Ruben primogenitꝰ, prima viuens in homine, quæ corpus viuificat, hominis fortitudo, prior in donis, maior in imperio; cuius dona sunt Sapientia, gratia, virtutes; cui soli debetur visio Omnipotentis, quæ domina est, in hominis totius imperio; quę etiam doloris principium est, quia in illa suam habet peccatum originem; vt peccatum non sit, nisi quatenus illi consensus ab ea præbetur. Quod dum facit, infirmatur, & funditur descendens à sede imperii sui, se faciẽs subiectam concupiscentiæ, carnis ancillam, &
Deut. 33 4 cui iniquitas dominatur. *Viuat tamen* (inquit in sua benedictione Moyses) *Ruben*
Gen. 37. 22 *& non moriatur.* Rationem puto esse, quia inuidiæ prudenter restitit fratrum, volens fratrem Ioseph reddere patri suo. Vita viuat, qui vitam innocenti seruauit, & patris voluit vitam à maximo mœrore liberare. Ergò quia alienæ restitit inuidiæ, viuat; quia propriæ concupiscentiæ cessit, non crescat, sed sit paruus in numero. Totum hoc nos docet, mentem concupiscentia infirmari, vt non agat viriliter in diuina lege facienda.

Ex Iudæorum concupiscentia. *Hic est* 13
hæres, venite occidamus eum, & nostra erit Mat. 21.
hæreditas. En vera ratio, quamobrem Christum hæredem persequuntur, vt surripiant hæreditatem, vt fungantur principatu, quem habebant in populo; quæ eadem causa fuit Herodianæ persecutionis; quæ omnium transgressionum, & peccatorum in legem propria est origo. Cur enim dicitur à Salomone: *Puer, qui dimittitur vo-*
luntati suæ, confundit matrem suam? Puer Prou. 29.
paruulus est, nondum vir virtute pollens, 15.
sed debilis, & delicatus est. Eiusmodi est omnis homo, qui dimittitur voluntati suæ, qui non sub ferula matris Legis viuit, & regitur. Quam ideò confundit, & per- Gal 4.
uertit. Paruuli huiusmodi erant Iudæi, qui sub elementis mundi huius seruientes, dimissi sunt voluntati suæ, adeò vt & Pilatus Christum tradiderit voluntati eorum. O si Lex loqui potuisset, vt mater Luc. 23. 33
ab eis confusa, quid dixisset? Num mater ego, num filii vos? quid me prætenditis, auctori meo quasi aduersantem, repudiantem, damnantem; clamantes quòd secundum legem debet mori? cur qui in illum credunt, me ignorantes dicitis? O filii, an non ego sum gloria vestra qui ideò in lege gloriamini? & me vos tamen confunditis, obscuratis, datis opprobrio? *Finis* Rom. 10. 4
Legis Christus est, illum specto, illum promitto, illum mitto. Qua in re itaque plus offendor, quam vbi Christus contemnitur, repudiatur, deturbatur. Et me (quod magis doleo) illius necis auctricem euulgatis. Sic qui peccant omnes, causam in legem reiiciunt, bonum præferentes, quod semper est secundum legem. Sed in hoc stemus quod paruulorum est atque debilium, legem transgredi; si enim voluntati suæ dimissi, abeunt absque fortitudine post concupiscentias suas.

Hos sequitur ignorantia, vbi enim vo- 14
luntas à rectitudine deflectit infirmata, ibi obscuratur intelligentia, mentis obtenebratur oculus, & ratio in tenebris obticescit. Propterea ad Iosuë sermo factus Ios. 8. 1.
addidit:

addidit: *Vt intelligas cuncta quæ agis, sis robustius legem custodiens, tunc diriges viam*
Psal.118.105 *tuam, & intelliges eam.* Quomodò non intelligat quæ facit, cui lex est lux? Huic lucerna est pedibus verbum Dei, & lumen semitis eius. At qui à lege auertit oculos, in tenebris ambulat; & nescit quò vadat, quid agat, quid appetat, quid petat. Ita Iudæi adeò desipuerunt, vt eos, qui videbant, cœcos deputarent, cœci ipsi, & duces cœcorum dicentes. *Turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.*
Ioan.11.49 Et Nicodemo. *Nunquid & tu Galilæus*
Prou.14.12 *es.* Sic Caiphas ille. *Vos nescitis quidquam.* Quàm rectè docet Salomon: *Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via.* His occlusa est via resipiscendi, apertè enim repugnant veritati, vt ad iniurias quoque prouocentur. Iniuriosum quippè reputabant Iudæi Galilæum esse; & propterea dicunt Nicodemo: *Nunquid & tu Galilæus es?* Vt verè dictum sit à Sa-
Prou.23.9 lomone. *In auribus insipientium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquii tui.* Quàm igitur cauendum est à voluntate nostra, & à legis posthabitione; ne nos paruulos, & debiles, & imperitos
Iudic.16. 15. constituamus? Ad quod nos Sampsonis exemplum mouere debet, qui amissa fortitudine amisit & oculos, & demum vitam.

15 Ergò sit institutum nostrum, atque
Exhortatio consilium, vt possimus singuli dicere:
1.Cor.13.11 *Factus vir, euacuaui, quæ erant paruuli: Resumptis viribus viriliter egi.* Hoc quomodo fiat, ex iam dictis exploratum est. Diximus quippè infirmitatis esse legem transgredi, ergò illam custodire fortitudinis est. Sicut ad Iosuë dictum est, quòd in Sampsone apparet manifestum. Si quis nouit prius, caput velatum subiectionem
Gen.24.65 designare. Propterea Rebecca, viso Isaac, cui fuerat desponsata, tollens citò pallium operuit se. Thamar vt se scortum
Gen.38.8. fingeret operuit faciem suam, sedens in
Num.6.5. diuio. Sic Nazaræi vt Deo singulariter dediti, suæque seruituti modo quodam speciali separati declararentur, cæsariem
1.Cor.11.6 nutriebant. Et sic docet Paulus, vt quo se subditas viris suis mulieres confiteantur, velato capite debere orare. Vnde ergo Sam- *Iudic.13.*
pson, qui dum comam nutriuit, fuit fortis- *& seq.*
simus, argumento est, nos tũ maxima fortitudine præditos esse, cũ Deo subiecti, illi seruimus, legi illius obtemperantes. Mens enim nostra sua libertate atque potestate potitur, cum sui cõpos, se se ipsa, à re nulla, quæ sit extra ipsam, mota, liberè mouet ad nutum, ad votum suum, ad suam propriam voluntatem, quam sui dominationem ac potestatẽ nihil diminuit; propterea quod legi Dei se subiiciat, ipsa enim mens sibi lex est, nec aliud Deus illi iubet, quàm quod ipsamet sibi. Ipsa enim sua natura, lumenque illi naturaliter inditum, & concreatum dictat, quod debeat suo Factori esse subiecta, summum bonum diligere super omnia, seipsam diligens, ad suum finem aspirare, in quo sit beata. Alteri facere, quod sibi fieri velit; nemini nocere, sicut & ipsa noceri detrectat. Hæc si facit, ipsa seipsam mouet, agit, regit, sua fruens libertate, potestate, imperio, dignitate. Quæ omnia, quod lex ipsa Dei præcipiat, dum exequitur, legem custodit, legi subiecta. Tùm, quæ extra se sunt, omnium nil timet, nil veretur, nihili pendit. Nicodemi, qui lege nitebatur, vide constantiam ad Principes Synagogæ. *Nũquid lex nostra iudicat quemquam, nisi prius audierit ab eo, & cognouerit quid faciat?* Vnde hoc didicerit, scire si vis; audi concinnentem Regium Prophetam: *Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regũ,* Psal.118.46. *& non confundebar.* Hoc signum magni Regis est, maxima præditi potestate, qui solum Deum timens, homines non veretur etiam in sublimiori potestate constitutos. Pergat ergò suam exponens virtutem ac fortitudinem, seq; dignum principatũ. *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.* Psal.118.47. *Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.* Non ore duntaxat loquebar, corde meditabar, manu exercebar. *Quia fortis* Cant.8.6. *est, vt mors dilectio*; ea mihi virilem fecit animum; ipsa confortauit manus dissolutas, & genua debilia roborauit; vt non flecterem genua mea ante quamcunque potestatem, quo minus loquerer de testi-

monijs

moniis tuis in conspectu Regum; vt non remissas tenerẽ man⁹, quo min⁹ exercerer in iustificationibus tuis; sed eas cum vigore leuaui ad mandata tua perficienda. Neq; mẽs ipsa amore vehementi acta lassata est, quo minus meditaretur in eisdem mandatis, die, ac nocte. Ità ergò corde, ore, opere omnia se posse confirmat, diligens atq; custodiẽs. Receptis denuò capillis Sampson, quos illi totonderat concupiscentia, & amor infirmus, velato iam capite restitutus Deo, factus illi subiectus, rogat. *Domine Deus, memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis.* Et exauditur. Qui hostes nostri sunt? sensus & caro nostra, mundus & lata porta, qui fortem, amissa fortitudine, ligant, fatigant, irrident, qui mentẽ flaccidam, imbellem, imbecillem vinculis concupiscentiæ ligatam tenent, vt ab eis se non valeat expedire. Subdit⁹ ergò fiat noster animus Deo, & habebit sub se milites istos, qui contra legem Dei bella volunt, & inimici eius terram lingent; & exaltabitur ipse solus, & regnabit Rex, & potens erit magna facere, & mirabilia sicut & Christ⁹, qui venit nõ soluere legem, sed adimplere, regnabit in domo Iacob in ęternum, & Regni eius non erit finis. In domo Iacob (inquam) qui fuit fortis contra Deum, vt contra homines præualere posse nõ dubitaret. Heus Iacob, quandò contra Deum fortis fuisti, nisi quando domus tua Deũ in carne persequens interfecit? Quando contra homines pręualuisti, nisi quando in hoc Filio tuo, qui est Christus, orbẽ vniuersum subiugasti? Propterea verò contra homines præualuit Filius tuus, & tu in illo pręualuisti: quoniam sic suam fortitudinẽ temperauit, vt fortes contra illum essent filii tui. Tunc ab eo benedict⁹ es in filiis tuis, quãdo in eo benedictæ sunt omnes gentes terræ, quarum si Abrahã pater fuit, & tu simul cum Isaac, Pater constitutus es omniũ gẽtium, qui sumus nos. Heus filii Iacob, veri fideles, estote fortes in fide, verè filii fortitudinis, filii Iacob, qui Deum sua fortitudine tenuit, nec prius dimisit, quàm ab illo fuerit benedictus. Sic state in Domino charissimi, vt benedictionem hæreditate possideatis in omni benedictione cœlesti. Amen.

Iudic. 16. 28.

Mar. 5. 17

Luc. 1 32.

Gen. 32. 24

Gen. 32. 26

MORALE.

QVod timuit Iacob ne patris benedictio sibi in maledictionẽ verteretur, hoc nobis solatio est, quibus maledictio in benedictionem conuersa est. Abraham à Deo sic benedictus est, vt in eo nationes vniuersæ terræ forent benedicendæ, & maledictus esset, qui illi maledictionem ausus fuisset inferre. O vtinã simus & nos de iis, qui cum fideli Abraham sunt benedicti. Tũ quid nobis oberit maledictio ista Iudæorum, qui dixerant. *Turba ista, quæ nõ nouit legem, maledicti sunt?* Maledictio illa reuersa est in sinum suum, dicente Domino per Iacob. *Qui maledixerit tibi sit ille maledictus.* Noë, Cham filium suum, qui à Deo fuerat benedictus, maledicere non est ausus. *Benedixit quippe* (inquit Scriptura) *Deus Noe, & filiis suis, & dixit ad eos. Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* Sed ad filium eius Chanaan deriuauit maledictionem, dicens. *Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* Quis ergò fuerit ausus, qui benedicti sunt à Deo, hos ꝓpria ferire maledictione? Benedictio Dei data filiis Noë erat ad propagandum. Dixit enim: *Crescite, & multiplicamini.* At benedictio filiorum Dei & Abraham, iustificatio est; vt declarat Apostolus. At *si Deus iustificat quis est qui condemnet?* qui maledicat? qui imputet iniquitatem? Quantumlibet maledicat mundus, quantũ inuehant super iustos, impii maledictionem, qui benedictus est à Domino, erit ille benedict⁹. Putabat Esau ad se patris trahere benedictionẽ, quæ iam ceciderat super Iacob, sed ait Isaac. *Benedixi ei, & erit benedictus.* O iusti homines, Benedicti vos à Domino qui fecit cœlũ & terrã. Nolite timere eos, qui de credentibus in Christũ dicunt. *Maledicti sunt* Qui custodiunt legem, super hos benedictio de cœlo descendit, dicente Moyse. *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, atq; custodias omnia mãdata eius; Venient super te vniuersæ benedictiones istæ. Si tamen præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro Benedictus*

17 Gen. 27. 12.

Gen. 22. 3.

Gen. 27. 29.

Gen. 9. 15. 1.

Gen. 9. 25.

Galat. 3. 8. Rom. 8. 33.

Gen. 27. 27.

Psal. 113. 1.

Deut. 28. 1. 2. 3.

Aut fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, & fructus iumentorum tuorum. Benedictio Domini omnia bona confert: & bona omnia possidenti quid mali contingere potest? Audi sapientem. *Benedictio Domini diuites facit nec sociabitur eis afflictio.* Esto
Prou. 10. 22. 6. *tu iustus*: quia benedictio Domini super caput iusti. *Et si ambulaueris in medio vmbræ mortis, non timebis mala. Et si ambulaueris in igne flamma non nocebit; & si consistant aduersum te castra, nō timebit cor tuū.*
Psal. 22. 4. Isai. 43. 2. *Et si exurgat aduersum te prælium, in eo ipso sperabis, quia pugnando,* & vincēdo amplior
Psal. 26. 3. super te veniet benedictio. O quanta fortitudo iustitiæ! ô quam bonū, & iucundū est à Deo benedictionibus adimpleri! ô quantum donum homini est à Deo collatum, vt possit sibi surripere benedictionem!

18 Esau, quoniam primogenitus erat, si benedictus fuisset a Patre, naturalis videretur
Gen. 27. 8. Gen. 25. 23 esse benedictio. Sed Iacob sibi benedictionem acquisiuit, obediens matri, cui facta fuerat reuelatio, ꝙ maior seruiet minori; atq; ideò obediens voci Dei atq; decreto.
Deut. 28. 2 Iam decretum est: *Venient super te vniuersæ benedictiones istæ: Si tamē præcepta eius audieris.* Pater Isaac affectu ferebatur naturali. *Isaac* (inquit Scriptura) *amabat Esau, eò*
Gen. 25. 28 *quod de venationibus illius vesceretur: & Rebecca diligebat Iacob.* Ratio non additur dilectionis Rebeccæ; sed supponitur: quia mox antè narratur ꝙ à Domino audierat Iacob esse præelectum, & prælatum Esau. Ergò illius dilectio consilium Dñi, dilectio Isaac cōmodum carnis. Vbi prævalet caro, non expectes benedictionē à Deo salutari nostro. Qui vocem, qui cōsilium, qui Dei sequitur voluntatem, iste Diuinam benedictionem cōsequitur, iste erit à Deo protectus. Isaac vt Dei cognouit voluntatem, benedictionem filij confirmauit, dicens:
Gen. 27. 33 *Benedixi ei, & erit benedictus.* Et missurus illum in Syriam, nè offenderetur ab Esau,
Gen. 28. 1. iterum benedixit ei: *Vocauitq; Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaam.* Qui benedictus erat generi non debebat maledicto coniungi.

19 Putas otiosum esse, ꝙ Iudas, qui vxorem acceperat Chananæidem, ex ea ad Christū semen nō deriuauerit? Potius ex nuru permissus est filios habere, ex quibus est Christus secundum carnem, quam ex genere illo maledicto. Vndè Scriptura dicit de Iuda:
Vidit filiā hominis Chananæi, vocabulo Sue, Gen. 38. 2.
& accepta vxore, ingressus est ad eā. Phrasis hæc innuit, non fuisse filios Iacob consuetos, accipere vxores Chananæas, ꝙ de nullo alio expressum est. Vnde nec Thamar, q̄ vxorē dedit primogenito suo, dicitur fuisse Chanaanitis. Erant n. in terra illa, & Ismahelitæ, & Madianitæ, & alij ex genere Abraham. Ergò qui benedictus est, cū maledictis non commisceatur. Nam benedictus ille, qui venit in nomine Domini, trahere noluit originē ex genere maledicto.

In hoc obediens fuit Iacob. Ergò per o- 20
bedientiā, vera accipitur benedictio: quam qui tenet, ab omni malo protegitur. Arte si Iacob à Patre obtinuit benedictionem; labore & fletu illam ab Angelo consecutus est: *Dimitte me* (dicit illi Angelus) *iam enim* Gen 32. 26
ascendit aurora: Respondit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi: & benedixit ei in eodem loco. Propheta verò & hoc addit: *In*
fortitudine sua directus est cū Angelo Et in- Osea 12.
ualuit ad Angelum, & cōfortatus est, fleuit, 3.
& rogauit eum. Laboret ergò, qui vult be- 4.
nedici, roget cū lacrymis, quia non ex natura habetur ista benedictio, sed arte, labore, deuotione. Ideò Angelus anteq̄ benedi- Gen 32. 27
ceret, mutauit illi nomen, vt vltrà non vocaretur Iacob, quod illi à natura fuerat impositum, quia tenens fratris plantā, egressus est de vtero matris suæ. Sed Israël nomen inditum est illi ab eo, quod prævaluit cum Deo, quem Angelus repræsentabat. Bellū, contentio, fortitudo id est, quo benedictio obtinetur: quā vbi consecutus quis fuerit, ab eo iam bonis vniuersis referto, mala omnia ꝓpulsantur. *Si fortis fuisti contra Deū,* Gen. 32. 28
quantò magis aduersus homines prævalebis? Gen. 27. 37
Iacob Patris benedictione bonis omnibus stabilitus est. Rursus illum benedicens, de Gen. 28. 1.
manu fratris sui illum odientis eruit illum, mittens in Syriam, vbi ditatus est. Hic est fructus, hoc emolumentum veræ benedictionis. Labor si postulatur ad eam consequendam, quis illum recusauerit? Quem laborare tædebit? cuius erit tam peruersus

animus, vt Esau instar velit sine meritò benedici?

Habeas ergò meritam benedictionem, *Psal. 90. 5.* & *non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & damonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* At non ceciderunt Iudæi, qui credentes maledicebant? Maledicti ipsi, maledictione redundantes, in alios effundere illam volentes, ab ipsamet oppressi sunt. Videte quid ad litteram sit scriptum de Iudæis, Christum persequentibus, per *Ps. 108. 17.* Dauid in Psalmo. *Et persecutus est hominẽ inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum; & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleũ in ossibus eius. Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur, & sicut zona, qua semper præcingitur. Hoc opus eorũ, qui detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquuntur mala aduersus animam meam.* En detrahentes illi apud Dominum, qui de illis credentibus dicunt. *Maledicti sunt.* Sic aduersus illum mala loquuntur, sic persequuntur. Quid ergo: Ab ei⁹ benedictione elongati sunt, induti maledictione, q̃ sic illis adhæret, vt vestimentum & zona, qua continuè præcinguntur. Apparent n. omnibus hominib⁹, vt à Deo maledicti, & in ea maledictione perstricti & obdurati, q̃ non exterius modò abominabiles illas reddit apud orbem vniuersum; verũ & interiora illorum penetrat, sicut aqua, quin & sicut oleum. q⁹ etiã ossibus illabitur. Et enim vt à Deo disiuncti sunt, ita tabescunt in semetipsis, indignãtur, cruciãtur, vt de illis prorsus vera sit ista sententia. *Peccator videbit Ps. 111. 10.* *& irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet, desiderium peccatorum peribit.*

22 Hæc autem in figura facta sunt nostri. *Ps. 118. 21.* Qui verò sunt maledicti? *Increpasti superbos? maledicti, qui declinant à mandatis tuis.* An nõ inter nos pleriq; superbi sunt? multi declinantes à mandatis Dei? nõ pauci pauperem persequentes? viro iusto obloquentes? An non sunt terra illa, de qua Apostol⁹: *Hebr. 6. 7.* *Terra sæpe venientẽ super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionẽ à Deo: proferens autem spinas, & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionẽ.* Quam pauci sunt, qui herbã generant opportunam, repleti fructu iustitiæ? Spinas proferũt ac tribulos peccatoñ; illorũ fructus est luxuries in flagitiis, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs. Et quas res ista peccata efficere possunt, eas omnes reperies in infidelibus: terra maledicto proxima, homines induti maledictione, eadẽ pleni vsq; ad interiora & intima cordis. Quorũ consumãtio in combustionem. Maledicta terra spinas germinans ac tribulos, quid aliud maneat, q̃ ignem comburentem in terra istorum? Iam olim aqua diluuij operuit omnem terram, q̃ erat corrupta iniquitate. *Gen. 7. 6.* Ignis nũc sua cõbustione circumplectitur totam terram, quę maledicto proxima est, maledictioni subiecta, locus & carcer maledictorum; qui ad ignem mittentur, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Eia ergò *Matth. 25. 41.* exuimini vestimentum hoc tàm pestilens maledictionis, quo sunt operti, qui declinant à mandatis Dei, vt toris visceribus deprecemur Deũ, dicentes: *Aufer à me opprobriũ, & contemptum* (maledictionis videlicet) *quia testimonia tua exquisiui.* Fiat, fiat. *Psal. 118.*

FERIA VI. DOMINICÆ DE LAZARO.

CONCIO PRIMA.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi Concilium, & dicebant quid, &c. *Ioan. 11. 47.*

ARGVMENTVM.

Consideratur sacrificium vitulæ, quæ sacrificabatur in antiqua lege. Ponderãtur eius proprietates, & morti Christi optimè aptantur. Colliguntur pulchræ moralitates.

MVLTI-

1 MVLTIPLICITER peccauerunt Pontifices & Phariſæi, quod collegerunt concilium aduerſus Ieſum Dominum noſtrum. Primo, contra legem agentes in hoc, quod rem diuinam non pondere ſanctuarij, ſed pondere humano, quando dicebatur publicum, ponderabant. Communis quidem eſt regula, & veluti pondus publicum, quod rem paruam pro magna non liceat perdere ſeu alienare, atque ita vnum aureum pro re valoris excedentis. Chriſtum eſſe rem diuinam fatentur ipſimet dicentes. *Hic homo multa ſigna facit.* Hominem interficere iuſte, actio erat diuina, nempe ſtatuta in lege. Quæ duo tamen humana ratione agere prætendebant, dicente Caipha: *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat* Publicam vtilitatem proponentes temporalem, pro qua volebant rem diuinam actione diuina perdere, quaſi minoris eſſet valoris. Peccabant nihilominus, & male ponderantes pondere publico, ita vt inciderent in prouerbiũ illud. *Statera doloſa, abominatio eſt apud Deũ.* Fingebant quippe publicam vtilitatem, & tamen ambitione dominandi agitabantur. Volentes enim hæredem Patris interficere, dicebant: *Noſtra erit hæreditas:* atque ita doloſe ponderabant. Quoniam vero (vt ait ibidem Salomon.) *Pondus autem æquum voluntas eius*, id eſt Domini. Ad pondus æquum, & ad pondus ſanctuarij opus iniquitatis eorum ipſe reduxit, perdens ad tempus primogenitum, *vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum* cũ ipſo primogenito, vt eſſet ipſe primogenitus in multis fratribus, vt ita eorum iniquitati, Bonitas diuina præualeret. Imo & ipſa eorum malitia vteretur ad communem omnium gentium ſalutem & pacem.

Prou.11.1. Mat.12.1. Prou.11.1. Rom.8.29.

2 Huius liberalitatis Dei figura fuit annus remiſſionis, qui erat ſeptimus. Nam ſeptimo quoquo anno, omnia in priſtinũ reuertebantur; vt qui agrum ſuũ vendidiſſet, anno ſeptimo ad eum reuerteretur, illumq; ſicut antea poſſideret. Neque debita anno illo ſeptimo, licebat repetere ab iis, qui eſſent de populo, quod tamen ab aduenis, & peregrinis licitum erat. Annus iſte ſeptimus eſt plenitudo tẽporis, in qua miſit Deus Filium ſuum Redemptorem mundi, qui omnia reſtauraret, & in ſtatum priſtinum reduceret, iuxta illud: *Et placebit Domino ſacrificium Iuda, & Ieruſalem ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui.* Immo & in melius reformaret. Sic tamen vt beneficium hoc non ad omnes ſe extenderet; ſed ad eos ſolũmodo, qui eſſent de populo, id eſt eſſent computati inter filios Dei. Sic enim dicitur in ſolemni Prophetia, quã hodie audimus de ore Põtificis, ſic ab Euangeliſta explicata. *Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, cõgregaret in vnum.* Cuius vt nos ſimus & participes & grati, illud diligenter conſideremus.

Leu.15.1. Malach. 3. 4.

Quæ conſideratio vt magis afficiat, magiſque animis noſtris hæreat, ſub velamine fiet nobiliſſimæ admirandæque figuræ, quæ digeritur à Moyſe in libro Deuteronomij his verbis: *Quando inuentum fuerit hominu cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus, ſeniores ciuitatis vicinioris, tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram ſcidit vomere; & ducent eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit; & cadent in ea ceruices vitulæ: Accedentq; ſacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus, vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius; & ad verbum eorum, omne negotium, & quidquid mundum vel immundum eſt, iudicetur. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, leuabuntque manus ſuas ſuper vitulam, quæ in valle percuſſa eſt, & dicent: Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. Propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti, Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael Et auferetur ab eis reatus ſanguinis. Tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fuſus eſt.*

3 *Hic innuitur diuiſio.* Deut.21.1.

Pro cuius intelligentia, addo primum ſententiam Domini Saluatoris: *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Et ideo ſanciebat lex, vt homicidiũ voluntarium

4 Mat 26.52 Deut 19.11

rium morte plecteretur. Casuale vero excusabatur, pro quo erant institutæ ciuitates refugii. Vbi declaratur populum esse sanguinis innocentis noxium, nisi puniat
Deu. 19. 10 occisorem spontaneum innocentis? *Vt nõ occidatur* (inquit) *sanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi possidendam*; & infra de homici-
Deu. 19. 12. da voluntario: *Morietur: non miserebitur eius, & auferes innoxium sanguinem de Israel, vt bene sit tibi.* Vbi habetur sicuti alibi, quod huiusmodi delictis contaminabatur terra, & reatus aliquo modo in to-
Ps. 105. 39. tum populum redundabat. *Et infecta est terra in sanguinibus.* Et vetãs lex ne dimissam, quæ alij fuerat nupta, quis ducat; ad-
Deu. 14. 14 dit: *Ne peccare facias terram tuam.* Et furtũ
Iudic. 7. 1. Achan toti populo imputabatur, donec deletus est fur. Intendit igitur Deus hac cæremonia terram purgare, & populum liberare a reatu illius homicidij, quod forte fuit voluntarium, quo non punito inficeretur terra, & populus esset reus. Quæ cæremonia apta figura est liberationis a morte factæ per Christum. Cuius non apta figura fuit casus homicidij voluntarij, quia reus occidebatur; nec homicidii inuoluntarij, quia non erat ibi mortis debitum aut meritum. At in homicidio ignoto debitum erat, quod tamen hoc ritu conuenienter auferebatur.

[5] Per hanc ergo figuram præsignatur populus Dei liberandus à morte illa tremenda, quæ vere mors est. Quæ liberatio per mortem alterius erat facienda, quasi per necem vitulæ. *Expedit enim vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Vitula ergo, Christus innocens. Sed quare vitula? oblatio boũ nobilior omnium esse videtur, cũ bos sit animal nobilius capra, oue, & cæteris, quę poterant immolari; Animal maius, fortius, vtilius, & magis necessarium. At quanta est Christi nobilitas: fortitudo? magnitudo? vtilitas? ne-
Mat. 11. 11. cessitas? *Nullus maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Qui autem minor est in Regno cælorum maior est illo.* Intuemini autẽ
Phil 2. 6. quantus sit hic. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem*
Luc. 1. 32. *Deo.* Ideo dixit Archangelus Gabriel: *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Ideo in Psalmo quasi de maiori victima dicit Deus: *Nunquid manducabo carnes tau-* Psal. 49
rorũ? At vitula in specie bouina minor est, tũ ratione sexus, tũ ratione ætatis: Ideo eni dicitur vitula. Vt cũ Christi magnitudine, paruitatẽ illius coniungamus, qui semetipsum exinaniuit, factus paruulus, & nouissimus virorũ. Quam coniunctionem fecit ipse, quãdo magnificato Ioañe Baptista super omnes natos mulierũ, subdidit de ipso: *Qui autem minor est in Regno cælorum, maior est illo.* Audis minor, & maior? Minor absolute in toto regno cælorũ: Maior illo, id est Ioañe: vt non solũ cum sua magnitudine coniungat paruitatem, sed paruitatẽ amplificet, restringat amplitudinem, minor humilitate, maior dignitate. O vitulam, in specie hostia magna, minima in singulari. Quam iure docemur à Sapiente: *Quanto maior es, humilia te in omni-* Eccl. 3.
bus. Magnus nõ quidem in omnibus, quod nemini dari videtur in terra, cum hoc tamen humilia te in omnibus. In paucis magnus, humilis in omnibus. Vt sic excellentius imitemur Christum, qui æqualis Deo semetipsum exinaniuit, vt esset etiã inter paruos paruulus & minimus. At tu quite exaltas, memento scriptũ esse: *Qui altam* Prou. 17.
facit domum, quærit ruinam, & qui euitat discere, incidit in mala. Salomon his verbis coniungit superbum cum eo, qui abiicit disciplinam. Quæ enim maior superbia, quam quod quisquam se sibi satis sapientem arbitretur? Iactare diuitias, porẽtiam, gloriam, superborum est quidem; at sapientiam ita exaggerare, vt quis docente quoque non egeat, maxime superbiæ indicium est. Hic est, qui domũ suam exaltat, atq; propterea ruinam quærit. Nã domus alta plusquam ferat vis fulcimenti atque parietũ, cadat necesse est. Hæc est exaltatio & magnificentia, de qua Salomon quoque dixit: *Contritionem præcedit super-* Prou. 16.
bia, & ante ruinam exaltatur spiritus. Cui vero magis culpa ista conuenit, eius videlicet, qui euitat discere, quam ei, qui Christum virtutum omnium exemplar imitari detrectat? Merito itaque ruit: Nam *domũ* Prou. 15.
superborum demolietur Dominus.

Quare

6. Quarè vitula accipitur, quæ non traxit
Deut 21. 3. iugum, nec terram scidit vomere? Duo
hæc consueta sunt boum opera, iugũ tra-
here ad vehenda onera, atq; arando terrã
scindere. Designatur ergò, quòd sit iuuen-
cula nondum arare docta, quod facit ad
iam dictam paruitatem: nam quæ crescũt,
iugo submittuntur. Sed hoc potissimum
designat, vt humanis operibus addictum
non sit, quod Deo dedicatur. Christus se
talem ostendit, quandò requisitus à quo-
Luc. 12. 13. dam dicente: *Dic fratri meo, vt diuidat me-
cum substantiam, respondit: O homo, quis me
constituit iudicem, aut diuisorem inter vos?*
Neque enim miserat eum Pater in mun-
1. Tim. 1. 14. dum, vt mundana tractaret, sed vt redi-
meret nos ab omni iniquitate, & munda-
ret sibi populum acceptabilem, sectatorẽ,
Ephes. 2. 10. bonorum operum. Et qui discipulis ve-
Luc. 9. 3. tuit pecuniam, baculum, peram & vniuer-
sa prorsus negotia secularia, iis certè ipse
non seipsum implicauit. At fortè illi dicat,
qui requisiuit eum pro diuisione substan-
Psal. 2. 6. tiæ: Num tu in Psalmo non confiteris: *Ego
constitutus sum Rex* ab eo *super Syon mon-
tem eius*? Si autem Rex, nunquid non &
Iudex? etenim in eodem Psalmo regiæ po-
testati iudicium datur, dum dicitur: *Reges*
10. *intelligite, erudimini, qui iudicatis terram.*
Cur ergò te abnuis iudicem constitutum?
Si sic Christus compellatur, audi respon-
6. sum. Sum quidem constitutus Rex ab eo;
sed prædicans præceptum Dei, non diui-
deus argentum hominum. Mea enim fun-
ctio est prædicare. Prædicare (inquam)
regnum Dei, non inter homines humanũ
administrare principatum. Nos igitur do-
cti à Domino audiamus etiam discipulum
2. Tim. 2. 4. eius: *Nemo militans Deo, implicat se negotiis
secularibus.* Quid tu igitur vocatus
in sortem Dei, tractas secularia? Etiam
puluere pedes tui abstergendi sunt, vt sint
specioſi pedes euangelizantium pacem;
nam terrenorum puluis litibus alimenta
Deut. 18. 1. ministrat, pacis offuscat serenitatem &
tranquillitatem. Ideò iubet lex: *Non ha-
bebunt sacerdotes & leuita, & omnes, qui
de eadem tribu sunt, partem & hereditа-
tem cum reliquo Israel, quia sacrificia Do-
mini, & oblationes eius comedent*: & in-
fra *Ipsum enim*, id est sacerdotem, *elegit* 5.
*Dominus de cunctis tribubus suis, vt stet, &
ministret nomini Domini: Vt nè quidem ne-
cessaria sibi curent* Et vide si fortè duo illa
opera expressit, quæ sunt iugi tractio, & a-
ratio, vt ostendat ne de habitis, nec de ha-
bendis debere solicitari. Iugo quidem, quę
iã sunt, trahunt; at qui arat, in spe arat ha-
bendi fructus, qui adhuc non sunt, sed ex-
pectantur, vt omnis prorsus tollatur solli-
citudo ab his, qui Deo militant, & ser-
uiunt ei die ac nocte.

Quarè ducenda ad vallem asperam & 7.
saxosam, quæ nunquam arata est, nec se *Deut* 31 4.
mentem recepit? Non enim frustra hæc ita
diligenter & iussa & scripta sunt. Primò vt
videretur quodammodo extra terrã habi-
tationis hoc factum esse, vt terra ideò non
videatur contaminata. Hoc enim fuit ad
purgationem terræ designandam, atq; ita
reatus à populo demonstretur ablatus, vel
etiam non contractus. At Dominus Iesus *Heb.* 13. 11.
extra portam passus est, quòd & per sacri-
ficium, cuius carnes cremabantur extra
castra, præfiguratum est, vt docet Apostо-
lus Et quid putas rogauit in Cruce pro *Luc* 23 34.
crucifixoribus, nisi vt quasi culpabiles non
essent, ac si procul ab eis, & extra ciuitatẽ
habitationis eorum fuisset interemptus?
Vbi & hoc notandum videtur, quòd terrã
fructiferam noluit occupari, vt scias diui-
num obsequium etiã temporalibus quan-
tum possibile est parcere. Ideò enim & A- *Act* 20 34.
postolus nè grauaret, quos Euangelicis *Leuit.* 3.
præceptis erudiebat, manibus suis victum *Deut.* 18 3.
sibi, ac sociis suppeditabat. Et sacrificio- *Deut.* 14.
rum communium modicam partem sibi 22.
seruabat Deus, quæ vel igne consumere- *Leuit.* 27.
tur, vel in vsum cederet sacerdotum. Et 30.
quamuis totam terram dedisset ipse inha *Deut.* 24.
bitandam, primitiis tamen atq; decimis 20.
contentus erat, & hominum primogeniti
modico admodum pretio redimebantur.
O vtinam vellemus Deo seruire, experi-
mento cognosceremus, iugum Domi-
ni esse suaue: asperam enim ipse, & saxo-
sam vallem petiit, vt mala nostra ferret, &
bona sua conferret, multa patiens; non
autem imputans quòd pateretur ab ho-
minibus, sed reputans quòd pro hominib⁹

patetetur. In valle aſpera atq; ſaxoſa indigna ſuſcipiens, ſed quæ nunquã arata eſt, nec ſementem recepit, vbi videlicet homo non apparuit, qui illam coleret, ac ꝓpterea nõ homini imputandum ſit, quòd pro homine ipſo, ipſe Deus & homo tolerauit.

8. Caue tamen ne paſſionis locus tibi infructuoſus ſit; vbi nec ares nec ſemines, atque propterea nullus ibi indè exſpectandus fructus. Audi ſapientẽ: *Natus eſt ſtultus in ignominiam ſuam: ſed nec pater in fatuo lætabitur.* Stultus eſt omnis, qui vanè laborat, qui inania meditatur, qui fructuoſam rem negligit, talentum abſcondens in terra. Hic nil aliud debet expectare, quàm ignominiam ſuam. Si enim gloriam ſapientes poſſidebunt, quid aliud manet ſtultis, quàm ignominia? Ad hanc natus eſt ſtultus, quia ab eo trahitur nihil aliud. Vndè *bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet.* Ad quid enim naſci, vt duntaxat ignominia appareat? Ad quid patrem habere filium, de quo nullum aut fructum, aut gaudium conſequatur? *Gaudio gaudet mulier, quæ peperit puerum, quia natus eſt homo in mundo.* At ſi natus ſit ſtultus, iam gaudiũ vertitur in triſtitiam, vt melius iam eſſet, ſi natus non fuiſſet homo ille. Chriſtus verò pater noſter, qui cum triſtitia nos genuit, quam ex nobis lætitiam concipiet, qui ſtulti nullum fructum capimus ex iis, quæ paſſus eſt? Heu nos infœlices! Doluit noſter iſte genitor, quandò venit hora eius, in qua ad modum parturientis, vehementes dolores ſenſit: ſed producto fœtu debuit gloriari; ſed ſi fatuus euaſit filius, pater in fatuo non lætatur. Tu quidem inſipiens, doloris in Chriſto fuiſti cauſa, ſed non lætitiæ, quin tua fatuitate, ſi poſſibile eſſet, infandum Domino Ieſu dolorem renouares.

Prou. 17. 21

Prou. 3. 35.

Matth. 26. 24.

Ioh. 16. 21.

9. Sed cur cædunt in ea valle ceruices vitulæ? cur occiſa & decollata? Sic iubet lex. Occiſa, quia pro morte agitur hoc negotium, nempe vt morte, mors redimatur. Quod ad litterã legis pertinet; mors vitulę occiſæ in valle maximè remota pro morte eſt hominis occiſi abſconditè, quæ ſi non vindicatur, tota infecta eſt terra, & contaminatus populus, ac propterea morti obnoxius. Cum aũt proxter latentiam occidentis vindicari non poſſit, remedium adhibetur purgationis, qua declaratur populus innoxius: quæ purgatio fit; ſenioribus ſtantibus pro populo, lauantibus manus ſuas ſuper vitulã, & proteſtantibus ſe nec feciſſe homicidium, nec homicidam ſcire. Quo ad ſpiritum, in omnes homines mois pertranſiit. Vndè verè in ſe totus populus contaminatus eſt, & morti obnoxius. Oportet autẽ in morte alterius ſperare ſalutem, *Ne tota gens pereat* Moritur hic in vitula extra portam paſſus, cuius morte purgatur populus: non vt in figura negaſſe conſcium mortis eius; ſed confitens cauſam ſe fuiſſe mortis eius, qui pro peccatis noſtris mortuus eſt. Mors autem cõmunis vniuerſorum, quæ hic aboletur, aptè deſignata eſt morte, quæ debebatur hominem occidenti. Multa quidem delicta ſecundum legem morte puniebantur, vt patet de blaſphemante, de violante diem Sabbati; de maleficio, de immolante idolis, & huiuſmodi: ſed nemo directius, ac magis ꝓpriè veniebat morte mulctandus, quam is qui mortem alteri intuliſſet. Ideò poſt latam legem decem verborum, primum iudicium à Deo inſtitutum, quo quis necandus eſſet, iſtud fuit. *Qui percuſſerit hominem, volens occidere, morte moriatur.* Vndè & in Euangelio à Domino ſententia pronuntiata eſt. *Qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Mors itaque deſtruenda, aptius à nulla morte alia figuratur, quam ab ea, quam obire deberet, qui hominem occidiſſet ſine cauſa, & ſine poteſtate. Vt autem lex in ſuo robore remaneret, qua deberet occidens occidi, aliquis loco occidentis, occidendus erat. Sed qui tanti eſſet, vt ſola eius occiſio occidẽdis omnibus eſſet ſufficiens ſubſidium atq; remedium. *Expedit enim vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*: ſi talis homo reperiatur, qui poſſit ſua morte mortem omnium ſupplere; vt ſolus moriens morituris omnibus prouideret, nẽ morte mulctarentur.

Deut. 21. 4.

Quis verò homo iſte erit? Is certè, qui tot multa ſigna fecit ac tanta, vt certum ſit ipſum eſſe, quem Deus miſit in mundi ſalutem, vt ſal-

vt saluaretur mundus per eum, & cum veritate posset dicere: *O mors, ero mors tua.* Et vere: *destruxit mortem, & illum, qui habebat mortis imperium, id est diabolum.* At quæ in plenitudine temporis erant perficienda, in figuris præcedere debuerunt, in quibus etiã priscis hominib. ostenderetur, quid illis credendum esset, quibusq; fuam ipsorum fidem profiterentur. Hoc ergò voluit Deus intelligi, futurum aliquandò hominem signis à Deo probatum, qui sua morte tolleret, sicut peccata mundi, sic mortem, quæ per peccatum introiuit in orbem terrarum. Et quoniam homo iste pro cunctis hominibus, quasi vnum, & vnus idem homo, reputantur & hic vnus homo & omnes simul homines. Neque secus illius, & illorum mors vna reputetur, vt ipso moriente, omnes ipsi quoque mortui deputentur; vt aperte scribit Apostolus: *Si vnus pro omnibus mortuus est, ergò omnes mortui sunt.* Et *pro omnibus mortuus est Christus.* Ideò enim *& qui sanctificantur: ex vno omnes.* Vna ergò vitula, & hunc & illos repræsentat, eademque illius mors vtrorumq; etiam mortem apte designat. Occisa itaque vitula, mortem, cui obnoxium erat genus humanum, refert, eademq; occisi Christi viuificantem mortem offert & affert.

Hebr. 13. 14. Hebr. 2. 14. Rom. 5. 12. 1. Corint. 5. 14. Hebr. 2. 11.

11. Sed mirum, quomodo aut quare sit decollata. De agno quidem Christo iussum est: *Os eius non confringetis.* Qui etiã quoniam integer perseuerat, non fuit diminutus in capite. Ad quod dicimus primo, quòd Christus diuersis figuris voluit obumbrari, vt quod vna non poterat, plures simul absoluerent. Ideoque non sacrificiis tantum hostiarum, sed & aliis mortis generibus, eius est prefigurata mors. Nam & Abelis mors, & Prophetarum, illã præsignauerunt, ac propterea & huius vitulæ mors, quæ tamen non fuit oblatio, aut sacrificium, quæ ideò cum non sit nisi mors, non verò oblatio, mortem Christi propriùs delineat & apertiùs, & ideò etiam mors vitulæ manifestior est vt sic, cum sit capitis præcisione completa. Vitulæ, & agni immolatio, & victimę per solam sanguinis effusionem complebantur; Quæ postmodum mortua diuidebantur, quorum tamen sectio & decortatio, ad eorum mortem non pertinebat; sicut & Christus per sanguinis effusionem interfectus est. Vt igitur perfecta eius mors perfecta morte præfiguraretur, per vitulæ decollationem est præsignata. Id quod etiam facit ad clarius hominum mortem præferendam, quæ magna & pessima fuit; nam mors peccatorum pessima. Quin etiam mors sanctorum, quæ crudeliter illis à tyrannis inflicta est, non immeritò à decollata vitula est præostensa propterea enim, & decollati illi prædicantur. *Et vidi* (inquit Ioannes) *animas decollatorum propter testimonium Iesu:* sicut ceruicem cædere est perfectè occidere. Nullus enim præciso capite superuiuit. Et hæc mors aperta est omnibus, ac manifesta, ex ipsa rei natura. Ita mortem in suo genere perfectam demonstrat. Pretiosa enim fuit mors Christi; pretiosa mors sanctorum eius. Ergò in Agno, genus mortis præostensum est: In vitula, certa & aperta mors; rursusque mortis perfectio, quoad efficaciam & sanctitatem. Secundò, etiam obseruandum est, quòd Christus, & innocens fuit, & peccator, adeò vt & peccatũ ipsum ab Apostolo nominetur. *Factus* (inquit) *pro nobis peccatum: vt in ipso nos iustitia Dei efficeremur; Innocens quidem in se, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, pro nobis peccator, tollens super se peccata mundi.* Ab agno itaque immaculato innocens nobis, & immaculatus ostenditur. A vitula verò occisorem repræsentante, vt nostris peccatis onustus præferatur; quæ ideò vitula non iubetur, vt sit sine macula, sicut de sacrificiis iugiter demandatur.

Psal. 33. 22. Apoc. 20. 4. Psal. 115. 15. 2. Cor. 5. 21. Isa. 53. 9. 1. Pet. 2. 22.

Exod. 12. 46. Num. 9. 12. Ioh. 19. 36.

12. Quain re debemus gratias agere Christo Domino nostro, qui perfecta morte, cui videlicet nihil de morte deesset, pessimam nostram mortem moriendo destruxit, passus per omnia in anima, & in corpore, & per membra omnia. Quam perfectam mortem admirans Propheta, illum in spiritu interrogat: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* De plagis manuum

Exhortatio.

Zach. 13. 6.

Gen. 3. 2.

manuum mentionem facit, tanquam de re magis aperta. Et quoniam vilior, atq; dira magis mors erat crucifixorum, quæ
Ios. 8. 29. ideò illata est Regibus Chananæorum resistentium populo Dei. Plagæ autem in medio manuum sunt plagæ crucifixorum. In plagis ergò manuum, extremam atrocissimamque mortem admiratur Propheta. Quam Christus ipse exaggerat, dicens, se plagatum in domo eorum, qui diligebant eum, non quidem à diligentibus, sed in domo diligentium. Dilexit enim Synagoga Christum, dum illum tandiu expectauit, dum in ea fuerunt sancti viri, & Reges, qui diem illum summo ardore desiderabant; in qua semper fuerunt amici Dei electi & dilecti, qui ardenti cordis affectu in Christum ferebantur, & rapiebantur. At quod in tali domo princeps illius ita sit malè habitus, vt appareant plagæ in medio manuum eius, hæc maxima est admiratio Admiratio (inquam) quæ dolore, & mœrore animam repleat, quòd tanta sit passus Filius Dei, & hæc à populo suo, à populo quem tantis beneficiis prosecutus est, quem excelsiorem fecit omnibus gentibus. Etsi hoc: quanta Passio, quàm acerba, ab his etiam pati, qui sunt in domo noua sanctæ Ecclesiæ? ab his, qui Christiano censentur nomine? Genitores carpit Propheta, quod ipsi fuerint confi-
Zach. 13. 3. gentes eum. *Et configent eum pater eius, & mater eius genitores eius*: sed quoniam pro patribus eius nati sunt illi filij, qui nos sumus: nunquid meliores sumus parentibus eius? Heu!, verum, & nimis verum
Psal. 44. 17 est *Ira patris, filius stultus, & dolor matris,*
Prou. 17. 25 *quæ genuit eum* Ipse pater noster, ipse mater nostra, de se enim genuit nos. Quanta ergò ira eius, quantus dolor, præuidere ad tantam stultitiam nos prolapsuros, vt pretium Passionis eius, pro nihilo haberemus? mortem illius contemneremus? Salutem tanto labore nobis acquisitam insanientes perderemus? Si zelus in prædicatione sua tantus fuit, vt dicerent turbæ.
Marc. 3. 21. Quoniam infurorem versus est. Heu! quanta ira, quantus furor, & zelus illũ deuorabat, videns à filijs suis contemni tam magnam, tanquam pretiosam hæreditatẽ suam. O dolor! qui affecit, & interfecit Auctorem vitæ, dum sua morte, mortem nostram à nobis quàm longissimè ablegare: Quantus dolor Moysi, qui dicebat: *Noui quòd post mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis?* Deut. 31. 29. Tantùm laborauerat ducens, instruens, sustinens, dum ergò præuidet in futuris filiis, cassum laborem suum, zelo ductus ineffabiliter anxiatur. Quid ergò Christus Dominus, intuens ingratitudinẽ Christianorum? Videns infinitam prope multitudinem pereuntium? Si quid habet apparentis veritatis Caïphæ dictum, etiã vt ab eo intentum. *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & nõ tota gẽs pereat.* Quid vbi tanta gens perit, etiam mortuo homine illo, qui mortuus est ne illa periret? Quid, inquam? Num expedit hoc? An non potius perniciosissimum est, vt de eo præuiso maximè doleret, atq; irasceretur Pater iste noster, qui filiis suis vitam inspirat, atq; vt inspiraret, expirauit?

SECVNDA PARS.

PRoposita figura hoc quoq; continebat. 13. Deut. 21. 5. *Accedent Sacerdotes, quos elegit Dominus, & ministrent ei, & benedicant in nomine Domini, & ad verbum eorum omne negotium iudicetur.* Vbi apparet ratio, cur huic negotio assistere deberent Sacerdotes, nempè vt quasi iudices decernerent inculpabilem esse ciuitatem, & innoxium populum, in cuius territorio fuisset mortuus ille occisus, atque ita illi ciuitati, & populo benedicerent in nomine Domini. Ratio verò, cur sacerdotibus data esset ista potestas, tangitur dum dicitur *Vt ministrent ei.* Qui enim sic in ministerio Deo appropinquabant, congruenter etiam in potestate iudicandi, atque benedicendi, eidem ipsi Deo propius accedebant. Hoc futurum erat, vbi morti obnoxius liberà mortis reatu fuerat iudicandus Inde enim hodiè Sacerdotalis sententia pronuntiatur. *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*, quod est dicere in figura. Occidatur vitula, vt populus sit immunis. Et ita factum est;

quia

quia Iesus mortuus est pro gente, videlicet Iudæorum. At quoniam Deus nedum fidelis est in omnibus verbis suis, vt quæ
Ps. 144. 13. prædictionibus pollicitus est, fideliter
Eph. 2. 4. impleat: verùm etiam diues in misericordia, superabundanter implet promissa sua: ptopterea Christus mortuus est, *non tantùm pro gente, sed vt & filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum*, nempè in so-
Iob. 1. 3. cietatem suam, de qua Ioannes: *Quod vidimus, annuntiamus vobis, vt & vos socie-*
Deut. 18. 8. *tatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre, & cum Filio eius Iesu Christo.* Vbi notandum est, quòd cum iuberet lex, standum esset iudicio Sacerdotis, qui tunc præesset loco, quem Dominus elegisset; ita sua diuina prouidentia cathedrã Moysi tuebatur, vt sedentes super illam non permitteret errari in iudicando. Indè enim est, quod iubet etiam Noui Testa-
Act. 23. 2. menti Mediator: *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: Omnia ergò quæcunq; dixerint, seruate & facite.* Et ne quis diceret, Caïphas Pontifex in concilio nõnè sedebat in Cathedra Moysi, quomodò ergo iudicat iniustè? Spiritus Sanctus prospexit, vt quamvis scelestus esset, atque sacrilegus, attenta tamen Pontificia dignitate, verum pronuntiaret, & quod erat à Deo diffinitum, promulgaret. Audimus enim Euangelistam, sic illius sententiam interpretantem: *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit. Quia Iesus moriturus erat pro gente, & vt filios Dei congregaret.* Quia tamen mens eius corrupta malum intendebat, iustum condemnans; ideò Episcopatum eius accepit alter, translato Sacerdotio à Synagoga ad Ecclesiam. Vt mirabiliter sententiæ tùm veraci, tùm mendaci iustè responderetur. Vt enim verax fuit, datur Spiritui Sancto ratione Põtificatus, quem Deus non permittit errare. Vt mendax fuit, & iniqua, datur homini, qui propterea à gradu deturbatur
Osea 4. 6. Pontificali. *Quia enim repulisti scientiam* (dicit Dominus) *repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.*

14 Vbi discimus separare pretiosum à vili,
Leu. 19. 19 vt semina in agro non misceamus, neque colores in vestimentis, neq; enim bonum, quòd malo sit adiunctum, respuendum est; neq; è contrariò malum, quod cum bono coniunctum est, vllo pacto probare debemus, & acceptum habere; sed decorticanda hostia, vt non pellis cum carnibus offeratur, nec offerantur carnes cum pelle. Sed vnicuique detur quod suum est; Deo prophetia, malitia homini. Pessimum quidem fuit iudicium hominis huius iniusti; Quoniam, vt ait Salomon. *Non est bonum, damnum inferre iusto; nec percutere Principem, qui recta iudicat.* Et iterum: *Non decent stultum verba composita, nec Principem labium mentiens* Prou. 17. 26 Prou. 17. 7.
Iustum, iam vt diximus, reputauerunt Christum, quem multa signa facere testati sunt, & damnum tamen idq; maximũ illi moliuntur inferre. Nunquid hoc bonum tibi videtur, si calumnieris, & opprimas iustum, qui nihil mali fecit? At dictum est: *Principi populi tui non maledices.* Caïphas Princeps erat populi; ergo bonum non est, illum percutere maledicto. Verum est quidem, si is sit, quem Salomon pronuntiauit: *Principem* (inquit) *qui recta iudicat,* Prou. 17. 26.
Propter hoc, qua parte Caïphas prophetauit, non illum percutimus, non illum maledicimus, sed Pontificatui reuerentiam exhibemus. Exo. 21. 28. & Act. 3. 5.

At verò vbi iniqua iudicat, sicut reprobatur à Deo, ità & ab hominibus venit reprobandus, maledicendus, percutiendus Sed Christus Princeps est, qui recta iudicat: hunc percutere bonum non est. Tum itaque, quia iustus erat Christus, tum quia Christus recta iudicans, ab eius damno, & percussione erat summopere abstinendum. Ac propterea *non decent stultum verba composita, neque Principem labium mentiens.* Prou. 17. 7.
Eos, qui in concilio erant, stultos fuisse, apertè Caïphas ipse pronuntiat, dicens: *Vos nescitis quidquam* Hi quid aliud faciebant, quàm verba componere ad persuadendam, & ad faciendam iniquitatem? sicut homo stultus ornatu nescit vti verborum, cum maximè sapientiæ sit, tum vi sententiarum, tum sermonis elegantia persuadere. Vnde stultus, qui verba componere meditatur, eò magis ad

gis ad ſtulta declinat. Ita iſti damnabiles conſiliarij, maximè à rectitudine recedebant, quò magis apparentia prætendebant argumenta. Sed eò damnabilior Caïphas, qui cum eſſet Princeps, mendaciũ proferebat. Nam non decet Principem, labium mendax. Tanta eſt Principis authoritas, & dignitas, vt illum maximè dedeceat vel minima culpa, ſed mendaciũ ſuper omnia: quoniam iudicando, diuinam functionem
Deut. 1. 17. adminiſtrat. Nam *iudicium eſt Dei*: inquit
Deut. 16. 18. Moyſes. Vnde & poſt inſtitutionem ſolemnitatum decernit immediatè iudices eſſe conſtituendos, qui recta iudicent. Sic oſtendens, quòd prima res ſtatuenda & ſuſcipienda poſt cultum Dei, eſt iuſtorum iudicum inſtitutio: qui etiam propterea Dij appellantur. Vnde & Salomon aſſerit
Prou. 16. 10. præſumptiuè: *Diuinatio in labiis Regis; in iudicio non errabit os eius.* Præſumitur enim, niſi contrarium appareat, iuſtum eſſe Regis iudicium, adeò vt diuinum quid eluceat in labijs eius. Super omnia igitur indecentia, mendacium indecentiſſimum eſt in ore Principis.

Deut. 16. 21 Vnde mox poſt iuſſam iudicum inſtitutionem, duo hæc præcepta ſubduntur; ne fiat lucus circa altare Dei, ne ſtatua fiat aut ſtatuatur. Quæ (inquit) odit Dominus. Sicut enim circa Altare non ea facienda, quæ gentes faciunt Diis ſuis: ità à Rege, quaſi diuino Altari, ea prorſus ſunt amouenda, quæ verè diuina non ſunt. Quanti enim faciendus ſit Principatus, oſtendit Spiritus Sanctus, qui poſuit verba ſua in ore Caïphæ, qui erat Pontifex anni illius. Extremum igitur abſurdum eſt, vt in eo quidquam reprehenſibile reperiatur: Et ea ex parte in primis, quæ ad Principis officium pertinet, propter quam præſumitur diuinatio in labiis eius. Maxima ergò iniquitas ſceleſtiſſimi huius Pontifi-
Rom 5. 20. cis. Quæ videtur ideò permiſſa, vt ſummum ſcelus & ſummus zelus obuiarent ſibi, & tunc ſuperabundaret gratia, vbi delictum quoq; ſuperabundat. Propterea enim inter alias rationes voluit quoq; Dominus per iniuſtum iudicium morti addici, vt ſic dum abundaret mundi iniquitas, Dei pietas ſuper omnẽ carnem ſuperfluenter effunderetur, vt ſic palam fieret, quòd ſapientiam nõ vincit malitia, neq; impietas pietatem; ſed è contrà gratia vincit in bono malum.

Diſcamus nos igitur illic maximè à peccatis abſtinere, vbi ſe magis diuina diffundit miſericordia. Vbi maximus Deo fit cultus, inde procul ſit maximè quod Deo diſplicet. *Non plantabis lucum, &c.* Deut. 16. *omnem arborem iuxta Altare Domini* Dei 21. *tui Non faciesti bi ſtatuam, neq; conſtitues. Quæ odit Dominus Deus tuus.* Luci ad cultum pertinebant idolorum. Ideò ſummopere à diuino altari prorſus abiiciendi. Heus Chriſtiane, qui Deo es conſecratus vt altare, cur appropinquas iniquitati? Cur locum das diabolo? Cur mentiris Spiritui Sancto? Cur Filium Dei conculcas? Cur, cum ſis filius lucis, ambulas ſicut & gentes, quæ ignorant Deum? Non plan- Deut. 16.
tabis lucum, & omnem arborem iuxta al- 21.
tare Domini Dei tui, ne lucum quidem, qui ex multis conſtabat arboribus, ſed neque vllam arborem, ſed neq; initium omnis peccati, ſed neque ſpeciem mali, neque tantillum declines à via recta, & ſemita Dei noſtri. Vide ad quantam iniqui- Ezech. 18.
tatem, qui Deo conſecratus erat, ſit temerariè prolapſus, vt in loco iudicij eſſet & in loco iuſtitiæ iniquitas; & iniquitas, impietaſque tanta, vt ſub pietatis ſpecie, tantum ſcelus operiretur. Arbores quidem lucorum reuerentiam quandam loco culturæ præferebant. At Deus hanc reſpuit apparentiam, in qua eſt falſitas, & dolus. *Aperi, Libane*, id eſt templum, Zach. 11.
portas tuas, ſincerum ſit & apertum obſequium Dei.

Additur in figura. *Et venient maiores* 17.
natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus ſuas ſuper vitulam, quæ Deut. 21.
percuſſa eſt in valle, & dicent. Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderunt. Ecce primùm coniunctio vitulæ, & interfecti. Habetur enim ex his, quòd vitula ferebatur ad interfectum, quę fuerat in valle percuſſa, & lauantes manus ſuper vitulam dicunt. Manus noſtrę non effuderunt ſanguinem hunc, intelligentes de ſanguine interfecti. Vbi & con-

iicio,

iicio, vitulam occidi in abscondito, ita vt nullus videret, vt ita designaretur homicidium absconditum. Dicitur enim. *Neq; oculi viderunt.* Quo confirmatur supradictum, quòd mors Christi cum morte nostra coniuncta est, vt dum innocens occiditur, nos apud Deum innoxii reputemur. Ablutio manuum fiebat, vt mundi apparerent à delicto illo maximo. Nam de peccatoribus & iniquis scriptum est. *Manus*
Isa.1.15. *vestræ sanguine plenæ sunt.* Vt igitur à sanguine appareant mundæ, lauantur, & lauantur super vitulam cum his verbis. *Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc.* Vt à sanguine illo particulari innoxiæ declarentur. Sic & Pilatus lauit manus suas,
Matth. 27 dicens: *Innocens ego sum à sanguine iusti*
24. *huius.* Innocentem quippe se prętendebat,
Ioan.19. 10 eò quòd inuitus faceret. Sed verè in culpa fuit, cum potuerit, ipsomet profitente, dimittere illum: & debuerit, ipso pariter cõfitente, quòd iustus esset At nos (ô insigne priuilegium!) modò conuenienter lauemur etiam post culpam, absoluimur. Alio-
Isa.1.16. qui cur monemur: *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis?* Erat ergò malum, sed per ablutionem aufertur ab oculis Dei, qui
Hab.1. 13 mundi sunt, vt non videant malum. Ita ꝙ lauatio non signum tantùm est innocentię præcedentis, sed vera causa est subsequentis. Qui enim lauant manus suas, cum panem manducant cœlestium Sacramentorum, auferunt reipsa malum à se, & ab oculis Dei: à se (inquàm) quia mundi fiunt.
Isa.1.16. *Lauamini*, inquit, *mundi estote.* Ab oculis quoque Domini, quia sic per ablutionem baptismatis, & pœnitentiæ, aliorumq; Sacramentorum absterguntur, vt prorsus deleta sint, ablata, atq; dimissa. Lauamini er-
Deut.21. 7 gò. Non quidem dicentes: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, sed liberè confitentes peccata nostra, atque dicen-
Dan. 9. 5. tes. *Peccauimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus* Sed tu, qui potes facere mundum de immundo conceptum semine.
Iob.14. 4. *Amplius laua nos ab iniquitate nostra, & à*
Psal.50. 4. *peccato nostro munda nos.* Si enim lauabis
9 nos, super niuem dealbabimur. Fortior enim est veritas, quàm figura; & plus in re datur, quàm in spe promittatur.

Sed cur maiores natu ista perficiunt? 18
Quia quod à maioribus fit, factum intelligitur ab omnibus, pro quibus seniores interueniunt. Sed documentum est, vt seniores reconciliatio sint iuniorum. Ita enim *Iob 1.5.*
Iob pro filiis intercedebat. Sic Moyses, sic *Exod.32.11*
Aaron pro toto populo. Mirum autem vi- *Num.16.*
detur, quòd ad protestationem seniorum 49.
vniuersus populus purgaretur, in quo plurimum continebatur is quoque, qui homicidium perpetrasset. Vt ita declaretur, quòd seniorum vita ad iustitiam facit, & sanctitatem iuniorum: sicut è contra vbi seniores deuiant, reliquos deuiare propè necessarium est. Etenim inter vtrosque quædam est congruentia, & affinitas, vt sibi mutuò communicent suas proprietates: propter quod & honorem, & contumeliam propriam, mutuò sibi tradunt. *Corona senum filii filiorum:* inquit Salomon: *Pro 17.6.*
& gloria filiorum patres eorum; sicut & de- *Eccl.3 13.*
decus filii est pater sine honore. Potissima autem ratio est, quia patres sunt causa filiorum, siue in bonum, siue in malum. Propterea enim scribitur à Sapiente: *Filius sa-* *Prou.13.1.*
piens doctrina patris, quasi dicat: Vnde est quòd filius sapiens sit? ex doctrina patris, qui illum conuenienter instruxit. Videant igitur patres, quæ filiis exhibere teneantur, nempe doctrinam, disciplinam, exemplum. Moyses, qui semper filios Israël do- *Deut.31.1.*
cuerat, in morte sua potissimùm illis præbuit præcipua documenta salutis: sic se *3.Reg 2.1.*
habuit Dauid cum Salomone; sic cum fi- *Tob.14.5.*
lio suo Sanctus Tobias. Quæ res adeò erat Deo grata, vt aliquando prophetarent. *Nunquid celare potero Abraham, quæ* *Gen.18.17*
facturus sum? Scio enim quòd docturus sit filios suos, vt timeant Dominum. Filii rursus instruuntur, vt audiant patrum suorum eruditionem. Ideò enim à Sapiente sæpè homines, nomine filiorum compellantur: *Audi fili, disciplinam patris tui, &* *Prou.1.8.*
ne dimittas legem matris tuæ. Et Sapientia ipsa: *Nunc ergò filii audite me.* Ita & in *Prou.7.32.*
Psalmo: *Venite filii, audite me; timorem* *Psal.33.12*
Domini docebo vos: Sic Paulus, sic Ioannes filiorum nomine appellabant fideles, tanquam ratione potissima, hoc

nomine impellentes ad suscipiendam disciplinam, & eruditionem. Filiorum enim est patrum obtemperare documentis. Alioqui superbi sunt, & veluti naturæ repu-
Prou. 13. 1. gnant. Vnde postquam dixit Salomon: *Filius sapiens doctrina patris:* subdit: *Qui autem illusor est, non audit cum arguitur.* Sed omnium est pessimum, quando patrũ scelera, sequuntur filii scelerati, qui ideò sunt
Luc. 3. 7. serpentes, & genimina viperarum. Quibus dicitur à sancto Stephano: *Vos semper Spiritui Sancto restitistis, sicut patres vestri, ita*
Act. 7. 51. *& vos.* Hoc ergò est, quod concilium collectum à Caipha meditatur, vt se filios ostendant eorum, qui Prophetas occiderunt, implentes mensuram patrum suorũ.
Ezech. 2. 3. Vnde & in Ezechiele ait Dominus. *Ipsi & Patres eorum prauaricati sunt pactum meũ usq; ad diem hanc.* Et filii dura facie, & indomabili corde sunt.

19 Ablutioni manuum oratio etiam ad-
Deut. 21. 8 iungitur. *Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti, Domine; & ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel.* Ablutio illa quædam erat satisfactio, atq; purgatio, cui tamẽ adiungenda est oratio, tum vt purgatio ad
gatur, & dirigi ostẽdatur; orat
fitetur verbis, quod opere manus
sunt; Tum vt certum sit nostra opera.
valere, nisi adsit Diuina gratia, auxilium, atq; susceptio. Ita enim & in sacrificiis rogabat Sacerdos, vt dimitteretur peccatum
Leuit 5. 6. confitenti, & offerenti. Quod dicitur: *Po-*
& 18. *pulo tuo, quem redemisti:* Ratio est, quia Deus propensius suam debeat propitiationem exhibere. Populus enim eius est: quem ergò proteget Dominus, nisi populum suum? Redemit illum de manu omnium qui oderunt eum in signis, & mirabilibus: quomodo ergò non tueatur, &
Rom 5. 6. conseruet eum? Hæc fiducia nostra: *Redempti sumus pretio magno* Si ergò cum inimici essemus, Christus secundum tempus pro impiis mortuus est; multò magis nunc reconciliati salui erimus ab ira per ipsum, si per nos non stet. Filios enim Dei, etiamsi dispersũ sint, venit Christus in vnũ congregare.

20 Qui verò filii nisi electi, quos in erro-

rem induci possibile non est? nam si errent, iam filii non sunt. Neque enim quos *Filios* vocat Ioannes, ii tunc viuebant omnes super terram, sed neque adhuc viuunt. Respexit ergò Ioannes non ad personas solum saluandorum, sed ad mores, ad merita, ad perseuerantem in Dei voluntate famulatum. Quò spectauit & Paulus, qui de Christo dicit: *Qui multos filios in glo-* Heb. 2. 10.
riam adduxerat. Adduxerat (inquam) non iam re, sed æterno proposito illos, qui eodem proposito futuri essent filii. At propositum sine effectu non est, & effectus sine suis causis non est. Est autem immediata, manifestaque causa in obseruatione mandatorum vera perseuerantia, DEO ipso confirmante vsque in finem. Sicut- Prou. 17. 17
nim *in omni tempore diligit, qui amicus est: & frater in angustiis comprobatur;* ita Filius Dei non est, qui cœpit ædificare, & non voluit consummare, qui ad tempus credit, & in tempore tribulationis recedit, & mittens manum ad aratrum respicit retro; sed qui facto dicit, non verbo tantùm, vt Petrus. *Etiamsi oportuerit me mo-* Mat. 26. 33
ri tecum, non te negabo. Quando anxia- Luc. 22. 44
tum est cor Christi in angustiis, in plagis, in carceribus, tunc probati sunt amici, & fratres, qui sibi timentes in angustiis eius, illum dereliquerunt. Quod tamen postea resarserunt, animas suas pro Christi nomine prodigentes.

Hæc est differentia inter Synagogam 21
& Ecclesiam. Accepit illa libellum repudii, spernens, derelinquens, quin & interficiens virum adolescentiæ suæ. At iam non datur libellus repudii, repudiata est lex illa data ad duritiam cordis illius populi, qui fuit dura ceruice, & indomabili corde. In Ecclesia Christi sicut & abinitio; *Quos Deus coniunxit, homo non se-* Mat. 19.
parat, sed neque Deus ipse, qui se nobis- Matth. 28.
cum esse futurum pollicetur omnibus 20.
diebus vsque ad consummationem sæculi. *Non enim accepistis spiritum seruitutis* Rom. 8. 15
iterum in timore, sed accepistis spiritum filiorum Dei: inquit Apostolus. Magister autem Christus ita decernit. *Seruus non* Ioan. 8. 35
manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Qui ergò spiritũ seruitutis acceperunt,

perunt, qui timentium est, extra domum remanserunt. Venerunt enim Romani, & tulerunt locum eius & gentem. At nos, qui sumus filii, accipientes spiritum adoptionis filiorum, qui amantium est, occurrente nobis Patre misericordiarum, facti sumus domestici Dei, cum illo in eadem edentes & bibentes, quæ apud illum sunt. Hæc est excellentia Ecclesiæ, quæ est mater nostra. Quæ & verbo dicit, & facto:

Cant. 3. 4. *Tenui eum, nec dimittam*; cuius qui filii sunt, filii sunt Dei, qui manent in domo in æternum, & recipiuntur in æterna tabernacula, etiamsi oporteat per multas tribulationes in illa ingredi. Filios enim receptibiles probat Deus in camino humiliationis. Vide, quæso, modum loquendi, quem assidue seruauit Deus cũ veteri populo. Nam promittens illi bona in terra, quam erat illi traditurus, subinde addebat,

Heb. 12. 5. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui.

Deut. 15. 5. Præuidebat eorũ casum, recessum, ingratitudinem, rebellionem; idcirco tam frequens subinfert conditionem. Si tamen custodieris quæ præcepta sunt tibi.

22 Heu fideles Christi, Ecclesiæ filij, & Patris nostri, qui in cœlis est. Videte quomodo caute ambuletis, ne à gratia excidatis,

Exhortatio. Eph. 5. 15. facti socij Iudæorum, quid dereliquerunt

Isai. 1. 4. Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël. Audite Regem Salomonem: *In*

Pro. 17. 24. *facie prudentis lucet Sapientia. Oculi stulti in finibus terræ.* Stultus in vultu, & in oculis ostendit stultitiam suam, vertens oculos huc, illuc, vt non sit status etiam vsque ad fines terræ. At sapiens etiam in facie ostendit grauitatem & sapientiam.

Pro. 18. 1. *Stabilitas oculorum ostendit cordis stabilitatem.* Iudæi ob suam instabilitatem varias occasiones quærebant, & proponebant Christum persequendi: sicut occasiones quærit qui vult recedere ab amico. Omni tempore erit exprobrabilis. Sic exprobrabiles sunt Iudæi apud omnes gentes, & à tempore Christi vsque ad tempora nouissima. Heu! num & nos exprobrabiles erimus, habentes oculos vsque ad fines terræ, absque aliqua stabilitate? Si exprobrabilis Iudæus in synagoga, quæ aliquando repudianda erat. An non magis exprobrabilis Christianus in Ecclesia spõsa perpetua, domo nunquam casura? Quid mirum, si ille perit in naui submergenda? Attu in firmissimo habitaculo Dei, quod operatus est Dominus, & quod firmauerunt manus eius, incõstans eris, infirmus, nutans, spiritu actus vertiginis, huc illuc impellens, sicut ebrius, nunquam in eodem statu permanens? Quis non exprobret tibi? Quis non incipiat tibi illudere, dicens, Hic homo cœpit opus bonum, sed non potuit consummare? Cum spiritu cœperit, & carne consummetur. Mittens manum ad aratrum, retro respexit. Saul non Saulus. Saul bene incipiens, male finiens. Non Saulus mane lupus, vespere agnus. Sed quid dico Saul? Balaam potius. Bonus fuit ille aliquando, hic scelestus, atque sacrilegus. Varius quidem in actionibus, sed in mala intentione semper idem. Mala mens eius, malus animus, male omnia fecit. Male vadens ad Balac, vbi peruersa fuit via eius. Male manens vbi augurium quærens, modo hic, modo illic, altaria ædificabat cultu sacrilego, & conabatur populum sanctum maledicere, aduersante sibi Deo. Male recedens, quia pergens ad populum suum, pessimum dedit consilium, quo populus induceretur ad idololatrandum. En mundanorum exemplum, qui circumferuntur omni vento malitiæ, omni impulsu concupiscentiæ, nusquam inuenientes vbi requiescat pes eorum. Pedes enim eorum ad malum currunt, manus tornatiles ad opera multa, & inutilia. Oculi in finibus terræ, non satiati visu totius orbis, concupiscentes, quæ non licet homini dari. Et huiusmodi exprobrabiles non sunt? Abominabiles non sunt? Non sunt detestabiles? Non humana sat est illis male versare, posuerunt in cœlum os suum; in sacra, manus suas; in diuina, malitias suas. Etiam vt concilium Iudæorum mittunt manus suas in Christum Domini, & eum, qui multa signa fecit, perdere meditantur, sed inaniter, & in malum sibimetipsis. Simus ergo filij, nõ in diuersa dispersi, sed in vnum congregati, quod est necessarium, æternum, atque beatum. Quod nobis concedat. Amen.

Exo. 15. 17.

1. Reg. 9.

1. Re. 15. 12.

Act. 9. 1. & 6.

Nu. 22. 23.

Nu. 24. 14.

Isai. 59. 7.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Passio Domini bonis est vita, malis est mors. Odio, Iudæi collegerunt Concilium; quid ex hoc ipsis mali euenerit. Christus in Cruce percussus propter scelera nostra. Hora mortis Christi, ingeniose vocatur meridies. In Morali, Inuectio contra Iudæos & Christianos tot beneficiis affectos.

1 DIEBVS istis, quibus Passioni Domini propinquamus, dignum & iustum est, vt de illa sit sermo præsens, quo animus noster illa veluti respersus quē fructum à nobis exigit illa, eum ipse eum proferat, tum consequatur. *Misit Iosue de*
Ios.2.1. *Setim duos exploratores, ad explorandam terram, quæ erat trans Iordanem, & vrbem Iericho.* Narratio & cogitatio nostra sint exploratores isti, qui diligenter considerent, quomodo à nobis Passio Domini sit mente comprehendēda, quaq; deuotione & attentione contemplanda. Hoc facientes intelligemus de Christo dictum à Si-
Luc.2.34. meone: *Ecce, positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorū in Israel, & in signū, cui contradicetur.* Dū enim talem sustinuit
1.Pet.2.8. Dominus Iesus contradictionem à populo, non credente, sed contradicente, factus est lapis offensionis & petra scandali, his, qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & positi sunt. Credentibus autem gloria, qui sunt genus electum, gens sancta, & populus acquisitionis. An non Caiphas, & omne concilium Iudæorū offenderunt verbo? dicentibus consiliariis: *Hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Ipso vero Pontifice: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo.* Hoc autē, quia non credebant in illū, vt vere dixerit
Isai.65.2. per Prophetam: *Tota die expandi manus meas* (faciens videlicet multa signa) *ad po-*
Rom.10.21 *pulum non credentem, sed contradicentem,* vt refert Paulus. At vero de credentibus exponens Ioannes verba Caiphæ, vt a Spiritu Sancto venientia, ait: *Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret*
Ios.2.24. *in vnum.* En exploratorum relatio; *Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt omnes habitatores eius.* Timor illorum, argumento fuit etiam ipsi Rahab, omnes esse delendos. *Noui* (inquit) *quod Dominus tradi-* 9.
derit vobis terram. Etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Ergo qui timent, dicentes: *Venient Romani & tollent nostrum locum, & gentem;* his positus est Christus in ruinam. At fida Rahab meretrix non periit cū in- Heb.11.31.
credulis. Ergo credentib. positus est in resurrectionem. Itaque quemadmodum diuersa via inceditur ad Passionem, vbi talē Christus sustinuit cōtradictionem; ita differens fructus colligitur ex ligno Crucis, qui mors est malis, vita bonis. Hoc ergo sit nobis documentū, qua ratione Dominicam Passionem debeamus intueri.

Prouerbium Salomonis est: *Homines pe-* 1
stilentes dissipant ciuitatem; sapientes vero Deum Prou.13.
auertunt furorem. Cuius veritas nobis in præsenti lectione sub oculos ponitur manifeste. En dissipatio ciuitatis. *Venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Homines pestilentes hi sunt, qui tantæ perditionis causa fuerunt, dum remedium illius esse fingunt, fraudulenter iustum illum interficere, qui *multa signa facit.* Vere pestilentes, qui pestem hanc in populum vniuersum vt inducant, quæ causa vera fuit credendi in Christum, eumque vt verum Messiam acceptandi, & reuerendi, nempe multorum patratio signorum, eam in illius repudium inuertunt & interemptionem, sic plebem cum decipientes tum destruentes. Sapientes vero furorem auertentes fuerunt, primus Christus, ipsa Dei sapientia, qui mortuus est *pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum*: cæteri fuerunt Apostoli, eorumque successores, qui salutem, & pacem operatam à Christo, per orbem vniuersum sua prædicatione detulerunt & dispersérunt. Quod vtrorūque negotium, pestilentium videlicet & sapientium in vna Domini Passione confectū est, Iudæis illam inferentibus, Christo ferente eiusque discipulis eandem deferentibus. Illis odio ad eam Passionē accedenti-

cedentibus, istis amore. Ac propterea illis ab ea mortem, vitam istis haurientibus. Ex quo conficitur recte illos pestilentes, hos autem sapientes esse vocatos.

3 Quæ nostra instructio est, vtros maxime debeamus imitari, quandoquidem pestis nomen omnes abijcit, allicit vero cunctos ipsius sapientiæ plausibilis nuncupatio. Pro hac vtiliter studioseque amplexanda, primum constituamus Passionis Christi malorũ auctorũ duplex genus esse. Alterum generale omniũ peccatorũ; Alterum speciale persequentium Iudæorum.

4 De his Iudæis primum agentes, tria cõsideremus, causam, modum, finem, quibus ad Dominicam passionem accesserũt. Quo effectu ducti illam procurauerunt, qualis fuit ipsa procuratio. Et quid denique ex ipsa retulerunt. Quo affectu pręcedente. Quo effectu procedente. Et quo exitu prosequente. Odium, Causa, Concilium, ac iudicium. Effectus, Exitus, Exterminium. Ecce odium. *Si mundus vos odit,*
Ioh.15.18. *scitote, quia me priorem vobis odio habuit:*
25. *sed vt sermo impleatur, qui in lege eorũ scri-*
Psal.24.19 *ptus est: Quia odio habuerunt me gratis.* At vero vnde odium istud? Hæc verba
Ioh.7.7. sunt Christi: *Mundus me odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt.* Tam obstinatus est hominis erga seipsum inordinatus amor, vt quidquid huic amori aduersatur, vt inimicum auersetur, aspernatur, persequatur. Nihil enim contrarium magis sincero amori,
Pro.26.6. quam peruersus. Ita quod quamuis *Meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula odientis*; ad suam perniciem tamen diligat præ vulneribus his sanitatem afferentibus, oscula fraudulenta. O infælix homo, qui in seipso deceptus, cupit ab aliis quoque decipi. Iudæi fuerunt isti hostes Christi, sibi ipsis insidiãtes; Nolite ergo effici participes eorum. Elongamini ab eis, ne inter eos cõputemini. Voluissent Iudæi à Christo potius laudari, & honorari.
Pro.26.8. Sed olim scripsit Salomon: *Sicut qui mittit lapidem in aceruũ mercurij, ita qui tribuit insipienti honorẽ.* Aceruus lapidũ insipiẽtia est, vnde abest ordo, adest confusio, inordinatus rerũ cumulus & tumulus. Si his adhibeatur honor, lapis additur, vt crescat abundantia confusionis. Sed quare dicitur aceruus mercurij? vt intelligas non aliud esse insipientem honorare, quam idolũ colere; Idolum (inquam) illud, quod fabulose dicitur sapientiæ præsidere. Nihil enim insipientius, quam se sapientem reputare, indeque se iactare, & honorẽ quærere. Propterea Salomon: *Vidisti hominem sapientem* Pro.26.12.
sibi videri? magis illo spem habebit insipiens. Hic certe idolũ se facit sapientiæ, & sicut idolũ falsus est Deus, sic iste falsus sapiens, verus insipiens. Sicut Caiphũ, qui aliis dicit: *Vos nescitis quidquam*, exitus & exitiũ insipientissimum fuisse comprobauit.

Vide ergo Odium concilium collegisse, & per iudicii sententiam necem inferre Christo voluisse. *Collegerunt ergo Põtifices, & Pharisæi concilium.* Quo expleto dicitur à Ioañe: *Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eũ.* En pestilentia, infirmitas cõtagiosa dissipans ciuitatẽ. Pessimo nõ satis est, quod pereat ipse, alios quoq; vult perdere. Ideo *collegerunt conciliũ*, vbi vox serpentis, & adurens flatus venenũ infudit, dicens: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*, propterea *ab illo die cogitauerũt vt interficerent eum.* Quænam causa fuit erigendi in ligno serpentis à Moyse, nisi serpens flatu adurens? sic vnũ in Deuteronomio nominat Moyses; vbi in alio libro dicit: *Misit Dominus in* Deut.8.15. Num.21.6
populum ignitos serpentes. Quia vnus ex eis Caiphas fuit, alij multi serpentes, & genimina viperarum. Sic vnus fuit serpens, qui seduxit Euã astutia sua. Sed & semen serpẽtis Dominus nominauit, quod certe nõ aliud est, quã illius primi serpẽtis genimina. Gen.3.1.
Propter hos serpentes, & primũ patrem, & sequens semen, exaltari oportuit filiũ hominis in ligno Crucis. Heu quã perniciosa lingua impiorum, ignis deuorans, flam̃a incendens, lingua (inquã) serpentiũ ignitorũ comburens mõtes, sata destruens, & consumens speciosa deserti. Cauete ab ea, qui vitã diligitis. Et dicite cũ populo, qui dixit ad Moysen: *Peccauimus, quia locuti* Ioh.3.14. Num.21.7.
sumus contra Dominum & te. Ora vt tollat à nobis serpentes. Vides peccatum loquentium

tium contra Dominum ſerpentibus percuti? lingua fallax, lingua arrogans contra
Iac.3.8. Dominum, *plena eſt veneno mortifero*, qua homo ipſe à ſe tanquam à ſerpente offenditur ignito, & qua cæteros quoque percutit plaga mortis.

6 Verum quis exitus odij & concilij? Ille nimirum, quem ipſi, quod eſſent in concilio, veluti prophetantes, prædixerunt: *Venient Romani & tollent noſtrum locum, & gentem*: Id rei exitus comprobauit, venientibus Romanis, vrbem & templum vaſtantibus, populumq; à tantis cladibus ſuperſtitem captiuantibus. Quid putas
Pro.26.26. dictum à Sapiente? *Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in concilio.*
Ioh. 9. 16. Luc.11.15. 16. Num prius iſti ſcandalum non ponebant in operibus, ac ſignis Domini Ieſu? ꝙ
Ioh.8. 48. ſabbathum non cuſtodiret, quod in Belzebub eijceret dæmonia, quod de cœlo ſigna non faceret, & denique quod dæmonium haberet? tunc odium fraudulenter operiebant. At in concilio, eorum malitia reuelatur, dicentium iam aperte. *Hic homo multa ſigna facit*: propter quæ omnibus in eum credentibus, ſe regem faciat. Vnde prouocati Romani venientes exterminent omnia: odium itaque & fraus ſigna negabat ante, quæ nunc reuelata malitia confitetur. Verum quoniam adhuc quoq; odio illos agente fraudulenter incedunt, timorem ſimulantes vt iuſte videantur de medio Chriſtũ tollere, eorũ malitiam exitus reuelauit. Qua enim ratione arbitrari videbantur, exitio remedium adhibere, eademmet ipſi ſeſe ſupplicio tradiderunt &
Luc.19.41. exterminio ſubdiderunt. *Videns* enim *Dominus Ieſus ciuitatem, fleuit ſuper eam, dicens. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui, eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ.* Quapropter dice-
Luc.23.28 bat & in Paſſione: *Filiæ Ieruſalem, ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros*, &c. Non enim mentitus eſt Salomon dicens:
Pro.29.6. *Peccantem virum iniquum, inuoluet laqueus.* Ita non in paruo duntaxat concilio, ſed in vniuerſo prorſus mundo eorum eſt reuelata malitia. Ecce vnde per Iudæos acta eſt Paſſio.

7 At vero vnde, ex peccatoribus generaliter? *Traditus eſt propter peccata noſtra*: inquit Apoſtolus. Dixit Dauid ad Dominũ, cum vidiſſet Angelum cædentem populum: *Ego ſum qui peccaui, ego inique geſſi. Iſti qui oues ſunt, quid fecerunt? Vertatur, obſecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.* O Dauid nimis impletum eſt, quod poſtulaſti. Tu ſolus peccaueras in hoc, quod populum volueras numerare: innocens erat in hoc populus, quia tui ſolius fuerat illa ſuperbia, qua tumens magnitudinem Regni tui aſpicere peroptabas. Contra quam magnitudinem fuit percuſſio, qua extincti ſunt de populo ſeptuaginta millia virorum. Rogas ergo, vt vbi tu ſolus peccaſti, ſolus puniaris: innocentes vero ab interitu, quaſi oues eripiantur. Impletum eſt tempus patiendi, & paſſa eſt domus Dauid, & filius Dauid, peſtilentia nocentiſſimorũ Iudęorum percuſſus eſt, quaſi ouis occiſionis ductus ad victimam, vbi peccauerat populus, & inique egerat mundus. Quo pacto immaculatus Agnus tulit peccata mundi, & ſaluum fecit populum ſuum à peccatis eorum. Aliquid in peccato Dauid peccauerat populus, forte non ſoluens quod lege fuerat conſtitutum, ſed hic prorſus immaculatus eſt Agnus, innocens manibus, & mundo corde, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Solius populi ſcelus eſt vniuerſum. Solus tamen ipſe percutitur; & de gẽtibus non eſt vir cum eo. Nos, nos ſumus, qui peccauimus, nos iniq; egimus, & verſa eſt in innocentem manus Domini. Plus Deo diſplicuit mũdi culpa, quam Filij pœna; clamor peccatorum noſtrorum aſcendit in aures Domini Sabbaoth. Venit ſanguis medius clamans, & ita Dei impleuit auditum, vt iam non audiretur ab eo clamor noſter; ſed eius tantum, qui clamans voce magna expirauit, cui⁹ eſt mors vox, cuius eſt ſanguis clamor, cuius eſt ſilentium, quo quaſi Agnus coram tondente ſe obmutuit, tonitruũ magnum alte tonans: *Pater dimitte illis.*

8 O ratio potentiſſima, vt iam ſilere debeamus à facie Domini Dei. Aſcenderat ad Dominum clamor Sodomorum, deſcendit Dominus, vt videret vtrum clamorem, qui

qui venerat ad eum, opere compleuissent: Hic nimius nostrarum iniquitatum clamor, intolerabilis strepitus peccatorum mundi. *Descendam* (inquit Dominus) *& videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non, vt sciam.* Vidit & conturbatus est, sensit & interfectus est; & dum venit ipse videre nos, vidimus nos Eum nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, Quid dicis, Domine? *Vt sciam.* Ecce tu quasi vnus ex nobis factus es, sciens bonum & malum: qui ad malum respicere non poteras, noluisti auertere faciem tuam à peccatis nostris; vbi videbas cuncta, quæ tu solus feceras, quæ erant valde bona; iam nunc videns, quę fecimus nos, quę valde mala sunt, factus es quasi vnus ex nobis, habitu inuentus vt homo, sciens bonum, & malum; bonum tuum, malum nostrum. Videte videntem bonum suum. *Sciens Iesus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Videte scientem infirmitatem nostram: *Turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis. Quia vnus ex vobis tradet me.* O scientiam boni. *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* O scientiam mali. *Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.* Recordare Domine quid acciderit. Discę, quod Dina videns visa est, dum mulieres videt regionis illius, à viro visa est domino regionis illius, & sustinuit opprobrium. Quid tu videns malitias regionis istius pallus es à viris regionis nostræ? Vidisti, sensisti, expertus es iniquitates nostras in temetipso, & vt eas tolleres à nobis, superposuisti illas capiti tuo, & sicut onus graue grauatæ sunt super te. Vidisti clamorem Sodomorum, & illos castigasti. Vidisti nostrum, & aduersum teipsum excitata est indignatio tua.

Sed quid tandem? si renouabitur, vt Aquilæ, iuuentus nostra, quæ vbi fœrentia cadauera sunt, congregatur. Si reuersi fuerimus ad delicta iuuentutis nostræ, vt viuamus sicut dies seculi, & anni antiqui, quando omnis caro corruperat viam suã, & cadaueribus repleta est terra, dum venit diluuium, & tulit omnes: num denuo descendet Dominus visurus, & sciturus iniquitates nostras? Minime profecto. Dominus de cœlo prospiciet, vt videat si sit intelligens, aut requirens Deum, aut si inutiles facti sint homines. Noñe sciẽt omnes operantes iniquitatem? scient, scient ipsi, sentient, experientur, quam malũ & amarum sit dereliquisse Dominum Deũ suum.

An non satis superque est, Passionis Christi causam fuisse, nostra præcedentia peccata? Christum enim Deus proposuit propitiatorem propter remissionem præcedentium delictorum: inquit Apostolus. Quid apponimus iniquitatem super iniquitatem? *Noui testamenti Mediator est factus, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.* Et nos tamen sub posteriori ac nouo testamento, nouas superaddemus veteribus præuaricationes? pro æterna hæreditate nobis repromissa, ea repudiata, cum crucis fuctu omni, nos ipsi cum his, qui descendunt in infernum, associabimus?

SECVNDA PARS.

VARIA admodum conditio fuit aquarum Iordanis, earum, quæ infra Arcam erant, & quæ supra, vbi Arca ipsa media constituta est inter eas. Steterunt quippe superiores in loco vno, & ad instar mõtis intumescentes apparebant procul, quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descẽderunt, vsque quo omnino deficerent. Atque ita inferiores ab Arca recedentes prorsus exinanitæ sunt, vt non appareant vltra, mari mortuo comiste. Superiores vero accedentes ad Arcam, atque in vna mole consistentes, procul quasi mons apparent. Arca in medio aquarũ, Christus est pariẽs & moriens. Aquę enim sunt passiones, ideo sacerdotes Arcam portantes pedes in aquis tinxerunt. Huius passionis & inferiores participes sunt, & superiores; nimirum ipsa in medio existente. Sed ab ea recederunt, qui locum inforderunt, vbi stetit Arca; inferiores

feriores enim omnes inde transierũt, eum locũ imbuentes. Misera synagoga, quę Passionis auctrix fuit, ab ea recessit, nihil inde lucrata, quam exterminium. Qui ad eam per fidem accedũt, subsistunt, stant coram illa, eleuantur, exaltantur, repromissionem accipiunt æternæ hæreditatis.

11 Hi ad passionem accedunt, sicut & Christus, vt vere sint communicantes Christi passionibus. Modus iste ex oppositio Iudæorum potest intelligi. Nam recedere, & accedere, contrarij motus sunt. Odio acti

Rom. 5. 8. Iudæi Christum persecuti sunt. *Commendat* autem *charitatem suam in nobis Deus,*
Eph 5. 2. *quoniam Christus pro nobis mortuus est, qui*
Psal. 68 5. *dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.*
& Ioh 15. Odium in Iudęis secuta est iniustitia; nam
25. *odio*, inquit, *habuerunt me gratis*, id est sine causa. Secuta est & fraus, zelum simulantes salutis populi, qui perire videretur so-
1. Cor. 13. 4 spite Christo. *Charitas* vero *non agit perperam, non quærit quæ sua sunt, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* Vbi charitas, ibi clàritas, simplicitas, veri-
1. Pet. 2. 22 tas. *Christus* ergo *peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Illi ergo à serpentibus perierunt, quos astutos astutia sua serpens antiquus interfecit, atque ita eorum exitus, exitium fuit. Christus autem exaltatus in ligno, exaltatus est in throno Patris, sedens ad dexteram Patris in excelsis.

12 Spectata ergo cognitaque à nobis perspicue Christi charitas, postulat, vt cum amore ad eius Passionem, quæ tota chari-
Pro. 29. 10 tas est, accedamus. Etenim *viri sanguinum oderunt simplicem; iusti autem quærunt animam eius.* Si oderunt Iudæi Christum, qui simpliciter ambulauit, nos Christiani dilectum quæramus, dicentes cum
Cant. 1 6. sponsa: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Sci-
Ioh. 10. 15. mus dixisse illum: *Animam meam pono pro ouibus meis.* Vbi vero ponit? Illam Iudæi abstulerunt ab eo, interficientes animam eius. Sed non sibi illam aquisierunt, solum perdere cupientes, & mactare. Nobis illam dimiserunt, in qua pascimur, & potamur.
Pro. 29. 10. Oderunt illi. *Iusti autem quærunt animam eius*: dixit Salomon. Quid quærimus, quærentes vbi pascat, nisi animam suam? quam posuit pro ouibus suis, & illis apposuit, dicens illis: *Comedite quæ appo-* *Luc. 22.*
nuntur vobis. Hoc est corpus meum, quod pro *Luc. 22. 19.*
vobis datur. Hic est sanguis meus, qui pro *Matth. 26.*
vobis effundetur. Comedite amici, & inebri- *28.*
amini charissimi. Hoc facite in meam com- *Cant. 5.*
memorationem: mortem meam annuntian- *1. Cor. 11.*
tes donec veniam. Pascimur ergo, Christi *26.*
passionem meditantes. Verũ quid est, cu- *Cant. 1.*
bare in miridie: Audio scripturam: *Factum* *15*
est vespere & mane dies vnus. Factum est *Gen. 1.*
vespere & mane dies secundus: sic ternus, sic quartus & reliqui, de meridie, nulla mentio. Quæramus vespere, quæramus mane, si forte & meridie inueniamus: *Vespere autem facto*, scribit Matthęus, *discum-* *Matth. 26.*
bebat cum discipulis suis. Cœnantibus autem *10. 20.*
eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite, *Mat. 26.*
& comedite. Hoc est corpus meum: En vespere. Audi mane: *Mane autem facto*, (scribit i- *Mat. 27. 1.*
dem Euangelista) *consilium inierunt omnes* *Principes sacerdotum, & seniores populi ad-*
uersus Iesum, vt eum morti traderent. Et cõ-
festim adduxerunt eum, & tradiderunt Põ-
tio Pilato: *Erat autem mane* (addit Ioannes) *Ioh 18. 28.*
& ipsi non introierunt in prætorium. Marcus *Marc. 15. 25.*
vero: *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* In meridie videamus: *Hora nona* *Matth. 27.*
exclamauit Iesus voce magna, dicens, Eloi, *46.*
Eloi, lamma sabachani. Iesus autem emissa
voce magna expirauit. Vides cubantem 37.
in meridie? pendentem exanimem in cruce?

Hæc itaque dies est, quam fecit Dominus solis ortu & occasu. In quo factum ve- 14
spere & mane, per iuge sacrificium vespertinum, & matutinum. Expiato, & consecrato altari, docens lex sacrificia in illo fa- *Exo. 29.*
cienda, hoc primum posuit dicens. *Hoc*
est quod facies in altari: Agnos anniculos
duos per singulos dies iugiter. Vnum agnum
mane, & alterum vespere. Ecce vnus agnus Dei in duobus figuratus, oblatis altero mane, altero vespere. Iam à Paulo *Ephes.*
scimus exaltationem Christi in cruce oblationem esse, & hostiam ab eo pro nobis oblatam Deo Patri. Dicit autem scriptura & lex. *Alterum agnũ offeretis ad vesperam* *Exo. 29.*

iuxta

iuxta ritum matutinæ oblationis. Sacrificiũ est Domino, oblatione perpetua, in generationes vestras. An non ista oblatio est, quam in commemorationem mortis eius iugiter facere iubemur donec veniat? Scimus ab Ecclesia, quòd quandò vespere instituit Sacramentum corporis & sanguinis sui, se Deo Patri hostiam immaculatam obtulit. Hoc autem iuxta ritum oblationis matutinæ; quoniam sacrificiũ istud vespertinum, figura est, commemoratio, repræsentatio, & renouatio oblationis manè factæ in ligno Crucis: hoc verò sacrificium est Domino oblatione perpetua in generationes: quia *Quotiescunque* (inquit Paulus) *manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Ecce quod dicit sponsa: *Vbi pascas. Manducabitis, & bibetis.* Ecce quod dicit: *Vbi cubes in meridie. Mortem Domini annuntiabitis.* Nam hora nona expirauit. Ergò manducans & bibens, corpus & sanguinem eius, deglutit mortem eius, appositam sibi animam eius recipit in viscera sua, vt ità verum sit habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Fidem (inquam) quæ per dilectionẽ operatur. *Charitas enim nos incorporat Christo, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.*

15. Vbi ergò Deus commendat charitatem suam, commendet & homo charitatem suam. Nimia est charitas Dei, eam pertingere non valet nostra infirmitas. *Deus* (inquit Apostolus) *qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, viuificauit nos in Christo.* Quomodò verò? *commendat charitatem suã Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est; cum adhuc inimici essemus, pro impijs mortuus est.* Nostrum nemo ad tantam celsitudinem potest rapi. *Vix enim pro iusto quis moritur.* (ait Apostolus.) *Nam pro bono forsitan quis audeat mori?* Et *maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Heu Deus pro hominibus mortuus est, pro impijs, pro inimicis! Quid tu homo? An non pro Deo animam pones? Pro sancto? Pro amantissimo? Pro eo, qui amore nos præuenit? comede, bibe, vide quam mortem pro te tulit, quam charitatem tibi ostendit, quam dulcedinem demonstrauit. Ità nos accedimus ad illius Passionem, manducantes sacramenta Corporis sui; & intima, & sapida contemplatione, deglutientes mortem eius. Accedere ad Arcam *Ios.3. 4.* populus non valebat Iordanem transiturus, veruntamen illam sequi à longè iubebatur. Tantam lucem oculus noster sustinere non valet, tantum calorem ferre non potest caro nostra infirma, anima nostra imbecillis. Quantum licet, sequamur vestigia Christi, discamus ab eo, per quam viam ingredi debeamus. Excellentiorem viam, quæ est charitatis, nobis sua Passione demonstrat, innocentiam, iustitiam, sanctitatem, veritatem.

Virga, atque correptio tribuit Sapientiã. 16. O quantam Sapientiam nos docet virga, *Prou. 29.* qua flagellatus est Christus? Quid, quid, 15. amabo vos, corriget vnquam vitam nostram, si illam nõ corrigit correptio Christi? Vide, vide Arcam à longè ostendentem tibi viam, quam prius non ambulasti. Ignota erat via ista excellentior cha- *Ios.3.4.* ritatis. Christus prior & solus pro im- *Rom.5.6.* piis, & inimicis mortuus est, vt sequamur vestigia eius, pro illo etiam diligentes inimicos nostros. Tribuat Sapientiam virga quoq; & correptio, qua populus Iudæorũ flagellatus est. Timor, quem timebat, euenit illi. Traditus est in manus Romanorum, quoniam reprobauit Regẽ Iudæorum. Ad Passionem accedens recessit ab ea, supplicium appetiit, beneficium reiecit. Vide in illo seueritatem Dei propter illius seueritatem & crudelitatem. Amplectere tu charitatem, & pietatem, vt sentias bonitatem. *Peccantem virum iniquũ in-* *Prou 29.6.* *uoluet laqueus: iustus autem laudabit, atq; Ios.3 14* *gaudebit.* Stabit Arca donec Iordanẽ transeas. Christo, qui pro nobis passus est, præsente facilis erit transitus per aquas tribulationis. De deserto per transibimus, ad terram promissionis, fructum æternæ vitę carpentes de ligno Crucis. Quod nobis concedat. Amen.

MORALE.

17. OCœcam perfidorum mentem, non aliundè quam ex malitia peſſima procedentem. Vndè quæſo, niſi ex abyſſo profunda tuarum tenebrarum hauſiſti, quòd homo ille, qui multa ſigna faciebat, deberet pro temporali gentis ſalute abſq; culpa interfici? Innocens ſit oportet, qui tot, tantaq; mirabilia perpetrauit. *Si non eſſet hic à Deo*, non poterat facere quidquam. Et quænam lex aut præcipit, aut permittit, vt innocens occidatur? Sanctus eſt, qui ſuam ſanctitatem ſignis confirmat; niſi Deum velis ſe teſtem conſtituere falſitatis; quæ illi diſplicent approbare, hominem morte dignum, illius ope & ſubſidio ſubleuari, ac veluti ſanctiſſimum declarari. Et ſanctum virum occidi, erit diuina lege præceptum, ſecundum legis præſcripta obſeruatum? Num quem miſit Deus, veſtrum eſt repudiare? Num à Deo miſſum interficere, erit populo Dei ab ipſo permiſſum? Licebit, vt veniant bona, mala facere? Malis mala adiungere, vt mala remoueantur? Et quænam docuit Sapientia, per iniuſtitiam à tribulatione caueri? Iniquitatibus aduerſitates propulſari? Protegi gentem ab hoſtium incurſionibus, propterea quòd contra iuſtum odio incenditur, agitatur inuidia, ſuperbia intumeſcit, incitatur auaritia, falſa incedit ſimulatione, ſicque ſacrilegij atque intolerabilis facinoris Deum deputat auctorem, & legem eius? Quis audiens, quòd Sapientes plebis ſanctæ, quam Deus ex omnibus terræ nationibus in populum ſibi delegit peculiarem, quòd illius proceres, quòd Principes, quòd Pontifices Altiſſimi, contra Filium Altiſſimi coniurarint, audeantque prætexere tam iniuſtam necem, tam ſacrilegum facinus, opus omniũ horrendiſſimum, obſtare quominus ſuperueniant alieni, qui regionem vaſtent, qui ciuitatem deſtruant, qui templum polluant, qui gentem cùm interficiant, tum in captiuitatem abducant? Quis (inquam) audiens tam abſurda horribilia nimis, non zelo excandeſcat? Non indignatione exæſtuet? Non impetu ruat in homines adeò ſceleſtos? *Ideò hæc dicit Dominus* (ſcriptum eſt) *interrogate Gentes: Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Iſrael?* Virginem ergò vocas, ô Ieremia, quæ horribilia nimis fecit? An fortè, quia vt Virgo dilecta erat à Deo? hoc puto. Signa, quæ multa fecit ipſe ad illius ſalutem, virginem conſtituunt, dilectam declarant, demonſtrant, hunc populum Deo fuiſſe prædilectum.

Ioh. 6. 33.

Ier. 18.

Sed heu! Virgo eſt, quia Virginis eſt figura. Propter nos hæc ſcripta ſunt: dicta ſunt Iudæis, Chriſtianis ſcripta ſunt. Vocem ipſi ſuo tempore audierunt; nos in codicibus legimus, qui ad ſolatium dati ſunt, & ad inſtructionem. Auget ſcelera Iudæorum multitudo ſignorum, quę fecit Ieſus. Hæc enim & aggerat beneficia illis collata, & benefactorem exaltat, in quem ingratiſſimi crudeliter irruerunt. At nos quid dicemus? *Hic homo multa ſigna facit*: an potius. Hic Deus noſter ſemetipſum exinaniuit, factus homo, vt eſſet Saluator omnium, & maximè fideliũ. Scribit de illis Ioannes: *Cum tanta ſigna Ioan. 12. feciſſet coram eis, non credebant in eum: Vt ſermo Iſaiæ impleretur, quem dixit: Domine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini, cui reuelatum?* Heu! ad nos factus eſt ſermo iſte per Prophetam: lege illum, & intelliges veritatem: propterea quòd poſt iſtam admirationem longam texit de Paſſione Domini narrationem. Brachium Domini fuit, quod fecit multa ſigna, & opera, quæ nemo alius fecit. Sed haud minus brachium Domini fuit, quòd tanta patiens, & moriens ſtrauit hoſtes ſuos, & principem huius mundi ejecit foras. Nam & prædicta ab eodem Propheta Iſa. 63. ſui ſanguinis effuſione, qua aſperſa ſunt illius veſtimenta, quaſi præliantis, qui aduerſarios interficiens eorum aſpergitur ſanguine, ſubiicit ipſe. *Circunſpexi, & Iſa. 63. non erat adiutor, quæſiui, & non fuit qui adiuuaret; & ſaluauit mihi brachium Iſa. 59. meum.* Hoc brachium Domini cui reuelatum eſt? Iudæis ſcandalum fuit. Nobis autem credentibus an reuelatum eſt? Si reuelationem intelligis rei demonſtratio-

nem,

nem, quibus magis reuelatum est, quàm Iudeis, qui aspexerunt in illum, quem con-
Zach.12.10 fixerunt? Hac ratione & nobis reuelatum est, qui in fidei confessione sic dicimus. *Credo & in Iesum Christum, qui passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.* Et negatur tamen illis reuelatum,
Ioan.12.37 vt exponit Ioannes. Heu! ergò & nobis absconditum est, vt non sciatur: verbum enim Crucis absconditum est à nobis. Non in eo videmus quanta signa fecit nobis, non in illo intelligimus mirabilia testimonia sua, immensam charitatem suam, multitudinem miserationum suarum, viscera pietatis, benignitatem, mansuetudinem, patientiam, humilitatem, desiderium, fletum, deprecationem, omnium virtutum ostensionem, ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi in vitam æternam.

Ab his nostrum auertimus obtutum, sanguinem testamenti pollutum ducimus, nos ipsos polluentes, qui illius sanguine tincti fueramus abluti, sanctificati. Hoc modo brachium Domini nobis non est reIer.2.12. uelatum. Admiratur Propheta super hoc. Admiratur Euangelista. *Heu! super nos obstupescite cœli, & porta eius desolamini ve-*
Ier.18.13. *hementer. Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel?* Populus fidelis, homo vocatus in sortem Domini, qui semel Christi membrum factus est, templum Spiritus Sancti? Heu! quid facitis soluentes Iesum? soluentes legem! soluentes vosmetipsos à Deo? soluentes vinculum perfectionis, quod est charitas? soluentes vnitatem Spiritus, quæ est pax? templum Dei sanctum, quod estis vos? Quis audiuit talia horribilia, quæ facit nimis homo peccati? filius perditionis? traditor Christi? blasphemus Dei? sacramentorum violator? præceptorum contemptor? mysteriorum calcator? morum corruptor? nouissimorum spretor? præsentium amator? præteritorum oblitor? Quis audiuit talia horribilia, quæ facit nimis auditor sermonum Dei? cognitor gratiarum Dei, qui nec sermones obseruat, nec gratias conseruat? Iudæi saluti temporali Christum posthabuerunt, volentes illum mortuum, vt populus saluus esset. Et tu Christiane, quid apud te plurimum valet, Christus ne, an mundus? Deus ne, an nummus? Spiritus ne, an caro? cœlum ne, an terra? æternitas ne, an tempus? vita ista præsens, an futura? quin dicam magis, bonum ne an malum? benedictio, an maledictio? mors ne, an vita? Ista apposita sunt *Eccl.15.17*
tibi, vt ad quodcunque volueris, manum porrigas, ad quid porrecta est? Data optio- *Gen.3.8.*
ne ipsi Lot, vt recedens ab Abraham pergeret quo vellet, eleuatis Lot oculis vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur, antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut Paradisus Domini. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. Ecce quid sibi eligunt homines, non optimam partem, sed deteriorem, quę occasio est illis, vt pessimi sint, & peccatores coram Domino nimis; pinguedinem terræ appetunt, expetunt, petunt. Neque hoc solum, sed cœlestia spernunt, etiamsi Christus sit occidendus, offendendus, cõtemnendus, derelinquendus. *Expedit nobis* (inquiunt) *vt moriatur homo pro populo,* vt offendatur Christus pro mundo, vt Creator derelinquatur pro creatura.

Sed ô consultores pessimi! *vos nescitis quidquam*, neque consideratis, quòd qui miseretur, & commodat, non commouebitur in æternum; quòd Rex qui iudicat in veritate pauperes; thronus eius in æternum firmabitur. *Misericordia, iustitia, ve-* *Prou.29.*
ritas virtus protegunt ab aduersis. At cum 14.
Propheta defecerit, dissipabitur populus. *Prou.29.*
Num iste *homo, qui multa signa facit,* non 18.
est Propheta? Tu quid dicis de illo, qui *Ioan.9 17.*
aperuit oculos tuos? *quia Propheta est.* Et *Matth.21*
omnes turbæ ficut Prophetam eum habe- 46.
bant, videntes signa, quæ faciebat, & dicentes. *Quia Propheta magnus surrexit in* *Luc.7.16.*
nobis. Si defecerit Propheta, si interfecerit illum lingua vestra, & manus, dissipabitur populus. An res ista dubia est, & obscura, an non spectatissima, & exploratissima? *Vbi populus vester est? & Propheta vbi sunt?* *Ier.18.15.*
oblitus est mei populus, vt fieret terra eorum

in desolationem, & sibilum sempiternum. Omnis qui præterierit per eam, obstupescet; sicut ventus vrens dispergam eos. En dissipatur populus. Quare hoc? iam dixerat Ieremias. *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis Virgo Israel?* An non nimis quando, & Prophetam magnum ausi sunt interficere? Iure venerunt Romani, & tulerunt locum & gentem. Iure dissipatus est populus, sicut à vento vrenti. Iure perdidit Lot omnem substantiam suam, prius captiuato populo Sodomorum, postmodum subuersa tota illa regione. Iure quæ à Christianis inordinatè appetuntur, ordinatè perduntur. Iure tantis affecti beneficiis, propter eorum ingratitudinem extremis addicuntur suppliciis. Quis nostrum non abominatur impium Caïpham? dicitur enim à Salomone. *Abominantur iusti virum impium.* Quis illius non horreat arrogantiam, & fraudem dicentis: *Vos nescitis quidquam?* Ipse cum aliis principibus turbam credentem abominabatur & maledicebat. Sic in ipsis complebatur Prouerbium dictum. *Et abominantur impii eos, qui in recta sunt via.* Et nos ergò cur non recedimus ab eorum impietate? Quamobrem videntes illos euersos, non abiicimus ignorantiam, & prudentiam nobis comparamus? cur oblitioni tradimus magnam istam gratiam, quam ab illis ablatam, nobis donauit DEVS, vt fructificaremus in illa? Ad memoriam transitus Iordanis per arentem alueum, fecit DEVS ex illo duodecim durissimos lapides exportari. Duret, duret in nobis memoria tanti beneficii, quòd Arca DEI transiuit ad nos, exiit de deserto, desertum relinquens populum illum, ingratum DEO suo, vt esset nobiscum DEVS, vt in vmbra eius viueremus, vt per vmbram mortis eius, lumen vitæ nos reciperemus. Iustus laudabit, atque gaudebit.

Laudemus donatorem, & in munere gaudeamus, & nunc & in perpetuum.

Amen.

Ier.18.13.

Gen.14.12.
Gen 19.14.

Prou.29.27.
Ioan.7.48

Pro.29.27

Ios.4.3.

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

CONCIO PRIMA.

Proximum erat Pascha Iudæorum, & ascend. *Ioan.11 55.*

In crastinum turba multa, quæ venerat ad. *Ioan.12.12.*

ARGVMENTVM.

Mundi tenemur celebrare Pascha; è contrario Iudæi fecere, Christum ad mortem quærendo. Cauendum à principio mali, Iudæorum exemplo, ne cum ipsis in peius ruamus. Occasione probatur, & Probus, & Improbus. Christus ingressus est Hierusalem, vt Rex bellaturus armis Iustitiæ, & Patientiæ. Doctè admodum.

HONOR iste, qui cum lætitia Domino Iesu Christo exhibetur ab Ecclesia, & populo Christiano, qui turbarum veterum instar, aduenienti illi ad Passionem, acceptis ramis palmarum obuiam venit, fructum nobis demonstrat admirabilem sacratissimæ mortis suæ. Est quidem Prouerbium Salomonis: *Qui despicit pauperem, exprobrat factori suo: & qui ruinæ lætatur alterius, non erit impunitus.* Ex quo rectè inferri potest, quod qui honorat hominem, honorat factorem suum, Deum videlicet, qui creauit illum: & qui bono lætatur alterius, mercedem accipiet. *Deus quippè pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat;* atque ita factor est pauperis. Qui ergò pauperem spernit, dupliciter Deum inhonorat; quia despicit creaturam Dei, cuiusmodi est pauper, quare-

1

Prou.17.

1. Reg.2.7

quatenus homo est; deindè exprobrat Deo, qui auctor est paupertatis illius, quasi Deus faciat rem despicabilem & contemnendam. Itaque econtrariò qui facturam Dei extollit, factorem extollit. Turbæ igitur Christum honorantes, Deum laudibus atq; exultationibus extulerunt. Rursus si gaudeas de malo proximi, pœnas dabis. Procul dubio qui lætatur gloria, ac bono illius, mercedem accipiet. Ergò turbæ lætantes gloria Christi, ac veluti triumpho, fructum suæ lætitiæ sperare debent, salutem, ac pacem. Vt sic fiat manifestum, fructum multum, quem granum frumenti mortui attulit, illum esse, quem in Christi natiuitate Angeli præcinerunt. Videli- Luc. 2. 14.
cet *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Vt igitur & nos huius eximii fructus simus participes, sanctum hoc mysterium, veluti Christo occurrentes, deuotè celebremus, illud attentè contemplantes, atque deuoto affectu.

2 Quod sanctus Ioannes sacris suis lectionibus nobis repræsentans, plura facit. Primò enim notat tempus solemnitatis Paschalis, in quo Christus Pascha nostrũ, & Agnus Dei immolandus erat; vt sic erigat aures nostras ad percipienda mysteria Exod. 12. 3.
in hoc Paschate celebranda. Hoc enim tempore immolabant Phasc, quod erat celeberrimum apud Iudæos, quippè institutum à Deo in memoriam exitus Israël de Ægypto, ac populo barbaro. In quo apparuit sanctitas, & magnificentia Dei redimentis populum suum, in manu potenti Psal. 113. 2.
& brachio excelso: propter quod canitur: *Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.* Quia tribus Iuda, & populus Israël vniuersus occasio fuerat, ac veluti materia, in qua sanctificatum est nomen Domini, & potentia virtutis eius magnificè declarata est. *Proximum erat Pascha Iudæorum* (inquit Ioannes) *& ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos.* Debebant enim celebraturi festa, & templum ingressuri lauare se, & vestimenta sua, vt secundum legem mundi sacrificiis interessent.

3 Nos ergò celebraturi Pascha Christianorum, Christiano nosmetipsos debemus more sanctificare. Ideò enim fideles appellantur sanctificati. Hinc Paulus: *Paulus* 1. Cor. 1. 11.
vocatus Apostolus Iesu Christi Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis Sanctis. Quoniam Dominus Ie- Eph. 5. 25.
sus seipsum tradidit pro Ecclesia, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitæ. Sancti igitur estote, id est mundi, & puri, accessuri ad hoc gloriosum Pascha, in quo Christum sumimus, & recolitur memoria Passionis eius. Ideò enim & Quadragesimale ieiunium institutum est, vt illo purificati valeamus mundi commemorare Passionem Domini, ac si corporaliter Cruci illius assisteremus, susceptur Sanguinem eius, illumque Deo Patri oblaturi. Et cum propius accedimus, perfectius mundemur.

Qui hoc non facit, Prouerbio illo car- 4
pitur Salomonis: *Sultus homo plaudet ma-* Pro. 17. 18.
nibus, cum spoponderit pro amico suo Planum est enim eum, qui alteri fideiubet, graui se discrimini exponere, vt docet experientia, & Sapiens quoque monet. At stultus, qui tanto subiacet periculo, vbi timens, studium adhibere deberet, quo se illo expediret, lætatur, & exultat p̃ gaudio, manibus plaudens, ac si magnum consecutus fuisset emolumentũ. Ergò qui culpæ infectus est; atq; propterea indignus, qui festis interfit cœlestibus, si mundari non curat, similis est exultanti de re noxia vel periculosa; libens quippè iacet in re sibi admodum pernitiosa. Nam qui immun- Leu. 22. 3.
dus ad sancta accedere præsumpsisset, damno pereundi de populo suo subiacebat, quin potiꝰ morti, eò q̃ pollueret Sanctuarium. Quantò magis, qui immunditia culpę aspersus fuerit, de libro Dei delebitur, vt inter electos suos nequaquã describatur?

Secundò, notat Ioannes dispositionem 5
Iudæorum erga Christum. Nam qui ascẽderant, vt se sanctificarent, *quærebant Iesum, & colloquebantur adinuicẽ, in templo stantes. Quid putaris, quia non venit ad diẽ festũ?* Quod quidem potuit, & benè & malè fieri. Benè quidem, si ex deuotione videre cupiebant illum; malè si ad tentandum, aut persequendum. At mali certè ii, de quibus subdit Ioannes: *Dederunt autem*

Pontifi-

Pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum. Vbi apparet illorum inuidia, & pessima dispositio contra Iesum, quem sine causa & iniustè persequebantur, non attendentes illam Sapientis sententiam. *Qui*
Prou 13.13 *reddit mala pro bonis, non auferetur malum de domo eius.* Quæ in illis adimpleta est: nam malaChristo inferentes, qui pertransiit benefaciendo, & multa bona opera o-
Act.10.38 stendit illis ex Patre suo, sibi malum creauerunt, extremamque ruinam. Quòd verò etiam dicit Salomon: *Malus obedit lin-*
Prou. 17 4. *guæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus.* Illos tangit, qui tam iniquum mandatum perficere non dubitabant, aut detrectabant. Facilè enim vbi principes sunt iniqui, populus est insipiens, maiorumque iniquitatem imitatur; auditque libenter sacrilega mandata, quod innuit sententia illa, vt est apud Hebræos: qui non habet, obedit; & obtemperat. Sed auscultat, & audit. Cuius est sensus. Vnumquemque his capi, quæ ingenio eius conueniunt, ita vt malus libenter auscultet verba linguæ prauæ; & qui fallere intendit, in labiis mendacibus delectetur. Quod si hoc est, consequitur, vt volens pareat iussis scelleratis. Tales fuerunt turbæ & ministri Principum Iudæorum, qui dederant in mandatis, vt Christus deprehensus, apprehenderetur.

6 Et sic vtrique contra legem faciebant,
Deut.15. 19. iubentem: *Non operaberis in primogenito bouis Nec tondebis primogenita ouium.* Erant enim primogenita Deo dicata, quæ ideò ad humana applicare non licebat. At qui magis Deo dicatus, quàm Christus & Primogenitus, & Vnigenitus Altissimi? Hi verò illum vsurpabant nedum in commoda propria, sed ad pessimas suas machinationes, vtile sibi arbitrantes, si de medio tolleretur. Væ ergò illis, qui sacris in vsus profanos abutuntur, & oculo carnali spiritualia spectant, ad illa aspirantes, non vt Deo seruiant, sed proprio ventri.

7 Tertiò, notat Ioannes, quòd *ante sex dies Paschæ Iesus venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Lazarus erat vnus ex discumbentibus cum eo.* Quærunt turbæ vbi sit Iesus. Iubent Pontifices, vt manifestetur, ad illum capiendum. At Iesus seipsum declarat, & obiicit. Propalat opus admirabile, quod patrarat, suscitando quatriduanum mortuum. Ideò enim venit Bethaniam, & cum iam mortuo discumbebat. Nam *turris fortissima*
Prou.18 *nomen Domini, ad ipsum curret iustus, &*
Deut.33 *exaltabitur.* Populus hortabatur, & suadebatur, non timere hostes modò timeret Dominum. *Nolite metuere. Dominus Deus, qui ductor est vester, ipse pugnabit pro vobis:* Aiebat Moyses. Iosuë verò & Caleb: *Nolite*
Num.14 *meatis populum terræ huius, quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. Dominus nobiscum est: nolite metuere.* Hoc docuit nos Dominus, qui aliquandiu latuit, sed cum tempus affuit suæ manifestationis, patefecit se obtulit & videndum, & apprehendendum.

Quartò, Ibi notatur, quod *Maria vnxit pedes Iesu*, Iuda murmurante. *Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eũ, sed quia fur erat & loculos habens.* Ea quæ mittebantur, portabat. De quo verificatur Prouerbium illud: *Qui peruersi corde est, non*
Prou.17. *inueniet bonum, & qui vertit linguam, in-*
13. *cidet in malum.* Peruersitas Iudæ putauit bonum inuenisse, si ex vnguento conflatâ pecuniam haberet ipse, quasi in pauperes distrahendam. Nam inde furatus esset partem: sed tandem, abiectam proiecit. Et
Matt.27 vertens linguam, dum aliter ore loquitur, quàm in corde sentiat, incidit in malum; nam abiens laqueo se suspendit. At homini
Prou.16 seruiunt omnia. *Vniuersa* enim *propter se-*
metipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum. Nam & homo iste impiissimus operi redemptionis subseruiuit, non solùm tradens, verum postea confitens: *Peccaui tradens sanguinem iustum.* Mat.27
Sumptaque à seipso pœna sceleris sui, omnibus notum fecit Domini sanctitatem: atq; ita etiam ad diem malum veniens draco iste, ipsius Domini gloriam manifestauit. Ergò non contristabit iustum, quid-
Prou.12 quid ei acciderit; impii autem replebun-

tur

cur malo. Sis tu iustus, & quidquid tibi acciderit, etiamsi malum videatur, tibi conuertetur in bonum. Tanta est iustitiæ vis, vt in se trahat quidquid illi applicitū fuerit. Tanta è contrario est iniquitas in peccato, vt bona quæq; ei in malum euadant.

Exod. 12. 29. Angelus Domini per medium Ægyptum, transiens, Ægyptiorum peremit primogenita in salutem populi, quem non tetigit percussor.

9 Quintò, notat Ioannes, quod *Cogitauerunt principes Sacerdotum, vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.* Cauendum est, ne quis incipiat agere peruersè, alioqui mali homines proficiunt in peius. Illis enim euenit, quod euenit in aqua collecta atque detenta, quæ vt creuerit ad summum vsq;, si mox dimittatur præceps fluens atq; decurrens, magnam facit ruinā.

1. Tim. 2. 16.

Pro. 17. 14. Vnde Salomon: *Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum* Vbi habent Hebræa: Aperit aquas principium contentionis; ac si dicat: Principium iurgiorum est, sicut cum quis aquas cohibitas aperit, exitumq; eis præbet. Nam sicut cum aquis exitus aperitur, magnæ inundationis causa præstatur, quā postea non facile est cohibere, aut reuocare; ita cum contentioni & iurgio principium datur, nascitur ex eo frequenter impetuosus furor, omnia turbans, quem cōponere non sit facile. Quod malum non sic proprium est contentionis, vt non & cæteris contingat iniquitatibus, imò generaliter accidit omni sceleri. Sicut enim vbi vel minima apertura in principio aquis datur, violētia aquarum mox fit maxima, ita cum principium cuiuscunq; facinoris minimum sit, & ab homine fiat nihili aut parui frequenter instar impetuosæ currentis aquæ, in egregium scelus tandem, multaque mala procedit. Propterea ergò, sicut qui dimittit aquam, ita est principium iurgiorum, cæterorumque scelerum; cæperunt Iudæi, veluti aquam dimittentes Christo inuidere, vel etiam illum timere, ne si a turbis reciperetur, vt Rex, eorum prauos mores compesceret. Et quò pius illum in pretio haberi videbant, maximique a turbis æstimari, inualuit eorum rabies, incaluitq; furor, decreueruntque illum interficere, sed in eam cœcitatem fudit illos iracundia, atque malitia, vt & Lazarum interficere cogitarent. Quasi qui quatriduanum excitauit à mortuis, non posset & se, & illum à morte protegere, atque ab insidiantibus, necemque molientibus par non esset certò tueri. Saulis exemplum est manifestum, qui à Deo, quæ videbatur inobedientia exorsus, in tantam incidit impietatem, vt is Sacerdotes impiissimè trucidaret. Et quem innoxium confitebatur, quin & certò regnaturum prænosceret Dauidem, nunquam destiterit ad mortem persequi, donec iustas suarum impietatum pœnas dedit a Philistæis victus, & interemptus. Ergo principiis obsta; sero medicina paratur. Ideò quòd sequitur in nostra lectione. *Antequam contumeliam patiatur deserit iudicium.* Sic habent Hebræa: *Antequam misceatur lis, desere.* Citò (inquit) litem desere, & ne expectes quòd misceatur, & incalescat. Sic priusquam regnet peccatum in tuo mortali corpore, ne illius concupiscentiis obtemperes: suggestionis caput præcide, ne dum delectatio irrepit, accedat consensus, qui frequentibus actibus habitum vitiosum comparet: qui consuetudinem introducat peccata iugiter perpetrandi. Ita intellige quod nos legimus. Is, qui nouit quantum malum ex paruo principio prodeat aliquando, deserit iudicium, id est litem quæ dirimenda ad iudicium fertur, atque contumeliam patiatur, quod est illud quod monet Dominus: *Esto consentiens citò aduersario tuo, dum es in via cum eo, ne forte tradat te Iudici.* Multi sunt fatui, rationi non obtemperantes, quos orta contentione, non facilè placabis. Si non citò obuies futuris malis. Insigne quidem est Prouerbium istud: *Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti in stultitia sua.* Fatuus fuit Caiphas, qui in stultitia sua confidens, dixit in concilio: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo.* Quid crudelius potuit excogitari, vt sub falso prætextu seruandæ vniuersitatis populi, iustus tra-

Pro. 17. 14.

Mat. 5. 25.

Prou. 16. 12.

Ioan. 11. 49

deretur ad mortem? & vide crudelitatem efferatam. Si hoc prætextu innocens damnatur, non satis erat mitissimæ morti dari? Ista enim subtrahebatur prætensa occasio Romanis veniendi, locumque tollendi, ac gentem. Sed feritas iam increuerat vsque ad summã rabiem. Ergo priusqu fermentetur totum, desere, & desine iniq; agere.

10 Sextò. Tandem notat Ioannes, quòd venit turba videre Iesum suscitantem, & Lazarum suscitatum. *Et in crastinũ*, quod est hodiè, *Turba multa, quæ venerat ad diẽ festum, cum audissent quia Iesus venit Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: Hosanna. Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel.* Vbi primùm apparet veri-
Prou.16.3. tas illius dicti: *sicut igne probatur argentũ, & aurum camino; ita corda probat Dominus* Occasio data, siue sapienti siue stulto, est velut ignis & fornax, in qua probatur argentum & aurum. Data n. occasione sapienti, sapientior fit; & stultus exaltat stultitiam suam. Quo pacto Deus probat corda hominum. Aduentus Christi, insipien-
Ioan 15.22 tibus fuit occasio peccandi. Nam *si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent.* At contra sapientibus salus; De
Luc. 10.23 quibus; *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.* Et hoc est iudicium, de quo dicebat
Ioan.8.39. Dominus: *In iudicium ego in hunc mundũ veni, vt qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Iste enim aduentus occasio fuit, quaablatum est Regnum Dei à synagoga, & datum est Ecclesiæ. Propterea etiam in mysterio ipsoPrincipes persequuntur, turbæ sequuntur. Illiad mortem quærunt, isti ad gloriam canunt. Ita tempus Paschale est ad ruinam, & ad resurrectionem multorum. Nam Pascha nostrum, id est Christus, mors est malis, vita bonis.
1.Cor.11. *Qui accedit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit*; At verò, *Qui manducat meam*
Ioan.6.55. *Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* Ideò in Paschate traditus est
11 gentibus; ablatus, & abiectus à synagoga.
Exhortatio Docet Scriptura quomodo Ezechias
2.Par 30. Rex Iuda immolauit Phasc maximã so-
26. lemnitate, de qua sic scriptum est: *Facta est grandis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filii Dauid Regis Israel in ea vrbe non fuerat.* Ad quam tamen multi de populo inuitati, habitantes in Ephraim, & Manasse, & Zabulon, vnde eorum patres captiui ducti fuerant, spreuerunt ire. Vnde ait Scriptura de cursoribus, per quos Ezechias hortabatur, vt venirent ad festiuitatem. *Igitur cursores pergebant velociter, de* 2.Par.
ciuitate in ciuitatem, illis irridentibus & 10
subsannantibus eos. Heù miseri, quot sunt spernentes Dei cultum, solemnitatem eius respuentes? Hæc erat prædicatio Ezechiæ per cursores: *Filii Israel, reuertimini ad Do-* 6.
minum Deum Abraham, Isaac, & Iacob: & reuertetur ad reliquias, quæ effugerunt manum Regis Assyriorum. Hoc dicit qua in captiuitate decem tribuum facta per Regem Assyriorum, aliqui effugientes reuerti sunt in Terram Israël, qui tamen neque propterea ritè colebant Dominum, perseuerantes in cultura idolorum, quorum multi irridebant talem prædicationẽ. Heù quot nunc facto irrident diuina, sæcularibus postponentes. Promittitur ergò, quòd si reuertimur ad Deum, Deus reuertetur ad nos, & multi tamen irrident. Pergit Ezechias. *Nolite fieri sicut Patres vestri,* 7.
& fratres vestri, qui recesserunt à Domino Deo patrum suorum, qui tradidit eos in interitum, vt ipsi cernitis. Eccè quòd neque præsens malum, illos reducebat. Pergit: *Nolite indurare ceruicem vestram, sicut Pa-*
tres vestri: tradite manus Domino (id est 8.
subiicite vos Domino) *& venite ad sanctuarium eius, quod sanctificauit in æternum* (ita spreta idololatria colite Deum) *seruite Domino Deo patrum vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris sui*, sic promittit liberationem à malis. *Pius enim* (inquit) *& clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum.* Hæc verba nobis quoque cõueniunt. Accipite igitur, vt nobis dicta.

SECVNDA PARS.

EX dictis apparet, duo genera homi- 12
num erga Christum se habere, singula secundum proprias dispositiones, vt discamus vtrum illorum velimus amplecti, & quod

quod noſtrũ eſt adhærere turbæ, quæ acceptis ramis palmarum proceſſit obuiam Chriſto Domino, cum læto illo clamore: *Hoſanna: Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael.* Vbi primũ eſt conſiderandũ, Palmas ſignificare victoriam, quæ pugnã ſupponit: pugna vero Sanctorũ, & in primis Chriſti, eſt in tribulatione: de multitudine enim innumerabili cũ dixiſ-
Apoc. 7. 9. ſet Ioannes, quod erant ante thronũ & in cõſpectu Agni, amicti ſtolis albis, & palmę
14. in manibus eorũ, ſubdit: *Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.* Ergo obuiantes turbę cum palmis in manibus, quib. Chriſti victoriam præfigurant, veluti proteſtãtur, ipſum nunc in campum deſcendere ad præliandum; quod & Chriſtus, vere etiam ſuo hoc triumpho prætendit. Hoc pacto demonſtrans, aggredi quidem ſe certamẽ forte contra Principem huius mundi, ſed non quaſi dubius de victoria, ſed certiſſimus & ſecuriſſimus de triumpho.

13 Qua in re nunc quædam nobis proponuntur. Primum eſt, quod res, quam Chriſtus nunc aggreditur, ingrediens Ieroſolymam, triumphantis inſtar, vere prælium eſt; Ideo enim Rex appellatur: *Benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Iſrael.* Re-
Luc. 14. 31. gum autem eſt bella committere. *Quis Rex* (inquit) *iturus committere bellum*: &;
1. Reg. 11. 1. *Tempore, quo ſolent Reges ad bella procedere.*
1. Reg. 8. 9. Sic & populus ad Samuelem: *Rex erit ſuper nos, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.* Ergo & aduerſarius non aliud erit, quam Rex, Princeps, videlicet huius mundi, & Rex ſuperbiæ:
Apoc. 12. 3. draco videlicet habens capita ſeptem, & in capitibus diademata ſeptem. Modum pugnandi turbæ notant dicentes: *Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Qui exemplo Dauidis declaratur, qui com-
1. Re. 17. 45 miſſurus cum Gigante dicebat illi: *Tu venis ad me, cum gladio & haſta, & clypeo: Ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Iſrael.* Et in
Pſal. 117. 6 Pſalmo, vnde ſcripta eſt laus iſta: *Benedictus, qui venit in nomine Domini*; mentio
10. præmittitur belli contra inimicos: *Dominus* (inquit) *mihi adiutor, & ego diſpiciam inimicos meos. Omnes gentes circuierunt me & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos. Circundantes circundederunt me, & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos. Circundederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis; & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.* Vbi etiam aperitur quid ſit venire in nomine Domini: nempe confidere in Domino. Sicut enim Goliath confidebat in armis, ſic Dauid in Domino. Ideo Chriſtus in Pſalmo: *Bonum eſt* 8.
confidere in Domino, quam in homine, & in 16.
Principibus. Dominus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimicos. Dextera Domini fecit virtutẽ. Dextra Domini exaltauit me. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.

Arma igitur conſideremus, quibus prę- 14
liatum eſt. Dauid enim, quamuis in Domino confiſus, proceſſerit ad bellum, non omnia tamen arma reiecit; ſed ea ſumpſit, quæ opus oſtenderent eſſe non humanæ virtutis, ſed diuinæ protectionis. Arma quippe oblata à Saul dimiſit tanquam non 1. Re. 17. 39
ſibi apta, & accommodata; ſed fundam ſumpſit cum lapidibus; vt dicere poſſet: *Non enim in arcu meo ſperabo, & gladius* Pſal. 43. 7.
meus non ſaluabit me. Quæ igitur arma Chriſti? Iuſtitia, & Patientia. At draco cõtra iuſtitiam habet blaſphemiam, oppoſitum videlicet diuinæ legi, quæ iuſtitiam docet. Vnde Ioannes: *Vidi de mari be-* Apoc. 13. 1.
ſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & ſuper capita nomina blaſphemiæ. Beſtia 10.
hæc Principatus eſt mundi, in quo Sathanas cum Chriſto pugnauit, & cum exercitu eius. Contra patientiam, draco eſt rufus de ſanguine, videlicet Agni, & martyrũ Ieſu. Vnde ſcriptum eſt: *Et datum eſt ei bellum* Apoc. 13. 7.
facere aduerſus ſanctos, & vincere eos: & infra. *Hic eſt patientia, & fides Sanctorum.* 10.
Pro fide in Chriſto, eſt iuſtitia. Nam ſicut ſancti patientia & fide pugnauerunt, ſic Chriſtus patientia & iuſtitia. Nam Ioannes de illo ſcripſit: *Cum iuſtitia iudicat,* Apoc. 19. 11
& pugnat. Vnde *& viſus eſt in equo albo,* 14.
& exercitus, qui ſunt in cœlo, ſequebantur eum in equis albis, veſtiti byſſino albo, & mũdo: Byſſinum autem iuſtificationes ſunt ſanctorum: declarat Ioannes. De patientia 8. 13.

autem idem scribit Ioannes. *Vestitus erat veste aspersa sanguine.*

Itaque ex vna parte est iustitia, & patientia; ex altera iniquitas, & persecutio. Propter iustitiam, in Christo diabolus nullam habebat potestatem, alioqui Christus non
Ioh.14.30. esset in omnibus diabolo contrarius. *Venit* (inquit) *Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.* In hoc enim est perfecta contrarietas, ex qua bellum est inter Christum, & draconem; Quod Christus iustus est vndequaque. Qui ideo in Isaia
Isai.63.1. dicit: *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.* Et quando prædicitur venturus vt Rex ad saluandum,
Zach.9.9. vocatur *Iustus, & Saluator.* De peccato vero inimicorum suorum, in quibus prælians est satanas contra Christum, dicebat Christus ipse: *Si non venissem, & locutus*
Ioh.15.22. *fuissem eis, peccatū non haberent: Nunc autē excusationem non habēt peccato suo* Voluit enim manifestum esse certamē. Vnde sicut aperta fuit iustitia eius, adeo vt Iudas, qui tradidit eū; & Pilatus, qui ad mortem condemnauit illum, aperte iustum proclama-
Matt 27.4. uerint. Ille culpans se, dicens: *Peccaui, tradens sanguinem iustum.* Iste exculpans
24. se, dicens: *Innocens ego sum à sanguine Iusti huius:* Vnde audacter dicebat ipse inimicis suis: *Qui ex vobis arguet me de*
Ioh.8.46. *peccato?* Iniquitatem vero suam ipsimet inimici prodiderunt. Qui in concilio suo, quo statuerant illum occidere, aliam nullam adduxerunt causam, quam istam: *Hic*
Ioh.11.48. *homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem.* Si signa facit, ergo sanctus
Ioh.9.16. est, ipsismet alibi dicentibus: *Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?* Hic igitur Propheta est similis Moysi promissus à Deo. Deus autem illum promittens
Deu.18.18 dixit: *Qui non audierit Prophetam illum, ego vltor existam.* Manifesta ergo fuit eorum iniquitas persequentium singularem Prophetam istum, qui propterea inexcu-
Ioh.15.22. sabiles sunt dicente Domino Iesu: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis.* Fatentur ipsi opera eius, & Psal.34.19 quæ possint post illum omnes trahere: *Multa signa facit, omnes credent in eum.* Ioh.11.48 Peccatum ergo illorum manet manifestum.

Ratio vero pugnandi his armis, hæc est: 15
Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ; 1.Ioh.1.5
Inquit Ioannes. Nullum ergo in Deo bellum, vel minimum; quia nulla contrarietas; & sibi consentiunt omnia. Ergo summa, & absoluta in eo pax est, atque infinita concordia. Nihil propterea ab eo potest exire, quod eandem pacem non participet, suoque cum authore non conueniat. Pacata ergo omnia sunt, quatenus à Deo sunt. Vnde ergo lites & contentiones ortæ sunt? Ex eo, quod creatura aliqua, adAct.13.8.
uersus Creatorem suū erexit se, ab eo dissentiens & recedens: In quo initium fuit omnis peccati. Vt appareat, quod peccare nihil sit aliud, quam contra Deum pugnare. At peccatores isti ac pugnatores nō præualuerunt, neque locus eorum amplius inuentus est in cœlo. Ergo repugnatum est illis. Id vero, quod cum iniquitate pugnat, iustitia est. *Qua enim conuentio est,* 2.Cor.6.15
(inquit Apostolus) *iustitiæ ad iniquitatem?* Debuit ergo armis iustitiæ occursum fieri contra iniquitatem. Vt autē par pugnādi ratio esset vtrinque; sicut iniquitas illa fuit in creatura. *Non* enim *est iniquitas a-* Rom.9.14.
pud Deum. Congruum impense fuit, quod & iustitia oppugnans esset in creatura aliqua: non autem in qualibet, sed in ea, quæ posset implere omnem iustitiam ad expugnādam omnem iniquitatem. Hic autem non potuit alius esse, quam is, *Quem Pater* Ioh.10.36
sanctificauit & misit in mundum, Sanctus videlicet Sanctorum, qui possit sanctificare & iustificare quemcunque, atque iniquitatem omnem debellare, & omnem altitudinem extollentem se aduersus Deum destruere, & conculcare. Ideo *nobis factus* 1.Cor.1.30
est iustitia, & sanctificatio.

Cur vero etiam patientia pugnandum 16
sit, hæc sit ratio prima. Iustitia, vt iniquitatis sit victrix, omnem perfectionis apicem necesse fuit attingere. *Patientia* autem *opus* Iac.1.4.
perfe-

perfectum habet. Ideò enim extrema, summaque omnium beatitudinum illa est
Matt 5.19. *Beati, qui persecutionem patiuntur propter*
Heb.10.36 *iustitiam.* Patientia ergò *necessaria est*: si autem patientia necessaria est, & vbi passio nõ est, patiẽtia esse nõ potest: pati oportet illum, qui cum iustitia pugnat aduersus iniquitatẽ. A quo verò nisi ab iniquitate, & ab iniquitatem faciente? Eccè quomodò in aduersariorũ agmine persecutio est, quæ patientiam exerceat, & oppugnet; & contra quam patientia exerceat vires suas, & ostendat virtutem suam.

Secunda ratio sit ista; Iniquitas contra
Sap 2.10. innocentem se mouet. Dixerunt impij: *Venite opprimamus iustum. Semper iurgia*
Prou.17.11 *quærit malus*: inquit Salomon: quod apparuit in primo scelesto Cain, qui occidit
Gen.4.8. fratrem suum. Vt ergo non prævaleat homo impius & persecutor, contra illũ acies est dirigenda patientiæ. Ob id ergò etiam
Heb10.36. Patientia necessaria est. Vt qui iustus est, sit fortis & patiens. Nulla enim maior fortitudo est contra iniquas persecutiones, quàm patientia. Vndè benè Salomon:
Prou. 16. 32. *Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium*: Quod est dicere: Maior est fortitudo cordis, quàm corporis; & illustrior victoria illa, quæ de animo proprio est, quam de quouis aduersario, etiamsi vrbem expugnes. Hæc autem mentis fortitudo, patien-
17. tia est Qui enim patitur, habet apud se domesticum inimicum, aduersus malũ pœnę reluctantem, qui plurimum valet ad fortitudinem mentis labefactandam; cum quo
Luc.22.43. etiam Dominus Iesus pugnauit in horto, factus in agonia; vt carnis voluntatem deiiceret, atq; sub diuina voluntate demitte-
44. ret Quæ pugna fuit tam valida, vt sanguinem funderet; sic docens, victoriam prius de nobis referendam esse, ac demum de inimicis exterioribus. Qui enim dominatus fuerit animo suo, quatenus pati recusat, iam inuulnerabilis factus est, vt nihil possit aduersarius contra eum

Potest & tertia ratio reddi: Quamobrẽ
Gen 2 17. patientia necessaria sit. Ingrediens peccatũ in mundum, secum adduxit mortem; ita decernente diuina iustitia, vt in quacunq; die transgressus fuisset homo Dei mandatum, mox mortem subiret, vt suæ iniquitatis pœnas lueret. Qua in sententia diuinæ iustitiæ, diuina pariter misericordia habuit partes suas: nempè vt commerita per delictum mors, ipsum quoq; sui meritum deleret & extingueret. Si enim culpa & pœna simul iunctæ, diuinæ iustitiæ facientes satis, hominẽ depresserunt; cur nõ possint iustitia & patientia coniunctę, hominem subleuare? sicut enim ex peccato mors, ita ex iustitia vita: *Iustus enim ex fide viuit.* Sic enim absorpta est mors in victoria, dum mors patienter toleratur; & iu-
54. stitia, vt vitam det, contra mortem armis patientiæ decertat: stat ergò sententia. Peccasti? pœna subeunda est, quam mottẽ dicimus. Pœna, si cum iustitia coniungatur, grata est Deo, & salutis est causa.

Rom. 1.17, 1.*Corin.*15.

Non autem sinè patientia potest cũ iu- 18.
stitia, pœna esse coniuncta. *Patientia enim* *Rom.* 5, 4.
probationem operatur. Ergò propter hoc, patientia nobis necessaria est. Vndè & Do- *Heb.*10.36.
minus Iesus, qui portauit peccata nostra in *Isa.*53.12.
corpore suo, etiam dolores nostros ipse & 4.
portauit. Vt idem Deus, qui posuit in eo 1.*Pet.*2.24.
iniquitates omnium nostrum etiam dice- *Isa.*53.8.
ret: *Propter scelus populi mei percussi eum.* Vt tollens peccata, vulneratus sit propter iniquitates nostras; hoc enim pacto peccata multorum tulit.

His itaq; munitus armis Dominus Ie- 19.
sus, in arenam descendit cum crudelissimo hoste pugnaturus. Vt intelligamus, illius sacratissimam Passionem, fuisse certamen forte, quo contra aduersarios nostros pugnauit pro nobis. Ideò illam volens prophetice prænunciari, permisit Dauidem ab iniquis, & inimicis suis crudeliter impugnari, vt dùm in Psalmis narrat passiones suas, atque pro eis rogat Dominum, vt sit illi in eisdem perferendis adiutor, & in remouendis illis protector, atq; susceptor, transeat ad supplicia Domini nostri recensenda, quorum suę ipsius Dauid passiones erant figuræ atq; prænuntiæ. Propterea vbiq; illum audimus contra inimicos suos deprecantem, vel de eorum subuersione gratias agentem. Hinc est, quòd in libro Psalmorum statuitur in primo

Psalm. 1. Psalmo iustitia viri, *cuius semper fuit voluntas in lege Domini.* In secundo autem Psalmo, hostium contra illum tangitur
Psal. 2. 2. aggressio, nam *fremuerunt gentes, & astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.* In tertio verò iam lætatur iustus de victoria: *Domine, quid multipli-ati sunt qui tribulant me? Non timebo millia populi circundantis me*: vt hi primi tres Psalmi veluti argumentum sint totius libri Psalmorum, in quo plurimum explicatur pugna, quam diu tolerauit ab inimicis suis. Quòd factum est, vt iugis esset in labijs nostris laus, & gratiarum actio de passione Domini nostri Iesu Christi. Propterea enim laudibus turbarum victoriam præcinentium, cœpta est pugna, in quibus propterea vsurpantur verba, quæ certè victoriam istam iam olim in Psalmo resonabant.

Psal. 117. 1. Nam Psalmus ille: *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius: Dicat nunc Israel* Deum eximiè laudat de bonitate, qua Christum liberauit de manu inimicorum suorum.
5. Tribulationē quidem suam cōmemorat dicens: *De tribulatione mea inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus*: & quòd hæc fuerit ab inimicis
7. statim innuit, subdens: *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos*: &
13. quanta fuerit, ostendit subdens: *Impulsus*
17. *euersus sum, vt caderem.* Et: *Non moriar, sed viuam.* Non quidem mortem simpliciter negans, sed quod ad mortem nō fuerit, sed ad vitam perfectā, & immortalem,
Ioh. 11. 4. sicut & de Lazaro respondit: *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei*; quomodò & sequentia illa intelligenda
Psa. 117. 18. sunt: *Castigans castigauit me Dominus; & morti non tradidit me.* Vt verò, quinam
22. essent isti sui inimici, pateret, subdit: *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.* Dominus enim
Matth. 21. apertè in Euangelio se lapidem istum esse
42. declarauit; Reprobatores verò illius, ipsos esse Iudæos, à quibus auferendum erat
Psal. 117. Regnum Dei. Ergò sequens laus: *O Domi-*
25. *ne saluum me fac! O Domine benè prosperare! Benedictus qui venit in nomine Domini*; ea est, quam modò turbæ concinunt: *Hosanna, Benedictus, qui venit in nomine Domini.* Turbæ itaque, futuram victoriā de passionis pugna lætanter pronuntiāt, atq; palmas gestantes in manibus præfigurant. Ergò dum subdit inuitāns ad laudandum: *Constituite diem solemnem in condensis, vsque ad cornu altaris*: ad nos loqui videtur: Vult enim, quòd pro his laudibus ad Dominū dirigendis, festus dies constituatur, in quo is frequens sit populorum concursus, vt se mutuò comprimentes ex magna multitudine, appropinquent vsq; ad cornu altaris, quod erat in atrio interiori, super quo fiebant sacrificia. Psal. 117. 27.

Vbi mysterium indagātes recordemur, quòd in sacrificiis quibusdam insignionibus, sanguine hostiæ tingebantur cornua altaris holocaustorum, & in eo maximè sacrificio, quod semel tantum in anno fiebat per Pontificem: Vt non immeritò per cornua crucē intelligamus, de cuius cornibus intelligitur obscurissimum illud vaticinium: *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors.* Cornua illa duo crucis, fuerunt in manib. Christi, dum ille confixas tenuit in illis manus. Ibi abscondita est fortitudo eius, nam quis crederet quidquā illum posse, qui manus haberet nedum ligatas, verūm & clauis perforatas, cruciq; confixas? Vis quippè operandi manibus assignatur. Vndè & de ipso Deo, qui Spiritus est, canitur: *Dextera Domini fecit virtutē: dextera Domini exaltauit me, Dextera Domini fecit virtutem.* Vbi ergò cornua in manibus, ibi abscondita est fortitudo. Absconditā tamen, non ablata. Nam tanta fuit illius absconditā fortitudo, vt morte fugaret, persequens illam quę cedens tantæ fortitudini, fugiēs ibit ante faciem eius. Iuxtà quod scriptū est: *Paruuli eius abierunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. Principes abierunt absq; fortitudine ante faciem subsequentis.* Neq; sola mors cessit huic fortitudini absconditæ; sed *& diabolus egredietur*, (inquit) *ante pedes eius fugiens insequentem.* Vide pulcherrimam allusionem. De eo, qui prorsus alligatur, dicitur:

dicitur: *Ligatis manibus & pedibus.* Quantũ ergò infirmus apparuit, qui manus habuit, & pedes cruci affixos? Et tamen in manibus eius tanta est fortitudo, vt fugata Habac.3.6 ab eo ante faciem eius eat mors. Tanta est in pedib⁹ eius velocitas, vt diabolus egrediatur ante pedes ejus. Quin stans, quasi moueri non possit, mensus est terram, id est illam totam acquisiuit & in possessionẽ accepit: Metimur enim quæ acquirimus possidenda; iuxta quod scribitur in Apo- Apoc. 11. 1. calypsi: *Metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Atrium autem, quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud, Habac 3.6. quoniam datum est gentibus.* Itemq; *aspexit & dissoluit gentes*, solo intuitu illas disperdens. Cum igitur in manibus etiam affixis ad cornua altaris, crucis videlicet, tanta sit fortitudo, cantantes & psallentes ad hæc cornua accedamus, virtutem crucis prædicantes, & cum palmis victoriæ Psal.117.26. acclamantes: *Hosanna: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel. O Domine saluũ me fac. O Domine, benè prosperare. Benedictus, qui venit in nomine Domini.*

21. Exhortatio. Gestemus nihilominus palmas in manibus nostris, vt victorem laudemus nedũ vocibus, sed & manibus, sequentes illum in pugna, vt & cum illo victoriam referamus. Concluditenim Canticum suũ Habacuc. Habac. 3. *Super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem.* Ero & ipse in Excelsis, sicut ipse fuit in suis, de quibus dixit: Ioh. 12. 32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum.* Crux mea exaltabit me, in qua Dux ipse victor deducet me, in Psalmis canentem, nempè victorem, & calcantem inimicos meos, & conculcantem leonem & draconem. Discamus ergò cum Domino Iesu, pugnare cum hostibus, & pugnantem sequamur, vt illius quoq; victoriæ participes simus.

Sed heu, quot sunt, qui se potiùs sociant cum inimicis suis, cum Iudæis, & cum dæ- Prou. 17. 11. monibus ad eorum æternam perditionẽ? Audi infelix dicta sapientis: *Semper iurgia quærit malus: Angelus autem crudelis mittetur contra eum.* Pugna Christi pacẽ intendit, At diabolus iurgiis, & contentionibus delectatur. Qui ergò illum imitatur, eundem habebit vltorem, sicut Ægyptij, qui nullam requiem populo concedentes, traditi sunt Angelo percutienti. Vnde Psalmus: *Misit in eos iram indignationis suæ:* Psalm 77. indignationem, & iram, & tribulationẽ, 49. immissiones per Angelos malos. Item Salomon: *Qui peruersi cordis est, non inuenitet* Prou. 17. *bonum; & qui vertit linguam, incidet in* 20. *malum.* Tu iam cæperas Christo sociari, ipsumq; laudare: At nunc peruertis cor, & linguam, vt neque illi adhæreas, neque prædices illius virtutes. Quid ergò? non inuenies bonum, sed incides in malum, sicut miseræ contigit synagogæ, suũ Messiam crudeliter persequenti, quę hæredem persequens, hæreditate priuata est & abiecta, vt iam non sit populus Dei. Id quod à nobis Deus auertat.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ostenditur, Passionem Christi, ipsi procuratam fuisse & ab hostibus & ab amicis, propter ipsius opera bona. Aliquandò bonum, aliquandò malum, persecutiones declinare. Gloria & vtilitas, pati pro Deo & proximo. Lætanter aduersa sustinenda. Patientibus compatiendum. In Morali, Contra amatores mundi.

EXITVM illum antiquum de Æ- 1.
gypto, & populo barbaro, & introitum in terram repromissam, voluit Deus fieri cum magna solemnitate, insuitatisque signis; Nam *mare vidit: Iordanis conuer-* Psal. 113. 3. *sus est retrorsum: A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob: Montes exultauerunt, vt arietes; & colles sicut Agni ouium.* Ergò & in hoc transitu, quo Iesus noster, qui in illo veteri Iesu, qui est Iosuë, figuratus, non sinè solemnitate & pompa, à mundo ad Patrem procedere debuit.

Quod

Exod.13.21. Quod factum esse docet solemnitas hodierna. Ibi Dominus primùm in columna nubis, & in flamma ignis, post in arca, po-
Ios.3 11. populum præcedebat. Hic verò Deus ipse nõ in figura, sed in veritate præcedit. Man-
14. sit arca in Iordanis alueo, donec totus pertransiret populus, atq; ita & ante populum ad Iordanem accessit, & post populum à Iordane recessit, vt videas figuratas turbas, quæ præcedebant, & quę sequebantur Dominum nostrũ hac in via, qua de mundo transibat ad Patrem; atque intelligas,
Rom 6.9. quòd quamuis Christus resurgẽs ex mortuis iam non moritur; vt videatur ipse ante omnem populum currentem pertransisse: attamen fidelis ante ipsum præcedit, dum fide concipiens illius transitum, qui fuit passio illius & mors, vim accepit ab ea viam hanc pergendi, qua omnes & nos transimus de hoc mundo ad Patrem. Propterea enim Ecclesia suis cæremoniis atq; solemnitatibus iugiter renouat passionem illam, vt veluti Christus stet in Iordane, donec totus electorum numerus transuadat Iordanem istum, & mortis Christi & nostræ mortalitatis. Quoniam ergò dicitur in figura: *Festinauit populus: Et transiit.* Nos quoque festinanter, id est feruenter iter istud perficiamus, quo Christi passionẽ fideli mente pertractemus. Et quod turba corporaliter fecit, comitãs illius in-
Luc.13 33. gressum in Ierusalem, extra quam non capiebat Prophetam perire; Nos spiritualiter perficiamus, mente comprehendentes transitum suum istum, atq; fideli contemplatione meditantes.

2. Quoniam verò, quæ nobis hodiè in lectione Euangelica, & in ritu externo sancta proponit Ecclesia, processum ostendunt, quo Christus fundamenta iecit suæ Passionis, suntq; principium quoddam illius atq; præambulum; ea & nos consideremus, quibus quasi itineribus, & causis siue occasionibus ductus est in effectum
Diuisio. tantæ suæ Passionis, & mortis. Duo autẽ attendo nobis à Sancto Ioanne in Euãgelio proposita. Alterum est, quòd cum proximum esset Pascha, consuescerets; Christus, vt legis obseruator, in hac potissimũ solemnitate ascendere in Ierusalem, *Decreuerant Pontifices, & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit, vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.* Alterum est, quod vnctis pedibus Iesu vnguento, cuius odore domus, vbi cænauerat Iesus, repleta fuit: *Dixit vnus ex discipulis eius Iudas Ischariotes, qui erat eũ traditurus Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis & datum est egenis?* In primo, mandatum habemus Pontificum, & Pharisæorum; In secundo, consilium habemus Iudæ discipuli traditoris. Inde mandatum processerat, quòd in consilio statuerant illum interficere. Inde consilium, quia Iudas fur erat, & quæ mittebantur portabat. Ex quo mahitur illum doluisse de præda ac furto illi subtracto, per illam sanctam vnctionem. Vt ita videamus procuratam eius Passionem, & ab hostibus & à domesticis, per id, quod fecit ipse, & quod recepit ab alio. Bonum opus fuit suscitatio Lazari, quod fecit ipse. Bonum opus fuit vnctio eius, quod fecit Maria soror Lazari. Bonum opus illud fuisse, & per se perspicuum est: quia defuncto data est vita: & ipse testatus est, illud vocans gloriam Dei. Bonum & istud fuisse, illius verba testantur, qui dixit de muliere illa. *Bonum opus operata est in me* Ex illo tamen sumpserunt occasionem Pontifices illum persequendi, ex hoc Iudas illum tradendi. Ergò nulla culpa in Christo; & propterea iniustè persecuti sunt illum inimici sui. Et propterea confidenter processit, minime timẽs iniustas persecutiones. Mandant hostes, *vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendãt.* Cogitat discipulus occultè eum tradere. Et ecce ipse se cunctis manifestat palam ingrediens, turbis comitatus, adeò vt ipsi persequentes dicant: *Ecce, mundus totus post eum abiit.*

Ergò verum est Prouerbium Salomonis: *Fugit impius nemine persequente; iustus* 3. *autem quasi leo confidens absq; terrore erit* Vnde enim illi eum persequuntur? vt de medio tollant, quia timuerunt timore, vbi non erat timor. Putabant gloriam Christi detrimento fore illis futuram, cum venisset potius lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis suæ Israel.

Fugiunt

Fugiunt ergò nemine persequente. At ille & sine terrore est, & quasi leo confidens, turbas deducit secum victor in Psalmis canentes. Qui innocentia nititur, atque iustitia, istum non contristabit, neq; terrebit quidquid ei acciderit. Quid timi-
Gen.4.14. dum fecit Cain dicentem Deo: *Ecce, eycis me à facie terræ, & à facie tua abscondar: & ero vagus & profugus in terra: omnis ergò qui inuenerit me, occidet me?* sui facinoris conscientia, illius diuinæ sententiæ executio: *Si malè egeris, statim in foribus aderit peccatum.*
Gen.4.7. Ecce peccatum in foribus, peccatum pulsans, vt morti aperiatur, quæ alioqui ingredietur per fenestras, timet mortem, timet occidi; quia per peccatum mors ingreditur ad peccantem. Adsit iustitia, & ambules in medio
Sap.1.15. vmbræ mortis, & non timebis mala. Iustitia enim perpetua est, & immortalis. Ergò impij venient in cogitatione peccato-
Sap.4.20. rum suorum timidi. *Iustorum* autem *anime in manu Dei, & non tanget illos tormentum mortis, & spes illorum immortalitate plena est.* Sit igitur hoc nobis documentum sumptum a glorioso ingressu Domini Iesu in Ciuitatem, vbi de suo agi sciebat interitu. Quod ideò etiam magis premit, quoniam veluti triumphum agens, ne dum de victoria certus, introiuit securus. Vt & nos lætanter eamus aduersus aduersitates, tanquam illarum victores, à quibus, & per quas multum expectemus emolumenti, & gloriæ.

4. Sed iam horum duorum singula distincte perpendamus, & illud in primis, quod primum notatum est, ex quo alterum deriuatum est. Quòd Christum persequerentur Iudæi, referta est historia Euangelica. Et quòd etiã illum interficere co-
Ioh.8.59. & 10.31. gitauerint, habet sanctus Ioannes referens quòd bis sustulerunt lapides, vt lapidarent eum. Et miserunt ministros, vt apprehenderent eum, quos tamen nõ permisit ipse,
Ioh.7.32. vt possent facere quidquam. Sed suscitato Lazaro, collegerunt concilium, vbi decreuerunt interficere illum. Et propterea *dederunt mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.* Qua in re duo ipse operatus est ad nostram instructionem, & in redemptionem nostrã. Primum refert Ioannes, dicens: *Iesus ergò iam non in palam ambulabat apud Iudæos sed abiit in regionem iuxta desertum in Ciuitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis, neque in principio venit ad festum Paschæ.* Quapropter (vt dicit Ioannes:) *Quærebant Iesum, & colloquebantur ad inuicẽ in templo stantes Quid putatis, quia non venit ad diem festum?* De secundo, Ioannes idem; *Iesus ergò ante sex dies Paschæ venit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi. Cognouit ergò turba multa ex Iudæis, quia illic est, & venerunt non propter Iesum tantùm, sed vt & Lazarum viderent. In crastinum autem turba multa, qui venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerũt obuiã ei.* &c. Priùs ergò veluti fugiens latuit. Posteà sic prodiuit in publicum, vt omniũ oculis sese obiiceret manifestum. Nostra instructio est, quod & docere infirmos voluit & perfectos; vt nõ illi desperarent fugientes aduersa, neq; propterea timerent rem facere Deo ingratã, & odiosam; quandoquidem & ipse filius, qui voluntates Patris fecit omnes, & quæ placita sunt illi, fugit interdum, absconditque se. Perfectos autem animauit, vt se morti tra- *Ioh.8.29.*
derent, neque timerent hoc esse temeritatis, aut ptæsumptionis, si verè Dei gloriam spectarent vnã.

Hinc Iosuë duodecim lapides ex Iorda- 5.
danis alueo tulit locauitque in terra, quos *Ios 4.3.*
durissimos vocat Scriptura. Qui sunt fideles ex mollitate aquarum educti, quasi ex infirmitate erepti, & in solida terra consolidati. Alios item duodecim lapides posuit Iosuë in medio Iordanis alueo, vbi steterunt Sacerdotes, qui portabant Arcam fœderis. *Hi ergò sunt, qui in obsequio Domini mollitie circundantur. Seruiunt quidem, quoniam ex præcepto Domini de loco, vbi prius absque vllo commodo iacebant, translati sunt in locum, vbi fuerat Arca Domini, ad quam ibi manentes habent respectum, notantes videlicet locum, vbi illa stetit. Sic infirmi Do-

mino seruiunt, secundum mensuram fidei suæ, quamuis infirmi sunt. Ideò de istis lapidibus non dicitur, quòd fuerant durissimi, sicuti de aliis dictum est. Fortes quippe in exemplum dati sunt, sicut & Domini fortitudo nobis proposita est ad imitandum. Infirmitas verò ad consolandum magis, ne nostra nobis nimium vilescat infirmitas, modò locum occupet, vbi fuit Dominus, quod est dicere: Dum Dominum imitetur: Dum fugiat quemadmodum, & ipse patiens propter iustitiam: Cedat (inquam) non indignetur, non succenseat, non obmurmuret, non cogitet malum reddere, non propterea desinat benefacere. Alioqui non est ista imbecillitas imperfectorum, sed teneritudo puerorum, quæ coërcenda potius est, quàm
Prou. 29. 21. excusanda, dicente Salomone. *Qui delicatè à pueritia nutrit filium suum, posteà inueniet eum contumacem.* Ista teneritudo in asperam euadet duritatem. Si labores sustinere non potes, si iniuriare nõ vales, veluti infirmus, puer es, qui durus euades & contumax, insurgens aduersus iniuriantem, rebellis contra præcipientem, & vt tuam expleas voluntatem, Dei ipsius voluntati resistentem. Non hos elegit Dominus in seruos suos: Non illius præcepto positi sunt, vbi stetit Arca, sed vbi illos natura creauit, suæ dimissi voluntati, quæ mollia sequitur, quæ suo pondere ad inferiora declinat.

6. Iam bonum opus ipsum, propter quod persecutionem passus est Dominus Iesus considerantes. Opus illus fuit resuscitatio Lazari. In quo tria bona resplenduerunt. Primum, gloria Dei. Secundum, vita mortui? Tertium, fides populi. De pri-
Ioh 11.45. mis duobus dixit: *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* De tertio scribit Ioannes: *Multi ergò ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.* Et hodie. *Venerunt non propter Iesum tantùm; sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit Iesus. Et multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.* En propter quid homo iustus, iniusta tolerat; pro gloria Dei, pro beneficio proximi, pro manifestatione virtutis. Fac tu opus, magnificãs Deũ; quod si pro illo patiaris, tum magis Deum glorificabis. Sicut de Petro dicitur: *Hoc dixit de morte, qua clarificaturus esset Deum.* Et quanta merces ab sic operante & sic patiente debeat expectari? gloriosum est hoc? quantas patiaris contumelias, opprobria, irrisiones, calumnias: totum erit tibi gloria coram conspicientibus.

Deus protestatus est Iosuë, qui per illũ 7.
magna facturus esset opera; propterea sic- Ios. 1. 2.
caturus aquas Iordanis, ad transitum populi, dixit illi: *Hodie incipiam exaltare te* Ios. 3. 7.
coram omni Israel. Quo facto dicit Scriptura: *In die illa magnificauit Dominus Iosue coram omni Israel.* Quantò gloriosior Ios. 4. 14.
apparebit homo, qui totus est in Deo glorificando? Erat ad gloriam in primis Dei opus illud, quod exaltabatur Iosuë, sicut seruus Dei, & minister in illo perficiendo. Ergò qui glorificat Deum, glorificatur ab eo. Pati ergò pro gloria Dei, gloria est maxima ipsius hominis patientis. Si autem proximi causa quis patitur, iam ꝙ fecit in fratrem, reuertitur in sinum suum, magnum inde referens emolumentum. Si quæras quod aliis vtile sit, non tibi; inde tibi amplior excrescit fructus; sicut qui seminat semen suum, vbi dispergit, colligit; vbi seminat, metit. Ità de Rege dicit Salomon: *Rex, qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.* Prou. 29. 14.
Et generatim de iusto: *Qui negligit damnum propter amicum, iustus est; iter autẽ* Prou. 12. 26.
impiorum decipiet eos. Quare decipiet? quia videtur illos ducere ad ciuitatem habitationis, ad loca pinguia, ad temporalia commoda, sed ducit in interitum & perditionem. *Quoniam nouit Dominus viam* Psal. 1. 6.
iustorum, & iter impiorum peribit. Nouit Dominus custodiens ambulantes ab omni malo. Peribit autem iter impiorum, tum quod pereuntes facit impios, tùm quod impeditur & truncatur, vt vltrà non procedatur. Terminos habet iter istud, sistitur in illo, ne ad id, ꝙ promittebat, perueniatur. Ergo eum, qui negligit damnũ propter amicum, iustus sit, viam pergit iustorum, dum id præstat. Sed, *In semita* Prou. 12. 28.
iustitiæ, vita: iter aũt deuium ducit ad mortem,

tem. Qui ergò sic damnum negligit, vt pro proximo illud pati non vereatur, maximum sibi comparat emolumentum.

8 Addit tertiam partem Apostolus dicens:
Rom. 15. 2. *Vnusquisq; proximo suo placeat ad ædificationem.* Hoc docuit Christus in opere isto bono, pro quo passus est. Nam discipulis reuelans Lazari mortem dixit: *Gaudeo*
Ioan. 11. 15. *propter vos, vt credatis, quia non eram ibi.*
42. Patrem rogans pro vita defuncti, dixit:
45. *Propter populum, qui circumstat, dixi: Vt credant, quia tu me misisti.* Et denique viso miraculo, tunc crediderunt. Vide quàm bonum sit hoc. Deus hominem conditurus dixit: *Faciamus hominem ad imaginẽ,*
Gen. 1. 26. *& similitudinem nostram.* Qui dicunt, *faciamus*, plures sunt. Et hi plures dum dicunt; *faciamus*; idem dicunt, in eodẽ verbo conuenientes; Quo etiam in verbo se mutuò quodammodo hortantur, & excitant ad opus hominis constituendum. Dicere verò, *ad imaginem nostram*, argumentum est, quòd se mutuò respiciant, & eandem in se ipsis videant pulchritudinem, ad cuius imaginem hominem effingant & figurent, cuius pulchritudinis visu veluti excitentur ad eius similitudinem efformãdam, quasi dicant. Quamobrem tantam nostram pulchritudinem, quæ nobis spectata est semper, non extra nos quoq; cognitam faciamus, & expressam? ergò fa-
Gen. 1. 26. ciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Si hoc pacto diuinæ personæ loquuntur & operantur, quarum vnaquæque Deus est, & vnus Deus, quanta dignatio est Maiestatis excelsæ, quòd ad
Gen. 1. 26. perficiendam imaginem sui creatam, homini dicat: *Faciamus hominem ad similitudinem nostram*: Qui iustus est, imaginem portat cœlestis atq; diuinę pulchritudinis, vt in eo diuinæ pulchritudinis imago re-
Sap. 7. 16. splendeat. *Sapientia* enim, *qua in animas sanctas se transfert, & amicos Dei constituit,*
17. *imago est bonitatis illius*; & propterea communem quandam pulchritudinem facit, Dei & hominis; id est facit, vt hominis pulchritudo sit illi cum Deo communis: vt qui iusto sit similis, etiam Dei in se por-
Gen. 1. 26. tet similitudinem; ad quam vt effingat homines, iustum alloquitur dicens: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Consentit iustus proximo placens ad ædificationem, viuens inter gentes, sicut luminare in mundo, moribus suis diuinam exponens hominibus similitudinem.

Ad hoc incitatur à Deo, qui videns in homine speciem suam & pulchritudinem, renouat intentionem suam, qua hominem condidit, perficit operationem suam, qua fecit illum ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum. Eia ergò & nunc fiat verbum Domini. Personæ illæ diuinæ *Gen. 1. 27.*
vna conuenerunt, communi actione operatæ sunt: *Et creauit Deus hominẽ ad imaginem.* Venite, venite homines vocati in consortium sermonum Dei, operis Dei. Dicite & vos Deo. Faciamus hominem ad imaginem nostram. Da nobis, Omnipotens Deus, virtutem, & fortitudinem ad tantum opus tibi commune, & nobis; tuæ Maiestati, & nostræ fragilitati: sis tu adiutorium nostrum, qui fecisti cœlum & terram, vt & nos adiutores Dei simus ad efformandam nouam creaturam, factam ad imaginem eius, qui creauit illam. Operamini, operamini opus Dei, Dei sit vestrum opus, vestrum sit opus Dei. Heù an fortè timetis mortem? Deus facturus hominẽ, hominem seipsum nouit esse facturũ. Homines nouit se facere, à quibus ipse homo factus fuerat interficiendus. Neq; propterea tamen à condendo destitit hominem. Ergò nolite timere, nolite metuere. Tantò expressior erit in vobis si id aduenerit, imago Dei, tanto distinctius, & apertius illum referetis, qui est imago Dei inuisibilis, propius eò magis ad Christum accedetis, qui, vt in homines similitudinem Patris, qua essent filii Dei, imprimeret illustriùs, & etiã exprimeret euidentius, ipsis omnium virtutum exemplum factus est, & vniuersæ forma perfectionis; & ea causa inuidiam subiit impiorum, quin & mortem obiuit. Hoc nos ad proximorum ædificationem animat, hoc nos impellit, hoc (inquam) cogit. A quo quid longius, quid remotius, quid contrarium magis, quàm iis scandalo esse, qui nos nouerunt? quibuscum vitam ducimus? qui nostros mores diligentius intuentur?

9 Quamobrem Deus ducem Iosuë signis
Ios.3.7. magnificauit, atque portentis? *Vt sciant*, (inquit Deus ipse) *quod sicut cum Moyse fui, ita tecum sum. Vt timerent eum* (dicit
Ios.4.14 Scriptura) *sicut timuerunt Moysen, dum adhuc viueret.* Signa sanctitatis, signis potiora sunt potestatis. Hic, quem Deus magnificat, Deus cum eo est, hunc omnes timeant, hunc omnes venerentur, hunc sequantur, hunc imitentur. Ita enim conformes fient imagini Dei: sicut dixit ille, in quo non ipse viuebat, sed Christus *Imi-*
Phil.3.17. *tatores mei estote, sicut & ego Christi.* Ergò qui id non præstat, sine Deo est in hoc mundo, qui eiusmodi hominem imitantur, elongantur à Deo. Homo iste non cessat loqui aduersus Deum, opera eius mala sunt, quibus scandalizat pusillos, & eũ perdit prauis moribus suis, pro quo Christus
Prou.11.18 mortuus est. *Vir iracundus prouocat rixas*: lubricus luxurias, auarus cupiditates, superbus elationes, inuidus æmulationes, torpores piger, epulator comessationes, potator vini ebrietates. Verum est enim
Pro.13.20. Prouerbium: *Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum, similis efficietur.* Heù quanta pernicies hominum vitiosorum, quantorũ peccatorum, quantorumq; incommodorum sunt causa? Vnus Iudas traxit ad murmurationem irrationabilem reliquos quoque Apostolos: Principes Iudęorum contra veritatem populum in suum exterminium incitauerunt, & *totus mundus in maligno positus est,*
1.Ioan.5. 19. propter malignantes & facientes iniquitates.

SECVNDA PARS.

10 BReuiter iam tandem de secundo dicamus, quod Passionis Domini causa fuit, vel occasio videlicet de vnctione. Vbi *Maria accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti.* Liceat hìc mihi Dominum in-
Ioan.16.5. terrogare: *Domine, quo vadis?* Audiã enim illum respondentem: *Vado ad eum, qui misit me.* Per quam viam ambulas? si interrogem. Erit illius responsio mollis. Per Passionem, & Crucem. Vt quid ergò vnctionẽ admittis ex vnguẽto pretioso dauti suauitatem odoris? Nobis nos ipsos ieunio affligentibus ita iussit; *eũ ieiunas, unge Matt.6.*
caput tuum. Nunc ipse vadens ad subeundas summas afflictiones, vngit pedes suos. An quia ore, quod est in capite, ieiunamus, ieiunãtes caput vngimus, pedes verò ipse, quia per hoc verbum: *Vado*; suam exprimit Passionem; dicens: *Filius hominis vadit.* Oleum, quo fiunt vnctiones istæ, dicitur oleum lætitiæ; quia in tribulationibus, siue assumptis, siue illatis ire debemus gaudentes adeò, vt & gloriemur in illis? Quale verò gaudium est Christo pati pro nobis, quando quidem dicit in cœna: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar*? Quale gaudium illi, qui benedictus veniens in nomine Domini, vt se Agnum immaculatum exhibeat, hostiã viuentem, sanctam, Deo placentem, *inuenit asellum & sedit super eum*, vt à lætantibus & cantantibus turbis excipiatur, & impleatur Prophetia illa. *Exulta satis filia Syõ,* Zach.9.
iubila filia Ierusalem, ecce Rex tuus, venit tibi Iustus & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ: læti ergò lætum excipiunt, qui oleo lætitiæ propterea voluit vngi pedes suos, & vt persuasum nobis esset, vnctionem hanc ad suam Passionem pertinere; de illa sumpsit traditor occasionem illius tradendi, vt lucrum ex corpore compensaret, in quo illud se perdidisse arbitrabatur.

Rursus, vt murmur sedaret obloquentis 11
dixit: *Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.* Quemadmodum seruat in diẽ sepulturæ id, quod totum nunc in illum versat fracto alabastro? Propterea quòd ipse hanc vnctionem accepit pro illa, quã facere voluisset in sepultura eius. Mihi vnctio ista loco illius est. Viuus vnctionem volo, vt expeditus ad mortem pergam, mortuum vnget Spiritus sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Tunc repletus est gaudio totus Christus, cui non pedes modò vncti sunt oleo lætitiæ, sed cor & caro eius exultauerunt in Deum viuum, & in DEO viuo; nam in homine Psal.15.
mortuo soli pedes, qui illum deduxerunt in mor-

in mortem, soli affectus, quibus fertur anima, quocunque fertur. Amor iste est zelus, indignatio contra diabolum, & contra
Psal. 63.5. peccatum. *Indignatio*, inquit, *mea ipsa auxiliata est mihi.* Isti sunt pedes vncti abintus. Occultum fuit gaudium, quia occulti pedes, non videbatur exterius charitas illa tua, non zelus, non pugna contra diabolum: putabatur inuitus mori ex demerito proprio, vt reus mortis, & nõ valens de Cruce descendere. Quomodo ergo videtur lætitia cordis eius, qui dice-
Matt. 26. 38 bat: *Tristis est anima mea vsque ad mortem*? Ergo oleum istud lætitiæ fortitudo erat, qua lætanter, & glorianter ibat ad Crucem, id est constanter, indubitanter, confidenter.

12 Ecce nunc audistis Mysterium, accipite documentum, & documentum duplex. Alterum ab Vncto; alterum ab Vngente. Ab illo, vt læti, & constantes sustineamus aduersa. Ab ista, vt sustinentibus illa, compatiamur, subsidium, quod possumus, suppeditantes.

13 Vtrumque complexus est Apostolus
Heb. 10. 34 scribens ad Hebræos: *Et vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.* Cur vero debeamus in aduersitatibus gaudere, ibi demonstrat Apostolus subdens immediate: *Cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam*: Ac si dicat: Tanta est bonorum, quæ speratis, præstantia, tantumque in hac spe gaudentes esse vos conuenit, vt præsentium bonorum subtractio à spe illa, & ab illius gaudio deiicere vos nequaquam valeat. Collatio futurorum cum præsentibus si fiat, sic replet gaudio, vt quia illud possidet animus, tristitiæ locum dare non possit. Futura præsentibus sunt meliora multo, manentibus illis in seculum sæculi. Transeunt ista omnia tanquam vmbra, cum vere vmbra sint non solida ac subsistentia; vt non minus sua leuitate, & breuitate crucient, quam sua passione delectent. At vero ab eis cor nostrum, illorum abstrahit subtractio, vt ad futura transferatur. Quod dum fit, tranquillatur cor, manentibus bonis nixum atque præstantibus, & incipit illorum dulcedinem prægustare. Vide quid dicit Salomon in parabola: *Erudi filium tuum,* Pro. 29. 17.
& refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ.

Potest ne Pater filium contristare, vt 14
non tristetur & ipse? Sed erudiens affligitur, postea refrigerabitur, & fruetur delitiis anima sua gaudens in illo Parabola ista est causæ, & facti instantis. Si principio sustinueris, in nouissimo gaudebis, neque diu differetur præstolatio tua, neque procul, & de vltimis finibus gaudium eius erit. Aduerte mysterium, vt siccaretur Iordanis alueus, habuerunt Sacerdotes pedes in aquis illius tingere. Ingressisque eis in Iordanem, & pedibus eorum in parte tinctis (Iordanis autem, ripas aluei sui tempore messis impleuerat) steterunt aquæ descendentes in locum vnum, inferiores autem defecerunt. Planum est autem illos stetisse in Iordanis medio, vt ibi scriptum est, donec transiret omnis populus. Ergo mox vt aquas tetigerunt, sicca- Ios. 4. 10.
tus est alueus, vt per siccum venirent vsque ad medium eius. Ingredere benedicte Domini, libens aduersa complectere, & mox cessabunt aduersari, amara in dulcia conuertentur. Sint magna, quantumlibet impleuerint aquæ Iordanis ripas suas; sit tribulatio magna, vade tu contra illam, & ad locum peruenies, vbi profundiores esse deberent, & arentem inuenies alueum, crescente cordis lætitia, quæ omni tristitia exinaniat illud. Quid times Ios. 3. 13.
si Arcam feras Domini Dei vniuersæ terræ? sit super te Dominus vniuersæ terræ, & nihil in vniuersa terra prævalebit tibi. Caute enim Iosuë Deum vocauit Dominum vniuersæ terræ, vt certo scirent, non timenda iis mala, quibuscum est, qui Dominus vniuersorum est. Propter hoc Dominus Iesus ita libens admisit vnctionem, quæ suam sepulturam portendebat; & opus illud causantes repressit. Sic ostendens, libere nos aduersus aduersa debere procedere, & ab hoc retrahentes vera atque euidenti ratione compescere.

Quod vero Sacerdotes Arcam portan- 15
tes pedes aqua imbuerunt, vt populus per Ios. 4. 10.
alueum arentem sicco pede transiret; Id

significatur, quod in aquis tribulationum ipsi constanter agentes, cæteris, & compatiamur, & præsidio simus. Ideo enim non inde ascenderunt Sacerdotes, donec vel vnus reliquus esset, qui non transisset.

Ios.4.11. *Cum que transissent omnes, transiuit & Arca Domini: Sacerdotesque pergebant ante populum.* Vide Dominum misericordia motum super viduam, cuius vnicus filius

Luc.7.13. adolescens mortuus erat. Vide illum lacrymantem ad monumẽtum Lazari, dum

Ioh 11.33. videret Mariam plorantem, & Iudæos, qui

Isai.53.12. venerant cum ea plorantes. Vide illum tot infirmos sanare, tot mortuos suscitare; & ipse tradidit in mortem animam suam, & dolores nostros ipse portauit. Audi & A-

2 Cor.11. postolum: *Quis infirmatur, & ego non in-*

29. *firmor? Quis scandalizatur, & ego non v-*

Rom.9.1. *ror? Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto: quoniam tristitia mihi magnæ est, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Fœlix Maria, quæ Christo compatiens vnxisti pedes eius, nec sumptibus pepercisti, fundens oleum, quod trecentis denariis ven-

Psal.65.13. di potuit *Holocausta medullata offeram tibi*: Canit Psaltes. Quid est tenerrima medulla, nisi cordis intima compassio. Fortis est valde, qui multa præditus est medulla; fortis est robore, qui mollis est corde; fert viriliter, qui misere compatitur; qui mouetur misericordia, stabilis est, & immotus virtute constantiæ. Contra vero qui aliis durus est, molliter sibi ipsi blanditur. Nam vbi non est medulla, non est vigor.

Pro.31.19. *Fortũ mulier, quæ manum suam misit ad fortia. Manum suam aperuit inopi, & pal-*

Psal.10.9. *mas suas extendit ad pauperem. Qui autem insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum, inclinabit se, & cadet cum dominatus fuerit.* Potestatem exercens, & duritatem, inclinabit se, & cadet, non poterit sua virtute subsistere; vel dum se inclinat, vt inferiorem premat, cadet ipse, vadens absque fortitudi-

Psal 90.1. ne à facie tribulantis; recipiens ab aliis, quod in alios egit. Ergo estote misericordes, vt & vos ius in protectione Dei cœli, habitantes in adiutorio Altissimi, cui est honor & gloria in sæcula. Amen.

MORALE.

DVo mala fecit populus meus: *Me. 11*
reliquerunt fontẽ aquæ viuæ; & fode- Ier.2.
runt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Quam digna, quam nixa ratione est (ambo vos) querimonia ista omnipotentis Dei? Aduersus populum suum est, aduersus eos, videlicet, qui plurimus ab eo affecti sunt beneficiis; qui ex cæteris nationibus delecti, in illius seruitutem addicti sunt; qui se volũtarie in illius obsequium tradiderunt, has conditiones spectat lamentatio, non hos, vel illos, non hanc, aut illam gentem; Quę vbi sunt ampliores, in eos vrget magis querula ista vox: dicit enim: *Duo mala fecit populus meus.* Qui est meus populus, qui sunt serui mei, qui filii, qui à me maxime sunt dilecti, hi in meam ruunt offensam, qui obsequium mihi præstare tenentur. Quot bona debent agere, tot mala perpetrare non cessant. Heu nimis ad nos ista decurrit increpatio: nobis, quod reprehenditur in Iudæis, vitio in primis vertitur. Veteres illi reprehensi, Deum, cuius cultui addicti erant, derelinquentes, Diis alienis adhærebant. Qui illis ex se bona omnia præstiterat verus Deus, fons aquæ viuæ inexhaustus, ab eo recesserunt, illum spreuerunt, & alienum deputauerũt. Deos vero, quos ignorauerunt patres eorum, qui noui recentesque venerunt, ipsimet sibi fabricauerunt, sibi constituerunt, labore, sumptu, arte fecerunt eos, quod fuit cisternas fodere, vbi fons aquæ viuæ per se scaturiebat. Quæ cisternæ non producunt ex se fluctus, nõ aquam produnt, suum est dundaxat eas continere, quæ in illas fluunt. Dij isti opera manuum hominum neque boni quidquam, quod præbeant, neque etiamsi illis aliunde veniret, id tamen continere atque conseruare valerent, cisternarum dissipatarum instar, quæ quantumuis recipiant aquam, ex ea nihil in eis manent. Quam ergo contra rationem est, eum, qui bona cuncta concedit, sponte

sponte derelinquere, & pro iis laborare, á quibus nullum speratur emolumentum? hoc faciebat populus ille vetus, ingratus, exasperans; propterea tam multa mala perpessus est.

17 Nunc videamus quid fecerint. Authorem vitæ interfecerunt, & sibi homicidam donari petierunt. Non dereliquerunt modo, sed destruxerunt fontem aquæ viuæ; non cisternas dissipatas modo, sed dissipantes foderunt sibi, nempe virum homicidam. O mala! Audistis malum primum huius perfidæ gentis? En fons aquæ viuæ, qui dicit: *Ego sum resurrectio & vita*: qui mortuum viuificat, dans aquam vitæ gratis. At quomodo relinquunt? Ab illo ergo die cogitauerunt, vt interficerent eum. Et dederunt in mandatis, *vt si quis cognouerit vbi sit, iudicet eis, vt apprehendant eum.* Hoc Iudæi: Iudas, qui fuerat eum traditurus, quid spectat? *Fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur portabat.* Vnde ait. *Quare vnguentum hoc hoc non venijt trecentis denarijs?* Denarios cogitat, pecuniam versat in mente, ad lucrum anhelat. Sed sibi sua cisterna nihil proderit: Nam proiectis argenteis, laqueo se suspendit. Cum reliquis Iudæis relinquit fontem aquæ viuæ, & sic relinquit, vt obstruat, vt restinguat, vt siccet. Per se sibi cisternam fodit, industria sibi comparat lucrum, quod retinere non valet.

18 Hæc sunt duo mala, quæ fecit populus Christianus. A Christo recedunt, ad mundum accedunt; fontem dimittunt, in cisternas immittunt; dat fons aquas, cisterna recipit. A Christo bona cuncta procedunt: in mundo bona cuncta decedunt. Et Christus tamen relinquitur, mundus requiritur. An non Christum dereliquit, qui Paulum dereliquit, in quo viuebat Christus & loquebatur? & propter quid dereliquit? vt sæculo adhæreret. *Demas* (inquit) *me reliquit, diligens hoc sæculum.* Deum derelinquit, qui diligit mundum. *Nemo potest duobus Dominus seruire; aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget.* Seruit qui diligit, derelinquit qui odit. Ergo qui voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. *Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.* Heus tu, qui diligis mundum, recordare, quod Deus & mundus sibi inuicem aduersantur: quod Dominus dixit: *Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Ergo qui de mundo isto est, cum Christo non est. Rursus memor esto verbi sui: *Qui non est mecum, contra me est.* Ergo si diligis mundum, aduersarius es Christi. Ergo si diligis mundum, Christum odio habes. Ergo si diligis mundum, factus es inimicus Dei. Et quare Iudas illum tradidit? vt pecuniæ obediret. Cur fecit dolum? quia studuit auaritiæ. Pharisæi propter quid Christum deridebant? quia erant auari. Quare extra vineã eiectum interfecerunt? *Venite* (inquiunt) *occidamus eum, & nostra erit hæreditas.* Et mundum diliges ergo, ex cuius concupiscentia tanta procedit ruinarum plenitudo? Vnde Deus deseritur? Interficitur Christus? salus intercluditur? clauditur fons aquæ viuæ, vt siti omnes intereant?

Clamat Ioannes: *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt.* Dilectio mundi est his, quæ in mundo sunt, adhærere. Vnde perditur charitas Patris, amor Dei, dilectio Christi, & possessio omnis boni. Quid, quid, quæso, in mundo est, quod æque apud vos valeat, atque Deus? imo quod tantum valeat apud vos, vt nihil Deus valeat? Vt pro nihilo habeatis gratiam desiderabilem, gloriam immarcessibilem, vitam interminabilem? Audi populus stulte, & qui non habes cor. Data lege de cœlo, subiunxit Dominus loquens ad Moysen: *Hæc dices filiis Israel: Vos vidistis, quod de cœlo locutus sum vobis. Non facietis Deos argenteos, neque Deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi.* Quid intendit Deus? Confer duo ista: De cœlo loquentem Deum: & de argento, & auro confictos Deos. Quid diis falsis ad verum Deum? omnes dii gentiũ dæmonia. Deus autem cœlos fecit. Sint illi de argento, sint de auro; Deus de cœlo suam ostendit Maiestatem in igne, in fumo, in tubarum strepitu. Tanta maiestas illa fuit, vt diceret populus: *Non loquatur nobis*

1. Ioh. 2. 15.
Ioh. 8. 23.
Luc. 11. 23.
19
1. Ioh. 2. 15.
Ierem. 5. 21
Exo. 20. 22
23.
24.
Psal. 95. 5.
Exo. 19. 16.
Exo. 20. 19

nobis Dominus, ne forte moriamur Dii isti sunt opera manuum hominum; vile quid, populare, familiare. *Non facietis* (inquit.)
23. Non dico vobis: Non adoretis deos aliunde venientes. dico: Non facietis. An licebit, an audebitis Deum maximum deserere, cuius vocem ferre non valetis, propter ea, quæ vos ipsi arte vestra, atque industria feceritis? Argentum & aurum maioris erit pretii apud vos, quam ille, qui
Ioh. 3. 31. fecit cœlum & terram? *Qui de cœlo venit, super omnes est*: & vos de terra sumptum argentum & aurum anteponetis ei, qui de cœlo locutus est vobis? Et vos, qui Christiana professione censemini, Christo, qui de cœlo venit, missus à Patre, terrena præponetis? Qua in re vestris fortunis, vestris commodis, vestræ fœlicitati, & requiei, præsidium constitutum esse arbitramini? In incerto diuitiarum, an in Deo viuo? In diis argenteis & aureis, qui mortui sunt, & non est spiritus in ore ipsorum, an in eo, qui est Deus viuens in sæcula, in cuius manu sunt omnes fines terræ, & cœli cœlorum? Qui stultissimus homo, collatione facta, duodecim millia drachmas argenti, & auri pondus omne æquabit Al-
Exo. 20. 22 tissimo? *Vidistis quod de cœlo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos, neque deos aureos.* Species auri non vos seducat, vt plus valeat apud vos, quam species cœli,
Pro. 29 25. quam lex Dei, quam vox Altitonantis. *Qui timet hominem. cito corruet: qui sperat in Domino subleuabitur.* Corruit, qui timet hominem; & stabit, qui timet statuam, quæ stare per se non potest, nisi ab alio statuatur? Time Deum, & spera in eo, & non corrues; sed si forte cecideris, magis subleuaberis. Et quid mundus est? homo, statua, vmbra, figura, rota, quæ nunquam in eodem statu permanet. Et tu statueris, non in se stanti adhærens?
20 Hominem sibi delegit populus, quem audiret, sed non hominem quemcunque, verum qui, quæ de Deo audisset, loquere-
Exo. 20. 19 tur. *Loquere tu nobis & audiemus.* O vos qui de ore hominis auditis verbum Domini, num Domino adhæretis? Num mundum reliquistis? Num existis de Ægypto? Heu adhuc vos de mundo hoc estis. Pluris argentum facitis & aurum, quam Deum de cœlo loquentem, quam illius verba posita in ore hominis. Quis est ille homo? *Prophetam suscitabo similem Deut. 18.*
tui. Hic est filius hominis. Quis est iste filius hominis? Audi Ioannem: *Ego vidi, Ioh. 1. 3.*
& testimonium perhibui, quia hic est Filius Ioh. 11. 34.
Dei. Deus factus homo. Timore Deus, amore impellit homo. Moysen audientes, Deum audiebant. Et nouus homo noster ait: *Qui me audit, audit eum, qui me misit.* Luc. 10. 16.
Semel locutus est Deus, tribus annis locutus est homo. Continue emittit verbum suum, loquens per Apostolos suos, per Ecclesiam suam, & per ministros noui testamenti. Iam molliti sunt sermones eius super oleum, vt ingrediantur sicut aqua in interiora vestra, & sicut oleum ossibus vestris. Heu oleum effusum est sanctæ prædicationis, vt monitum illud necesse fuerit nobis dari. *Vbi auditus non est, non ef-* Ec. 32. 6.
fundas sermonem. Dulcia sic sunt eloquia sua, & non est tamen, qui audiat, qui custodiat. An non plus valere debet amor, Exo. 20. 19
quam timor? Territi illi veteres à voce Domini de cœlo loquentis, promiserunt se Moysen audituros: & nos tanta dulcedine illecti obdurabimus corda nostra, vt non faciamus quæ præcepta sunt? Quid putas post vetitos aureos deos, & argenteos subdidit: *Altare de terra facietis mihi?* Vox de cœlo, altare de terra. Ibi altitudo, Exo. 20. 24
hic profundum. Ibi terror, hic delectionis illecebra. Ergo audite sapientiam, quę implet totam terram, dicens: *Ego Sapientia* Ec. 24. 42.
effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio. Et tamen vocauit aridam, Gen. 1. 10
Terram, & tamen ossa nostra sicca sunt vehementer. Quid igitur obsurdescitis Exo. 17. 2
miseri? surgite, comitamini turbas plaudentes à conspectu Domini. Suscipite verbum Domini, sedens super Asellum, veniens de prope humilis, iustus, pauper, Saluator, extra quem non salus est, cum quo bona omnia, cui sit laus, & gloria in sæcula.

Amen.

FERIA

FERIA II. DOMINICÆ IN RAMIS PALMARVM.

CONCIO PRIMA.

Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula. *Luc.* 21.34.

ARGVMENTVM.

De cordis purificatione. Quam congruens sit Passionis tempore. Modus cordis purificandi assignatur, qui est per ieiunium. Motiua sunt, amor & timor.

1 Prou.17.27. PROVERBIVM illud sapientis: *Qui moderatur sermones suos, prudens & doctus est, & pretiosi spiritus vir eruditus*: multum quadrat cum sapientia sancti, magnique doctoris nec non & magni Antistitis Beati Ambrosii, qui sermones, quos in negotiis habebat cum hominibus, & quos in Ecclesia habebat ad populum, ita moderabatur, vt inde fructum magnum traheret, Diuinamque maiestatem itidem honoraret. Neque illos tantum, sed hos quoque, quos in Ecclesia statuit esse legẽdos, nempe lectiones Euangelicas, quas sic est moderatus, vt cum temporibus, atque mysteriis ecclesiasticis optime conueniant. Id quod maxime hodiernalectione manifestum est, quæ alicui forte posset à proposito ac tempore aliena videri, & congruit tamen excellenter: vt tractaturi de Passione Domini, corda seruemus leuia, munda, atque erecta ad tã insignia diuina mysteria, vt vere prudens, vere doctus, vere pretiosi spiritus animique nobilissimi existimandus atque prædicandus sit. Hanc igitur sacram lectionem profundius attẽdamus, atque perscrutemur.

2 Diuisio. Duo in illa considerantes. Primum est, quomodo conuenit cum hoc sacro tempore cordis purificatio. Secundum est modus huius purificationis assequendæ per ieiunium, atque à curis huius sæculi abstractionem. Circa primum obserue in primis, quod Sanctus Lucas Euangelista, Christi doctrinam ista lectione concludit. Qua conclusione facta, mox accedit ad eiusdem describendam Passionem; Vt ita coniungantur & lectio & passio, quod lectio immediate Passionem anteuertat. Vt non incongrue Ecclesia ista Mediolanensis ante passionem, lectionem istam legat. Obserue rursus, quod in hac lectione Lucas Euangelista præmissa monitione non aggrauandi in crapula, &c. morem Christi communem tangit, quo *erat diebus docens in templo, noctibus vero exiens, morabatur in monte, qui vocatur oliueti.* Quod facit ad explicandum cur, & quo- *Ioh.*18.2. modo nocte, qua comprehensus est, exierat orare in mõte oliueti, & Iudas nouerat hanc Domini Iesu consuetudinem. Vbi notamus, quod locus orationis, locus fuit inchoationis patiendi pro nobis, vt coniungeret cum oratione passionem, orans ad Deum, simulque contra diabolum pugnans. Sic enim orante Moyse, Iosue pu- *Exo.*17.8. gnabat contra Amalec. Quæ præceptio, & quæ pugna mysterium istud portendebant. Pugna enim singularis illa fuit quam intulit Amalec populo Dei, quando prima fuit, quam passus est populus, exiens de Ægypto, quam ideo Deus voluit memoriæ tradi. Ita enim monuit Moyses ante mortem suam post 40. annos. *Memento, quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaru ex Ægypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit. Quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum. Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subieceris cunctas per circuitum nationes in Terra, quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.* Et hæc est causa, quamobrem mox erecto regno in populo, Sauli primo 1. *Reg.*15.2. Regi iussum est, vt deleret Amalec. Nam & parta victoria per Iosue, dixit Dominus ad Moysen: *Scribe hoc ob monumentum* *Exo.*17.14. *in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim*

memoriam Amalec sub cœlo. Ædificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius. Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem. Significat ergo pugna ista bellum Domini, quod habuit contra diabolum, & quod Christianus populus sustinet, dum viuit.

Mat 3.16. & 4.2. Sicut enim baptizatus Dominus, mox in deserto tentatus est à diabolo. Ita nostrum quilibet ascriptus in militia cœlesti per Baptismum, & per Sacramentum confirmationis, armatus palæstram ingreditur ad

Exod. 17.8. pugnandum. Sicut populus transito ma-
1. *Cor* 10.2 ri rubro, qui transitus, vt exponit Paulus, baptismum significat, impetitus est
1. *Reg.* 15.2 ab hoc hoste Amalec. Ideo & memoria conseruari voluit: propter quam & librum scripsit Moyses, & erexit altare; & iam adepta promissionis terra, bellum contra hunc hostem instituit, quod tanti fecit Deus, vt Saulem Regem à se abiecerit, quod in bello gerendo non se obtemperanter habuerit erga Deum, & Samue-
10 lem. Et per altare erectum à Moyse declaratum est, debere hoc bellum esse per-

Exo. 17.16. petuum; *quia manus* (inquit) *solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.* Vt vere crux sit altare, cuius nomen vocatur: Dominus

Ioh. 12.32. exaltatio mea: quia per crucem Deus exaltauit filium suum, qui exaltatus, omnia ad se traxit; vt regnet super omnes gentes. Vt igitur figuræ veritas responderet, sicut ergo & oratione, & operatione pugnatum est contra Amalec; Ita Christus orans prælium istud aggressus est. Vide mysteriorũ profunditatem.

13 Vbi de duobus instruimur. Primum est, quod ad contemplandam Domini Passionem orantes accedere debemus: orationem nostram cum illius Passione coniungentes, vt dum ille quasi Iosue pugnat, nos

Exo. 17 10. cum Moyse in monte leuantes puras manus, dirigamus ad Deum orationem nostram. Quæ est vna causa, quare ieiunandum sit, quoniam corporali ieiunio mens eleuatur. Secundum est, vt sciamus institutum esse iam bellum contra perpetuum inimicum nostrum diabolum, qui egtessos de Ægypto inuadit, molestus continue in via hac, qua gradimur ad promissam nobis cœlestem patriam. Cũ quo pugnaturus Dominus, iam baptizatus, ieiunium quoque præmisit, sicut testatur Euangelistã dicens: *Cum ieiunasset* 40. *diebus*, & 40. *noctibus postea esuriit. Et accedens tentator.* Caro enim nostra gladius est diaboli, quã illi de manu trahimus, dum illam ieiunio mortificamus. Merito igitur, Passionem meditantes, in qua Christus pro nobis pugnat, ieiunio nos munire debemus, ne forte arma demus hosti cõmuni, quem Dominus hoc in prælio debellare constituit. Duo ergo à nobis ieiunium petit, alterum est oratio, alterum pugna, quæ duo diximus in hoc mysterio esse coniuncta. Oratio quippe, vt domita carne, mens liberius ad intuendam crucem, velocius eleuetur. Pugna vero, vt ne dum hostis Christo prosternitur, vires ex petulantia nostra resumat, & augeat.

Ratio autem, quæ ex oratione desumitur, hoc pacto roboratur, quod maxime oratio huic mysterio debeatur, eo quod mysterium sit altissimum, vt nisi mentibus purgatissimis aditus pateat ad illud bene perspiciendum. Id quod ex plurib. declaratur. Primo ex hoc quod in passione Deus patitur, quod aures nostræ audientes, horrere videntur. Quæ enim mens capiat, vel etiam credat, Deum, qui est ipsissima beatitudo, passionem, dolorem, vel minimũ quidquam incommoditatis admittere posse in se? & tamen verum est, quia qui vere Filius Dei est, & verus Deus, is idem & non alius crucifixus est, mortuus, & sepultus. Vt qui in lege veteri per metaphoram dicebatur, *a* tractus dolore cordis intrinsecus, *b* pœnitens, *c* patiens, *d* dolens, *e* irascens, *f* laborans, & huiusmodi, iam per veritatem, istas passiones toleraret. Et ideo factus est homo, vt illius humanitas in se reciperet, quæ Diuinitas propter suam excellentiam prorsus auersatur. Et cum idem sit, qui vtranq; naturam habet, quod in vna recipere nõ potest, admittit in alia. Neque enim propterea homo quisquam non lætatur, quia in anima tantum lætatur, nõ in corpore, in manu, aut in pede.

Neque

Neque propterea idcircò non offenditur, quia in carne tantùm offenditur, nõ in parte animæ. Sed verè & lætatur, & offenditur, quia vnus est, idemq; qui in parte aliqua sui lætatur, & in parte offenditur. Ad
Luc 11. 34. quod facit similitudo illa: *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.* Lumen quippè oculorum toti corpori deseruit, vt manus, quæ per se non videt, aut pes, aut quodcunque aliud membrum, in oculo autem per oculum videat. Si oculus autem in tenebris sit non videns, totum corpus recte dicitur in tenebris esse, & absolutè dicitur homo videre, vel non videre, si in oculo videat, vel non videat. Sic operatur, si operatur manus; sic ambulat, pede ambulante; pede verò non ambulante, homo ipse totus dicitur non ambulare. Ergò Christus, qui Deus est, & homo, si in humanitate patitur, patitur absolutè; vt absolutè verum sit, quòd Christus, quòd Deus patitur, sicut è contrario Diuinitate
1 Cor. 2. 14 creante, creat Christus, creat homo. Hæc quæ Dei sunt, animalis homo non percipit: spiritualis ergò euadendus est, vt ista,
5. quę sublimia sunt, percipere possit. Rursus difficilè apprehendimus, quomodò eadem quoque humanitas, quæ summam iam possidet fœlicitatem, videns videlicet Deum facie ad faciem, eoque fruens perfectissimè, vndè plenum est gaudium eius, possit simul cum tanta beatitudine verè dolere. Esto, quòd temporalis, & leuis risus, dolore misceatur: At gaudium illud plenum, & superfluens, quomodò vel minimum potest dolorem admittere? hoc arduum est, hoc valdè à sensibus nostris remotum. Et tamen verum est, quòd idem & beatissimus comprehensor fuit, &
Matth. 26. 38. de torrente in via bibens, dixerit: *Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Pater, si vis transfer calicem hunc à me, vt non bibam*
Luc. 22. 42 *illum.* Esto, dicatur, beatus erat in portione superiori, miser in inferiori. Quomodò non in superiori quoque miser, vbi amans Deum, de illius offensione tristatur? Neq; enim alibi amor, alibi dolor amoris effectus & comes. Ad hæc ergò quis idoneus? Rursus, cum Dei sit æquissimum decretum, vt *anima, quæ peccauerit, ipsa moriatur.* & *Pater non portet iniquitatem filij,* Ezech. 18. 20. *neq; filius portet iniquitatem Patris:* justum nè est, vt justus moriatur, & qui peccatum non fecit, flagellis peccatoris subjiciatur? & tamen diuina iustitia dictante, Iustus perit, Innocens flagellatur, deficit sanctus, innocens manibus & mundo corde; *in quo Pater sibi benè complacuit, tanquam in dilecto, & carissimo filio*; quem tamen ad agricolas misit, qui eiectum illum Matt. 17. 5. 2. 37. de vinea, crudeliter occiderunt. Quis hæc intelligat? Quis non titubet etiam audiens vocem Domini? Nunquid non via Ezech. 18. 25 mea æqua est? Verè enim, Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Inuitum Psal. 24. 10. enim non adegit, sed vltrò se offerentem Psal. 39. 7. atque dicentem: *Holocaustum & propeccato non postulasti: Tunc dixi Ecce venio,* Isa. 53. 7. *vt faciam Deus voluntatem tuam.* Atque ita oblatus est, quia ipse voluit. Quare autem vis, Domine, portare dolores nostros, nostrasq; iniquitates? *Vt cognoscat* Ioh. 14. 31. (inquit) *mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* *Hoc* enim *modo commendat. Deus charitatem suam in nobis.* Quæ cum nimia sit, quis idoneus illam mente percipere, atque notitia assequi? O ergò quanta cordis munditia opus est? Rursus. Esto, Pater miserit filium Saluatorem mundi, qui vt saluandos saluaret gratis, eorum peccata in corpore suo sit portare dignatus; Quare non ipse seipsum afflixit, sicut veteri populo præcipiebat, vt ipsi se affligerent? Aut Leuit. 16. cur non impletum est, quod per Isaiam 29. & 31. iam olim Pater dixerat: *Propter scelus* Isa. 53. 8. *populi mei percussi eum*: præsertim cum & ipse idem dixerit Propheta: *Vidimus eum* 2. *despectum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & nos reputauimus eum quasi percussum à Deo, & humiliatum.* Et Filius apud Patrem: *In me transierunt* Psal. 87. 17 *ira tua, & terrores tui conturbauerunt me. Deus Deus meus, quare me dere* Psal 21. 1. *liquisti?* Calicem quippe dedit illi Pater, quem libens bibit. An traditus est in manus peccatorum, qui prolongauerunt ini- Psal. 128. 3. quitatẽ suã, qui inique pſecuti sunt, & odio

habuerunt illum gratis, addentes præuaricationem. Vbi tamen venturus dicitur, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Quonam modo hæc sibi consentiunt, vt tunc redimatur Israël ex omnib. iniquitatibus suis, quandò ab eo committitur iniquitas maxima, de qua ipse dixit: *Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationē non habent de peccato suo?* Et tamen ita factum est, & sanctissimè factum est, vt semetipsum exinaniret, factus nouissimus virorum, tradens animam suam in manus inimicorum suorum, de quibus ipse in Psalmo: *Circundederunt me canes multi, cōcilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.* Ita enim magis humiliatus est, accipiens formam serui, in qua venit ministrare, & dare animā suam redemptionem pro multis; quæ redemptio copiosa adeò facta est, vt & ipsum peccatum se persequentium & crucifigentium delere par esset. *O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Vt peccatum peccato deleret? Vt peccatorum ministerio peccatores saluos faceret? Vt vbi abundauit delictum, ibi superabundaret & gratia? & quos sustinuit persecutores, pastores faceret gregis sui? & paucorum delictum, salus esset mundi? sic tamē vt neq; repelleret plebē suam, quæ clamauerat: *Crucifige, crucifige eum*; cuius reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factæ sunt? En quàm magna causa mentem eleuandi in oratione, vt ingrediamur in sancta Sanctorum, ablato velamine, & scisso velo, reuelata facie mysteria Domini speculemur.

6. Sed ista sit præcipua causa, vt puro corde Dei charitatem contemplantes, in eandem imaginem transformemur, similes facti Deo in charitate, diligentes eum, qui pro nobis animam suam posuit. Propterea enim Deo oblatæ carnes comedebantur ab offerentibus, vt carnibus Dei vescentes, similitudinem Dei assequerentur. Non nihil facit cibus ad complexionem hominis afficiendā, ità quòd eodem cibo vtentes, aliqua etiam similitudine inter se conueniant, carnes ab igne sacro consumptæ, veluti cibus Dei deputabantur, vt in conspectu Dei comedentes de sacrificiis, veluti conuiuantes in mensa Domini deputabantur. Assistentia autem nostra ad crucem, vbi Agnus Dei immaculatus immolatur, quædam est illius carnium nostri comestio quòd carnaliter fieri iubebatur in lege. Nam actus iste fidei, esus est agni. *Ego* (inquit) *sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet; & qui credit in me, non sitiet in æternum*, ò diuinam comestionem, quandò fructus Crucis dulcis est guttur nostro, amore inardescentes erga Deum, qui prior dilexit nos, & dedit animā suam pro nobis. Sanctificati sanctas carnes comedebant. *Mundemur ergò ab omni inquinamento carnis, perficientes sanctificationem in timore Domini.* En rursus quare attendendū nobis, *ne fortè grauentur corda nostra crapula & ebrietate, & curis huius seculi*; vt abnegantes sæcularia desideria, hoc vnum sit desiderium nostrū, vt Christo copulemur, dicereq; possimus: *Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus.* Vides quantam similitudinem, vt iam destructo quod sumus, solus ipse Christus sit in nobis, viuat in nobis? Hoc autem fit per charitatem, qua suæ diuinæ charitati respondentes in eandem imaginem transformamur. Quia verò delectatio in cibis carnalibus delectationem minuit alimoniæ cœlestis, simulque dilectionem, meritò ieiunium nobis proponitur his diebus, & monemur *ne corda nostra grauentur in crapula & ebrietate.*

7. Ratio quoq; ex parte pugnæ, cur videlicet ieiunandum sit, hoc præsertim tempore, ita roboratur & fusiùs explicatur: duplici via procedendo. Quarum hæc est prima. Pugnans Christus describitur à Propheta, aspersus sanguine in vestimētis, quod idem facit & Ioannes. *Quare* (inquit Isaias) *rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua, sicut calcātium in torcu-*

torculari? Ioannes quoque: *Cum iustitia iudicat, & pugnat, & vestitus erat veste aspersa sanguine* Dicit autem, cum iustitia iudicat & pugnat, ne putes illum viribus suis innixum & fretum, alienas inuadere regiones, sed iudicium præcedit, quo iustè decernit, quid cuiuslibet sit. Vnde in Euangelio audis: *Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eicietur foras.* Iustitia decernente in iudicio, quod Diabolus iniustè vsurpauerit, & mundi principatum & principis nomen, ipse foras est eiiciendus. Et quoniam rebellis est & refuga, viribus & bello opus est, vt expellatur. Ideò verus Princeps, qui habet in vestimento, & in fœmore suo scriptum; *Rex Regum, & Dominus dominantium*, cum iustitia iudicat, & pugnat; In qua pugna sanguine apparet aspersus. Et certũ est, ipsum proprium sanguinem effudisse, quo aduersarios suos debellauit. Dicit tamen in Prophetа: *Calcaui eos in furore meo, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea:* & infra: *Et conculcaui populos in furore meo.* Ioannes quoq; : *Et ex ore eius procedit gladius, ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes, & reget eas in virga ferrea* Ex quo inferri videtur, quod sanguis, quo aspersus est, sit sanguis gentium, quas percussit & conculcauit, & bello factas sibi subiectas, iam regit. Verè itaque vterque sanguis, & suus & gentium, hic apparet, quoniam ita suo sanguine nos redemit, vt velit nos quoque pœnitere, & per multas tribulationes introire in Regnum Dei, vt ita liberemur de sanguinibus peccatorum nostrorum. Vnde sequitur, quòd & noster sanguis effundendus sit, nobisq; communicandum Christi Passionibus, vt verè simus socii Passionis eius. Vides iam, cur ieiunandum sit, quo tempore Passionem Domini meditaris? Neque enim sub capite spinoso decet membrum delicatum: Et *si patitur vnum membrum*, idque in primis illustrius, nempe caput, *compatiuntur omnia membra.* Ista ratio patet ex nobilissima illa figura, quæ cæteris excellentius Passionem Domini figurauit, quando hostia illa offerebatur, cuius sanguis in Sancta Sanctorum inferebatur, & cuius carnes efferebantur extra castra, ibique cremabantur: de qua sæpe Apostolus. Tunc enim iubebat Dominus, vt omnes de populo affligerent animas suas; quæ afflictio propriè per ieiunium assumebatur; adeò, vt qui non se afflixisset, de populo deleretur. Si quando figurata est Passio, ieiunandum fuit; quid quando realiter facta fuit? Et hæc pugna nostra. Si enim Christum pati, & crucifigi, fuit certare cum hoste; nihil minus, & nos ieiunantes bellum inimus, & exercemus. Audi Apostolum: *Sic pugno non quasi in incertum; sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Modum verò castigandi tangit alibi, dicens: *In fame, & siti, in ieiuniis multis, in frigore, & nuditate.* Per se ergò ieiunium faciendum est, vt Christo consociemur, non tantùm vt aptiores simus ad Domini Passionem contemplandam.

8

Altera via hæc est. Qui Christum persecuti sunt, graui erant corde, diligentes vanitatem, & quærentes mendacium. Nam & eorum iniquitas mentita est sibi, in crapula, & ebrietate mentis, vino sepulti. Vnde in Psalmo, qui est de Passione sua ait Christus: *Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta* (nempe ad iudicandum) *& in me psallebant, qui bibebant vinum.* Et de illis ita scripsit Isaias Propheta: Criminatus fuerat prius decem Tribus sub nomine Ephraim, dicens: *Va coronæ superbiæ ebriis Ephraim.* Illisq; comminatus, quòd quasi ebrii à vino, idola coluissent, Dominum relinquentes. Vertit se posteà ad Iudæos, qui videlicet erant de tribu Iuda, qui prius captiuati in Chaldæa, reuersi sunt in terram Iuda. Vbi tamen scelera maiora cõmiserunt, Christum Prophetam maximum persequentes. Idcireò ait: *Verùm hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt* Sacerdos, & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium: omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu, sordibusque, ita vt non esset vltrà locus. Vinum horum & ebrietas erat furor, quo erga Christum inique atque crudeliter inuehebantur, in quo sic processerunt, vt eorum mensæ plenæ essent

næ essent vomitu. Nam vinum furoris, inuidiæ, atque odii contra Christum exterius erumpebat in apertas persecutiones, vsq; dum illum per Crucem interfecerunt. Sed neq; absonum est, vt verè etiam corporaliter inebriarentur, conuiuia celebrãtes, & epulas vsq; ad crapulam & ebrietatem, cum certum sit, corda eorum fuisse aggrauata in curis huius sæculi. Nam & Pharisæi erant auari, & dixerunt: *Hic est* *Marc.12.4* *hæres: Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas.* Etenim propter inuidiam principes tradiderunt; non mirum ergò si etiam in crapula & ebrietate fuerint aggrauati. Ergò si Christus cum his pugnauit ieiunio & cilicio, nempè maxima vitæ au- *Psal 68.11* steritate. Dicit enim: *Et operui in ieiunio animam meam, & factum est in opprobriũ mihi: Et posui vestimentum meum ciliciũ, & factus sum illis in parabolam. Et aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum.* Congruum est, vt nos contra ebrios, sobrietate pugnemus. Ebrietas enim ac deliciæ, sæculique dilectio, Christi necem molitæ sunt.

Mat.9.14. Quamuis enim dicatur, quòd Pharisæi ieiunabant frequenter, cum id tamen ad aũram facerent popularem, secretò vacare epulis non videtur esse dubitandum. Ergò nostrum est ieiunare, tum vt Christum patientem imitemur, tum vt aduersus hostium arma, arma militiæ nostræ conuenientia sapienter sumamus, sicque vtiliter *Prou.18 20* de nobis Prouerbium illud impleatur: *De fructu oris viri replebitur venter eius, & gẽnimina labiorum ipsius saturabuntur.* Ventrem impleri fructu oris sui manifestum est, id est, cibo in ore comesto, tanquam fructu ex arbore excerpto. Transfert autem hoc Salomon ad vera, quæ sunt fructus oris, & genimina seu generationes labiorum. Nam tandem homo recipit congruam suis verbis mercedem. At non minus verus est sermo, vnde sumpta est metaphora, quòd sicut venter repletur iis, quę comeduntur, sic comestionem sua manet merces futura, quam suo tempore veluti in ventre recipiemus. Et cò potissimum magis, quòd epulas sequuntur omnia vera & noxia; sicut sobrietas in comedendo, sobrium facit hominem in loquendo. Iudæi experti sunt, qui opiparè comedentes, mendaciter & crudeliter dantes voces suas, repleti sunt fructu oris sui, destructi & exterminati sunt. Ergò nos abstinentiam coniungentes cum maceratione, & meditatione Passionis, mercedem copiosam accipiemus, nempè compunctionis, compassionis, dilectionis, aliarumq; virtutum, pariterque delectationis. Nam lacrimæ, quæ in Passione à mente deuota producuntur, dulciores sunt super mel & fauum, & multum proficiunt ad medelam animarum nostrarum. Hoc est enim genimine labiorum saturari, id est, quæ à labiis proferuntur, reficient nos abundanter vsq; ad saturitatem. Magnus enim, & copiosus est fructus arboris huius magnæ Crucis videlicet, quæ fructum suum dabit in tempore suo, si lacrymarum riuis à nobis irrigetur.

SECVNDA PARS.

FOrti ratione, ac veluti impulsu vehementi inducimur ad ieiunium per subiecta illa verba. *Ne fortè superueniat in vos repentina dies illa, tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.* De die enim iudicii loquitur, de quo supra erat sermo eius, quem ista monitione concludit. *Attendite ergò vobis ne fortè grauentur corda vestra,* Veniet quidem illa dies, in qua iudicandus est Orbis in æquitate. Cauendum ergò maximè, ne repentè atq; improuiso superueniens, improuidos nos comprehendat, atq; damnatione percutiat, quod ne fiat, attendendum nobis, ne & crapula, & ebrietas, curaque ac sollicitudo sæcularis aggrauent corda nostra; quæ eadem sunt & capita nostra, de quibus supra in eodem loco dixit Dominus: *His autem fieri incipientibus,* *Luc.21.* *leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Cum ergò ibi leuare iubeat, hic prohibet aggrauari, atque ita deprimi ad terrena. Nam si intentus fuerit animus ad præsentia, futura non præcauet. Si quæ carnis sunt, curat; negligit ea, quæ

ea, quæ sunt spiritus, neque Christum expectat, qui cœlestia bona largiatur, dum mundo innixus, quæ temporalia sunt, illa sola concupiscit. Maximi ergò refert non aggrauare corda. Quid verò affert incommodorum, quòd dies illa superueniat repentina? *Tanquam laqueus superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.* Dupliciter nunc soluti sumus: Interiùs videlicet, & exteriùs.

Interiùs quippè liber est homo, vt possit bonum & malum velle. *Ante* quippè *hominem bonum, & malum: vita, & mors; quodcunque voluerit, dabitur illi.* At finito cursu huius currentis vitæ, status erit, vt iam transire non possit ab hoc ad illum: *sed lignum vbi ceciderit, ibi erit.* Et qui in bono finierit dies suos, vltra ad malum non poterit inclinari; & qui in malo finierit, vltra ad bonum non poterit subleuari. Ideò in porta auris perforabatur serui illius, qui vltroneus vellet in illa seruitute perdurare. In porta, inquam, qua exitur ab omnibus de hoc mundo. In porta similiter, vbi fit iudicium: *Et Iudicum* (inquit) *intra portas tuas videris verba variari, ascende ad locum, quem elegerit Dominus.* Qui ergò in porta iudicii seruus manet, hic seruus manet in æternum. Illaqueatus ergò quilibet erit in die iudicii in mente sua, quia firmus in æternum perseuerabit sine fine in animi dispositione, in qua dies iudicii illum inuenerit.

Exteriùs quoque laqueo erit accinctus. Iam enim non poterit villicare. Non erit vltrà tempus nascendi, tempus moriendi; tempus plantandi, tempus euellendi; tempus ædificandi, tempus destruendi; tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus: sed requies perpetua super terram. Cessabunt ergò negotia, lites, bella, terræ cultus, & quidquid ad vitam istam pertinet, cum finierit ista vita. Illos tamen in primis stringet laqueus ille, quo improuidi capientur, non præuidentes, quæ ventura sunt. Qui laqueus facultatem prorsus omnem adimet vlteriùs prouidendi. Sicut Pharao ingressus mare rubrum, præclusam inuenit viam ex aquis euadendi. Nam *fugientibus* (inquit) *Ægyptiis occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus.* Dum enim à Domino interficerentur, dixerunt: *Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos;* sed dum fugere meditantur, ad virgæ extensionem super mare per Moysen, iubente Domino, reuersæ sunt aquæ ad locum suum, & persecutores submersi sunt in aquis vehementibus. Ergò in illo die videbunt filium hominis venientem ad iudicium, nec poterit quisquam fugere, aut abscondere se à facie sua: Aquæ verò reuertentur ad locum suum; quia fluxus huius vitæ, recurrens ad suam originem, iam stabit: vita quippè nostra in manibus D E I, à quibus in principio processit, denuò firmabitur, vt non fluat vltra, nec effluat, nec præcurrat neque ratio erit, nec opus apud inferos, quò tu properas, id est ablatis talentis facultas prætereà non dabitur negotiandi, & merendi. O laqueum, ex quo nemo se poterit explicare, vel eruere! Nunquid ergò non magna nobis incumbit necessitas vigilandi, & cauendi, *ne grauentur corda nostra in crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi.*

Auis, si laqueum videt paratum ad escam, etiamsi esuriat, vt laqueum vitet, ab esca se abstinet. Et tu videns iam, præuidensq; laqueum, impetu curris ad escam, vt laqueo capiaris? *Sapiens ab omnibus se abstinet. Astutus videns malum, abscondit se; paruuli transeuntes, sustinuerunt dispendia.* Gabaonitæ derelicta patria, & curis eius, pane sicco, & laceris vestimentis fuerunt contenti, vt imminens euaderent malum, generalis videlicet exterminii omnium. Qui verò armis se defendere voluerunt contra Iosuë, penitus periere. Sultus certè is est, qui antecedens tantummodò intuetur, non etiam consequens, qui rei placidæ & gratæ inhæret, non aduertens, quid inde mali secuturum sit. Decernit Sapientia: *Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.* At si quemuis interroges. Num tu mortem diligis? Absit: Respondet ille. Vita amatur ab omnibus, mors verò sic odio habetur, vt ipsi⁹ sola etiã memoria, amara videatur. Quomodo

Eccl 15.18. Eccl.11.3. Deut.15.17 & Exod.21 6. Deut.17.8. Luc.16.2. Eccl.3.2. Exod.14. 27. Eccl.9.10. Prou.17. 12. Ios.9.3. Prou.8,36.

modo ergò Sapientia dicit: *Omnes qui me oderunt, diligunt mortem?* Mortem diligere dicuntur, qui id faciunt, vnde mors sequatur; & quoniam virtutem abiicientes, mors manet, neque illam possunt euitare. Ideò illam diligere rectè dicuntur, qui illam sibi creant. Hoc enim sensu Salomon
Prou. 17. 19 ait: *Qui meditatur discordias, diligit rixas; & qui altum facit ostium, quærit ruinam.* Discordiam quippè sequitur rixa; & domus nimiam altitudinem, ruina consequitur. Vt qui antecedens vult, & diligere dicatur & quærere id, quod ex eo consequitur necessario. Ergò qui grauant corda sua in crapula & ebrietate, seipsos dant in laqueum, vnde exterminantur. Qui verò ieiunio se protegunt, operientes in ieiunio animam suam, se à laqueo expediunt, ac liberantur à malo.

10 Non minus profectò Passionis dies par est, nos ad ieiunii afflictionem excitare, quàm dies Iudicii, quoniam vim ampliorem contineat dilectio, quàm timor. Passio autem amoris indicium, quo accensus Christus passus est pro nobis, Iudicium verò timorem incutit. Potest ergò Passio nos ad ieiunium prouocare. Vnde & Salomon abstraxit à vino carnem suam, vt animam suam transferret ad Sapientiam.
Eccl. 2. 3. Potuit amor Sapientiæ carnem domare, subiiciens illam, ne aditus præcluderetur ad Sapientiam. Multò ergò magis amor ille, qui ex Passione Domini generatur, & accenditur, potest carnem domare, vt dulcedo Passionis atque diuinæ charitatis degustetur. Attamen quia plures sunt, quos corrigit timor, quam quos conuincit amor, non frustrà per timorem compulsi ad ieiunandum sumus.

11 Et nihilominus est aliqua congruentia inter vtrumque diem. Propterea & Dominus iudicandus, iudicaturum se testatur. *Videbitis* (inquit ad eos, qui illum condemnauerunt esse reum mortis) *Filium*
Matth. 26. 64. *hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cœli.* Terræmotus factus est
Mat 26. 51. magnus, & tenebræ factæ sunt super vni-
Marc 15. 33. uersam terram. Stetit & Christus inter duos, quorum vnus vt ouis fuit cum illo in
Luc. 23. 39. paradiso, alter vt hædus reiectus est à consortio suo. Quin de Passionis tempore agens dixit: *Nunc iudicium est mundi.* Ve- Ioan. 12. 31
re enim iusto libramine iudicans, repulit Synagogam, Ecclesiam acceptauit. Hic enim est dies ille, de quo per Prophetam: *Dies vltionis in corde meo, annus Redemptionis meæ venit.* Nam ibi de sanguinis effusione fit mentio. Et vt dictum est, Euangelista à Iudicio immediate transit ad Passionem recensendam. Sed quod caput est, Passionis ignominia, meritum est gloriæ Dei, in qua erit, dum venerit iudicare Luc. 22. 1
viuos & mortuos. Ideò enim tunc parebit signum Filii hominis. Hoc enim signum Crucis erit in cœlo, cum Dominus ad iu- Matth. 24
dicandum venerit. Quo docemur, vt imi- 30.
quamur Christum, crucem nostram portantes, ad eius quoque participandam gloriam nos esse peruenturos. Paulus enim Apostolus hæc omnia simul coniungit, dicens: *Videmus Iesum propter passionem mor-* Hebr. 2. 9
tis, gloria, & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per Passionem consummare. Consummauit quidem Iesus per Passionem opus, quod dedit illi Pater, vt faceret; in quo filios multos adduxit in Ioan. 17. 4.
gloriam; quam & ipse consecutus est, *factus obediens vsq; ad mortem Crucis.* Quo- Philip. 2.
modò autem adduxerit, ipse demonstrauit, dicens aliquando: *Qui sequitur me,* Ioan. 8. 12.
habebit lumen vitæ. Aliquando verò: *Qui Matth. 16.*
vult venire post me, abneget semetipsum, & 24.
tollat crucem suam, & sequatur me. Hoc est dicere: Qui vult venire mecum, quò ego vado, nempè ad Patrem meum, & ad gloriam eius, me imitetur, semetipsum abnegans, suamque crucem tollens. Sicut & ego abnegaui memetipsum, quin & exinaniui, non mihi placens, & Crucem meam portaui. En quomodo Passionis meditatio ad ieiunii afflictionem his potissimum diebus nos alliciat. Cui propterea Passioni etiam iudicium adiunctum est, quod simul terrore nos impellit, spesq; atq; expectatione nos trahit, qui amor in Passione accensus, veluti cogit & portat. Vt mirto modo sibi consentientes dies Passionis,

nis, & dies retributionis faciunt, vt socii simus Passionis, & Resurrectionis eius, & illi compatientes, simul cum illo regnemus.

12 Propterea enim *erat diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum, in templo audire eũ.* Laborabat orans & vigilans in noctibus, ità operans salutem nostram; laborabat in die prædicans, vt nos doceret ea perficere, quibus ipsam salutem consequeremur. Et omnis populus manè ibat illum audire, quia facta per ipsum redemptione, nostrũ est illum audire, vt discamus non omnes, sed filios tantùm in gloriam illum adducere, filios (inquàm) qui illum vt filii carissimi imitantur, vigilantes & orantes, vt digni habeantur fugere mala illa omnia, & stare in conspectu eius fruentes illo, quod est omne bonum.

13 Quid est enim: *Non arabis in boue simul,* Deu.22.10 *& asino? Nunquid de bobus cura est Deo?* 1.Cor.9.9. *An propter nos hæc dicta sunt?* Mittere ma- Luc.9.26. num ad aratrum docet nos Christus; sed lege prohibemur iugo simul iungere bouem & asinum. Bouis quippe est iugum Mat.11.30 trahere, asini onus portare. Bos Christus, qui iugum traxit: de quo dicit: *Iugum meum suaue est.* Num tu asinum viuens, cum Christo coniungeris, vt trahas iugum suum? sis tu bos pariter, similis illi in trahendo, vt recta procedas, sicut ipse, vt in te sit fortitudo bouis, non asini tarditas, vt necesse sit, te frequenter fuste percutere. *Vigilate itaq; omni tempore orantes.* Cur enim etiam lege cautum est: *Non poterũ alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus?* certe vt non te trahat ad alienum cultum, vt inter regem & populum conuenientia sit maximè in iis, quæ ad Deum pertineat. Ideò enim & Regi 16 prohibebatur, ne populum reduceret in Ægyptum: *Præsertim* (inquit) *cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquã amplius per eandem viam reuertamini* In exitu Israël de Ægypto, & domus Iacob de popu- Deut.32. lo barbaro, Dominus solus Dux eius fuit, 12. & non erat cum eo Deus alienus: *Oues e-* Ioan.10.27 *mim meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me: Alienum autem non sequuntur; quia non nouerunt vocem alienorum.* Dominus solus ducat, non alienus; nam qui 5. alienum sequitur, non est ouis Christi, Christum non sequitur. Nam *nemopotest* Mat.6.24 *duobus Dominis seruire.* Nam qui alienus Deu.17.16 est, is in Ægyptum reuertitur, & reducit se sequentes: At Dominus præcipit ne per eandem viam reuertamur. Sed heu quot sunt dicentes: *Constituamus nobis ducem,* Num.14.4 *& reuertamur in Ægyptum*? Non sic ait Lex: *Illum constitues, quem Dominus elege-* Deu.17.15 *rit.* Vis scire quis electus à Deo? *Ecce puer* Isa 42.1. *meus* (inquit) *quem elegi, posui super eum* & Mat 12. *spiritum meum; Iudicium gentibus nuntia-* 18. *bit. Penes te est spiritu regem constituere.* Isai.61.1. Reges enim inungebantur. Oleum verò 14 vnctionis spiritum designabat. Vnde est il- & Luc.4. *lud: Spiritus Domini super me, eò quod vn-* 18. *xit me.* Et Dauid rogat: *Spiritu principali* Psal.50.14 *confirma me*; id est spiritu, quo principes constituuntur. Christus, qui vnctus dicitur, constitutus est Rex spiritu principali, spiritu Dei. Et quis est, qui dicit: *Consti-* Num.14.4 *tuamus nobis ducẽ, & reuertamur in Ægyptum*, nisi qui Christo renuntiat? qui dicit: *Nolumus hunc regnare super nos*? qui dicit. Luc.19.14. *Non habemus Regem nisi Cæsarem*? Audio Ioan.19.15 enim regem nostrum clamantem. Quid dicitis mihi: *Domine Domine, & non facitis* Luc.6.46. *quæ dico*? Regem verbis confitemur, factis autem negamus. Pilatus quoque Re- Ioã.19.14. gem appellauit, sed morti tamen addixit. Sic, sic faciunt, qui dicunt, Domine Domine, sed illius voluntatem non exequuntur. Rex à Deo constitutus prohibetur ha- Deut.17.17 bere vxores plurimas, quæ alliciant animum eius; neque argenti & auri immensa pondera: Christus nos docuit castitatem, & paupertatem. Mundus voluptates sequitur, & diuitias. Vide quem sequaris. Vide quem sequeris Vide quem imitaris.

Hæc duo potissimùm in Christi Passio- 15 ne resplendent, dolor & paupertas. *Appre-* Ioan.19.1. *hendit Pilatus Iesum, & flagellauit.* At quo- Luc.4.6. modo flagellauit, nisi expoliatum? Ita e- Ioan.14.30 nim & nudus in Cruce pependit. Ita ergò nudus, vt princeps huius mundi, qui gloriatur, data sibi esse omnia regna mundi, vt det cui voluerit, non haberet in eo quid-

quam, vel modicum indumentum, vel saltem vnicam tunicam: *Diuiserunt* enim *sibi vestimenta eius*: Ecce quanta paupertas. Sed quantus dolor? *Vidimus* enim *virum dolorum, & quasi leprosum, & percussum à Deo.* In his imitemur Regem nostrum. Pauperes spiritu, & custodientes vias duras. Non prohibebat Deus Reges habere vxorem, sed vxores plurimas, neque id absolutè, sed quæ allicerent animum eius, quæ videlicet animam captiuarent. *Mulier* enim voluptati dans operam, *Animam viri pretiosam capit.* Voluptas sic hominem alligat, vt inuitatus ad nuptias absolutè dicat: *Vxorem duxi: & ideò non possum venire.* Finis, propter quem voluptas est despicienda, quia animum allicit, mentem trahit ad vincula, quasi bouem ad victimam. Victimetur, victimetur bos iste, Deo offeratur, vt communicemus Christi passionibus, Regis nostri. Nec minus vestimenta abiiciamus, ne dum superfluas & affluentes diuitias; pauperem vitam geramus, contenti, habentes alimenta, & quibus tegamur. Sic non grauantur corda, sic Christi Passionem contemplantes in eandem imaginem transformamur, vt tandem illius glorię consociemur. Quod nobis concedat ipse, qui viuit & regnat, in sæcula sæculorum. Amen.

Matt. 27. 35. & Psal. 21. 19.
Isai. 53. 3.
Deut. 17. 17.
Pro. 6. 26.
Luc. 14. 20
1. Tim. 6. 8

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Ostenditur, Paßionem Domini, recipiendam esse à nobis, non vt rem nouam, sed vt verè est, æternam. Hinc habetur motiuum, quali, ac quanta animi & corporis præparatione ad illam accedere debeamus. Connexio Iudicii extremi, cum Paßione Christi, sapienter admodum ostenditur. In Morali, hortamur ad hanc Paßionem ritè suscipiendam.

SI iubetur Moyses soluere calceamentum de pedibus astans ante Deum, qui illi in rubo ardenti apparuit, quantò magis nos contemplaturi Domini nostri Iesu Christi Passionem, qui veluti in spinis afflictionũ maximarum, charitatis ardorem ostendit, attendere debemus, ne fortè grauem⁹ *corda nostra in crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi?* Propterea Sancta Ecclesia ante Christi Passionem, Christiani afflictionem præmittit, qua ieiunans prouidet, *ne superueniat in nos repentina dies illa*, qua Christus passus est, mortuus & sepultus; sed debita pręparatione per carnis mortificationes, & animę viuificationẽ præmuniti, digni habeamur stare ante filium hominis, illius actiones in passionibus meditantes. Non n. frustrà dictum est à Salomone: *Vidisti hominẽ velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quã illius correptio.* Ad loquendum velox ille est, qui, quæ dicenda sunt, non prius solerter præmeditatur. Locutio quoque est cordis cogitatio; quæ ne importuna sit, eò quòd sit impræmeditata, congruum est, vt sit discretionis sale condita atq; præparata. Magna locutio nostra est futura, sanctissimæ Passionis meditatio; meritò itaque ne stulti habeamur, maturè in ea loqui, & de illa cogitare nobis conuenit.

1. Exod. 3.

Pro. 29. 20.

Hoc autem imprimis nos mouet, vt ad eam cum magna animi præparatione, submissione & deuotione accedamus. Quod res non est noua, & occursu eueniens repentino, & quasi accidenter effecta ex Iudæorum malignitate, Iudæ cupiditate, & Præsidentis Pilati infirmitate. Sed in Dei Omnipotentis æterni ante mundi constitutionem à diuina Sapientia, & pietate decreta. Hi verò, qui conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, ea conati sunt facere, quæ manus & consilium Dei fieri decreuerunt. Decretũ autem istud non recens, aut nouum fuit, sed in diebus æternitatis constitutũ. Sum̃a quippè Euangelii comprehenditur in Passione. Euangelium autem Deus antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis Sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine

1. Innuitur diuisio.

Act. 4. 26.

Rom. 1. 1.

semine Dauid secundum carnem. Qui prædestinatus est Filius Dei, ex Spiritu sanctificationis ex resurrectione mortuorum. Ex tempore quidem factus est ei secundum carnem, quoniam de Dauid processit. At vero ante tempora omnia hic, qui temporaliter est factus, prædestinatus est Filius Dei; nempe vt qui esset filius Dauid, idem esset & Filius Dei, operante Spiritu Sancto, cuius virtute, sicut fuit Deus verus, ita primogenitus fuit mortuorum. Vbi vides quomodo Paulus ad probandam Christi excellentiam illi in æternitate præordinatam, mortuorum facit mentionem, vt sciamus eius mortem, eiusque ex mortuis resurrectionem simul in æternitate præuisam atque præordinatam, ac propterea in Scripturis per Prophetas sanctos prænunciatam. Ideo & ipse Dominus Iesus in Psalmo facta suæ Passionis memoria, in qua nouum sacrificium, omnium veterum præcellentissimum, celebratum est, dicit: *In capite libri scriptum est de me*; quod est dicere: Summa Sanctarum Scripturarum me prædicat, quatenus vt facerem voluntatem tuam Deus, meipsum obtuli sacrificium vespertinum. Ergo præordinata fuit Passio ab æterno, & in sæculis præcedentibus prænuntiata in Scripturis Sanctis, atque repromissa.

Act. 1. 5.

Psal. 39. 9.

3 Si hoc, ergo simul atque Christus fuit conceptus de Spiritu Sancto, mente passionem suam ipse concepit, & animo volente comprehendit. Mox enim vidit æternum de seipso factum decretum, illudque in sanctis Scripturis expressum: & illico dixit: *Ecce venio, vt faciam Deus voluntatem tuam.* Quam voluntatem sibi declaratam, & legem sibi factam, sic tenuit in medio cordis sui, vt ex eo nunquam vel ad minimum instans recederet. Nisi quis forte insipienter velit, alios esse, non ipsum beatum virum, de quo scriptum est: Quod *in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Si præcipitur vt lex Dei præ oculis semper habeatur in corde, inore, in opere. Num Christus ab hac sibi singulariter facta lege aliquando auertit oculos cordis sui? Cur omne masculinum primogenitum sanctum erat Domino, nisi quoniam primogenitus iste segregatus fuit ex vtero matris suæ, & separatus Domino, vt hostia ad sacrificium deputata, & vt Agnus Dei? Non enim Ioannes Baptista sine ratione, hac illum nomenclatura appellauit, nempe *Agnus Dei*, sed sapientissime, attendens illum Deo consecratum, vt agnum immaculatum ad tollenda peccata mundi. Ipse Pater Iesum illum voluit appellari. Cur vero? *Ipse enim* (inquit Dei nũtius) *saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Hoc vero passione sua erat præstiturus. Ergo negotium suum erat, esse sacrificium Dei, hostiam immaculatam, Agnum Dei. Itaque si id Deus sciri voluit, & propterea his nominum notis illum designauit, quis putauerit CHRISTVM ipsum non id cogitasse semper, ac mente continue reuoluisse? An non sancta & salubris erat ista cogitatio? An non in ea erat Dilectus à Patre, & Saluator mundi? *Propterea* (inquit) *me diligit Pater, quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper.* Velle mori pro salute mundi beniplacitum erat ei: Ergo id semper fecit. Neque enim bonum omne, quod facere potuit, omisit vnquam, ne forte acceptior, quam fuerit, esse posset Deo & Patri suo: aut qui Saluator erat à Deo constitutus, ab opere interdum cessaret saluandi populos, ab opere (inquam) omni & summo. Sed audiamus testimonium eius: *Dolor meus in conspectu meo semper.* Quomodo vero in conspectu? an solum cogitans non etiam dispositus, & libens ad sufferendum? dixit prius: *Ego autem in flagella paratus sum*; promptus videlicet, procliuis, deliberatus. Quid ita? *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.* Quis vere pœnitens auertit faciem suam à peccatis suis, vt non videat & doleat semper? Dauid ipse testatur: *Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper*; id est ante me, iugiter sub oculis meis. Et erit aut fuit solicitior quisquam, de peccato suo & illius remissione, quam Christus fuerit de peccato mundi? Pro suo illud accepit, suam deputauit iniquitatem nostram. Ergo illam præ oculis suis habuit

Psal. 39. 8.

Psal. 1. 2.

Deut. 6. 6.

Exod 13. 2. & Nu. 8. 16

Ioh. 1, 29.

Mat. 1. 21.

Ioh. 10. 17.

Psal 37. 18.

19.

Psal. 50. 5.

Psal. 37.19 inceſſanter. *Quoniam* (inquit) *iniquitatem meam annuntiabo* in confeſſione: *Et cogitabo pro peccato meo* dolens de illo ſemper. Vetus ergo atque continua fuit in mente Domini paſſio eius; quod ad eam iugiter contemplandam nobis debet eſſe efficax documentem.

4 Duo in Pſalmo ſe facturum proponit poſt conſtitutam Paſſionem. Alterum,

Psal. 39.10 dicens: *Annuntiaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo:*

11. *Domine tu ſciſti. Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo; veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi. Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam à concilio*

12. *multo.* Alterum ſubdens immediate: *Tu autem Domine, ne longe facias miſerationes tuas à me. Miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.* Vides prædicationem & orationem. Hæc duo præmiſit ante paſſionem, dicente Euangelica lectione: *Erat autem diebus docens in templo; noctib. vero exiens morabatur in monte, qui vocatur Olueti.* Orationem potuit ſemper facere, propterea non diebus neq; noctibus ab oratione ceſſabat, potiſſimum cum do-

Luc. 18 1. cuerit ipſe: *Oportet ſemper orare, & nunquã*

Luc. 21.25. *deficere.* Prædicationem non item. Sed expectanda erat competens ætas, videlicet

22 1. triginta annorum. Prędicationem concluſit cum iudicio finali; nam poſt illius prædicationẽ, Paſſio mox ſubiicitur ab Euan-

Mat 26.39 geliſta. Miſcuit vero orationem cum ipſa paſſione, orans in monte Olueti.

5 Hæc dicta ſunt, vt ad Dominicam paſſionem digna præparatione muniti nos conferamus. Primum hoc, quod prætulimus conſiderantes, quod in mente Dei omnipotentis vſq; ab æterno fuit tanquam conſilium atque decretum, in quo operũ ſuorum cunctorum ſumma, extremaque perfectio continebatur. Quę res adeo cordi fuit illi, tanti eſt ab eo æſtimata, vt quoniam, quæ ipſe fecerat, non ſufficientem materiam & cauſam ſuppeditabant, decreuerit permittere ea quoque, quæ illi vere diſplicent, nẽpe peccata hominũ: ne forte putares hoc conſilium veluti poſt præuiſum peccatum, in illius mentem occaſionaliter incidiſſe. Sed firmiter ſtatuendum, hanc paſſionem Deum in primus voluiſſe, in qua ſe diuitem in miſericordia demõſtraret: operi ſuo manum adhiberet extremam, Regni ſui cœleſtis gloriam amplificaret, & de theſauro cordis ſui abundantiam effundere gratiarũ, ſecretaque ſuę diuinæ prouidentiæ multa reuelaret, hiſque ſimilia quamplurima nota faceret. Ad hoc neceſſarium fuit Adæ peccatum, quod radix fuit malorum omnium, quæ abhorret diuina iuſtitia, quæ manus Omnipotentis non poteſt efficere. Quid ergo? Sanciuit ea permittere, quæ abhorret; ea fieri, quæ non placent, & quæ ſummo odio perſequitur, ea ab hominibus effici. Actio diſplicuit, paſſio grata fuit. Æque voluit eam Filius, atque Pater. Et quoniam Filio magis congruebat eam tolerare, quam Patri, *Verbum caro factum eſt*, vt in carnẽ paſ- Ioan. 1.14.
ſionem ſuſtineret, vt homo factus, ab hominibus reprobaretur, vt filius hominis genitus, à fratribus ſuis male haberetur, & tandem occideretur. Rem itaque tam grãdem, tam præſtantem, tam Deo charam, Chriſtus, qui propterea venit, vt illã amplecteretur, quis putet ab ea mentis oculũ aliquando illum auertiſſe? Quin magis toto illam ſitiens mentis affectu, quantum licuit illam continuo præguſtauit, eam ad ſe trahens, in cordis intimo claudens; vnde & in corpus interdum flueret, quemadmodum opus exigebat redemptionis noſtræ, quæ Redemptio illi, tanquam eximius illius fructus, fuerat deputata.

Hæc cum ita ſint, videat Chriſtianus, 6
quanto mẽtis ſtudio, quanto affectu, quãtaque attentione ſacratiſſimam Domini Paſſionem iugiter debeat intueri. *Vadam, Exod. 3.*
& videbo viſionem hanc magnam, quare nõ comburatur rubus. Datur ne ignis in ſpinis, ita quod ſpinę non comburantur, ſed à flãma illuminentur magis, & clarius innoteſcant? Certe datur vbi Dominus eſt. Stupet Moyſes, accedit vt videat prope, & intelligit tandem ibi præſentem Dominum. *Apparuit enim ei Dominus, in flamma ignis Exod. 3.*
de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur. Ambigit nemo, viſionem initium fuiſſe quoddamq; præambulum liberationis populi de Ægypto.

Notant

Norunt fideles per illam temporalem liberationem æternam intelligi, quam ſua Paſſione mirabiliter eſt operatus. Ergò viſio vtramq; ſpectare liberationẽ, & eam magis, quæ principaliter eſt, & intenta potiſſimum debuit. Portendat ergò quantumlibet ignis non comburens, populum in fornace ferrea Ægypti à Deo ſeruatum,
Isa.63.2. ne deſtrueretur; Rub⁹ noſter eſt Chriſtus, rubus ruber, rubrum habens veſtimentum ex ſanguine teſtamenti, in quo ignem ſui amoris Deus ſic mirabiliter notũ fecit, vt meritò a quocunq; dicatur: *Vadam, & vi-*
Exod.3.3. *debo viſionem hanc magnam, quarè rubus non comburatur.* Amor iſte Patris ad Filiũ, rubum non comburit, ſpinas non conſumit, tribulationem non tollit, neq; mortẽ, mortem (inquam) Crucis; vbi dilectus
Iob.14. ſanguine ꝓprio factus eſt rubus rubicundus. Teſtis eſt ſpinea corona illius ſanguiuerubricata. Viſio iſta magna noſtris eſt obtutibus propoſita, vt eã ſolertiſſimè inſpiciamus. In monte Dei apparuit viſio
Psal.67.16 iſta. En ſancta Eccleſia mons Dei, mons pinguis, mons coagulatus, bene coniunctus, mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. In hoc monte apparet viſio, quoniam ſancta Eccleſia nobis Paſſionem Domini proponit ad ſpectandum, ad meditandum, ad deguſtandum. Sed heù quàm pauci eam mente reuoluunt? quid admirabilius? quid dignius oculis noſtris? quid vtilius? Ibi primùm facta eſt men-
Exod.3.7. tio liberandi populi de amariſſima ſua afflictione. Ibi habita eſt cognitio nominis
14. Dei. Ibi antepoſitum eſt argumentum re-
6 ſurrectionis; teſte Domino in Euangelio,
Marc.12. 26. qui dixit: *De mortuis autem quòd reſurgant, non legiſtis in libro Moyſi ſuper rubum, quomodò dixerit illi Deus, inquiens? Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob: Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum.* Ideò etiam rubus ardens non comburebatur, quia moriens Chriſtus tertia die reſurrexit à mortuis.

7. Tu ergò, ſi vis liberari à tribulationibus tuis, vide viſionem hanc magnam; aſpice in eum, quem confixerunt; accede ad crucem, illum intuere, qui dolores noſtros portauit. Crux erit tibi ſcala, qua ad Dominum aſcendas, illum noris, illum contempleris, illum intelligas eſſe Deum ſeruorum ſuorum, qui etiam mortuos ſuſcitet, qui afflictos liberet, ſanet contritos, erigat eliſos. Sed quid videtis, ô miſeri? rubum nimirũ, ſed quid comburitur? Quid totus mundus eſt niſi rubus ardens, terra inanis & vacua, clamor morientium, inopum, oppreſſorum, litigantium, belligerantium? offendentium, & offenſorum, & conquerentiũ vniuerſorũ ſe malè haberi Luc.8.14.
à mundo? ſpinæ ſunt diuitiæ: quid reliqua? quid paupertas? quid infirmitas? quid perſecutio? quid continuus timor mortis? quid mors totam peruadens terram? Hæc intueri oportet qui crucẽ auerſatur. Hinc quid haurimus? timores, anguſtias, miſerias, indignationes, & huiuſmodi mala torquentia. At reſpicientes crucem, conſolationẽ haurimus, recipimus, guſtamus. Eccl.36.1.
Tunc clamamus: *Miſerere noſtri Deus omnium, & reſpice nos, & oſtende nobis lucẽ miſerationem tuarum.* Vide tu Deum patientẽ, & videbit te Deus patientẽ. Compatere patienti, & tibi patienti compatie-
tur. *Cernens* (inquit ſcriptura) *Dominus,* Exod.3.4.
quòd pergeret ad videndum, nempè Moyſes. Vides videntem eum, qui vadit ad videndum? ſi intentus aſpicias crucifixum; erunt oculi Domini ſemper aperti ſuper animam tuam, ſuper neceſſitates tuas, vt de illis eruat te. Vide patientem & exau-
dita erit oratio iſta tua. *Miſerere noſtri Deus* Eccl.36.1.
omnium: & reſpice nos, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum.

SECVNDA PARS.

Quàm Chriſtus nos velit ad extremum 8.
diem paratos eſſe, in quo iudicaturus eſt Orbem in æquitate, ex multis perſpicuum eſt, ſed indè maximè, quòd vltima de die illo præcepta, monita, conſilia dedit, vt ab his illicò ad ſuam paſſionem pertranſiret. Propterea completo ſuper hoc in monte oliueti ſermone, mox ſermonem habuit de paſſione; etenim Euangeliſta Mattheus poſt concluſionem Iudi-
cij, illis verbis factam: *Ibunt hi in ſuppliciũ* Matth.25.
æternum, iuſti autem in vitam æternã: Sta- 46.

Matt.26.1. tim scribit: *Et factũ est, cum consummasset Iesus sermones hoc oẽs, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduũ Pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Sic po-
Marc.13.35. sita monitione Domini de vigilando pro die illa, ita passionem exorsus est Marcus:
Marc.14.1. *Erat autem Pascha & azyma, & quærebant summi sacerdotes & Scribæ, quomodò eum dolo tenerent, & occiderent.* Sic itaq; & Lucas post hodiernam Domini exhortationem, ità in Passionem ingreditur:
Luc.22.1. *Appropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha, & quærebant Principes Sacerdotum & Scribæ, quomodò Iesum interficerent.* Quo fit, vt Euangelicæ prędicationis nouissima conclusio stet in finali iudicio, quod ideò debet fixum in cordibus nostris existere. Ipsam prædicationem autem postmodum sua Passione firmauit, & dedicauit, tanti illam pendens, vt pro illius veritate tuenda, mortem non dubitauerit esse subeundam. Sic docens itidem & nos facere, sicut scriptũ
Apoc.12.11. est de sanctis martyribus: *Ipsi vicerunt eum*, id est diabolum, *propter sanguinem Agni; & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsq; ad mortem.* Finis ergò durationis mundi, & temporalis vitæ Christi, sit nobis semper propositus, vt finem viuendi prius accipiamus, quam peccatum. Ista enim vna ratio est, quamobrem hęc duo simul coniuncta deprehendimus. Christi gloriam, eiusque ignominiã, vt hæc alliciat, illa nos impellat, quatenus ignominiam illius imitantes, gloriam denique participemus.

Habent autem ista duo, Passio & Iudicium, singularem, ex diuina prouidentia coniunctionem, quam multa testantur. Ex quibus primum est, quod Dominus
Ioh.12.31. iam Passionem exordiens dicebat: *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps huius mundi eijcietur foras.* Tunc ergò incipiens mundum iudicare, à capite inchoauit cõtra ipsum mundi Principem ferens sententiam, vt loco cederet, principatum relinqueret, totum ipsum Orbem postremò
Luc.23.39. iudicaturus. Cuius figuram præmisit in Cruce, medius inter duos latrones, quorũ alteri gloriam suã tribuit, alterum gehennæ deputauit. Secundum est quòd in horũ alterutro alterius fit recordatio. Verbo & opere semper Dominus cũ Passione coniunxit resurrectionẽ. Verbo quidem, nam ꝑdicta passione filij hominis, resurrectionẽ adiiciebat dicens: *Et tertia die resurget.* Opere autem: quoniam post tres dies resurrexit; In resurrectione autẽ datam sibi asserit omnem potestatem, qua etiã iudicabit hunc mundũ: De qua in specie iam dixerat: *Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.* Prætereà in ipsa passione, se iudicantibus dixit: *A modò videbitis filium hominis, sedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* E contra: *Tunc patebit signum filij hominis in cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cũ virtute multa, & maiestate.* Vides crucem signum iudicij? Hoc enim signum erit in cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Sic & Ioannes: *Ecce venit in nubibus cœli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Quod ad crucem refert Zachariæ vaticinium *Aspicient in eum, quem confixerunt* Confixerũt in passione; aspicient in iudicio. Quòd manifestũ, quòd quemadmodum vbi venerit in gloria Patris sui, vt reddat vnicuiq; secundum opera sua, fiet cunctis memoria humiliationis & abiectionis eius. Haud secus statuit, vt in eius passione cõmemoranda, oculum quoq; ad illius maiestatem protendamus, in qua veniet cum Angelis virtutis eius. Ità enim intimius ac dulcius, illius charitatem degustamus, qui cũ tantus sit, vt sit constitutus Iudex viuorum & mortuorum, ad tantã tamẽ sese demiserit vilitatẽ, vt cum iniquis deputatus sit, actꝰ in crucẽ, quod erat supplicium vilissimorum scelestorum. Eandem porrò charitatem in iudicio quoq; contemplantur electi, vt de illius gloria exultent, quod pro illorum salute iam fuerat vsq; ad mortem crucis humiliatus. Verùm simul reproborũ oculis obiicietur iustitia, qua ob id pœna plectantur, quòd qui tantum eos dilexit, atq; pro illis laborauit, eum offenderint, contempserint, neglexerint.

Nos ergò, quibus Passionis tempore finale pro-

nale proponitur iudicium, & monemur ad illud præparari, ipsam Dominicam Passionem hoc consilio dispiciamus, vt tutam nobis ad iudicium muniamus viam. Illud considerantes, quod scribit Apostolus ad Hebræos: *Quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: Sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.* Secundò sine peccato apparebit expectantibus se in salutem. Vbi primum confirmatur mutuus ille respectus, quē diximus Passionis & Iudicij, hominum exemplo, quibus ante decreta singulis est mors, post verò iudicium. Vndè & Christus prius est mortuus, postremò veniet ad iudicium. Deindè cōsideramus, quòd sicut in hunc mundum intrauit per peccatum mors, ita peccata causa fuerunt mortis Christi: quoniā oblatus est ad multorū exhaurienda peccata. Ex quo deinde sequitur quòd velint, nolint, statutum est hominibus semel mori: *Omnes enim peccauerunt.* At Christus innocens, veniens ad tollenda peccata nō sua, sed mundi, oblatus est, quia ipse voluit. Demum propterea, quòd ad iudiciū properant homines, non vt sibi benefaciāt, aut malè; hæc enim facultas morte concluditur, sed ad recipiendum benè vel malè, secundum opera eorum Ita Christus ad Iudicium veniens, nō vlterius portans iniquitates nostras, sed de peccatis magis facturus iudiciū, & quos ab illis inuenerit absolutos, saluaturus, & in æternū Regnū suum adducturus. Postremò considerāmus, quòd sicut in passione Christus apparuit vt peccator onustus sceleribus nostris; In Iudicio autem, vbi secundò apparebit veniens in mundū, manifestabitur vt Sanctus sanctorum. Haud secus, nos ad Passionē accedere debemus, vt remissionem indè hauriamus peccatorum nostrorum. Propter quod sine peccato in iudicio manifestemur ante Tribunal Christi.

Heb. 9. 27.

Rom. 5. 12.

Heb. 9. 28.

Rom. 3. 23.

Esa. 53. 6.

11. Hoc vt præstemus, id potissimū attendamus, quòd tota Christi Passio fluxit ex iniusto iudicio pessimorum Iudicum; neque enim aliter, quam per iudicium mortē obire voluit, vt intelligeremus quod per iudicium nostra soluenda sunt peccata, si quando post factam nouam creaturam à gratia exciderimus. Erga illum ingrati, ad cuius imaginem fueramus creati in innocentia & sanctitate. Ità enim decernit Ecclesia, & docet, quòd post Baptismū lapsi, non iam repetito baptismo ablui possunt; sed eos Deus ante pœnitentiæ tribunal sisti voluit, vt per Sacerdotum sententiam ab admissis peccatis absoluerentur. Semel autem iudicatus est Christus, & se obtulit hostiam pro peccatis, propterea quod tam grata & efficax est illius oblatio; vt non sit necesse, quòd sæpè offerat semetipsum, quemadmodum vetus Pontifex intrabat in Sancta sanctorum, per singulos annos. Nos autem sæpè iudicamur, quia frequenter peccamus; vt necesse habeamus pœnitentes sæpè confugere ad thronum gratiæ eius, vbi illius minister sacerdos, diuina præditus potestate, verè pœnitentes absoluit.

Concil. Trident. sess. 14. cap. 2.

Heb. 9. 25.

Rursus, ipse cum esset iustus, damnatus est tamen, vt nos etiamsi simus iniusti, absoluamur. Etenim sua innocentia nobis hoc meruit. Tacuit ipse dùm accusaretur, sustinens falsas calumnias. Qui autem vult absolui, sit in principio accusator ipse sui. Dixit ille Pilato: *Nou haberes potestatē aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper:* iuxta quod & in horto dixerat: *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum* Hoc nimirum, vt ità se subdens hominum potestatem tribueret absoluendi fideles suos, qui obicem non posuerint huic absolutioni. Volens ipse se huic iudicio subdidit, vt spontaneus accedat peccator ad iudicium institutū ad eius salutē. Sic iudicatus Christus nobis obtinuit salutem, vt per iudiciū istud ab eo institutum, nos salutem ipsam, nobis ab eo acquisitam consequamur. His consideratis, quis nostrum ad pœnitentię iudiciū non libenter accedat? tanta passus est Dominus, vt nos à damnatione liberaret; & adhuc beneficium istud eximium repudiamus? Etiamsi oportuerit nos mori cum eo, non esset nobis dicendum: *eamus & nos moriamur cum eo?*

12.

Ioan. 19. 11.

Luc. 22. 53.

Ioh. 11. 16.

Libenter nos absoluit, & immunes vult esse à suppliciis perferendis, sed nostra ingratitudo, duritas nostri cordis, illi⁹ cogit

13.

pietatem,

pietatem, vt velit non esse communicantes suis passionibus. Dedit iudicibus nostris potestatem nedum soluendi, verum & ligandi quoque, vt pœnis iniunctis nostram coërceant petulantiam. Et ità *dum iudicamur, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* Non corripit, non subdit pœnæ, vt affligat, sed vt saluet, nè cum hoc mundo damnemur. Prospexit sua passione, huic quoq; nostræ infirmitati. *Tulit ipse peccaea nostra in corpore suo,* ne illa nos in spiritu nostro feramus, vt ab iniquitatibus omnibus redimamur Sed si tu vis tecum peccatum tuum, si etiam in illo & delectaris & gloriaris, nunquid violenter auferet illud à te? Salute corporali homines saluat & iumenta; at iustitiam suam iis modò prętendit, qui sciunt illum, & recto sunt corde. Bestia nō tangit montem istum. De quo scriptum est: *Iustitia tua sicut montes Dei*; volentes trahit, qui sunt docibiles Dei, non vi ducibiles. Auerte igitur tu faciem tuam à peccatis tuis, amoue à te culpas tuas, declina à malo, fuge fornicationem; ab omni specie mali abstine te, & non peribit anima tua de populo eius, & erit super populum tuum benedictio eius. Verum quid? *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti. & ecce totùm repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat.* Nostra socordia nos spinis operit peccatorum, agrum nostrum, qui sumus nosipsi nō colentes, nec laborantes in colendo, nec aratri sulcos & plagas tolerantes. Verum quod omnium maximum est piaculum, obices dimittimus ruere, qui agrū à vastantibus tuerentur, lectiones, prædicationes, sacramenta, & quæ tutelam præbent contra irruentes nequitias, negligimus, relinquim⁹, abiicimus, vt nedū terra nostra fructū suum non det, sed spinas germinet & tribulos delictorum; verum & exposita est vastantibus, & erumpentibus, si quid interdum boni protulerit. Solicitus est Pater familias de vinea sua; corripit negligentes, pigros flagellat, stultos erudit disciplina. *Hoc est iudicium Domini, quo nos corripit, vt non cum hoc mundo damnemur. Virga, atque correptio tribuit sapientiam; puer autem, qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam* Cur non dixit Salomon: Confundit patrem suum? quia matrum & mulierum est, molliores esse erga filios, quàm par sit. Sed Pater noster, qui est in cœlis, correptione & virga nos erudit. At nè fortè & hanc rejiciamus indisciplinati, sua ipsius virga, qua flagellatus est, & sapientiā nobis tribuit & patientiam. Flagellatus est filius, & seruus renuit flagellari? Innocens percussus est, & impius se leuabit contra percutientē? Volens iustus accepit plagas, & neq; vi cedet, qui meruit castigari? Qui mortem poterat euitare, illam misericorditer est amplexus; qui velit, nolit, morti addictus est, caput eriget aduersus commeritas pœnas; Tribuat ergò tibi sapientiā virga, & baculus Passionis Domini tribuat tibi constantiam, quin magis & consolationē, vt dicas: *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* O quàm vtilis est istius sanctissimæ passionis consideratio! Ergò si & in iudicio pœnitentię ad aliquid patiendum, vel laborandum alligaris, ipsa te passio confirmet, roboret, animet: non hoc cœleste respuas iudicium.

1.Cor.11.32
1.Pet.2.24.
Psal.35.7.
Prou. 24. 30.
1.Cor.11. 31.
Pro.29.15.
Psal.22.4.

Quin potius audi Salomonem: *Multi requirunt faciem Principis, & iudicium à Domino egreditur singulorum* Vide prætoria referta litigantibus, quærentibus faciē Pincipis pro causis suis. Sed etiamsi nolint iudicium à Domino, egreditur singulorum. Iudicabit Deus hunc mundum tempore sibi placito. Iudicat etiam nunc singulos; sed suos maximè iudicat iudicio pietatis & misericordiæ vt non cum hoc mundo damnemur. Intelligat vnusquisque judicium suum, & collum libens illi submittat, instructus ab Agno Dei, qui mansuetus portatur ad victimam obmutescens. Ista est Arca Domini, quā omnis populus sequebatur: sed ad expugnandum Iericho, omnis præcedebat armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur. Quid Iericho, luna, instabilis, deficiens, nisi caro nostra, sensus imbecillitas? hanc vt expugnemus, Arcæ hæreamus, qui est Christus. Armati præcedebant, fortes in anteriora se rapiant: vulgus inerme si non tanto

14. Prou. 29. 26.
1.Cor.11. 32.
Iere.11.34. Ios.6.4.

tanto corde, vt sese aduersis ingerat, sequatur saltem, nō recedat, toleret patienter; Omnes autem vt medium habeant
Psal.45.6. Christum. Nam si Deus in medio eius, nō commouebitur. Quis erucem fugiat, quā Christus tulit pro nobis omnibus? Quis
Deut.20.3. aspera pertimescat; vbi qui vicit mundū, adest nobis? *Nolite metuere, nolite cedere, quia Dominus Deus vester in medio vestri est: ipse contra inimicos vestros pro nobis dimicabit.* Ab illo non recedatis, & hostibus non cedetis. Quid armaai fecerunt pu-
Ios.6.20. gnantes? quid reliquum vulgus? clamauerunt, & muri Iericho corruerunt. Quid clamor? confidentia in Deo adiutore nostro, à quo petimus auxilium, & hoc à sua
Hebr.2.18. passione consequimur. *In eo quod passus est ipse, atque tentatus, potens est & iis, qui tentantur, auxiliari.* O Passio! ò Passio Domini, sis semper cordi fidelibus: sis in animo, sis in corpore, vt tuo auspicio bona æterna consequamur, quæ nobis tu meruisti. Amen.

MORALE.

QVod facere iubemur, vt cum venerit filius hominis in Majestate sua, parati simus occurrere illi, & confestim vbi pulsauerit, aperiamus illi. Id nō multò magis præstandum est, vt cum turba, quæ venit obuiam illi, & cum laudibus excepit atq; cum pompa, quandò secundum legem quasi Agnus separabatur, deputatus immolationi; Vocem audimus. *Attendite vobis, nè fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius sæculi.* Quid ita? *Ne fortè superueniat in vos repentina dies illa.* quæ dies illa? dies iudicij, dies vltimus totius mundi; post quem tempus non erit vltrà. Illaqueabit enim omnes terrena sapientes, terræ inhærentes, corde grauatos, curis distractos; vt non posteà crapulis vacent atq; ebrietati, neq; illis vacet de temporalibus solicitos esse. Tunc enim non iam transeuntia temporalia, quæ dum tempus habemus, cum illo transuolant; sed erunt præterita, præterito iam omni tempore: non erunt vltrà; transcursa, & ad nihilum redacta, velut vmbra. Nihil ergò tunc erit, quod curent, quod cogitēt, quod timeāt, quàm rationem, quàm reddituri erunt de transacta vita; quam Deum, ante quem etiam inuiti sistendi erunt; præter iudicium, quod conscij delictorum suorum pauidi expectabunt, & spectabunt imminens: Laqueus iste ita illos constringet, vt fugiendi neque locus detur, neq; tempus, neque facultas: Quatiens sese terra, illos ad iudicij locum transmittet. *Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & iudicandos sistent ante Tribunal Christi; à cuius conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuentus ab eis*, id est, si vellent fugere non possent, cum locus non esset, in quo se abdere possent. O laqueus! graues qui corde fuerint, ij euadendi illum pares non erunt. Crapulæ, ebrietates, curæ, vanitates esca sunt, illecebra rapiens ad se illorum animos, vt ab iis diuelli non valeant: sic illectos, sic inescatos, sic obrutos superueniens repentina dies illa, tanquam laqueus, alligabit, constringet, coërcebit, vt iam ab interitu resilire non possint. Quàm magna ratio, quàm euidens, quàm efficax, vt ne grauemur curarum atq; voluptatum ponderibus, vt precem illā, quam sapiens docet, meritò frequentemus. *Vanitatem, & verba mendacia longè fac à me.* Tunc enim omnes mundi promissiones, quàm mendaces fuerint, apparebit. Matth. 13. 46. Apoc. 20. 11. Prou. 30. 8.

Sed heu! quàm congruè monitio ista nobis nunc fit, quando iam theatrum ingredimur Dominicæ Passionis. Quid enim adeò vehementer flagitat cor mundum, solutum, intentum, promptum, proclive? Iudex cum venerit, timor ignis ante ipsum præcedet, Saluator aduenies, flammam internæ charitatis exagitat. Ergò ne vbi Christus tanta passus est tormenta, inueniet nos dies ista in comessationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitiis? Vbi totus est in nostra operanda salute, præter illam nihil agens, nihil cogitans; nos salutis obliti, pro nihilo putantes solicitudinem illius, ea sola cogitabimus, quæ sunt mundi? Venientem Christum in Maiestate videbit eum omnis oculus, eorum quoque, qui eum 16. Apoc. 1. 7.

Apoc.1.7. pupugerunt, & confixerunt, & omnis lingua confitebitur illi. De aduentu in humilitate scriptum est: *Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum?* Viderunt quidem & oderunt, & *mundus eum non cognouit*: & reputauit eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.

Malac.3.2. Ioh.1.10. Isa.53.4.

Hic, hic itaq; mundandi sunt oculi, vt videatur; alleuiandum est cor, vt cognoscamus in terra viam suã, nam in nubibus veniens, notus erit omnibus. Esto, nobis datum est nosse mysteria Regni Dei. Iam velum templi, dum expirauit Christus, scissum est à summo vsq; deorsum. Patet aditus ad interiora velaminis: aperti sunt cœli: eleuatus Christus à terra, omnia trahit ad seipsum, vt videat omnis caro salutare Dei. Veruntamen, quis adhuc stat ad videndum eum? Scissum est velum templi; conscissus est saccus Christi: foderunt manus eius & pedes: lancea transuerberatum est cor: ingressa est mors per fenestras: & portæ pariter desolatæ sunt. Vox auditur: *Videte manus meas, & pedes meos.* Respicite in faciem Christi Dei. *Recogitate eum, qui talem sustinuit contradictionem. Ecce positus est in signum, vt omnis, qui credit in illum, non pereat.* Et sancta Ecclesia nos inuitat hoc tempore: *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua.* Et adhuc quis stat ad videndũ eum? tantam gratiam, beneficium hoc illustrissimum, donum pretiosissimum quis apertis bene oculis, quis intentis, quis mundis contemplatur?

Luc.8.10. Mat.27.51 Ioh.12.32. Luc.3.6. Psal.21.17 Ioh.12.24. Luc.24.39 Heb.12.3. Ioh.3.15. Cant.3.11.

17. Verbis Euangelicis docemur, vt sic eiusmodi sit vita nostra, quod veniens Dominus ad iudicium, inueniat nos vigilantes. Verbis, & factis præparamur ad diem redemptionis. Ieiunio quadragenario præmunimur, ad hoc mysterium suscipiendum, lectionibus erudimur, prædicationibus incitamur, cæremoniis coarctamur vndique. At vbi venit sanctitudo temporis, quod hora illa Passionis sua propinquitate sanctificat, & sui commemoratione maximè perficit spectatum, atque reuerendum, tunc maximè soluenda sunt calceamenta de pedibus; hora enim in qua stamus, hora sancta est. Quid mirum, si nunc in aures nostras insonant verba ista: *Attendite vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi?* An fortè non huic negotio apta videntur, quod pro extremo iudicio dicta sint? An nescitis, quod dies diei eructat verbum? Accepit dies redemptionis verbum hoc, & diei vltionis eructat illud. Si diem hunc congruè susceperis, quandò media nocte clamor factus est, veniente sponso ad nuptias, iudice ad causas terminandas, eris tu inter sapientes Virgines, admissus ad Paschalia festa ad esum Agni prouidi, & ad cœleste conuiuium. Vt dies ista illi eructet verbum, plena sit eo necesse est. Verba congregantis filij vomentis: inquit Salomon. Quid vomat quis, quo prius non sit plenus? Congregat ad repletionem, vt vomat ad instructionem. Qui idoneus fuerit, qui plenus mysterio Passionis, ad diem retributionis promptus accedet ac paratus. Iste ante illum præcedit, sicut tempore sic dignitate, sic necessitate exigente Christianam dispositionem.

Psal.18.2. Matt.25.6. Prou.30.2.

Figuram animaduertite. Ex loco vbi in Iordane stetit Arca, transeunte per arẽtem alueum populo, iussu Dei & Iosuë, extracti sunt duodecim lapides durissimi, & positi in loco castrorum ad perpetuam rei memoriam. In quem eundem locum Arcæ, alij duodecim repositi sunt, & manent vsque in præsentem diem; ait Scriptura. Torrentem seu fluuium pertransire, quòd sit tribulationes tolerare, easque superare, Psalmus persuasissimum facit, dicens: *Cum exurgerent, homines in nos, fortè viuos deglutissent nos: Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem* Nonne impij Iudæi de Christo dixerunt: *Deglutiamus eũ, sicut infernus viuentem?* Ecce aqua, quæ nisi quia Dominus erat cum eo, illũ absorbuisset.

Ios.4. Ioh.4. Gen. Ios.6. Psal.123. Gen. Ios.2. Prou.1.12.

buisset. Transitus iste, communis est omnium salus. Sui commemorationem vult fieri, propterea iubet efferri lapides durissimos in monumentum filiorum Israël vsq; in æternum. Quid alii duodecim? si primi rei præteritæ memoriã ingerunt, qui ideò primi efferuntur; non video qui succedunt præcedentibus atq; cedentibus, quomodo non clament: *Memento nouissimorum.* Ideò in fluuio, vbi fluit aqua, reponuntur, propter fluxum temporis respicientis nouissimum illum diem, qui fluenta atq; fluentia comburit. Ergò primi redemptionem, secundi referunt ad memoriam retributionem. Durissimi dicuntur primi illi, non ita secundi. Et de primis dicit, quòd sint in signum & monumentum; non ita de secundis. Ergò Passionis memoria pluris est apud Deum, quàm Iudicii. Hanc vult, hanc iubet, hanc docet. Singuli de singulis Tribubus electi sunt ad hos lapides in humeros deferendos; quia nemo est, qui huius tanti beneficii non debeat habere iugem recordationem. Ergò iure meritò iubemur, vt corporali ieiunio mentem eleuemus, dum appropinquat redemptio nostra.

19 Et videte, ne fortè, dum de iudicio reprehensa sit crapula & ebrietas, quòd plus quid exigatur, cum agitur de Passione, nempe vt arctiora sint ieiunia, vt plenius sit à curis sæcularibus abstractio, vt frequentiores simus in Ecclesiis, feruentiores in precibus, seueriores in sensibus, puriores in mentibus, & in domo pietatis vniuersi penitus collecti reperiamur; sicut in diluuio tantùm in Arcam ingressi, salui facti sunt; & in ruina Iericho, ii duntaxat viuere sunt permissi, qui in domo Rahab fuerunt adunati. Haud secus obedientia & clementia nos eruunt de malis imminentibus, & dignos faciunt, qui in seruos Dei asseramur. In Noë obedientia, qui Dei iussa in Arcæ ædificatione compleuit. In Rahab clementia, quæ nuntios conseruauit. In Arca Noë seruatum est semen, quod fuerat caput serpentis contriturum. Pietas, quæ ad omnia valet, tantum valuit in Rahab, vt nedum salua esset à ruina, verum inter Matres Christi digna fuerit numerari. *Salmon enim genuit Booz de Rahab; Booz autem genuit Obed; Obed autem Iesse patrem Dauid.* Vnde Christus Iesus ortus est Saluator mundi. Sed pietatem coniungamus cum obedientia. Obuient sibi obedientia Christi, Christiani pia clementia. Cogitemus compuncti & compatientes, Domini Iesu obedientiam, qui *factus est obediens, vsque ad mortem, mortem autem Crucis.*

Sed heu! quam duri corde sumus? Putaui, & puto, quòd ideò durissimi fuerint lapides extra Iordanem portati, vt duratione perpetua duraret memoria tantæ gratiæ. Sed quam timeo, ne simul duritas nostri cordis, per illos sit significata. Memoria quidem memor ero, & tabescet tamen in me anima mea. Recordor mortem Domini mei: sed graue cor, quærens vanitatem, ista non mollitur tanta veritate: aridus puluis sum, non complutus rore pietatis nec pluuia misericordiæ. Non Moyses sum, sed Pharao. *Pharaonis indu-* *ratum est cor: Moyses erat vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* Et quare Moyses vocatus est? Respondet Scriptura: *Vocauit nomẽ eius Moyses dicens: Quia de aqua tuli eum.* Maim Hebræis est aqua, nomen mollitiem præseferẽs, vnde & apud nos dicitur moi, moiare. O mollẽ Moysen, qui datus es Princeps populi duræ ceruicis! ô Domine Iesu quam mollis fuisti, quam mitis verè Moyses de aquis tribulationum sublatus! Sed nos populus tuus duræ ceruicis sumus, duræ mentis, transeuntes per arentem alueum. Heu! cur sumus tam duro corde? cur anima nostra sicut terra est sine aqua tibi? Bene vocasti aridam terram. Heu! Domine nonne feci sti hominem de limo terræ, de terra videlicet humida & molli? Num tibi durum erat atque difficile, de terra arida & dura illum fabricare? An non potius voluisti illum docere, humanitatem & benignitatem esse homini connaturalem; vt eius quoque natura dicatur humanitas? Ergò quandò apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri DEI, ero inhumanus ego? Ero sicut aqua sine terra illi durus, sic-

Matt. 1.

20

Exod. 7.13 Num 12.3. Exod. 2.10

Psal. 142.6 Gen. 1,10. 2,7.

cus, crudus, immitis, crudelis, sine affectione, sine misericordia? Non satis fuit humanitas, quæ est mea natura, humanitatem me docere erga Deum, qui vt testaretur suam benignitatem, assumpsit meam humanitatem? Accede homo ad cor altum, leua oculos tuos, & vide quàm tener, quàm mollis, quam tractabilis factus est ille, qui immutabilis est, paruulus factus est, sicut tenerrimus vermiculus, qui cessit omnibus vrgentibus, prementibus, tangentibus; vt illi animo compatientes, opere etiam compatiamur, illius mansuetudinem imitantes, per quam salua facta est omnis caro, habens videlicet cor carneum, non lapideum; vt in gloria sua illum denique videat omnis caro. Amen.

FERIA III. DOMINICÆ IN RAMIS PALMARVM.

CONCIO PRIMA.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi Concilium, & dicebant. Quid facimus, *Ioan. 11. 47.*

ARGVMENTVM.

Discordia quàm mala, malique eius effectus; quàm detestabiles discordiarum seminatores; & ii maximè qui vitio linguæ id præstant. Quàm iustè Christus à Patre sit morti sententiatus, & quàm iniustè ab hominibus. Quomodo discordiarum effectus in seipso admiserit.

1 Prou. 17. 9

QVAM iniquè se gesserit Caïphas in concilio cõtra Iesum, ex Prouerbio illo Salomonis potest cognosci: *Qui celat delictum, quærit amicitias: Qui altero sermone repetit, separat fœderatos.* Cum boni viri sit, amicitiam inter homines conciliare, vt propterea delictum alicuius, etiamsi verum sit, celare studeat, quo fortè offensi alii, si illud scirent, recederent ab amico; Pessimi autem sit hominis, coniunctos separare, seminando discordiam inter illos, potissimum cum id fecit falsus prætextus; vel altero sermone delictum repetendo, aliter videlicet, quam sit illud narrando & replicando; vel aliter, quàm alii intelligant illud ingerendo; vel quascunq; falsas siue ineptas rationes producendo. Hoc autem fecit pessimus ille homo, qui apud se constituerat, quouis modo Christum de medio tollere. Altero enim sermone ab iis, qui erant in concilio, conatus est separare Christum à populo, qui illum sequebatur. Ideircò superbè improperauit: *Vos nescitis quidquam, nec cogitatis; quia expedit, vnum hominem mori pro populo, ne tota gens pereat.* Probabile, quosdam pro causa interficiendi Christum assignare, quòd solueret Sabbathum; quosdam, quòd blasphemaret, faciens se Filium Dei; quosdam, quòd turbas seduceret; quosdam, quòd esset peccatorum & publicanorum amicus, inter quos contentio quoque esset ac schisma, aliis defendentibus, aliis insistentibus. At Caïphas causam huius necis omnibus præstantiorem producturus, alias omnes refellens, in temeraria verba prorupit, *Vos nescitis quidquam nec cogitatis*, &c. Ac si diceret: Friuolæ sunt futilesque rationes à vobis adductæ, quæ ignorantiæ vestræ testes sunt. Hæc mea singularis & efficax atque irrefragabilis, quòd pro populi salute, ne pereat, vnus homo morti sit addicendus. Quæ proculdubio hominis tanti malitia, cum esset Pontifex, acerbam Passionem ac pœnam intulit Domino nostro Iesu Christo, quam cum aliis quoque subire voluit, vt nihil esset doloris, quem non ferret, qui dolores nostros venit in hunc mundum portare.

Circa quod duo consideremus. Primò enim generaliter attẽdimus ipsum discordiæ malum. Secundò; Cur & quomodo voluerit illud Iesus Christus pro nobis

ſuſcipere atque portare. In ipſo malo diſcordiæ generatim diſcutiẽdo, duo in primis attendimus, malũ videlicet ipſum diſcordiæ, & malitiam auctoris diſcordiarũ.

2 Diuiſio. Diſcordia profecto maximum inter mala omnia malum eſt: Et hoc primum, quia opponitur præcipuo charitatis effectui. Charitas enim conciliat, vnit, & facit, vt in vnum verſa ſit plurium multitudo, & cũ vno alterum coniungens, communionem gignit; quod certe bonum eſt maximum. Ita enim res creatæ ſuo principio, quod vnum, atque, vt ita dicam, vniſſimum eſt, conformantur, atque adeo coniunguntur: quæ maxima eſt in illis perfectio: cum & in ipſo Deo multitudinis noſtræ auctore, ſingularis excellentia ſit vnitas, quæ ideo frequentiſſime prædicatur in Scripturis, vt caput omnium, quæ credere debemus & confiteri. Contra quod, ab eo, qui diſcordiæ fuit primus inuentor, multitudo
Deut. 6. 4. Deorum in mundum inuecta eſt. *Audi Iſrael, Dominus Deus vnus eſt.* Quæ vnitas, vt appareat excellentius & euidentius, in tribus perſonis, quarum vnaquæque Deus eſt, ſuma eſt: vt quæ vere inter ſe diſtinctæ ſunt, ſimpliciſſime atque vnitiſſime ſint vnus Deus. Vbi & hoc facit ad ipſius diuinæ vnitatis excellentiam atque euidentiam, vt non ſolum plures ſint vnum quid ſimplex; verũ & ipſi plures, quatenus plures ſunt, ſingularem inter ſe habeant vnitatem. Data enim pluralitate inter gignentem & genitum, quæ neceſſaria eſt, adeſt perſona tertia, videlicet Spiritus, qui eſt nexus amborum iam diſtinctorum, quo ſe mutuo diligunt, atque in ipſa tertia perſona producenda connectuntur. Ita quod Pater & Filius, qui vnus ſunt Deus, vnum quoque principium ſint Spiritus Sancti. Quæ vnitas certe niſi inter plures eſſe non poteſt, quorum pluralitas neceſſario in hanc vnitatem mirabiliter conuenire, fide tenendum eſt atque libere confitendum. Nil minus quoque principalis vnitas, qua vnus eſt Deus & non alius, quam dicimus diuinæ eſſentiæ vnitatem, pluralitatem exigit exiſtentium, in quibus omnibus, & in quib. ſingulis, tota ipſa eademque, ſubſiſtit. Ita quod talis vnitas ſine hac pluralitate eſſe non poſſit, neque rurſus ſine illa vnitate pluralitas iſta conſtare ſit vſquequaque poſſibile, vt ſplendeat mirabiliter, eximia atque ſumma concordiæ eminentia. Si enim vnus ita eſſet Deus, vt nullam prorſus admitteret multitudinem ſeu pluralitatem; eſſet quidem in illo vnitas, & vt dicunt, identitas. At concordiam ibidem conſtituere aut confiteri, nulla ratione poſſemus; quando concordia tantum inter plures datur, qui tunc ſumme atque infinite concordant, quando in illis vnica eſt eſſentia, eademque omnino ſubſtantia. O concordiam, rem diuinam, imo Deum ipſum! Quid mirum, ſi cum effectus omnis aliquam neceſſe ſit ſuæ cauſæ habere ſimilitudinem, creata omnia per concordiam exiſtant, creſcant, perficiantur? Cur Deus, qui eſſentialiter concordia eſt, quam rebus omnib. à ſe factis indidit, diſcordiam ſummopere abominetur, deteſtetur, atque à ſe repellat quam longiſſime, ſuoſq; caros immunes ab illa tueatur: illam vero creantes, promouentes, amplexantes, vinculis æternis tradat ineffabiliter cruciandos? Qui diſcordes eſſe voluerunt, qui diſcordiam inter creata ſeminarunt, iuſte rudentibus inferni colligantur, vinculantur, duriſſime connectuntur, vt diſcordes partes, quo magis inter ſe ſtrictim adhærent, eo ſe mutuo crucient magis, magiſq; torqueant; cum diſcordiæ nihil amplius aduerſetur, quam quod pugnantes, nihilque concordiæ prorſus admittentes, quaſi vnum, perpetuis, ac flammeis vinculis ac nexibus ſtrictiſſime copulentur. Sed iam ad poſitum redeamus. Vt concordia, quæ eſt charitatis præcipuus effectus, maxime laudabilis eſt, ſummiſque præconiis exaltanda: haud ſecus diſcordia, quę illi opponitur toto poſſe, criminanda eſt, culpanda, deteſtanda, abiicienda; totiſque viribus eſt abomnibus releganda. Maximum autem bonum eſt ipſa concordia, quæ in eo, quod præcipuum eſt in Creatore, creata reddit ipſi Creatori ſimilia, qui propterea diſcordiam abominatur & punit.

Illius quoque effectus eam maximopere 3
condemnat. Inde enim inimicitiæ ſunt, lites, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ,

sectę, inuidię, homicidia, falsa testimonia, & ea prope omnia, quæ miserrimã faciunt vitam nostram, vt æstimati simus cum descendentibus in inferno, vereque inferno appropinquet anima nostra; ab ea exultat amor abest pax, concordia procul est, sed odium, pugna, rabies, inimicitia, atque in omnibus contrarietas viget regnatque discordia. Hinc Salomon: *Qui meditatur discordias, diligit rixas* Vbi enim sensuum est dissensus, vt aliter iste sentiat, aliter ille, nullaque ratione sibi consentiant, mox oritur lis atque contentio; vt vnusquisque quod sentit tueatur; quod placet, consequatur; quod repugnat, repellat atque debellet. Ita vt etiam infernus cum suppliciis suis, pessimus discordiæ sit effectus. Pro.12.

Cur enim visus est diabolus deorsum fluens, atq; satanas cadens de cœlo, nisi quia dereliquit Deum factorem suum? quinimo & illi aduersatus est, ab eo dissentiens, appetensque quod Deo displicuit, & abominatus est, vt iam quasi proprio nomine satanas appelletur, quod est aduersarius: vt intelligamus primum ipsum fuisse discordiæ auctorem, qui nomine discordiæ recte denominatur. Dixit autem Deus hominibus: *Si ambulaueritis mihi ex aduerso, ego quoque aduersus vos incedam.* Hoc autem prius cum diabolo fuerat operatus, de cœlo deturbans illum, detrudensque in infernum: vt qui concordiam in cœlis habere derrectauit, discordiæ pœnas in inferno solueret æternas. Luc.10.18. Leu.26.23.

4 Quæ discordib tanta est, tanrumque ipsis etiam discordibus inimica atq; aduersaria, vt nil illis in medio flammarum cruciatis, gratius esse posset, quam sibimet manus inferre, necemque quantumuis acerbam, atrocemq; etiam crudelissime dare, vt ita morientes, & ad nihilum redacti è tantis pœnis, vel summa pœna penitus tandem eriperentur. Hoc est enim quod dicitur: *Desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis.* Qui ideo sibi acerbius inimicantur, quod de se pœnam illam, quam extreme appetunt, nequeunt accipere in vltionem tot tantorumque tormentorum, quorum se auctores certos norunt, atque incessanter vident. Propterea aduersus semetipsos rabide & atrociter exardescunt; vt tanto magis se oderint, quantum inuicti sunt à seipsis, propter æternam mortem, in qua sunt sine vllo fine in perpetuum immortales. O discordiam, discordiæ mercedem durissimam! O discordiam discordibus tãtorum malorum atq; suppliciorum creatricem! Quis ergo cum sola discordia discordiam non seruet, vt illa a se quam longissime relegata, cum Deo Creatore, atque cum creaturis, Deo consentientibus, sancte consentiat, pessimorumque discordiæ effectuũ expers, dulcem agat vitam in pace in idipsum! Apoc. 9. 6.

Hinc iam elicitur euidenter, quam detestabilis sit, quisquis ille sit, qui discordias seminat: tanti enim mali auctor malus atque pessimus necesse est. Ideo enim malorum omnium caput diabolus, principium fuit & auctor huius tanti mali, & omnium propterea discordantiũ factus est princeps. Ideo homo quicunq; discordiã indigens inter homines, apud homines abominabilis est, quod sacrorũ librorũ auctores sapienter subinde testantur. Salomõ pessimũ hominem depingens ita scribit: *Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malũ, & omni tẽpore iurgia seminat.* Per hominẽ apostatã Sapiens intelligit hominem insigniter impiũ. Nam Hebræis est vir Belial: quæ vox apud illos significat eũ, qui inter impios pessimus est, q̃ sit vel sine iugo, vel sine honore, vel sine vtilitate; cui consonat q̃ sequitur: *Vir inutilis*: quę vox amplius significat, illũ videlicet, qui proximo noxius est. Vnde & Paulus hac voce diabolũ significauit. *Qua* (inquit) *conuentio Christi ad Beliat?* Nec male noster Interpres, Apostatã vocat, id est desertorem: Apostatare enĩ Græcis deserere. Vnde alius Sapiẽs: *Initiũ superbiæ hominis, apostatare à Deo, quoniã ab eo, qui fecit illũ, recessit cor eius.* Is ergo est, qui omnino Deũ dereliquit; & omnino vacuus est timore Dei, non per infirmitatẽ, sed per malitiam peccans. Pessimus ergo homo iste omnib. membris suis abuitur ad nocendũ. Graditur quippe inter homines ore peruerso, benigne quidẽ loquens, sed se simulate ostẽdit com- 5 Pro.6.12. 1.Cor.6.15. Ec.10.14.

dit complicib. suis, dū annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Nutibus enī oculorū pedumq; ac manus, fraudulenter se loqui testantur, & ad pernicē, quib. cum leniter loquitur, ac placide. Iuxta quod & alius Sapiens: *Annuens oculo, fabricat iniqua.* Et in Psalmo, *Oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.* Hic ergo inutilis atque pernicioſus homo, corde machinatur malum; nedum ſigna illa facit externa; ſed interius verſat, qualiter homini poſſit malum aliquid creare; & poſt profundam peſſimi ſui cordis diſcuſſionem, qua malum alicui inferri meditatur, ad diſcordias ſe conuertit, iurgia excitans inter homines, neque hoc ſemel aut iterum, ſed omni tēpore. Vides malum, quod geritur ab impiis inſignioribus? *omni tempore iurgia cogitant.* Inter peſſimos ergo deputatur, qui diſcordiarum eſt auctor.

6 Pergens vero mox Salomon, eum, qui diſcordiarum ſator, ſatur nō eſt vnquam, niſi quātum per diſcordias nocere poteſt, id perfecerit, ita carpit & criminatur, vt præ cęteris impiis à ſummo Creatore odio habeatur. *Sex* (inquit) *quæ odit Dominus, & ſeptimum deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinans cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, proferentem mendacia teſtem fallacem; & eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.* Vides vltimo loco poſitum illum, qui diſcordias ſeminat? Hoc quippe peccatum inter ea, quæ Dominus execratur, quandam habet impietatis eminentiam, quæ, vt cordi noſtro fortius imprimatur, vltimo loco recenſitum eſt. Hoc enim maxime offendit Communitatem, & Reipublicę pernicioſiſſimum eſt. Qinque peccata enumerauit Sapiens, tanquam quæ peccantem ipſum corrumpant; ideo membris ipſius hominis illa tribuit, ordinem tenens, quem ipſa habent in corpore. Vnde ab oculis, qui in ſublimiori parte corporis ſunt, incipiens ait, oculos ſublimes, deinde ad linguam deſcendit dicens: Linguam mēdacem. Inde ad manus: Manus (inquit) effundētes ſanguinem innoxium. Deinde ad cor: Cor machinans cogitationes peſſimas. Vltimo loco pedes notat. Pedes voloces ad currēdum in malum. At duo ſequentia tamquam Reipublicæ nociua reiecit in finem. Nam teſtis fallax facit, vt Iudiciū peruertatur in damnum partis innocentis. Diſcordia itidem maxime hominib. noxia eſt, quę quoniam non vni tantū damno ſubſeruit, ſicut teſtis fallax, ſed in omni negotio, in omniq; hominum ſtatu, & quæ potiſſimū contraria ſit, directeque aduerſetur concordiæ, qua homines ſimul connectuntur vt ex multis fiat vna Communitas, vna Reſpublica, vltimo prorſus loco cōmemorata eſt. Quāuis enim ex ſuo genere grauius videatur eſſe peccatum, effundere innoxiū ſanguinem, ex conſequenti tamen effectu ſæpe contingit, diſcordiam eſſe grauiorem, nēpe quod ex ea ſequatur plurima ſanguinis effuſio. Inde enim lites, inde bella, inde homicidia, inde totius mundi perturbatio, confuſio, deſtructio.

Quo malo diſcordiæ attento, forte aliorum enumeratorum peſſima eſt, quam ideo Deus ſic odit, vt etiam abominetur, qui diligit omnia quæ ſunt, & bene ſe habere deſiderat, & proſpicit. Ecce ex his, huius peccati malitia. Propterea etiam Salomon pœnā huic peccatori aſſignauit dicens: *Huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam.* Tantū malum nō erit impunitū, nec vltio illius diu differetur; mox perdetur, mox conteretur, & hoc irreparabiliter. Et multipliciter inuehitur alius ſapiēs. *Suſurro, & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domus magnatorum effodit.* Et pergens recenſet alia mala multa, quę à lingua tertia proficiſcuntur, quæ ideo dicitur lingua tertia, quod inter duos, media; diſcordes illos facit. Vnde & qui ſic loquitur, bilinguis dicitur, quod aliter cum vno loquitur, aliter cum alio: & propterea ſermo eius alter, non idem quidem cum ambobus, ſed alter cum iſto, alter cum illo. Sic enī diſcorde ac diuerſo ſermone, diſcordia inter

7 *Sap.11.25.*

Pro.6.15.

Ec.28.15.

inter fratres generatur; ex qua tanta mala, vt est iam dictum, profiscuntur.

8 Sapiens propterea hortatur, vt simus
Ec. 28. 20. cauti in tali lingua euadenda. *Qui respicit* (inquit) *illam, non habebit requiem; nec ha-*
16 *bebit amicum, in quo requiescat.* Nam vt dixit, lingua tertia commouit multos, & dispersit illos de gente in gentem; ideo qui respicit illam, non habebit requiem: & quamuis locum non mutet, non ideo tamen requiem inueniet animæ suæ. Qui enim susurronis lingua se agitari permittit, non diu permanet in cuiusque amicitia. Facile enim dissoluitur amicitia, vbi huic linguæ tertiæ datur locus. Neque (inquit) habebit amicum, in quo requiescat, cuius videlicet consilio innitatur, cuius familiaritate fruatur, cuius vtatur necessitudine. Cito enim illo demisso ad alium transibit; vel saltem illi non fidet, de quo malũ audiuit à susurrone. Quod malum, quoniam à lingua procedit, contra linguam malam
Ec. 28. 21. videlicet, inuehitur Sapiens: *Flagelli plaga* (inquit) *liuorem facit: Plaga autem linguæ comminuet ossa.* Ita flagellum quidem carnem lædit, lingua vero procedit vsque ad
Ec. 28. 22. ossium contritionem: quasi dicat: Maior est longe offensio linguæ, quam flagelli; Ideo pergit: *Multi ceciderunt in ore gladij; sed nõ sic quasi qui interierunt per linguam suam.* Veritas apparet in Iudæis, quia per linguam suam miserrime interierunt, & vbi se protegere putauerunt per linguam dolosam, per eandemmet sibi vltimum exterminium comparauerunt. O si sciuisset concilium à lingua se protegere huius pessimi consultoris, non ruissent profecto in tantas calamitates, quas adhuc infeliciter patiũtur; vt bene subiiciat sapiẽs etiam
Ec. 28. 27. de lingua: *Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus ladet illos. Sepi aures tuas spinis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras.* Vbi vides Sapientis documenta, & propriam linguam & alienam tangere, vt ab vtraq; caueas; ab aliena, in claudendo aures, & os reserando à nostra. Quod vtrunq; quoniam Iudæi facere nescierunt, & male audientes, & male loquentes, ideo iam pœnas etiam nũc soluũt linguæ iniquę, quod ipsis accidit; qua Deum reliquerunt; vt Sapiens annotauit.

Verum & Dominus Iesus, qui infirmitates nostras vere portauit, voluit & huius flagelli liuores & pœnas sustinere: Dixerat enim per Prophetam: *Facta est mihi hæreditas mea quasi leo, dedit contra me vocem suam.* Linguis enim suis Iudæi dolose agebant, vt illum interficerent; sicut hodie Caiphas; de quo verum est Prouerbium Salomonis: *Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsq; ad interiora ventris*, id est vsque ad cor penetrantes, venenum vbique & vndique diffuderunt, quo & iudicium exterminij sui portauerunt ipsi. Quocirca verbis illis: *Linguis suis dolose agebant*, addit Psaltes Propheta: *Iudic illos Deus; decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatis eorum expelle eos; quoniam irritauerunt te Domine.* Et ipse Dominus Iesus mortem illam obiit, de qua Sapiens, linguæ mala recensens, scriptum reliquit: *Mors illius, mors nequissima; & vtilis magis infernus, quam illa.* Nequissima quidem, quoniam a viro illo nequam, oculum nequam habente, causata est. Alioqui vt illam Christus vltro ac libenter iniit, pretiosissima est.

Vbi etiam illud obserua, quod pœnas lege taxatas impie agentibus, agnus noster innocens voluit sustinere, quando & duntiem circuncisionis non horruit, aut abiecit. Non poterat quidem nisi semel morturpissimam, eandemque acerbissimam elegit mortem, nempe Crucis; quam quidem non aperte imposuit lex, sed innuit dicens: *Quando peccauerit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur; quia maledictus à Deo est qui pendet à ligno* Quia tamen lex blasphemos, & alios delinquentes lapidibus præcipiebat obruendos, voluit & hanc pœnam pati quantum licuit, vt diceret: *Propter quod lapidatis me.* Verbera sustinuit, quę lex eadem præcipiebat. Et delicta pariter quædam insignia, quæ lege mulctantur pœna mortis, sibi imputari consensit, vt propter illa videatur.

videatur morti adiudicatus. Inter quæ il-
Deu.17.12 lud est annumerandum: *Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille.* Vt intelligas legem hanc implendam fuisse in Christo, qui omniũ peccata portauit, qui vt inobediens Caiphæ, *qui erat Pontifex anni illius,* id est eo tempore Domino ministrabat, condemnatus est, esse reum mortis. Cuius vt esset pretiosissima mors, neci datus est propter verba impiorum, propter iniquũ iudicium, & propter impium sacerdotis
Matth.27.24. imperium, decreto iudicis Pilati, qui illũ morti adiudicaturus, iustum esse, verbo & signo, coram omni populo declarauit.

11 Interim nos docemur à lingua cauere, quæ verbum Dei Patris mendacij arguens ad mortem condemnauit. Si cõtra Iudam exardescis, qui tradidit illum, si contra Caipham, si contra Iudæos, qui vitæ auctorem interfecerunt, cur non contra linguam, venenum mortiferum, quo interfectus est, qui locutus est nobis salutaria? Lingua Domini Iesu, lingua est Diuinę sapientiæ, qua Verbum æternum nobis est declaratum. Lingua ista aruit in fame & si-
Psal.21.16. ti. Lingua ista, deficiente illius virtute & arente, tanquam testa adhæsit faucibus suis, vt iam illam naturaliter leuare non posset
Luc.23.24 ad docendum nos. Vim tamen sibi inferens, clamauit efflagitans à Deo veniam suis crucifixoribus tanti sceleris, per quod, id quod per Prophetam dixerat in Psalmo,
Psal.21.16. dicere non valuit, nempe: *Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti.* Heu pessima lingua hominum, quæ linguam Dei sic afflixit. Tu ergo ori tuo facito ostia & seras, vt nõ loquaris opera hominum malignorum; sed sermo tuus veritas sit, charitas, modestia, benignitas, mãsuetudo. Ostia (inquam) facito, & seras: labilis est nimis, audax, procax, non facile continetur, si nõ multo studio retineatur. Quæ si effluat, velut torrens inundans, nõ quiescit, donec vniuersa peruertat. Recordare diuinam iussionem, quod testium manus, primę debuissent esse contra reum condemnatum, vi testimonij illorũ. Quid hoc infert? quid docet? Prima est lingua. Secundo loco superueniunt manus: manus (inquam) illorum, quorum lingua fuit causa necis illius: postrema manus totius populi. Audi verba Legis: *Manus testium primæ interficient eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: & auferes malum de medio tui.* Linguæ datur palma, si veritas militet: At si lingua sit mendax, plenaque veneno mortifero, totum malum inde sequens, acceptum illi referendum est. Linguam igitur criminatur mors innocentis, linguam accusat mors Stephani protomartyris, linguam condemnat Crucis supplicium Domini nostri Iesu Christi. Ergo *vita & mors in manu linguæ.* Quanto ergo studio moderanda est? Quãta cautela necessaria est, ad eam regulandam? Quantus labor adhibendus, ad eam cohibendam?

Deut.17.7

Act.7.57.

Pro.18.21.

SECVNDA PARS.

12 LEx Domini immaculata antiquitus ita decreuit: *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, inter sanguinem, & sanguinem, causam & causam, lepram, & lepram; & iudicũ intra portas tuas videris verba variari; surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus; veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi veritatem: Et facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram.* Hanc legem Dominus Iesus Christus conformauit in Euangelio tam verbo, dicens; *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: Quodcunque ergo dixerunt vobis, seruate, & facite;* quam opere, dum se illorum iudicio subiecit atque sententiæ; qua illum condemnauerũt esse reum mortis. Vbi manifestũ est, qnod illorum iudicium, iudicium erat Dei, à quo nulla ratione dabatur facultas recedendi. Adeo quod is, qui noluisset sacerdotis imperio obedire, debuisset occidi.

Deut.17.8.

Mat.23.2.

Hinc maximum aperitur mysterium, quod vbi in causa Domini Iesu ventum est

ad iudicium sumi sacerdotis, qui eo tempore Domino ministrabat, *Pontifex*, videlicet, *anni illius*, necessitas illi prorsus incubuit moriendi. Vel enim obediens erat Sacerdotis imperio, & sic illi erat moriendum, iudicante & imperante Pontifice, vt moreretur: vel inobediens erat, & tunc ob istam inobedientiam adhuc illi moriendū
Phil. 2. 8. erat. At qui factus est obediens vsque ad mortē, mortem obediens voluit amplexari, vt hinc appareat quantum se deiecerit. Et vlterius manifestum, sententiam Sacerdotis arbitrio hominū dimitti, vt quis possit illam vel acceptare vel renuere: alioqui
Deu. 17. 12 cur dicit, *qui noluerit obedire Sacerdotis imperio*? Poterat ergo iudicatus nolle obedire; sed decretū iudicis nullus poterat euitare. Iubet enim Lex absolute, vt inobediens iudicis decreto moriatur. Vt ergo volens declaretur mortem ac libere acceptare, qui oblatus est, quoniam ipse voluit, Sacerdotis iudicio humiliter se subiecit. Ex quo rursus infertur, quod Patri obediens, ductus est ad Crucem. Si enim Sacerdotis iudicium, iudiciū erat Dei, Deo parebat, qui Sacerdoti obediebat. Id, quod in hac causa testatissimum facit interpretatio sancti Euangelistæ, qui commemorata Caiphę sententia, ita subiunxit: *Hoc autem*
à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex
2. *Cor.* 6. 14 *anni illius, prophetauit.* Qua in re apparet mira admodumque admirabilis communicatio iustitiæ cum iniquitate. Si iudicium Dei est, iniquum esse non potest.

13 Hæc enim potissima est ratio, quamobrem Deus iudex sit omnium, quoniam apud illum non potest esse iniquitas. Audi
Rom. 3. 5. Paulum: *Nunquid iniquus est Deus? Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus hūc mūdum? Nulla ergo iniquitas in iudicio Dei, sed summa iustitia.* At vero, quæ iustitia est, vt innocens ac iustus, morti per sententiam tradatur? *Iuste* (inquit Lex) *quod iustū*
Deu. 16. 20 *est persequeris.* Et de iudicibus ita decernit:
Deut. 25. 1. *Quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt. Quem impium condemnabunt impietatis.* Et rursus: *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero*
Exod. 23 2. *deuies.* Et tamen iustus declaratus est Christus; quando in hoc iudicio, nullam causam mortis inuenium in eo, nisi quod *multa signa fecit.* Et certū est illos inique egisse. *Confortati* (inquit) *sunt qui persequuti sunt* *Psal.* 68. 5
me inimici mei iniuste; quæ non rapui, tunc exoluebam. Et certe in potestate hominum nunquam fuit, vt iuste iustum possent cōdemnare. Et ideo iniq; egerunt consiliarii, & in primis Pontifex. Deus autem, qui super omnes est, cuius nemo cōsiliarius potest alicuius iniquitatem in aliū transfer- *Rom.* 3. 5
re, quando & illius decreto omnes homines in Adam peccauerūt, sic Patris in filios transferens iniquitatem, vt illo actualiter peccante, omnes in illo originaliter peccarent; & hoc in illis ipsis nedum non acceptantibus, verum & nescientibus; vbi vero acceptātem inuenit, qui volens humeros subiecit ad portanda peccata, salua iustitia; potuit illū, tanquā peccatorem, & secundū mensuram delictorū, pœnarum tū grauitate, tū multitudine afficere. Inuenit autem, qui dixit: *Holocaustū & propeccato* *Psal.* 39. 7
non postulasti. Tunc dixi: Ecce ego venio; vt faciam Deus voluntatem tuam.

Sed esto, potuit. Nū etiam recta ratione 14
id fecit? Esto, consentiat ille aliorū peccata portare; num decuit Deum onerare illū tam graui pondere? Onustum tanta sarcina, etiam pœnis mulctare non est absonū, imo congruentissimum, & ex iustitia debitum. Verum exigit ne iustitia, sustinet misericordia, admittit diuina irreprehensibilisque prouidentia, vt fiat ista translatio, qua culpabiles culpis exonerentur, & qui peccatum non fecit, peccator constituatur, vt peccatorum soluat debitas pœnas? Huic quæstioni respondendum est, id fieri congruentissime. Cuius congruentiæ pro reddenda ratione, satis esset dicere, ꝙ Deus, qui bene omnia fecit suauiterque disponit vniuersa in numero, pondere, & *Sap.* 11. 21
mensura, id fecit; nulla enim maior potest dari ratio, quam quod Dei voluntas, quæ rationabilissima est, id voluit, id præstare constituit. Verum ab hoc omnium rationum fonte, illę quoque rationes emanant, quæ intellectui nostro satisfaciant, quę iusmodi rationibus pascitur, atque cum suauitate nutritur.

Harum

15. Harum vna sit ista. Malorum omnium scaturigo peccatum est, quod quia verè ac propriè malum est, mali nomen iis omnibus indit, quæ ab illo procedunt. Propriũ est autem bonitatis mala destruere, atque boni summi nihil prorsus in rebꝰ à se creatis malorum permittere. Rationabile ergò consilium Dei postulat, mala à creaturis omnibus propulsare; modò stet lex, qua constituit hominem in libertate arbitrij sui. Huius autem tanti negotii, hic est modus decentissimus. Qui liberè peccauerunt, liberè consentiant se peccatis exonerari. Qui nullum fecit peccatum, innocens manibus, & mundo corde, libẽs porter onus omnium scelerum. Tunc mala malefacientibus nihil oberunt, cum illis iam sint exonerati. Malum enim boni corruptio est, in quo est: nam vbi non est, obesse nõ valet. Bonitas verò innocentis, qui ob nimiã suã charitatẽ tollit peccata mundi, tanta est, tàm potẽs, tàm efficax, vt peccatorum malitiã penitus absorbeat ac cõsumat: tantum abest, vt illi quidquã possit inferre detrimẽti; quin quo plura illa sunt, quo grauiora, intensior illius charitas exardescit, clarior apparet, vehementẽ suam vim euidentius manifestat. Hoc pacto, lege libertatis stante, malis euacuatur mundus, pulchriorq; epparet atq; perfectior, quantò charitas illa grandior est quàm amanter voluit peccatores saluos facere, nihilq; incommodorum detrectare, vt ipsi à malis omnibus eruantur.

16. Sed duo remanent incommoda adhuc: Alterum, quòd maxima hominum pars premitur sub peccati iugo, eiusq; dat commeritas pœnas: Alterum est, quòd iustus perit, & innocens mortè mulctatur, quòd à recto nimium videtur declinare. His ità fit satis. Qui peccatis volentes adhærent, iustè peccatorum supplicia reddunt. Nulla enim legi libertatis facienda est vis. Sed interim (dices) remanet turpitudo, vt non sit vbique terrarum, atque totius orbis pulchritudo. Imò & hæc quæ turpitudo videtur, ampliorem reddit diuini operis pulchritudinem. Tanta enim istorũ pœna demonstrat, quanta sint pœna leuati, qui voluntariè peccatis renuntiant; atque ità charitas liberantis, ac virtus splendidiùs enitet, cuius radij lucent in tenebris, & vmbras obscurantes omninò depellunt. Ad aliud veritas hoc pacto respondeat. Num charitas Agni immaculati, quæ potuit facere, vt culpæ suis auctoribus non obessent, non valuit efficere, vt illarum culparum pœnæ sibi innocenti nullo possent esse detrimento? Mors ergò illa à vita absorpta est, vt pretiosa esset in conspectu Dei, ipsiq; morienti mors non esset, sed vita, sed gloria, sed ardentium suorum votorum plena satisfactio. Alioqui quid est, quod dicit Apostolus: *Qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; cũ lacrymis offerens ad eum, qui posset illum à morte liberare: exauditus est pro sua reuerentia?* Moriens ergò à morte liberatus est, vt illi noxia non esset mors, sed emolumentum potius, consolatio, & vt ità dicam beatitudo. Nam cupiens mortẽ, quæ salus erat mundi, gloria Patris, cœlorum aditus, mortis imperatoris destructio, & bonorum omnium fons, si suo fraudaretur desiderio, tunc amariorem mortẽ nanciscereturꝰ à qua nequiret liberari, quandò ignem tanti desiderij & ità vehementis charitatis extinguere non liceret, cum esset ignis sacer atque perpetuus: vndè propterea lex iubet, vt perpetuò nutrimenta subministrentur. *Hebr. 5.7.* *Leuit. 6.12.*

17. Quod factum est, quandò materia oblata est cœlesti suæ concupiscentiæ, vt si non plenè satiaretur pœnis suis, adeò vt sitiret adhuc, hoc non esset ad illas diminuendas, vt non esset illarum plena mensura, sed ad illarum vlteriorem aggerationem, & altiorem plenitudinem. Nulla enim cõcupita pœna tantum valeret illum torquere, quantũ eiusmodi pœnę carentia afflixit. Atque ita factum est, vt dum non patitur, quantum patiendi ardet desiderio, ad apicem atque ad summum pœnarum pertineat, quæ ex frustratione immensi eius desiderij supereffluenter cumulantur. Quæ igitur mors, illi mors est, qua voti sui compos factus est? Hoc autem necesse est, vt dicamus; nisi illi velimus Iob præponere, qui dicebat: *Quis det, vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat* *Iob 6.8.*

tribuat mihi Deus? Et qui cœpit ipse me conterat; soluat manum suam, & succidat me? & hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti? Nisi fortè magis dicamus, virum istum patientissimum, Christi in hac parte idoneam figuram verè prætulisse. Stat ergò ratio potens istius sententiæ: *Expedit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat*

18. Nunc aliis rationibus supersedentes in præsentiarũ, hoc iam nobis habemus constitutum, quòd Deus iustus & homines iniusti, conuenerunt in vnum aduersus Christum Domini; vt Deus iustissimè, homines iniquissimè, easdem illi pœnas coa-
Psal 87.17 ceruarent, & in mortem traderent. Vndè & ipse Christus tùm in Patrem suum, tùm in hostes suos, passiones suas refert acce-
19. ptas. *In me* (inquit ad Patrem) *transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me. Elongasti à me amicũ & proximum, & no-*
Psal 37.13. *tos meos à miseria.* De illis verò: *Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates,*
Psal. 21.8. *& dolos tota die meditabantur. Ego autem*
13. *tanquam surdus non audiebam. Omnes videntes me, deriserunt me. Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiẽs, & rugiens* Dum dicit rapiens & rugiens, persecutionem illorum notat in factis & in verbis. In factis, rapientes; in verbis, rugientes. Haud secus Pater Filiũ persecutus est verbo & opere. Quod vtrunq; innuit Dominus ipse in horto, dicens: *Ca-*
*Ioh.*18.11. *licem, quem dedit mihi Pater, non bibam il-*
Matth. 26. *lum? Quomodò ergò implebuntur scripturæ,*
54. *quia sic oportet fieri?*

19. Hanc ob rem, sic temperata sunt verba Caiphę, vt & Deo ipsi & homini aptissimè conuenirent. Putauit homo & decreuit, vt vnus homo Christus moreretur, ne fortè venirent Romani ad perdendum populum. Viuente enim Christo, & signa faciente, omnes crederent in ipsum, quo facto deficerent à Romanis, qui hac defectione commoti venirent potentes, atque illis debellatis, & locum perderent & gentem. Hæc erat Concilij apparens prætensio. At Deus sua charitate motus atq; misericordia, vt seruos redimeret, tradidit Filium suum. Et vide quomodò, vt verba prophetiæ huius in Deum quadrarent, non dixit Caiphas. Expedit vobis, vt hominem vnum interficiamus: sed, *Vnus moriatur homo*, non in Deum quadrarent, si diceret: vt interficiamus.

Sed iam tandem ad pœnam accedamus, 20
quam tùm Deus tùm homo, Filio Dei & filio hominis inferre moliuntur. *Vnus homo moriatur:* dictum est in sententia: sed vt ad mortem deueniat, quæ est diuisio animæ & corporis, multæ iam diuisiones præcesserunt. Nam & Caiphas nunc illum ab his, qui erant de concilio, separare contendit, nè fortè illum tueri moliantur. Propterea absolutè decernit, nulla erga illum quemquã debere misericordia commoueri, aut ratione tardari, quo minus de medio tollatur, ad euitandam totius populi perditionem.

Prima ergò summaque separatio fuit i- 21.
psius à Deo, quã moliuntur dicentes: *Non* Ioh. 9.16.
est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custo- Ioh. 8.28.
dit. Declarabat se Christus missum à Deo, Ioh. 17.23.
Filium Dei, eademq; loquentem, quę Pater illum docuisset. Vndè sequeretur, quòd qui illum odio haberet, & Patrem simul odiret; qui illum sperneret, sperneret & Patrem; itidemque qui audiret illum, audiret & Patrem. At illi blasphemum de Luc. 22.66.
putant illum, quòd Diuinitatem hoc pacto sibi arrogaret. Quæ pœna erat maxima Domini Iesu, ob id quidem, quòd tanta iniuria afficeretur. Qui verè esset Filius Ioh. 7.28.
Dei, & blasphemus, id dicens, reputaretur, & 8.48.
vt inimicus Dei, quin & dæmonium ha- Luc. 11.15.
bens, & in Belzebub principe dæmoniorũ ejiciens dæmonia, & omninò Deo aduersarius constitueretur. Non absque vlla ambiguitate mentem ipsius mirũ in modum cruciabat, vt quanta erat iniuria sibi illata, tanta esset tristitia in illius mente concepta. Sed quod illum in hac parte maximè cruciabat, hoc erat, quod sic derogabatur veritati suæ doctrinæ, propter quam prædicandam, & euulgandam venerat in hunc mundum, & propter quam etiam ipsam mortem subire non abnuit. Cogita fideliter, tu fidelis, Deum verũ de

Deo

Deo vero veniſſe in hunc mundum, propter nos homines & propter noſtram ſalutem; quæ exigebat in primis, vt illum crederemus eſſe Filium Dei; & homines tamen ideò magis illum deteſtari ac perſequi, quòd hanc veritatem adeò neceſſariam propalaret.

22 Alia ſeparatio primam conſequens eſt, quòd eum ſtuduerunt à Moyſe ſeparare, quaſi qui aduerſantia Moyſi ac legi eius, doceret & inſtitueret. Hinc ad illuminatum cæcum à natiuitate dicebant: *Nos* Ioan 9 28. *Moyſi diſcipuli ſumus: Nos ſcimus, quia* Ioan.5.39. *Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vndè ſit* Econtrà verò ille dicebat: *Scrutamini ſcripturas, quia illæ ſunt, quæ* Ioan 5.46. *teſtimonium perhibent de me.* Et ruſſus: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. De me enim ille ſcripſit.* Vndè & à mortuis Luc.24.27 excitatus: *Incipiens à Moyſe & omnibus* Luc.24. *Prophetis interpretabatur: & dicebat: Oportet impleri quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi* 44. *& Prophetis, & Pſalmis de me.* Maxima eſt iſta offenſio, cum ideò veniſſet vt inſtitueret nouam legem, quam non negantē ſed perficientem, Moyſi præcepta ſtuduit comprobare. Hæc verò, vt lex noua etiam ipſis Iudæis ſalutaris eſſet, qui bibentes vi- Luc.5 39. num dicebant: Vetus melius eſt, atq; ideò nouum renuebant & aduerſabantur. Hoc enim vini exemplo oſtēdit Chriſtus, quomodò non facilè populus ille ſuſciperet Euangelium, adhærens legi veteri. Et tamen ſi illum non audirent, ipſo Deo pro- Deuter.18. curante delendi erant. *Qui* (inquit Deus) 19. *non audierit Prophetam illum, ego vltor exiſtam.* Quæ res vt illi iniuria erat, ità non modicum illi erat moleſta.

23 Conſequens ſeparatio, quam moliebantur, erat à Turbis, quas ægreferebant, quòd illi eſſent deuotæ. Vndè eorum ver- Ioan 12.19 ba refert Ioannes: *Videtis quia nihil proſi-* Ioan 7.49 *cimus; eccè mundus totus poſt eum abiit.* Dicebant etiam ad Nicodemum: *Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariſæis? ſed turba hæc, quæ non* Ioan 9.22. *nouit legem, maledicti ſunt* Quin etiam 24. *conſtituerant, vt ſi quis eum confiteretur eſſe* Ioan 12.10 *Chriſtum, extra ſynagogam fieret.* Et ſcimus quanto conatu ſtuduerunt auertere cæcum à fide, quandò & cogitauerunt Lazarum interficere, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum. Heù quanta perſecutio? quantum infeſta Chriſto, qui non venerat animas perdere, ſed ſaluare? Scimus quantum labo- *Num* 14 6 rauerunt Ioſue & Caleb, clamantes atque ſcindentes veſtimenta ſua, vt auerſum populum à Deo & Moyſe; Deo & Moyſi ſeruo eius conciliarent. Quid verò Chriſtus? prædicabat, paſcebat, ſanabat, multiſque ſignis benefaciens, turbas allicìebat ad fi- *Mat.9.36.* dem, miſertus illorum; quia *erant ſicut oues non habentes paſtorem.*

At illi tantum ſuis peſſimis ſtudiis pro- 24 fecerunt & progreſſi ſunt, vt totam in vniuerſum plebem Iudæorūm ſic ab illo ſe- *Dan.9.26.* iunxerint, vt iam non eſſet eius populus, qui eum apertè negaret, clamans: *Cruci-* *Ioan.19.6.* 15. *fige, crucifige eum: Non habemus regem niſi* *Cæſarem. Principes enim perſuaſerunt po-* *Matt.27.* *pulis, vt Barabbam peterent, Ieſum vero* 20. *perderent.* Atque ita populum; quem tot tantiſque portentis eduxerat de Ægypto, cuius plurimas auerſiones ſuſtinuit in deſerto ducens & docens; veluti ſi mater filiis blandiatur; quem tot annis in terra lacte & melle manante paternè enutriuit, variiſque tentationibus continuit in officio; quem captiuum ob illius iniquitates, demùm reduxerat in terram ſuam, atque à plurimis tribulationibus eruerat; hunc populum Deo dilectum, veluti primogenitum filium paſtores eius inſquè à proprio Deo ſeiunxerunt, vt eſſet velut oues diſperſæ, ac diſſipatæ; & à Deo ſeparatus expectaret dies multos, nempè vſque ad tempora nouiſſima ſine Rege, & ſine Deo, & ſine loco. Hanc diſperſionem, & perditionem præuidens Chriſtus fleuit amarè, dicens ſuper ciuitatem: *Quia ſi cognouiſſes* *Luc.19.42* *& tu, & quidem in hac die tua, quæ ve-* *nient dies in te, & circundabunt te inimici* *tui vallo, & coanguſtabunt te vndique, &* *ad terram proſternent te, & filios tuos, qui* *in te ſunt.* Si de ſubuerſione ciuitatis ita dolet, quid de tota populi perditione, atq; exterminio vſque in nouiſſima tempora duratura? Hæc inter paſſiones Domini non fuit minima. Quanta quæſo triſtitia,

illos videre, cum his loqui & agere, qui ſuis iniquis perſuaſionibus, atq; conciliis, & conſiliis tantas ruinas in populum Dei crudeliter inuexerunt? Heù quam nobis ignoti dolores Domini Ieſu?

25 Sed pertigerunt iniqui, perſequentes vſque ad diuiſionem animæ & corporis, nempe vſque ad mortem, mortem autem crucis, in qua Dominus emiſit ſpiritum. Hanc Caiphas intendebat dicens. *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo.* Vide, quæſo, ſi Caiphas ſit ille præcipuus, de quo lex ait: *Propheta autem, qui arrogantia deprauatus, voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi, vt diceret, interficietur.* Certe non verum Prophetam lex carpit; alioqui non loqueretur in nomine Domini, quæ illi Dominus non præcepiſſet. Nunquid ergò Caiphas non fuit aliquo modo Propheta, qui prophetauit, vt nomine Prophetæ notari poſſet à lege? Arguens cæteros ignorantiæ, ſe ſcientia Dei munitum iactat, quaſi ex ore eius procedat verbum Dei, qui ideò fuit interficiendus. Hunc notari per hanc legem in primis videtur, quòd lex mox ante promiſerat Chriſtum, qui fuit vir Propheta potens in opere & ſermone, dicente Moyſe ad populum: *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus; ipſum audies.* Et Dominus ſubdit: *Ponam verba mea in ore eius. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam.* Et ſubdit immediatè, quæ ſupra poſuimus: *Propheta autem, qui arrogantia deprauatus,* &c. Vides ergò duorum Prophetarum contentionem, quorum alter eſt miſſus à Deo; alter arrogantia deprauatus, loquitur à ſemetipſo, & loquitur tamen ſicut ſermones Dei. Quis ergò iſte arrogans in ſingulari niſi Caïphas? Sequitur enim & in lege: *Quòd ſi tacita cogitatione reſponderis. Quomodo poſſum intelligere verbum, quod Dominus non eſt locutus? Hoc habebis ſignum: Quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non eſt locutus.* An non prætendit Caïphas ſeruandum populum à Romanis, ſi Chriſtum interficerent? An vera prædixit? An non totum euenit oppoſitum? Hæc ergò per tumorē animi ſui Propheta confinxit. Sic, ſic euenit, vt qui timet pruinam, irruat ſuper eum nix. *Timuerunt iſti timore, vbi non erat timor,* & *timorem Domini abiecerunt.* Dixit Dominus: *Qui verba Prophetæ, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam.* Ergò dum hominem hunc necitradunt, qui Propheta magnus ſurrexit in illis, iram Domini meruerunt, & nephani ſui ſceleris ſibi ipſis conſtituerunt vltorē: qui miſſis exercitibus ſuis, nempè Romanis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum. Et ita Romani tulerunt locum; nempè ciuitatem, & templum ſuccendentes; & gentem, populum tum trucidantes tum captiuantes.

Deut 18. 20.

Deut. 18 15

Deut. 18. 21

Hoc ergò quod dixit: *Expedit, vt vnus moriatur homo pro populo,* quatenus intendebat liberare populum à Romanis, per tumorem animi ſui illud confinxit. Nam quòd *Ieſus moriturus erat pro gente, & vt filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in vnum. Hoc à ſemetipſo non dixit.* Rurſus pondera, quòd falſus ille Propheta iubetur interfici. Et hic tamen eſt, qui interficit verum Prophetam. Nam vt verba ſua videntur ſimplicia, ingrediuntur tamen ad interiora ventris, lanceis ſuis vulnerantia atq; animam pertranſeuntia. Si ergò vltorem ſe ſtatuit Deus eorum, qui non audierint verba eius, quid faciet agricolis, qui eiectū de vinea interfecerunt? Quid faciet interfectori, qui interficiendus ipſe vt falſus Propheta, verum ac ſanctum Prophetam decernit interficiendū, reumq; mortis declarat, & maximopere curat, vt interficiatur, & verè tandem tradit internecioni? Non otioſa ergò in ſacra Scriptura coniunctio pollicitationis ſancti magni; Prophetæ, & admonitionis aduerſus Pſeudoprophetam.

Hoc ad vehementiam facit Paſſionis Domini, qui à tam praua generatione adiudicatur & traditur; vt meritò Filius cecinerit: *Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me. Circundederunt me canes multi, concilium malignantiū obſedit me.* Ad nos igitur pertinet tantò magis

27

magis Prophetam nostrum reuereri, atq; obtemperantius audire Non enim frustra, quando lectæ sunt maledictiones, quæ venerunt super populum Iudæorum, lectæ sunt nihilominus benedictiones iis collatæ, qui audierunt vocem Domini, & erectum est altare, in quo & sacrificatum est, & scriptæ sunt. Passio Domini Scriptura legis est. In Cruce docemur quid agere debeamus. Ibi mortuus est Christus, vt dispersos *filios Dei congregaret in vnum. Labia stulti miscent se rixis, & os eius prouocat iurgia.* Christus verò congregat in vnum. Vnitas, fructus est Passionis, merces mortis, germen Crucis. Vbi separator fœderatorum diuisit indiuisionis auctorem, ibi iacta est sementis charitatis & vnitatis. Fœdus præcesserat inter Deum, & populum, vt essent vna fœderati. Bilinguis iste Caiphas hos fœderatos separauit, Deum configens, Christum interficiens, atq; populum maledictionibus subdens; in quibus erat & ista: *Disperget te Dominus in omnes populos, à summitate terræ vsq; ad terminos eius. Et seruies ibi Diis alienis, quos & tu ignoras, & patres tui, lignis & lapidibus.* Interim Filius Dei *filios Dei, qui erant dispersi*, congregauit in vnum, vt esset illis *vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & Pater omnium, qui est super omnes, & super omnia. Suscitabit* enim *te Dominus sibi* (inquit benedictio) *in populum sanctum.* Eia ergò *seruemus vnitatem spiritus in vinculo pacis; vt vnanimes vno ore honorificemus Deum, & Patrem Domini nostri Iesu*, cui est honor, & imperium in æternum. Amen.

Deut. 27. 3. & Ios. 8. 34.
Prou. 18. 6.
Exod. 24. 8
Deut. 28. 64.
Eph. 4. 5.
Deut. 28. 9
Eph. 4. 3.
Rom. 15. 6.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Agitur de illis, qui falso Iustitiæ zelo vtuntur, ad eorum malos colorandos prætextus. De pessimis effectibus, qui ex hoc consequuntur. In secunda parte. Quàm malum sit surripere quæ Dei sunt, & quàm pessimum Diuina in alium sensum transferre, quàm intendat Deus.

1 BENE ostendit pessimus ille Caïphas quòd Deus non esset cum eo, quando cæteros culpãs ignorantiæ, se vnum Sapientem arbitratur & iactat, cum ab eo, qui cœlesti Sapientia auctus erat, dictum sit. *Visio, quam locutus est vir, cũ quo est Deus, & qui, Deo secum morante, confortatus, ait: Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & non noui scientiam sanctorum.* Si n. cum eo est Deus, qui se stultum confitetur ex animo: profectò qui tantã sibi arrogat rerum cognitionem, vt cæteros contemnens, dicat: *Vos nescitis quidquam*; longè à Deo abesse facit exploratũ. Id quod euentus rei demonstrauit, quando concilium insipiens dedisse, tota gente pereunte, notum factum est omnibus. Vbi tamen dicebat ipse: *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* Sic Deus nunquam cum illo fuit neque cum populo, pro quo zelare simulabat; quin illos abiiciens & deserens, in manus gentium tradidit illos, qui & locum eorum tollentes, & gentem omnia destruxerunt. Nos ergò, vt ne in idipsum incidamus iniquitatis exemplum, & ignorantiæ exterminium: hæc duo cauere discamus. Primum, est simulatio, qua aliud, quàm spectamus prætendimus. Secundum, est peruersitas, qua diuina referimus ad humana. Caïphas quippè, & ex consilio plurimi vel omnes forsan, inuidia tabescentes & odio contra Christum, vt illum de medio tollant, zelo salutis populi quasi velo, contegunt malam suam mentem. Qui prætextus tamen fuit etiam iniustus atq; peruersus, agens perperam, dum transgrediens legem putat hoc pacto à malis & periculis liberari.

Prou. 30. 1.
Diuisio.

2 In primo malo duo sibi omninò contraria vnà conueniunt, vt malũ ipsum simulationis constituatur, nempè zelus malus & zelus bonus; ardens videlicet cupiditas rei illicitæ, atque erga illam voluntas pro-

propensissima: hic est zelus malus. Præterea zelus legis custodiendæ, pronaque mens in illius obseruationem: hic est zelus bonus; Ductus his animus agitatur peccatoris, cuius à Deo mens recessit. Enititur in vetitum, totisque, vt ad illud aspiret, contendit viribus. Obstat diuina Lex, quæ vetat concupiscentiam malam: Obstat forma boni, quam oculis & suis & aliorum obiiciat. Obicem hunc vt amoueat, diuinam legem ad se conatur inflectere, vt suæ non contradicat cupiditati, de penu diuinæ pietatis sumit, quo illam condiat, emolliat, faciatque suis desideriis conniuentem. Eam sibi hoc pacto coaptatam prætexit operi suo, vt eius non dispiciatur improbitas, sed sibi cæterisque iustum videatur, & honestum. Audiamus Dominum de hoc conquerentem in Psal-

Psal. 49.16 mo: *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Vide prætextum legis, tu enarras iustitias meas, dum sibi cæterisq; persuadet, se zelum Dei habere. Vide opus iniquitatis: Tu verò odisti disciplinam, dum agit contra sermones Dei, quod fusius exponit subdens: *Si videbas furem, currebas cum eo; & cum adultero portionem tuam ponebas: Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Vides facultati insidiantem proximi, & gloriæ? Vides dolo & obtrectatione officientem fratri? Vbi puto Prophetam ad hoc consilium respexisse, quòd in fratrem suum filiumque eiusdem matris Synagogæ dolos concinnabat, & in concilio sedens aduersus illum loquebatur, simulans tamen zelum legis, quòd iustum videretur, minus bonum maximo posthaberi. Hoc est iustitias Domini enarrare, os assumere testamentum eius. Conticuit lex, dum permissa est præteriri; dum simulatio pertransiit sub specie veritatis; dum ad illam conclusionem ventum est: *Ab illo ergo die cogitauerunt illum interficere.* Tacet & Deus, dum non punit, vt impunitate videatur opus approbare iniquitatis, quasi sicut opus habet speciem pietatis, ita Deo sit placitum, & sit in hoc Deus similis homini peccatori; quod idem vtriq; placeat; & quod placet impio, placeat & Deo. Sed tandem audi Deum: *Hæc feci-sti, & tacui: Existimasti iniquè, quod ero tui similis? Arguam te, & statuam contra faciem tuã.* Loquitur Deus, & clamat, dum corripit iniquitatem, dum impios percellit, dum flagellis ostendit, quod non Deus volens iniquitatem ipse est. *Neque habitabit* (canit Psalmus) *iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos Odisti omnes qui operantur iniquitatem* Compesci videbatur à prætextu legis, à specie boni, atque propterea tacere. Ideò alius clamat Psalmus: *Deus, quis similis erit tibi? Ne taceas neque compescaris Deus, quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Sonant ipsi & tu taces? apertè peccant, & non audis clamorem eorum.*

Dolus iste, quo quis etiam seipsum decipit, vt dicat malum bonum, hac maxime ratione pessimum est, quòd boni apparentia aculeum obtundat conscientiæ, vt non pungat & non compungat, atque ita in eo perseueretur, tanquam in re licita, vbi & sensus fruitur cupito, & lex mentis modice sic repugnat, vt vlterius de pœnitudine nulla sit cogitatio. Illustrissimum huius rei habemus exemplum in eo, quod accidit in Tribu Dan. Ad tantam populus deuenerat cæcitatem, vt in colendis Idolis arbitrarentur se obsequium præstare Deo; sic Mater cuiusdam Michæ videns illum promptum ad faciendum sculptile atque conflatile, ex pecunia à matre illi commendata, dixit: *Benedictus Filius meus Domino.* Factoq; sibi Sacello Michas magna cum pietatis ac religionis specie fecit Ephod & Theraphim, id est vestem Sacerdotalem, & Idola (Idola ista puto fuisse imagines quasi Deorum inferiorum sculptili principali) & vnum ex filiis suis instituit Sacerdotem. Superueniente autem adolescente Leuita, eum sibi parentem constituit ac Sacerdotem. *Nunc scio* (dicens) *quod benefaciet mihi Deus, habenti Leuitici generis Sacerdotem.* Præterea Tribus

bus Dan, Deum hunc sculptilem sibi statuit in Ciuitate Dan, & Ionatham filium Gersam filii Moysi, & filios eius Sacerdotes in Tribu Dan vsque ad diem captiuitatis suæ. Vide ignorantiã, vt, quæ Deo maximè displicebant facientes, putarent Deũ idcircò habere propitium, quando & nepotes Moysi magni illius viri atq; sanctissimi, in Idolorum cultu Sacerdotio fungebantur. Propterea ab hac impietate nunquam recesserunt, donec populus captiuus abductus est. Nihil in toto orbe terrarum magis, aut etiam æque pernicioſum est ac noxiũ, atq; cæcitas ista est, qua male agentes benefacere arbitrantur homines. Hinc enim Idololatria, quæ tamdiu totum obsedit orbem, vt amplissima regna omnia, Romanumq; in primis Imperium pro magna putaret religione Deos habere, qui vere dæmonia sunt. Hinc hæreses habentes quidem (vt ait Apostolus) *speciem pietatu, virtutem autẽ eius abnegantes.* Hinc Iudæorum perfidia, quæ (vt inquit idem Paulus) æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam; dicentes: *Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus, hunc autem nescimus vnde sit. Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit.* Hinc inter fideles, hi qui de Dei misericordia præsumentes ambulant post peccata sua, quo nihil Deo displicentius. Hinc cõmunis hominum negligentia in perspiciendis mandatis Dei, in eius testimoniis exquirendis, in lege illius custodienda, cuius luce illuminati diuiderent lucem à tenebris, pretiosum à vili, & ab honestate turpitudinẽ. Maculosos ideò à sacrificiis suis arcebat Deus, variegatam vestem ex lana & lino contextam, & huiusmodi miscellanea, vt ne misceremus nos malum & bonum, sed vtrumque ab altero discretum distinctè cognosceremus. Hinc vniuersalis nimis hominum ignorantia, illorum quoque, qui amant veritatem aliquantisper, habentes in oculo si non trabem, festucam saltem; vnde nostra laudamus, aliena vituperamus, inuicem litigamus, nobis quasi iustis placentes, cæteris veluti à recto deuiantibus infesti, molesti, obloquentes.

1. Tim. 3 5.
Rom. 10. 2.
Ioan. 9. 28.
Ioan. 9. 16.
Leuit. 22. 19 & Deu. 17. 1.
Deut. 22. 11.

Hoc igitur sciamus, quòd modicum fermentum totam massam corrumpit, & vna vnius Achan transgressio totum contaminauit populum, dicente Scriptura: *Filii Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan tulit aliquid de anathemate. Iratusque est Dominus contra filios Israel.* Vnde factum est, vt in primo prælio, quod cum Chananæis commiserunt filii Israël, terga verterint, & corruerint, ex eis triginta sex homines, cuius damni referens causam Dominus dixit: *Peccauit Israel, nec poterit stare ante hostes suos, fugietque eos, quia pollutus est de anathemnte. Non ero vltrà vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est.* Hoc non tibi videtur Iacobi Apostoli sententiam confirmare: *Qui in vno offendit factus est omnium reus?* conteratur id, quo cætera polluuntur, purgemus omne pessimum. De Regibus multis in Iuda scribitur: *Fecit quod erat rectum coram Domino, veruntamen excelsa non abstulit.* Fuit primus Salomon, qui peccauit in hoc: scriptum est enim: *Dilexit Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui. Excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thimiama.* Huius rei fuit occasio, quòd templum adhuc non erat ædificatum. Vnde ibidem Scriptura: *Attamen populus immolabat in excelsis, non enim ædificatum erat templum nomini Domini, vsque in diem illum.* At quamobrem ædificato & dedicato templo, excelsa non abstulit? An forte iste igniculus fuit, & exordium quoddam tantorum sacrilegiorum, in quæ mulieres alienigenæ illum impulerunt. Ista nimirum fuit occasio peccandi etiam regibus successoribus suis. Sic de Asa filio Roboam, qui Asa multa fecit in honorem Dei, scriptum est: *Excelsa autem non abstulit.* Sic de Iosaphat filio Asa, qui Iosaphat fuit Deo gratus, scriptum est: *Fecit quod rectum erat in conspectu Domini: Veruntamen excelsa non abstulit. Adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis.* Sic de Ioas filio Oziæ. Sic de Amasia filio Ioas: *Fecitq; rectum coram Domino; veruntamen non vt Dauid pater*

4
2. Cor. 5. 6.
Ios. 7. 1.
11.
12.
Iac. 2 10.
3. Reg 15. 11. & 22. 43. & 4. Reg. 12. 2. & 14. 3.
3. Reg. 3. 3.
2.
3 Reg. 11. 1.
15. 14.
22. 49.
4 Reg. 12. 3 14. 4.

eius, excepto hoc, quod excelsa non abstulit. Sic & de aliis scriptum est. At de Ezechia
4.Reg.18.4 tandem dicitur: *Ipse dissipauit excelsa, &*
Eccl.49.5. *contriuit statuas.* Propterea Sapiens scriptum reliquit: *Præter Dauid & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt: nam reliquerunt legem Altissimi Reges Iuda.* O quam ab omnibus peccatis cauendum est. Vnum solum prouocat iram Dei. Non est propitius Deus peccatori, etiam
Ios.7.12. vnum dumtaxat peccatum habenti. *Non ero* (inquit) *vltrà vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est.*

5 O Caïphas, scelus est aliquid tollere de anathemate, & scelus non erit interficere innocentem? & scelus non erit illum interficere, qui *multa signa facit?* illum interficere, in quem omnes credituri sint? verum Iudęorum Regem? expectatum Messiam? Filium Altissimi? & scelus non erit tuum, qui in hoc barathrum eos impuleris, quos ignorantes vocas? Pro vno furti scelere rapit se Deus ab vniuerso populo, & testatur, quòd non poterit stare contra hostes suos; & tu tenes, & tu doces, quòd hoc maximo facinore liberabitur populus, *vt non tota gens pereat?* Sed de nobis sit sermo. Crimen vnum Deum expellit ab homine, etiamsi alioqui repletus videatur fructu iustitiæ. Crimen vnum totum hominem contaminat, quæ in illo sunt, immunda facit omnia. Sola capillorum præ-
Iudic.16. 20. cisio totum Sampsonem, qui erat fortissimus, reddidit imbecillem, Deo priuauit. *Surrexit* (inquit Scriptura) *nesciens, quòd recessisset ab eo Dominus.* Et tu nescis à te Dominum recessisse, quia peccasti, quia rem, qua Deo eras consecratus, perdidisti, gratiam capitis, ornamenta gratiæ, animæ pulchritudinem, quam tibi gratia Dei conferebat. Mulier Dalila, concupiscen-
Exo.20.17 tia mala, quam lex prohibet, dicens: *Non concupisces:* ipsa tibi decorem sustulit, quem in te Deus concupiuit, & propterea sine Deo es in hoc mundo. Audisti: *Non*
Ios.7.12. *ero vltra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est:* Ergò & hoc crimen abiice à te, vt sit tecum Deus. Sanctum erat Sanctuarium Domini, sancta omnis eius supellex, quæ erat plenitudo Sanctorum, & expiabatur tamen per singulos annos à sordibus, quas contrahebat Leuit.16. 20.
habitans in medio sordium filiorũ Israël. Et tu, quoniam aliqua bona opera inuenta sunt in te, audes cum maculis peccatorum Deo appropinquare? Audi Legem: *Non* Deut.7.1.
immolabis Domino Deo tuo ouem & bouem, in quo est macula, aut quippiam vitii, quia abominatio est Domino Deo tuo. Sola macula, quippiam vitii, totam reddit hostiam Deo abominabilem. Ne itaque glorieris in bonis operibus, si qua macula, vel vna sit in te. Non loquor de leuibus quotidianisque peccatis, quæ sunt sordes in pedibus: nam etiam cum his homo est mundus totus, & non indiget nisi vt pedes lauet. *Volo* Ioan.13.10
vos sine crimine esse. Hoc est venenum, quod tametsi modicum sit, corpus grande totum inficit, & interficit; nec membrorum integritas, nec humorum æqualitas, nec totius hominis ipsius perfecta sanitas obstat, quo minus totum hominem reddat exanimem. O quanta est vnius iniquitatis malitia!

Quid ergò erit, si malum ipsum, 6
quòd verè peccatum est, velo bonitatis atque virtutis ornatum proferatur? Num illud operimentum tollet ab oculis Dei latentem turpitudinem? discretor est ocu- Heb.4.12.
lus Domini intentionum cordis, atque Prou.16.2.
cogitationum. Spirituum est ponderator, omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Homines, qui vident ea, quæ patent, specie possunt decipi pietatis. Tu ipse tibi ignotus esse potes. Verùm aliorum de- Heb.4.13.
ceptio, tui ipsius ignorantiæ, quid confert emolumenti? Num tollit peccata immundi? & non potius apponit iniquitatem super iniquitatem? quod velatur, iniquitas est; quod velat, iniquitas est. Ergò iniquitas apposita est super iniquitatem, quam si deceptio etiam consequatur, peccata multiplicantur. Si propter hoc velamen positum super cor tuum non vides temetipsum, hoc tibi erit impedimento, ne exeas de peccato tuo; quia illud ignorans non execraris, non repellis à te. Et de te non vera est illa sententia adiecta parabolis Salomonis: *Generatio,* Prou.30.12.
quæ sibi munda videtur, & tamen non est

lota

lota à sordibus. Et similis fias Iudæis & cõsultoribus his, qui suam malitiam contegere studuerunt publicæ communisque salutis apparente zelo. De quibus videtur ista sententia prophetice prænuntiata. Nã quæ hic dicuntur, visionis nomine prænotãtur. *Visio,* inquit, *quam locutus est vir,* Isa.30.1.
cum quo est Deus; vt propterea isti sint ge-
11. neratio, de qua ibidem dicitur: *Generatio, qua Patri suo maledicit, & qua matri suã*
13. *non benedicit. Generatio, cuius excelsi sunt*
14. *oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de* Mat.10.23 *terra, & pauperes ex hominibus.* An non isti Christo maledixerunt, quem Belzebub vocauerunt, qui tamen & pater illorum e-
Mat.23.6. rat & mater? An non eorum manifesta superbia, quando amabant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, & omnia opera sua faciebant, vt honorificarentur ab hominibus. At quid nunc aduersus Dominum faciunt, illos pro dentibus gladios habere facit manifestum, quibus deuorauerunt pauperem, non in abscondito, sed coram Deo & omni populo. Vt peccatum, quod abscondere voluerunt sub specie boni, iam toti mundo factum sit manifestissimum. Ergo quam periculosum est, quam damnosum peccata abscondere, prætexere in sceleribus sanctitatem, in immiti facinore pietatem, doceat hoc nos Iudæorum ruina, extremumque exterminium.

7 Doctrinam potius veritatis audiamus:
Pro.10.18. *Abscondunt odium labia mendacia; qui profert contumeliam, insipiens est.* Cor mũdandum est, quoniam siue contegas, siue proferas illius obliquitatem, totũ malum est; mendax es, si abscondis; insipiens, si profers. Tu, tu vide peccatum tuum: tu discerne causam tuam: tu vide quid feceris; tũ quid cogites. Si tu non videas, videbit omnis oculus. Quod non aspicis, non despicies; si non despexeris tu, despectui eris
Psal.52.6. & hominibus, & ipsi Deo. *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent. Confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos.* An non tu de hominibus es, quibus placere studes? confunderis miser, erubesces, cum reuelata fuerit iniquitas tua; cũ à creatore pandetur omne malum, & manifesta erunt abscondita cordis nostri; tũc paries filios, quos in occulto concepisti. Audi Prophetam: *Colligata est iniquitas E-* Osea 13 12.
phraim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei. O quis dolori! 13.
cum patefient, quæ nunc abscondite fiunt. In dolore paries, quod in dolo concipis; quod dolose abscondis, dolorose manifestabis. Vide Ephraim transmigrantem. Vide Iudæum captiuatum, qui absconditmendaciter odium aduersus Christũ Dominum. Vide totum orbem terrarum indignantem contra Iudæos, & illorum tam crudele facinus detestantem. An non nunc dolores parturientis veniunt ei? O Christiani. Non ita erit inter vos. Sed quicunq; cõmiserit delictum, confiteatur illud sibi, fateatur in corde suo se male egisse, & non declinet os suum ad excusandas excusationes in peccatis. Confiteatur & exterius, vt ab Euangelica lege præscriptũ est. Scriptum est enim: *Qui abscondit scelera sua,* Pro.28.13.
non dirigetur. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

SECVNDA PARS.

TOTA hominum omnium peruersitas 8
est, vti fruendis, & frui vtendis, quando videlicet quæ diuina sunt ad cõmoda temporalia peruerse diriguntur; & quę humana sunt, diuinis rebus anteponuntur. Quod facinus sacrilegum fuit, ignoranter & inique consulentium Iudæorum. Iam fatentur de Christo: *Hic homo multa signa facit,* vt negare non possint, quod Deus erat cum illo, & res ipsa diuina esset, in qua Deus visitauerit plebem suam. Et adiiciũt tamen: *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrũ locum, & gentem.* Vbi duo contra se scelera manifestant: *Homo iste multa signa facit:* adeo si non impediatur, sint omnes in illum credituri. Quid diuinum est ergo, à Deo missum ad salutẽ populi sui, quam, si credat in eum, consequatur? hoc sequitur: *Si dimittimus eum sic.* Vos ergo in rem diuinã

manum mittere cogitatis? opus Dei, quod est in illum credere, attente meditamini,
Leu.22.3. vt illud auertatis; si quis immundus sancta vel tangere ausus fuisset, peribat anima eius de populo suo: propterea tot præcepta data sunt de purificatione. Quin, sancta quædam erãt de Sanctuario interiori, quæ neque mundi tangere poterant, neque etiã Leuitæ, ipsius quoque prima classis, nempe familiæ Caath: quæ quidem portare iubebantur, sed inuoluta adeo, vt nõ prorsus ab eis tangerentur, alioqui morieban-
Num.4.11. tur. *Intrabunt* (inquit) *filij Caath, vt portent inuoluta, & non tangant vasa Sanctuarij, ne moriantur.* Ecce autem isti immundi omnes in Sanctum Sanctorum audent manus iniicere, vt non tangant solum, sed vt destruant, de medio tollant, non dimittant: sic fidei populorum aditum intercludant, claudant regnum cœlorum ante homines, vt illos prohiberent, qui in illud intrare voluissent. Hoc primum scelus. Alterum est, quod cœlestia temporalibus commodis enituntur accommodare. Cum è contrario temporalia debeant æternis deseruire.

9 Sapiens ille, qui rogat: *Mendicitatem, &*
Pro.30.8. *diuitias ne dederis mihi, sed tribue tantum victui meo necessaria; ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.* Aperte demonstrat, quo referenda sint temporalia ista. Victui necessaria petit: ergo ad vitam ista suppeditantur, vt per ea vita nobis concedatur. Ipsa vero vita quid spectat? dum timet ne horum occasione Deum offendat, vel negans in copia illius Maiestatem, vel polluens nomen eius propter inopiam; an non perspicuum facit totam vitam nostram ad Deum esse referendam? Hic finis est eorum, quæ creauit Altissimus; ad eum, qui super omnes est, inferiora omnia transferenda sunt: Ad illum, vnde excurrerant, recurrant. Vt viuas tu, vt tecum frater tuus viuat, vt pacificus sit & iucundus coniunctus vester, ista traduntur. Derogat mendicitas vitæ tuæ, subtrahens necessaria, abigatur illa, vt viuamus. Forte ad furtũ impellit, quod pacem tollit, & vitę tranquillitatem; absit itaq; mendicitas, vt quietam & tranquillam vitam agamus. Verũ vt mendacitas furtum creat, sic furatio periuriũ, quod est contra Deũ. Ergo & victus & conuictus diuinum honorem spectãt. Nil minus abundantia, quę ideo ablegatur, ne quis in de elatus rerum omnium Dominum non cognoscat, non confiteatur, non laudet. Magna ergo peruersitas est, his abuti, vt non Deus per illa sanctificetur & honoretur, vt merito etiam diuitiæ contemnendæ sint, ne nostram a Deo abstrahant mentem.

Hoc vt doceret Deus, primam ciuitatem, quam in terra promissionis cepit po- 10
Ios.6.17. polus, nempe Iericho, subdidit anathemati; omnia videlicet illius bona Deo consecrans, vt ne quis quidquam eorum raperet ad vsus proprios. Vnde consumptibilia iussit omnia prorsus destrui. Aurum vero, & 19
argentum, vasa ænea & ferrea Domino cõsecrari, repositа in thesauris eius. Achan Ios.7.1. ergo, qui aliquid inde furatus est, peruerse conuertit, quæ Deo debebantur, & vsum propriũ, propterea Dei iussu exterminatus 24.
est. Sic Deus ostendit omnẽ terram illam suam esse, in sui obsequiũ destinatam. Qui alio illius bona detorqueret, exterminio lilũ esse dignũ. *Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarũ, & vniuersi, qui habi-* Psal.23.
tant in eo. Furatur ista Domino, qui non illa assumit in gloriam Dei, dignus qui cõburatur, & ad nihilum redigatur.

Si hęc nobis Deo contempto, applican- 11
tes grauiter offendimus, quid de illis dicẽdum est, quæ proprie diuina sunt? Tria de diuinis rebus lex dedit præcepta, sicut tria sunt potissimum diuina. Primum est ipsa Diuinitas, qua Deus Deus est. Secundum est nomẽ eius. Tertium est creatum quid, sed Domino consecratum, cuiusmodi est dies septima, per quam reliqua omnia intelliguntur, quæ sibi Deus singulariter sanctificauit; nam per tempus temporalia designantur. In his trib. decernendis addidit Deus prohibitionem, ne ista à Deo auferentur. Declarata Diuinitate mox addit: *Non habebis Deos alienos coram me.* Ex pri- Exod.20.3
mo præcepto, quo dicitur; *Ego sum Dominus Deus tuus*, satis patet, quod sanctum

sit no-

sit nomen eius, & ideò venerandum, & metuendum: propterea adjicit prohibitionem. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Vbi aduerte quod vbi dixerat prius: *Ego sum Dominus Deus tuus*: nunc dicit: *nomen Domini Dei tui*: vt intelligas ex primo præcepto pendere secundum, nempè quòd nomen Dei sit pura mente colendum. In tertio deniq; ait: *Memento, vt diem Sabbati sanctifices.* In primis duobus non fuit opus rationem reddere, veritate per se clara atque perspecta, quòd Deus sit, & quòd nomen illius sit reuerendum: sed quòd die ista sabbati esset sanctificanda, non erat ex sui natura manifestum, propterea rationem subiicit: *Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt; & requieuit in die septimo; idcirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit eum.* Creatis omnibus requieuit Deus, & primum tempus post creata omnia sibi separauit & sanctificauit, vt sic nos instrueret, omnia quidem esse sua, quorum omnium ipse creator est. Ea tamen donauit nobis, dicens de homine: *Præsit omnibus.* Verùntamen vt sciremus, ea non nisi ex Dei gratia & liberalitate esse nostra; partem aliquã sibi retinuit, nempè temporis partè septimam; in qua sic requieuit, vt nihil illius vellet nostrum, quasi nihil operans. Immotus enim in se permanens, quietem sibi dedicauit; mobilibus nobis mobilia condonauit; propterea quod operatur, nobis tribuit; quod quiescit sibi; cuius quietis tamen nos quoq; vult esse participes, vt declarat Apostolus. Ad quod significandum iubet, vt in sabbato quiescamus. *Sex diebus* (inquit) *operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die, sabbatum Domini Dei tui est: Non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, seruus tuus, & ancilla tua, iumentũ tuum & aduena qui est intra portas tuas.* Dicens: *Sex diebus facies omnia opera tua*; innuit manifestè, nihil in sabbato nobis esse faciendũ, quod sit opus nostrũ, nempè in commodũ & vtilitatem nostram; quoniam tempus illud est Dei, & non aliud præter Dei opus in eo esse faciendum. Quo nihilominus docemur, per opera nostra venturos nos tandem ad requiem æternã, operibus ipsis nostris iam perfectis. Patet ergò id, q̃ sibi ipsi reseruauit, illi soli concedendum: & propterea vetuit, vt dictum est, vt in eo nõ faceremus opera nostra. Ergò videmus, quòd in tribus omnibus his præceptis singulariter animaduersum est, vt quę diuina sunt, non aliò transferamus, sed quæ Dei sunt, Deo ipsi reddamus.

Genes. 1. 26.
Hebr. 4. 3.
Exod. 20. 9. 10.

Quanta ergò iniquitas, quantoq; supplicio digna, diuina nobis rapere, diuina violare, diuina ipsa ad nostram vtilitatem retorquere? Hoc Caiphas cogitauit, hoc proposuit, hoc tàm peruersum facinus iniquè decreuit atque sacrilegè, qui Deum ipsum, quem saluatorem omnium nescius confitetur, etiam ad mortẽ adiudicat propter temporale emolumẽtum, *nè tota gens pereat*, pereat temporaliter, vt ipse intendit. Vt hanc tantam compesceret Deus iniquissimam temeritatem, postquã in primo præcepto vetuit, ne Diuinitatem, quę solius eius est, alienis darent, sibi Deos, qui non sunt Dij, fabricantes, eosq̃ colentes, damnationis subiecit sententiam ijs, qui ausum tàm sacrilegum subiissent, dicens: *Non adorabis ea, neque coles. Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationẽ, eorum, qui oderunt me; & faciens misericordiã in millia iis, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.* Cõiunge illa duo, fortitudinem & zelum, & poteris coniicere, quàm ab homine sit cauendum, nè diuina à Deo ad alios transferantur. Fortis & zelotes; fortis, vt possit; zelotes, vt velit: hoc ardenter, illud vehementer. O infelix synagoga, iam sentis experimento, *quàm fortis sit Deus, quàm zelotes, qui te in omnem ventum ventilauit, & in cauda posuit: vt ab omnibus posthabearis, & conculceris*: & non patrum solummodò, sed tui ipsius luis peccatorũ pœnas, quæ odio habes illum, qui te dilexit vsque ad mortem.

12. Exod. 20. 5.
Deut. 28. 13.

Addidit & secundo præcepto transgressionis pœnam, dicens: *Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustrà.* O vos omnes

13. Exod. 20. 7.

qui transitis per viam istam latam, quæ ducit ad perditionem, diuinis abutentes, audite præcipientẽ, timete cõminantem, coram illo, qui fortis est & zelotes, contremiscite. Dicebat olim populo suo: *Ite*
Ierem.7.12 *ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio, & videte, quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.* Ite, ite & vos in vineam istam, de qua per alium Prophetam facit comminationes,
Isa. 5. 5. quæ nunc impletæ sunt. *Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ; auferam sepem eius, & erit in conculcationem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem: & ponam eam desertam: nõ putabitur*
6. *& non fodietur, & ascendent vepres & spinæ; & nubibus mandabo, ne pluant super eã imbrem.* In direptione dispersio, in conculcatione captiuitas. Deserta à Deo, sine Prophetis, qui putent & fodiant: spinis errorum & opprobriorum repleta; neque de cœlo influxus gratię illi datur; malè habetur ab hominibus, & à Deo. Ite, ite in Silo, vbi primum locata fuit Arca; Ite ad templum Salomonis; ite ad populum illũ antiquum, & videte furorem Domini cõtra illum. Discite iustitiam Dei, & audite:
Ierẽ.7.14. *Faciam domui huic, in qua inuocatum est nomen meum, sicut feci Silo Et proijciam vos à facie mea, sicut proieci fratres vestros.* Domum illã fabrefactam, figurã nostrã fuisse, planum est; nõ pepercit illi, non parcet & nobis. Quod illis dicit, nobis dicit.

14. Heu cur non audimus? Quot Christianorum regiones datę sunt in direptionem; misera gens fidelium, quoniam ab infidelibus conculcatur; deserta à Domino, quẽ deseruit ipsa prima. Vbi nullum habet cultorem, qui putet, qui fodiat, qui doceat, qui corrigat, qui à peccatis illam auertat; neq; de cœlis à Deo visitatur, subtracto sicut exteriori subsidio, ità interiori auxilio. Et qui inter fideles viuunt infideliter, sicut & gentes, quæ ignorant Deum, illius quid amplius est? quæ illorum vtilitas? Illis non desunt exteriora ista salutis cõmoda, degentes in plenitudine Sanctorum. At diuina contemnentes, Verbum Dei, Sacramenta, Ecclesiæ directionem, quid illis prosunt omnia hæc? *Propterea amplius accipient iudicium.* Et viri Niniuitæ, & Mat.12.41
populus Iudæorum, surgẽt in iudicio cum generatione ista, quæ Deum habet in medio sui protectorem, adiutorẽ, saluatorẽ, Iob.22.17.
& dicit illi, recede à nobis, scientiam viarũ tuarum nolumus. Rachab, quia saluauit Ios.6.21.
exploratores, de ruina Iericho liberata est cum omnibus suis, & fuit in honore apud Ios.2.18.
populum. Et tu Christiane, quem te erga Christum saluatorem tuum exhibes? Est funiculus coccineus in fenestras, per quẽ saluati sumus, vt nos saluantẽ saluemus, honoremus, apud nos habeamus. O passio, verè funiculus, quo Christum inimici eius tenuerunt & ligauerunt, funiculus rubeus, coccineus: traditus est enim ad mortem; mortẽ autem crucis. Hoc signũ salutis nostræ. In hoc videmus, quã Christo teneamur. Posuit ipse signum, exiuit Matth.27.28.
portans coccineum vestimentum. Clamatum est à Pilato: *Ecce homo.* Positus in si- Ioan.19.6.
gnũ, cui contradictum est. Quis nostrum Cant.8.6.
ponit hoc signaculũ super cor suum? quis aspicit serpẽtem in ligno; Quis videt Do- Num.21.8.
minum super hoc solium excelsum & eleuatum? Quis interrogat? Quid sunt plagæ Zach.13.6.
istæ in medio manuum tuarũ? Quid clamas: *Pater, in manus tuas commendo spiri-* Luc.23.46
tum meum? Iustus perit, & nemo recogitat. Isa.57.1.
Christus vadit, & nemo interrogat? Do- Ioh.16.5.
mine quò vadis? O Passio Domini, non iam patẽs, sed abscõdita ab oculis omniũ. Non est qui contempletur eã ex omnibus charis eius, quia nemo charus, nemo charissimus. Omnes videntes me dereliquerunt me; & relictus sum ego solus, sicut agnus in medio luporum. Si non diuinum quid Passio est, quæ res erit vltrà diuina? Sabbatũ Domini est, vt quiesceret; in cru- Exod.20.
ce clauis confixus est, cessauit ab omni ō- 10.
pere suo clauatis manibus; hucusq; venit, vltrà non processit pedibus in cruce confixis. Benedixit huic diei, sanctificauit illũ, diem suum voluit esse, de quo dixerat: Mat.26.18.
Tempus meum propè est. Heu sanctificate diem sabbati istum: opus nõ faciatis in eo. Vacate, vacate, & videte: gustate, & videte: *Respicite, & leuate capita vestra, quoniã* Luc.25.28.
appropinquat redemptio vestra Propè est salus vestra. Sic habete rem hanc diuinam:

Sic

Ios.6.21. Sic habete Redemptorem vestrum. Cur
Matt.1.5. saluata Rahab? quia ex illa erat Dominus
Iesus Christus nasciturus. Nõ saluabimus
ergò nos Dominum ipsum saluatorem?
Sed trademus in manus peccatorum; Sed
frustrà effundemus sanguinem eius? sed
inutiẽ reddemus nobis sanctam suã pas-
sionem; sed crux, sed signum filij hominis
erit nobis, cui contradicamus? Crucẽ fu-
gientes: crucem abhorrentes? Non sic, nõ
Psal.94.6. sic. Sed *venite adoremus, & procidamus
antè eũ, ploremus coram Domino*, quia ipse
Redemptor noster, ipse frater, ipse Pater
noster, qui mortuus est pro nobis, vt nos
salui simus, salutemq; consequamur æter-
nam. Quam nobis ipse concedat, qui il-
lam operatus est.

MORALE.

15. CEdis ô bone Iesu, ab ijs tu te subtra-
his, qui te cogitauerũt interficere, vt
Ioh.11.54. sciat omnis, quoniam nulla te latet cogi-
tatio. Iam non in palam ambulabas apud
Iudæos, vt qui scires illos tuam mortem
meditantes Dic amabo mi Domine Iesu,
an vt occasionem illis subtraheres frustrà
malignandi, ampliusq; sine passionis tuæ
effectu peccandi? Duo tibi à patre tuo ius-
Ioh.15.22. sa fuerunt, vt verbo doceres, morte salua-
res: venisti, docuisti: quòd si non fecisses,
peccatum non haberent perfidiæ suæ; non
credentes, sed irridentes, sed contradicen-
tes. Post aduentum & prædicationem, re-
cessisti longè, abiens in regionem longin-
Thren.1.8. quam, per portas mortis. Peccatum pec-
cauit Ierusalem, quæ occidit Prophetam,
qui ad se missus fuerat, quia non capiebat
Prophetam mori extra Ierusalem. Ipsi sibi
Luc.13.33. exitio fuerunt, repellentes doctrinã, & do-
ctorem interficientes; & in hoc tamen illis
prospexit: Nam videns cogitationes eo-
rum, abscondit se, nè videntes amplius ex-
ardescerent, in vanumque contenderent,
neci dare illum, quandiù nõ venisset tem-
pus eius. Hæc est vna ratio cedendi aduer-
sarijs, ne si non adsit ista cessio, fiat acces-
sio malignitatis in aduersantibus. Aggra-
Exod.8.15. uauit Pharao cor suum resistente Deo co-
natibus suis, qui sustinuit in multa patien-
tia vasa iræ apta in interitum. Sed hoe vt Rom.9.23.
ostenderet potentiã suam, & diuitias glo-
riæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præpa-
rauit in gloriam. Quæ Pharaoni fuit occa-
sio peccandi, mundo salutem attulit, notã
faciens Omnipotentis virtutẽ, qui potest
in se confidentibus præsto esse liberans, &
sibi resistentes deponere de sede atque
disperdere. Christus autem, qui cum Pha-
raone vsus fuerat potentia, cum his, qui
nihil minus erant duro corde, patientia v-
sus est, vt esset quidem salus sua, vsque ad Isa.49.6.
extremum terræ, hos autẽ pereuntes gra-
tuitò non impelleret in infernum. Vbi o-
portuit & panem Euangelij frangere sua
prædicatione, & virtutẽ diaboli infringere
sua passione, non debuit ab his abstinere,
quòd Iudæis essent in ruinam. Quod ta- 16.
men ità præstitit, vt nullam frustrà illis da-
ret peccandi occasionem. Propterea itaq;
dicit Ioannes: *Ab illa ergò die cogitauerunt* Ioh.11.54.
vt interficerent eum. Iesus autẽ non in palã
ambulat apud Iudæos, sed abiit in regionẽ
iuxta desertum, in ciuitatem quæ vocatur
Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis
suis. Vbi & locus, & tempus, & societas
innuitur. Locus remotus est aptus fugæ;
tempus ad mensuram, dùm tempus veni-
ret, cum ille se traditurus esset in manus
peccatorum, propterea subdit immediatè
post hoc Euangelista: *Proximum erat Pa-* 15.
scha Iudæorum, in quo postmodum ascen-
dit Ierosolymam magna cum celebritate,
vt sic cederet ad tempus, non quasi timẽs,
sed tempus expectans opportunum &
præotdinatum.

Erant autem cum illo & discipuli eius, 17.
vt discerẽt, tempus esse custodiendi, & tẽ- Eccl.3.6.
pus abiiciendi; tempus tacendi, & tempus
loquendi; tempus belli, & tempus pacis.
Ergò nos, qui discipuli sumus, discamus
non resistere malo, vt malum destrua-
mus, quin magis impediamus. Doctrina
ꝓfectò Christianis admodum necessaria,
qui perindè quærunt quæ sua sunt, atq; si
sui essent ipsi. *Tuus sum ego, saluum me fac:*
dicebat illi huiusce cognitor veritatis. Si Psal.118.
meus essem, meã ipse salutem quærerem; 94.
Omnes enim quęrũt quę sua sunt: sed tuus Phil.2.21.
cum

cum sim, rei tuę tamquam seruus tuus debeo quærere incolumitatem : Quod vt præstem, duo mihi necessaria sunt, alterũ pro salute rei tuæ laborare : ideò iustificationes tuas exquisiui ; alterum est rogare te, vt rei tuæ curam geras, ideò saluum me fac, quoniam tuus sum. Quod meum est exhibeo, tuas exquirens iustificationes; & tu ergò quod tuum est, præstare digneris, saluum me faciens. Ergò saluum me fac, quia iustificationes tuas exquisiui. Hoc Christianorum est, qui sui non sunt, qui empti sunt, qui lucro Domini sui debent intendere

18. Sed heù ista est generatio, quæ pro den-
Prou. 30. 14. tibus habet gladios, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. An fortè iniquitas ista abscondita est, aut fit in occul-
Isa. 3. 9. to? *Peccatum suum sicut Sodoma prædica-*
Gen 6. 13. *uerunt : repleta est terra iniquitate à fa-*
Osea 4. 2. *ciè eorum.* Et sanguis sanguinem tetigit. &
Psal. 105. 38. *infecta est terra sanguinibus, & contaminata est ab operibus manuum eorum.* Sedent
Psal. 9. 8. quidem *in insidiis cum diuitibus in occultis*, sed non vt operiatur sicut ab adipe iniquitas eorum, verum vt facilius illam perficerent, vt interficiant inopem innocen-
9. tẽ. *Insidiantur in abscondito, quasi leo spe-*
Gen. 10. 9. *lunca sua, vt pauperẽ rapiant* Quasi Nem-
Gen 4. 8. rod robustus venator corã Domino Cœptũ est ab origine mundi, quãdò robustus frater imbecillum occidit fratrem. Renouatum est in mundi reparatione, vbi erectum est solium tyrannorum à Nemrod. Passus est populus Dei in sua origine à crudeli Pharaone, sed neque populus ipse ab hac fuit immunis crudelitate. Propterea de Regibus Ierusalem dicebat Ezechiel,
Ezec. 19. 2 loquens de synagoga : *Quare mater tua leæna inter leones cubauit in medio leunculorum suorum, & eduxit vnum de leunculis suis, & leo factus est, didicitq; capere prædam, hominemq; comedere ?* Rursus de
5. alio Rege : *Tulitq; vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. Qui incedebat inter leones. Et factus est leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere, & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius.* Et quis finis eorũ? Nonnè tyrannis crudelissima, qua contra pauperem Christum insurrexerunt? sed nunquid desiit crudelitas cũ populo illo crudeli? Regnat & apud nos impietas ista, & Prou. 32. 14.
inter nos est generatio ista, quæ pro dentibus habet gladios, quæ commandit molaribus suis. Iam tyrannos passa est Ecclesia, ventis persecutionũ exagitata, sed deficientibus exteris vexantibus, insurrexerunt filij eius contra eam. Et prętereo principes hæreticos, de nobis Catholicis sermo meus est; de his qui accedunt ad mensam Domini, dolebat Paulus defectũ cha- 1. Cor. 11. 21
ritatis in eis: quandò alius esuriebat: alius ebrius erat. Sed quid? qui rapiunt bona pupillorum ac viduarum; qui pauperẽ deuorant; qui inferiores conculcãt? qui æquales æmulantur, & vrgent? Sic docemur ab iniurijs proximorũ abstinere, vt dicit sapiens: *Nec accuses seruum ad dominum suũ,* Prou. 30. 10.
ne fortè maledicat tibi & corruas. Nouissimo virorum seruo, nescio quàm minor offensa eidem valeat inferri, quam illum accusari ad dominum suũ, illi reuelans eius malefacta. Ergò per hoc docemur a minimis quoq; proximi offensis abstinere ; & adjiciẽs: *Ne fortè maledicat tibi, & corruas:* ostendit Deum vltorem etiam minimarũ iniuriarum se constituisse, quandò ad maledictionem serui offensi, qui alia, præter linguã arma non habet ad se tuendũ: Deus ipse offendentem exturbat. Quid putas, q; Deut. 22. 6
nolebat Deus reperientẽ nidum, vbi mater pullis suis incubebat, matrẽ ipsam tollere cũ pullis suis? non ẽt pullos iubebat dimittere, ne durior quàm par esset, lex videretur. *matrem dimitte;* quæ alios sit paritura, cui iam incumbit officio, à minimis quoque iniuriis est abstinendum. Capram videris offendere, si filium illius coquas in Deu. 14. 21
lacte eius, define ab hac offensione. Sed nunquid de brutis cura Deo? quales nos erga pauperes, ac debiles gerere debeamus, legibus istis instruimur.

Christus videns ciuitatem, vbi erat cru- 19.
cifigendus; fleuit super eam; dolens, quòd Luc. 19. 41
ab ea peccatum hoc grande arcere nõ posset, quo illum egit in crucem, quòd impletura esset mensurã patrum suorũ, Sanctum sancto-

sanctorum occidendo, vt fieret purgatio omnium delictorum. Et consequenter doluit, quòd propterea prosternenda ac destruenda esset. Doluit quòd mala ista esset passura, sed in primis doluit ac fleuit, quòd ipse malorum illius aliqua esset occasio. Et ob id quando Patris obedientia, & nostra vtilitas concedebat, cedebat persequentibus, in loca deserta secedebat. Ita Luc. 23. 34. in cruce pendens pro suis crucifixoribus exorauit, vt oratione occasionē compensaret, quam habuerunt illum interficiendi. Ità nos docens, quàm solicitè proximorum salutem cauere debeamus.

20. Videautem si benedictio, quam dedit Moyses Iudæ, in hac Christi oratione sit Deut. 33. 7. impleta. *Hæc* (inquit) *est Iudæ benedictio: Audi vocem Iudæ, & ad populum suũ introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.* Verè benedictio, qua in illo benedictę sunt omnes nationes terræ. Quandò Moyses Exod. 32. 10. pro populo deprecabatur Dominum indignatum, & volentem illum prorsus delere, tùm Deus Moysi promisit facturum illum Principem super gentem magnam; id quod nunc impletum est, quandò Ecclesia Christi, gens magna, Moysen veneratur, plus multò quàm synagoga. Ergò Dominus Iesus, tunc factus est Princeps & Saluator omnium, quandò pro populo illo orauit, quem erat Deus deleturus. Moyses ergò, qui se figurā Christi gestare prænouerat, conuenit cum illo orante pro Deut 33. 7. populo, rogans: *Audi Domine vocem Iudæ.* Tanta eius charitas, qua pro suis interfectoribus rogat, meretur, quòd illi tribuatur populus maior, excellētior, perfectior. Et propterea ad populum suum introduc eum, quod si opus sit labore, atq; virtute, manus Domini (conuertit sermonem ad nos) pugnabunt pro eis, & adiutor illius erit contra aduersarios eius. Vide originē singularē principatus Christi super omnē Psal 2. 8. terram: qui postulauit à Patre, & dedit illi gentes hæreditatem suam, & possessionem suam terminos terræ. Non poterat Christus quemquā offendere, qui est Saluator omnium: occasionem illam ruinarum populi sui, sua oratione deprecatus est apud Patrem. Indè nos orti sumus, indè facti discipuli Christi, membra Christi. Ergò qui verè possumus offendere, caueamus offensam. Bonum quæramus proximorum; simus Ioseph imitatores, qui datus est in salutem multorum populorum: sed Christi in primis, qui saluos facit omnes sperantes in se. *Exod 50. 20.* *Psal. 16. 7.*

FERIA IV. DOMINICÆ IN RAMIS PALMARVM.

CONCIO PRIMA.

Cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit Discipulis suis: Scitis, &c. *Matth. 26. 1.*

ARGVMENTVM.

Ostenditur congruentia temporum, in quibus Christus voluit pati, occasione verborum illorum, Post biduum Pascha fiet. *Inquiruntur causæ, cur non citius, cur in Paschate, & cur à nemine tempus istud sciri voluerit. In secunda parte, quomodo voluntas Dei æterna voluerit hanc Passionem, & quomodo inuidia Iudæorum ad hoc deseruierit.*

VTINAM sit nobis cor illud sapiens, & auris prudens, de quibus Salomon in Prouerbio dixit: *Cor prudens possidebit scientiam, & auris sapientium, quærit doctrinam.* Cum tanta nobis offeratur occasio veræ sapientiæ, quæ de cœlo descendit, vt nos doceret viā prudentiæ, de qua nunc audimus. *Cum cōsummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis quia biduum Pascha fiet.* Quo declaratur, Dominum Iesum vitam cum doctrina, doctrinamque cum 1. *Prou. 18. 15.*

vita finisse. Adeò quod ideò viueret, vt doceret; viueretq; propterea, dum doceret; & quod ideò moreretur, vt doctrinam confirmaret. Quanti ergò nobis facienda est doctrina ista cœlestis, quæ vita & morte Filij Dei mundo est euulgata? Moyses dùm cum populo fuit, semper illum instruxit: at moriturus, legem repetiit, & confirmauit: nunquam desinens hortari populum, vt audiret vocem Domini Dei sui. At Christus, ne dùm viuens & moriens legem suam nobis inculcauit; sed ipsâ morte eandem stabiliuit. Quod nunc demonstrare intendentes.

2. Consideremus, quod lectio ista tria continet, finem Euangelicæ prædicationis, manifestam passionis Dominicæ prædictionem; & eiusdem passionis immediatam præparationem. Primum ibi: *Cum consummasset Iesus sermones hos omnes.* Secundum ibi: *dixit discipulis Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur.* Tertium ibi: *Tunc congregati sunt omnes Principes sacerdotum.* Ad primum. Sermones, quos Dominus tunc habuit & consummauit, fuerunt de vltimo ipsius aduentu, & sæculi consummatione; nam in illis respondit
Mat. 24.3. discipulorum interrogationi: *Dic nobis, quandò hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi?* Conclusio autem Euangelicæ prædicationis facta est in prædictione iudicij, vbi omnia quæ declantur facienda, concluduntur; & propterea à Prophetis prædictus est Christus in primis iudicium Gentibus nunciaturus.
Isa. 42.1. Hinc in Isaia Pater; *Dedi super eum spiritũ*
3. *meum, iudicium Gentibus proferet: In veritate educet iudicium.* Vt per iudicium, quod est vltima conclusio Euangelij, totum Euangelium intelligatur.

3 Consummatio ergò sermonum, quos habuit, Euangelij est consummatio. Intendit ergò Euangelista monstrare, quomodò Christus cum Euangelica prædicatione passionem conjunxit, & opus consummauit, quod dederat illi Pater vt face-
Ioh 27.4. ret. Si enim mutuò hæc duo respiciunt: nam Passio legem confirmat: lex verò docet passionis virtutem, & efficacicatem. Hic ergò intenditur legis confirmatio per crucem. Etenim testamentum vetus sanguine dedicatum est, vt noui & æterni esset figura, quod nedum simplici morte confirmatum est, vt testamentis commune est; verùm sanguinis effusione, ac morte violenter illata, quam tulit Christus; vt quod docuerat fieret ratum, omnisq; incertitudo tolleretur, quandò pro veritate illa mortem subire, eamq; crucis promptè voluit. Qua etiam morte æternam mercedem custodientibus illam legem suam adipisceretur. Ad quod facit conclusio totius suæ doctrinæ, facta in prædictione Iudicij vniuersalis, vbi reddet vnicuiq; secundum opera sua, cuius conclusionis excrema sunt verba ista: *Ibunt hi in supplicium; Iusti autem in vitam æternam.* Quibus mox subditur.

*Et factum est cũ consummasset Iesus ser-*4. *mones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet; & filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Vt doctrinam cum passione coniungens, declaret se per suam passionem euehendum ad apicẽ Regni, quo posset & obseruatoribus suę legis magnificentiã regni sui conferre, & æternis pœnis illius transgressores nemine cõtradicente mulctare. Vt fortè biduum interiectum inter doctrinam & mortẽ, veluti duplicem diem designaret, duplicem videlicet mercedem retribuentem. Nam per diem iudicium intelligi, & Propheta testatus est, dicens: *Diem hominis non desideraui.* Et Apostolus scribens ad Corinthios: *Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die; sed neque meipsum iudico.* Vt altero quasi die, iustis assignaret Regnum cœlorum: altero autem impiis, ignem æternum.

De secundò: *Dixit Iesus discipulis. Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* Vbi primũ videmus, quomodo lectio ista aptè nobis hodiè proposita est, quando *post biduum filius hominis tradetur, vt crucifigatur* In Paschate videlicet Iudæorum, in quo necesse erat occidi atq; immolari Agnũ immaculatum, qui filius hominis appellatur, vt voluntaria esse cognoscatur sui ipsius

oblatio

oblatio in sacrificium istud vespertinum. Futuram enim illam prædicens ostendit apertè, quòd oblatus est, quia ipse voluit. Quæ prædictio adhoc etiam valet, vt interim & nos præparemur, ad tantum suscipiendum mysterium diuinumque Sacramentum. Secundo, de hoc mysterio duo nobis hodiè videnda sunt, videlicet temporum opportunitas, & rerum occasio. Secundum enim hoc punctum, innuit tẽporis opportunitatem, dicens: *Post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur.* Quin & in sequentibus de eadem opportunitate agitur, vbi dicitur: *Dicebant autem non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.* Et ab illo die quærebant opportunitatem, vt eum traderent. Rerum autem occasio attenditur in tertio puncto, quod continet concilium & conuiuium. In concilio enim definitum est, *vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.* In conuiuio Iudas cogitauit, lucrum quod ex vnguento perdiderat, ex Vncto recuperare.

Isai. 53. 7.

Diuisio.

Matt. 26. 16.

6 De opportunitate agentes, In Christo, in Iudæis, in Iuda videmus temporis attentam opportunitatem. Christus enim dicit: *Post biduum Pascha fiet.* Iudæi, dicunt: *Non in die festo.* Iudas autem exinde quærebat opportunitatem. Ergò Deus tempus statuit huius tanti mysterii, quod non potuit præteriri. Homines verò, quãdo illis data est potestas, illius fuerunt ministri, non quando voluntas designauit. Videamus ergò, si forte *biduum* istud sint duo tempora hominum; alterum hominis instituti; alterum hominis lapsi: quæ duo procul dubio præcedere debuerunt Christi Crucem. Planum quidem est hoc de homine instituto, nulla enim erat tunc ratio, cur Christus moreretur, cum vere tra-
Rom 4. 25. ditus sit propter delicta nostra. Vbi ergò
Rom. 5 12. delictum non intrauerat, mors ingredi nõ potuit etiam per fenestras. Nam *per peccatum mors intrauit in hunc mundũ* Mors quidem fuit peccati & germen & remedium. Germen quidem; quia, *in quocunq; die transgressus fueris, morte morieris.* Et *anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Stimulus* enim *mortis, peccatum est.* Mors ergò propter transgressionem posita est su-

Gen 2. 17. Ezech 18 4. 1. Cor. 15. 19.

per ceruices hominum. Ita necessariò præterita est prima dies. De secunda sic statuendum est, quod lapsus in peccatum, debuit mortem antecedere. Quæ præcessio, debuit esse præcessio temporis; & tanta, vt dies posset dici; atque ita biduum præcederet diem illam tertiam, in qua Christus moriens, mortuos in peccatis resuscitaret. Ita enim promissum fuit per Oseam Prophetam: *Post duos dies viuificabit nos & in die tertia suscitabit nos.* Atque totius sæculi duratio in tres dies distincta est, quorum primus fuit dies vitæ; secundus mortis; tertius resurrectionis: vt enim diem tertiam declararet Propheta, non satis illi fuit dicere: *Viuificabit nos post duos dies*; ne forte putaremus viuificatis à peccato, nullum superesse diem; & vt sciremus, non mox post duos dies totam factam Resurrectionem. Cœpit quidem illam Christus resurgens ex mortuis, quando & multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt cum eo; & cum mortui essent homines in delictis suis, dabat illis Deus pœnitentiam ad vitam: nam resurrexit propter iustificationem nostram. Sed hoc continuè agitur, & indies homines in Christo viuificantur, donec & mortem, quæ nouissimus est inimicus debellandus, ponet cum cæteris omnibus inimicis sub pedibus suis. Tunc completus erit dies tertius, in quo primum viuentia creata sunt. In hac ergò tertia die suscitat mortuos, nempe post duos dies, id est post biduum, in quo fuit Pascha, & occisus Agnus mortem omnium superauit.

Osee 6. 3. Matt. 27. 52. Act. 11. 18. Rom. 4. 25. Psal 109. 1 1. Cor. 15. 26. Gen. 1. 12.

7 De hac ergò secunda die quæramus tria. Primò, cur videlicet tam longa facta est, vt dies omnes sua longitudine superaret. Secundò, cur huius lõgitudinis terminus incertus fuit. Tertiò, cur in Paschate terminatus est. Quoad primum dubium respõdetur, quòd longitudinis illius ratio sumitur à ratione illius terminandi. Dies quidẽ ista mortis est, quæ mortui sumus in peccatis nostris, quæ ideò finienda est, vt viuamus aliquando. Ideò in Osee subditum est: *Viuemus in conspectu eius.* Vita ergò nostra iustificatio est à peccatis, hæc verò

Osee 6. 3.

Ezech. 18. 30. à nobis exigit conuersionem. *Conuertimini* (inquit) *& viuite* Conuersionem verò excitant, & pœnæ solutio, & culpæ cognitio. Dies ergò multos expectatum est, quibus pertransiit dies ista longa. Primò, vt supplicium lucrent homines tanti facinoris; dum moriuntur homines; dum laborant; dum portant iugum iniquitatis; dum tyrannicè opprimuntur à forti armato principe huius mundi; dum veniam atque remedium petunt & non exaudiuntur: sic furorem Domini portantes, quem propter peccata sua meruerunt; dum labuntur in præceps apponentes iniquitatem super iniquitatem. Ita enim iustus Dominus iustum iudicauit, & decens prouidentiæ suę, quæ iustitiam dilexit, & odit iniquitatem. Secundò, ne si mox prouisum esset per misericordiam, homo paruipenderet tum *Rom* 3.20. malum, tum remedium. Si enim per legem est cognitio peccati, dum quamuis sit sancta & à Deo data, illud tamen auferre non potest, multò magis pœna peccati peccatum prodit, illiusq; grauitatem manifestat. Porrò hac de causa fusè Deus maledictiones aggerans, sæpè causam interponit, dicens: *Deut.* 28. 45. *Quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mandata eius:* &; *Nisi custodieris, & feceris omnia verba legis huius:* &, *Quoniam non audisti vocem Domini Dei tui*; Præterquam quod in principio causam maledictionum explicans ait: *Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias, & facias omnia mandata eius, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro*; vt ita grauitas inobedientiæ & transgressionis euidentius fieret manifesta. Cuius cognitio ingenuo viro incensuum esset ab ea recedere, non tantùm formidine pœnæ, quantum virtutis, Dominique virtutum amore. Si enim peccatum homo non cognouisset, illiusq; malitiam, non facilè recederet ab eo. Et-*Rom* 3.20. enim & hoc pacto *per legem fuit cognitio peccati:* quia lex pœnas peccantibus indicebat, pœnas (inquam) præsentes, quæ ab hominibus intimius percipiuntur; cum nedum sub oculis sint, verùm & sensus affligant; & mortem, quod vltimum est terribilium, inferant. Itaque lex, quæ peccatum vetabat, supplicio etiam grauitatem illius demonstrabat, vt gratius tandem foret remedium, atque iucundius. Tertiò, quoniam ex peccato Deus occasionem arripuit magnæ suæ misericordiæ manifestandæ, rationabile iudicauit, vt in iustitia ante illam ambularet, & poneret in viis gressus suos. Principio enim tantam clementiam manifestaturus, voluit iustitiam exercere, actus suos suamque iurisdictionem manifestare, vt iustus simul & misericors cognosceretur Deus ab habitantibus super faciem terræ. Rursus iustitia misericordiæ seruiebat, dum per illam ostensa grauitate peccati notum fieret omnibus, quanta sit misericordia Dei, quæ tanto sceleri parcit, quæ tot tantaque commerita supplicia indulget, quæ à se non repellit hominem, qui ingratissimus Creatori suo, illum grauiter offendit, à quo bona cuncta procedunt. Ideò enim seruan Deut. 22. voluit mater incubans pullis aut ouis, sublatis pullis; vt intelligamus, dona Dei nobis esse concessa, dum tamen eorum matrem & genitricem, quæ erat Dei Bonitas, intacta seruetur à nobis, non offensa, non violata, non inhonorata, sed amata, atque in cœlum per obedientiam nostram & dignas laudes exaltata. Qui ergò illam violauerit, iustè dispereet illum Deus; quòd si erga huiusmodi flectatur misericordia, splendet clarius miseratio ista pientissimi Domini nostri. Sicut enim imminens de præsenti periculum magis terret, cuius propterea ereptio maioris fit. Sic mali experientia sensum illius facit acutiorem, cuius propterea liberatio magis sentitur, & cum animi aperta magis apprehensione percipitur. Propterea quamuis per legem populus esset instructus, vt contra hostes pugnaturus non timeret; statuit tamen Deus, vt appropinquante prælio, staret Sacerdos ante aciem, & sic loqueretur ad populum: *Audi Israel: Vos hodiè contra Deut. 20. inimicos vestros pugnam committitis; non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos; quia Dominus Deus vester in medio vestrum est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit, vt eruat vos de*

vos de periculo. Plurimę recenſentur rationes, cur moram fecerit Dominus venire ad ſeruos ſuos, hominesque eripiendos de poteſtate tenebrarum: Sed quæ dicta ſunt,
Gen.1.8. ſufficiant: Expleta eſt dies iſta ſecunda, & factum eſt veſpere & mane dies ſecundus.

8 Secundum dubium erat, cur Deus voluit, vt de die illo & hora nemo ſciret. Reuelauit quidem futurum aliquando diem, quando veniret Saluator iudicans omnem diem, vt preſcium ſe ac prouidum declararet, qui cum ſit Rex ſæculorum, ſæcula diſtribuit vniuerſa ſecundum ſuam voluntatem, & vnicuique tribuit, quod illi competit, & quadrat in vniuerſi totius pulchritudinem: atque ita homines omnia committerent diuinæ prouidentiæ. Voluit tamen, quæ ipſe præcognouit, ſic hominib. incognita eſſe, vt ſcirent quidem futura eſſe aliquando, non tamen quando. Et hoc primum, quia ad omnes & ad ſingulos pertinebant, quę ideo omnes ſicut deſiderare, ita & expectare deberent: nam ſi determinatum tempus fuiſſet exploratum, qui illud anteuerterent, animum ad illud non prætenderent, quaſi ad rem alienam, nec deſiderium accenderetur, verum obtunderetut magis & extenderetur. Voluit ergo hac incertitudine Deus ſuſpenſa corda hominum ſemper cum ardore animi bona iſta futura expectare, vt ſic inde fructus fidei ſuæ carperent. Propterea enim etiam de proximo futurâ diem frequentes à Deo fiebant pollicitationes, quæ in Prophetis
Iſai.13.22. audiuntur: *Prope eſt, vt veniat tempus, & dies eius non elongabuntur. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniet & non tardabit. Prope eſt iuſtus meus. Egreſſus eſt Saluator meus. Me inſula expectabunt, & brachiũ meum ſuſtinebunt. Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam. Et monebo omnes gentes, & veniet Deſideratus cunctis gentibus.* Et ſi quando tempus reuelauit, id tamen ſic obſcure reuelauit, vt nõ poſſet certo ſciri.
Dan.9.25. Sicut Danieli determinatæ ſunt hebdomades ſeptuginta, vt ſic magis animos expectantium ſuſpenſos contineret. Deniq; hac ratione ad efflagitandum aduentum Domini ſuorum mentes excitauit. Vnde

referta ſunt prophetiæ vocibus poſtulantium. *Oſtende nobis Domine miſericordiam* *Pſal.*84 8.
tuam. Et ſalutare tuum da nobis. Vtinam *Iſai.*64 1.
dirumperes cœlos, & deſcenderes. Emitte *Iſai.*16 1.
gnum, Domine, dominatorem terræ. Rotate *Iſai.*45.8.
cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Neque inanes fuerunt huiuſmodi ſupplicationes, quoniam, vt docet Seraphicus doctor, *D Bon.lib.* Deus propter illas accelerauit aduentum *3.diſt* 4. ſuum, vt non immerito diem illum ignotum eſſe voluerit. *art.*2.*q* 1.

Reliqua erat quærenda ratio, cur in Paſchate terminatus ſit dies iſte ſecundus. 9
Hæc autem in primis apparet fuiſſe, quoniam dies mortis erat vita terminandus. Ita enim à ſecundo tranſitur ad tertium. Vitam vero dedit mundo mors Chriſti, qui *Ier.*1.29.
eſt Agnus tollens peccata mundi, vt auferens iniquitatem, deſtruat & mortem. Agnum vero in Paſchate imolandum præ- *Exod.*12.3.
cipiebat lex. Et hoc, quia per liberationem populi Iſrael de Ægypto, totum ſe Deus mundum erepturum à poteſtate tenebrarum præfigurabat. Si enim omnia in figura 1.*Cor.*10.
contingebant illis, vt Paulus aperte decer- 11.
nit. Hoc populi initium, quod Deus inſigniſſimum eſſe voluit, totique mundo exploratum, nulli dubium, quod liberatione hominum à peccato & ſeruitute diaboli deſignabat: quia liberatione noua creatura nouuſque populus Dei à Deo inſtituendus erat. Hoc autem factum eſt per mor- *Exo.*12,28.
tem Chriſti, qui in figura Agnus ille erat, qui in exitu Iſrael de Ægypto, immolatus fuit.

Quamuis enim cætera ſacrificia omnia, 10
vbi hoſtia immolabatur, eandem Chriſti mortem delinearent; Agnus tamen ille, præcipua erat atque principalis figura ipſius mortis Chriſti, qua ſe Deo obtulit holocauſtum pro nobis in odorem ſuauitatis, vt Ioannes hoc aperuit, dicens; quod *Ioh.* 19.36.
ideo non fregerunt eius crura; vt ſcriptura impleretur: *Os non comminuetis ex eo.* Hinc *Exo.*12.43.
Agnus nominatus eſt Chriſtus, non nomine quouis alterius victimæ. Vnde Ioannes Baptiſta: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tol-* *Ioh.*1.29.
lit peccata mundi; qui dum explicat, quod ſit Agnus tollens peccata mundi, infert

quod tunc in primis abstulit peccata mundi, quando figuram impleuit Agni immolati, qui in Paschate immolabatur. Quamuis autem plures actiones interuenerint in ipso exitu de Ægypto, puta quod petierint vasa & vestes ab Ægyptiis, quod multa præcesserint flagella, & alia huiusmodi; insignissima tamen aliarum omnium actio fuit Agni immolatio: in cuius immolatione os eius non erat confringendum; cuius sanguine illitæ postes & domus, tutæ erant ab Angelo percutiente, cuius carnes assandæ erant, cuius comestio accelerata erat veluti fugientium cum calceamentis in pedibus, & baculis in manibus totæque carnes comedebantur, aut crematur. Atque adeo propria erat Agni immolatio illi liberationi, in qua trãsiuit Dominus per Ægyptũ percutiens Ægyptios, seruansque Hebræos; qui transitus Hebræo nomine Phase, Pascha vero Chaldaice, vt ipse Agnus Phase nomine, iam seruata cõsuetudine diceretur. Vnde iubebatur populus immolare Phase, & dicitur quod Ezechias & Iosias Reges Phase immolauerunt, quale ab aliis nunquam fuit immolatum. Populus autem in Chaldaica captiuitate Hebraicam linguam aliquantulum immutauit, vt pro Man diceret Manna, & pro Phase diceret Pascha. Ita quod Agnus ille, qui in Scriptura Hebræa dicebatur Phase in Euangelio dicatur Pascha. Sic enim scribit Marcus: *Primo die Azimorum, quando Pascha immolabant.* Et in Luca Dominus ait: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* Et Ioannes: *Vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.* Matthæus: *Dixerunt discipuli, vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* Et Christus; *Apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et parauerunt Pascha.* Vbi apertum est, Agnum qui tunc immolabatur & comedebatur, Pascha communiter appellari. Propter quod Apostolus Paulus Christum, qui vt Agnus mansuetus immolatus est, cuius figura erat ille, qui Pascha dicebatur, eodem Paschatis nomine nominauit. *Pascha* (inquit) *nostrum immolatus est Christus.* Cum ergo Christi mors esset immolatio illa, quæ per Agnum Paschalem figurabatur, iure merito in Paschate Dominus voluit celebrare Passionem suam, quando & dies ipse festus eodem nomine, quod est Pascha, dicebatur. *Erat proximum Pascha, dies festus Iudæorum,* inquit Ioannes. Et Marcus: *Erat autem Pascha & Azima post biduum.* Et Lucas: *Appropinquabat dies festus Iudæorum, qui dicitur Pascha.* Quamuis ergo aliæ hostiæ Christi hostiam figurarent, hæc tamen insignissime omnium figurauit; tum ob illius præcipuum effectum, qui est salus totius mundi de manu omnium inimicorum suorum, & de manu principis huius mundi, qui dicitur diabolus & satanas; tum ratione ipsius hostiæ Christi; quæ nulla victima alia euidentius figuratur, quam per Agnum. Vnde & Agnus dicitur in Prophetis. *Ego quasi Agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Emitte Agnum, Domine, dominatorem terræ: Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tondente se obmutescet.* Tum ratione immolationis, seu modi immolandi, qui fuit in Cruce, absque ossium contritione. Tum etiam ratione illius comedendi, quæ comestio fit in Sacramento altaris, & instituta fuit à Domino, quando Pascha immolabant. Est enim cibus viatorum, qui de mundo exeuntes ad patriam tendunt, qui tunc cum azimis comedebatur, quoniam carnes istæ Agni immaculati sub speciebus panis azimi in sancta Ecclesia comeduntur à fidelibus. Non potuit ergo à Iudæis immolatio ista nostri Paschatis a Paschate separari.

Quo docemur, hoc sacro tempore & nos sanctum Pascha spiritualiter celebrare, communicantes Christi Passionibus, quasi Agni immaculati. Non enim ad solos discipulos dictum est: *Mitto vos sicut Agnos inter Lupos.* Quamuis enim hostia singularis huius solemnitatis esset Agnus, tamen plurimæ quoque aliæ hostiæ victimabantur. Vnde scriptum est: *Immolabis Phase Domino Deo tuo, de ouibus & de bobus, in loco, quem elegerit Dominus.* Vnde & quando Ezechias & Iosias fecerunt Phase. Holocausta multa & hostiæ pacificæ immolatæ sunt, & ad succurrendum paupertati

pertati multitudinis, vt posset abundantior fieri sacrificiorũ celebratio. *Ezechias Rex Iuda, præbuit multitudini mille tauros, & septem millia ouium. Principes vero dederunt tauros mille, & oues decem millia:* Propter quod concluditur: *Facta est grandis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filij Dauid Regis Israel in ea vrbe non fuerat.* At *Iosias*, in sua celebratione Phasę, *dedit omni populo, qui ibi fuerat inuẽtus in solemnitate Phasę, agnos, & hœdos, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia. Principes domus Domini dederunt Sacerdotibus ad faciendum Phasę, pecora commixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos. Principes Leuitarum dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum Phasę, quinq; millia pecorum & boues quingentos:* & de Leuitis subdit: *Et assauerunt Phasę super ignem, iuxta quod in lege scriptum est: Pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis, & festinato distribuerunt vniuersæ plebi. Omnis igitur cultura Domini rite completa est in die illa, vt facerent Phasę, & offerrent holocausta super altare Domini.* Et infra: *Non fuit Phasę simile huic in Israel à diebus Samuelis Prophetæ, sed nec quisquam de cunctis Regibus Israel fecit Phasę, sicut Iosias.* Excellentia huius Phasę in duobus fuit, nempe in multitudine populi, & in multitudine sacrificiorum. Ergo Pascha nostrum tunc erit celeberrimum, quando cum Agno multiplicabitur fidelium oblatio, in qua exhibeant corpora sua hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem; nec corpora tantum, sed & mentem rationalem; vt sit quoque rationabile obsequium istud; ita vt cor & caro nostra exultent in Deum viuum. Nam & de Phasę vtroque, tam Ezechiæ quam Iosiæ, scriptum est, quod fecerunt illud cum lætitia magna. Num ergo Phasę celebratum à Christo, deficiet à celebritate Regum istorum? Num minor erit offerentium multitudo? num fient pauciora sacrificia? Ergo figura & vmbra, splendidiores erunt luce & veritate? Ergo grandior erit Synagoga quam Ecclesia? ditior erit? gratior erit? illustrior? celebrior? Absit, absit hoc à nobis. *Non fuit Phasę simile huic in Israel:* quia neque inuenta est tanta fides in Israel. Sint *centum quadraginta quatuor millia* signati ex omni tribu filiorum Israel. Sint multi, sint plurimi: At numerabiles positi sunt. Sed de Pascha nostro ecce quid dicatur: *Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni.* Quomodo oblatus Agnus? *Tribulatio proxima est, & non est, qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me: aperuerũt super me os suum; sicut leo rapiens, & rugiens. Sicut aqua effusus sum & dispersa sunt omnia ossa mea:* O tribulatio magna. Sed non solum Pascha nostrum sustulit tantam tribulationẽ; sed cum eo turba magna, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, quæ venit & ipsa de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni. Simul sanguinẽ suũ cum sanguine Agni coniungentes, vt lauarentur in sanguine Agni, *qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,* modo & nos cum eo veniamus de tribulatione magna, effuso etiam sanguine nostro.

At tu quomodo facis Phasę, celebras Pascha, si vacuus appares in cõspectu Domini? si nullam exhibes hostiam? nullum sacrificium? Tollite, *tollite hostias, & introite in atria eius, adorate Dominum in atrio sancto eius cum muneribus, & oblationibus, vt sit oblatio nostra accepta.* Stabat multitudo illa ante thronum in conspectu Agni; ergo non vacua; quia Lex iubet: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Ergo plena, ergo abundans in gratiarum actione, & in hostiarum oblatione, & in diuitiis gratiæ eius. Hæc est imitatio nostra in Cruce ferenda, dum portamus imaginem eius, qui fecit nos ad imaginem & similitudinem suam, sicut quando fecit nos, ita & quando redemit nos, vt sicut facti sumus ad imaginem & similitudinem Creatoris, ita fiamus & ad imaginem Redemptoris, improperium eius portan-

Heb. 13.13. portantes, Crucem & Passionem. Cur ergo passiones abhorremus? tribulationes? aduersitates? Multi ab Ezechia inuitati ad
2. Par. 30. 10. solemnitatem Domini irridebant. Heu quam multi Christianorum inuitati ad Phase, Christum habent contemptui? Vbi sermo est de tribulationibus tolerandis, effugiunt omnes. Quod Christus sit passus, gaudent, laudant, confitentur: sed quod & ipsi fiant socii Passionis eius, hoc audire non possunt, vacui prætendunt in-
Pro. 10. 16. gredi ante Deum. Sed vetat Lex. *Donum dilatat viam, & facit spatium ante principes.* Quanto magis ante Principem principum? Donum autem nostrum est, exhibere nosmetipsos hostiam Deo in tribulationibus, in angustiis, in necessitatibus.

14 Quid putas intendisse Christum tam frequenti suæ Passionis commemoratione, nisi vt illam habentes in corde, in opere
Ioh. 7. 6. declaremus? Dixit aliquando Iudæis: *Tempus meum nondum aduenit.* Dixit & discipulis, vt nuntiarent Domino domus: *Tempus meum prope est: Apud te facio Pascha.*
Mat 26. 18 Ipsis autē discipulis iam prædixerat: *Quia*
Luc. 9. 22. *oportet filium hominis multa pati, & repro-*
Ioh. 7. 33. *bari à senioribus.* Tempus aliquando prædixit, sed incertum, vt dicens discipulis: *Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui misit me.* Pressius adhuc
Luc. 18. 31. discipulis: *Ecce, ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hominis: Tradetur enim gentibus & flagellabitur.* Vbi innuit, quod in Paschate illo passurus erat, sed nunc tandem aperte. *Scitis quia post biduum &c.* Hic itaque declaratur, Deum velle nos intelligere & cōsiderare Passionem, quantum possumus, vnumquemque secundum propriam virtutem; sicut volebat à populo offerri sacrificia, secundum possibilitatem eorum.

15 Vnde Sapiens: *Da Altissimo secundum*
Ec 35. 12. *datum eius.* Et prius: *Bono animo gloriam redde Deo & non minuas primitias manuū tuarum.* Ne forte eueniat quod ait Salo-
Pro. 19. 6. mon: *Multi colunt personam potentis & amici sunt dona tribuentis: Fratres homines pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo.* Vellemus quidem esse cum Christo, quando pascit, & quando turbæ cum eo lætantur: At in Passione a-
Mat. 26. 16 Isai. 13. 5. mici quoque eius recesserunt ab eo. Vnde dolet: *Circunspexi, & non erat adiutor: Quæsiui, & non fuit qui adiuuaret.* Sociemur ergo illi, saltem illius Passionem meditando. Ideo enim sæpe illam commemorat & repræsentat. Vnde & à constitutione mundi, illam & prædixit & præfigurauit, vt non sit tempus, in quo non recordemur eius; sed tunc in primis, quando tribulatio proxima est, & non est, qui adiuuet. Adiutum se reputat Christus ab eo, Psal. 21. 1.
qui illi compatitur. Nam simul cum illo patientes, veluti portamus cum illo Crucem eius, instar Simeonis Cirenensis de Mar. 15. 21.
villa venientis. Quid enim prætendit Christus in Passione sua, nisi salutem tuam? Si solus laborat, pro te in vanum laborat. Si tu manum mittis ad aratrum, implebis horrea frumento; seruata tamen lege illa: *Non seres vineam tuam, altero* Deu. 22. 9.
semine, ne & sementis, quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur. Non arabis in boue simul, & asino. Non indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est. Nempe vt Christo compatiens, similis illi efficiaris; Ne pauperem comiteris, glorians in diuitiis tuis; Ne flētem aspiciens, ducas in bonis dies tuos; Ne felle cibatum, & aceto potatum contemplans, comedas, bibas, epuleris in comessationibus & ebrietatibus; Ne flagellatum & crucifixum sequi te putes, dans animæ tuæ concupiscentias suas. Docemur namque ab Apostolo: *Gaudere cum* Rom. 12. 15.
gaudentibus, flere cum flentibus. Cum semina diuersa non pariter maturescant, eorumque primitiæ DEO offerendæ sint; ita enim semina, & eorum fructus sanctificantur, quomodo simul offerrentur eorum primitiæ? alteris maturis, alteris immaturis?

Acerba ergo tu poma, acerbas fruges, in- 16
utiles videlicet cum perfecto fructu Iesu Christi offeres Deo Patri? hoc vetat Lex. Pari passu, pari gressu arandum est nobis cum Christo, vt non eamus altera via, vt non declinemus, neque ad dexteram neque ad sinistrā; alioqui labor noster inanis erit in

erit in Domino. Induamini Dominum Iesum Christum, qui simplex & vniforme vestimentum sit; non ex lana & lino; non ex oue & terra; non ex viuo & mortuo; Gen 3. 21. non ex calido & frigido. Abiecerunt folia ficus consuta protoplasti, accipientes tunicas pelliceas; inutilibus exutis & reiectis, aptum & vtile vestimentum induerunt. Induamur ergo lana Agni immaculati, Christi virtutibus & meritis, non terrenis exuuiis, non moribus sæcularibus, circumamicti varietate, quæ lege prohibetur, vt nouum hominem induentes veterem deponamus, qui mira sit varietate decoratus in omni opere bono variisque virtutibus. Ecce cur tempora repetuntur Dominicæ Passionis, vt illam æmulemur, atque diligenter intuentes viriliter imitemur.

Nos ergo hoc biduo attentiores facti, venientem iamque ianuis existentem solicite expectemus, & cum honore & reuerentia suscipiamus; non nostra quærentes, sed quæ Iesu Christi. Ne forte dicamus cum Iudæis: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Isti volũt quidem Christi mortem, sed *non in die festo*, quia fructũ Passionis consequi nolunt, qui fructus est liberatio ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos. Quam liberationem consequi non est possibile, nisi *in die festo*, nisi cum Christo offeramus hostias nostras semper Deo.

SECVNDA PARS.

17 RES tanta, quanta est Christi Passio, celebrata in tempore suo, casu profecto non accidit, quasi quæ proprias causas nõ habuerit, sed præter intentum euenerit. Act. 4. 26. *Vere* enim *conuenerunt principes, facere aduersus sanctum puerum tuum Iesum quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.* Ita confitentur fideles, Dominũ deprecantes. Neque enim Deus hominem cadere permisisset, si non glorioſius subleuare illum antea decreuisset. Atque ita ante deliberatam permissionem casus hominum, consilium Dei deliberauit, proposuitque propitiatorem destinare, qui mala omnia, sua bonitate superaret, suaque morte electos omnes duceret in salutem. Prima ergo omnium creata est sapientia *Ec* 1. 4. ista, quæ facta est nobis sanctificatio & re- 1. *Cor.* 1 30. demptio; & cum Deo fuit componens, vt omnia sicut ad Dei gloriam, ita ad huic mysterio seruiendum sint creata; sintque ita composita, vt vna conueniant vniuersa, in obsequium Christi; & ad sacramen- *Ephes.* 3. 9. tum hoc, quod fuit absconditum in Deo, diuinitus celebrandum. Neq; ea duntaxat, quæ Deus fecit, sed ea quoque, quæ homines patrauerunt, vt simul lux & tenebtę vespere, & mane cõstituerent hunc diem; bonaque ac mala omnia in his nuptiis reperirentur. In hoc ergo quod in concilio Iudæorum decretum est, *vt Iesum dolo tenerent, & occiderent*; declaratum est consilium Dei, decernens, vt qui erat in sinu 18 Patris, in manus hominũ traderetur, quibus potestas concederetur, vt in eum facerent, quæcunque voluissent, simulq; conuenirent voluntas Dei bona, beneplacita, & perfecta, & peruersę dæmonum, hominumque voluntates, ad faciendum iudicium conscriptum, quod est ad gloriam Cõditoris, & ad rerum cõditarum restitutionem & salutem: & per consequens ita esset Filius Dei in sinu Patris, vt in omnibus omnino esset secundum cor eius, faciens omnes voluntates eius, opus consumans, quod dederat illi Pater, vt faceret; & sicut mandatum dederat illi Pater, conueniens cum illo in re volita & expleta, & in modo volendi & consummandi. At in manus hominis traderetur quidem, vt facerent in eo quæcunque voluissent, non prorsus tamen, nec quandocunque, nec quomodocunque voluissent. Dolo quidem tenuerunt & occiderunt, sed tamen in die festo, etiamsi dixissent: *Non in die festo* Quin etiam, quamuis ex parte ipsorum dolo tenuerint, quia dolose egerunt, num tamen dolum facerent in eum, cui aperta sunt omnia, & ipsa etiam corda hominum? Sciens quippe omnia, quę vẽtura erant su- *Ioh.* 18. 4. per eum, & potestatem habẽs ponendi ani- *Ioh.* 10. 18. mam suam; dedit eam in manu, de qua *Thren* 1. 14 surgere non potuit, quia noluit. Sit igitur hoc constitutum, quod bibens calicem

Ioh. 19.11. Passionis, quod voluit Deus, ipse fecit. Quod si, & hominum voluntates, & dæmonum quoque accesserunt, non haberent tamen potestatem aduersus eum vllam, nisi datum eis esset desuper.

19 Vnde autem factum sit, vt vellent, hic videtur inuestigandum, & quam habuerint occasionem. Et de voluntate quidem Dei dictum est, quod nulla interuenit occasio, sed fuit absolutum Dei consilium. Non enim hominis peccatum fuit occasio, quasi Deus aliter mundum facere voluisset, in quo nec hominis inquinatio, nec Dei Incarnatio intercurrerent, sed accedẽte hominis iniquitate, tunc Deus contra illam opposuerit Incarnationis remediũ, quo modo peccatum fuisset occasio incarnationis: sed præuidens Deus, quod si hominem crearet, homo laberetur, qui tamen non deberet ab eo derelinqui, cum ad finem beatitudinis, & non aliter conderet, tunc decreuit Incarnationem, qua decreta, & hominẽ creare disposuit, quem prorsus, nisi illa proposita, non creasset: dico autem Incarnationem cum passione. Passio ergo Christi & Incarnatio, antequam etiam in mentis proposito quidquam faceret, ab æterno ordinata est. Christus enim Deus & homo, est diuina illa sapientia, rè ab æterno increata, & ab æterno nihilominus proposito incarnata, quæ cum illo erat cuncta componens. Vt increata, quia omnia in sapientia fecit. Vt incarnata vero, quoniam ipsa fuit velut funiculus, quo mensus est quidquid futurum esset, vt secundum illius dispositionem, & quatenus illi subseruirent, fierent vniuersa. Sicut enim sine illa non fierent, ita cum illa sunt omnia conquadrata; adeo, vt in tantũ fierent, in quantũ cum illa conuenirent, & ipsamet exigeret. O Passio & gloria Domini Iesu, finis non minus vniuersorum, quam legis, omnium regula, mensura, põdus, & necessitas, & excellentia, & pulchritudo.

S. Bon. lib. 3 d. 1 art. 2. q. 2.

Pro. 8.23.

Pro. 8.30.

20 Si interroges: Num & Angeli inter illa cuncta computantur, quæ sapientia ista incarnata cum Deo composuit? Si hoc nõ dicas: quomodo erit Christus in omnibus primatum tenens? An nõ post Angelorum constitutionem decreuit Deus hominem

Col. 1.18.

istum facere; quem adorarent omnes Angeli Dei? An, vt par est credere & confiteri, excellentiora anterius proposita sunt, deinde ordinate sequentia ordinata ad præcedentia? In gradibus scalæ, cui Dominus Gen. 28. innixus erat; qui superiores erant, descendebant; qui inferiores, ascendebant; alioqui enim neque illi descenderent, neque ascenderent isti, nisi illi supra, hi essent infra. Ita enim sibi occurrebant, vt esset inter illos cœlestis quædam, mirabilisque connexio. Quis vero descendit, nisi ille, qui de cœlo venit? hic autem, teste Ioanne Baptista, super omnes est: Ergo & ante illos *Ioh.* 3.31. factus est, sicut & ante Ioannem factus fuit, qui tamen Ioañes sex menses ante Chri- *Luc.* 1.36. stum re conceptus est. Factus itaque ante Ioannem proposito, vt re postmodum etiam præpositus esset illi, & ante illum potestate & dignitate factus esset vel fieret. *Eum enim, qui paulo minus ab Angelis Hebr.* 2. *minoratus est* (ecce descensus superioris) *videmus Iesum per passionem mortis, gloria* *Psal.* 8.6. *& honore coronatum*: nempe constitutum à Deo super omnia opera manuum suarũ, inter quæ & Angelos collocamus: *Vt vere* *Col.* 1.15. *sit ipse primogenitus omnis creatura.* Quid mirum ergo, si tanta est Crucis eminentia, vt in hoc glorioſus sit princeps militiæ cœlestis, & præpositus Paradisi sanctus Michaël, quod huius signi signifer singulari priuilegio sit diuinitus cõstitutus? Nõ est ergo, cur quæramus ex parte Dei occasionem aliquam passionis Domini.

Veniamus ergo nos ad hoc Euangeliũ, vt quod commemorat Iudæos, & Iuda: Et de Iudæis sacer ita loquitur textus: *Tunc congregati sunt Principes sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas; & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.* *Psal.* 93.9. Mirabilis quidem Deus in Sanctis suis profecto est; sed non minus mirabilis in iniquis, dum peruersis eorum vtitur voluntatibus, vt faciat ipse per illos bonam voluntatem suam. Iam definitũ erat in cœlo; iam concilium atq; consilium conclusum fuerat, vt fieret homo iste feriæ sexta, videlicet ante sabbatum, qui esset imago Dei inuisibilis: fieret autem in summa excellẽtia extrema-

extremaq; sua perfectione, qua etiam perficere posset omnia. Hoc autem totũ factum est, quandò commendauit Deus ni-
miam charitatem suam, faciens vt hic homo moreretur, vt omnes viuificarentur.
Gen.1.26. Maximum hoc est cõcilium illud, de quo scriptum est: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram* Cuius o-
Gen.2.7. peris initium est plasmatio primi Adam; perfectio est passio secundi Adam. Initij quidem complementum fuit, quando in-
spirauit Deus in faciem eius spiraculũ vitæ, & factus est homo in animam viuen-
Iob.19.30. tem; perfectionis verò tunc perfectio fuit, quandò inclinato capite tradidit spiritum;
1.Cor.15. & factus est homo iste secundus Adam in
22. spiritum viuificantem, per quem in Chri-
Gen.2.18. sto omnes viuificabuntur. Alioqui non
Iob 11. 24. est bonum hominem esse solum. Si autem
Isa.53.10. granũ hoc mortuum nõ fuerit, ipsum solũ manet, si autẽ mortuũ fuerit, multum fructum affert. Scriptum namque erat: *Si*
8. *posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum:* quàm verò longæuum? *Generationem eius quis enarrabit?* Carnem enim dedit in primo Adam creator omnium. At si tantùm caro, quomodò permanet spiritus Domini in homine, cum caro
Ioh.6.63. sit? Huic incommodo prospectum est per secundum Adam, qui dedit nobis spiritum suum. Spiritus autem Christi est,
Gal 6.8. qui viuificat; alioqui caro Adam non prodest quidquam, quin obest magis. Nam *qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: qui verò seminat in spiri-*
Ioh.6.63. *tu, de spiritu metet vitam æternam*: Quoniam *spiritus est qui viuificat.* Sexta ergò feria illa prima, Deus miserat manus
Ioh.19.30. ad opus hoc mirabile: Sexta hac feria secunda, clamatum est: *Consummatum est*,
22. quia opus consummauit.
Heb 2.10. *Decebat enim eum: per quem omnia, & propter quem omnia, per passionem consummare.* Consummare verò quid? omnia illa quæ per illum, & quæ propter illum facta sunt. Ergo qui dilexit suos in finem,
Ioh.13.1. finem faciens mortaliter viuendi, omnis
Ps.118. 96. consummationis vidit finem; & hoc quidem opus Dei. Sed qui hominem creauit
Gen.6.14. per se, per hominem seruauit, iubens Noë, vt arcã faceret, vt saluaret omne semen in ea, semẽ (inquam) quo omne genus manet vsq; ad finem; vt secundus iste mundus per hominem maneret vsque in sæculum. Nam quòd primus esset mundus ille, qui fuit antè diluuium, habet Petrus, qui ait:
Originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens. 2.Pet 3.5. Vbi vides, quod illum quoq; appellat mundum impiorum, vt mundus iste appellari debere videatur mundus iustorum, qui à Noë viro iusto atque perfecto, pariterque præcone iustitiæ deriuauit. Huic igitur operi mundi noui accesserunt & opera hominum, vt manifestum est de Noë. Sed quis dicere poterit, nihil præstitisse homines, qui plantabant? Vt enim certum non est, quænam ligna arcam contexerunt, num omnia ligna syluarum, an quæ hi quoque homines plantauerant? Ita inficias iri non potest, quin & eorum labor huc accesserit. At de Noë satis nobis est, certum esse: vndè & de filijs eius probabile est. Christus ergò pater futuri sæculi, generationi, quę ventura erat, initium dedit, & ad finem vsq; compleuit, noua faciens omnia. Sed & homines adhibuit vel admisit, qui, etsi 2. Paral.2. gentiles essent, & infideles, ligna cederent 16. ad opus templi.

Hi ergò sunt præcipui principes sacer- 23. dotum & seniores populi. Duo ad opus necessaria sunt, Potestas & Scientia siue ars. In Principibus potestas: In senioribus scientia. Nam Principes potestatem Matth.20. exercent, & in Antiquis sapientia est. Et 25. vide si fortè sacerdotalis pars de sacrificiis Iob.12.12. hoc innuebat. *Hoc erit* (inquit Lex) *iudicium sacerdotum à populo, & ad hu, qui offerunt victimas; dabunt sacerdoti armum & ventriculum* In armo fortitudo; in ventriculo, vbi ruminatur & fit digestio, scientia videtur absq; dubio aliquo intelligenda. Et hoc in sacrificiis: quia in sacrificio nostra, futura erat fortitudo & scientia? quia principes & seniores auctores fuerunt huius victimæ. Ad hoc enim etiã collegerunt concilium, vt maiori disquisitione, maioriq; iurisdictione opus videretur initũ. At cur ità? vt potestati Christi contrairent atque doctrinæ; cui aliquando dixerunt:

Mat.21.23 *Quis dedit tibi hanc potestatem* ? Vndè & *Matt.9.8.* turbæ *glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus* De scientia verò *Ioan.7.15.* dicebant: *Quomodò hic litteras scit, cum nō didicerit?* Et quandò aperto libro Isaiæ illis *Luc.4.22.* expositit prophetiam: *Omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ,* *Luc.4.13.* *quæ procedebant de ore ipsius, & ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.* Quam etiam scientiam cum potestate iungebat. Vndè admirabantur tur- *Mat.7.28.* bæ super doctrina eius: *erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & nō sicut scribæ eorum & Pharisæi.* Hæc est hæreditas, quam illi surripere moliebantur, vt ipse- *Matth.21.38.* met in parabola testatus est. Quod tam *Matth.27.18.* euidens erat in populo; vt & Pilatus sciret, quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Hæc igitur occasio est, quamobrem *consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent*, ex bono mali occasionem accipientes: vt eorum iniquitas abundaret magis.

24. Ita enim & populus, dùm Moyses in monte fruitur consortio sermonis Dei, pro populo deprecatur, & ex Deo legem sanctam accipit, populus ad radices mon- *Exod.33.4.* tis, Idolo sacrilegam exhibet culturam. Ita ex beneficiis acceptis populus à Deo magis auertitur. Sic enim ad Moysen di- *Deut.31.* cebat Deus de populo: *Introducam eum* 2c. *in terram lacte, & melle manantem: cumq; comederint, cumq; saturati, crassiq; fuerunt, auertentur ad Deos alienos, & seruient illis, detrahentq; mihi, & irritum facient pactum meum.* Ita ex bona doctrina Christi, & ex bonis operibus eius, sumpserunt occasionem contra illum; vt benè ipse di- *Ioh.15.22* cebat illis: *Si non venissem, & locutus fuis-* 24. *sem eis, peccatum non haberent. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Ita & nos, qui plurimis maximisque donis aucti sumus, deteriora peccamus, lōgius à Deo recedimus, & turpius inhonoramus illum. Quod *Prou 18.12* dicit Salomon: *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis; & antequam glorificetur, humiliatur*: verum quidem est de exaltatione, qua superbus homo se extollit; quæ est contritionis, confractionis & destructionis illius causa: at est verum quoq; de exaltatione, qua Deus honorat hominem, sicut dicit in Isaia: *Felices enu-* Isa.12. *triui, & exaltaui:* & de Aaron: *Et excelsum* Eccl.45. *fecit illum, & beatificat illū in gloria.* Qui verò exaltatus à Deo, etiam ipse exaltat cor suum, ipse sibi præcipitium parat. La- Matth.21. pis est Christus, qui ceciderit super eum, 44. confringetur. Qui verò sunt huiusmodi cadentes, nisi qui exaltati à Deo super hāc petram, & magni facti, non imitantur illius humilitatem, quę etiam in fundamento voluit collocari quasi despectus & humiliatus? hi cadunt super Christum, hi in Christo scandalizātur, ab illius beneficentia superbè capientes occasionem. Ecclesia Christi assimilatur mulieri illi bonæ, de qua Salomon: *Qui inuenit mulierem bo-* 25. *nam, inuenit bonum: & hauriet iucunditatem à Domino.* Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum. Magna profectò nostra fœlicitas, qui à Domino recepimus tantam gratiam, vt simus in vera Ecclesia Christi. Sed quinam est, qui tanto bono se priuat? Qui Ecclesiæ non obtemperat, non cum illa vitam ducit quietam & tranquillam; qui nō inebriatur vberibus eius, Cant.1.3. quæ meliora sunt vino; qui non delectatur in Domino, & in obedientia & ductu sanctæ matris Ecclesiæ: vndè non hauriet iucunditatem à Domino. Quid prodest Christianum se iactare, & cunctis ostendere pulchritudinem istius vxoris, sicut Assuerus constituerat omnibus populis o- Esth.2.8 stendere Vasthi vxoris suæ pulchritudinē? Adulteram magis tenes, quæ est carnis & mundi concupiscentia. Quapropter te fe- Prou.6. riūt Salomonis verba: *Qui aūt tenet adul-* 32. *terā, stultus est, & impius.* Semel Iuda cognouit cū Thamar; veruntamen vltra non Genes.38. cognouit eam. At qui tenet adulterā, stul- 26. tus est & impius. Caram habes tanquam dilectam vxorem concupiscentiā, & nescis quam procax est, quam petulās est, quam insatiabilis est, & nunquā dicit: *sufficit*: & idcircò nunquam tibi requiem concedit, nunquam pacem: torquet semper, semper affligit, cruciat incessanter. Stultus ergo, qui diligit sibi noxiam & malefacientē; Et nihil minus impius: Non enim quæ recta sunt

sunt concupiscit, sed quæ iniqua; quæ contra Dei leges, contra id quod iustum est. Nam adultera est, generationem prauam constituens & adulteram; omnibus, Deoque in primis odibilem. Meritò ergò incidit in manus adulteræ, qui bonam repellit iucundam & gratam.

16 Iam ad conuiuium accedamus, vbi Iudas ex bono nihilominus mali perpetrandi occasionem sumit. *Cum esset Iesus in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.* Mat 26.6. Bonum opus est hoc; teste ipsa Veritate: *Bonum opus operata est in me:* adeoque bonum, vt vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius. Bonum ergò opus & laudabile, & reprehenditur tamen: A quo verò? à Iuda, vt habet Ioannes: cur verò? *Quia fur erat, & loculos habens, ea, qua mittebantur, portabat.* Ioan. 12. 6. Accommodans verba intentioni & operi: Occultè furabatur, cælans furtum sub prætextu eleemosynæ vel necessitatis: sic sub verbis pietatis abscondit peruersum consilium suum, nempè furandi. O peruersitas! Nedum se bonam prætendit, verùm & bonum dicit malum, vt quod est malum, pro bono venditet. Ideò in Dei lamentatione sensistis: *Seruient diis alienis, detrahent mihi.* Deut. 31. 20. Non satis est impio, malefacere; nisi & benefacienti detraheret: non satis est illi diuinas leges infringere, nisi & malas illas esse contendat. Ita enim & serpens inuidiæ criminatus est Deum; & populus surrexit contra Moysen, arguens illum, quòd eduxisset de Ægypto, quòd illis dominaretur, quòd & oculos vellet eruere, quòd affligeret illos in deserto, quòd nedum non dedisset terram lacte & melle manantem, verùm & inter saxa fame cruciaret & siti. Vide quid faciat mens obliqua, quæ cum à recto deuiet, rectum reprehendit, ipsique Deo se præponit. Dixit Salomon: *Non recipit stultus verba sapientiæ; nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo.* Prou. 18. 2. Ità & de operibus accidit. Ità enim Pharisæi arguebant Christum, quòd curaret in sabbato. Et mirum est, quomodò contra Deum quoque erigat linguam & animum homo stultus, verè stultus; qui nedùm se Deo æquiparare audeat, verùm & anteponere; in quo tamen proprios gressus supplantat, seipsum decipiens, illaque apprehendens, quæ sibi detrimento futura sunt. Audi Salomonem: *Stultitia hominis supplantat gressus suos, & contra Deum feruet animo suo.* Prou. 19. 3. De DEO enim conqueritur; quasi ipse sibi malum intulerit, quod ipse sibi creauit ignoranter & petulanter. Dic tu Iuda, qui te fraudauit lucro, vt feras indignè, quòd vnguentum hoc non venierit trecentis denariis? An Christus, qui passus illo se vngi & recreari? tu tibi malum curas, qui venalem habes animam, venundatus sub peccato, vt facias malum. Abstine te ab alieno, quia de furto vel tangere non licet. Et vide, quòd veritas te coget tandem teipsum criminari, vt dicas: *Peccaui tradens sanguinem iustum:* Mat. 27. 5. Nunc contra Deum feruet animo tuo. Ecce vnde noua passionis occasio, vt impleatur. *Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.* Ps. 68. 10. Iam olim in mundo improperatum est Deo, quòd ab illo mala occurrant hominibus, & hactenus quærelæ non cessant. Vndè quod audistis prouerbium, quotidie impletur: *Stultitia hominis supplantat gressus suos, & contra Deum feruet animo suo.* Prou. 19. 3. Suscipiam ego (inquit Christus) improperia ista, & audiam. *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Ioan. 18. 30 Culper ego de malis, quæ sibi ipsis faciunt homines. Cadant super me improperia ista. Agam ego pœnitentiam super peccatis istis. Exoluam quod non rapui; iniquitatem portabo, quam non feci; supplicium feram, quod non commerui. Veniat Iudas, & suum dispendium in me & ex me compenset, ex me trahat lucrum, quod in me perditum censet; retrorsum non abeo, quin libens pretium me offero, immensæ cupiditatis & auaritiæ suæ. Ecce impletum desiderium auari: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos: & exindè quærebat opportunitatem tradendi illum.* Mat. 26. 15

Ex bono itaq; malum traditionis sumpsit Iudas: sed ex malo bonum Iesus noster. Quod bonum Christi tanto magis carum nobis debet esse, vt indè mala omnia nostra destruantur.

27 Confugiamus ergò ad hanc ciuitatem refugii, quam ædificauit nobis Dominus, neque timeamus; & si non incautè modò peccauimus, sed ex industria quoq;. Quoniam veritas figuram anteuertit; malitia in peccante suffragium impediebat effugii: hic tunc tantùm effugium vanum est, quandò malitia durat. *Cor enim durum, malè habebit in nouissimo.* Abiice cor lapideum, recipe carneum & molle, quod auertatur à peccato, quod conuertatur ad Deum, & ciuitas refugii te proteget. Voluit è vicino haberi remedium istud legis institutor; Ideò plures ciuitates iubebat ædificari. In tres æquales partes totam terræ tuæ prouinciam diuides, vt habeat è vicino, qui propter homicidium profugus est, quò possit euadere. Quid vicini⁹? quid propinquius? quid facilius? *Narra si quid habes, vt iustificeris*: Iustus prior accusator est sui. *Venit amicus eius, & inuestigabit eũ.* Quis amicus, nisi qui animam suam dedit pro nobis etiam inimicis? Sit de aliis verum: *Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Hic amicus est etiam inimicis; *qui cum adhuc inimici essemus, pro impiis mortuus est.* Venit, vt inuestiget eum, qui prius accusator est sui. Ad quid inuestigat? Vt innocens comprobetur. Sit aliis noxius, amico innoxius erit, quia ipse iustificat impium. Testimonio amici standum, *qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Ipse solus verax: alius quispiam mendax. Tu solus dic iniquitates tuas, confitere peccatum tuum, accusator sis tui, & dùm te accusas iustificaris, vt sis iustus accusator tui. Amicus enim veniens & inuestigans, nullam mortis causam inuenit, in se transferens peccatum tuum à te. Et dicens Deo: *Ego sum qui peccaui; ego iniquè egi. Isti, qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei; populus autem tuus non percutiatur.* Nunquid ista, quæ de Dauide scripta sunt, in Christum optimè non quadrant, qui tulit super se peccata mundi, quibus iram meruit, & iustos reddidit peccatores, vt essent populus Dei iam non plagis dignus? Dauid profectò absque culpa non fuit, verùm neque populus innocens. Iubente Domino: *Quandò tuleris summam filiorum Israel, iuxta numerum dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & non erit plaga in eos, cum fuerint recensiti* Dauid ergò Christi fuit figura, quod in se transtulit peccatum populi, & quod supplicio se pro illo humiliter obtulit: sed veritas supereminet, quia Christus prorsus innocens, totam in se culpam transtulit, non voto duntaxat aut verbis plagæ se offerens, sed *verè portans peccata nostra in corpore suo.* Attende quoq; quod tunc Dauid erexit altare iussu Dei, & obtulit sacrificium, & placatus est Dominus, qui fuerat indignatus; quo in loco templum ædificatum est, res plena mysteriis. Noueris ergò, quod per sacrificium suum Christus remissionem obtinuit à Deo Patre peccatorum nostrorum, quæ in se transtulit; & refugii ciuitatem habemus è vicino, id est facillimè possum⁹ saluari; refugiamus tantùm ad hanc ciuitatem, quæ est Christi passio; in eam transferentes per veram pœnitentiam peccata nostra. Illamq; ingredientes per intimam ac firmam meditationem. Gratias agentes ei, qui talem sustinuit pro nobis crucem & mortem, cui est gloria & imperium in sæcula. Amen.

Eccl 3.27. Deut.19.3. Isai 43.26 Prou 18.17 Ioan.15.13. Rom.5.6. Apoc.1.5. 2.Reg. 24. 17. 1.Par.21. 17. Exod 30.12 1.Petr.2. 24. 2.Reg.24. 25.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Considerantur concilium, & conuiuium. In concilio tria: Qui sint consiliarii; quid statuant contra Christum; & quomodo. In conuiuio etiam tria: Effusio vnguenti; Discipulorum indignatio; & vna Domini admonitio. Inuectio contra murmurantes.

MERI-

1 MERITO multumque congruè hodie legimus hanc lectionem, in cuius principio habemus verba illa Domini Iesu. *Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur:* quandò vere & apud nos *post biduum Pascha fiet*, non illud, in quo resurrexit Dominus, sed in quo passus est, mortuus & sepultus, quod tunc dicebatur Pascha, quoniam Agnus, qui etiam Pascha dicebatur, Deo secundum legem immolabatur illo die: Quibus verbis monemur, vt præparemus corda nostra ad sanctissimum mysterium Passionis Christi. Nam Iudæi quoq; secundum legem sanctificabantur, id est lauabant se & vestimenta, vt possent Agnum immolare, & manducare. Ioan.18.28 Propterea sic sanctificati noluerunt ingredi Prætorium Pilati, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha, vt scribit sanctus Ioannes Euangelista: Nos ergò, non secundum purificationem Iudæorum sed Christianorum, mundemus corda nostra, vt Pascha nostrum, quod est Christus, per sanctam meditationem suæ Passionis manducemus.

2 Facit ad hoc quoque, quòd in præsenti lectione duo continentur præambula ad ipsam Passionem, quæ sunt Concilium Iudæorum inimicorum Christi; & Conuiuium Christi & amicorum eius. In quorũ tamen vtroq; de Domini morte tractatum est. In concilio quidem apertè. In conuiuio autem occultè. In concilio ab iis qui aperte erant Christi inimici. In conuiuio autem à Iuda, qui erat domesticus inimicus. Ideò illi apertè cogitauerunt, & decreuerunt, *vt Iesum dolo tenerent & occiderent.* Hic verò pietatem prætexuit Ioan. 12. 5. dicens: *Quare vnguentum hoc non veniit trecentis denariis, & datum est egenis?*

3 In concilio tria habemus. Primum est: Qui fuerunt consiliarii. Secundum est: Quid statuerunt in concilio. Tertium est modus exequendi, quod fuerat deliberatum. De primo dicit Euangelista: *Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in atrium Principis Sacerdotũ, qui dicebatur Caiphas.* Vbi primùm vide quomodo tota Synagoga conuenit aduersus Christũ suum. Sicut Romana Respublica constituebatur ex Senatu & populo; Ita Synagoga ex Sacerdotibus & populo, ita iubente Deo. Seniores autem populi totum populũ ipsum repræsentabant, vt patet in excusatione & purgatione homicidii, cuius ignorabatur author. Dicitur enim ibi: *Et venient Maiores ciuitatis illius* Deut. 21. 6 *ad interfectum, lauabuntq; manus suas super vitulam, qua in valle percussa est, & dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem innoxium; nec oculi viderunt. Propitius esto populo Israel quem redemisti Domine; & ne reputes sanguinem innoxium in medio populi tui Israel; & auferetur ab eis reatus sanguinis.* Vbi vides, quòd Seniores excusantes manus suas & oculos à culpa, purgant totum populum. Seniores ergò in concilio isto sunt pro toto populo; quamuis tamen, vt nulla prorsus esset excusatio, populus ipse totus extorsit à Pilato damnationem Christi. Nam *Pilatus laborans,* Luc. 23. 21. *vt illum eriperet de manibus eorum clamãtium: Crucifige, crucifige eum; & videns,* Matt. 27. *quia nihil proficeret, lauit manus coram po-* 24. *pulo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Clamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Ecce conuentus malignãtium populorum. Vniuersa (inquit) turba simul. Ergò Dominus Iesus à tota Synagoga repulsus est. Sicut tota illum petierat; quando territi voce Domini, dixerunt Moysi: *Loquere tu nobis, & non loquatur* Exod. 20. *nobis Dominus.* Ita enim dixit Moyses: 19. *Prophetam suscitabit tibi Dominus, vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb; quando con-* Deut. 18. 15 *cio congregata est, & dixisti: Vltra non audiam vocem Domini Dei mei. Et dixit Dominus mihi: Benè locuti sunt omnia. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui.* Non habet ergò Synagoga Iudæorum, quod doleat: Nam sicut illi datus est Christus ad petitionem eius; ita ipsamet instante, vt tolleretur ab ea, ablatus est ei. Ita nemo nostrum doleat: Nam ipsi nos mali nostri sumus authores, incidentes in foueam, quam feci-

Pro.19.16. fecimus. Hinc benè Salomon: *Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit viam suam, mortificabitur.* Et, Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus.

4 Vides secundò, quam verum dixerit i-
Prou.19.12 dem Sapiens: *Sicut fremitus leonis; ita & Regis ira: Et sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.* Facilè enim potentes, quibus est potestas benè aut malè faciendi, exeunt ad opus conceptum ab eis. Vnde si Rex irascatur, statim expecta illius indignationis effectum, ac si frementem audias leonem, nam mox in prædam rapitur. Item contra, si hilarem videas Regem, gratiam potes securus expectare iuuantem, sicut ros herbam iuuat. Indignati sunt Principes aduersus Dominum, & propterea indignationem facto expleuerunt. Et quoniam facultates facultatem prębent cum facilitate faciendi sua consilia; ideò plurimùm diuites errant, & vitiis corrumpuntur, Cuius oppositum operatur paupertas. Vnde est Prouerbium: *Cum obse-*
Pro.18.27 *crationibus loquitur pauper; & diues effabitur rigidè.* Et ratio est, quia diuitiæ inflant hominem. Se enim multum posse confidit, sicut scriptum est: *Substantia diuitis vrbs roboris eius; & quasi murus validus circundans eum.* Videte ergò diuites & potentes, quomodo cautè ambuletis. Nam facilis est lapsus vester ad ruinam
2.Cor.12. culpæ & pœnæ. Sicut enim Paulus ait:
10. *Cum infirmor, tunc fortior sum:* Ita è contrario fortitudo vestra, vestra est infirmitas. Pondus enim graue diuitiæ sunt, ad terram inclinans, & trahens ceruicem mẽtis nostræ. Vnde & bonum consilium est viri pauperis, vt à diuite declinet, nec sua
Eccl.13.2. vtatur familiaritate. *Pondus* (inquit Sapiens) *super se tollit, qui honestiori se communicat Et ditiori te, ne socius fueris. Diues iniustè egit, & fremet; pauper autem læsus tacebit.* At Dominus Iesus optimates euitare non potuit, ne haberetur irrita aut doctrina sua suspecta; & quia venit omnes homines saluos facere: & denique quoniam ab his erat interficiendus, sicut habemus, quòd concilium collegerunt aduersus illum.

Quid verò statuerint in concilio, exprimit Euangelista, dicens: *Et concilium fecerunt quomodo Iesum dolo tenerent, & occiderent.* Duo ergò mala Christo inferre constituerunt, capturam & torturam; vt auferrent & libertatem & vitam. Hoc, quia traditus est nobis, vt noster esset absque discrimine iustorum & impiorum. Sicut enim & solem & pluuiam dat omnibus, non discernens inter bonos & malos. Et sicut dedit manna populo vniuerso, absque discretione boni & mali. Et ad nuptias suas, in quibus est vitulus saginatus, tauri, & altilia, serui congregauerunt bonos & malos: Ita omnibus traditus est Christus. Ideò in cæna se bonis prius communicauit, post cænam verò traditus est in manus peccatorum. Et tandem vbi mortuus est, Ioseph ab Arimathia, qui erat iustus & bonus, dignus factus est, qui illum susciperet. Verum ad quid capiunt isti omnes? Mali, vt malum illi inferant; Boni, vt bonum inde auferant. Mali, vt perdant; Boni; vt teneant, *tenerent* (inquit) *& occiderent.* At sponsa: *Tenui illum, nec dimittam.* Voluit autem Dominus teneri ab impiis, illum malè tractantibus, vt teneretur à piis illum venerantibus. Voluit ab illis mortem suscipere, vt istis vitam communicaret.

In Passione ergò Domini has duas aduersitates eius considera, quòd captus fuit, & tentus ab inimicis suis; & quòd ab illis durissima passus est. Populus hæc duo mala patrebatur in Ægypto, quòd erat in potestate Ægyptiorum, & quòd Ægyptii ad amaritudinem ducebant animam eius. At libertate fruens in terra promissionis omnibus bonis replebatur. *Vt* ergò & *nos vocaret in libertatem, eripuit nos de potestate tenebrarum.* Vt bonis in hac libertate frueremur, transtulit in Regnum Filii sui, qui est Patri dilectissimus. Nam *liberi sunt filii*, qui iidem hæredes sunt secundum spem vitæ æternæ. At Diabolus captiuas etiam tenet mulieres oneratas peccatis, vt onera importabilia tribulationum & angustiarum imponat in humeros earum, & tandem morte afficiat. Quid putas Deus populo, si non obediat voci eius, commi-

natus

Deut. 28. natus fuerat: *Reducetque te Dominus classibus in Ægyptum, per viam, de qua dixi tibi, vt eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis.* Si liberatio ab Ægypto certa figura est ereptionis electorum a potestate tenebrarum, absque dubio redire in Ægyptum, ibique vendi inimicis, relapsus est in pristinam seruitutem sub potestate aduersarii nostri Diaboli. Quid ve-
69. rò mali sustinetur ibi? *Et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ.* Quid verò per hæc verba significatur, per sequentia declaratur: *Mane dices: quis mihi det vesperum? Et vespere: quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis.* Ac si dicat, tantus erit terror, tanta tribulatio, vt ad horam vix te viuere arbitreris. Hæc est conditio eorum, qui Diaboli sunt captiui. O quam mala! Vt nos ab his eximeret Filius Dei, passus est ab inimicis suis.

7 Cogita, quanta calamitas sit, teneri & vinciri ab hostibus & odientibus: quę ideò
Psal. 41. commemoratur de populo. Et dominati
Sab 16. 10. sunt eorum, qui oderunt eos. Cogita quãta miseria, sustinere ab odientibus pœnas tales, vt sustinens dicere possit: *Satiati sunt pœnis meis.* Cur ergò tu, qui vides Dominum tuum, talem pro te à peccatoribus sustinuisse contradictionem, non recedis à tabernaculis impiorum? non saluaris à generatione ista pessima? non exis de Babylone? non elongaris à consuetudine iniquorum? consortia non effugis pec-
Eccl. 13. 1. cantium & malefactorum? *Qui tangit picem inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam*: inquit Sapiens. Ergò si in exercitu fueris peccatorum, cum Christus traditus sit in manus peccatorum, ipsumque illi dolo tenuerint & occiderint, particeps factus delictorum eius, etiam de plagis eius accipies conse-
Apoc. 18. 4 quẽter. Et tu ergò inter crucifixores Christi sustines, aut appetis computari? Inter Iudæos inimicos illius? qui sunt Synagoga Sathanæ?

8 Sed modum videamus, quem tenere disponunt in Christi perditione. *Dicebant autem non in die festo; ne fortè tumultus fieret in populo* Modum illum meditantur, quo certius consilia sua perficiantur. Timebant enim, quòd si id tentarent in die festo, quando maximus fiebat concursus populorum, populo propter id tumultuante, impedirentur à studiis suis pessimis, eorumque scelestissimi sacrilegique conatus irriti redderentur. Si enim non ausi sunt dicere, quòd baptisma Ioannis erat ex hominibus timentes turbas, quæ Ioannem habebant sicut Prophetam, & alias quærentes eum tenere, turbas pariter timuerunt, non immeritò statuerunt. *Non in die festo; ne fortè tumultus fieret in populo.* Verùm quia in die Azimorum necesse erat occidi Pascha, non tam figurale quam verum; & iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant; sic Domino disponente, *In die festo*, quod dicitur Pascha, *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Contigit autem hoc ex parte ipsorum; quoniam traditor promisit illis, eum tradere sine turbis. Contigit verò ex parte Domini, quia illa hora erat, in qua transiturus erat de hoc mundo ad Patrem. Pascha autem à Phase transitus est, transitus (inquam) Domini per Ægyptum, percutientis Ægyptios, aëreas videlicet potestates, ac principes triumphantis illos in semetipso, per sanguinem Crucis suæ; & ita transire facientis electos suos à terrenis ad cœlestia. Præterea qui pro omnibus passus est, ab omnibus, quantum licuit, conspici voluit. Nunc in eum, nos non vi-
1. Petr. 1. 8. dentes, credemus, vt verè sint beati, qui
Ioan. 20. 29 non viderunt, & crediderunt. At quando potuit illum videre omnis caro, quantam potuit, voluit ipse, spectantiũ adesse multitudinem. Vt etiam in hoc figura serpen-
Ioan. 3. 14. tis impleretur, cuius aspectu sanabantur, à
Num. 21. 9 serpentibus peccatorum sauciati. Hoc pacto, quò magis contemptus est & irrisus à respicientibus & despicientibus & improperantibus, eò nos abundantius gloria & honore coronauit. Secretum quærit Concilium malignantium, vt certius exequatur malignitatem suam: Christus verò in conspectu gentium reuelauit ignominiam suam, vt euidentius demonstraret benignitatem suam.

Rursus intelligimus, hoc propensioris 9

fuisse consilii, vt & qui præibant, & qui sequebantur, atq; adeo & omnes fines terræ,
Luc.3.6. & omnes generationes viderent salutare Dei nostri; quasi clamet in medio tribulationis omnibus prorsus, qui terram cal-
Thren.1 12 cant, dicens: *O vos omnes, qui transitis per*
Zach.12. *viam, attendite, & videte dolorem meum;*
10. *aspicite ad me, quem confixerunt.* Leuita,
Iudic.19. cuius vxor periit à libidine scelestorum, illam diuisit in frustra, & misit in omnes ter-
29. minos Israël. Quod cum vidissent singuli,
Iudic.20.6 conclamabant: *Nunquam res talis facta est in Israel.* Sic & maritus vxoris dicebat: *Nunquam tantum nephas, & tam grande piaculum factum est in Israel.* Videat, videat omnis caro, videant omnes termini terræ mortem Christi, mittatur corpus eius in frusta, vt ab omnibus intelligatur. Tota nocte abusi sunt impii vxore Leui-
Iudic.19. tæ. At mulier recedentibus tenebris venit
25. ad ostium, & ibi corruit, & ibi apparuit mortua. Iudæi in tenebris cogitant suam explere libidinem, *ne fortè tumultus fieret in populo.* Et ideo dicunt: *Non in die festo,* non clara luce, non videntibus populis. At Deus voluit manifestissimam esse mortem Christi, in quem incredibili furore libidinis irruit Synagoga; vt sic accendatur omnium zelus ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum atq; salutem. Hinc & qui præcesserunt omnes in vmbra sacrificiorum, Passionem Domini conspexerunt. Qui verò secuti sunt, apertam veritatem contemplantur, in qua viderunt omnes, ac vident in ligno pendentem. Ergò nostrum est Passionem Domini attentè contemplari, diligentissimè intueri, iugique meditatione in corde versare. Ideò enim Christus ipse & illam, tam Iudæis prædixit quam discipulis suis, & illius commemorationem instituit in Eucha-
1.*Cor.*11. ristia, qua mortem Domini annuntiamus
20 donec veniat glorioſus, præmittens signũ
Mat.24.30 suum, Crucem videlicet. Nam *tunc apparebit signũ filii hominis in cœlo.* Ergo Christiane, qui credis in Filium Dei, qui passus est sub Pontio Pilato, mortuus & sepultus, ne auertas faciem tuam ab isto paupere. Vide quæ pro te passus est, vt sis socius Passionis eius, &c.

SECVNDA PARS.

NVnc conuiuium attendamus, quod to Domini Passionem præcucurrit. Vbi Enius prius ad memoriam reuocanda est figura Agni Paschalis, de quo tria præcipiebat Dominus, videlicet, quòd immolaretur; quòd sanguine illius postes domus lenirentur, quod carnes eius comederentur assæ igni. Ecce immolatio: *Concilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent: & occiderent.* At in conuiuio illius carnes comeduntur, vt deniq; per aspersionem sanguinis eius protegamur à ruina & dæmonio. Immolauit Iudæus, vt comedat Christianus. Ideò & conuiuium præcessit ad hoc designandum.

De quo tria nobis proponuntur. Primum est effusio vnguenti *super caput ipsius recumbentis.* Secundum, discipulorum indignatio est. Tertium verò ipsius Domini admonitio. De primo dicit Euangelista. *Cum esset in Bethania in domo Simonis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.* Vbi per istam sanctam vnctionem duo nobis designantur. Alterum ex parte Christi; Alterum ex parte nostra. Ex parte Christi habemus, quòd ipse per Propheram Isaiam iam dixerat: *Spiritus Domini super me, eò quod vnxit me, Isa 61.*
Euangelizare pauperibus misit me, sanare Luc.4.18
contritos corde. Vbi apertè videtur, quòd per vnctionem intelligitur spiritus: quo spiritu intelligitur Christus primùm con- Exod.40
secratus in cultum Dei. Nam tabernaculum, altare, & vasa omnia, destinata ad cultum Dei, oleo consecrata sunt: Ita & Aaron, & filii eius, atq; adeò Sacerdotes, oleo Leui.8.
pariter inuncti sunt, & sanctificati, vt starent, & ministrarent coram Domino. Nam vnctione illa materiali, per spiritum Dei instituebantur Sacerdotes sancti. Ita Chri- Isa.61.1.
stus, super quem requieuit Spiritus Domini, ad hoc designandum, voluit & oleo materialiter perungi, vt non ad alios vsus, essemus certi, ipsum esse præordinatum, quàm vt offerret hostiam sanctam, Deo placentem pro peccatis nostris Sacerdos in æter-

in æternum. Secundo vt intelligatur, non à seipso sibi sumpsisse hunc honorem, vt Pontifex fieret, sed venit missus à Deo, & ductus à Spiritu, vt tentaretur à diabolo, vt in eo quod tentatus est, & passus, factus obediens vsque ad mortem, opus consumaret sibi à Deo Patre commissum; nempe *vt redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Ergo Passio Christi, opus Dei est. Tu ergo illam attende, veluti opus Altissimi, qui misericordia motus, *non ex operibus iustitiæ quæ fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.*

11 Ex parte nostra est, quod mulier vnxit illum: quod faciunt fideles, quando sequũtur vestigia eius, qui passus est pro nobis, communicantes illius Passionibus, portantes stigmata eius, semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, ad gloriam eius. Ideo Dauid post verba illa: *Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*: addit: *Mirrha, & gutta, & cassia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus te delectauerunt filiæ regum in honore tuo.* Quasi proponat similitudinem nobilium puellarum, quæ vnguento ex pretiosis aromatibus confecto, aspergant vestimenta Christi, quæ custodiuntur in arcis eburneis, vt illis indutus in honore, sentiens vestimentorum fragrantiam, delectetur. Qua similitudine innuitur, quod qui Christũ imitantur in eo, quod vnctus est, procedens ad pugnam cum hoste maligno in campum certaminis suæ Passionis; iste configuratus corpori humilitatis eius, quemadmodum vestimenta corpori coaptantur, tum honorat, tum delectat Christum, vt pro ignominia Crucis honoretur, pro acerbitate Passionis delectetur. Num igitur non honorabimus & delectabimus eũ, qui pro nobis morte turpissima æque ac acerbissima sustinuit cõdemnari?

12 Sed erant quidam indigne ferentes, nẽpe Iudas, qui fur erat, & lucrum suum cogitabat. Hi sunt, qui Christo non compatiuntur, & Crucem fugiunt, *quærentes quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi*; quamuis & specie pietatis hanc suam impietatem prætextere moliantur, dicentes: *Quare vnguentum hoc non veniit trecentis denariis, & datum est egenis?* dixit tamen hoc Iudas, non quia de egenis pertineret ad eum, sed quia fur erat. Quid hinc hauserit Iudas, innuit Euangelista, post acta in hoc conuiuio subdens immediate: *Tunc abiit Iudas ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos: Et exinde quærebat opportunitatem, vt traderet eum illis*: En quantum est auaritiæ scelus, vt ea quoque, quæ cultui diuino ascripta sunt, vsurpare non vereatur, neque aliud à Deo expectat, quam terrena emolumenta. Hoc scitote vos, qui legata non soluitis. Hoc vos, qui facto dicitis: *Hæreditate possideamus Sanctuarium Dei.* Hoc illi, qui nullum non scelus aut sacrilegium patrare parati sunt, vt ditentur; quando & Iudam impulit auaritia, vt Filium Dei traderet in manus inimicorum suorum. Hæc est simulata sua pietas erga pauperes, cum tamen de illo verum sit Prouerbium: *Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo.* En pauper Christus, qui non habet, vbi caput suum reclinet: Quis eum magis odio habuit, quam qui in mortem tradidit? Hic frater est illi propinquus, qui supplantãs supplantauit eum. Amicus ille, cui dictum est: *Amice ad quid venisti?* Num amicus iste duplex animo, non procul recessit ab eo, quando abiit ad Principes Sacerdotum, vt traderet eum illis? Si autem verum est, quod dixit Veritas: *Quamdiu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*: Iudam imitantur illi, ad quos de egenis non pertinet, sed eos abominantur magis. Vis videre qui, & quot sunt huiusmodi? Audi Salomonem: *Multi colunt personam potentis, & amici sunt bona tribuentis.* Ratio? Audi. *Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem, & hi quos habuit, separantur.*

In Christi monitione habemus, primum 13
reprehensionem de molestia illata Mariæ vngenti; ait enim: *Quid molesti estis huic mulieri?* Qua reprehensione confirmatur documentum illud: *Noli prohibere benefacere*

Ioh.5.5. Mat.4.1. Tit.2.14. Tit.3.5. 11 2.Tim.2.11. 1.Pet.4.13. 2.Cor.4.10 Psal.44.8. 12 Mar.14.4. Phil.2.21. Iohan.12.5. Mat.26.14. Psal.87.13 Pro.19.7. Mat.8.20. Ier.9.4. Matth.26.50. Pro.19.4. 4. Matth.25.40. 13 Pro.3.27.

cere eum, qui potest, si vales & ipse benefac. Secundo habemus laudem mulieris: *Bonũ enim opus operata est in me.* Heus tu quid pluris facis? obiurgationes hominum, an Christi laudem & prædicationem? Nosti
Psal. 52. 6. quid Dauid cecinerit? *Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Nosti Paulum Iudæis nolle placere, volentibus eum circumcisionem prædicare, & ingerere gentibus accedentibus ad Christum, sed eorũ magis oblocutiones sustinere, & dicere:
Gal. 1. 10. *Si hominibus placerem, Christi seruus non essem?* Etenim Deus seruos suos protegit à contradictione linguarum; sicque protegit, vt etiam commendet & honoret. Sic Abraham ab eo commendatus est apud
Gen 20. 7. Abimelech, cui de illo dixit: *Orabit pro te, quia Propheta est.* Ita Iob Deus laudat, simul illius amicos criminans dicens: *Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos; quoniam non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. Ite ergo ad seruum meum, & offerte holocaustum pro vobis. Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia.* Vbi etiam apparet, quod
Iob 42. 7. Iobhorum male loquentium argutiis nũquam cessit; vt discamus, mundi nos non curare obtrectationes, quibus à bonis operibus retrahere nos conatur, detrectans de nobis tanquam malefactoribus; imo nec impiorum iniquas leges pendere, sicut
Dan. 6. 13. Daniel non curauit de lege Darij, qua vetabat etiam Deum exorare. Sic sancti Martyres ac testes Christi, iussa omnia tyrannorum contra fidem spreuerunt. Sic & Apostoli neglexerunt iussa Principum Iudæorum, prohibentium ne in Christi nomine loquerentur.

14 Ii ergo, qui nos à Christi obsequio auertere conantur, dicamus cum Petro & Io-
Act. 4. 19. anne: *Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum.* Consideremus
Mat. 10. 31 quanti facienda sit Dei lex, Christi laus, qui se in hoc mundo confitentes, confitebitur coram Angelis Dei, quando laus erit vnicuique à Deo, & ita aures elaudamus obstrepentium criminationibus. Sic enim Deus redimet nos à calumniis hominum.

Æquo ergo animo, eorum feramus molestias. Arguant, reprehendant, criminentur: Tu benefac bonus, & rectus corde, ambubulans simpliciter, & ita confidenter. Nam Deus, qui prospector est cordis, in tempore suo illuminabit abscondita tenebrarũ. Si Iudas obloquitur, Christus confitebitur 1. Cor. 4.
coram Patre suo, dicens: Hic vir, hæc mulier bonum opus operati sunt in me: Et dicetur nedum in toto mundo, sed super astra cœli, quod quisque iustus fecit in memoriam eius. O eloquium dulce, ô suauẽ vocem, ô perenne, & irrefragabile præconium! Quid? Et qui nũc insaniunt abeuntes post vanitates & insanias falsas, & indentes, qui exeunt de Sodomis, & laborant in fabrica arcæ, in qua saluantur electi, & dicunt: *Vt quid perditio hæc?* Casus labor, vanum est ante lucem surgere à cubilibus & impudicitiis, delitias perdere, quibus frui possumus. His (inquam) insanientes tunc admirabundi clamabunt: *His Sap. 5.*
sunt, quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij; nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei. Tacuit mu- 15
lier bono operi intenta, nihil pendens indignantium obiurgationes; propterea Christus illius suscepit patrocinium, illam defendens & laudans, illos arguens. Itidem & nos vacantes virtuti, surdos nos exhibeamus oblatrantibus, & erit Deus pro nobis. *Quis* enim *accusabit aduersus* Rom. 8. 33.
electos Dei, quando Deus est, qui iustificat? En exemplum patens: Locuta est Maria & Num. 12. 1.
Aaron, contra Moysen propter vxorem eius Æthiopissam, & dixerunt: *Numquid solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobu similiter est locutus?* Quod *cum audisset Dominus (erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra) statim locutus est, & dixit: Si quis fuerit inter vos Propheta Do-* 6.
mini, in visione apparebo ei, vel per somniũ loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere 10.
seruo

seruo meo Moysi? Ac deinde: *Et ecce Maria apparuit candens lepra, quasi nix.* Vide tacentem Moysen, & non reddentem maledictum pro maledicto: Vide illius protectorem Deum, & calumniantium reprehensorem & vltorem. O insigne documentum!

16. Tertiò addit Christus rationẽ suæ laudis, qua probat, quòd mulier benefecerit,
Matt 14.8. dicens: *Nam pauperes semper habebitis vobiscum, me aũt non semper habebitis.* Quod habuit hæc fecit. *Mittẽs enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Quibus in verbis docemur, quid & nos facere oporteat. Primum ergò discamus bonum semper facere, secundum opportunitates. Opportunum fuit Christum vngere tũc, opportunum est semper pauperibus benefacere: Illud facere, hoc
Sap. 2. 6. non omittere. Dicunt impij: *Vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Coro-*
Gal. 6. 10. *nemus nos rosis antequàm marcescant.* Ergò dicamus & nos: *Dum tempus habemus, operemur bonum*, recordantes quod non
Mat. 9 15. semper Christum habebimus; quia veniet tempus, & auferetur à nobis sponsus. Iam olim à discipulis ablatus est per mortem suam, nunc à nobis aufertur per mortem nostram. Dum viuimus, adest nobis, si nõ illum repellimus; quando & in pauperibus nobis se offert, vt facilè obsequium illi præbeamus. Discamus præterea, opera bona plus habere virtutis, quàm appareat oculis hominum. Maria dum viuum vngit, præuenit mortui vnctionem, acceptauit Christus vnctionẽ hanc pro obsequio, quòd mortuis consuetum fuerat exhiberi; vt mortuum veneraretur, quem viuum dilexerat. Tu ergò, quod tuum est, fac: Deus, quod suum est, faciet; quando beneplacitum erit illi. Cõiunxit Maria opus suum cum Passione Domini: nam *ad sepeliendum me fecit*, ait Dominus. Ita ergò coniunge opera tua cum Passione Domini, vt vbicunque illa fuerit prædicata, commemorata, honorata, rememorata, particeps illius sis, partem ciborum accipiens, quàm & ipse.

17. Cauè autem super omnia, quod cauen-
Eccl. 1. 37. dum iubet Sapiens: *Non fueris hypocrita in conspectu hominum, ne scandalizeris in labiis hominum, & reuelet Deus abscondita tua, & in medio Synagogæ elidat te, quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia.* Infœlix Iuda in hanc hypocrisim & malignitatem impegit, & nunc comedit fructum aduentionum suarum. Vide autem, si non illum sapiens quasi digito demonstrauit. Quid est prætendere zelum pietatis, verè autem turpè sacrilegumq; lucrum meditari, nisi hypocrisim colere in conspectu hominum? Quæ tam fuit perfecta vt discipuli quoque, quorum sincerus erat animus, in eandem consenserint, atque incurrerint indignationem? Quàm infœliciter scandalizatus est in labiis hominum, quando intellecto concilio Iudæorum, quòd collegerunt aduersus Iesum, vt eum morti traderent, abiit ad Principes sacerdotum, & ait illis: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* & accepta pro- *Matth. 26.* 15.
missione triginta argenteorum quærebat opportunitatem, vt eum traderet? Heu quantum scandalum! Sed eccè tibi reuelatio absconsorum suorum à Deo facta, quandò, Deo volente, & ipsemet aperuit *Mat. 27. 4.*
peccatum suum, & ager ille, qui triginta illis argenteis emptus est, vocatus est ager 8.
sanguinis; & ipsa sibi à se conscita mors, toti mundo nota; quid est aliud, quàm elisio, qua Deus hunc pessimum hypocritam & malignantem elidit, plusquam in medio synagogæ? Sicuti quod mulier fecit, euulgatum est, vbicunq; in toto mundo Euangelium est prædicatum: haud secus huius sacrilega peruersitas se diffudit in omnes fines terræ; incipiens à synagoga, & progrediens vsq; ad terminos orbis terrarum. Rationem autem huius tàm grauis punitionis amplificat Sapiẽs dum adiicit: *Quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor* *Eccl. 1. 40.*
tuum plenum est dolo, & fallacia. Accessum istum malignum, quænam verba potuerunt explicatiùs denudare, quam Euangelistæ dicentis: *Qui autem tradidit* *Matth. 26.*
eum, dedit illis (nempè cohorti & mini- 48.
stris) *signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum dixit: Aue Rabbi, & osculatus*

latus est eum ? Qui tàm malignè accessit ad Dominum, nunquid non habuit cor plenum dolo & fallacia ? Quandò scandalizati fuerunt quidam discipuli in labiis Christi, suam carnem promittentis, & exhibentis ad manducandum ; quis dubitauerit & hunc pessimum fuisse scandalizatum ? Dixit enim tunc Iesus ad Apostolos : *Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est :* & tamen non discessit ab eo, cum multi discipulorũ abiissent retrò. Hoc quarè ? quia cor eius plenum erat dolo & fallacia : *Loculos portabat, & fur erat.* Auaritia illum retinuit, ne recederet, simulans pietatem dolosus & fallax : id quod exitus iste malignus probauit apertè. Sit nobis iste malignus statua salis, qua cõdiamus mores nostros, vt caueamus ab hypocrisi, à scandalo, à malignitate, à dolo. Ne participes delictorum, plagas easdem accipiamus ; memores illius documenti : *Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* Deus nobis adsit prębẽs gratiã, qua illi obsequamur semper, cui est honor & imperium in sæculo. Amen.

Ioh. 6. 61. 71. 67. *Ioan. 12. 6.* *Apoc 18. 4.* *Eccl. 7. 3.*

MORALE.

18. O Superba hominum corda, quid indignamini cõtra fratres vestros ? Quid de proximis vestris obloquimini, tanquã de malefactoribus ? Quid opus eorum exprobratis tanquam malum, propter falsum zelum insipientiæ vestræ ? Saulus æmulator existens paternarum suarum traditionum, illos persequebatur, qui Christi nomen inuocabant ; sed ignorans id fecit in incredulitate. Iudæi æmulationem Dei habentes, contradicebant his, quæ dicebantur à Sanctis Apostolis ; sed id præstabant non secundum scientiam, quia suam quærentes iustitiam statuere, iustitiæ Dei non erant subiecti. Apostoli ipsi, videntes vnguẽti pretiosi effusionem super magistri caput factam, indignati sunt dicentes : *Vt quid perditio ista vnguenti facta est : potuit enim vnguentum istud venundari multò, & dari pauperibus.* Sed obscuratum erat insipiens cor eorum ; non considerãtes, quòd improperium illorum erga mulierem, refundebatur super Christi caput, qui opus illud non prohibuisset. Tota die murmur auditur hominum cõtra homines, dum trabem, quæ in oculo nostro est, non videntes, acutiùs videmus festucam in oculo fratris nostri, nostram negligentes vitam, vitam aliorum carpimus maledictis. Dei gloriam videmur quærere, sed gloriamur in laude nostra, nos ipsos, quasi zelum habentes Dei, ostentantes, dum aliorum arguimus opera. Hæc generatio est illa, de qua scriptum est : *Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ.* Cæteros sugillare, se se exaltare est. Quid erigunt oculos, quasi iudices sint, vt arguant, & syndicent aliorum facta ? Quis te constituit iudicem super eos ? & quis tibi dedit hanc potestatem ? Etiamsi iudex constitutus esses à Deo, vocem tamen hanc tibi audire conuenires : *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum : quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum.* Tentat Deum, qui duplici corde illius quærit sententiam, illius assumit iudicium ; illius videtur honorem zelare, & iudicat tamen ex tumore cordis sui. Sic Iudæi, qui illi, qui fuerat cæcus, dicebãt : *Da gloriam Deo, nos scimus, quia hic homo peccator est.* Ideò dicit Sapiens : *In simplicitate cordis quærite illum :* benè de illo sentientes, non crudelem illum constituentes, non insipientem ; qui asperè iudicet, & in furore ; vel qui non videat crimina illa, quæ isti vident ; & propterea non ipse damnat, quæ isti temerariè audent condemnare.

Prou. *Matt. 7.* *Sap. 1.* *Prou. 30. 13.* *Sap. 1.* *Num. 16. 11.*

O malum mentis superbæ ! ô malum linguæ maledicentis ! ô malum hominũ, qui consultè indignantur, & prorumpunt propterea in murmurationes ! *Benignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis suis, quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & lingua eius auditor* Intelligis benignum esse spiritum sapientiæ ? ergò vbi indignatio, ibi insipientia, ibi non cordis simplicitas sed duplicitas. Tibi incognitus

19. *Ioh. 9. 24.* *Sap. 1.* *Sap. 1.*

gnitus est sensus iste tuus, non reprehenditte propterea cor tuum, sed maior est Deus corde nostro, videt quæ non patet.

Prou.15.11. *Infernus & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum?* Videt, videt Deus ignorantiam tuam, superbiam tuam, iniustitiam tuam, aliorum vitia carpentem, quin & vitia deputantem, quæ bona opera sunt. Et propterea ex sua benignitate tuam ipse increpabit inclementiam; & te maledictum à labijs tuis non liberabit, labia tua ipse corripiens. *Quoniã auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur.* Auris zeli, (inquit) tu zelari videris pro Deo, veluti suscipiens causam eius, & arguens qui illum offendit. Sed iste zelus tuus non est secundum scientiam, nõ verè Dei est, quia amarus est. Quòd si zelum habet amarũ, non sicut Phinees zelatus est pro Deo suo, zelo Dei, zelus est indignationis, zelus immitis. *Quid æmularis pro me?* dixit Moyses ad Iosue. Zelus iste culpatus est, quoniam ex superbia proficiscebatur Ergò zelus Dei ardet contra falsum zelũ, auris zeli audit omnia. Zelat Deus contra indignantes, contra murmurantes. Testis est lectio, quæ ait: *Sciens Iesus dixit: Quid molesti estis huic mulieri?* Vide quanta fatur Dominus aduersus falsos istos zelatores: redarguit quòd sine ratione molesti sint mulieri: laudat opus eius: *Bonum enim opus operata est in me* Probat duplici ratione, quòd benè sit operata. Primum dicens: *Pauperes semper habebitis; me autem non semper habebitis* Deinde: *Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit:* quasi dicat: Mysterio plenum est opus eius; Deo authore illud perfecit, qui futura prospexit Addit demum: Tantæ bonitatis opus istud est, vt per totũ mundum euulgandum sit; quod vos hic reprehenditis in occulto, in conspectu gentium reuelabit iustitiam suam, sanctitatem, & bonitatem. *Amen dico vobis: Vbicunq; prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur & quòd hæc fecit in memoriam eius.* Vides quàm exardescat zelus Dei contra eos, qui zelũ Dei prætendentes innocentes arguunt, vel etiã peccatores exacerbant? Qua in re peccat multipliciter homo. Peccat arrogans sibi iudicium, cp non est illi datum. Peccat nõ corripiẽs ad emendationem, sed murmurans ad detractionem Peccat aures audientium corrumpẽs, & fœtorem iniquitatis passim dispergens. Peccat errans in iudicando, dicens interdum malum bonũ, & redarguens laude dignum. Peccat, quoniam ab origine indignationis alia multà prætereà fluunt peccata & mala. Moyses sit testis.

Moyses qui populum eduxit de Ægypto, qui duxit illum per desertum, quadraginta annis sustinens eorum durissimos mores, prohibitus est, ne illum introduceret in terram, propter quam omnia illi præcedentia facta fuerant: Ideò enim educti de Ægypto, ideò per desertum ducti, vt in terrã deniq; istam inducerentur. Quid ita? *Mihi* (inquit ipse Moyses) *indignatus* Deut.1.37. *Dominus propter vos, dixit: Non ingredieris illuc:* nempè in terram illam. Cur verò sic indignatus fuit Dominus? *propter vos* (inquit) Quarè propter vos? Audi psallentem Psal.105. Dauid: *Et tentauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.* 33. Nunc audi exacerbatum Moysen: *Audite rebelles, & incredduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus elicere?* Quid indè? Num.20. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: 10. *Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis* 12. *me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Dura visa est Moysi populi murmuratio contra Dominum. Zelatus est Deum, sed non ad mensuram indignatus est, exacerbatus est spiritus eius. Hinc obfuscata mens eius, dubitauit, num Deus populo tam rebelli & incredulo daturus esset aquam. Et ne putaretur de Dei potentia titubare, non dixit: Num poterit Deus de petra hac vobis aquam elicere: sed dixit: *Num poterimus?* ne fortè si non exiret aqua, ascriberetur impotentiæ Dei, sed ipsorum Moysi & Aaron. Dubitauit ergò de clementia Dei, timens illum indignatum, sicut ipse fuerat indignatus. Non aduertit bonus Moyses, quòd maior est Dei patientia,

tientia, quàm hominum. Vbi Moyses ipse,
Num. 12. 3. qui mitissimus omnium hominum erat, indignatus est contra populi perfidiam & peruicaciam, patiens fuit Deus, & præstabilis super eorum malitia. Tunc iratus est Dominus contra fidelissimum seruum suum Moysen, quandò de sua benignitate dubitauit, de patientia, de longanimitate, de clementia, de misericordia, quam toties fuerat expertus super populũ, quam ipsemet confessus fuerat. Iam pluries Deus furorem suum accenderat super populum propter eorum duritatem, perfidiam, obstinationem. At Moysi indignatus, quia non credidit illius bonitati & sanctitati.
Exod. 32. 11. *Et non sanctificasti me*: inquit. Moyses dum patiens fuit, fidit & pro populo pa-
Nũ. 14. 13. tientiæ Dei; propterea volentem Deum populum perdere, qui vitulum adorauerat, qui Deo non crediderat super terræ fertilitate & facilitate, placauit & populo propitiauit. At exacerbatus semel, exacerbatum sic Deum arbitratus est, vt non crederet aquam promittenti. O indignatio, quàm nocens est, quàm hominibus pernicio sa. Iusta videbatur Moysis indignatio, sed excedens fuit, ad incredulitatem vsque pertinuit. Vbi de Dei clementia dubitauit, indignus reputatus est, qui terram introiret; sola Dei misericordia aditum facit ad gloriam Dei, qui nos coronat in misericordia & miserationibus. Quid ergò erit, vbi falsa erit indignatio, iniusta, illicita? nec te demulceas quasi pro Deo zelantem. Nam & Moyses zelabat pro Deo suo, sed à zelo Dei clementiam auferebat, rigorem tribuebat. Quid tibi igitur iudex arrogans? Iudex
Sap. 1. 6. seuerus? Iudex iniustus? *Benignus est spiritus sapientiæ*; dixit Salomon: non seuerus, non asper, non attrox, vt es tu.

21. Tumultus murmurationum audietur à
Sap. 1. 10. quo? à Deo. Intelligit, qui propterea corripit inquietos, & perdit omnes, qui lo-
Psal. 5. 7. quuntur mendacium. Sed quis non audit tumultus murmurationum? vox, quæ
Gen. 1. 7. nunquam cessat? linguarum diuisio atque confusio diuisit omnes gentes. At in murmurationibus concinunt linguæ omnes consentiunt omnes, & lingua linguã acuit.

Heu quam labilis est lingua, quàm facilè laxatur in murmurationes! Collige si vales tot tua detrahentia verba, tot falsa, tot iniqua: hoc non vales. An putas & Deum ista latere, vel quòd obtuisceatur? Audi Sapientem. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, & scientiam habet vocis*: propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. Spiritus Domini, mens Domini, qui continet omnia, non exclusus; qui replet orbem terrarum, non inclusus; qui vbique est, non diffusus: scientiam habet vocis, scit quid quisq; loquatur. Quomodò ergò tu iniqua loquens, qui teipsum latere, Deum te arbitraris latere? De omni verbo otioso Matt. 12. reddes rationem in iudicio; non ergò te præteriet corripiens iudicium. Corripiens à Iudice: damnaberis à iudicio. Heu Iudas author murmurationis in conuiuio, quò te rapuit indignata auaritia tua? Qui mulierem benè operantem iudicasti, teipsum malè murmurantem condemnasti. Falsus zelus tuus misericordiam in pauperes prætendebat, & auaritia ardebat cor tuum, mens tua impia atq; sacrilega. En intentus zelus à peccatoribus, en iustitia, quam protegere volunt videri; *Generatio, qua* Prou. 30. *sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus*: quæ propterea non erit à iudicio immunis. Qui de bono opere murmurauit, iam apud omnes infamis est, odiosus est, & maledictus. Quid ergò? *cessate* Sap. 1. *dicere vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ*. Beniamin Deut. 33. amantissimus Domini habitabit cõfidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur; & inter humeros illius requiescet. Ille, ille amantissimus est Domini, quia quasi in thalamo moratur, fugiens homines murmurantes; iste de hoc mari magno eripietur, portatus quasi ab humeris Domini, ibi requiescens, ibi confidenter innixus Deo, qui diligit eos, qui ambulant in veritate. Quod nobis concedat.

Amen.

FERIA

FERIA SEXTA IN PARASCEVE.

CONCIO PRIMA.

Quam morte præuentus Auctor non potuit extendere.

DE PASSIONE DOMINI.

Cum consummasset Iesus sermones hos, &c. *Matth. 26. 1.*

Erat autem Pascha azymorum, &c. *Marc. 14. 1.*

Appropinquabat autem dies festus, &c. *Luc. 22. 1.*

Egressus est Iesus cum Discipulis suis, &c. *Ioan. 18. 1.*

ARGVMENTVM.

Afferuntur in Proœmio omnia illa motiua quæ animũ nostrum impellere valent ad meditandam Domini Passionem. Narratur eius vniuersa historia ordinatè. Diuisim, & deuotè de omnibus partibus tractatur. Explicantur septem verba, quæ Dominus protulit in Cruce.

PROOEMIVM.

1. DVLCIA illa verba animæ dilectæ à Christo, Christumque diligentis: *Dilectus meus mihi, & ego illi*: Nos docent Passionem Domini Iesu deuotè meditari, suosq; labores atq; dolores pro cordis affectu contemplari. Vt mutua sit inter illum & nos, veraque, ac quanta licet, perfecta coniunctio. Per qua sicut nostra facta sunt sua, ita sua nostra fiant; nempè quod sicut dolores nostros ipse tulit, & infirmitates, atq; iniquitates, ita sua dona, merita, magnaq; præmia referamus, atq; hoc pacto mortui resurgamus. Quomodò autem ipse nobis coniungi dignatus sit, aperit Apostolus Paulus dicens: *Cum in forma Dei esset, semetipsum exinanuit, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.* Vbi duas notat coniunctiones; alterã, qua accipiens formam, id est naturam nostrã, qui serui sumus, factus est homo, verè in natura nostra in similitudinem hominum factus, & verè seruus Dei, qui est Filius Dei æqualis Patri: Alteram, qua in similitudine carnis peccati, veluti peccator, morti adiudicatus est & crucifixus. Quas duas coniunctiones figurauit Elisæus, bis se coniungens puero mortuo. Vndè scriptum est: *Et ascendit, & incubuit super puerum, posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum: & hoc bis.* Sic figurans primam coniunctionem in Incarnatione, qua verbum caro factum est; & secundam in Passione, qua *Christus*, vt ait Petrus, *peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus.* Idcircò in secunda coniunctione Elisæi, puer mortuus reuixit.

Quod autem Elias triplici coniunctione alium puerum suscitauit, hoc est, quia per secundam figurauit labores Christi, qui in Psalmo dicit: *pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Quod figurauit Elisæus per id, quod fecit post primam coniunctionem, nempè qui reuersus (id est descendit de puero) deambulauit in domo semel huc atque illuc, & ascendit, & incubuit super eum. Sicut ergò nobis coniunctus est Dominus, quoniam dilexit nos; Ita & nos, vt à nobis ipse dilectus sit, debemus illi coniungi: vt quemadmodũ se nobis coniungendo, portauit imaginem nostram in similitudinem hominum factus: ita nos portemus imaginem eius, configurati corpori humanitatis suæ. Et quidem in prima coniunctione illi natura similes sumus, filij hominum, sicut & ipse

Cant. 2. 16.

Isa. 53. 4.

Philip. 2. 6.

12.

4. Reg. 4. 34

Ioh. 1. 14.

1. Petr. 2. 24.

4. Reg. 4. 35

3. Reg. 17. 21.

Psal. 87. 16.

4. Reg. 4. 35.

est filius hominis; sed in alijs duabus similes ei erimus, si sequentes illum, vita nostra erit labor & dolor.

2. Vt ergò in doloribus imitemur, nunc nobis à sancta Ecclesia proponitur eius passio; ac si verbis Apostoli nobis illa diceret: *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes: Nondùm enim vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.* Recogitantes itaq; illius pœnas atq; supplicia, compatiamur illi, vt vult Apostolus Paulus; qui etiam iubet. *Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu;* & ostendens quid sentire debeamus, subdit; *Quoniam cum Christus verè esset Deus, habitu inuentus est homo, & factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem Crucis* Heù ergò Anima Christiana, & vos fideles omnes aspicite in eum, quem confixerunt; Aspicite in eum, qui antequam configeretur, captus est in peccatis nostris, ligatus, & crudeliter tractatus in horto, iniquè condemnatus est in domo Caïphę, percussus, velatus, consputus, illusus, blasphematus, maximisq; pœnis affectus. Per vicos & plateas ductus, vinculis tortus, pudore confusus, labore infirmatus. In Prætorio accusatus, calumniatus, ad mortem postulatus, & demum traditus voluntati inimicorum suorum. In Palatio Herodis illusus à Rege cum exercitu suo. Heù pœnas alias, quas pertulit, flagellatus, spinis coronatus, irrisoriè adoratus, quis cogitauerit sine vera cordis tristitia? Quis associans illum, pondere crucis oneratum & fatigatũ, nõ desideret illum à tanto pondere subleuare cũ Simone Cerenense? Cuius cor nõ scindatur, si aspexerit illum clauis Cruci crudeliter configi? si viderit illũ cum extremo tormento per plures horas in ligno pendere? Eia igitur vt compatiamur, & patienti coniungamur; non nos tędeat suam passionem percurrere, eamque distinctè atq; deuotè meditari, ad quam vndique excitamur.

Heb. 12. 3.

Rom. 8. 17.

Philip. 2. 5. 8.

3. Quantum, & quomodò debeant fideles Passionem Domini meditari, vndiq; patet. Mouet nos ad eius meditationem excellentia mysterij. Hinc quandò Moyses concupiuit videre faciem Domini; dictum est illi: *Posteriora mea videbis, faciem autem*, &c. Posteriora ista sunt humerus, de quo Isaias: *Et factus est Principatus super humerum eius.* Sunt dorsum: de quo in Psalm: *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores* Sunt Scapulæ, de quibus Psalmista: *Scapulis suis obumbrabit tibi.* His posterioribus & scapulis portauit iniquitates omnium nostrum, & dolores nostros ipse porrauit. Dolores (inquàm) qui nobis debebantur. Excellentiam istã concupiuit & Helias, & vidit, quando positus in spelunca ante illũ transibat Dominus: de quo transitu Ioan. *Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Isti sunt duo magni viri, Moyses & Helias, qui vt viderãt in Spiritu Dominum transeuntem in posterioribus & scapulis: ita visi in claritate cum Domino in monte gloriæ loquebãtur de excessu, quem completurus erat in Ierusalem.

Eccl. 17. 29. Isa. 9. 6. Psal. 128. Psal. 90. 4. Isa. 53. 4. Reg. 3. 11. Iob. 13. 1. Luc. 9. 31.

4. Mouet nos intentio Dei, qui ab origine mundi in sacrificiis vsq; ad aduentum Domini suam passionem mundo demonstrauit præter alias figuras, & præter Prophetias; at *vbi venit plenitudo temporis, misit Filium suum in similitudinem carnis peccati*; & percussit eum propter scelus populi suî manifestissimè, nempè in Paschate, in Ierusalem, in Monte, vbi exaltauit illum à terra, quo fieret omnibus conspicuus, & videret eum omnis oculus admirans, & dicens: *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Ac deindè eius memoriam nobis ingessit per nobilissimum Sacramentũ Altaris, de quo Paulus: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat*: Ità quòd Passio Domini quasi centrum totius temporis, respicitur à tota circumferentia temporali, à fine vsque ad finem.

Gal. 4. 4. Isa. 53. 8. Zach. 13. 6. 1. Cor. 11. 26.

5. Mouet nos intentio Ecclesiæ, quæ docta Spiritu Sancto, per suos Euangelistas digessit explicitè ac diffusè Passionẽ Domini. Magna mysteria celebrata sunt, quæ tamen non omnes Euangelistæ descripserunt; solus Lucas explicat Natiuitatem, & pueri-

Luc. 1. 2.

Matt. 2. 1. pueritiam Domini Iesu: solus Matthæus explicat adorationem Magorum, & fugam Domini in Ægyptum: solus Ioannes explicat magna illa miracula Christi illuminantis cæcum natum, & suscitantis Lazarum quatriduanum. Sed Passionem omnes quatuor fusè descripserunt. Item Ecclesia figuram Crucifixi vbique ponit in propatulo, Crucis vsum in omnibus adhibet. Et clamant eius Prædicatores. *Nos autem prædicamus Christum crucifixum.*

1. Cor. 1. 23. Nec erubescit, quamuis crux sit gentibus
24. stultitia, quia quod stultum Dei, sapientius est hominibus.

6 Mouet necessitas nostra, videlicet debiti, quia non est aliud nomen sub cœlo, in
Act. 4. 12. quo oportet nos saluos fieri; Ideò in morte ipsius baptizati sumus. Vndè Paulus:
Rom. 6. 3. *Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.* Ita quòd corruptio illius, est generatio nostra, vt vndè mors oriebatur, nempe ex ligno, indè vita resurgeret. Si res ita se habet, quare non versatur continuè in mente nostra? Si enim, vt ait Paulus:
Gal. 3. 27. *quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis*: Christum crucifixum debemus induere, in cuius morte baptizati sumus, mortuum contemplantes.

7 Mouet nos vtilitas, quia per signum Crucis de inimicis nostris liberat nos Deus
Luc. 1. 68. noster: *Visitauit enim, & fecit redemptionem plebis suæ sicut loquutus est*, &c. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium,*
Psal. 90. 4. *qui oderunt nos* Ideò *scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & dæmonio meridiano* Nihil magis prodest, quàm ista meditatio protegens ab inimicis, augens gratiam, & consolans in afflictionibus. Vndè Deus Moysi ostenExod. 33. 19. surus posteriora, dixit: *Ostendam tibi omne bonum*

8 Mouet facilitas huius meditationis, quæ est de rebus materialibus, quas etiam
Leuit. 1. 6. rudes capere possunt. Ideò victimæ decorticabantur? vt videri possent, & in frusta cædebantur, vt per partes distinctas hanc victimam contemplari possimus. Quin- *Psal. 21. 16.*
imò *in puluerem mortis* (ait) *deduxisti me*; *Exo. 12. 4.*
vt minutissima sit illius meditatio, totusq; agnus immolatus comedatur.

Mouet tandem exemplum amicorum 9
Christi, & maximè Matris, quæ cum Ioan- *Ioan. 19. 25*
ne & aliis mulieribus stabat ante Crucem Iesu aspiciens in eum, quem confixerunt. Ideò per singulos annos, huius sancti Mysterii commemoratio fit hac die à cunctis fidelibus, vt hęc Passio benedicta cordibus nostris sit semper impressa. Non pigeat ergò nunc ipsius narrationem audire.

Modus plures conditiones continet, sed 10
vnam tantum dicamus. Singularis excellentia hostiarũ erat, quòd essent pingues. Vndè Psalmus: *Et Holocaustum tuum pin- Psal. 19. 4.*
guefiat. Et quia pingues, erant valdè medullatæ; Ideò promittit: *Holocausta me- Psal. 65. 15*
dullata offeram tibi, boues cum hircis. Pinguedo ista iuuabat plenam combustionem hostiæ. Hæc in Christo fuit summa charIoan. 13. 1. tas, qui cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos: & ità propterea summè passus est, vt vltrà possibile non esset pati, & in patiendo omnis consummationis vidit finem. Vndè expirans
ait: *Consummatum est.* Hæc pinguedo in *Ioan. 19. 30*
nobis sit deuotio, amor, & compassio. Non sit arida meditatio, sed pinguis & accensa. Vndè, *sicut adipe & pinguedine repleatur a- Psal. 62. 6.*
nima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Sicut ergò labiis exultationis, ità & labiis compassionis narremus in cordibus nostris hoc mysterium.

Sic Deus voluit illud à nobis videri, & 11
considerari: Vndè Zacharias: *Aspicient ad Zach. 12.*
me, quem confixerunt, & plangent eũ planctu, quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. 10.
In die illa magnus erit planctus in Ieruſa- *Ioan. 19.*
lem. In ipsa crucifixione Domini cæptus 37.
est iste planctus ab amicis Christi, & à Matre; quinimò sequebatur illum euntẽ ad caluariam multa turba populi & mulie- *Luc. 23 27*
rum, quæ plangebant, & lamẽtabantur eũ. Sed iste planctus non tunc habuit suum finem, sed debuit extendi vsque ad finem mundi. Vndè Ioannes in Apocalipsi: *Ecce Apoc. 1. 7.*

venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes Tribus terræ.

12 Ab hoc igitur principio Crucis, vsq; ad vltimum aduentum Christi, continuatur planctus; sicut etiam continuatur commemoratio mortis donec veniat. Vnde
Zach.12. 12. Zacharias: *Et plange terra: familiæ, & familiæ seorsum.* Numerat autem quatuor familias. Primam Dauid, ex quo descendit Ioseph sponsus Virginis, vt narrat Mat-
Matt.1 16. thæus. Secundam Nathan, per quem à Dauid descendit Maria Virgo; vt notat
Luc 3.23. Lucas in sua Genealogia. Sic explicans, quòd dicit familiæ, & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum. Sic innuens, quòd omnes, de quibus ipse Dominus di-
Mat 12.50 xit: *Ipse meus frater, & soror, & mater est:*
Zach.12.13 deberent plangere suam Passionem. Ponit in speciali familiam Leui, vt notet illos potissimum, qui consecrati sunt Domino, debere hanc Passionem plangere. Quartam familiam vocat Semei. De hoc Semei scribitur, quòd illudebat Dauid exeunti de Ierusalem, & fugienti à facie Absalon. Scri-
2. Reg 15. 30. bitur enim, quòd *cum egressus esset de Ciuitate, ascendebat cliuum oliuarum, scandens, & flens nudis pedibus incedens, & operto capite; sed & omnis populus, qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans.* Nunquid non ista est expressa figura mortis Christi, qui nudis pedibus, & operto capite per coronam spinarum ascendebat ad Caluariũ, qui fortè idem locus est quo tunc ascendit Dauid: & omnis populus, qui vere est populus Christi, ipsum sequitur plorans pedibus suis, & operto capite. Sequitur (inquam) non equitans, aut in magnificentia, sed imitans eum: ideò operto capite in signum tristitiæ. Tunc Semei, qui erat de domo Saül, inimicus Dauid, impro-
2. Reg.16.5 perabat illi, vnde Scriptura: *Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, procedebatque egrediens, & maledicebat, mittebatq; lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos Regis Dauid; dicens: Egredere, egredere vir sanguinum: Et ecce premunt te mala tua.* Quinam sunt isti de familia Semeï, nisi illi, de quibus
Phil.3.15. Paulus: *Multi enim ambulant, quos sæpè dicebam vobis* (nunc autem & flens dico) *inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, qui terrena sapiunt.* Vides Paulum flentem, & ita se associantem populo ploranti, & sequenti Christum. Vides Semeï inimicum Crucis, terrena sapientem, & ita lapides mittentem contra Christum & populum eius, cuius figura fuit Petrus. Qui Math.16. 21.
quando Dominus ostendit, quia oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati, dixit ei: *Absit à te Domine: non erit tibi hoc.* Et tunc dixit ei Dominus: *Vade post me satana: scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* Sapiebat Petrus terrena; & ideo aduersabatur Cruci; vocatur idcircò satan, quod est aduersarius, sed tandem cessit vadens post Christum. Sed familia Semeï durat Math.24.
vsque ad finem mundi, quando videbunt 30. filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute multa & Maiestate, & tunc plangent omnes tribus terræ. Qui tunc plangent, sunt qui nunc irrident, & habent crucem pro stultitia, de quibus Paulus: *Verbum crucis pereuntibus stultitia est.* Isti 1.Cor.1.18.
tunc plangent, annumerati à Zacharia cũ bene plangentibus, & horum multæ familiæ sunt: vnde in Zacharia: *Familiæ Se-* Zach.12.
mei seorsum, & mulieres eorum seorsum. 15. *Omnes familiæ, reliquæ familiæ, & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.* Heu quàm tunc vellent sancte planxisse Passionem Domini cum sanctis familiis: nam fletus ille istorum erit cum stridore dentium sine fine: nostræ autem lachrymæ panis sunt reficiens. *Fuerunt mihi lachry-* Psal.41.1.
mæ meæ, panes die ac nocte. Meditemur itaque sanctam Passionem lachrymantes, & dolentes super Dominum, sicut doleri solet in morte primogeniti. Nam vere iste est Primogenitus & Vnigenitus Dei Patris, & benedictæ Virginis Matris, quæ peperit primogenitum suum. Scientes quod Dominus, *quos præsciuit, illos prædestina-* Rom.8.29.
uit conformes fieri imaginis Filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quomodo autem erimus conformes, si quando patitur ipse, nos non compatimur? Dixit Paulus: *Si quid patitur vnum membrum,* 1.Cor.12.
compatiuntur omnia membra. Patietur er- 26.

go ca-

go caput, & non compatientur membra? patietur primogenitus, & non compatientur reliqui filii? Nunquid non Paulus di-
Rom.8.17. xit: *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, si tamen compatimur?* Planctum istum, cum sit donum Dei singulare, à nobis habere non possumus: inuocemus ergo Dominum, vt per virtutem Passionis Filij sui donet nobis compassionem istam, & propterea ante Crucem prostrati rogemus, vt Christo confixi simus cruci, ipsum in hoc sequentes per dolorē cordis. Adora crucem, &c. O crux aue spes, &c.

PRIMA PARS.

13 VT ergo cum deuotione meditemur Dominicam Passionem, obseruandū
Leu.1.6. est, quod Dominus iubebat fieri in sacrificiis, nempe vt carnes victimæ cæderentur in frustra, & lauerentur aqua, ac deinde superaltare collocarentur suppositis lignis & igne, vt cremarentur. Diuidere carnes in frustra, est distinguere per partes Passionē Domini; lauare aqua, est lachrimis irrigare distinctam meditationem, ad quod iuuat consideratio amoris igniti ipsius Iesu Christi, qui ignis coniunctus est lignis nēpe cruci, vt fieret perfectum holocaustum: Hæc est enim vna causa, propter quā passus est: *Dilexit enim nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Ideo semper in meditatione p singulas partes adhibēdus est ignis iste, considerando, quod totum sustinuit Christus ex charitate sua nimia.

14 Diuisio partium istarum, ab ipso Domino Iesu Christo sumenda est; qui ascendēs Ieroſolymam, assumptis duodecim discipulis secreto, ait illis: *Ecce ascendimus Ieroſolymam, & Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Istam diuisionem sequentes, primam partem ponimus traditionem, factā à Iuda Principibus Sacerdotum & Senioribus & Scribis. In qua tria considerantur, Occasio, Reuelatio, & Executio.

15 Occasio fuit in cœna, de qua Matthæus & Marcus & Ioañes. Ioañes sequitur ordinem historiæ; & ideo dicit: *Ante sex dies Pascha venit Iesus Bethaniā, vbi Lazarus fuerat mortuus; fecerunt autem ei cœnam ibi.* Alii duo reponunt cœnā illam in descriptione Passionis, tanquam pertinentem ad ipsam, sicut quæ fuit occasio illius: non est putandum, quod sint duæ cœnæ, sed vna tantum. De hac igitur sic loquitur Matth. *Et factū est, cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis, quia post biduum Pascha fiet: & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur; tunc congregati sunt, &c. vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem Non die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Deinde: *Cum autem Iesus esset in Bethania, in domo Simonis Leprosi accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti,* &c. Eundem ordinem tenet & Marcus.

Ioh.12.1. Mat.26.1. Mar.14.1.

Obserua, quod Matthæus non meminit cœnæ, sed dicit tantum, effudit super caput ipsius recumbentis, & narrat vnctionem Mariæ, & indignationem Apostolorum, &c. Vt videas quod hoc considerat tantum, vt occasionem Passionis. In hac ergo cœna habes, quod fecerit Maria vngens; quid discipuli indignantes; quid Iudas; & quid responderit Christus. De primo: *Accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.* Et Marcus: *Venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput eius.* Ioannes vero: *Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore vnguenti.*

Mat.26.7. Marc.14.3 Ioh.12.3.

16 Contemplemur, quod primum vnxerit pedes, sed visa turbatione vultus Christi, voluit vngere caput: vnde festinanter fracto alabastro effudit super caput eius. Hic potest ergo contemplari dolor Christi in hoc principio suæ Passionis, & amicorum eius. De secundo, dicit Marcus: *Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos* &c. *& fremebant in eam.* Matthæus vero: *Videntes autem discipuli, indignati sunt,* &c. Marcus in communi, *quidam,*

Marc.14.4 Mat.26.8.

Ioh.12.4. Matth. in particulari dicit, *Discipuli.* Ioannes vero, in singulari dicit: *Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum,* &c. Quæ mittebantur portabat. Veritas ergo sit, quod Iudas malitiose & auare dolebat de perditione lucri sui, & fuit promotor huius indignationis; Discipuli vero ab illo seducti sub prætextu pietatis hoc dixerunt. Vide quid faciat vnus malus inter multos simplices, &c. Dixit ergo Ie-
Ioh.12.7. sus: *Sinite illam vt in die,* &c. *non semper habebitis.* In eo, quod dicit: *Sinite illam,* etiam secundum Ioannem ostendit, non Iudam tantum, sed alios quoque indignatos: Excusat mulierem, & laudat o-
Matth.26. pus dicens: *Quid molesti estis huic mulieri,* &c. in memoriam eius.
10.
Marc.14.6 Matthæus & Marcus statim subdunt:
Matth.26. *Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur*
14. *Iudas,* &c. Opportunitatem, vt eum trade-
Mar.13 10 ret. Lucas vero ait: *Appropinquabat au-*
Luc.22.1. *tem dies festus Azimorum,* qui, &c. sine turbis. Ecce occasio in qua potest contemplari crudelitas Iudæ, &c. Et quid faciat auaritia, & quomodo mali ab occasione boni excitantur ad malum.

17 Vt veniatur ad reuelationem huius traditionis, tria fiunt. Primum est institutio cœnæ in Ierusalem. Secundum ablutio pedum. Tertium Eucharistia. De *Primo* tres
Mar.14 12 Euangelistæ. Matthæus. *Primo die Azimo-*
Luc.22.7. *rum,* &c. *Et parauerunt Pascha.* Marcus. *Primo die Azimorum,* &c. *Et parauerunt Pascha.* Lucas. *Venit autem dies festus Azimorum,* &c. *Et parauerunt Pascha.* De *Secundo,* videlicet de ablutione pedum, Io-
Ioh.13.1. annes: *Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius,* &c. *Non estis mũdi omnes. Postquam ergo lauit pedes,* &c. In hoc habes tria, dilectionem Christi, monentem illũ ad Passionem: *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos:* humilitatem: *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit.* Deinde tantam demissionem: *Surgit à cœna,* &c. *Et cœpit lauare pedes discipulorum.* Et tandem Mysterium, de quo: *Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus. Domine tu mihi lauas pedes,* &c. Notabat enim per hanc ablutionem pedum cum aqua, quod lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Vnde ait: *Et vos mundi estis, sed non omnes: sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum.* Habes tertio exemplum: *Scitis quid fecerim vobis,* &c. *Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magister, ita & vos facitis.* Hæc omnia diligenter contemplanda sunt.

De tertio, quod est Eucharistia. Luc. *Et Luc.*
cum facta esset hora, discubuit, & duodecim, &c. *qui pro vobis fundetur.* Matth. *Cœnan-* *Matth.*
tibus autem eis, &c. *in regno Patris mei.* Mar. 26. *Et manducantibus illis accepit Iesus pa-* *Mar.*
nem, &c. *nouum in Regno Dei.* Magna hic *Luc.*
mysteria continentur, nempe desiderium Christi. *Desiderio desideraui, hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* Charitatem, in exhibendo se in hoc Sacramento Sacrificium, quod exercendum tradidit Ecclesiæ. Commemorationem suæ Passionis in hoc Sacramento, & multa huiusmodi. Vide quale præambulum ponit suæ Passionis.

Hic ergo fit reuelatio traditionis, quam Matt. & Marc. ponunt ante Eucharistiam; Luc. vero post: vt notetur, quod inter cœnandum facta fuit. Vnde Psalmus: *Dederũt Psal.*
in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sic amaricantes cœnam suam, vbi tanta erat dulcedo charitatis.

Reuelationem traditionis facit propter tri tria. Primo vt credant. Vnde Ioannes post illam: *Amodo dico vobis, priusquam fiat, vt Ioh.*
cum factum fuerit, credatis, quia ego sum. *Matth.*
Secundo, vt contristando faceret particu- pes suæ turbationis: *& contristati valde, Matth.*
cœperunt singuli, &c. Tertio, ad reuocandũ Iudam: *Va homini illi, per quem,* &c. *Bo-* *Matth.*
num, &c. De hac ergo reuelatione, Mat. *Et* *Mat.*
edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est, &c. *Tu dixisti* Marcus. *Discumbentibus eis, mandu-* *Mat.*
cantibus ait Iesus. Amen dico vobis, &c. *Na-* *Luc.*
tus homo ille Luc. *Verumtamen, Ecce ma-* *Luc.*
nus tradentis me, mecum est in mensa. Ioan. *Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu,* *Ioh.*
& protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, &c. *Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit*

conti-

continuo. Vbi habes tria. Primum, turbationem Christi in corde & in vultu, turbatus est Spiritu, & protestatus est, &c. Hanc habuit semper ex conuersatione traditoris, sed illam tunc ostendit etiam exterius. Secundum, tristitiam Discipulorum. *Et*
Matth.26. 22. *contristati valde*; dicit Matth. Marc. vero: *At illi cœperunt contristari.* Tertiũ, inquisitionem, quisnam esset traditor. Vbi primo
Mar.14 19 Ioh.13 22. Ioan. *Aspiciebant ergo adinuicem Discipuli, hæsitantes de quo diceret*, si forte ex mutatione vultus possent discernere. Secundo, Luc. *Et ipsi cœperunt quærere inter*
Luc. 22.23 *se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset.* Interrogabant enim, si forte quis sciret. Tertio, Matthæus & Marcus. *Dicebant: Nunquid ego sum Domine? at ipse respondens ait:*
Matth.26. 22 *Qui intingit mecum manũ in paropsida*, &c.
Mar 14 19 Quarto respondens autem Iudas, qui tra-
Matth 26. 25. didit eum dixit. *Nunquid ego sum Rabbi? At ille. Tu dixisti.* Neque tamen per hoc alii Discipuli cognouerunt traditorem.
Ioh.13.23. Quinto ergo Ioannes. *Erat ergo recumbens vnus ex Discipulis eius in sinu Iesu* &c. *Domine quis est? Ille est, cui ego intinctum panem*, &c. Hæc contemplare, & compatiaris.

Hanc reuelationem singularis casus Iudæ, sequitur reuelario communis casus o-
Matth. 26. 31. mnium, de quo Matthæus. *Tunc ait illis: Iesus. Omnes vos Scandalum patiemini* &c. *Similiter & omnes discipuli dixerunt.* Mar-
Marc.14. 27. cus. *Omnes scandalizabimini in me, in nocte ista*, &c. *Similiter autem & omnes dice-*
Luc.22 31. *bant.* Lucas. *Ait autem Dominus Simoni. Simon, ecce Satanas expetiuit vos*, &c. *at ille*
Ioh.13.36. *dixit eis, satis est.* Ioannes. *Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis?* &c. *donec ter me neges.* Vbi primum, simplex reuelatio, *scãdalizabimini.* Secũdum, probatio per Prophetiam: *scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues.* Tertium, amplificatio: *Quando misi vos sine sacculo, & pera*, &c. *Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.* Quartum, alia probatio: *Dico enim vobis, quoniam adhuc* &c. *Et cum iniquis reputatus est.* Cum sequente confessione. Etenim *ea, quæ sunt de me, finem habent*, id est complendæ sunt prophetiæ de me factæ. Quintum, iactatio Petri: *Et si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam*, &c. *Tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire.* Sextum, repressio huius iactationis. *Amen dico tibi, quia antequam*, &c. *ter me negabis.* Septimum confortatio. *Cum surrexero, præcedam vos in Galilæam.* Considera dolorem CHRISTI præuidentis, se derelinquendum tali modo à suis carissimis.

In executione traditionis, habes primo 19
præmissam orationem. Secundo, ipsam traditionem. Præmittitur autem oratio propter tria: Primum est, quia traditio ipsa fuit immediatum, & intrinsecum principium Passionis, à quo tota pendet. Ideo tanto negotio præmisit orationem, vt ei Pater assisteret. Secundum est, vt ostenderet Passionem animæ comitari Passionem corporis in summa tristitia. Tertium est, vt ex obedientia se hanc Passionem suscipere demonstraret. Oraturus ergo, primo vadit ad locum consuetum orationis.
Vnde Matthæus & Marcus. *Et hymno dicto* *Matth.26.*
exierunt in montem Olineti. Tunc dixit illis 30.
Iesus. Omnes vos scandalum patiemini, &c. *Luc.* 22 39
Ex quo videtur, quod in itinere prædixe- *Mat* 26 31
rit illis scandalum. *Venit ergo in villam,* *Ioh.*18.1.
quæ dicitur Gethsemani trans torrẽtem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, & discipuli eius. Secundo, vbi peruenit ad locum, antequam oraret, quinque fecit.
Primum, dixit Discipulis suis: *Sedete hic,* *Matth.26.*
donec vadam, illuc, & orem. Matthæus & 36.
Marcus. Secundum, *Et assumit Petrum, &* *Marc.*14.
Iacobum, & Ioannem secum. Tertium, 32.
Matthæus. *Cœpit contristari, & mœstus esse.* *Matth.*26.
Marc. *Et cœpit pauere, & tædere.* Quartum, 37.
vterque, *Et ait illis, tristis est anima mea* *Marc.*12.
vsque ad mortem. Sustinete hic, & vigilate 33.
mecum. Lucas. *Orate, ne intretis in tentatio* *Luc.*22.41
nem. Quintum, Matthæus & Marcus. *Et cum processisset pusillum.* Lucas. *Et ipse auulsus est ab eu quantum iactus est lapidis.* Vbi considera magnam Christi afflictionem, quam noluit ostendere omnibus discipulis, ne scandalizarentur, sed illis solum tribus, qui confirmati fuerunt in eius transfiguratione. Et attende quod hæc

uisti-

tristitia semper afflixit eius cor, sed illam nunc ostendit, data occasione imminentis Passionis suæ & mortis. Tertio, vide quod Christus nedum in corpore, sed etiam in corde, & hoc maxime passus est pro nobis. Quarto, vide quod subiecit se tædio, pauori, & tristitiæ, quæ est maxima humiliatio. Quinto, vide documentum datum nobis, de quo Iacobus. *Tristatur quis in vobis? oret*

Iacob.5.13.

Præmisso hoc præambulo orat. Vbi habes quatuor, & primo gestum corporis, quia genuflexit, inclinans faciem suam versus terram, in signum profundæ humilitatis. Vnde Luc. *Et positis genibus orabat.* Matth. *Procedit in faciem suam orans.* Mar. *Procidit super terram, & orabat.* Heu! vide Deum verum in terra prostratum, & orãtem in maxima afflictione. Habes secundo: Quid petiit: de quo Matth. *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Marc. *Orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora.* Et dixit: *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt. sed non quod ego volo, sed quod tu.* Luc. *Pater si vis, transfer calicem istum à me, verumtamen nõ mea voluntas, sed tua fiat.* Tertio, in hac oratione habes modum, qui consistit in tribus. Primo, quod vere petit, non ficte, cupiebat enim secundum carnem. Secundo, in hoc, quod se remittit diuinæ voluntati. Tertio, quod interrumpit illam visitans discipulos. Vbi primo reprehendit omnes, dicens: *Quid dormitis?* Secundo Petrum singulariter. Vnde Marc. *& ait Petro-Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecum?* & ad omnes Matthæus Sic: *non potuistis vna hora vigilare mecum?* Et Matthæus & Marcus. *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Interrumpit autem illam bis: Vnde Matth. *Iterum secundo abiit & orauit; & venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, & relictis iterum abiit, & orauit tertio.* Tertio, perseuerantiam in eadem petitione vsque in finem, vt ait Matthæus. *Et orauit tertio eundem sermonem*, dicens. Idem & Marcus.

Luc.22.41 Matth 26.39. Mar.14.35

Luc.22.46 Marc.14.37. Matth 26.40.

Habes quarto, id quod refert Lucas, dicens: *Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum, & factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinu decurrentis in terram.* 43

Vbi considera septem. Primum, quod orationes puræ merentur diuinas visitationes. Secundum, quanta fuit humilitas Christi, qui voluit non a se, cum posset, sed a seruo suo confortari. Tertium, quanta eius tristitia, quæ indiguit tali confortatione. Quartum, quod vere confortatus est, non apparenter tantum. Quintum, quod finis huius confortationis, non fuit lenimentũ dõloris, sed dilatio mortis, vt posset alias passiones, & Crucem ferre. Etenim eius tristitia fuit vsq; ad mortem exclusiue; ita quod si minimum gradum vltra processisset, illum necasset, quod ideo prohibuit ista confortatio. Sextum, quod hac apparitione confortatus, potuit prolixius orare, sicut fecit. Septimum, quod ista confortatio ita vigorauit eum, vt resistens voluntati carnis, nõ peritet per talem violentiam, dum dixit: *Non mea voluntas sed tua fiat*; & ideo hac resistentia factus in agonia, id est pugna mentis & sensus, sanguinẽ sudauit. Audiui à fide dignis, quod his temporis Viennæ Austriæ quidam pessimus facinorosus, audiens sententiam, qua condemnatus erat, vt torreretur in veru, emisit sudorem sanguineum in abundantia, ne putaretur ab aliquibus, quod iste sudor fuisset ei miraculo, sed naturaliter tanta tristitia causauit talem sudorem, ac tantum, vt decurreret vsque in terram. Ex quo ego traho, quod nudis genibus iaceret in terra, & ideo sanguis decurrit in terram, non super vestes, nisi forte dicas, quod tenens caput inclinatum, emitteret ex fronte sudorem immediate cadentem in terram. Ecce quantum anima peccatrix constitit Christo.

Post orationem, ipsa videlicet completa, venit primo ad discipulos suos, vt aiunt tres Euangelistæ, & vt aiunt Matth. & Marc. dicit illis: *Dormite iam & requiescite*, inde (vt ait Marcus) sufficit: ac demum secundum vtrunque, dixit: *Venit hora ecce filius hominis tradetur in manus* 42 *Matth.26. Mar.14.*

peccatorum, surgite eamus. Ecce qui me tradet, prope est. Deinde Matthæus. *Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à Principibus Sacerdotum, &* Mar.14.43 *Scribis*; Ita Marc. & Luc. & Ioan Secundo, Luc 22 47 venit ad inimicos, vnde Ioannes subdit: Ioh.18 4. *Iesus itaque sciens omnia*, &c. *Non perdidi ex eis quemquam.* Ita ergo habes aduentum Iudæ, & occursum Christi: in quo occursu Christus verbo iecit eos in terrã, & iterum verbo subleuauit. Habes tertio modum, quo Iudas tradidit, de quo Marc. Marc.14. 44. *Dederat autem traditor eius signum eis, dicens; Quemcunque osculatus fuero, ipse est,* Matth.26. 49. *tenete eum & ducite caute*, idem, & Matthæus. Rursus Matth. *& confestim accedens ad Iesum, dixit; Aue Rabbi, & osculatus est eum, dixitque illi Iesus. Amice, ad quid venisti?* Luc 22 47 Idem, Marc. Luc. vero, *Et appropinquauit Iesu, vt osculare tur eum, Iesus autẽ dixit illi: Iuda, osculo Filium hominis tradis?* Quarto, habes comprehensionem, in qua primo est interrogatio discipulorum, de Luc.22. 49. qua Lucas. *Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt* Matth.26. 50. *ei: Domine si percutimus in gladio?* Habes postea comprehensionem, Matth. *Tunc* Marc.14. 46. *accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.* Sic & Marc. Habes tertio Matth.26 51. percussionem. Mat. *& ecce vnus ex his*, &c. *quia sic oportet fieri*; sic Marc. Ioan. vero. Marc.14. 47. *Simon ergo Petrus habens gladiũ eduxit* Ioan 18. 10. *eum, & percussit Pontificis seruũ, & abscidit auriculam eius dexteram; Erat autem nomen seruo Malchus.* Luc vero addit. *Respon* Luc 22 51 *dens autem Iesus, ait; Sinite vsque huc, & cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.* Luc.22 52 Habes quarto verba Christi. Luc. *Dixit au* Mat.26 55 *tem Iesus ad eos, qui venerant ad se*, &c. *Et* Marc.14. 48. *potestas tenebrarũ.* Sic Matt. & Marc. Habes quinto fugam discipulorũ. Matth. & Marc. *Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.*

Ioh.18.12. Tandem habes completam traditionẽ, de qua Ioan. *Cohors ergo, & Tribunus, & Ministri Iudæorũ comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum*, &c. *mori pro populo*

23 Sed in itinere, sequebatur Iesum Simon Petrus, & alius discipulis, à longe tamen. Nam Luc. dicit. *Petrus sequebatur eum à longe*, sic & Matth. Sed Marc. addit. *Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum.* *At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis.* Ergo non tenuerunt Discipulos, nisi quia non sunt permissi; alioqui tenuissent, sicut hunc tenere voluerunt, qui tamen fugit, quia Christus torcular calcauit solus.

Luc.22. 55. Matth.26. 58. Mar.14.51.

In hac traditione habes, quod vt Christus monstraret, se voluntarie dari in manus inimicorum. Primo, ipse tradidit se in Eucharistiæ Sacramento, etiam Iudæ. Secundo, reuelauit traditionem; imo dixit Iudæ. *Quod facis, fac citius.* Tertio, venit ad locum consuetum, quem Iudas nouerat. Quarto, orauit, & orans ostendit, hoc esse à Patre, & se libere voluntatem Patris facere. Quinto, prostrauit Milites; & Iudã secum, tunc enim fugere poterat, si voluisset. Sexto, dixit: *An putas, quia non possum rogare Patrem*, &c. Septimo, dixit: *Vt implerentur Scripturæ.* Et octauo dixit; *quod hæc erat hora, & potestas tenebrarum.* Oblatus est ergo quia ipse voluit. Considera quantus amor Saluatoris, qui se pro nobis tradidit in manus peccatorum, & ex nimia humilitate voluit tradi per talem traditionem factam cum osculo, &c.

Isai.63.3. Ioh.13.28. Isai.53.7.

Secundum membrum est. Et condemnabunt eum morte. Vbi habes tria. Ipsam condemnationem, præcedentia illam, & sequentia. 24

Præcedentia sunt quinque. Et primum est præsentatio Christi ante Pontifices, de qua Ioan. *Et adduxerunt eum ad Annam primũ: Erat enim Socer Caiphæ*, &c. *Mori pro populo.* Luc. *Duxerunt ad domum Principis Sacerdotum.* Matth. *Vbi Scribæ, & Seniores conuenerant.* Secundum est interrogatio Pontificum. Ioan. *Pontifex ergo interrogauit Iesum de Discipulis suis*, &c. *Si autem bene, quid me cædis?* Matthæus vero. *Principes autem Sacerdotum, & omne concilium*, &c. *Reædificare illud.* Marcus. *Summi vero Sacerdotes*, &c. *Et non erat conuenientes testimonium illorum.* Vbi aduerte, quod quia Christus dixerat. *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo. Ipsi conuersi sunt ad quærendos falsos.* Tertium est silentium

Ioh.18.13. Luc.22.54 Matth.26. 57. Ioh.18.19. Matth 26. 59. Mac.24.55 Ioh.18.23.

Christi. Matth. *Surgens Princeps Sacerdotũ ait illi. Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autẽ tacebat* Mar. *Nihil respondit.* Considera humilitatem, &
Psal. 26. 12 prudentiam Christi: Nam *iniquitas ipsa mentita est sibi.* Hoc silentium est cõtra excusationem Adæ, in qua loquendo peccauit. Quartũ: Adiurationem Caiphæ: Matt. *Et Princeps Sacerdotũ ait illi: Adiuro te per Deum viuũ, vt dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei.* Sic Marc. Quintũ: Est responsio Christi. Mat. *dicit illi Iesus; Tu dixisti.* Mar. vero: *Ego sum.* Vterque: *Veruntamem dico vobis: amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cœli.* Vbi vides, quod non tacebat propter timorem mortis, sed ne videretur iactare se, dicens se Filium Dei; ideo expectauit adiurationẽ, in qua ostendit se reuereri nomẽ Dei. Sic capta hac occasione, vt illos cõuertat, minatur illis iudicium, in quo ipse veniet iudex, amplificans suã responsionem, in qua se Filium Dei fatetur.

Condẽnatio sequitur. Mat. *Tũc Princeps Sacerdotũ scidit vestimenta sua, dicẽs. Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Ecce nũc audistis blasphemiã, quid vobis videtur? At illi respondẽtes dixerunt: Reus est mortis.* Mar. *Sũmus autem Sacerdos,* &c. *Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.*

Leuit. 1. 11. Hic vides, quare hostia im̃olabatur ad
Ierem. 1. 14 latus altaris, quod respicit Aquilonẽ, à quo panditur omne malũ, & per quẽ significãtur aduersa; voluit quidẽ Deus im̃olari Filiũ suũ à Pontificib. vt cognosceretur esse verũ sacrificiũ, sed ab Aquilone, nempe ab inimicis. Et cõsidera, ꝙ synagoga, quæ tãdiu expectauerat Messiam, nunc illũ eiicit extra vineam, & occidit illum. Vnde sunt tot querelæ Christi per Prophetas contra populum & hæreditatem suam.

Sequentia condemnationem. Mat. *tunc expuerũt in faciẽ eius,* &c. *Qui est qui te percussit?* Mar. *Et cœperunt quidã cõspuere,* &c. *Alapis eũ cædebant.* Luc. *Et viri, qui tenebãt illũ, illudebãt ei,* &c. *Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.* Vbi habes sex. Primo, Illusionem. Secundo, percussionem, Tertio, velum oculorũ. Quarto, percussionem. Sexto, blasphemias dicentes: *Prophetiza,* &c. *Et alia multa blasphemantes.* Hæc deuote contemplare, & compatere.

Negationes Petri hic ponuntur à Matt. & Marc. Luc. vero & Ioañes anteponunt. De quibus vide textum.

Quid refert Luc. *Et vt factus est dies, conuenerũt seniores plebis,* &c. *ipsi enim audiuimus de ore eius*: Potest dupliciter capi: primũ, ꝙ in mane conuenientes facerent illũ ratificare, quæ dixerat in nocte. Secũdum, quod, quia Lucas non dixerat, quæ in nocte euenerant, hic ad nouum conuentum ipsorum explicet, quod mihi magis probabile videtur ex more Euangelistarum.

TERTIA PARS.

Tertium membrũ: *Et tradent eum gen-* 15
tibus. Vbi plura: primum, conuentus eorũ in mane. Matt. *Mane autem facto, consiliũ inierunt omnes Principes sacerdotũ, & seniores populi, aduersus Iesum, vt eũ morti traderent.* Ita volentes executioni mandare eorũ condemnationẽ, quam per Pilatũ exequi voluerunt, vel quia ipsi non poterant simpliciter interficere quemquam, vt aiunt in Ioann. vel quia hoc nolebant fieri valde apparenter ad eius confusionẽ: vel quia per Crucem interficere non poterant, quod maxime expetebãt; vnde illæ voces: *Crucifige, crucifige.* Secundũ Matt. *Et vinctum adduxerunt eũ, & tradiderunt Pontio Pilato Præsidi.* Mar. *Et confestim mane consilium,* &c. *tradiderunt Pilato.* Luc. *Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illũ ad Pilatum.* Ioann. *Adducunt ergo Iesum à Caipha in Prætoriũ; erat autem mane, & ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha, id est azyma.* Etenim secundum legem purificabantur in festis per ceremonias legis; per conuersationem autem gentium, & alia huiusmodi, contaminabantur secundum legem. Tertium est, quod traditio ista habet pro fine crucifixionem, dicente Domino: *Scitis quia post biduum,* &c. *tradetur, vt crucifigatur.* Ideo considerandum est, quomodo tendit ad illam. Duo autẽ exprimuntur intermedia. *Tradetur enim gentib.* (inquit) *ad illudendũ, & flagellandũ, & crucifigẽdum.* Vnde in Luca: *Tradetur*

Luc.18.32. *detur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, & poſtquam flagellauerint, occident eum*: vt appareat connexio flagellationis ad Crucem; vndè illam cum Cruce coniungunt Matth. & Marc. ponentes eam poſt ſententiam ad Crucem.

26. Hæc verò duo, illuſio videlicet & flagellatio intermiſcentur colloquio, in quo cauſa iſta tractata eſt, quæ Cruce concluſa eſt. Actio autem iſta continet principaliter illa duo, quæ proceſſibus criminalibus communiter continentur, nempè offenſionem & defenſionem: nam accuſatur & impetitur Chriſtus à Iudæis ex vna parMar.27.4. te; & ex alia iuſtificatur. Primum à Traditore: *Peccaui, tradens ſanguinem iuſtũ.*

Mat.27.19 Ab vxore Pilati: *Nihil tibi & iuſto illi*, & demum à Pilato.

Offenſio ſtat in duobus, videlicet in accuſationibus & in poſtulationibus. De

Marc.15.3. primis Marc. *Et accuſabant eum ſummi Sacerdotes in multis.* De ſecundis Lucas:

Luc.23.23. *At illi inſtabant vocibus magis, poſtulantes, vt crucifigeretur.* Defenſio ſtat pariter in duobus. Nam accuſationes purgantur, & poſtulationes repelluntur.

Incipitur à poſtulatione, quæ ſupponi-

Ioh.18.29. tur ex eo, quòd *Exiuit ergò Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accuſationem*, &c. Vbi habes repulſam ſuæ petitionis & prætenſionis. Hic pòne quòd prætendebant crucifigere. Nam lex quoq; per mortem

Deut.21. 22. intelligit Crucem: *Quando peccauerit homo, quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno: ſed in eadem die ſepelietur*

Proceditur poſteà per accuſationes.

Luc.23.2. Lucas: *Hunc inuenimus*, &c. purgatur accuſatio Regni, per hoc, quod refert Ioan-

Ioh.18.33. nes: *Tu es Rex Iudæorum? à temetipſo*, &c. Ideò Iudex: *Nullam inuenio in eo cauſam.*

Luc.23: Sic & Lucas.

Iterum accuſatio: *At illi inualeſcebant*

Luc.23.6. *dicentes: Commouet populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc.* Purgatur per hoc, quod mittitur ad Herodem. Vbi nihil dignum morte actum eſt ei, quamvis ibi conſtanter accu-

Luc. 23. ſent eum. Vndè Lucas: *Stabant autẽ*, &c. *conſtanter accuſantes.* Et per hoc quod ait Pilatus: *Obtuliſtis mihi hunc hominẽ, quaſi auertentẽ populum; & ecce ego cõram vobis interrogãs, nullam cauſam inuenio in homine iſto, ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neq; Herodes, nam*, &c. *actum eſt ei.* Luc.23.14.

Accuſationes alias referunt Matthæus & Marcus. Nam Marcus ait: *Et accuſabãt eum ſummi Sacerdotes in multis* Purgantur ſilentio, quia non probabantur, & per ſeipſos apparebant falſæ. Vnde Pſalmus: *In-* Marc.15.3. *ſurrexerunt in me teſtes iniqui; & mentita eſt iniquitas ſibi* Ideò Matth. *Et cũ accuſa-* Pſal.26.12. *retur à Principibus ſacerdotũ, & ſenioribus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduerſum te dicũt teſtimonia. Et non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer.* Mat.27.12.

Purgatis accuſationibus Pilatus cona- 27.
tur liberare. Primùm per optionem propoſito Barabba. Vbi ſecũda poſtulatio, dixerunt: *Barabbam. Dicit Pilatus: Quid igitur faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus?* Matth.27. 21. *Dixerunt omnes: Crucifigatur. Ait illis Præſes: Quid enim mali fecit? at illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.* Secundò verbis: *Iterum Pilatus locutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum: At illi ſuccłamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem* Luc.23.20. *tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iſte? nullam cauſam mortis inuenio in eo: corripiam ergò illum & dimittam.* Vbi habes tertiã poſtulationem. Nam inſtabãt vocibus magnis, poſtulantes vt crucifigeretur. Tertiò, per flagella & oſtenſionem: *Ecce Homo*, &c. Vbi quarta poſtulatio: *Cũ ergò* Ioh.19.6. *vidiſſent eum Pontifices & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.*

Iſtæ poſtulationes, cum multæ & variæ videantur diuerſis occaſionibus, ponuntur ab Euangeliſtis Matth & Marc. poſt petitionem Barabbæ. Lucas poſt eándem petitionem, & poſtquam locutus eſt eis, volẽs dimittere Ieſum. Ioannes autem poſt oſtenſionem, ac deindè, quandò adduxit Ieſum foras, vt condemnaret, & dixit: *Ecce Rex veſter: clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum.* Et probabile eſt, quòd fortè eaſdem intendant Euangeliſtæ, ſimul eas coaceruantes.

28. Quartum membrum fuit flagellatio, quam factam exprimunt Matth & Marc. Ioan, ista occasione conatus Pilati, nempè vt molliret corda Iudæorum. Ideò enim flagellatum ostendit dicens: *Ecse adduco*. &c. *vt cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam*; & vt sic videretur iustitiæ satisfeciſſe, si in aliquo deliquisset. Ideò Luc: *Emendatum dimittam; nullam causam mortis inueni* Mortis dicit non absolutæ: *Corripiam ergò illum, & dimittam.* Matth.& Marc. scribunt, illum post sententiã, quasi inter pœnas crucis numerantes. Vndè Matth. *Iesum flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.* Marc: *Et tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur.*

*Ioh.*19. 4.

*Matth.*27. 26.

Marc. 15. 15.

De hac flagellatione fac deuotam contemplationem; quomodò innocens Iesus expoliatur proprijs vestimentis; quomodò virgineum illud corpus formatũ à Spiritu Sancto apparet nudum; quomodo crudeliter ligatur ad columnam; quomodò atrociter flagellatur à pluribus sibi succedentibus; quomodò per flagella lacerentur carnes, discooperiantur ossa & interiora, & abundanter effunditur sanguis ille pretiosus, quo redempti sumus, vt meritò diceret Propheta: *Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus* (& desiderauimus eum) *despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus: vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Contemplare quomodò sanguis colorabat flagella, saltabat per aërem, cadebat in terra, & in vestimentis flagellantium: contemplare crudelitatem ipsorum, dolorem; & constantiã Christi; compassionem amicorum, & maximè Matris. Nam flagellatio fuit extra Prætorium in foro ad aliquam columnam publicam, sustinentem fortè palatium. Contemplare quomodo Christus has percussiones & dolores sigillatim offerebat Patri pro peccatis tuis: Ecce decorticatio hostiæ comburendæ in altari.

Isa. 53. 2.

Quintum membrum: *Et illudent ei* Illusio insignior fuit post flagellationẽ; sed pluries etiam antè illusus fuit; puta quandò apprehenderunt eum in horto; quandò velabant faciẽ eius in domo Caïphæ post condemnationem, vbi etiam conspuebant eum. Sed hanc tertiam explicant Euangelistæ distinctè Et quandò spreuit illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, circa quam factuam contemplationem. Vnde Matth. *Tunc milites Prætidis suscipientes Iesum in Prætorium*, &c. *percutiebant caput eius.* Marc. *Milites autem duxerunt eum in atriũ Prætorij, & conuocant totam cohortem*, &c. *adorabant eum.* Ioan. *Et milites plectentes coronam de spinis*, &c. *& dicit eis: Ecce homo.* Circa istam illusionem & ostensionem fac tuam contemplationem, vt libet, inducens ad cõpatiendum, quando Iudæi magis increduescebant clamantes: *Crucifige, crucifige.* &c. Et sic, conclude istam partem.

TERTIA PARS.

SExtum membrum: *Postquam flagellauerint, occident.* Ista pars deuotè contemplanda est. Vbi primum attende quòd cætera omnia, quæ præcesserunt, fuerunt quædam præambula ad crucem, & quædã illius ornamẽta. Tanta enim ac talis mors in cruce, debuit habere suas circumstantias, quæ illi conueniunt, continentes videlicet & pœnas & innocentiam suam, & charitatẽ: quæ tria maximè in cruce fulserunt. Et quoniã ipsa crux mortem continet, illa præcedere crucem necesse fuit.

Ista autẽ crucifixio habet tria. Primum sententiam. Secundum iter ad locum supplicij, videlicet Caluarium. Tertium ipsum supplicium.

Sententiam præcedunt duo. Conatus adhuc Pilati, & Reatus; quę simul vadunt. Peccat quidem cedens impietati & importunitati Iudæorum: qui cum vidissent illum resistentem rationibus, passionibus obruerunt, dicentes: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim, qui se Regem*

Ioh.19. 12.

Regem facit, contradicit Cæsari. Cedit ergò: Vndè Ioan: *Cum audisset hos sermones, eduxit Iesum foras,* &c. *tribunali.* Conatur: *Ecce Rex vester. Clamant illi: Tolle, tolle, crucifige eum.* Iterum conatur: *Regem vestrum crucifigam? Rursus illi: Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Hinc Matth: *Videns autem, quia nihil proficeret,* &c. *à sanguine iusti huius.* Vbi simul cedit & conatur. Et illi: *Sanguis,* &c. *Filios nostros.* Sic disponente Deo, vt apertè totus populus renunciaret Christo Messiæ & Deo. Vndè Dan 9. 26 Daniel: *Occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Et Oseæ: *Dicent: Non est Rex nobis. Non enim* Osee 10. 3. *timemus Dominum, & Rex quid faciet nobis?* Heù misera synagoga, quæ suum Regem ità pertinaciter abiicit, bonum & salutem suam conuertens in ruinam & exterminium. Vide in quantum profundum venit peccator, vt salutem contemnat. Discè & tu Christiane.

32 In sententia habes primò liberationem Matth. 27. 21. Barabbæ. Vndè Matth: *Tunc dimisit illis Barabbam* Secundò, rationem huius li- Marc. 15. 15 berationis. Marc: *Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum, flagellis cæsum, vt crucifigeretur.* Tertio: Ipsam sententiam, de qua Luc. 23. 24 Luc: *Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.* Vide quam sententiam: iudicauit enim, vt deberet fieri, quod petebant. Quartò: Executionem de qua Luc: *Iesum verò tradidit voluntati eorum.* Vide quomodò Euangelista expressit iniquitatem Iudicis, qui in iudicando & exequendo, condescendit voluntati aduersariorum.

33 In hac executione habes, quod dicunt Matth. 27. 31. Matt & Marc. videlicet, quod *exuerunt* Marc. 15. 20. *eum clamyde & induerunt eum vestimentis eius.* Et quod dicit Ioan: *Et baiulans* Ioan. 19. 17 *sibi crucem*: ita quod imposuerunt illi propriam crucem portare. Habes deindè, quod dicunt omnes. Io: *Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt.* Marc: *Et educunt illum, vt crucifigerent eum.* Idem Matth.

34 Secundum. In itinere hæc eueniunt. Primò Matt: *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cirenæum nomine Simonem, hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.* Marc: *Et angariauerunt pratereuntem quempiam Simonem Cirenæum, venientem de Villa, Patrem Alexandri, & Rufi, vt tolleret crucem eius.* Luc: *Et cum ducerent* Luc. 23. 26 *eum, apprehenderunt Simonem quendam venientem de villa, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.* Hic contemplare quòd Dominus Iesus ob lassitudinem non poterat vltrà progredi, & ideò non compatientes, sed vt festinantius crucifigerent, subleuauerunt eum. Vide ad quantam depressionem descendit Deus tuus, anima, quæ nunquam peccare cessas. Secundò Luc: *Sequebatur autem illum multa turba populi, &c. in arido quid fiet.* Vbi habes primò multitudinem populi sequentis, secundò plures mulieres plangentes super eum, tertiò mirabilem constantiam Christi, per quam magis compatitur mulieribus & ciuitati, quàm sibi. Ideò conuersus ad illas dixit: *Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.* Explicans autem quare propter se ipsas flere debeant, addit: *Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ,* &c. *operite nos.* Et rationem tantæ ruinæ illis imminentis subdit dicens: *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* videlicet, si ignis tribulationis adeò exardescit in viridi ligno, in arido quid fiet? Lignum viride non est aptum combustioni propter humiditatem: sic Christo non debebatur mors propter innocentiam: Aridum est dispositum propter siccitatem: sic populus ille dispositus erat ad ruinam, quia aridus sine gratia Dei, propter scelera multa.

Contemplemur hic dolorem etiam mulierum deuotarum, sed potissimùm matris insequentis, quia & ipsa posteà stabat ante Crucem. Quis exprimat quantus dolor Virginis? Contemplemur etiam deuotionem Veronicæ, quæ abstergens vultum eius linteo dines facta fuit imagine Christi expressa in ipso linteo. Contemplemur quoque quòd hic ceciderit Christus, non valens vltra progredi, & quod appropinquans matri, amplexatus sit illam, & huiusmodi.

35 Tertiò: Lucas. *Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.* Hoc factum est ad maiorem confusionem Christi, quam expressit Prophera dicens: *Et cum sceleratis deputatus est*: quod & Christus expressit discipulis. Quartò Mat. *Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus* Marc. *Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum Caluariæ locus.*

Isai. 53. 12.

Luc. 22. 37

36 Tertium. In supplicio, id est in crucifixione habes multa. Primum expoliatio, quia sic mos erat: vndè & milites diuiserunt vestimenta eius. Considera dolorem in abstractione vestium à corpore, cui ob sanguinem erant iam coniunctæ. Considera nuditatem Agni immaculati. Considera paupertatem, qua nihil habuit huius mundi. Habemus tamen, quòd datum sit ei velum, quo præcinctus est, vt mulieres absq; verecundia possent illum aspicere. Secundum Matth: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum, & cum gustasset, noluit bibere.* Marc: *Et dabant ei bibere mirrhatum vinum, & non accepit.* Dabatur damnatis vinum ad confortandum, & potissimum mirrhinum vinum, vt magis confortaret, sed isti pessimi miscuerunt illud cum felle. Gustauit, primò vt amaricaret os & guttur, & vt nolens bibere, putaretur recusare propter amaritudinē non accepit, quia nec voluit cōfortari, nec voluit quod vinum peteret caput, vel putaretur petiisse caput, nè putarentur verba, quæ dicturus erat in cruce, à mente possessa à vino procedere, ita accepit amaritudinem, sed non vigorem. Tertiò: *Crucifixerunt eum.* Luc. *Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum, & latrones vnum à dextris, & alterum à sinistris* Cōtemplare dolorem in affigendo illum cum clauis Cruci; dolorem (inquam) in manibus, & in pedibus. Hic opus est deuotione magis quam narratione, &c.

Hic potes complere sermonem demonstrando figuram Crucifixi cum deuotione, & contemplatione, vt moris est.

37 Ad completam narrationem Passionis possunt vlterius plura considerari, expressa in Euangelio. Primum est Ioan. *Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum,* &c. *quod scripsi, scripsi.* Secundum est: *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius,* &c. *miserunt sortem* Marc. *Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.* Ioh. *Milites ergò cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam: erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. &c. hæc fecerunt.*

Matth. 27

Tertium est primum verbum Christi. 38 Luc. *Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis, non enim sciunt, quid faciunt.*

Quartum. Luc. *Et stabat populus spectans, & deridebant eum Principes cum eis dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus.* Irrisio ista facta est primò ab his, qui stabant ante crucem. Secundò à prætereuntibus. Matth: *Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua,* &c. *quia Filius Dei sum.* Marc. *Et prætereuntes blasphemabant eum.* &c. *vt videamus, & credamus.* Tertiò à Militibus: Luc. *Illudebant autem ei, & milites, accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac.* Quartò à latronibus: Matth. *Idipsum autē & latrones, qui crucifixi erant cum eo improperabant ei* Marc. *Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei.* Luc. *Vnus autem de iis, qui pendebant, latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos; respondens autem alter, &c Hodiè mecum eris in Paradiso.* Putant aliqui quòd simul duo latrones blasphemarent, sed alter tandem resipuerit, sed vnus sufficit ad verificandum quod dicit Matth. Idipsum autem & latrones ex consueto more loquendi. Bonus ergò latro primò reprehendit socium, dicens: *Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, videlicet blasphemantium Christum.* Secundò, testatur iustitiam in ipsos factam: *Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus.* Tertiò: Excusauit Christum: *Hic verò nihil mali gessit.* Quartò ofa-

Matth. 27. 2

rò orauit; & dicebat ad Iesum: *Domine, memento mei, dum veneris in Regnum tuũ.*

39 Et sic habetur secundum verbum, & dixit illi Iesus: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso* O bone Deus in Cruce fit sermo de Paradiso, & fit ad latronem pœnitentem, cui promittitur societas in gloria cum Christo, & ita iam innuitur fructus Crucis.

40 Quintum. *Stabant autem iuxta Crucem Iesu Mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulũ eius stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua; & ex illa hora accepit eam discipulus in sua.*

Ita habemus tertium verbum Christi in Cruce, vbi prouidet custodem Matri, tanquam bonus filius, exaltat Ioannem ad filiationem adoptiuam Matris suæ, & ita ad fraternitatem cum Christo, simulq; facit illum familiarem Matri. Vnde accepit eam in sua, id est in custodiam.

41 Sextum. Continet quartum verbum Ioan. *Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dixit. Sitio Vas ergo positum erat aceto plenum: illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius.* Istud verbum plenum est mysterio. Sitiebat quidem corporaliter, sed cur de siti lamentatur, non de aliis pœnis? quia sub hac siti corporali significabat sitim spiritualẽ, qua adhuc desiderabat pati: hoc petit expresse. Sciebat enim sibi paratum acetum, quod asperum est, & facit dolorem plagarum intensiorem: & ideò dixit. *Sitio* vt & hoc pateretur. Voluit simul & scripturam
Psal. 68. 22. impleri: *Dederunt in escam meam fel & in siti mea potauerunt me aceto.* Fel (inquam) mixtum vino ante crucem, quasi cibum confortantem; acetum verò in cruce, quasi potum refrigerantem, per quæ duo intelligitur tota Passio sub figura mensæ, in qua omnes cibi amari. Ideo in Psal. contra po-
23. nit: *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueũ, & in retributionem*, &c. Sic mensam mensæ opponens.

42 Septimum, Matth. *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad horam nonam.* Idem Marc. Luc verò: *Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsq; in horam nonam: & obscuratus est sol, & velum templi scissum est medium.* Ecce cœli demonstrantes se compati Factori suo.

Octauum, Matt. *Et circa horam nonam* 43
clamauit Iesus voce magna dicens: Heli, Heli lamma sabbacthani, hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Marc. *Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Heloi, Heloi lamma, &c.* Matth. *Quidam autem illic stantes & audientes dicebant: Heliam vocat iste.* Hi n. erant Gentiles non intelligentes Hebraicam vocem.

Hic habes quintum verbum, in quo ad modum lamentationis more Prophetarũ, maxime Psalmorum ostendit magnitudinem suæ passionis, in qua nullum habuit vnquam refrigerium, sed pater ita fiduciaLiter agit in eo, vt in nullo parceret illi. Vnde ipse etiã in Propheta dicit: *In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.* Hoc notatur per derelictionem, qua sic dereliquit, vt nunquam subleuaret à pœnis quas possibile esset ipsum pati. Psal. 87. 17.

Nonum. Matth. *Et continuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere, cæteri vero dicebant: Sine videamus, an veniat Helias, liberans eum.* Mar. *Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite videamus, si veniat Helias ad deponendum eum.* Tribus vicibus videmus acetum illi oblatum. Primò, vt dicit Luc: *quando milites illudebant ei, acetum offerentes.* Secundò, quandò ad vocem eius, *Sitio*, dederunt ei acetum. & Tertiò nunc. Vnde dubium est, si pluries datum est ei acetum, crederem tamen vna vice tantùm, quam sub diuersis occasionibus narrant Euangelistæ. Erant autem duæ potiones distinctę, vini, & aceti. Primam respuit. vnde Marc. *Et non accepit.* Hanc accepit, vnde Ioan. *Cum ergo accepisset Iesus acetum* Primam respuit propter dictas causas, hanc accepit ad augendum dolorem, & ne putaretur, quod primam respuisset tanquã amaram. 44

Deci-

Decimum. Ioann. *Cum ergò accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est.*

45 Hoc est sextum verbum, in quo Christus demonstrauit impleta esse, quæ de illo dicta erant, & quod consummasset opus, quod dederat ei Pater ad perficiendum, & ità factam esse copiosam redemptionem, ità vt nihil omninò omissum esset.

46 Vndecimum. Est septimum verbum: *Et clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit* Matth. *Iesus autem iterum clamans voce magna emisit Spiritum.* Dicit iterum, quia voce magna dixerat. Heli, Heli, ita quod bis clamauit voce magna. Idem Marc. Qui se dixerat Filium Dei, dum viueret, perseuerauit, & hoc dicere in Cruce, quod notauit Luc. Qui ponit primum, & vltimum verbum, & in primo dicit Christus. *Pater dimitte illis*: & in vltimo: *Pater in manus tuas.* Per istam commendationē sui Spiritus, sic se humilians, restitit superbiæ Satanæ illum impugnantis in calcaneo vitæ suæ, id est in extremo.

Luc. 4. 13. Vnde Luc. *Et consummata omni tentatione, Diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus.* Hoc igitur est tempus illud. Plurimis de causis debebat Pater sumere Spiritum Christi in manibus suis, sed & hanc voluit Christus addere, vt completa omni obedientia, per hanc humilitatem mereretur suscipi, & per hanc resistere Diabolo.

47 Dicit autem Ioannes, quòd inclinato capite emisit Spiritum; quæ capitis inclinatio, sicut fuit effectus mortis, sic fuit signum obedientiæ.

48 Duodecimum, est commotio creaturarum ex hac morte: Et primò insensibilium. Matth. *Et ecce velum Templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt.* Secundò, rationalium. Luc. *Videns autem centurio quod factum fuerat glorificauit Deum, dicens: Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculū istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.* Matth. *Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu, & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè Filius Dei erat iste.* Luc. & Matth. Attribuunt conuersionem centurionis & turbę, signis illis & terræmotui. Marc. Autem dicit: *Videns autem centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset: ait: Verè hic homo, Filius Dei erat.* Vna ergò fuit ista causa, quia clamare in Spiritus emissione, non est naturale. Aliæ causæ sunt ex ipsis signis, & per has percutientes pectora sua, reuertebantur.

Sed nos quot & quantas causas habemus percutiendi pectora nostra, & reuertendi; quòd Christus tanta sit passus pro nobis; quòd elemēta compatiantur; quòd ingrati simus tanto beneficio; quòd illud pro nihilo perdamus; quòd non simus socii Passionum Christi; & infinita huiusmodi, quæ deberemus recogitare? *Recogitate ergo eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim vsq; ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes.* Hęc Paulus: *Et si Iesus vt sanctificaret per suum Sanguinem populum, extra portam passus est: exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes; & per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo,* id est fructum labiorum confitentium nomini eius, qui viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

IN SOLEMNISSIMO FESTO PASCHÆ.

CONCIO PRIMA.

Maria stabat ad monumentum foris, *vsque*, quia vidi Dominum, & dixit mihi. *Ioan.* 20 10.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Exemplo Mariæ Magdalenæ docetur, perseuerantem coronari. Confertur hæc Resurrectio cum Arca, quæ fuit in Iordane. Ad Christum sequendum inuitamur, Imitatione. Ostenditur, in hac vita permanendum in vita Gratiæ, si qui in alia prætendunt vitam gloriæ, & ad id variis de causis efficaciter hortamur.

1 LÆTISSIMVM, atque celeberrimum Dominicæ Resurrectionis mysterium ita primum replet nos gaudio, Christi gloriam nobis manifestans, vt simul deinde nos ad ea prouocet, quæ ampliori gaudio & dignos nos reddant & aptos. Quis enim non gaudeat Christum videns, qui pro nobis tanta passus est, iam gloria & honore coronatum? Iam oleo lætitiæ excellentissimè perfusum atq; plenissimè? Iam de manibus impiorum ereptum & de manu inferi, opere completo, quod dederat illi Pater, vt faceret, lætanter atq; glorianter reuerti in domum Patris sui, cum magna substantia, quam suis sudoribus atque laboribus acquisiuit, maximaque ac nobilissima familia electorum, quos vehementissimis genuit doloribus parturientium? Quis rursus ad colendam virtutem non animetur, atque ad fortiter in ea durandum, videns bonorum laborum gloriosum fructum, sanctorum dolorum copiosam mercedem, & animi Deo obtemperantis ineffabilem retributionem? Quæ, vt ea consideramus, Christum excellentissimè præstitisse, nos quoque prompto animo illum deuotè imitantes, feruenter fuerimus amplexati, vino nouo, quod lætificat cor hominis, madidi exultabimus, & delectabimur in salutari Dei nostri, lætitia inenarrabili, & glorificanda in cœlis; Veluti si in aures nostras insonantem Sapientem continuè audiamus: *Fili sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Crede Deo, & recuperabit te. Serua timorem illius, & in illo veterasce.* Qui enim aduersa sustinens, dicit: *Expectans expectaui Dominum* (hoc est enim sustinere sustentationes Dei.) Ita illi adhærens, vt ab eo illum non separet tribulatio, angustia, fames, nuditas, periculum, persecutio. Iste recuperabitur ab eo, & crescet in nouissimo vita eius: sicut Dominus Iesus recuperatus est; & admirabile vitæ suæ accepit augmentum, transiens ex hoc mundo ad Patrem, ex loco humili ad incomprehensibilem altitudinem, vbi exaltatus sedet ad dexteram Dei Patris. Hoc itaque mysterium deuotè contemplemur, vt in nobis promissio illa Domini impleatur: *Iterum videbo vos* (nempe in Resurrectione) *& gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

Eccl. 2. 3.

Psal. 39. 1.

Ioan. 16. 22.

2 Primus punctus.

Maria se nobis offert prima, dicente sanctissimo Euangelista. *Maria stabat ad monumentum foris plorans.* Id vna proponens, quod huic Resurrectionis mysterio optimè quadrat, nempe, quod, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Christus, qui vsque ab ineunte sua Incarnatione vsque ad Crucem laborauit, si ab ea agitatus a Iudæis tunc descendisset, opus illi commissum non perfecisset; non ad Sabbathum pertinuisset requietionis; non, vt prædixerat, die tertia à mortuis resurrexisset, non iam in gloria Patris sui rediuiuus suis appareret. *Stetit & mensus est, & emensus terram omnem sua operosissima functionis: Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi, & incuruati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* Stetit (inquam) in via peccatorum, non ambulans cum eis, nec eorum cedens consilio, qui dicebant. *Descendat nunc de Cruce, & credemus ei.* Stetit, perstitit, constitit in incepto, donec cursum metiretur omnem suorum laborum, totaque esset excursa vita, quam agere in terra decreuerat, vt iussus erat. Hæc est terra ab illo emensa; quo facto, iam non illi laborandum, vt hæreditatem capiat omnium gentium. Solo intuitu, possessionem recepit

Matth. 24. 13.

Hab. 3. 6.

Matt. 27. 42.

omnes terminos terræ. Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes sæculi, & incuruati sunt illi colles mundi: quoniã
Psal. 71.11. *adorauerunt eum omnes Reges terræ, & omnes gentes illius seruituti se tradiderunt*: Ab itineribus æternitatis eius, vi videlicet gressuum eius, qui æterni, perpetui, permanentes, perseuerantes, perdurantes fuerunt vsque in finem, virtute perpetuæ charitatis, qua dilexit nos vsque in finem, memor in sæculum Testamenti sui noui, &
Ioan. 20. 1. æterni, quod mandauit in mille generationes. Bene ergò Maria, postquam venit ad monumentum, & non inuento corpore, id nuntiauit Discipulis, postquam & illi putantes sublatum esse, abierunt ad semetipsos, *stabat ipsa ad monumentum foris plorans*. Stabat ipsa ad monumentum, & re-
Ioan. 20. 9. cedentibus Discipulis ipsa non recedebat. Magni illi Apostoli Petrus, & Ioannes lustrato monumento, credentes sublatum corpus Iesu reuersi sunt in Ciuitatem. Mulier ista fortis, cuius procul est & de vltimis finibus pretium magnum, stat firma, firmiter perseuerat, perseueranter quærit, donec inueniat, quem diligebat anima sua. Hæc, in Resurrectione Domini, quæ fructus est perseuerantiæ, nos docet perseuerantiam.

3 Hanc enim vnam nominat Ioannes tanquam magistram perseuerantiæ, quamuis non sola esset ad monumentum. Cumque
Marc. 16.1 dicat Marcus, quòd *Maria Magdalena & Maria Iacobi, & Salome, valdè manè vnà Sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam sole.* Non sola vidit deesse corpus
Luc. 24. 3. Domini; nam Lucas de eisdem ait: *Et ingressæ, non inuenerunt corpus Domini* Non sola vidit Angelos, subitò ingente de eisdem mulieribus eodem Euangelista Luca: *Et ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti.* Non sola nuntiauit Discipulis quæ vidit, & audiuit, dicente Luca: *Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant,*
Matt 28. 9 *quæ dicebant ad Apostolos hæc.* Neque sola vidit Dominum, cum de aliis quoque dicat sanctus Matthæus: *Ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.* Sola nobis est, vt magistra huius virtutis perseuerantiæ proposita, vt quæ ardentior Christum quæsierit, cæteriſque fuerit veluti dux & exemplum, videns sepulchrum, Angelos audiens, Discipulis nuntians. Non enim sine causa scribit sanctus Marcus: *At illæ exeuntes fugerunt de* Marc. 16
monumento, inuaserat enim eas tremor, & pauor; & nemini quidquam dixerunt: timebant enim. Multæ enim erant mulieres istæ, quibus omnibus ab Euangelistis Maria ista præponitur. Quam Angeli singulariter alloquuntur, quam Christus visitat singulariter, & propterea Ioannes illam solam nominat. Neque Euangelistarum asserit quisquam cæteras fuisse cum illa, quando *conuersa vidit Iesum stantem. Et dixit ei Iesus. Mulier quid ploras?* Quapropter neque plorantem illam, vel cum illa cæteras plorantes narrant Euangelistæ. Sola plorat, prima quærit, singulariter ab Angelis audit. *Mulier quid plorus!* Vna ipsa respondit. *Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Vnam alloquitur Christus. *Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu sustulisti eum, Dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.* Et non est exploratissimum ad eam solam Dominum dulce illud verbum dixisse. *Maria?* Vnde & sola dixit. *Rabboni* Sola tangere aggressa est, sola iussa est. *Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* Ergò & de illa sola verum est. *Venit Maria Magdalene annuntians Discipulis. Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.* Dixerint cæteræ, & ipsa cum illis, quòd Angelos viderint, & sic loquẽtes audierint. Hæc denuntiat. *Quia vidi Dominum. Et hæc dixit mihi* Propterea solã hanc Ioañes commemorat. Cur enim & Marcus, qui Marc 16.9
aliarum quoq; meminit, narrans quid illis dixerint Angeli; de hac sola tandẽ scribit: *Surgens autem manè prima Sabbathi apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecterat septẽ dæmonia. Illa vadẽs nuntiauit his, qui cũ eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et*

illi

illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. Ista ergo in primis proponitur, vt quæ ardenter amauit, diligenter quæsiuit, perseueranter requisiuit, lætanter aspexit, fideliter annuntiauit, vt effectus aptissimus Dominicæ Resurrectionis, quę durare nos docet, & rebus nos ser-
Apoc.21.4. uare secundis: quando Deus abstergetomnẽ lacrymam ab oculis nostris, & ta non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quoniam prima abierunt secundis superuenientibus.

4 Arca dum stetit in medio Iordanis flu-
Ios.3.15. mine, populo viam fecit, vt iret in terram promissionis, & in ciuitates habitationis. Transgressi tamen, non inde recesserunt, donec ascendente etiam Arca ipsa populum præcedebat. Primus Christus infixus est in limo profundi, pertransiens aquam intolerabilem, quoniam Deus Pater dedit eum in captionem dentibus hostium suorum, exurgentium in eum, & viuũ deglutire molientium. Nobis hoc pacto munita est via, vt securi transeamus inundantes aquas tribulationum, laborum, persecutio-
Psal.105.11 num. Nihil est quod vltra timeamus. Timeant, qui tribulant: quoniam operuit aqua tribulantes nos. Lætentur tribulati.
2.Thes.1.6 *Iustum est enim apud Deum retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant; vobis autẽ qui tribulamini, requiem nobiscũ.* Hoc nos docet Arca testamenti, quin magis Mediator ipse noui testamenti: præcessit ipse nos,
Psal.113.2. & facta est Iudæa sanctificatio Dei, dum Tribus Iuda, ex qua ortus est Domins noster, prima inter medium aquarum sicco perrexit vestigio, & Dominus Iesus ascendens in Ierusalem, vbi tradendus erat atq; crucifigendus, præcedebat discipulos suos.
Luc.19.28 Mar.14.13 Matth.26.18. Ipse lagenam aquæ baiulans est, de quo in figura dicebat: *Sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicite: Tempus meum prope est: apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Aquam portantem sequi iubemur, vt sciamus quod facit Pascha, in quo Agnus immolatur, non solus, sed cum discipulis eius, vt immolato Agno ipso Dei, qui tollit peccata mundi, & ipsi tanquam Agni mittantur in medio luporum, sequentes vestigia Christi, qui passus est pro nobis, nobis nihilominus relinquens exemplum, vt tollentes Crucem nostram illum ipsum sequamur Crucifixum. Ascendit demum *Ios.4.11.* de aqua, & ante populum ambulabat, resurrexit enim propter iustificationem nostram: vt quemadmodum ipse surrexit à *Rom.4.25.* mortuis per gloriam Patris; ita & nos in *6.4.* nouitate vitæ ambulemus sectatores bonorum operum. Prima Arca intrauit in *Ios.3.15.* flumen, vltima de illo exiuit. Patimur nos *4.11.* post Christum, vt non nisi vt Christiani Christi Discipuli patiamur, Christi Passionibus communicemur. Nos ante illum, quoniam momentaneum, & leue est tempus, & pondus tribulationis nostræ. Torcular calcauit ipsum, & pressurum habuit intolerabilem; & quoniam præcessurus erat, vt abiret ad parandum in cœlis nobis locum, sua Passione nostras omnes comprehendit, & circumplexus est; vt totus effundendus sanguis suorum electorum esset sanguis Agni, vt quascunque persecutiones & labores quoscunque subitura esset Ecclesia, Christus in se ipso primus sustinuisset, vt etiam propter hoc Saulo dicere posset: *Saule, quid me persequeris?* Non *Act.9.4.* à fluuio recessit populus; sed arcam ibidem expectauit ascendentẽ, vt eam præcedentem sequeretur; nec tu aliter exeas, quam illum videas exeuntem. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, ait Iacobus Apostolus: *Volo exeas de tribulatione,* *Iac.5.11.* *sed finem Domini aspiciens, qui non exiit inde Passiones derelinquens, donec earum omnis consummationis vidit finem. Sustine & tu, expectans Dominum; viriliter agens.* Vltimus ergo est, vt ante oculos nostros iugiter sit finis eius, quasi nunquam finiens, sed sine fine perseuerans in intima visione oculorum nostrorum; quandoquidem sic vltimus fuit, vt intra terminos Passionum suarum omnes nostras clauderet passiones. Tum demum post illum ambulamus, custodientes vias duras, dum ad veram & gloriosam Resurrectionem peruenimus.

Vide autem, si propterea nos primi a- 5
scendimus de Iordane, quoniam ex Cruce sua factum est suaue iugum, quod super *Mat.11.29* nos tollere iubemur. Certũ est enim quod

Ec.1 12. Sapiens dixit: *Timor Domini delectabit cor.* Asperum illi fuit, & graue, non præuenit gaudium, quod sibi proposuerat; exitum expectauit, finem operis præstolatus est, priusquam mercedem acciperet. Crux illi tota, Crux fuit; omnis Passio, Passio: Nos vero aliquando, & in via quiescimus, & in laboribus reparamur; & tum quoque, quãdo persecutionem patimur, gaudemus in tribulatione nedum patientes; sed & gloriantes, à Deo pręuenti in benedictionibus dulcedinis. Et huius diuersitatis hæc est ratio, quod exultauit ipse ad currendam viam, gradiens in multitudine fortitudinis suæ; sunt enim crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas, & in humeris suis portat orbẽ Potentissimus. Quapropter tametsi corpus suum dedit percutientibus, & genas suas vellentibus, & faciem suam non auertit ab increpantibus & conspuentibus, non propterea tamen confusus est: posuit enim faciem tanquam petram durissimã. At Elias, vt grandem metiatur viam semel, & iterũ cibo restauratur Angelico. Populus in terra deserta, ambulans in via & inaquosa, mensa cœlesti sibi in deserto parata vsus est. Et portatus est super alas aquilarũ, ducatu, hortatu, & subsidio duorum illorum magnorum virorum Moysis & Aaron. Vt est fragilis humanitas nostra, sic indiget in laboribus sustentari. Ita Ruth antequam cõpleret opus de hordeo, quod collegerat, facit sibi polentam, & saturata est. Quin & Paulus Apostolus primo raptus est in Paradisum, & tum dixit de illo Christus. *Ego ostendam ei, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Et Apostoli Christum viderunt in claritate, illius dulcedinem prægustantes, priusquam in medio luporum mitterentur tanquam Agni. Et fidelium atque electorũ omnium multitudo æque ad cœnam magnam conuocatur, atque ad laborandum in vinea. Et in sudore ipso vescimur pane nostro; & qui laborat manducat; & tollentes iugũ Domini super se, inueniunt requiem animabus suis. Alioqui desideremus in via. Manifesta est vox illa psallentis, & concinentis: *Hæreditate acquisiui testimonia tua: quia exultatio cordis mei sunt.* Hęreditate acquirere, est perpetuo possidere. Hoc quare? quia exultatio cordis mei sunt: exultatio ista est in custodiendis illis retributio multa; propter quam retributionem cor suum inclinat ad custodiendas ipsas DEI iustificationes. Concinit & Sapiens dicens: *Timor Domini, scientiæ religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor: iucunditatem, atque gaudium dabit.* Non nuda scientia est religiositas scientiæ, sed timor Dei, sed pietas, sed cultura Dei, de qua infra Sapiens idem: *Execratio peccatori cultura Dei* Vbi etiam ante dixerat: *In thesauris Sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas. execratio autem peccatoribus sapientia.* Ista ergo religiositas, & cultura Dei custodit cor, vt non recedat retro; iustificat, vt iustificetur adhuc, continue proficiens. Quid ita? quia iucunditatem dabit & gladium, mentem exhilarat, vires reficit, sensum emollit, animum nutrit, carnem frenat, spiritum accendit; & quo plus comedit, eo plus esurit; & quo plus bibit, eo plus sitit; vt quod summis labiis prægustauit, eo totis viribus satietur. Ecce quomodo Christus vltimus in arca exiuit de Iordane, nos primi. Propterea quod tota die portauit pondus diei & æstus. Nos vero vix hora vna laboramus, in reliquo otiosi, vacantes, & ad auram ambulantes in meridie.

Isai 63 1. Can 5 15. Isai 50.6. 3.Reg.19. 6. Exo 16.13. Ruth 2.14. Act.9.9. 16. Mar. 1.71. Luc 14.15. Mat.20.11 Mat 11.29 Ps.118 111. Et 17. 32. 16

6 Et certe si crucem nostram tollentes illum habemus sequi; si in via ipse substiterit aliquando, quomodo qui nõ ambulat, nos sequemur? Non de tẽpore quęstio nostra est. Sequela nostra locum non spectat, aut tempus. Sequeris, si imitaris. Quod imitari vis, id tibi sub oculis statuis, id cõsideras vt exemplum; dum exemplum est, opus illud in sua cõsideratione exercetur. Quem imitandum tibi proponis, operantem attendis. Tibi ergo semper operatur, nõ quiescit; donec tu completo opere tuo denique requiescas. Incipit quies à te: Vltimus ergo ipse accendit de Iordane, quia factus est forma virtutis laboris atque patientiæ. O ratio potentissima ad imitandum inuitans, incitans, vrgens!

7 Sed quo vadit, sciamus necesse est, si sequi habemus. Magna laus, quã tribuit Scriptura punctus.

Secundus

ptura Abrahæ patri nostro, & quam con-
Hebr.11.8. fidérauit Apostolus dicens; *Fide qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem; & exiit, nesciens quo iret.* Sic enim dixit illi Deus:
Gen.12.1. *Exi de terra tua, & veni in terram, quam monstrabo tibi* Vides nondum monstratũ illi locum, quò iturus esset. Magna res, nimirum terram, quam possidet, derelinquere, & illam nescire tamen, quæ repromittitur. Sic probata fides est maximi istius amici Dei. Sat illi fuit quòd dixerit illi Deus: *Veni.* Non ait: Vade in terram: Sed: *Veni in terram, quam monstrabo tibi.* Veni, sequere me, veni mecum. Nam & ego vado, & cum veneris vbi sum ego, ibi ostendam tibi, quod nunc polliceor. Dicens ergò: *Veni*: Illum inuitauit, vt sequeretur
Isa.41.2. se. Testatur hoc Propheta dicens: *Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum, vt sequeretur se?* satis hoc fuit sancto viro. Maxima ratio illi fuit Dominum sequi, eo ire, quò iret Deus, vbi Deum inueniret. Non moras traxit Abraham, promptè sequutus est. Propterea Dominus ipse auem illum nominauit, vt qui nõ iret modò post Dominum, sed volaret magis *Vocans* (in-
Isa.46.11. quit) *ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ*

8. At nos quasi infirmi fuerimus in hac
Ioh.12.26. parte, ad certum vocamur locum. *Si quis mihi ministrat, me sequatur, vt vbi sũ ego, illic & minister meus erit* Propterea enim Resurrexit, vt videntes claritatem eius, sciamus, quò nos ducit, quò vocat, quò
Heb.6.20. nos antecedit. *Præcursor enim pro nobis introiuit in ipsum cœlum* Fuit auis Abraham, simus ministri nos pedissequi per terram illius sequentes vestigia: non nos pigeat à magno viro superari: est enim pater fidei nostræ. In illo nos sumus benedicti. *Si Fi-*
Gal.3.6. *lij eius fuerimus erimus*, vt docet Apostolus, *Filij Dei* Veruntamen hoc dicamus ad gloriam nostram. De terra, cognatione, & domo Patris sui vocauit Deus Abraham. Expressit quid relinqueret, sed malanõ proposuit in itinere sufferenda: quin potius cognatio illius comitata est secum.
Gen.11.31. Sic enim scriptum est: *Tulit itaque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran. filium filij sui, & Sarai nurum suam uxorẽ Abram filij sui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terra Chanaan, venerunq; vsq; Haran, & habitauerunt ibi* Nõ se valuit expedire sanctus vir, patre secum ambulante, cui vt obediens appareat, dicit Scriptura, quòd Thare ipse tulit Abram filium suum, educens de Vr Chaldæorum: & propterea in Haran moratus est vsque ad annos septuaginta quinque ætatis suæ. Nos verò quando vocamur, Crucem iu- *Matth.* 16.
bemur tollere, nedum relinquere patrem 24.
& matrem, verùm & odisse eos, adhuc *Luc.*14.26.
autem, & animam ipsam nostram, & carnem crucifigere, illumque imitari, qui traditus est, illusus, flagellatus, & demum crucifixus; vt sic daret animam suam redemptionem pro multis. Quis tam *Matth.*20.
asperum iter aggrediatur, vias adeò du- 28.
ras & prauas semitas, nescions quo vadat? Magna causa, quia gloria magna est se- *Eccl.*23.38.
qui Dominum, sed & ipse prænuntians Passiones suas, subiecit & posteriores glorias. *Ecce ascendimus Ierosolymam & filius* *Luc.*18.31.
hominis tradetur, flagellabitur, & crucifigetur, & die tertia resurget Proposito *& Matth.*
20.18.
enim sibi gaudio sustinuit Crucem. Lo- *Heb.*12.2.
cum istum vult nos scire. In ipsa vocatione nobis illum demonstrat. Non dicit; Veni in terram, quam monstrabo tibi, sed
*Ioh.*12.25. ait: *Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui est in cœlu. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.*

Propterea ad hoc propositum elegit Apostolus, vt testes essent Resurrectionis
*Act.*1.21. eius. Sic enim Petrus ad fratres: *Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis, vsque in diem, qua assumptus est à nobis, testem Resurrectionis eius nobiscũ fieri vnum ex istis.* Vult vnum eligi, qui cum Christo fuerit, dum cum hominibus conuersatus est, prædicans Euangelium, vt nouerit, quæ fecit Dominus, quæ dixit, & docuit. Sed hoc vnum tamen explicat, quòd sit testis Resurrectionis. Cætera viderit omnia, audieritq; in hunc finem, vt idoneus testis sit Resurrectionis eius,

Hoc vnum Petrus in prima concione sua post acceptum Spiritum Sanctum maximè contendit, quod Christus resurrexit.

Act. 2. 23. *Hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum; per manus iniquorum affligentes*
24. *interemistis, quem Deus suscitauit, solutis*
25 *inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat*
·55 *teneri illum ab eo* Quod probat euidenter per Dauidem, qui in Psalmis de illius Resurrectione locutus est. Et subdit denique:

Act. 10 41. *Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius nos omnes testes sumus.* Et hos testes à Deo prædestinatos asserit, vt certa esset atque indubitata Domini Iesu Resurrectio. Ardua est via, quâ ambulare iubemur; asperi calles, quos transire nos oportet, nõ veluti per aëra quasi aues, quemadmodum Abraham volaturi sumus, sed per spinas & tribulos, per aspera & praua, per arctam viã, per duras semitas progredi necesse est, Christum sequentes crucifixum. Erat igitur demonstranda terra, ad quam pergimus; erat manifestanda merces tantorum laborum atque Passionum: erat aperienda porta, per quam intramus: erat scindendum velum, vt introspicere possemus, vbi Deus sedet super Cherubim gloriæ: erat ipsa gloria, quam expectamus, nobis patefacienda.

9. Ecce iam apertum est Cœlum; iam Pa-
Luc. 23. 43 radisum ingressus est latro, iam de lacu, in
Zach. 9. 11. quo non erat aqua vincti: educti sunt patres nostri. Et resurgens Christus ex mortuis, mortem iam cœpit morti tradere, & notas fecit nobis vias vitæ, adimplens
Psal 15. 11. lætitia nos cum vultu suo. O ratio benè viuendi. O causa perseuerandi. O impulsus perficiendi Hic fructus est perseuerantiæ, hæc patientiæ merces, hæc requies laborantium. Non quieuit Deus ab operibus, donec compleret omnia. *Igitur*
Gen. 2. 1 2. *perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat. Et requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat.* Vide si à primo die, quo cœpit distinctè opus suum vsque ad complementum, requiem quæsiuit, si non singulis diebus impleuit opus suum. Completo operè, tum & non antea requieuit, neque compleuisse dicitur quando operabatur. Vnà sunt completio & requietio. Completum laboras, compleuisti post laborem; tunc quiescis, opere completo. Vultis inuenire requiem animabus vestris? iugum Christi tollite super vos. Non prius quiescas, quam compleueris opus; alioqui non erit tibi requies, sed labor & dolor. Dum tempus est operandi, qui non laborat, non manducat; & qui non manducat ex his est, de quibus scriptum est; *Famem patiuntur sicut canes, & circuibunt ciuitatem.* Psal 58. An quiescit, qui famescit? An quiescit, qui patitur? An quiescit, qui in circuitu ambulat? Qui recta procedit, terminum inuenit viæ suæ: vbi circuitus, ibi nullus terminus: & ideò motus continuus, requies nulla. *Semper oritur sol, & occidit,* Eccl. 1. *& ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem Lustans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Etenim *concentum cœli quis dormire faciet?* dormiat, vt requiescet, si potest, si id permittat sapientia, quæ dicit: *Gyrum cœli circuiui sola.* Ità incessanter. *In circuitu impii ambulant, & nulla est requies.* Et quò plus requiem quæsieris, plus laborabis. quia scriptum est: *Pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* In spiritu vehementi conteret naues Tharsis, Et stipula requiescet ante faciem venti? & leuis palea stabit, vbi commota sunt vniuersa? & fluida mens hominis ibi requiescet, vbi ibant aquæ & reuertebantur? Cur dixit ille: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere? quia, si vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tum:* Affluentibus diuitiis atque fluentibus continuè, si cor apposueris, nulla erit illi requies, fluet, refluet, influet, confluet, & effluet. Ergò *dùm tempus habemus, operemur:* quia tempus nunquam consistens, in successione consistit, & in perenni fluxu percurrit indesinenter. Hæc est rota, hic Iordanis, qui non est vnquam reuersus retrorsum. Hoc tempus operandi, quia nunquam quiescendi. Vbi compleueris opus, vbi tempus defierit, vbi sabbatum superuenerit, tunc cessabis ab opere tunc requiesces.

Neque

10. Neque frustra Scriptura dicit: *Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanem. Iordanis autem ripas aluei sui tempore messis impleuerat.* Nam transmisso Iordane, vbi aduersa senserũt, facilè retrò regredi voluissent, quandoquidem & dux eorum Iosue vir magnus, vt vidit populum terga vertentem inimicis suis, Deum rogans dicebat: *Heù Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhei, & perderes? Vt inam, vt cæpimus, mansissemus trans Iordanem* Si sic rogat dux, quid populus, si aduersa tetigissent? Voluit ergò aquarum abundantia & fluminis plenitudine Dominus populum coërcere, nè illi veniret in mentẽ cogitatio reuertendi. Facilis fuit transitus, siccante Domino Iordanis aquas; difficillima reuersio, quia cum ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cœpissent, reuersæ sunt æquæ in alueum suum. Auxilium Domini est ad transitum Iordanis in terram promissionis; non adiuuat retrocedentes, sed obstat magis. Cur putas dicebat populus ille perfidus: *Constituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum?* Vbi Dominus ductor eius fuit, nullum erat reuersionis consilium. Cogitantes in Ægyptum reuerti, necesse habent sibi ducem cõstituere. Non Deus, non Moyses, non Aaron, non Iosue dux erit, qui reducat. Iam qui reuerti cogitat & descernit, Deo renuntiauit, Christo renuntiauit, Euangelio renuntiauit, renuntiauit Veritati. Quis erit illius dux? Nùm Iudas, qui factus est dux eorum, qui comprehenderunt Iesum? sed suspensus crepuit medius. Nùm diabolus, sicut populus, qui sequebatur Deos alienos? sed si id feceritis, sicut vnus de Principibus cadetis, de quo auditis: *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.* Num Core, cui Dathan & Abiron, & multi alij adhæserunt illi? sed dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum, descenderuntque viui in infernum. Quem ô homines retrocedentes vobis ducem constituetis, vt in Ægyptũ reuertamini? Quis erit dux vester? an mundus, qui totus positus est in maligno? sed iam iudicat⁹ est, iam damnatus. Exeamus de illo magis, *ne cum hoc mundo damnemur* Video, video ducem vestrum, concupiscentiam vestram. Hæc est dux vester, ambulatis post prauitatem cordis vestris, cuius nouissima ducunt ad mortem. Sequamur Deum nostrum. Dominus solus dux eius fuit, dum peruenit populus ad destinatum. *Dominus solus* (inquit Sapiens) *sustinentibus se in via veritatis & iustitiæ.*

Ios.3.14. Ios.7.7. Ios.4.18. Num.24.4 Act.1.16. 18 Psal.81.7. Luc.10.18 Num.16.31 1. Ioh.5.9. Deut.20.12. Eccl.34.12

SECVNDA PARS.

11. QVis nõ videat resurgentem populum Christianum hodie, qui viuentem Agnum, qui fuerat occisus, accepit in visceribus suis, qui panem viuum, qui de cœlo descendit, vt daret vitam mundo, deuotè recepit & manducauit; cum scriptum sit: *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* Et: *Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinẽ, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die?* Hi profectò, quos Christus vi suæ carnis fideliter comestæ resuscitabit in nouissima die, nõ vltrà morientur; habent enim vitam æternam; sicut & ipse Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors vltrà non dominabitur ei. Propterea vt tunc illius resurrectionis fructũ aliquis consequatur, vitã ipsam æternam illi seruare necesse est; nam qui habet vitam æternam, eum solũ Christus resuscitabit in nouissimo die. Quoniam impij non resurgent in iudicio, neq; peccatores in concilio iustorũ. Qui enim vitam æternam non habent, his resurrectio non erit ad vitam, quin magis sicut oues ponentur in inferno, vbi mors depascet eos. Non satis est ergò, si panem manduces vitæ, & Christum, qui vita nostra est, in te recipias; si illum euomas; si excidas à gratia; si non vltrà Christus habitet in te, id quod euenit recedenti à mandatis Domini. Hic enim mortuus est, & nõ habet vitã æternã in se manentẽ; cum scriptũ sit: *Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit*

Ioh.6.51. 54. Tertius punctus. Rom.6.9. Psal.1.5. 2. Mach.7. 14. Psal 48 15. Ezech.18. 24.

cerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid viuet? Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur: in prævaricatione, qua prævaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. Sicut enim si impius ab impietate recedat, & faciat iustitiam, vita viuit. Si contrà Iustus sit iustitiam derelinquat, & se tradat iniquitati, in iniquitate, quam operatus est, in ipsa moritur, id est, propter iniquitatem suam mortem incurrit. Quæ via Domini ita est æqua, vt si quis illam calumnietur, nõ præterea ipse rationem: quæ illam iustificet, obiiciat, sed eandem etiam paucioribus verbis repetat. Et dixistis (inquit per Prophetam) *Non est æqua via Domini. Audite ergò domus Israel: Nunquid via mea non est æqua, & non magis vestræ prauæ sunt? cum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia, quam operatus est, morietur Et cũ auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est & fecerit iudicium, & iustitiã, ipse animam suam viuificabit.* Vides Deũ eandem suam viam repetentem absque alia probatione, quòd ita per se & euidenter æqua sit ac iusta, vt non aliud opus sit, quàm illam præ oculis tenere, eamque attentissime considerare.

Ezech. 17. 25. 26. 27.

12. Quæ nimirum nobis hoc tempore obiicienda est, fixoq; animo contemplanda, partẽ putamus iam nunc perfecisse, quandò pœnitentes confugimus ad thronum gratiæ, vbi per sacerdotum sententias veniam cõsecuti sumus peccatorum nostrorum: vt vita viuentes ad mensam Domini accederemus, ibi comedentes, quæ nobis apposita sunt, nempè carnem Christi, quæ verè est cibus; vt vitam Christi resurgentis in nobis accipiamus, cum illo resurgentes. Sed summo studio cauendũ, ne in aliam incidamus partem, rursus vitam veterem repetentes, & ad vomitum nostrum denuò reuertentes, vt inter impios computemur, de quibus canit Psalmus: *Non sic impij, non sic sed tanquam puluis, quem proïcit ventus à facie terræ. Ideò non resurgent impii in iudicio, neq; peccatores in concilio iustorum.* Iustum assimilauit ligno plantato secus decursus aquarum, suo tempore fructificanti, suum decorem conseruanti, ità vt neq; folium eius deciderit; cui omnia succedant prospera. Impios verò pulueri comparat; pulueri (inquam) non in terra iacenti, sed quem proiicit ventus à facie terræ. Puluis iste nec fructum edit, nec foliis ornatur, nec prospera rum quidquam operatur: id est, quæ ab ipso procedunt, nec commodum habent, nec decorem, neque successum; sed ipsemet in sua substantia dispergitur. Vitam in se non habet, neq; eam tum deniq; recepturus est, quandò generalis erit omniũ resurrectio Si enim impius in sua impietate mortuus est, num quandò erit in ipsa impietate confirmatus, vita viuet? si hic, quandò potest respicere & ad vitam reuerti, mortuus est tamen in impietate sua, quid erit iam mortuus morte secunda, à qua resurgit nemo? Ideò *non resurgent impii in iudicio.* Coniungetur quidẽ anima corpori, qua ratione omnes resurgemus: sed anima mortua in peccato suo, non minus influet in corpus suum mortẽ, qua mortua est, quàm vitam naturalem, qua viuit. Anima peccatrix à corpore separata viuit, quia immortalis creata est: mortua est alienata à vita Dei, & morti deuorantisubiecta in æternum. Contrà: Corpus mortuum est quidem, quia exanime est, nec per se viuit; sed cruciantem mortem hactenus non sentit. Hanc vt sentiat & patiatur, sensum habeat necesse est & vitam: Hanc ab anima consequetur. Ergò mortem acerbiorem accipiet, præcedente illa prima naturali; mortem accipiet, quæ cruciabit in æternum, vbi naturaliter moriens fuerit aliquandò resurrecturũ. Ergò mors ista secunda, acerbior & diuturnior mortuũ magis reddet, quàm reddiderat prima illa mors. Si ergò propter vitam, quæ dabitur ad mortem, dicuntur etiã impij resurgere: non multò magis propter hanc mortem, cui subseruiet illa vita, verum est, quòd non resurgent impij in iudicio. Adiecit Propterea Psalmus: *Neq; peccatores in concilio*, id est congregatione iustorum. Verè enim iusti, ad plenam omniq; expertem mortis vitã

Psal. 1. 4.

Psal. 1. C. 45.

sunt

sunt resurrecturi. Ideò ligno viuenti comparati, quod vt ad honorem mittat radices suas, plantatum est secus decursus aquarum, id est iuxta aquam viuam, quæ nunq̃ deficit, vt viuat in æternum : viuat verò fructuosum, decorũ, beatum. At verò sicut puluis à vento dispersus, per se non vlra colligi potest, vt simul coniungatur, vt de eo sicco homo formetur, & in cuius faciem inspiretur spiraculum vitæ. Ità verè, sicut dictum est: *Non resurgent impii in iudicio*: sicut pulueri, proiecto à vento huc & illuc, repugnat naturaliter resurrectio. Sic fœlix resurrectio longissimè ab impijs est elongata. Quod si potens est manus Domini, etiam à quatuor ventis puluerẽ colligere, de quo vt de limo terræ hominẽ restituat, cum id fiat virtute Dei, irascentis contra impium, & ideò restituat, vt torqueat in æternũ, non rectè assimilatus est impius pulueri ineptissimo ad resurrectionem, quandò momentanea ista eius restauratio erat ad ruinam æternam?

13. Peccantem hominem pœna illa ex Dei
Gen. 3. 17. decreto secuta est: *Maledicta terra in opere*
18. *tuo: In laboribus comedes ex ea cunctis die-*
bus vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit
19. *tibi, & comedes herbã terræ. In sudore vul-*
tus tui vesceris pane, donec reuertaris in ter-
ram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. O puluis mortui hominis! puluis fuit origo illius prima,
Gen. 2. 7. puluis illius consummatio, sed puluis mistus aqua fuit ille primus: formauit enim Deus hominem de limo terræ. Puluis iste vltimus siccus est, quem proiicit ventus à à facie terræ, aptus ille ad vitam. Et ideò
Gen. 2. 8. factus est homo in animam viuentem. Vltimus iste ineptus omninò ad resurrectionem. Iniquitas fecit hoc, ergò non resurgent impij in iudicio. Hæc ità se habent, si Adam primum attendamus, qui à Deo factus in animam viuentẽ, sese ipse à Deo recedens id fecit, quod dicit Apostolus:
Rom. 8. 10. *Corpus mortuum est propter peccatum.* Ab anima viuẽte in corpus mortuum propter peccatum recidit, sed bonum habemus nuncium Euangelizantis Pauli.

14. Factus est primus homo Adam in ani-
1. Cor. 15. 45. mam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Ille primus in anima peccauit, & mortuus est. Num qui de limo terræ, re mortua, formauit, nempè de puluere, non poterit de puluere rursus ad vitam excitare? An nõ scriptum est: *Multi de hu-* Dan. 12, 2.
qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt? Dormiunt in terræ puluere propter sententiam illam: *Donec reuertaris in* Gen. 3. 19.
terrã, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quid illud est, quod de limo terræ formauit Deus? homo. Dicit enim Veritas: *Formauit Deus hominem* Gen. 2. 7. 8.
de limo terræ. Vndè illud ergò, quod ibi sequitur: *Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*? Faciem quidem habebat hominis, in quam inspiraret Deus spiraculum vitæ, habebat (inquam) hominis effigiem, hominis partem, quæ est corpus, quæ dicitur homo. Hunc hominem dicit reuersurum in terrã, de qua sumptus est: spiritus autẽ reuertetur in locum suũ, nempè ad Deum, qui fecit illum. Ergò homo ille ex limo formatus, puluis denuò factus, quid mortuum est. Ergò in puluerẽ reuerti, obire est. Sic dormiunt homines in terræ puluere. Ergò tùm quandò resurgent, euigilabunt: quia non est abbreuiata manus Domini, quo minus in puluerem reuersi, ad animam viuentẽ denuò reuertantur. Sed pergit Daniel: *Alij in vitam* Dan. 12. 2.
æternam: alij in opprobrium, vt videãt semper. Noluit dicere, vt viuant semper, cum tamen videre non possint, nisi viuant. Sed quia ibi vita nõ intenditur, sed pœna; ideò enim viuẽt, vt crucientur, sensum potius, quo pœna sentitur, commemorauit, quàm vitam, qua viuitur. Sicut autẽ per opprobrium intellexit pœnam omnem Inferni; ità per visum intellexit sensum; quo pœna illa sentietur: quod totum erit, semper erit & in æternum.

Sed nunquid sic homo factus est pri- 15.
mus in animam viuentem, vt nõ in eo verè esset etiam spiritus vitæ? Præditus nimirum fuit iustitia & sanctitate, quæ facit animam viuentem. Anima propriè, si se orsum illam accipias, vita magis est, quã viuens; vita (inquam) corporis, qua corpus viuens est. Quod enim viuit, non seipso, sed alio viuit, quod est vita eius. Ergò ani-

ma viuens, non seipsa viuit, quia non sui, sed corporis vita est, sed alio, quod est vita eius; quod aliud maius illa est: sicut ipsa corpore suo maior est, quod viuificat. Nihil autem præter Deũ maius est illa: Deus ergò solus vita est animæ, qua est anima viuẽs. Viuebant ergò duo simul & Corpus Animæ, & Anima Deo; quin magis totus homo præditus erat vita Dei. An ergò, qui ex puluere mortis excitare potest id, ꝙ ex puluere formatum est, mortuam animam non poterit ad vitam reuocare? Nõ potest ipsa per se, quia non sibi vita est, sed à Deo factus est homo in animam viuentem. Potest igitur à solo Deo denuò suscitari in Animam viuentem. Quis hoc operatus est? qui venit in spiritum viuificantem, nõ viuentem solum, sed viuificantem. Iste est, quo excitante, iusti euigilabunt in vitam æternam. Sic excitabuntur, vt non videant modo, sed vt viuant; & sic semper, vt vita fruantur æterna. En viuentes isti.

Isa. 26.19. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis, ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam* Audis dormientes in puluere excitari, vt expergiscãtur? sed cur interfectos vocat? an non interfecti, quos occidit ille, qui fuit homicida à principio: cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum? Audis excitantem? expergiscimini. Quis mortuos vocat, nisi qui viuentes potest facere? tu dormientẽ nõ excitabis, nisi quẽ possis reddere vigilantem. Lazarum non vocauit, nisi qui erat & vita & resurrectio. Iste est, qui clamat: *Expergiscimini*: quia in iussu Dei resurgent mortui, & vocem Filij Dei, qui audierint, viuent. Omnes quidem, qui in monumentis sunt, extremo tempore audient vocem Filij Dei; & audientes viuẽt; & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ergò & nunc, qui audiunt vocem Filij Dei, de puluere mortis excutiuntur, & euigilant. Hæc est vox Filij Dei: *Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in puluere.*

Ioh 8 48. Sap. 2.14. Ioh 11.25. Ioh. 5. 25. 29. Isa. 26.19.

Etiam nunc habitatur in puluere, si per puluerem mortis designatur pœna, cur non & culpa? An non & mors animæ, eaq; in primis intentata est, quando dixit Deus: *Quocunque die comederis, morte morieris*? Cur ergò de morte solùm corporis dixit: *Puluis es, & in puluerem reuerteris*? Non poterat (amabo vos) dicere: Puluis fuisti, quia de terra sumptus es, in quam tua iniquitas te rursum reducet? dixit: *Puluis es*: vt, nedùm originem suam reuocaret ad mentem: sed tantum statum illi obiicere, in quem ceciderat. Puluis es (inquit) mortuus es, non minus puluis es, nunc in morte ista peccati, quàm in morte corporis sis futurus. Puluis es, quem proiicit ventus à facie terræ Quare de terra euelleris, de mundo eiiceris, tanquam puluis proiiceris à facie terræ? Quia peccasti, quia morte mortuus es. Anima mortua, quo plus corpori coniungitur, eò plus facit mortuum: peior est mors eius, quàm vita: plus potest sua morte corpus occidere, quàm sua naturali vita viuificare. Puluis, puluis itaque nunc es, in puluere habitas, quia habitas in regione vmbrę mortis. Ergò expergiscimini qui habitatis in puluere. Audite, & viuite. Hic est ros lucis, verbum veritatis, doctrina pietatis. *Concrescat, vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium, quasi imber super herbã, & quasi stilla super gramina:* Sic dixit Moyses. Sic dicit Christus Propheta similis illi: *Herba ad pluuiam reuirescunt, ac veluti resurgũt.* Puluis, ex quo factus est homo, limus erat, aqua infusus puluis. En ros pulueri commistus, vndè iterum formatur. Verbum insitum animæ nostræ, potens est illam saluare, dixit Sanctus Iacobus: *Mortui audite vocem Filii Dei, suscipite rorem lucis, suscipite guttam roris antelucani.* Satis dormistis: iam hora est de somno surgere. Etiam Dominus surgens mane apparuit primò Magdalene, de qua eiecerat septem dæmonia. Surgite, resurgite, expergiscimini. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus:* quia ros lucis, ros eius. Resurgit Christus mane diluculo, & apparet his, qui nolunt locum dare diabolo. Illi resurgit, qui dicit: *Mane astabo tibi, & videbo; quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.*

Gen. 2.17. 3.19. Psal. 1.4. Isa. 26.19. Deut. 32.2. Deut. 18.18. Iac. 1.12. Rom. 13.11. Marc. 16.9. Eph. 5.14. Psal. 5.5.

Quam-

17 Quamobrem verò loquens Isaias de resurrectione adiecit: *Et terram gigantum*
Isa.26.19. *detrahes in ruinam?* quænam est terra gigantum? Puluis terræ sunt hi, quos extollit ventus, vt deiiciat & destruat: hi non resurgent in iudicio, sed in ruinam detrahentur. De Christo Simeon prophetauit:
Psalm.1.5. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum.* Euigilabunt omnes, sed alii in vitam æternam, alii in opprobrium, in ignominiam, in confusionem; hoc est, in ruinam: resurgent, vt cadant, deiicientur dum eleuabuntur, ruent in abyssum, descendent in infernum viuentes.
Luc.2.34. Quid putas antè dixerat Propheta? *Morientes non viuant, gigantes non resurgant, propterea visitasti, & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.* Superbi iniquè agentes, longè sunt à resurrectione iustorum; sic conterentur & in puluerem redigentur, vt neq; eorum viuat aut supersit memoria; prorsus delebuntur; hoc est, detrahi in ruinam, in profundum laci. Plena mors per hæc intelligitur, qui nunc obturant aures suas, ne audiant legem & vocem Filii Dei. Hoc quidem illis euenit etiam in præsenti, vt conterantur, & fiant tanquam puluis; cuius ne memoria quidē supereſt. Sed id maximè tunc erit, quandò detrahentur in ruinam æternam, quò plus glorificauerint se proceræ staturæ, quò ad mentem sublimes, vt gigantes, eò magis erunt in opprobrio, vt videant semper. Modò etiam est, qui stultus apparuit, post-
Prou.30.32 quam eleuatus est in sublime. Id tunc erit
Isai.14.14. maximè, quandò & qui similis esse voluit Altissimo, in profundum laci detrahetur. Gigantes non resurgant.

18 Ros, imber, aqua puluerem prohibet, nè de terra eleuetur, & à vento proiiciatur: oculi sublimes humilientur, cor nostrum contineat se, nè in diuersa dispergatur. Christo non satis fuit, puluerī huic nostro aquam suam benedictam immiscere, sanguinē adiecit. Morte sua congregauit nos, nedum dispergi non permittit, sed vna nos colligit. Vaticinium illud audistis singula-
Ioan.11.51. re: *Iesus moriturus erat non tantùm pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.* Effusus est ipse sicut aqua, vt congregarentur aquæ in locum vnum, vt nos, qui effusi eramus, disiecti, disiuncti, dispersi, in vnum colligeremur. Sed quid timor fecit discipulorum Christi? Prædixit ipse: *Venit hora, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis.* Ioan.16.32
Si sic timor, quid amor? quid solicitudo rerum terrenarum? à voluptatibus vitæ euntes quid? voluntatis volantis volubilitas quid? spiritus vbi vult spirat. Ventus Ioan.3.8.
iste est, qui puluerem proiicit atq; dispergit; vt dispergatur vnusquisque in propria; vt omnes quærant quæ sua sunt. Qui cum Luc.11.23.
Christo non colligit, spargit. Sua quærere, est dispergi; amor sui ventus est, qui vbi à Deo seiunctus est, vbi legem eius posthabet, quæ directam viam ostendit, per deuia quæque dispergitur, quæ omnia cum inania sint, non implentia, non obseruantia, quæ promittunt, huc illucq; impellunt animum, vt nulla sit quies, vt ambulet per loca inaquosa, vbi siccus est puluis, quem proiicit ventus, & requiem non inueniat, dicens semper: *Reuertar in locum, vnde* Luc.11.24.
exiui. Iam hoc, quod ardenter expetii, non stat promissis; repetam quæ dimisi; sed si neque repetita placebunt, ad alia me conuertam: quæ nimirum, propterea quòd inania sunt, se quærentem illudunt, vt nullum fructum capiat ex eis: qui quoniam citò & inconsultè credit, credit (inquam) mendaciis, leuis est corde, tamquam puluis; vt dispergatur, semper proiiciatur, & euanescat. O puluis, qui obnubilat mundum vniuersum. An ista mentis dispersio mors non est? si ibi mors, vbi disiunctio est animæ à corpore, quid vbi diuisa est anima à seipsa? *Diuisum est cor eorum, nunc in-* Osee 10.2.
teribunt: scribit Propheta: Vbi ex vno homine duæ istæ partes diuiduntur, corpus, & anima, mors est corporis. Et non erit anima mortua, vbi in infinita dispergitur, vbi puluis facta est, non collectus, sed proiectus? ô mors! ô homo vere conuersus in puluerem mortis! reuertere, reuertere ad Dominum Deum tuum. Ipse est enim vita Deut.30.20
tua, & longitudo dierum tuorum. Veni ad 1.Cor 15.
Christum, qui factus est in spiritum viuifi- 45.
cantem, qui est resurrectio & vita. Ioan.11.25.
Ista ergò est resurrectio nostra, vt in 19

vnum colligamur, & collecti à Spiritu Christi viuificemur: Spiritus mundi ventus est, proiiciens, disiungens, dispergens, vt homo non sibi ipsi adsit, cum seipso cõiunctus non sit; sed sit à semetipso nimium
Luc.15.17. elongatus. Qui fame peribat, qui, teste Patre suo, mortuus erat adolescentior filius, ad se reuersus, de reuersione ad Patrẽ cæpit cogitare. Tu te tibi prius vnias, vt v-
Matt. 6.6. nus cum Deo spiritus efficiaris. *Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum*: in te collectus, Deo coniungere.
Psal 26.4. Audite confitentem: *Vnam petii à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini Vt videam voluptatem Domini, & visitem templum eius.* Vnam rem, vnum quod est necessarium, id vnum, quod segregat me à multitudine vanitatis, & operantium iniquitatem. Vnum istud petii, quod est non proiici à facie terræ, sed habitare in domo Domini. Quod est abscondi à creaturis. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo. In die malorum abscondit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me.* Quid est exaltare, nisi suscitare? eleuare in petra, in re solida, vnita, forti? Ergò hæc est resurrectio nostra, separari à plurimis, in quibus est turbatio; & vni Deo coniungi, vbi est vita & pax. *Quam magna*
Ps. 30.20. *multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam*
21. *abscondisti timentibus te. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione hominum: protèges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.* Vides turbari homines erga plurima? Vides plurima ipsa sibi contradicere, sicut emptores faciunt, quorum dicit quilibet: Quod ego profero, alia omnia antecellit. Venies ad me, & bene tibi erit, melior est acquisitio mea; omnia, quæ desiderantur ab aliis, his non valent comparari. Sic creaturæ omnes, humanæ concupiscentiæ, deceptæ illecebra, contradictione linguarum grauant corda hominum vanitate, & mendacio; & sic conturbata sunt omnia, inquieta, tribulationem, & dolorem inferentia. Viuitur ergò solùm in abscondito, vbi facies est Domini, abstrahens à conturbatione hominum. Proptereà soli Mariæ, dùm ab aliis segregata est, apparuit Christus vita nostra, qui viuus viuam fecit & lætam: vt iam non fleret, sed gauderet; & gauderet *Habac. 3.* in Domino, & exultaret in Iesu salutari *18.* suo. Maria à viuente visitata, confortata, & confirmata, cæteras mulieres ita confortauit, vt dignæ fierent, quibus Iesus occurreret, dicens: *Auete.* Et accederent ipsæ, *Matth.* & tenerent pedes eius. Pedes ergo & nos Resurgentis teneamus: sic enim ascendens ad Patrem suum & Patrem nostrum, trahet nos post se, & vna cum illo resurgentes, secum quoque ad Patrem ascendamus. Quod nobis ipse concedat. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

De victoria Christi contra diabolum, de qua nobis lætandum est. Tangitur malitia diaboli, qui comparatur cum Rege Hai, in morte sua. Propter triumphantem Christi gloriam, & propter mundi salutem lætandum in hac die. Gloria Christi nos damnat, si ipsius vias, & præcepta non sequimur.

RECTE quæ foris stat, plorat; I
quæ introspicit, videt Angelos. Nam quæ exterius sunt, affligunt; lætificant interiora. Abscondita erat in Deo vita Christi, dùm esset ipse in manibus impiorum; sicut & nostra, dùm laboramus, abscondita est cum Christo in Deo. Quæ ergo foris *Col.3.* stant, ea solùm, quæ parent aspicientes, ab oculis suis lachrymas non valent abstergere, nec illorum potest cessare vox à ploratu. Tristes erant Apostoli de nece sui Domini, qũi mortem suam prædicens, dixerat illis: *Plorabitis & flebitis vos, mun-* *Ioan.16.20*
dus autem gaudebit, vos vero contristabimini. Id probauit euentus: Nam in cœna *Matt. 26.*
audientes, quod vnus ex illis eum traditu- *22.*
rus esset, contristati sunt valdè, & in horto *Marc. 14.*
erant oculi eorum grauati præ tristitia. *40.*

Ergo

Luc.22.45 Ergo in tota Passione Domini tristitia fuit
Mar.16.10 illis magna, & continuus dolor cordibus illorum. Propterea & de Maria dicitur, quod viso Iesu rediuiuo, vadens nuntiauit his, qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus. Hoc totum, quia foris stabant, exteriora duntaxat considerantes. Dauid vero, qui perit in habitare in domo Domini,
Psal.26.4. vt videat voluptatem Domini, docet interiora, quæ latebant, vbi apparuerint, exul-
Psal.15.11. tatione replere. *A dimplebis me* (inquit) *lætitia cum vultu tuo.* Et Paulus: *Cum apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.* Et Dominus i-
Ioh.16.22. pse discipulis contristatis: *Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrũ: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Gaudium ergo nostrum impletum vt sit, introeamus vsq; ad interiora velaminis, reuelata facie glo-
Mat.27.51 riam Domini speculantes. Propterea enim scissum est velum à sumo vsque deorsum. Propterea Maria ne exterius tangeret, tactu secreto vere lætificante donata est, audiens: *Vade ad fratres meos, vt dic eis: Ascẽdo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.*

2 Puto, quod permiserit Deus molestiam illam populo, confusionem atq; tristitiam, quam passus est, terga vertens hostib. suis habitatoribus vrbis Hai, vt amplior esset eorum lætitia, quæ victoriam, quam de illis mox habuerunt, subsecuta est: Vide cõ-
Ios.7.6. tristatos atque cõterritos: *Pertimuit cor populi, & instar aquæ liquefactum est. Iosue vero scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini, vsque ad vesperam tam ipsi, quam omnes senes Israel, miseruntque puluerem super capita sua:* Sed relata victoria timor omnis abscessit, quin & ante bellum expiato exercitu à scelere
Ios.8.1. anathematis, dixit Dominus ad Iosuë: *Ne timeas, neque formides. Tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. Ecce tradidi in manu tua regem eius, & populum, vrbemque & terram.* Primo congressu, tria millia tãtummodo miserat pugnatorum, qui quidem non propter paucitatem suam, sed propter iniquitatem & auaritiam Achan, cesserunt hostibus, & ceciderunt ex eis triginta sex. Sed in secundo aggressu totum applicuit exercitum, vt appareat intentio Domini, quod in fuga vult esse paucos, vniuersos autem in victoria. Velletq; lætitiam victoriæ nostræ sic esse cõmunem, vt nemo nostrum exors sit lætitia, sed gaudeamus & exultemus. Et quo gaudium istud maius sit & delectantis, à Passione nos reuocat ad Resurrectionem, à lachrymis ad exultationem. Primus, qui legitur in Scriptura suspensus in patibulo, est Rex *Ios.8.23.* Hai, quem reliquis omnibus interfectis, 29. apprehenderunt viuentem & obtulerunt Iosuë, quem suspendit in patibulo vsque ad vesperam & Solis occasum. Præcepitque Iosuë, & deposuerunt cadauer eius de cruce, projecitque in ipso introitu ciuitatis, congesto super eum magno aceruo lapidum. Et ratio est, quia iste primus transmisso Iordane direxerit aciẽ contra populum. De Rege, & populo Iericho nil eius- *Ios.5.3.* modi legitur, nam vbi pugnatum non est, sed cadentibus muris Iericho, populus qui totam circuibat ciuitatem in illam ingressus, omnes interemit. At Rex Hai egressus *Ios.7.4.* de ciuitate cum exercitu, direxit aciẽ contra Iosuë. Hic est hostis & aduersarius noster diabolus, quem Dominus noster superauit, affigens illum cruci, dum de illo in Cruce triumphauit. Hæc vna ratio gaudendi. Vnde & extincto Pharaone cum omni eius exercitu in mari rucro, cecinit populus: *Cantemus Domino gloriose. Equũ, Exo 15.3.* *& ascensorem proiecit in mare.* Haud secus acto in crucem Aman, de quo dixerat Hester: *Hostis & inimicus noster pessimus, iste Hest.7.8.* *est Aman.* Iudæis noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. Et apud o- 17. mnes populus, vrbes atque prouincias mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies, intantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & cæremoniis iungeretur. Hic fructus Crucis, quod per eam calcamus leonem & draconem; vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. O quale gaudium esset nobis, si hoc tantum beneficium clare dispiceremus. Vt sciret populus gratiam Dei, qui illi subiiciebat omnes Reges terræ promissæ, etiam post longissimũ iter, per loca

deserta sicut illos fugere ab hostibus sinit. Ita permisit populum suum omnem, qui erat in Regno Assueri, publicato vbique edicto exterminij eorum, neci fuisse destinatũ. Vnde ait Scriptura: *Mardochæus scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti. & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui. In omnibus quoq; prouinciis, oppidis ac locis, ad quæ crudele Regis dogma peruenerat, planctus ingens erat, ieiunium vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro strato vtentibus.* Latet nos miseria nostra, inuidia diaboli, causa vera plorandi. Maria cognoscens, quid perdiderat in morte Iesu, plorans plorabat, & lachrymæ eius in maxillis eius. Vnde læta, quem quærebat, inuenit. Propterea non lætamur nos eiecto diabolo, non gaudemus liberati tantis malis, & de tantis erepti periculis. Qui malum non cognoscit, de illius absentia non gaudet, propterea quod neque de illius præsentia dolet. Dolor, si cesset causa sua, gaudium adducit. Plorans Maria de Christi absentia, videns iam illum gaudio repleta est.

Hest. 4.1.

3 Ecce ergo, cur de victoria contra diabolum non lętamur, quia nec illius malitiam nouimus, nec quæ mala in nos inuexit, ea neque perpendimus neque consideramus. Vis malitiam discernere? Cogita, quod totum suum studium est in bonis persequẽdis, in hominibus interficiendis, in Christo insidiando, in resistendo Deo. Vt semel a Deo recessit, nunquam cessat se se illius consiliis opponere; & quibus in rebus potest, in his omnibus illum offendere. Vnum de quatuor difficilibus, quæ Sapiens discutit, est via colubri super petram. Ratio difficultatis, quia nescitur via, qua incedant quatuor illa, quandoquidem nulla illis statuta est via, & quocunque voluerint, libere progrediuntur. Ita enim Sapiens loquitur: *Tria sunt difficilia mihi, quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cœlo; viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.* Coluber in petra, & quo vult vadit, & signum sui itineris nullum relinquit. Si cognouisset Eua, quo tendebat serpens, vetiti ligni esum persuadens, persuasa non fuisset ab eo. Verum iam non factum est perspicuum atque planissimum, quo pergat hostis iste noster pessimus? etiam super petram ausus est serpere, Christum Dominum nostru aggredi non timuit. Auctor ipse illius necis fuit. Ipse in Iudam introiuit, & Iudæi cum gentibus conuenerunt aduersus Dominum Christum, quia hora illa fuit potestas tenebrarum. Omnis illorum persecutio conatus fuit diaboli. Nam semen illi fuerunt serpentis, cuius caput vt contereretur, accessit ad calcaneum insidians, à quo conculcatus est atque contritus. En quanta malitia diaboli, qui ausus est mittere manus suas in Christũ Domini. Scimus, quod vbi filius mulieris, quem deuorare cogitabat, ad thronũ Dei raptus est, abiit facere prælium cum reliquis de semine eiusdem mulieris, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Etiam proiectus de cœlo, etiam superatus à Christo, etiam à muliere contritus, non cessat furore suo actus, contra seruos Dei totis pugnare viribus. Quis ergo non lętetur, videns frustratam illius rabiem; videns ademptam illi potestatem; videns illum eiectum foras, spoliis spoliatum & armis, in quibus confidebat? Vbi resurrectio est, ibi gaudium de superato hoste, de proiecto dracone, de principe huius mundi eiecto foras, de triumphatis potestatibus aeris huius.

Pro. 30.19.

18.

19.

Gen 3.4.

Iob 19.17. Psal. 2.2. Luc. 22.53. Gen. 3.15.

Apoc. 12.5. 17.

4 Latet anguis in herba; at vero in petra latere non potest. In Christo deleta est eius malitia. Petra autem erat Christus: qui etiam positus est in monumento, quod erat excisum de petra. Si petra fuisset Heua, locum diabolo non dedisset, perforare non valet petram, vt in illam, immisso prius capite, totus ingrediatur. Propterea ad nihilum valuit aduersus Christum, non habuit vbi caput suum immitteret; incessit super petram, non stetit in petra, totus extra illam. Simus & nos petra, in vobis nolite locum dare diabolum. Tentet quantumlibet exterius, clausum sit cubiculum interius. Ad suam voluntatem egrediatur diabolus ante pedes Christi, id non nisi cõtrito capite dabitur illi. Quid timemus ergo? &

1. Cor. 10.4. Mar. 15.46.

Eph. 4.27. Habac. 3.5.

go? & nos sumus de corpore Christi. Simus & pedes, vbi caput est ipse. Egredietur diabolus ante pedes istos, egredietur fugiens ante pedes istos, timẽs ab illis conteri. *Ergo resistite diabolo, & fugiet à vobis. Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudedete. Gaudium* etenim *Domini est fortitudo vestra.*

Iac. 4. 7. Phil. 4. 4. 2. Esdr. 8. 10. Ps. 8. 29.

5 Iste in ligno victus, cur sepultus, vel proiectus in introitu ciuitatis, congesto super eum magno aceruo lapidum? Veniat ad portam vt libet, ibi iaceat, non pateat illi aditus in illam; sit ibi extinctus, mortuus, & sepultus. Ambulauerit supra petrã Christum, habens potestatem crucifigere illũ: at nunc contritus aceruo magno lapidum operiatur. Nos ipsi tanquam lapides viui, mortuum subiiciamus, mortuum restringamus, coerceamus. Hai dicta est vrbs illa, vbi regnabat, ab aceruo lapidum congesto super eum. Nam Hai aceruus est. Ita viuamus, vt diabolus nomen accipiat ab euentu, à victoria nostra. Sicut prædictum est, quod Christus vocaretur *Emmanuel*, non quod ita nominatus sit, sed quia vere fuit nobiscum Deus. Sic diabolus consideretur iuxta id, quod proiectus est, quod victus est, quod contritus est, qui ante pedes Christi, qui sunt veri Christiani, egreditur fugatus & eiectus. Quid ad nos, quod nõ sit potestas super terram, quæ comparetur ei? hoc non ad terrorem nostrum sit, sed ad gloriam magis, quando Deus potestatem talem dedit hominibus, & virtutem calcandi super serpẽtes & scorpiones, & nihil tamen noceant nobis. Quid resurrectio, nisi mortis destructio? Mors enim mortis, vita est; & vita immortalis, plena est destructio mortis. Mortuis dominatur mors. Si ergo Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors profecto illi non dominabitur. Hoc vero alia ratione fieri non poterat, nisi is destrueretur, qui habebat mortis imperium, id est, diabolus. Ecce impletum desideriũ nostrum: Christus enim mortem moriendo destruxit, & vitam resurgẽdo reparauit. Ergo per mortem (vt ait Apostolus) destruxit eum, qui habebat mortis imperium, & liberauit eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant seruituti. Audi Propheta *et* hoc idem insonantem: *Ibi abscondita* em *fortitudo eius, ante faciem eius ibit mors. Et egredietur Diabolus ante pedes eius.* Vides primam fugientem mortem? vides post eam fugatum Diabolum, qui mortis habet imperium? Sic, sic Diabolum cogitemus, vt superatum, vt conculcatũ, vt fugatum; atq; ita liberati per vitam resurgentem, ab occidente morte nihil vltra timeamus, nemini seruiamus, præter vni Deo vero. O quæ gloria nostra, quæ lætitia, si hostem & aduersarium nostrum conculcaremus!

Ps. 7. 14. Iob 41. 24. Luc. 10. 19. Rom. 6. 9. Heb. 2. 14. Hab. 3. 5.

SECVNDA PARS.

6 PARTA victoria contra Iabin Regẽ Chanaan. Delbora, cuius ductu Barac Dux populi bellum iniit, & victoriam obtinuit, laudans Dominum, cecinit canticum, in quo nedum exultauit, quod subactus est hostis, sed quia gloria erat victoribus & lætitia. Noua bella elegit Dominus, & portas hostium subuertit. Cor meum diligit Princeps Israel. Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. Quanta ergo gaudendi causa in Christo Iesu Domino nostro, qui vicit mundum, & fortem superauit, & dedit nobis victoriam? Vbi duplex apparet ratio gaudendi. Altera, gloria Christi. Altera, salus mundi. Pro Christi gloria lætandum. Primum, quia dignus est. Dominus enim virtutum ipse est Rex gloriæ. Quod si propter nos indutus est sacco, vt non appareret gloria eius, vt inter homines videretur in terra, & cum illis conuersaretur: num tandem non debuit conscidi saccus, vt circundatus dispiceretur lætitia & gloria? Quid appetit Diabolus in cœlo? id nimirum, quod & homini suggessit, nempe similitudinem Dei. Ruinam expertus ipse, vt & hominem præcipitaret, per ascensum scorpionis illum molitus est eleuare, vnde erectus & ipse, corruit præceps. *Super astra cœli* (inquit) *exaltabo solium meum, similis ero Altissimo.* En sua quoque suggestio. *Eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum.* Aperte factũ est prælium magnũ in cœlo:

Iudic. 5. 8. Psal. 23. 10 Isa. 14. 13. Gen. 3. 5. Apoc. 12. 7.

Michaël

Michaël quippe & Angeli eius, præliabantur cum draconе. Et draco pugnabat, & Angeli eius. Vnde prælium hoc? Quia voluit Angelus iste apostata fieri, sicut Deus. Ecce aduersarius superbi clamans in puna.

Psal. 88.7. Quis vt Deus? Quis similis erit Deo, etiam in filiis Dei? Pugnat ergo contra appetentē fieri sicut Deꝰ. Vnde propterea sortitus est nomen Michaëlis. Quod ex tribus particulis cōstitutum, in Min, significat, Quis; in Cha, sicut; in El, Deus. Vel si ex duabus, in Micha significatur humilitas; in ElDei: vt etiam in Micha percussio siue percutiens, in El Dei vel Deus. Vt præterquam quod hoc nomine significatur, *Quis vt Deus*, significetur etiam, humilitas Dei. Et percussio Dei, siue percutiens Deus. Quis enim contra superbiam, nisi humilitas dimicaret? Quæ humilitas esset Dei, Deo, videlicet humilians, & subiecta, contra diuinam altitudinem appetētem. Hac Deus percutit superbos, humilians eos, vsque ad terram. Et vera humilitas superbiam percutit percussione Dei, vt Deus ipse percutiens sit. Et humilis Michaël percutiens & impugnans eum, qui moliebatur esse si-

Apoc. 12.8. cut Deus. Ideo Diabolus & Angeli eius, non prǫualuerunt, neque inuentus est amplius locus eorum in cœlo, & proiectus est draco ille magnus in terram. Aperta pugna fuit ista; nam aperte appetita est similitudo Dei. Et aperte monstratum est, rapinam hanc æqualitatis Dei, neminem committere posse, vt ad hoc se putet quis pertingere, esse se æqualem Deo. Et factū,

Hab. 3.13. est, quod dicitur: *Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum eius vsque ad collum. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorū eius, venientib. vt turbo ad dispergendum me.* Præsens affuit Princeps iste, non contentus suo Principatu, appetens & Altissimo fieri æqualis, ornatus magnificentia, & gloria substantiæ suæ: sed percusso capite eius, nudatus est à pedibus vsque ad collum, vt nihil integrum in eo remaneret, confractus in capite, nudatus in corpore. Sic omnis principatus eius, & bellatorum eius maledictus est: sic increpauit superbos, & maledicti sunt, declinantes à mandatis eius.

Proiectus draco in terram, non ideo quieuit; sed qui traxit in terra tertiam partem stellarum, putauit desertam facere omnem terram, aggressus Patrem orbis terrarum, non aperto marte illuminuadens, sed per mulierem se illi insinuare conatus. Eandem similitudinem obiiciens, quam appetentes, socii illius fierent rumarū. Visus est obtinere quod voluit, sed nō completum prælium hactenus esse Deus declarauit, vt parta iam victoria, in pace esset quæ possideret. Bellum cœptum est: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem & semen tuum, & semen illius.* Non erit finis, sicut fuit principium. Nam vt tu insidiis mulierem in principio decepisti: Ipsa calcaneo suo, in fine videlicet, conteret caput tuum. Ecce restauratum bellum. Draco in terram proiectus est. Homo de terra terrenus, instigante superbo, superbe putauit fieri sicut Deus. Venit iam in terram ille, qui est imago Dei inuisibilis, & prudentia sua percussit superbū. Non irruit clamans: *Quis vt Deus?* Sed egenus factus, apparuit in forma serui, non Altissimi; & in similitudine carnis peccati, qua humilitate prudenter percussit superbum. Verus Michaël, id est humilitas Dei, & percutiens Deus, & confringens capita inimicorum. In cœlo fortitudine, in terra humilitate atque prudentia percussit superbum. Sed quod admirabile est: Fortitudine pugnaturus, non dignatus est ipse per se cum illo committere, misit ministros suos, potentes virtute; sic enim fortior apparet ipse, qui adeo fortes habet bellatores. Humilitate pugnaturus, venit ipse; sic enim maior ostenditur humilitas; non mediocri humilitate cum superbissimo hoste voluit dimicare, sed cum summa, vt propterea maior esset atque fortior percussio eius. Quæ humilitas, vt esset profundissima, ita cooperuit splendorem gloriæ Dei atque figuram substantiæ eius, vt non appareret tantum in similitudinem hominum factus, & habitu, & veste conscissa inuentus vt homo, sed esset nouissimus virorum, opprobrium hominum & abiectio plebis. Vnde necesse fuit, prudentiā esse cum humilitate coniunctam; vt qui fraude sua hominem

det in-

deturbauerat, caperetur; nescíens, qui cum committeret bellum, non valens superbus tantam Dei humilitatem excogitare.

8 Pugnaturus Iosue cum Rege Hai, vbi omnem adhibuit virtutem, applicans totũ exercitum, ibi infirmitatem simulauit, ibi fugam iniit, fingens se contra hostes non posse. Vbi amplior humilitas, ibi maxima fortitudo. Tria millia pugnatorum terga verterunt, confidentes in virtute sua, facile superantur. Et ceciderunt per prona fugientes, qui non muniti Dei præsidio, ascendere voluerunt. Hæc fuit functio verbi Dei, hoc munus, hoc opus sibi demandatum à Patre, quo consummato, non debuit resumere gloriam suam? contra Dei imaginẽ facta fuerat offensio ipsa: se se vindicare disposuit, vt id præstaret, similitudinem assumpsit hominis peccatoris, quem Diabolus iam subegerat, vt non dubitarit cum illo congredi. Nunc itaque apparet Exo.16. 6. sicut est; vt ei cãtemus: *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine. Dextera tua, Domine, percussit inimicũ, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.*

9 Primos illos aduersarios, Pharaonem & exercitum eius, ostensione magnæ potentiæ suæ per signa atque prodigia deposuit, humiliauit, atque contriuit. Illos quoque qui primi in cœlo ausi sunt resistere illi, seque cõstituere aduersarios suos, deposuit de sede, vt derelinquerent suum principatum & domicilium, vt eorum non inueniretur amplius locus in cœlo. Et hoc Iud 6. Apoc.12 8 quoque in multitudine gloriæ suæ: vbi dextera eius magnificata est in fortitudine, extremos tandẽ hostes, q & primi fuerunt, per hominem, qui factus fuerat ad imaginem & similitudinem Dei, nouo bellandi more prostrauit mirabiliter.

10 Vidit se Diabolus de cœlo cecidisse occasione similitudinis Dei, quã appetierat arroganter; contra illam exarsit crudeliter, quam consequi nõ potuit, & pro qua præceps ruit, eam odit ardentissime, & vexare 2. Reg.13.1 tentat & polluere. Haud secus atque Amnon erga Thamar se gerens, quam violauit amans ardentissime, repulit inuerecunde, cum opprobrio & contemptu. Hoc solum interest, quod Amnon ad suam voluntatem abusus est Thamar. Diabolus inaniter violare tentauit diuinam pulchritudinem & figuram: à qua de cœlo repulsus odit eam, persequitur, & deturpare conatur. Vidit illam impressam in homine, Polluam (inquit) illam, hominem contaminabo; & conspurcabo, & vt ipsa quoque in Deo est, & Deus est, inhonorabo, afficiam contumelia, dum qui ad illam factus est homo, superbe optans & expetens, illi constituitur aduersarius inimicus, atque rebellis. Quid ergo imago Dei inuisibilis factura erat, vt in multitudine gloriæ suæ deponeret aduersarios suos? Vbi Diabolus per imaginem istam creatam à se pollutam, increatam polluere conatus est; ipsa increata imago per hanc creatam, quam purificauit & pulchertimam fecit, se se increatam mirabiliter honorauit & glorificauit. Et quos operta mortis caligine secreto superauit, hos excussa morte per Resurrectionem in multitudine gloriæ suæ deposuit aduersarios suos. An non dignus erga quem glorificemus? pro quo gaudeamus & exultemus?

Dignus erat ex se, quia Filius Dei. An 11
vero non meruit quoq; suis laboribus, ac sua humilitate glorificari? An qui paruulus factus est, non fuit congruum, vt esset magnus? Qui formam serui accepit, non debuit Princeps constitui vniuersæ terræ? Qui traditus est in manus iniquorum, non fuit consentaneum, vt muns illi daret orbis vniuersus? Qui cum esset Deus, factus est homo, non congruenter ita ostendit, vt iam non cognoscceremus secundum carnem, gloriam illius speculantes? Patri *Apoc. 5.5.* obediens immolatus est Agnus, ergo vicit *Pro.30.30* leo de Tribu Iuda; vt leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum, gradiens fœliciter. Pati illum oportuit, quia voluit, & iure intrauit in gloriam suam. Pleni sunt Psalmi precibus suis, quas in afflictione positus fundebat ad Patrem. Exauditæ sunt preces eius. Laudat, & gratias agit, lætatur, & consolatur, & nos ad collætandum & collaudandum inuitat. *Fode- Psal.21.17.*
runt manus meas & pedes meos, & dinumerauerunt omnia ossa mea. Tu autem Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me,

ad defensionem meam aspice. Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis, & in medio Ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Dominum laudate eum; vniuersum semen Iacob glorificate eum. Apud te laus mea in Ecclesia magna. Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Sed dum lætantur eius causa, ipsi salutem consequuntur; vt hæc sit tertia gaudendi ratio, quoniam gloria eius plena est terra. Videbat à Patre recessisse, & quod ipse me
Psal. 21 1. solum reliquisset. Vnde clamabam, *Deus,*
Psal. 138.18 *Deus meus, quare me dereliquisti?* Sed exur-
Psal. 87. 4. rexi, & adhuc sum tecum. *Repleta est malis*
Psal 138.18 *anima mea, factus sum sicut homo sine adiu-*
Ps. 118.175 *torio, sicut vulnerati dormientes in sepulchris,*
Psal 21 31. *quorũ non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt.* Sed tandem exurrexi, & adhuc tecum sum. Viuet anima mea, & laudabit te. Neque solus laudabo eum. Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi. Nos, nos sumus semen Christi, quos in doloribus suæ mortis parturiuit. Deum viuit excitatus à mortuis, congregat dispersos Israel, filios Dei, qui erant dispersi, vt pro illius gloria & pro nostra, gloriantes laudemus Dominum. Iam quæ latuit imago Dei, satis reuelata est. Iam Diabolus, qui similis esse appetiuit Altissimo, se frustratum vidit.

12 Nos ergo imaginem istam Dei, qua denuo creati sumus secundum imaginem Creatoris, attentius contemplemur, vt illi conformemur, vt illi adhæreamus, vt eam tangamus, cum illa continue coniuncti. *Maria existimans, quia hortulanus esset, di-*
Mar. 16.12 *xit ei: Domine, si tu sustulisti eũ, dicito mihi,*
Ioh 21. 4. *vbi posuisti eũ.* Ecce imago Dei non plene adhuc reuelata. Post hæc duobus ex discipulis ambulantibus ostensus est in alia effigie. Postea piscantibus illis, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est. Vides imaginem Dei, non plene reuelatam adhuc? Quid vero illud est, quod cognoscens illum Maria, & amoris igne succensa corruens, vt teneret pedes eius, audiuit: *Noli me tangere, non-*
dum enim ascendi ad Patrem meum? Quid (inquam) causæ est, vt tangere non valeat, quia nondum ad Patrem ascenderat? An vbi ascenderit, & se elongauerit, tangere permittetur? Præsentem non datur; Absentẽ tangere cõcedetur? Præsens erat corpori, cordi nondũ plene. Ascẽsio ad Patrẽ, cõpletio est operis à Patre sibi iniuncti. *Exiui* Lib. iii. 18.
à Patre (inquit) *& veni in mundũ, iterũ relinquo mundũ & vado ad Patrem.* Ad quid
Lib. 4. 36 in mundũ venit? *Descendi de cœlo, nõ vt fa-*
Lib 4. 11 *ciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me; vt perficiam opus eius.* Raphaël, vbi duxit & reduxit Tobiam, cõ- Tobiæ 12
pleta sua functione, dixit: *Tempus est vt reuertar ad eum, qui me misit.* Ita Dominus non nisi completo opere ad Patrem reuersus est, vbi sedens ad dexteram eius, veluti requiesceret ab omni opere suo, quod patrarat. Tunc tangamus, illique coniungamur, consortes facti illius Resurrectionis, & sessionis. Apostolum audiamus: *Deus,* Ephes. 2.4.
qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo (cuius gratia estis saluati) & consuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. Vbi tres gradus habes ab Apostolo; Vitam, Resurrectionem, Sessionem. Primum gradum habuit Lazarus resuscitatus; viuificatus est enim, non ad vitam tamen immortalem, quæ designatur per hoc, quod ait Paulus, conresuscitauit. *Christus* enim *resurgens iam non mo-* Rom. 6. 9.
ritur. Tertius est, sedere in cœlestibus per requiem æternam. Per vitam resurgimus à peccatis, vt viuamus. Per resurrectionem, alimoniam consequimur immortalitatis, configurati claritati Christi. Sessio, gloria est, quam in cœlestibus expectamus. Maria, quæ mortuum quærebat, viuum aspexit veluti hortulanum; vocata ab illo, non hortulanum præterea cogitauit, sed *Rabboni*, Magistrũ videlicet, sic viuentem tamẽ, quasi hortulanus esset, mutata nõ vita, sed persona. Nã & discipuli ab Act. 1.6.
eo iam resuscitato, quærentes, Domine si in tempore hoc restitues Regnũ Israel? innuũt se non plene adhuc mysterium intelligere resurrectionis. Neque enim Maria

transire

transire potuit à mortuo ad viuentem, immortaliter & glorioſe. Si enim cognouiſſet ſtatum gloriæ eius, non ſic importuna corruiſſet, vt tangeret ex morte pedes eius. Erigit propterea ipſe illius mentem ad gloriam ſuam, ad Patris æqualitatem, ad ſuam Diuinitatem per hoc, quod dicit; *ad Patrem aſcendere.*

13. Qua in cõſideratione, vt diutius teneat illam, dicit ei: *Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum & Patrẽ veſtrum. Deum meum & Deum veſtrũ.* Qui ergò ſic viuentem credit Chriſtum, vt
Luc.1.15. glorioſus viuat in ſæcula, & poſt illum ambulat in nouitate vitæ, apprehendens iuſtitiam, quæ perpetua eſt immortalis; hic cum illo conreſuſcitatus eſt. Propterea Chriſtus cum apparuiſſet Ioanni, dixit illi: *Ego ſum primus & nouiſſimus, & vi-*
Apoc.1.17. 18. *uus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum.* Iſte nihilominus ſpe cũ illo quoque conſedet in cœleſtibus. Nam ſicut conreſuſcitauit nos Deus cum Chriſto, ità & conſedere fecit cum illo in cœ-
Apoc.3.21. leſtibus. *Qui vicerit* (inquit) *dabo ei ſedere mecum in throno meo ſicut & ego vici, & conſedi cum Patre meo in throno eius.* Gradus ergò ſunt, quemadmodum in re, ita in fide & in ſpe. Quo in gradu fueris cum Chriſto, in eo adhærebis illi. Simul cum illo aut viuus, aut immortalis, aut glorioſus. Nondum ad id venerat Maria, vt glorioſe viuentem intelligeret; propterea à tactu prohibita eſt.

O error mortalium inſipientium, qui in gradu inferiori exiſtentes, ſublimem Chriſtum vel audent tangere vel putant.
Ioſue 13. Quis arbitretur Ioſue niſi magna fide præditum, Soli præcepiſſe ac Lunæ? *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra Vallem Aialon. Steterunq; Sol & Luna.* Indutus erat Ioſue fortitudine non homi-
Eccl.46.8 nis, ſed Dei. Et ſecutus eſt à tergo potenſ. tes, inquit Sapiens. Vnde non in iracundia 6. eius impeditus eſt Sol: & vna dies facta eſt quaſi duo. Inuocauit Altiſſimum potentem in oppugnando inimicos vndique, & audiuit ille magnus & ſanctus Deus. Vides cum Ioſue coniunctum Deum? adhæſit illi Ioſue, in illo confidit, potentiam eius conſiderauit, & ſecutus eſt à tergò potentes, potentiã Dei imitatus, & inuocans illam. Et exaudiuit illum Locutus eſt Ioſue, operatus eſt Dominus: quantũ confidit, tantum obtinuit. Nam & in intentione erant coniuncti. Sic enim iuſſus erat, vt perderet inimicos illos Dei. Tu verò quis es? quid petis? quid putas? Quod dixit Ieſus Mariæ: *Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad Patrẽ meum.* Hoc eſt quod dixit petentibus ſedere ad dexteram & ſiniſtrã ſuam *Neſcitis quid petatis.* Hoc *Matth.20.* eſt q; Moyſi roganti: *Oſtende mihi faciem:* 22. *Ipſe reſpondit: Nõ videbit me homo, & viuet.* *Exod.33.13* Quid quærentibus diſcipulis: *Domine ſi in* 20. *tempore hoc reſtitues Regnũ Iſrael?* reſpon- *Act.1.6.* dit: *Non eſt veſtrum, noſſe tempora, vel momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate.* Hoc eſt quod multis accidit, de quibus ait Iacobus: *Petitis, & nõ accipitis, eò quòd ma-* *Iac.5.3.* *lè petitis, vt in cõcupiſcentiis veſtris inſumatis.* Propterea monet Sapiens: *Sentite de* *Sap.1.1.2.* *Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum: quoniã inuenitur ab his, qui non tentãt illum; apparet autẽ eis, qui fidem habent in illũ* Apparet (inquam) qui modò *Luc.24.14* fidem habẽt in illum. Sic duobus euntibus in Emaus, vt credebant, apparuit. Ita & Mariæ, quæ fidei menſuram tangens, vt voluit excedere, ita prohibita eſt.

Diſcamus ergò nos pro modico noſtro 14. Deo adhærere, & quod iuſtum eſt, petere, *Exhorta-* vel quod videatur honeſtum. Ne te putes *tio.* paruulũ vas habentem, totũ in te pelagus recepturum. Quin magis dilatemur, ampliora quæramus, ad perfectiora feramur. Retulit iam nobis verba Domini Ieſu: *Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrũ, Deum meum & Deum veſtrum.* Si Pater clemens, ſi Deus potens: Patrem habemus in cœlis, fratrem noſtrum iuxta illum, qui homo eſt & Deus, Deus Pater cum Chri- *Eph.2.6.* ſto nos reſuſcitauit, conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cœleſtibus, in Chriſto Ieſu; quid adhuc terrena exoptamus? *Si* *conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt* *Col.3.1.* *quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.* Illuc aſpirent homines, vbi viuent *Pſal.21.27.* corda eorum in ſæculum ſæculi. Amen.

MORALE.

15. SI probata virtus corripit insipientes; vt
Sap.1.3. scriptum est in libro sapientiæ; quid quæso vehementius, quàm Christi resurrectio corripit insipientiam nostram? An non illius maxima virtus per resurrectionem probata est? Iustus iudex benè operantibus reddit mercedem suam: clemens Pater piè postulantibus postulata concedit. Directa via ad ciuitatem ducit habitationis legitimè certantes; parta victoria ipsos ornat palma, pace lætificat, glorificatq; triumpho. Resurrectio Christi, merces laborum eius est, precum exauditio, semitarum terminus, & gloriosa bellorum suorum abundansq; victoria. Erat per se Christi virtus probata, quia vndequaq; sancta, iustificata, ordinata apparebat & immaculata. Vnde confidenter dicebat:
Ioh.8.46. *Quis ex vobis arguet me de peccato*: Signa mirabilia, quæ ad hominum sospitatem & vtilitatem operabatur, testes erant locupletes suæ virtutis & iustitiæ. Vndè erant
Ioh. 8. 16. illa argumenta: *Quomodo potest homo pec-*
33. *cator hæc signa facere? Si non esset hic à Deo,*
Ioh. 18. 30. *non poterat facere quidquam*: sed conati sunt inimici eius in Passione hanc tantam, tamque claram virtutem obscurare, di-
19.7 centes Pilato: *Si non esset malefactor, non tibi tradidissemus eum. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori.* Ergò resurrectio maculas has omnes aboleuit. Si resurrexit, dignus non erat morte, sed sanctus, innocens impollutus. Angelicos habet testes sua innocentia. Sanctum vocauit illum Propheta, quandò illius
Psal 15 10. prædixit resurrectionem. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem; notas mihi fecisti vias vitæ.*

16. Præcepit Moyses populo: *Eriges in-*
Deut.27.2 *gentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis*
in eis scribere omnia verba legis huius, Iordane transmisso: vt introeas terram, quam
5. *Dominus Deus dabit tibi, & ædificabis tibi*
altare Domino Deo tuo, & offeres super eo ho-
6. *locausta Domino Deo tuo; immolabisq; hostias pacificas.* Nunquid Christus Dominus non est altare istud magnum, simulq; holocaustum oblatum super eo in sua Passione? Nunquid candore calcis leuigatus non est in sua resurrectione? Cur sic dealbatus? Vt in illo appareat scriptura legis, quoniam in sua resurrectione tota in eo apparuit scripta Lex, omnis iustitia visa est in eo, qui sic legem omnem impleuit. Hacq; ratione probata est eius virtus. Facta scriptura hac in sancto altari, primùm quidem benedixit Iosuë populo Israël. Post hæc legit omnia verba bene- *Ios.8.34.*
dictionis & maledictionis, & cuncta, quæ scripta erant in legis volumine. Lata fuit & data lex in deserto, scripta in lapidibus leuigatis; Iordane transmisso, in terra promissionis; Sanguis Christi, testamentum quod est lex, confirmauit. Resurrectio Christi, vbi apparent Angeli in vestibus albis, legem exarat planè ac lucidè, vt omnibus sit manifesta. *Resurrexit enim pro-* *Rom.4.25.*
pter iustificationem nostram

Quid scriptæ benedictiones, nisi certa 17.
quædam expectatio futuræ beatitudinis, si legem obserues, quandò qui legem impleuit, gloria & honore coronatus est? Quid itidem scriptæ maledictiones? vehemens increpatio insipientium, qui legem nõ custodiunt. Ideò venit spiritus, arguens tũ- *Ioh.16.8.*
dum de peccato, de iustitia, & de iudicio. Quarè de peccato? *Quia non crediderunt in me, ait Dominus.* Non credentibus, sed scandalũ parientibus in eius passione, condescendit Christus, placidè locutus est, sed postquam resurrexit, qui nõ credit, iam iudicatus est. Quarè de iustitia? *quia ego ad Patrem vado.* Vides iu- 9.
stum sua iustitia exaltatum? Vides quanta sit iustitiæ virtus, quæ iustum glorificat: & iustitiam derelinquis? Quarè de iudicio? *Quia Princeps huius mũdi iam iudi-* 10.
catus est. Si in resurrectione data est Christo omnis potestas in cœlo & in terra. Ergò vlterius nõ est potestas tenebrarũ. Ergò factũ est iudiciũ mundi, & is foras ei- *Ioh.12.31.*
ctus est, qui antè erat Princeps mundi. Et iudicatum tamen & damnatũ tu sequeris?

O ergò quàm verum est: *Probata virtus* 18.
corripit insipientes: Quinam insipientes *Sap.1.3.*
sunt? sapientia vacui, qui abiiciunt timo- *Psal.110.*
rem Domini, in quo initium est & plenitudo 10.

tudo sapientiæ. Hos non corripit probata virtus Christi? hos non redarguit resurrectio? non condemnat gloria Christi? Exē-
Act.10.38. plum tantum Filii Dei, viri perfecti, quem vnxit Spiritus Sanctus non ad mensuram, non te punget, non te compunget, non te
Ierem.35.6 ad virtutem prouocabit? Heu, domus Rechabitarum non bibit vinum, domum nō ædificauit, sementem non seuit, vineam non plantauit, nec habuit; sed habitauit in tabernaculis, quia sic præceperat illis eorum pater. Hoc exemplo redarguit per Ieremiam Deus populum suum. Et quid ad Christum, exemplum Rechabitarum? Homo illis præcepit: Deus hic est ille, qui imperat Arctissimam vitam ducebant illi. Sed quæ illa ad passionem Christi? Nobis tam ardua non præcipiuntur. Et Rechabitæ obedientes fuerunt. Et nos rebelles, inobedientes, peruicaces sumus? Meritò
Ier.35.18. illis à Deo promissio facta est. *Pro eo, quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis vniuersa, quæ præcepit vobis Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel. Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.* En obedientium retributio; en iustitiæ merces; en à laboribus resurrectio. Contra verò: *Hæc dicit*
17. *Dominus exercituum, Deus Israel. Ecce ego adducam super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem vniuersam afflictionem, quam locutus sum aduersus illos: eo quod locutus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt mihi.* Christi resurrectio, quæ est obedientiæ fructus atque virtutis, virtutem probat, & excitat illius præmium. At insipiens putat resurgere, non præuia morte, sperat sine labore mercedem, gloriam sine virtute, & adhærens terræ ad cœlum vsque posse pertingere.
1.Cor.15.36. *Insipiens tu, quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Si autem mortuum*
Ioan.12.24 *fuerit, multum fructum affert.* Et velles tu in deserto vineas, domos, lac, & mel? trāsi, transi prius per desertum. Iter expedias, la-
Exod.13.5. borem perfice. Et introibis in terram, quā iurauit Dominus se daturum. Iurauit (in-
Psal.109.4 quam) securus es. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Certa te manet merces, si non deficias.* Hoc te docet resurrectio Christi. Hoc rursus te docet Christi resurrectio, Eccles.3.3.
quòd tempus est occidendi, & tempus sanandi: tempus destruendi, & tempus ædificandi: tempus flendi, & tempus ridendi: tempus plangendi, & tempus saltandi: tempus belli, & tempus pacis. Christus non dixit Mariæ. *Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum?* Ne tempus præuenias. Erit enim tempus cū tangere possis, tempus illud nondum aduenit. Nunc nobis tempus est occidendi, flendi; plangendi, destruendi, dimicandi. Veniet tempus, quale non fuit, tempus sanandi, ædificandi, ridendi, saltandi, & tempus pacis. Christus non præuenit passionem, non retardauit. *Cum tempus fructuum appro-* Mat.21.34
pinquasset, misit Paterfamilias filium suum, vt acciperet de fructu vineæ. Tempus meum propè est (inquit.) *Apud te facio Pascha.* Matt.27.18
Tertia die resurrexit à mortuis, non prius, aut post, vt certa esset mors & vita. Vanum Psal.126.2
est nobis antè lucem surgere. Nouissimè veniunt virgines fatuæ dicentes, Domine, Domine, aperi nobis. *Qui seminant in la-* Mat 25.11.
crymis, in exultatione metent. Et tu vis me- Psal.125.5.
tere quod non seminasti? colligere quod non sparsisti? mercedem accipere, quam non meruisti? Duritatem, & austeritatem Matth.25.
otiosus ille Domino impingebat talento- 24.
rum distributorum, quòd meteret, vbi nō seminasset, sed falso. Seminat, qui talenta distribuit. At nos vellemus etiam sine opere comedere de ligno vitæ. Erat ista cōditio hominis instituti, non lapsi adhuc. *Protulit terra herbam virentem, & lignum* Gen.1.12.
pomiferum faciens fructum. Nondum ta- Genes.2.5.
men pluerat Dominus super terram, nec homo erat, qui operaretur terrā, sed fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Sed transgressor factus audiuit: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* La- Gen.3.19.
boremus, colamus, seramus, tempore e- Gal.6.9.
nim suo metemus, non deficientes. Audite querelam illam psallentis: *Deus meus cla-* Psal.21.3.
mabo per diem, & non exaudies, & nocte; & non ad insipientiam mihi. Insipienter agerem, volens exaudiri sine prece; sed clamor meus die ac nocte ascendit ad te. Quamobrem ergò non exaudis? Ergò

iustè doleo quòd dereliquisti me.

19 Et non est magna illorum insipientia, qui impossibilia moliuntur? Qui contra stimulum calcitrant? Qui malefacientes bonum expectant? Qui de spinis vuas se arbitrantur posse colligere, & de tribulis ficus? later nunc eorum insipientia. Sed insipientia eorum (inquit Apostolus) manifesta erit omnibus. Putabat se Saul prudèter agere dum ad mortem persequeretur Dauid; sed nesciebat se à Deo reprobatū, Dauidem in Regnum suffectum. Et q̄ nō est, qui Dei voluntati resistere possit; conatur tamen, sed sicut stultè & iniustè, ita & frustra. Etiam Pharao se cogitauit sapienter facere, si populū opprimeret Domini. *Venite* (inquit) *sapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur. Et si ingruerit cōtra nos bellum, addatur inimicis nostris.* Sed exitus declarauit vanitatem sensus sui, & insipiētiam consilii sui. Et q̄ (vt dicit Isaias) sapiētes consiliarii Pharaonis dederunt consiliū insipiens. Sed ad Saulem reuertamur, qui ore suo confessus est insipientiam suam: vbi prius tamen se arbitrabatur gerere sapienter. *Apparet* (inquit) *quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis.* O stulti & tardi corde, qui calliditatem prætenditis serpentis, patebit suo tempore insipientia vestra. An non stultus videtur, qui sementem iacit, veluti quod bonum est & vtile, perdens? an non sapiens, qui cōgregat in horreum? Sed tempore messis apparet, q̄ qui non seminauit, stultè egit. En quàm sapiēs apparet Christus in resurrectione, qui veluti Dauid stultitiam finxit. En quàm stultè se gessit serpens, qui erat callidior cunctis animantibus. *Venite* (inquit Sapiens) *opprimamus iustum, ne fortè usui sit, qui calcaneo suo confringet capita inimicorum suorum.* Sed vna & insidiatur & conculcatur. Dum Christum insectatur, à Christo debellatur. Dum mortis imperium ipse extollit, mortis imperium Christus ab eo tollit. Sic est omnis, qui diligit, & operatur iniquitatē. Ergò probata virtus corripit insipientes. Christi resurrectio arguit insipientiæ, qui se persecuti sunt. *Scio quia per ignorantiam fecistis.* Sed gloria resurrectionis, oculos illuminauit insipientium.

Oculum, qui subsannat patrem & despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ. Oculos sublimes carpit Sapiens, qui & superiores contemnunt, & despiciunt æquales suos. Oculi sunt in alta erecti, qui, vt sunt oculi, dicunt se esse sapientes atq; videntes. Sed corui, & aquilæ volucres visus acutissimi eruunt illos: vera sapientia arguit horum superborum insipientiam: oculis meretur priuari, qui cœcus multam sibi attribuit prudentiam. *Nunc dicitis, quia videmus: Peccatum ergo vestrum manet.* Lumen vitæ, lux resurrectionis hos insipientes coarguit, obtenebrat, verè insipientes ostendit. Videte speculam hoc sine macula, & vestram deprehendens insipientiam. Quandò Christus de sua Passione loquebatur, discipuli non intelligebant, quæ dicebantur. Quandò mulieres annuntiant illis Christi resurrectionem, visa sunt ante illos deliramenta. Et vera fuerunt tamen omnia, & omnia sapientiæ plena. Christi aperta resurrectio omnia declarauit. Inspiciamus illam, & erimus sapientes.

FERIA II. PASCHÆ.

CONCIO PRIMA.

Vna Sabbati valdè diluculo, *vsque.* & abiit secum mirans, quod factum fuerat. *Luc. 24. 1.*

ARGVMENTVM.

Ostenditur necessitas Resurrectionis Christi variis rationibus, & præcipuè ad nos in fide tuendos. Ostenditur quàm apta figura fuerit Ioseph Patriarcha ad Christum præsignandum. Hortamur, vt renuntiemus operibus mortis peccati, vt vita gloriæ fruiposimus.

SACRIS

1 SACRIS his diebus Resurrectioni Domini consecratis, circa lætam ipsam festiuamq; Resurrectionem mens fidelium, sicut & sancta Ecclesia lætè festiueque versatur. Et postquam illum vere surrexisse audiuimus, atque Mariæ Magdalenæ apparuisse; Iam quid ad eam confirmandam dixerint Angeli, qualisve fuerit discipulorum dispositio erga mysterium hoc, vt sic pateat quonam modo ista benedicta Resurrectio patefacta fuerit & credita, intelligamus. Neque enim frustra sapiens inter difficilia captu vel intellectu, primam posuit viam Aquilæ in cœlo; quæ in tanta aëris latitudine & vastitate, quo illam fert suus naturalis instinctus, altè volat aëra per liquidū, nec quisquam est hominum, qui quò pergere velit, possit præconiicere, aut ab ea confectum iter valeat designare. Aquila nostra Christus est, qui resurgens, iam non pedibus ambulat super terram, sed quasi volans à voluntate portatur, quocunque vadit. Neque valuit quisquam præuidere, quam viam hoc in itinere teneret voluisset. Quis enim putasset, quòd vni mulieri se prius voluisset demonstrare, quam Apostolis? quòd duobus discipulis euntibus per viam ante Apostolos expectantes? quòd non Petro, & Ioanni, quandò cucurrerunt ad sepulchrum, atque in illud introierunt? sed soli Petro postmodum seorsum ab aliis? Ergò sicut Aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans; erigit Dominus mentes nostras ad tanti tamque glorioſi mysterij intentam contemplationem.

2 De qua Resurrectione duo potissimùm videntur consideranda. Primum est, quòd Christus verè in se resurrexit; quod facit ad stabiliendam fidem nostram. Secundum est, quòd in nobis quoque, videlicet in credentium multitudine resurrexit; quod facit ad componendos mores nostros. Primùm igitur, videatur Resurrectionis Dominicæ certitudo ac firmitas. Videtur enim Dominus hoc in ea declaranda, videtur & Ecclesia in ea prædicanda, hominibusque proponenda, maximè spectare, opus nimirum certis indiciis, irrefragabilibusque testimoniis confirmandum ac sustentandum. Erat per se resurrectio mortuorum procul à sensibus nostris, & à consueto naturæ cursu; vt qui naturam sequuntur, rerumq; supernaturalium imprudentes sunt, eam prorsus impossibilem iudicarent. Vndè & quidam Paulum audientes Athenis in Areopago de resurrectione mortuorum differentem irridebāt. Verè enim omni virtuti naturæ impossibile est, quæ semel corrupta sunt, ea prorsus restaurari, & redire. Quin & inter Iudæos credentes diuinam potentiam, & sacram scripturam acceptantes, in qua certa fit de resurrectione mortuorum mentio, erat Sadducæorum hæresis, qui dicunt non esse resurrectionem, super quo articulo tentauerunt Christum, casum proponentes, in quo septem fratres eandem mulierem habuerant vxorem secundum legem; quibus dixit ipse; *Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei.* Ibique per scripturas docet esse resurrectionem mortuorum. Vidisse verò hominem tanta passum, tàm crudeliter interemptum, eumque mox rediuiuum credere, sanum, integrum, immortalem, glorioſum, res erat operosa, mentique humanæ admodum laborioſa. Passum fuisse, & crucifixum, & mortuum, neque Iudæi negabant, neque pagani, qui potius stultitiam arbitrabantur, quòd mortuus prædicaretur, & quòd in mortuum credere oporteret ad vitam æternam adipiscendam. De resurrectione poterat dubitari. Hanc impugnabant Iudæi, pagani irridebant. Ablata resurrectione, languebat prædicatio, fides titubabat; *Si resurrectio mortuorum non eſt, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt fides noſtra.* Inquit Apostolus.

Quanta tamen sit eius necessitas, manifestum est. Nam quis in mortuum credat? Quis ab eo, qui vitam non habet in se, vitam expectat? Quis ex charitate mortuum arbitretur, cui mors dominatur? Necessitatem potius diceretur illum occidisse, quàm charitatem illum impulisse, vt animam per se suam ipse poneret, vt eam iterum

Act. 17. 32.

Matt. 22. 26.

Marc. 12. 18.

Luc. 20. 27.

1. Cor. 15. 14.

3

Ioan. 10. 18.

iterum sumeret. Populum illum primum
credere oportuit, tantam esse Dei virtu-
tem, vt mortuos suscitaret. Erat quippe in
Ægypto veluti mortuus, non minus quàm
adolescentior filius missus in villam, vt
pasceret porcos, vbi etiam fame laborabat
extrema; de quo propterea dixit Pater:
Luc 15.32. *Mortuus erat, & reuixit.* Hanc propterea
virtutem præostendit Deus apparens in
Exod. 3.2. flamma ignis de medio rubi. Vbi videns
Moyses quòd rubus arderet, & non com-
bureretur dixit: *Vadam, & videbo visio-*
3. *nem hanc magnam, quare non comburatur*
rubus. Quòd sit ignis in spinis, & spinæ
non comburantur; visio profectò magna
est: nam facilè spinæ propter eorum sub-
tilitatem comburuntur. Sed visio ista ma-
ior certè est, propter id, quod significabat,
quòd videlicet sustineret Deus, sua præ-
sentia atque protectione, populum infir-
mum in fornace ferrea Ægypti, & non cõ-
sumeretur in eius flamma atq; oppressio-
ne. Sepe circundederat vineam suam ex
spinis contexta; quantam flammam con-
tra eam excitauit Ægyptus, eam dissipare
non valuit, & ita non destruxere sepem e-
ius: sed erat ipsa sepes ignita, virtus pun-
gens, insuperabilis. Vnde alibi postea di-
xit: *Ego ero eis murus ignis. Omnipotens ser-*
Zach. 2.5. *mo tuus Domine, de cœlo à regalibus sedibus,*
Sap.18.14. *durus debellator in mediam exterminii ter-*
ram prosiliuit, & stans repleuit omnia mor-
te. Sermo omnipotens, nunquid non est
verbum virtutis, in quo, & non in solo pa-
Deut. 8.3. ne viuit homo? Vixit in hoc populus, dum
mortuis propter ipsum primogenitis Æ-
gypti, dimissus est de seruitute. Rubus est,
Exod. 12. quem si tangas, pungit; Ignitus est, vt
29. comburat aduersarios, & suos protegat.
Prou. 30.7 Scriptum est enim: *Omnis sermo Dei igni-*
tus, clypeus est sperãtibus in se. Hebræa vo-
lunt clypeum de Deo dici, non de sermo-
ne. Sed eodem recidit. Sermo Dei ignitus
est, actiuus, potens, per illum Deus quasi
clypeus protegit in se sperantes. Hic est ru-
bus ignitus, in quo ignis significat virtu-
tem protegendi. An ista non est resurre-
Psal. 85.13. ctio quædam? eruisti animam meam ex
inferno inferiori. Canebat, quia non esset
permissus in illum cadere; sed populus
iam ceciderat in infernum hunc inferio-
rem, propter afflictionem amaram nimis,
qua premebatur. Et indè mirabiliter edu-
ctus est resurgens. Flamma comburens
montes, rubum non consumpsit: Extrema
oppressio populum non destruxit. Sed ser-
mo ignitus, vt hunc protegeret, oppri-
mens ipsos durè flagellauit.

Hoc voluit Deus intelligi, vt crederent, 4
vt sperarent, se posse liberari. Addidit pro-
pterea nomen suum Deus. Nam interro-
gante Moyse, ac dicente: *Ecce, ego vadam* Exod.
ad filios Israel, & dicam eis: Deus Patrum
vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mi-
hi, quod est nomen eius; quid dicam eis? Di-
xit Deus ad Moysen. Ego sum qui sum, ait: 14.
Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad
vos. Dixitque iterum Deus ad Moysen. Hæc 15.
dices filiis Israel. Dominus Deus Patrum
vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, &
Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mi-
hi est in æternum, & hoc memoriale meum
in generationem, & generationem. Quis
non miretur sapientiam Scripturarum?
Virtutem suam hic Deus, qua etiam possit
à mortuis suscitare, intendit declarare, vt
credat populus se à Deo tantæ virtutis li-
berandum; propterea se vocat Deum A-
braham, Isaac, & Iacob, quo nomine, teste Matth. 22.
ipso Deo Christo, probatur resurrectio, v. 32.
quòd rubus ardens signo signabat, hoc idè
significaret nomen sua significatione. Hoc
vt euidentius esset, se nomine essendi prius
nominat. *Existens sum, & hoc à meipso,* qui
cæteris propterea sum existendi causa, vt
semel, sic & iterum, & sæpe possum ego,
quæ non sunt, facere vt sint; & quæ destru-
cta sunt, restaurare, atque adeò mortuos
suscitare. Quod cum facturus sim cum pa-
tribus vestris, quos ego suo tempore à
mortuis excitabo, & vobiscum modò, qui
estis filii eorum, faciam, educens vos de
tantis malis, & de morte potissimum, quã
vobis intentat Pharao, occidens infantes
vestros, quibus interemptis, & vos deniq;
omnes deficiatis, vt vltra non sitis super
terram. Quod vt certius credatis, mitto
illum ad vos, qui de morte illa liberatus
est; quem propterea Moysen volui appel-
lari, vt illius iam præsentiæ perpetua me-

moria certi sitis, me præstiturum, quod vobis promisi. Sexcenties in scripturis Deus appellatur, Deus Abraham, Isaac, & Iacob.

5 Christus autem primam hanc sumpsit appellationem, quæ de rubo facta est. Dixit enim vt refert Marcus. *De mortuis quod resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum, quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob?* Tunc ergò potissimum se Deus mortuos suscitantem declarauit, quandò populum suum à morte illa tremenda erat liberaturus, & asserturus in libertatem. Quamobrem & ab Ezechiele noua quædam generatio appellatur liberatio illa. *Quando nata es; & in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.* Principium enim populi fuit in terra Chanaan, vbi habitauerunt patres eorum, antequam descenderent in Ægyptum. Et quoniam vitia secum traxerunt Chananæorum, dicit quòd vmbilicus eius non est præcisus, nec omninò separati morib⁹ a Chananæis. Quod subdit: *Proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die, qua natus es.* Intendit afflictionem, qua oppressa est in Ægypto; quo tempore veluti nascebatur crescens. Et quoniam non permisit eam interfici, vt moliebatur Pharao, subdit: *Transiens per te, vidi te conculcari in sanguine tuo* Et dixi tibi: *Viue. Dixi* (inquam) *tibi In sanguine tuo viue.* Alludit ad infantes, qui nascuntur, sanguine ac turpibus humoribus infecti. Confusio enim & opprobrium, quod populus patiebatur in Ægypto, hic est sanguis in quo conculcabatur. Exprimit deinde Propheta, quomodo multiplicata fuit Synagoga, quomodo liberata, & quomodo cum Deo desponsata, quando videlicet legem ab eo accepit, promittens illam obseruare. Si autem Resurrectio est regeneratio, vt loquitur Christus, cur non resurrexit populus iste, quando noua generatione Deus illum produxit, vt esset populus suus? Ergò tum meritò Deus se nomine illo appellauit, quo mortuorum probatur atque demonstratur Resurrectio.

6 Quando verò Christus vnquam suam Resurrectionem commemorauit, nisi vbi de sua Passione loquebatur? Neque enim resurgit, qui non prius cadit aut descendit. Nunquid qui dormit, non adiiciet, vt resurgat? inquit Psalmista. Quinimo temporis vinculo coniungebat vtranq;. *Tradent gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.* Non vadit vna sine altera. Qui ad ima non venit, ad alta non vadit. Qui descendit ipse est, & qui ascendit: qui ascendit, ipse est, & qui descendit. Sic enim habet Apostolus: *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est, & qui ascendit.* Quemadmodum itaque re coniuncta sunt, ita eorum commemoratione non separantur. Ita simul vtrunq; cogitatione etiam comprehendimus, ne tribulationibus frangamur earum fructum intenta menta prospicientes. Pro populo suo primitus hoc Deum præstitisse vidimus, de Resurrectione loquentem, quando eos fuerat de malis erecturus. Pro nobis idem facit. Christus Resurrectionem cordibus nostris fixam esse vult, vt etiamsi in ventre cæti simus, cum Ionasperemus euomendos, & in lucem denique erumpendos, siue erecturos, dicentes: *Ad extrema montium descendi, terra vectes concluserunt me in æternum. Et subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.* Profundum tangit, ad quod ceciderat, dum ait. Ad extrema montium descendi; nempè vbi radices habent, qui non minus descendunt subter terram, quàm super eandem ascendant. Difficultatem resurgendi tangit, dicens. Terræ vectes concluserunt me, quasi terra quidam sit carcer vectibus clausus, in quo ipse fuisset conclusus, adeò vt ibi debuerit esse in æternum. Erat & locus corruptionis, quo debuisset ipse corrumpi, nempè venter cæti, vbi quæ mandunt, corrumpunt per digestionem omnia. Sed cum his omnibus subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Hoc præstat Christi Resurrectio. Scientibus nobis, quòd si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & Resurrectionis, si fuerimus socii Pas-

Matt. 20. 19.

Eph 4.9.

Ionas 2. 7.

Rom. 6.5. 2. Cor 1.7.

sionis, erimus & consolationis.

7 Hæc est causa quamobrem in Psalmis suas, & tribulationes & consolationes, ita renuntiat, vt non de nobis minus, quam de seipso loqui apertum sit. Voluit enim ea ratione suam Ecclesiam instruere, vt sciret se, vt est corpus Christi, capiti suo esse configurandam, illud secutura cùm in aduersitatibus, tum in prosperitatibus, quibus in rebus adeò esset cum illo coniuncta, vt verba, eas res sonantia, æque de vno atque de altero vera esse comprobarentur. Quo demùm fieret, vt nostrum vnusquisque his eisdem verbis se se videret instructum, quanam ratione vitam suam componeret, vbi se vidisset verbis illis delineatum. In hunc finem tertium Psalmum explicemus: *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.* Vbi tria facit: Narrans primum, quid illi aduenerit. Secundò, quid in futurum facturus sit. Tertiò, inde trahit generalem conclusionem pro populo Dei. In primo tribulationes suas commemorans, dicit, multos contra illum insurrexisse, tanquam qui non à Deo protegendus esset atq; saluandus; eamq; tribulationem morti, quam somnum vocat, assimilat. De qua tamen Deus illum rogantem eripuit.

Psalm 3.1. *Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me?* Cum admiratione exorditur narrationem suam, qua quæ mala patitur exponit. Domine, ad te effundo sermonem & precem meam. Te compello, cuius prouidentiæ videtur aduersari, quòd iusti ab iniquis male habeantur. Tu solus petitioni meæ vales satisfacere, tu solus meam soluere quæstionem. Nolo cum hominibus quæstum facere, ne forte scandalizem eos, nec ab eis tamẽ quidquam consequar emolumenti. Domine, quæ causa est, quamobrem multiplicati sunt, qui tribulant me? Fustra iste si peccasset, causam quæreret suæ tribulationis, quæ causa iam esset manifesta. Vox igitur ista, vox iusti est, qui ab iniquis, quorum maximus numerus est, impetitur, qui ad suam tribulationem amplificandam per querimoniam illam pronuntiat, multosque esse se insectantes, eosque sic peruicaces, vt audeant dicere: *Non est salus ipsi in Deo eius.* Mala Psal. 3.3
ista duo frequentissima sunt, videlicet quòd multi sunt bonorum persecutores, & putantes Deum non esse illorum protectorem. Primùm est, quia multi sunt mali, vt ex toto patet mundi cursu; & Chri- Matt. 7.
stus dixit, quòd multi ambulant per viam Supra 2.
perditionis. Isti vt mali sunt, oderunt iustum, *quia* (inquiunt) *inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris:* & audẽt persequi, quòd à Deo arbitrentur illum derelictum. Sic Sennacherib Ezechiæ insultabat, quòd in Deo confideret; sic dicens per nuntios suos populo. *Non vobis tribuat fi-* Isa. 36.15.
duciam Ezechias super Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus. Sic impii apud Sapientem: *Circumueniamus iustum, quoniam* Sap. 2.12.
Filium Dei se nominat. Si enim verus est Filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum. Sic Iudæi ad Crucem Domini: *Confidit in Deo, liberet* Matt. 27.
eum nunc si vult. Sic in Psalmo de diuite: *Insidiatur, vt rapiat pauperem. Dixit enim* Psal. 9.
in corde suo; oblitus est Deus. Auertit faciem suam, ne videat in finem. Non putant impii, quòd Deus sit iustorum protector, tutor pupillorum, custos viduarum, quòd erigat elisos, & viuificet mortuos. Audent persequi probos, quasi à Deo derelictos, dicunt enim: *Non est salus ipsi in Deo* Psal. 3.
eius. Propterea necessaria est Resurrectio, qua ostenditur vana impiorum præsumptio; Ideò sequitur: *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Susceptor, quia erigit ab oppressione: gloria, quia adiutor: operanti enim bonum, gloria debetur. Adiutori ergò nostro debetur gloria. Exaltans caput meum, quoniam sic eripit, vt etiam glorificet Tribulationem deinde somnum nominat. *Ego dormiui, & somnum cepi.* Per somnum mortem intelligi, & per mortem magnas tribulationes, in diuinis litteris manifestum est. Repetitio illa, Dormiui, & somnum cepi, rem exaggerat. Maxima igitur est eius tribulatio, quòd multi in eum insurgentes, nec iudicia DEI timentes inuehuntur in illum; à qua tamen ereptum se fatetur, subdens: *Et exurrexi. Excitatus sum* (inquit)

(inquit) *à somno illo mortis, & exterminij: quoniam Dominus, qui est susceptor meus, suscepit me.*

8 Vt ad secundum transeamus, sciendum quod Hebræis est, suscipiet me, quibus futurũ tempus interdum quandam significat consuetudinem illius actus, vel debitum, quod comprehendit omne tempus, præteritum videlicet, præsens & futurum. Sicut quando Abimelech dixit ad Abraham: *Quæ non debuisti facere, fecisti nobis.* Hebræa lectio habet, quod non fiet, fecisti nobis. Vnde etiam potest trahi mysterium ab eo, quod dixit Deus: *Ego sum qui sum.* Sic dices. *Qui est, misit me ad vos.* Quoniam in Hebræo sic habetur. *Ero qui ero.* Sic dices. *Ero, misit me ad vos.* Vt intelligatur per futurum comprehensum omne tempus, quo significatur æternitas, quæ omni tempori coexistit. Per hoc ergo, quod dicit, suscipiet, innuit, quod Deus illi semper præsto adest, suscipiens à somno tribulationis. Noster interpres dixit, in præterito *suscepit*; accomodans locutionẽ communi loquendi modo, & Christo potissimum, qui à mortuis excitatus est à Patre. Sed dum dicitur; *suscipiet*; sermo aptatur & Ecclesiæ quoque, & cuique fidelium, quibus Deus semper adest, vt eruat à malis. Atque ita quod dicitur: *Dormiui, & somnum cepi*; non de Christi morte solũ intelligitur, sed de omni angustia Ecclesię & fidelium, à qua Deus in se sperantes eripit semper.

Gen. 20. 9.

Exod. 3. 14.

9 Quo fit, & intelligitur, quod Christus in Psalmis de sua morte agens, & de sua Resurrectione, vna simul complectitur suorum afflictiones, & liberationem ab eis, ita nos certiores faciens æque nos à malis eruendos esse, atque ipse ereptus est à Deo, qui suscitauit illum à mortuis, & exaltauit dextera sua: Propterea Paulus talem suam tribulationem commemorans, qua dicit: *Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere, subiicit: Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos, & de tantis periculis nos eripuit, in quo speramus; quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis.* Quibus in verbis tria licet considerare: Primum est, quod Apostolus tribulationem suam mortem prope deputat: dicit enim: *Ita vt tæderet nos etiam viuere. Et responsum mortis habuimus.* Sic proxime ad nos accessit mors, quasi illam videremus, & nos alloquentem audiremus: quo factum est, vt iam certo sciremus, ab ea nos tribulatione humanitus egredi non posse, sicut nemo per se potest seipsum à mortuis excitare, ac propterea in solo Deo esset fiducia nostra. Secundum est, quod mortuos suscitare, & è periculis tantis liberare vna coniungit. *In solo* (inquit) *Deo fideremus, qui suscitat mortuos, & de tantis periculis nos eripit*: Vt innuat, quod cum tribulatio illa sit mortis imago, ab illa eruere, est à mortuis suscitare. Tertium est, quod ereptionem hanc à periculis ad tempora omnia distendit. Eripuit, & eruit, & adhuc eripiet, quo tertio isto comprobatur, quod sumpsimus ab Hebræis, videlicet quod futurum illud, suscipiet, tempus omne concludit. Duo vero præcedentia demonstrant, per mortem tribulationem maximam designari, ac propterea liberationem ab ea, quandam esse veram Resurrectionem. Ex quibus demum sequitur quod vna Christus, & suam Passionem, mortemque, & angustias nostras, atque molestias eisdem verbis Psalmi comprehendit, simulque & suam à mortuis suscitationem, & nostram à periculis, & malis ereptionem. Vnde certi essemus æque nos à Deo liberandos, atque ipse liberatus fuit, vt cum illo dicere valeamus: *Non timebo millia populi circundantis me.* Certissimum enim habeo præsidium orationem: nam *voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo*; propterea & nunc rogo. *Exurge, saluum me fac Deus meus*, nempe vt ante facere consueuisti: *Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisti.* Quæ confirmat Apostolus, dicens: *Deus vero & Dominum suscitauit, & nos suscitabit. Nescitis quod corpora vestra membra sunt Christi? Nunquid diuisus est Christus, vt inter diuisiones Deus transiens vnam suscitet,*

1 Cor. 1. 8.

Psal. 3. 7.

1. Cor. 6. 14

1 Cor. 1. 13.

Eph. 4.5. altera demissa absit. *Vnus Dominus, una fides.* Ergo si corpora nostra membra sunt Christi, sine nobis Christus a morte non redibit ad vitam; sed qui illum suscitauit, & nos suscitabit.

10 Sed iam ad tertium, quod est conclusio generalis. *Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.* Quod Domini sit salus, iam demonstratum est cõtra aduersarios, dicentes: *Non est salus ipsi in Deo eius.* Ergo in quacunque aduersitate non est desperenda salus, quandoquidem non hominum est, qui sæpe fallunt, qui non semper possunt, nec præsto sunt auxiliaturi; sed Domini est, *qui potens est & misericors, qui non dormitabit, neque dormiet, qui est protectio nostra super manum dexteram nostram*; valens ipse, quod non valemus ipsi cum omnibus viribus nostris. Ergo tandem super populum tuum benedictio tua: maledicent illi, & tu benedices; *Qui insurgunt aduersum me, confundentur; seruus autem tuus lætabitur.* Adducat Balac Balaam ad maledicendum, & frustra conabitur, & dicere cogetur: *Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus?* Doleat Balac: *Vt malediceres inimicis meis vocaui te, & tu è contrario benedicis?* Tantum potest benedictio Domini, vt mala in bona conuertantur, vt inimicitia fiat gratia, vt persecutio sit victoria, vt ipsamet mors cedat in vitam. Sis tu populus Dei, sis tu membrum Christi: aduersetur tibi sine causa, sicut & Christus dicit: *Odio habuerunt me gratis*, id est, immerito, tunc sta in gradu tuo, tunc inuenies viuentem cũ mortuis, Angelos in sepulchro, in vmbra mortis lumen vitæ, & gaudium in tribulatione. Sed videamus, quomodo in fructu multo prolis suæ Christus sit resuscitatus.

Psal. 3.9. Psal. 120.4 Psal. 108.28 Num. 23 8 Psal. 24.19 & Io. 15.25

SECVNDA PARS.

11 QVis non miretur, quod Moyses benedicens Ioseph dicat: *Qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazarai inter fratres suos.* Quis quæso est qui apparuit, & in rubo? dicat ipse: *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob*: quo nomine vt veritas explicauit, probata est resurrectio mortuorum. *Non est* enim *Deus mortuorum, sed viuorum: omnes enim viuunt ei.* Mortui sint quantumcunque in se ipsis: Deo viuunt omnes. Sed quare non Deum se omnium vocat, sed Deum dumtaxat Abraham, Isaac, & Iacob? quia speciali modo isti viuunt ei, quoniam illos suscitaturus est ad vitam æternam. Si autẽ vis scire quis sit Nazaræus, vade cum mulieribus ad sepulchrum, & inuenies Angelum dicentem: *Iesum quæritis Nazarænum crucifixum, surrexit, non est hic.* Qui apparuit in rubo, vbi Resurrectionem præostendit, seq; solum esse, qui potest mortuos viuificare, iste Deus Pater venit super caput Nazaræi. Sed cur, quæso, & Ioseph vocat, & Nazaræum: si de Nazaræo est quæstio, audi sanctum Matthæũ Euangelistam; *Veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.* Scias nihilominus illos secundum legem dici Nazaræos, qui se se Deo per votum consecrassent, quorum consecratio potissimũ erat in capite, quod radi non poterat. *Omni* (inquit) *tempore separationis suæ nouacula non transibit per caput eius, vsque ad completam diem, quo Domino consecratur. Sanctus erit crescentu cæsarie capitis eius*, & infra. *Si mortuus fuerit subito qui quam coram eo, polluetur caput consecrationis eius.* Nazar Hebræis est separare. Quæ Domino separabantur, Sancta vocabantur; propterea Nazaræus Sanctus dicitur. Vnus inuenitur Nazaræus perpetuus, qui ab ortu suo vsque ad obitum, Domino esset consecratus Samson, dicente Angelo ad matrem eius: *Concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula; erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris utero.* Quod vero Samson Domini fuerit figura, maxime in Resurrectione, omnibus persuasissimum est. Vt merito auctor Resurrectionis, qui apparuit in rubo, veniat in verticem istius Nazaræi Domino consecrati. In caput (inquam) vbi potissimũ erat consecratio. Qui quamuis ex eo quod conceptus est in Nazareth, ibidemque habitauit, eam vocant ipsemet patriam suam, ex eo tamen primus erat & a Prophetis vocatus Nazaræus,

Deut. 33 16 Gen 49.26 Exod. 3 6.

ræus, quoniam Sanctus erat, Domino cõsecratus & separatus: vt nihil aliud præter ea, quæ Dei sunt, ageret. Pro qua re cæsariem quoque Nazaræorum non conseruauit. Id quod satis aperte innuit Euange-
Mat.2.23. lista Matthæus, dicens, quòd per Prophetas vocatus fuerat Nazaræus, quod profectò expressum non habemus nisi in Iacob
Gen.49.26 & Moyse benedicentibus Ioseph, sed Sanctum futurum Dominum Prophetæ
Deu.33.16. omnes confitentur. Qui tamen vt sic & ab aliis diceretur, habitauit in Nazareth. Nã si patria spectetur, Nazarenus potius dicetur, quo nomine etiam Pilatus, & immundi illum spiritus appellarunt. Angelus verò, vt eum Moyse conueniat, qui Nazaræum vocat, cum Deum notat authorem
Act.19.19 vitæ & Resurrectionis simul & Nazarenum vocat, & illum resurrexisse testatur.
Marc.1.24 Cui consonat figura Samsonis Resurrectionem Domini, sua virtute & fortitudine præfigurantis, qui Samson solus scribitur perpetuus fuisse Nazaræus.
Iudi.13.5.

12. Illustra verò mysteria explicabimus, inquirentes, quamobrem istæ Prophetiæ Iacob videlicet & Moysi factæ sint in benedictione Ioseph, non autem Iuda, de cuius Tribu ortus est Dominus noster. Vbi primũ meminerimus, quòd in rubo Deus iubet Moysi vt dicat, Deus patrum vestro-
Exod.3.13. rum, Deus Abraham. Ratio? Quare enim se dicit prius Deum patrum populi? Vt Resurrectionem Patrum ad filios extendat, tum vt notet, quòd quemadmodum patres suscitabit, æquè & filios, tùm vt notet, quòd in hoc suscitat patres, quòd semen eorum multiplicat. De patre, filium
Iacob 30 4. erudiente, dicit Sapiens: *Mortuus est Pater eius, & quasi non est mortuus*: similem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo. In obitu suo non est contristatus. *Granum cadens in terram,*
1.Cor.15. *moriens, viuificetur*: vt docet Apostolus, viuificatur autem non in se, sed in fructu,
35. quem multum affert, quam vitam Apostolus vocat Resurrectionem. Mortui ergo Patres populi, quasi non sunt mortui viuentes in filiis suis, qui similes sint illis, dum conuertantur corda patrum in filios & filiorum ad Patres. Hoc modo & Christus resurrexit, iuxta quod scripsit Isaias:
De angustia, & de iudicio sublatus est: ge- Isa.53.8.
nerationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium. Quia (inquit) mortuus est, ideò de angustia per resurrectionem liberatus est, non autem in se solo, sed in prole eius, quæ tanta erit, vt non possit enumerari. Ad quod declarandum post subdit: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum* &c.
Isti sunt gentes benedictę in semine Abrahæ, in quibus ipse Abraham excellentissimè resuscitauit. Si enim tanquam mor- Rom.4.19.
tuus viuificatus est, quando ob senectutẽ erat corpus velut emortuum, & emortua simul vulua Saræ, genuit tamen Isaac, in quo vocatum est illi semen, num nõ multo magis exicatus est à mortuis, quandò verè mortuo ipso sic multiplicatum est semen eius, vt in eo benedicerentur omnes nationes terræ? Apostolum audiamus.
Abraham est pater omnium nostrum (sicut Rom.4.16.
scriptum est) patrem multarum gentium 17.
posui te ante Deum, cui credidisti, qui viuificat mortuos.

Num ergo & Christus non resurrexit 13.
in multitudine credentium, in qua viuit & regnat? Resurrectionem sui in seipso prædixit Iacob benedicens Iuda: *Requie-* Gen.49.9.
scens accubuisti, vt Leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Resurrectionem in generatione sua inenarrabili, & prole innumerabili vaticinium præostendit in benedictione Ioseph. Illa, quia verè fuit in corpore, quod realiter ex Iuda processit, & de femore eius, Iudæ ipsi tribuitur, ex cuius semine corporaliter ortus est Dominus Iesus. Hæc secunda fit per spiritualem generationem, qua Christus granum mortuum reuiuiscens, multum fructum affert. Merito itaq; ad aliam Tribum transfertur. Ex qua multitudo ista filiorum, in qua resurgit Christus, non venit corporaliter. At quare adhoc electus est Ioseph? O diuina Sapientia scripturarum. Filij isti tunc generantur, quando fiunt iusti. Inuenias mihi modò vnũ ex duodecim filiis Iacob, vnde sunt duodecim tribus, qui in Scriptura iustus sit appellatus præter Ioseph. Audi Salomonem in libro Sapientiæ de Sapien-

Sap. 10. 11. tia: *Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descenditq; cum illo in foueam, & quis aliorum fratrum specimen, aquè iustitiæ fuit atq; Ioseph?* Ac-
Gen. 37. 2. cusat fratres apud patrem, de crimine pes-
38. 28. simo, quod odio haberet iniquitatem, patienter fert se a fratribus vendi. In seruitute fidelis fuit Deo, fidelis Domino suo. En
32. 2. quomodo probatur iustus; *Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperè agens, habitauitq; in domo Domini sui qui optimè nouerat Dominum esse cum eo Benedixitq; Dominus domui Ægyptij propter Ioseph.* An
39. 7. non iustus, qui recusauit stuprum vxoris
45. 1. Domini sui? An non iustus, qui clementer indulsit fratribus suis, qui vendiderant illum, & illis familijsque eorum diligenter prouidit? Nil tale de aliis leges. Castimoniæ specimen valdè ad hoc mysteriũ facit, quæ hominem Angelis similem fa-
Mar. 12 25. cit. Vnde quia in Resurrectione neq; nubent, neque nubentur, erunt similes Angelis Dei, vt meritò cum de spirituali Resurrectione agitur, ille ex duodecim eligatur, qui inter fratres suos, atque præ omnibus illis castitate præfulsit. Vnde ha-
Deut 33 16 bet Prophetia; *Veniat super caput Ioseph, & super verticẽ Nazaræi inter fratres suos:* quasi dicat: Super verticem illius, qui solus inter fratres suos vel maximè fuit Nazaræus.

Quomodo autem fuit Ioseph Nazaræus, quando mos & lex Nazaræorũ nondum erat in vsu apud homines? Nazaræis maximè vinum, vua & quicquid ex vinea
Num 6 4. fuisset, inhibebatur & hoc seuerè, adeò vt dicat lex: *Quidquid ex vinea esse potest ab vua passa vsq; ad acinum, non comedent.* At
Prou. 20. 1. Salomon dicit: *Luxuriosa res est vinum:* &
Eph. 5. 18. Apostolus dicit, in vino esse luxuriã. Castitas virginalis Ecclesiæ Christi seruabatur. At appareret tamen castimoniam in Nazaræis potissimùm emicare debere, sic
Iudi. 16. 1. strictim à vino prohibentur. Et vnde Samson Nazaræus ille insignis consecrationem amisit capitis sui, nisi ex castimoniæ
Gen. 49. 26. despectu? Castissimus ergò Ioseph meritò ante etiam Nazaræorum institutionem Nazaræus vocatur à Iacob, quæ laus nulli aliorum fratrum tribuitur, quando ex eis plurimi de oppositò castitatis arguuntur. Nam dicit Scriptura, quòd Ioseph erat cum filiis Balæ, & Zelfæ vxo-
Gen. 37. 2 rum patris sui, & accusauit fratres suos crimine pessimo. Ecce Nazaræus inter fratres suos, castus inter incestuosos. Poterat hic Scriptura dicere, & accusauit eos. Sed dixit. Accusauit fratres suos, quia fortè erant & alij fratres in eodem crimine, præter filios ancillarum. Sed maximè, vt sibi mutuò concinerent Scripturæ, quarum vna dicit. Accusauit fratres suos, quibuscum erat. Altera. Super verticem Nazaræi inter fratres suos. Neq; vòlo præterire, quod duo insigniores inter cæteros omnes, Ruben & Iuda de fornicatione culpantur. De Ruben enim scribitur: *Abyt*
Gen. 35. 22 *Ruben, & dormiuit cum Bala concubina Patris sui, quod illum minimè latuit.* Pro quo sic punitus est, vt in benedictione filiorum dixerit Iacob: *Ruben primogenitus*
Gen. 49. 3. *meus: effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui* Iudam verò cõ-
Gen. 38. 29 cubuisse cum Thamar nuru sua, quã sortum arbitrabatur, Scriptura etiam narrat. Nec adduci possum, vt vacare putem mysteriò, quòd narratio dictæ fornicationis Iudæ interrumpat seriem historiæ Ioseph. Quo fit, vt post narratum incœstum Iudæ, immediatè subiiciatur castimonia Ioseph. Videantur capite Gen 37. in quo inchoatur historia Ioseph 38. in quo est narratio fornicationis Iudæ, & scelerum suorũ filiorum, & 39. in quo reditur ad historiam Ioseph, & ponitur illius castitas singularis. An non videtur Christus transire à Iuda, à quo ortus est in se corporaliter, ad Ioseph, à quo ortus est in filiis suis actibus spiritualiter?

Sed in Ioseph dispiciamus Resurrectionem quãdam, qui morti appropinquant, dicentibus fratribus suis: *Venite, occida-*
Gen. 37. 18 *mus eum.* An non mors seruitus morte 37. 23.
grauior, cui à fratribus traditus est? An 39. 19.
non mors calumnia mulieris adulteræ in- 40. 15.
famantis innocentem? An non mors diuturnus carcer, & ingrata obliuio pincernæ, vnde carceris miseria vlterius ad annos vsque duos producta est? Non leuiores mortes illæ, quam illæ quas Apostolus

passus

passus est, qui idcircò se fuisse scribit in
1.Cor. 11. mortibus frequenter. Si autē mortes sunt
23. hæ, non erit ab eis ereptio, & erectio, Re-
Sap.10.14. surrectio? Resurrexit ergo Ioseph, quando
Sapientia in vinculis non dereliquit illum:
donec afferret illi sceptrū Regni, & potē-
tiam aduersus eos, qui eum deprimebant,
& dedit illi claritatem æternam, Pharaone
illum constituente super vniuersam terrā
Gen.41.41. Ægypti, danteq; illi annulum quem tulit
de manu sua, illumq; vocāte lingua Ægy-
ptiaca Saluatorem mundi. Meritò qui re-
surrexit, & exaltatus est in multorum sa-
lutem populorum, adeò vt vocaretur Sal-
uator mundi, veri Saluatoris mundi figura
est, cuius salus, extensa vsque ad extre-
mum terræ, est illius Resurrectio in gene-
ratione ventura, factus Pater futuri sæcu-
li. Hoc enim in primis figura ista specta-
re videtur. Vbi nomen Ioseph, quod aug-
mentum significat, effectum nominis:
Nam sic est ipse auctus, vt duæ ex eo Tri-
bus constituerentur Ephraim & Manasse.
Et Prophetiæ intentio infinitam istam
prolem, in qua viuit Christus & regnat,
spectare videtur: eam enim sic concludit
Deut.33.17 Moyses: Quasi primogeniti tauri pulchri-
tudo eius: cornua rhinocerotis cornua
illius, in ipsis ventilabit Gentes vsque ad
terminos terræ. Hæ sunt multitudines
Ephraim, & hæc millia Manasse. Taurus
fortis ad pugnandum & generandum. Pul-
chritudo ergò Christi, qua resurgēs splen-
det, est ad subiugandum gentes, vsque ad
extremum terræ: quas dum subiicit, ge-
nerat, vt sint filij eius. Sicut erant filij
Ioseph Ephraim, & Manasse, & illorum
Tribus. Ideò dicit, hæ, nempè Gentes il-
lius virtute subactæ, sunt multitudines
Ephraim, & millia Manasse. Quę magna
illius fortitudo assimilatur rhinoceroti
Psal.28. vnicorni. Quam Apostolus, vt habea-
19. mus, rogat, vt det Deus illuminatos ocu-
20. los cordis nostri, vt sciamus quæ sit su-
21. pereminens magnitudo virtutis eius in
22. nos, qui credimus secundum operatio-
nem potentiæ virtutis eius, quam opera-
tus est in Christo, suscitans illū à mortuis,
& constituens ad dexteram suam in cœle-
stibus, supra omnem principatum & pote-
statē, & virtutē, & dominationē, & omnia
subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit
caput super omnem Ecclesiam. En fortitu-
do illa, qua suscitatus est Christus. Et ex-
altatus, subiicit omnes gentes sub pedibus
illas sibi asserens in populum, qui est Ec-
clesia & generatio ventura, & populus
acquisitionis, id est acquisitus, & genera-
tus ab eo in hac singulari sua regeneratio-
ne, qua ipse formatus est in fidelium cor-
dibus. En ratio singularis, cur in hac re-
surrectione Christus per Ioseph est figura-
tus. Supra cuius caput venit qui apparuit
in rubo, vbi se suscitatorem declarauit sic-
ut Patrum ità & filorum.

Quid putas, Moyses vult videre visio- 15.
nem istam magnam? quid putas, intelli- Exod.3.3.
gens ibi adesse præsentem Deum abscon- 6.
dit faciem suam, nō audens aspicere con-
tra Deum? quid putas, iubetur soluere cal- 5.
ceamenta de pedibus suis? Magna visio ista
est, in qua videtur à fine vsque ad finem;
à principio, in quo mortuus est homo, ad
finem vsque; vbi mortua mors erit, &
plenè restituta vita, qua homo in sui ini-
tio fuerat destitutus. Magna visio, quam
videre debent omnes: quoniam ad omnes
pertinet, qui mortui indigemus resur-
rectione. Magna, in qua agitur de summa
rerum, quæ est mors & vita; mors omnis,
vita omnis, & temporalis, & æterna. Ma-
gna, vbi abscondit Moyses faciem suam, Exod.5.6.
quia lex ad tantam claritatem non dedu-
cebat. Magna, ad quam maxima cum re-
uerentia debemus accedere; his contenti
mysteriis, quæ Deus nobis reuelare dis-
posuit. Solue homo, qui accedere con-
cupiscis, morticinia pedum tuorum, bru-
talia sensuum tuorum, viuo pede ac nudo
tange terram, quæ sancta est, vt sis parti-
ceps veræ Resurrectionis. Mens iam re-
surgat torpida. Moyses pascebat oues Ie- Exod.3.1.
thro soceri sui: dimisit hanc pastionem, v-
bi de resurrectione & liberatione populi,
audiuit arcana verba. Vbi factus est mi-
nister huius liberationis. Hoc est quod
facere debetis, si mors vobis est odio, de-
siderio vita, abnegari impietatem, & secu-
laria desideria atq; negotia.

Paulus Apostolus, si bene intellexistis,
scribit,

scribit eadem virtute Deum in nobis operari, qua operatus est in Christo, suscitans
Eph. 1. 21. illum à mortuis. Qua verò id ratione? omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam. Caput illum constituit, dum nos sub illius subiicit pedibus. Cuius erit ipse caput sine corpore. Quodnam erit corpus sine capite? eadem ergò, quæ caput constituit, formet corpus; & quæ corpus subiicit, caput exaltat, vt sit vnum corpus & vnus spiritus. Et eorum corpus simul & occidat, & oriatur; moriatur, & viuat; cadat, & resurgat. Mortuus est Christus, & mortuus est peccato, vt & nos cum illo commortui simus & hoc peccato. Resurrexit Christus, vt & nos simul viuamus, cum illo ambulantes in nouitate vitæ. Mortuus est in seipso pro nobis tamen, vt & nos cum illo moriamur, quod cum facimus, moritur ille in nobis. Vixit in seipso resurgens, & hoc etiam pro nobis, vt & nos cum illo viuamus; quod cum facimus resurgit ipse in nobis, & viuit. Hæc est resurrectio pri-
Apoc. 20. 5. ma. Propterea se nobis viuentem declarauit, vt iam non simus mortui, sed cum viuente viuamus. Resurrectio ipsa sua,
Ioh. 10. 17. spontanea fuit; Dicebat enim: *Pono animam meam, vt iterum sumam eam.* Illum licet suscitauerit Pater, ipse tamē à se sumpsit iterum animam suam, quam à se posuerat & deposuerat. Et nos quoq, debemus animas sumere; Virtuti diuinæ nós suscitanti assentiri. Audio enim illum in E-
Ezech. 18. 27. zechiele: *Cum auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam viuificabit.* Creans, non requisiuit a nobis, num esse vellemus; propterea, quod vbi non erat esse, neque erat & velle. At mortuos nos excitaturus, cla-
Ezech. 18. 9 mat: *Audite, & viuite; nam qui audierint viuent.* Ergò audiamus & viuamus: *Qui iustus est, vita viuet.*

17 Nos, nos ipsi nos ipsos aut occidimus aut viuificamus. Illud sine Deo, istud cum
Eccl. 15. 17 Deo, & à Deo. *Appositit tibi aquam & ignem: ad quodcunque volueris, porrige manum tuam:* ait Sapiens. Tu, tu ipse porrige manum ad quod vis, ad ignem comburentem, vel ad aquam refrigerantem. *Ante hominem vita & mors, malum, quod placuit ei, dabitur illi.* Heu & tibi placebit mors? & non magis vita? placeat tibi vita, velis viuere, & dabitur tibi quod vis. Qui apparuit in rubo Deus, qui suscitat mortuos, veniat super caput Ioseph, & super verticem Nazaræi. Benedictio Domini super caput iusti. Virtus potentiæ suscitantis super verticem Nazaræi. Sis iustus, sis Nazaræus, & erit tibi vita. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Caro corrumpit, in se corruptibilis est. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem: si secundum carnem vixeritis, moriemini. Propterea qui apparuit in rubo, suscitans mortuos, est super caput Ioseph iusti, qui non secundum carnem vixit, sed carnem mortificauit. Ille est Nazaræus, qui abstinet à vino carnem suam; quod est res luxuriosa.

O mors in carnem tua est potentia, in rem corruptibilem est regnum tuum. Propterea dominatio tua in generatione & & generationem; quoniam homo caro est, viuens secundum carnem, carnem nutriens & fouens, & præbens illi concupiscentias suas. Si mortes fuerunt pœnæ Ioseph, an non magis hominum culpæ: Quare fratres oderant, nec poterant ei quidquam pacificè loqui; quia plus cæteris amabatur à patre, quia illius somnia eius exaltationem portendebant? Diabolus propterea iustos odit, quia illos videt à Deo esse dilectos; quoniam inuidet eorum exaltationi, & hæc est causa, quamobrem necem ac mortem illorum meditatur. Tu, tu homo attende tibi. Tibi à Deo promissa est exaltatio, tibi resurrectio, tibi gloria; non in somnis, non in vmbra aut in figura; aperte audisti: *Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum Pater meus. Ibunt iusti in vitam æternam. Beati pauperes, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Inimicus tuus tabescit inuidia, & ardet, quærit huc tuum ascensum impedire, mittens in cisternam veterem, expolians tunica talari & polymita, deprimens ad terrena, virtutib. spolians. Tu, tu, caue ab hoc inimico tuo,

tuo, rebusq; te serua secundis. Ioseph patiens contra odium, contra amorem, prudens, mortem culpæ superauit, nec scelere offensus, nec deiectus concupiscentia. Tu dimica à dextris & à sinistris. Sis Nazaræus, vt ab occasione abscondaris, vt ab illecebra elongeris, vino te temperãs; quin magis à vino, & ab omni quod inebriare
Num. 6.3. potest abstineus: Hoc est, illi euitare, quæ illiciunt ad peccandum. Quod si etiam ceciderís in peccatum, surge velociter, nè in illo delecteris, quoniam ipsa peccati sequitia maximè resurrectionem impugnat.
Eccl 11.16. Scriptum est enim: *Qui exultant in malis, conjenescunt in malo.* Prouerbium est au-
Prou 22.6. tem: *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Quid est, non recedet ab ea? non resurget, non viuet, morietur in peccato suo. Mulieres introëuntes in monumentum, viderunt iu-
Marc.16.5 uenem sedẽtem in dextris, coopertũ stola candida. Iuuenis est, qui vetustatem abiicit peccati. O Ioseph iuuenis, quin magis adolescens, verè coopertus stola candida virginitatis & puritatis, vt Angelus. O mulieres, iustum est, vt vos consortio gaudeatis iuuenis cœlestis, ad delendam infamiam sexus vestri, quam contraxit à muliere, quæ molesta erat adolescenti Io-
Gen.39.12. seph, stuprum recusanti. Pallium infœlix illa abstulit à Ioseph, qui vestem perdidit, ne perderet castitatem Angelus iste vester coopertus est stola candida, quę est Angelica Puritas, quam si apprehendatis, nec fugiet iuuenis, nec manebit expoliatus. O vtinam tale haberent & viri consortium & mulieres; angelicè viuerent, & quidquis potius perderent, quam virtutem, quã
Ios.9.26. iustitiam, quam castitatem. Iosue, & populus regionem Gabaon satius arbitrati sunt perdere, quam religionem iuramenti, quod præstiterant, quamuis imprudenter. Heu nec quidquam volumus perdere, neq; etiam ipsis rebus nostris contenti sumus, ad alienam substantiam aspiramus, non emẽtes aromata ad vngendum Iesum, sed aliorum bona vsurpantes ad foucẽdam carnem nostram, ad demulcendũ mentem, ad sequendam, & nutriendam concupiscentiam; procul propterea à resurrectione, morti appropinquantes. Nos ergò magis sapientes has mulieres imitãtes, nostra prębeamus in obsequium Christi, vt cum muliere forti rideamus in die Prou.31.25
nouissimo, resuscitati ad vitam æternam, quam nobis concedat, &c. Amen.

CONCIO SECVNDA.

ARGVMENTVM.

Exemplum Mariæ Magdalenæ proponitur ad perseuerandum in bono & ad superandas viriliter difficultates. In hoc Euangelio, quidquid moraliter considerari potest, perpenditur. Inuehitur in fine contra peccatores.

NON sine diuini numinis cõsilio atq; prouidentia factum 1.
videtur, quòd Salomonis Prouerbia monitione concluderentur vnius mulieris, ac mulieris in communi expressa laude. Dicuntur quidem verba Lamuelis, qui communiter intelligitur Salomon, qui tamen sic illa describit, vt à matre illi pronuntiata. Dicuntur autem visio, id est ora- Prou.31.1.
culum diuinum, ne propterea quòd à muliere profecta sunt, parui à nobis fierẽt aut contemnerentur. Qui ergò in suis prouerbiis hominum status omnes instituit, hic in fine matris eruditionem subiungit, cuius occasione postea mulier in communi laudatur, dum dicitur: *Mulierem fortem* Pro. 31 10.
quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretiũ eius Quæ propterea satis congruũt hodierno mysterio; Vbi completa vita mortali Domini Iesu, noua inchoatur, & ex eo potissimum, quòd in secundo docu- 4.
mento prohibetur vinum dari regibus, mœrentibus autẽ iubetur ppinari. Quod 6.
secundum mysticum sensum docet, principibus, qui Christum crucifixerunt, allatum vinum, quod lætificat cor hominis, quod tamen propinatum est mœrentibus & mulieribus, & discipulis. Illi auditо, quòd

quod Dominus surrexisset, magno sunt timore affecti. Hi verò, qui amaro erant animo, gauisi sunt maxime. Et de qua muliere vera est laus illa, si non de istis vera est, de quibus scribit Lucas Euangelista: *Vna sabbati valdè diluculo venerunt mulieres ad monumentum.* Si ergò non dubitauit Salomon Sapientissimus matris monita sedulò suscipere, atque vt mulieris ea describere, num aut pudebit aut pigebit, tam laudatæ mulieris exempla sequi; cuius laus in his potissimum fulget mulieribus, quę nobis hodiè & ad consolationem proponuntur & ad instructionẽ. Hoc itaq; vt præstemus, diligenter attendamus, quid de illis scriptum sit.

2. Visa Domini morte, & quomodo corpus eius traditum fuisset sepulturæ, illico emerunt aromata, vt venientes vngerent
Luc.23.56. illud. Sed quoniam festo die sabbati prohibebantur, sabbato quidem siluerunt, id est quieuerunt, quo præteritò, mox vt illis licuit, nempè *prima sabbati valdè diluculo, venerũt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata.* Quo docemur exemplo, vt non tardemus conuerti ad Dominum, eaq; in illius præstare obsequium, quę ad nos pertinent, siue ex cõmunilege, siue ex functione speciali aut occasione. Salomon erga proximũ quoq; hoc iubet præstare: quanto igitur magis erga Deum?
Prou.3.28. *Ne dicas* (inquit) *amico tuo: vade & reuertere: cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Suo tempore quæq; facienda sunt, & tùm maxime, quando, si differas opus, non perficitur congruenter. Iosue capturus atque deleturus oppidum Hai, sicut diuersa in loca exercitum distribuit, ita quid illorum quisque facere debuisset, & quo tempore, præcepit omnibus. Ij vero potissimum, qui in insidiis latebant, dato signo, surgere habuerũt, quando populus Hai persequens, qui fugere se fingebant, exisset è ciuitate
Ios 18.18. totus, & ab ea recessisset. Leuauit itaque Iosue (sic à Domino iussus) clypeum contra vrbem Hai, & insidiæ, quæ latebant,
19. surrexerunt confestim, & pergentes ad ciuitatem, ceperunt & succenderunt eam.
2.Cor.5.14 Indigenti nõ est subsidium differendum, sed mox deferendum: caritas vrget nos, cur differas? an quia piget dare? sed *hilarem datorẽ diligit Deus.* Vbi dilatio sine ratione est, ad quid illa? sed Deus maximè promptos nostros exoptat animos.

Diuisio.

Ratio postulandi exitũ de Ægypto hæc; fuit populo, vt viam trium dierum pergerent in solitudinem, & sacrificarent Domino Deo suo. Et voluit tamen sibi Phase immolari in ipsomet Ægypto. Simul atq; Noë de arca exiuit, ædificauit altare, & obtulit holocausta. Christus resurgens mane, apparuit Mariæ Magdalenæ. Nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia. Et-gò sapientem audiamus: *Initiũ sapientiæ timor Domini, & cum fidelibus in vtero concreatus est, cum electis fœminis graditur. & cum iustis, & fidelibus agnoscitur.* Docet enim timorem Domini, qui vera sapientia est ipsaq; virtus, deberi citò, quantum possibile est, haberi, ac si in matris ventre inchoaret: progressus autem illius datur electis fœminis. Nam fœmineus sexus mollior, defectuique magis aptus. At inter fœminas quoque aliquæ sunt viratæ, inter alias electæ, quæ fortitudinem induentes constanter agunt, rogantes cum Iudith; *Confirma me, Domine Deus, in hac hora.* Agnoscitur tandem, quia non deficit, sed vsq; in finem durat cum iustis & fidelibus. Fideles in scriptura dicuntur, qui permanent & non deficiunt. Cum his ergò, qui in iustitia firmi sunt, suum vigorem ostendit atque virtutem. Videtis itaque eiusmodi esse timorem Domini, vt debeat tempestiuè coli atque exerceri. Hoc docent suo exemplo mulieres, quæ *manè diluculo venerunt ad monumentum.*

Quæ vt erant electæ, etiam docent in eodem timore Domini nos habere progressum. Graditur enim cum electis fœminis Veniunt ad monumentum, & non inuento corpore, id renuntiant discipulis, qui comites illuc venientes, illũ non inuenerunt, sed rursus abierunt ad semetipsos. Non sic reuertentes mulieres susceptum omittunt negotium, & ideò Angelos vident, qui dicunt illum viuere. Vides timorem Domini gradi cum electis fœminis? Vides inter illas mulierem fortem, quæ sic virili-

viriliter perſeuerat, vt digna habeatur, cui appareat Chriſtus? Deponamus fragilitatem, confirmemus infirmitatem, debilitatem vigoremus. Scriptum eſt enim: *Soror*
Cant. 8. 8. *noſtra parua eſt, & vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtræ, in die qua alloquenda eſt? Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. Si oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.* Anima parua eſt, quia tenella, & debilis. Vbera non habet ad nutriendum opus, ne deficiat, tamen alloquenda eſt, non ſemper teneri, aliquandò oportet durescere, crescere, proficere, grandescere. Non deſpicitur debile principium, expecta tu, vt nubilis ſit, vt viro, Deo videlicet, poſſit coniungi. Hoc vt fiat, quid opus eſt illi? Murus, & oſtium, veluti principium boni obſtant, nè quis ingrediatur ad diſſipandum id, quod iam factum eſt. At verò ſi parua eſt, debilis eſt murus & demiſſus; fragile eſt oſtium, vt facilè confringatur. Quid ergò? ſuper murum ædificemus propugnacula ad repellendos hoſtes; oſtium, nouis additis tabulis, fortificetur. Sint propugnacula argentea, vt decorem induta induat & fortitudinem. Cedrinæ ſint tabulæ,
Prou. 31 25 magnæ, groſſæ, fortes. *Fortitudo & decor*
22. *ſit indumentum eius, byſſus & purpura veſtis illius, vt ſit cum pulchritudine & poteſtate magna*, vt hoſtes repellat longius, pacemque ferat protinus. Iam tranſierat Ioſue cum populo Iordanem. Iam diſſolu-
Ioſ. 3. 14. 5. 1 tum erat cor Chananæorum timentium
13 introitum filiorum Iſraël: tunc princeps exercitus Domini, quem Michaëlem putamus, apparuit Ioſue euaginatum tenens gladium. Ad quid, niſi vt animum accenderet ipſius, ſciens ſibi auxilium adeſſe cœleſte? ergò confortetur cor noſtrum, viriliter agentes in obſequio Chriſti, aderit ipſe, vt valeamus in virtutibus progreſſum facere.

5 Ad hoc habemus Sapientis documenta
Eccl. 14. 20 dicentis: *Omne opus corruptibile, in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.* Omne opus electum iuſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. Opus corruptibile, eſt opus carnis; de
Gal. 5. 19. quo Paulus: *Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia.* Opera iſta corruptibilia ſunt, quoniam aliquandò deficient vna cum operatore. Verum, nonne & corruptibile eſt opus virtutis, quod cœptum intermittitur? Si iuſtus auerſus à iuſtitia, ad iniquitatem ſe conuerterit, quid illi prodeſt bonum initium? Si Deus factis operibus ſuis vſque ad quintum diem ceſſaſſet, homine non *Gen.* 2. 1 formato, qualis eſſet mundus iſte? Num diceretur igitur: *Perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum?* Quæ vtilitas, ſi fundamenta iacias domus, & ibi ſiſtas, non vltrà progrediens? Quid ſi plantata arbore, & modico tempore enutrita, ante fructum illam ſuccidas? ſi ſuccideris, ſuccidêris. Si deſinis, deficies tu ipſe. Si opus bonum intermittis, teipſum ad locum malum mittis. At opus electum iuſtificabitur. Apparebit ſua iuſtitia, vt iuſtum probabitur; & qui illud fuerit operatus, honorabitur in illo. *Ecce beatificamus eos, qui ſu-* *Iac. 5. 11.* *ſtinuerunt*: inquit Iacobus. Ecce probamus ſedulitatem harum mulierum, ecce illas ipſas honoramus nos; honorauit & Chriſtus, honorauerunt & Angeli, honorat Euangelium, Eccleſia, populus omnis Chriſtianorum. *Honorabitur* (inquit) *in illo.* In virtute, in iuſtitia, in opere iuſtificato honoratur operator; non in ſanguine, non in diuitiis, non in egregiè geſtis ſecundum carnem; in opere iuſtificato. *Gloria & honor* (inquit Apoſtolus) *omnio-* *Rom. 2. 10.* *peranti bonũ.* Ergò bene ſequitur Sapiens: *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, &* *Eccl. 14. 22.* *qui in iuſtitia ſua meditabitur.* Beatus non eſt, qui ſapientiam aggreditur modò; ſed qui in illa morabitur, moras in illa traxerit, qui intenta mente illiùs iuſtitiam meditatur, attendens videlicet, quam iuſta, quam decens, quam rationabilis ſit: quoniam qui ſapientiæ videt pulchritudinem & pretium, illam conſeruare ſtudet & conatur. Ex quo fit, q; pergens, dicit Sapiens: *Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in* 23. *abſconditis ſuis intelligens, vadens poſt*

illam quasi inuestigator. Vt qui rei nouit pretiositatem atque præstantiam, ita ad illam consequendam studium adhibet. O si sciremus sapientiæ, quæ est vera virtus, valorem, decorem, vigorem, quid vt illius essemus compotes, non pręstaremus? *Beatus ergò qui excogitat vias illius.* Et quid additur? *Et in viis illius consistens: qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens.* (Analogicè loquitur) quasi persona aliqua sit sapientia, cuius studiosus quærit illam, vias illius inuestigans, & vt ad illius venerit domum, ibi sistens, respicit per fenestras, vt illam videat, & ad ianuas intentus, illam audit loquentem; & oculo & aure cupiens haurire sapientiam. In quo vt proficiat semper, inde vt non recedat, ibidem constituit sibi tabernaculum, Petri instar, qui dicebat: *Bonum est nos hic esse, faciamus hic tabernacula.* Ideò pergit Sapiens: *Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum* (quo sustentetur tabernaculum) *statuet casulam suam* (id est tabernaculum) *ad manus illius* (id est ad latus.) Iam fructum audiamus huius perseuerantiæ: *Et requiescent in casula illius bona per æuum; statuet filios suos sub tegmine illius; & sub ramis eius morabitur: protegetur sub tegmine illius à femore, & in gloria eius requiescet.* Per quæ omnia intelligit, bona magna à Sapientia proficisci, quæ & per filios intelliguntur, quasi fructus sapientiæ, intelligiturque protectio & gloria permanens. Quod Sapiens verbis, moribus mulieres istæ sanctæ nos docuerunt, quærentes ipsam Dei Sapientiam Christum.

24. Mat 17.4. Eccl 14.25 26. 27.

6 Sed heù socordia & oscitantia nostra! stupet Sapientia, vnde veniat mulier fortis, imò si inueniatur. *Mulierem fortem quis inueniet? procùl & de vltimis finibus pretium eius.* In sexu muliebri, qui mollis est, debilis, & inualidus, magnum nimirũ, si vna ex tot millibus fortis inueniatur. Sed inuenta, pretii est inæstimabilis, æque ac rara, quæ procul ac de vltimis finibus afferuntur. Sed non admirabilior longe res, quòd etiam inter viros pauci reperiantur fortes? multi debiles, socordes plurimi, errantium atque deficientium innumerabilis multitudo? Virum (inquit Salomon) de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni. Num ergò minus mirabile est, quòd ex multis viris paucissimi inueniantur, quam quòd ex multis mulieribus aliquæ inueniantur fortes, viratæ, veræ virtutis? Vbi beatus est vir, qui in sapientia morabitur; imò qui illam quærat, quæ sit illius inuestigator? Parcant nobis Petrus & Ioannes, qui à mulieribus præuenti & moniti cucurrerunt quidem ad sepulchrum: sed mox non inuento corpore Domini, iterum abierunt ad semetipsos. Homines, qui aliis erant feruentiores à mulieribus superantur, quæ incessanter quærentes, quod quærebant, ad voluntatem inuenerunt. O qui in terrenis soliciti estis, sapientiam quærite, Christus sit vobis cordi, salutem meditamini. Estote fortes, constantes estote; causam auferte formidinis & infirmitatis. Vna transgressio Achan totum populũ infirmauit, in mente prostrauit. Superati ab hostibus propter illam, sic mente consternati sunt, vt scriptura dicat: *Pertimuit cor populi, & instar aquæ liquefactum est.* Vitium vitians corrumpit, inflectit, eneruat, emollit, vt aquæ assimiletur timidum hominis cor. Virtus vires addit, virilitatem donat, viros vere facit, & viratas quoque facit mulieres. Vnde adolescens Dauid & puer, & fortis factus, & audax, vt non timeret gigantem, vt illum audacter aggrederetur? Dominus erat cum illo, virtutes virum faciunt viribus præditum atque pollentem. Multa infirmitas vbi dominatur iniquitas? propterea multi infirmi & imbecilles; vt ait Apostolus; caro infirma vitiis præualere non potest: Quod peccant homines, carni dant crimini: quare? quia carnales sunt, secundum carnem ambulant, & ponunt carnem brachium suum, non os habens virtutem. Propterea ruit tanta multitudo peccantium, quibus non resurrexit Christus, non est deposita carnis infirmitas, non acceptus spiritus virtutis. Carnem itaque istam infirmam deponamus, & induamur virtute ex alto.

Eccl. 7.25. Ioan. 20.3. Ios. 6.5. 1. Reg. 17. 42. 1. Cor. 11.30 Ierem. 17.5 Prou. 31.10

SECVN-

SECVNDA PARS.

DE mulieribus illis sanctis, quæ *valde diluculo venerunt ad monumentum* dicitur, quod venerunt *portantes, quæ parauerant aromata*: Quæ est instructio nostra, vt nullam perdamus otiose temporis partem, & quod in simplicitate cordis quęramus Dominum, vt à sapiente monemur. De mulieribus istis scribit Lucas Euangelista: *Subsecutæ mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius & reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum: Vna autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata.* Vbi primum fides eorum apparet & constantia; neque enim in Christo crucifixo scandalum passæ sunt, vt retrocederent, quasi dicentes: *Nos autē sperabamus, quod ipse regnaturus esset*; hinc enim vna illarum dixerat: *Dic vt sedant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram in regno tuo.* Et ecce frustrata spes nostra. Mortuus est enim, non accepto regno. Non huiusmodi fuerunt illarum cogitationes; sed viso monumento eiusque sepultura, reuertentes parauerunt aromata & vnguēta; quod postulat occasio, perficiunt, nihil omittunt, quod ad Christi obsequium faciat eo tempore. Parant aromata ante sabbatum; portant illa post sabbatum. Ingrediuntur monumentum, vt vngant illum, ibi non inuento, quærunt vbi sit. Ab Angelis intellecto, quod viuat, id renuntiant Apostolis & cæteris omnibus. Reuertuntur denuo ad sepulchrum, quærētes quem diligēbant, quem denique visum viuum adorant, tenentes pedes eius; omnibusque id notum faciunt. An non in his verificatur, quod de muliere forti scriptum est: *Confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indigebit?* Vir sciens se mulierem habere virtutis, confidit in ea, nullam de illius siue diligentia admittens suspicionem. Christus autem videns fidem illarum, sedulitatem & strenuitatem, non debuit in eis confidere? sedula mulier sic domui prospicit, vt non viro sit opus aliena consequi spolia, habens in domo sua sufficientia sibi. Si quid indiguisset Christi corpus, id erat aromatum & vnguentorum perunctio. Ecce id in promptitudine animi præstitum ab his mulieribus.

Sap. 1. 1. Luc. 23. 55. Mat. 20. 21 Iob. 6. 5. Reg. 17. 12. Cor. 11. 30 Prou. 31. 11.

Nos ergo, quod nostrum est faciamus. 8
Moyses doceat populum, & sit illi dux in deserto. Iosue, doctum inducat in promissam terram. Persequentes hostes strauit Moyses: obsistentes & resistentes Iosue superauit. Perfecit iste, quod ille promisit. Christum aut mortalem aut mortuū iam vngere non possumus, sed non propterea ab illius obsequio nobis vacandum est: nec deest quod ad illius voluntatem facere debeamus. A documento, quod mater sua dedit Salomoni, & nos quod nostrum est discamus perficere. Quid inquit illa? *Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum, qui pertranseunt: Aperi os tuum; decerne quod iustum est; & iudica inopem, & pauperem.* Mutuum vocat, qui causam nescit suam defendere: tu supple quod illi deficit; quod idem facias in causis omniū mortalium, qui vt filii hominum pertranseunt ob mortalitatem continue. Nemini desis, omnibus succurre. Transitus iste mortalitatis, omnibus indigentiam indit. Poteris ergo semper benefacere, & vbi maxime opus est, ibi in primis porrige manum tuam. Semper quod iustum est, decerne, pauperibus vero potissimum, iudicium tribue atque iustitiam. Quis est homo, qui non possit benefacere alicui? Deo seruire? sibi attendere? absolute benefacere?

Exod. per totum. Ios. per totum. Pro. 31. 8. 9.

Lex vbi agnum offerre præcipiebat pauperi condescendēs subiungebat. *Si non poterit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum.* Si multum, multum; si modicum, modicum: & vt scias quod modicum illi placet, pauperum oblatio fuit, quam Virgo in sui purificatione obtulit Domino; & duo minuta Viduæ plus placuerunt, quam quæ de abundanti sibi ab aliis offerebantur. Plus dico: vbi quod tuum est feceris, etiam animi promptitudo pro opere computatur. Sic oblatio Isaac facta à Patre Abraham, sic vnctio

9 Leuit 5. 7. & 12. 8. Luc 2. 24. Luc. 21. 2. Gen. 22. 12.

2.Cor.8.12 ista mulierum. Nam & voluntas pro eo quod habet, accepta est, non pro eo quod non habet, vt docet Apostolus. O quantum possemus animi promptitudine apud Deum in veritate mereri. Cor petit Deus; illud si dederis, vere te totum dedidisti; omnia tua dedisti; & vniuersa illa quoque, quæ in ditione tua posita non sunt, dedisti, quia cupis omnia Deo seruire. Quod Ios.10.13. ad iussionem Iosue steterint Sol & Luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis, argumentum est, à Deo etiam pro facto haberi, quod in illis obsequium desideramus ac molimur. Si effectus iussionem illam Iosue secutus non fuisset, suspicio fuisset, ne forte illa Deo non placuisset, sed temeritati tribueretur. Obediente Domino voci hominis, perspicuum est, maxima etiam ausa si vero zelo sint facta, illi non esse ingrata. Zelabat Iosue Dei gloriam, populi victoriam & pacem. Hinc Sapiens: Ec 46.5. *An non in iracundia eius impeditus est Sol, & vna dies facta est quasi duo?* Pro iracundia zelum intellige, quo exarsit contra inimicos Dei. Ad hunc ausum excitauit illum Deus ipse, dum super hostes misit lapides grandinis de cœlo. Inde enim concipiens hoc esse opus Dei; Deumque summopere exoptare, vt sceleratissimi illi abolerentur, non dubitauit Deo rogato, Soli Ec.26.6. & Lunæ simul præcipere, vt starent. Exaudiuit illum ergo magnus & sanctus Deus, vt Sapiens loquitur, vt nobis notum esset, ea etiam Deo placere, quæ peroptamus ad illius voluntatem fieri, etiamsi facultati non subsint virium nostrarum. Quod etiam in mulieribus istis exploratum est, quę venientes vt vngerent Iesum, lapidem sciebant obstare, quem tamen reuoluere impares se esse testantur ab ostio monumenti. Sapientiam si rite concupiscas, eam consequeris. Opera Sapientiæ vniuersa perficere non datur omnibus, non ideo tamen sapientiæ fructus minuuntur. Nam 1.Cor 3.8 vnusquisque mercedem accipiet secundũ suum laborem. Num & mens cõcupiscens, & ardens desiderio virtutis, non modicum laborat? Quin vide mulieres has cupientes mortuum vngere. Viui ipsiusa spectu & tactu donatas, plus multo ea ratione consequentes, quam cupiebant, sperabant, & expectabant. Si enim, qui viderit Matt.5. mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo, quanto magis qui zelo Dei ductus cupit magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius, existimabitur apud Deum illa complesse? modo, vt Abraham, id totum, Gen.22. quod est in sua potestate expleuerit, sicut mulieres istæ, quæ emerunt aromata, parata portauerunt, vt venientes vngerent Iesum.

Sicut vires omnes, ita tempus omne in Dei obsequium præstare docent nos mulieres istæ. Visa Domini sepultura, illico ne Luc.23. à superuenienti Sabbati festo impedirentur, aromata sibi comparauerunt. Secundũ vero legis mandatum Sabbato ipso quieuerunt; mox autem vt prima dies à Sabbato superuenit, quod cogitauerant, operi curant mandare. Nam & de muliere forti, vbi scriptum est, quod *confidit in ea cor viri sui*, ibidem subiicitur: *Reddet ei bonum,* Pro.31. *& non malum omnibus diebus vitæ suæ.* Iure (inquam) confidit in ea cor viri sui, quandoquidem iuxta illius confidentiam ipsa reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vitæ suæ. Neque diu solum, verum noctu quoque. Nam de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Noctu prouidet pro die, domesticis victum tribuens pro die, quin & opera ab illis perficienda statuit. Nam, pro cibariis, potest ex Hebræo intelligi pensa operum, hoc est dicere, singulis cum cibo vna dispensat quid quisque sit illa die operaturus. Hoc quod dicit, prædam, intellige escam, quam etiam Hebræa dictio significat. Hæc est nostra instructio, vt tempus nullum otiosi prætereamus. Nam etiam de muliere illa ait Sapiens: *Non extinguetur in nocte lucerna eius.* Vbi etiam non obsequens natura, quæ noctem quieti deputauit ac somno, supplens subintroeat ars. Sol occubuit, lucerna accendatur. Occidit ille, ista non extinguatur. At Ios.10. non & hoc nos docuit Iosue Solem a suo impediens progressu, dum plenam de hostibus referret victoriam? Solem tu sistere non vales, lucernam accende. Eiusmodi Psal.13. est opus

est opus tuum, vt lucerna sit satis. O tempus inaniter expensum. Si mater filium
Pro.31.3. monet: *Ne dederis mulieribus substantiam tuam*; quamobrem tu & vanitati, & iniquitati tempus impendis, quod omnibus pretiosis pretiosius longe est? *Quid dilecte mi? quid dilecti veteri mei? quid dilecte vo-*
2. *torum meorum.* O sermonis blandities, ad animum illiciendum. Pro dilecte, ibi ter positum, semper, fili, habent Hebræa. Filium vocat, filium veteri sui, id est corporaliter valde coniunctum; filium votorum suorum, innuens quoque animi spiritualem coniunctionem, in quem videlicet omnia matris desideria feratur. Quid, quid, ô dilecte fili, tibi dictura sum? audi. Ne dederis mulieribus substantiam tuam. Ne frustra prodegeris, quæ tibi necessaria sunt: ne breuis delectatio tibi surripiat, quod pretiosum est, quod semper tibi debeat permanere. Hoc maxime tempus est vitæ huius, quod summopere conseruandum est, omnique studio virtuti tribuendum, propter dies æternitatis: Ob id vero in primis, quod subdit. Et diuitias tuas ad delendos reges. Ne (inquam) diuitias tuas in eo cõsumpseris, quod causa est, quamobrem reges deleantur. Malum est nostra vane consumere, sed maximum illud est malum, quo ipsa nostra bona ad nostram deletionem, ruinam atque exterminium admouemus. Non satis est, si tu tuæ ipsius domui ignem admoueas, quo cõburatur tota, nisi & tu ipse in medias incidas flammas, à quibus in cineres redigaris? Heu dilecte, heu chariſsime, caue ab hac stultitia, ne te ipsum perdas, dum perdis tempus. Alioqui lucerna tua, quæ est proprietas tua, & vita ipsa tua, de nocte extinguetur à superuenientibus calamitatibus, & ab ipsa morte sic extinguetur, vt tibi bona ista auferantur, & vita careas, & vitæ commodis & oblectationibus.

11 Id denique consideremus, quod mulieres istæ ad Dominum vadunt cum aromatibus. Hoc enim vere est ad Dominũ ambulare, si non vacuus accedas secundum
Psal.138.8 mandatum. Num pedibus corporis ad Deum acceditur? omnibus vbique præsens est, si ascẽderis in cœlum, illic est, si descẽderis in infernum, adest. Sicut ergo à facie sua fugere nõ volemus; Ita neque accedere ad illum pares sumus. At vero accessus iste, quem prætendimus, cordis est, mentis, animi, non pedum corporis: propterea Sapiens ait: *In simplicitate cordis quærite* Sap.1.1. *illum*: corde quæritur ad salutem, mente illi appropinquamus, si sincere quæratur: Alioqui cur idem subiecit Sapiens: *Peruersæ cogitationes separant à Deo*? Si cogitationibus receditur, cogitationibus æque acceditur. Si peruersæ cogitationes separant à Deo, rectæ atque sinceræ cogitationes cum Deo ipso coniungunt. Pedibus quidem sanctæ mulieres venerunt, quærentes Dominũ, sed corde in primis, affectu, desiderio: Nã si pedibus tantũ corporis iter istud perfeciſsent, mox non illo inuento ad seipsas, sicut Apostoli abierunt, abiiſsent. Pedibus cõfecerunt iter, non itẽ Ioh.20.10. cogitationibus & animæ affectibus? Quod quærunt non inuentum, quod anhelant; quod permanent in mentis proposito, vt non cessent donec inueniant; hoc est mente quærere. Et hoc in simplicitate cordis, *portantes quæ parauerant aromata.* Is enim quærit in simplicitate, qui non vacuus apparet in cõspectu Domini. Doceat nos hãc Sap.1.2. rem quoque Salomon, qui post monitionem illam: *In simplicitate cordis quærite illum*: subdit iñediate: *Quoniam inuenitur ab his, qui nõ tentant illum. Apparet autem eis, qui fidem habent in illũ.* Fidem habens, non vacuus apret. Tentat ergo illum, qui fidem non habet in illum, corde duplici quærentes illum. Affer, affer illi, quod quærit à te, & dabit id ipse tibi, quod quæris ab illo. Mulieri Samaritanæ dixit: *Da* Ioh.4.7. *mihi bibere*; sed illi ipse seipsum dedit: *Scio,* 25. *quia Messias venit* (inquit illa) *Ego sum* (inquit ille) *qui loquor tecum.* Aromata ferunt Mat.28.9. mulieres istæ. At ipse illis seipsum communicauit, ita quod tenuerunt pedes eius. Tu crede, & manducasti: habeas fidem in illum: noueris illum summum bonum quod debemus appetere. Noueris iustum atque legitimum Legislatorem, cui parere tenemur. Noueris vitam, noueris viam.

Talem

Talem crede, talem quære, talem susci-
pe. Si sic illi adhæreas tu, tradet seipsum ipse
tibi. Sed Benefactorem nos tantum illum
volumus, non Legislatorem. Redemptorem appetimus, respuimus Præceptorem.
Isti sunt tentatores Dei, à quibus non in-
uenitur; quoniam peruersæ sunt eorum
cogitationes.

12 An non peruersæ, si alium quæris, quam
ipse sit? si misericordiam putas, nō iustum
Psal. 48.11 quoque. Vt scias quod misericordia & ve-
ritas (quæ est iustitia) obuiauerunt sibi,
eodem negotio vtramque administrabat
in ingressu populi ad promissam terram.
Bonitatem in populum, seueritatem in
Chananæos. Hos puniens propter eorum
iniquitates, illos adiuuans propter miseri-
cordiam suam. Et vt scirent, non esse apud
illum personarum acceptionem, in ipso
primo ingressu, vbi per scelus Achan con-
taminatus est populus, ab ipsis sua prote-
ctione recessit protestans. Non ero vltra
vobiscum donec conteratis eum, qui hu-
Ios. 7.12. ius sceleris reus est. Vides iustitiam Dei?
Præuaricati sunt illi, mox puniti sunt, ho-
stibus terga vertentes. Sequetur pœna, nisi
deleatur culpa. *Non poterit Israel stare ante
hostes suos, eosque fugiet. Quia pollutus est a-
nathemate.* Quia tamen vindicta ista erat
ad salutem humilitatis illis, ostendit cau-
sam punitionis, & remediū docuit. Terui
quidam & Chananæos, & reuersione Ior-
danis fluuii, & euersione ciuitatis Iericho,
sed quod populo fuit ad humiliationem,
Ios. 11. 20. illis fuit ad obdurationem. Domini enim
sententia fuerat (inquit Scriptura) vt indu-
rarentur corda eorum, & pugnarent con-
tra Israel & caderent, & non mererentur
vllam clementiam ac perirent.

13 Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei,
Rom. 11. 22 in suis bonitatem, in hostibus seueritā-
tem. Magna quippe seueritas diuinæ iusti-
tiæ est, hominem in flagellis obdurari ad
extremum exterminium. Magna diuinæ
clementiæ bonitas, flagellis corrigi, atque
vnde veniant flagella instrui, vt remota
causa remoueatur effectus. Nescierunt
Chananæi propter scelera sua exterminari.
Nouit populus, Deo ipso reuelante, cur
primo congressu ceciderat, & cesserat con-
tra habitatores Hai; & correxit delictum,
& obtinuit gratiam, & victoriam est con-
secutus, possiditque terram inimicorum.
Sic de Domino sentiendum est in bonita-
te, sic quæritur in cordis simplicitate, sic
habetur in illum fides. Sic qui dixit: *Non ibo
ergo vltra vobiscum, donec conteratur eum,
qui huius sceleris reus est.* Sceleste contrito
& extincto, fuit cum illis adiutor in op-
portunitatib. quibuscunque. Abiiciamus
ergo peruersas cogitationes, bene de Do-
mino sentientes, vt digni habeamur cum
mulieribus sanctis illius præsentia frui, &
hic & in æternum. Amen.

MORALE.

BENE scriptum est: *Nouit Dominus vi-* 14
am iustorum, & iter impiorum peribit. *Psal.* 1.6.
Bene effectum est, vt oculos suos intende-
ret Dominus super viam Sanctarum mu-
lierum, eas dirigens & prosperans, adeo vt
quod quærebant, excellentius inuenirent,
quam optabant, quam etiam putabant. O
vtinam iusti essemus; verum esset de vno-
quoque nostrum: *Et omnia quæcunque fa-* *Psal.* 1.3.
*ciet, semper prosperabuntur: quoniam nouit
Dominus viam iustorum.* Sanctus Ioannes
scribens Gaio, ait: *De omnibus orationem* 3 *Ioh.* 2.
*facio, prospere te agere & valere, sicut pro-
spere agit anima tua*; Optans illi de omni-
bus prosperitatem: Sed addens: *Sicut pro-
spere agit anima tua*; duo nobis innuit; al-
terum, quod ista prosperitas eiusmodi sit,
vt cum virtute conueniat; sicut (inquit)
prospere agit anima tua, sic a Deo prospe-
reris, quemadmodum actiones animæ tuę
prosperæ sunt, nempe iustæ, sanctæ, stu-
diosæ. Alterum est, quod quam cupit illi
prosperitatem, eam virtutis actibus pro-
meruit. Sicut prospere viuis, id est sancte,
sic fœliciter prospereris. Hoc nimirum
virtutis est opus, virtutis conditio, virtutis
præmium quoddam. Nam vbi iniquitas,
ibi aduersitas. Proptera de iniquo Rege Ie-
rusalem, qui non stetit promissis & iura-
mento, dicitur a Domino per Ezechielem: *Ezech.* 17.
Nunquid prosperabitur, & consequetur sa- 15.
*lutem, qui fecit hoc? Et quid dissoluit pactū,
nunquid effugiet?* Quod si quando impii
prospe-

prosperantur, hoc proprie non est ad prosperitatem, sed ad perniciem, dicente Salomone: *Prosperitas in iustorum perdet eos.* Venit quidem Ieremias quasi stupens de Dei prouidentia, & cum admiratione clamans ad Deum: *Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui prauaricantur, & inique agunt?* Sed spiritus Domini in ipso eodem respondens, veluti rogans prædicit, quæ sint illis euentura: *Congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos* (id est separa, veluti eos præparans) *in die occisionis.* Impiorum prosperitas cito cedit in aduersitatem. At prosperitas iustorum manet, quod si quando videtur interrumpi, hoc est ad ampliorem in illa progressum. Sic de Ioseph scriptum est: *Fuit Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens.* Qui si calumniam passus, in carcerem est coniectus, hoc demum fuit ad maiorem sui exaltationem, vt vere de iusto cantetur in Psalmo: *Et omnia quæcunque faciet, semper prosperabuntur. Quoniam nouit Dominus viam iustorum.* Quæ prosperitas etiam fuit populi Israel; erutus de Ægypto, à Deo semper protectus est, si qua sustinuit aduersa, sibi debuit imputari. Sed tandem vide coram illo siccari fluenta Iordanis, muros cadere sine humano opere Ciuitatis Iericho, populos omnes ac Reges prosterni, capi eorum Ciuitates. O si vellet homo in viis iustitiæ ambulare, prospera proculdubio illi omnia euenirēt. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum.* His rogat Ioan. prosperitatem: *De omnibus orationem facio, prospere te agere, sicut prospere agit anima tua!* O veram fœlicitatem, qua homines etiam super terram fruerentur, si prospere ageret anima eorū.

15 Vide harum mulierum prosperitatem. Plures videbantur esse obices, quo minus quod cupiebant, consequerentur. *Quis reuoluet* (inquiunt) *nobis lapidem ab ostio monumenti? & viderunt reuolutum lapidem.* Erant milites ad sepulchrum, quod nesciebant ipsæ, ne propterea retardarentur, vel impedirentur, ne venirent. Probabile est enim eas nō aduentasse, si de his militibus notitiam habuissent. Dum nesciunt veniunt. *Et ecce, terræmotus factus est magnus, & exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Mat. 28. 2. Christum primo non inueniunt, inueniunt Angelos: mortuum quærunt, viuus ab Angelis sibi renuntiatur, pergunt quærentes & plorantes, & ipse lætificat eas vultu suo. Visa sunt Apostolis, quæ ipsæ referebant, deliramentum. Sed ipsa seipsa veritas manifestam facit, & vna simul gaudent homines. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum.* Psal. 1. 6. Fac vt peregrinus per viā ambulet sibi ignotam, inuenit qui nouit illam, non parua gratia ista est: propterea enim Moyses cognatum suum rogabat: *Noli nos relinquere, tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster.* Nu. 10. 31. Stat ad iudicandam Dominus viam simpliciter ambulātibus, illam nouit ipse, illam facit illos cognoscere, ostendens illis viam, per quam ambulent; ambulant propterea confidenter. Sic illam quoque nouit Deus, vt eam iugiter intueantur, atque ideo semper oculi Domini super iustos, protegens atque defendens. Hoc tu cogita, quod si in via Dei ambules, erit ipse ductor tuus, ipse tutor, ipse protector, ambulans non offendes, & erit immaculata via tua. O quæ fœlicitas!

Contra vero iter impiorum peribit. Quo 16
tenditis iter, ô impij! ô sæculi huius amatores! Scitote, quoniam via vitæ custo- Psal. 1. 6.
dienti disciplinam, ergo via mortis est iis, Pro. 10. 17.
qui abiiciunt disciplinam. Vna est via re- Pro 12. 28.
cta, vna est, quæ ducit ad vitam. In semita iustitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem. Nemo per viam ambulat, qui, quo vadit, illi non veniat in mentem. Vos quid cogitatis in cordibus vestris? Num ambulatis, vt ambuletis semper? Num ambulatis, vt nunquam quiescatis? An vt par est, ad terminum aspiratis? Mouemini, vt quiescatis? Quæritis, vt inueniatis? Hoc si vestrum est consilium, non præuidere debetis, quo vos conducat via, quam pergitis? Id scire si cupitis? Prouerbium iam dictum, ad mentem reuocate: *In semita iustitiæ vita, iter autem deuium ducit ad mortem.* Pro. 12. 28. Quam munit iustitia, vna est via, sola est quæ ducit ad vitam. Deuium quod-

cunque iter est, quod extra iustitiam est. Per calles deuios, per campos inuios, per in accessa deserta, per semitas non tritas, non stratas, non vsu planas factas ambulat, quisquis per semitam non ambulat iustitiæ. Heu! infinita multitudo currentium per deuia, per praua, per aspera, per laboriosa, ac difficilia; quas tamen faciliores vias arbitrantur, dum emenso cursu, præcipites dati in Infernum,

Sap 5.7. experti confitebuntur: *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles; viam autem Domini ignorauimus.* Qui sic loquentur, qui sic loquuntur, vbi sunt? vbi erunt? Talia dixerunt in Inferno hi, qui peccauerunt. Inquit Sapiens. Infernus itaque terminus est viarum iniquitatis. Infernus locus est, quo tendit impiorum iter, perditio, mors, fouea, lacus miseriæ, stagnum ignis. Ergo sciens tu, quod via hæc te ducit ad præcipitium; te ducit, vbi te hostes, inuasores, assassini aggrediantur, vbi fera pessima deuorat transeuntes, vbi nullus hospes, nulla domus, nulla quies, nulla refectio, sed aduersa omnia, infesta omnia vniuersa luctuosa, misera, calamitosa; Adhuc pergis?

Psal.1.6. adhuc sequeris obstinate? curris adhuc peruerse, furibunde, insane? *Iter impiorum peribit.* Iter impiorum peribit. Peribit iter, quia extra mundum pergit, vbi non erit hoc iter. Peribit, quia plurimum interrumpitur etiam in hac vita. Peribit: perire itinerantes faciet, ducens ad perditionem.

Sap 5 7. Non audisti in Inferno clamantes: *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis?* Si per iniquitatem pergis, ad perditionem pergis. Si perdit perditio, ergo iter impio-

Psal.1 6. rum peribit, perdens pereuntes. Si quis dum per ignotam viam pergis, te moneret: Non est bona via, quam tenes, ecce ista est via. Quid? num duro animo incre-

Matt.7 23 dulus sequereris inchoatum iter? An non deflecteres? Clamat veritas. Clamat, quem certo scis esse veritatem. *Lata via ducit ad perditionem.* Et eam tamen curris pertinaciter? Reuertere, reuertere in viam bonam, in viam pacis & prosperitatis. Ne spreueris admonentem, ne oderis increpantem, ne fugias instruentem: propterea quod via vitæ custodienti disciplinam. Qui autem increpationes relinquit, errat. *Prou.10.* Erras miser; quoniam iter deuium ducit ad mortem: errorem emenda, errorem corrige; ne cum his, qui sunt in Inferno, dicas & tu denique. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Orto iam sole sanctæ mulieres venerunt ad monumentum; vbi viderunt Angelum lucis; vbi Christum solem iustitiæ aspexerunt; vbi quem quærebant, inuenerunt; vbi etiam ad sepulchrum, qui est locus mortuorum, vitam inuenerunt, viderunt, & tenuerunt. Ita faciamus, & nos, vt cum Viuente viuamus nunc & semper. Amen. *Sap 5.* *Matth.*

FERIA III. PASCHÆ.

CONCIO VNICA.

Quam morte præuentus Author non potuit extendere.

Maria Magdalene, & altera Maria, *vsque* in hodiernum diem.
Matth. 28.

ARGVMENTVM.

Gaudendũ in hoc solemnitate propter gloriam Christi & bonum nostrum. Inimici autem Christi terrore concutiuntur & confunduntur.

SI dictum illud Sapientis: *Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire,* animaduertissent Iudæi, non fuissent lætati de morte Christi, quem sibi aduersarium existimabant. 1

stimabant. Quamuis verè esset amicus; putassent enim, vt putare debuerunt, quod & ipsi in gaudium venturi essent suorum inimicorum. *Quoniam desiderium peccatorum peribit, & peribunt omnes cogitationes eorum.* Quod patet, quia surrexit Dominus, & exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui, & lapidem, quem reprobauerunt, hic factus est in caput Anguli. Resurrectio ergò Domini, sicut fuit gaudium amicis, si mœror inimicis.

Psa.111.10. Psal.145.4. Mat.28.4. Psa.117.22.

2. Quæ duo in Euangelio proposita nunc consideremus. Et primo gaudium amicorum, de quo lectio. *Exierunt citò de monumento, cum timore, & gaudio magno currentes nunciare discipul. &c. Auete. Illa autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere.* In tribus ergò gauisæ sunt, in aspectu, & loquela Angeli, imo occursu & tactu Domini, & in iussu eius dicentis: *Nolite timere.*

Vbi primum vides, Resurrectionem Domini afferre gaudium; Et hoc primò, propter gloriam Christi, *Si diligeretis me, gauderetis vtique quia vado ad Patrè, quia Pater maior me est.* Vadit autem ad maiorem, vt consors sit magnitudinis eius. *Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedu magnitudinis in cœlis in cœlis. Paruulus enim natus ex nobis;* sed tamen antea dictum est: *Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur.* Sed in cœlis est in gloria Patris, quia in Passione pugnauit, & vicit. *Ego vici & sedi cum Patre meo in throno eius.* Resurrectio autem est primus passus ad gloriam illam magnam. Iacob quando audiuit. *Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in tota terra Ægypti, quasi de graui somno euigilans; tamen non credebat eis. Cumq; vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius.* Consídera desiderium Tobiæ & vxoris, quæ sedebat secus viam quotidiè in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo, & vidit a longè, & illicò agnouit, currensque nuntiauit viro suo. Tunc præcucurrit canis, & quasi nuncius aduenies blandimento suæ caudæ gaudebat. Et consurgens cœcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: O si in nobis esset vera dilectio erga Christum, quantum gauderemus! Mulieres exierunt cum gaudio magno ad nuntium Angeli veluti canis blandientis. Et illi cœperunt ambo flere præ gaudio. Post ingressum Saræ & familiæ, venerunt Achior & Nabath consobrini Tobiæ gaudentes ad Tobiã: & congratulantes ei de omnibus bonis, quæ circa illum ostenderat Deus. Et per septem dies epulantes, omnes cũ gaudio magno gauisi sunt. Defectus gaudij ex defectu amoris.

Ioh.14.28. Rom.8. 1. Psa.9.6. Luc.1.31. Apoc.3.21. Rom.45.26 Tob.11.5.

Secundo, propter bonum nostrum. Discipuli à timore erepti gauisi sunt viso Domino, omnibus affert multa bona. *Notas mihi feciſti vias vitæ,* &c. in finem. Destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem. Resurrexit propter iustificationem nostram. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum Filij dilectionis suæ (qui rediuiuus, dixit: *Data est mihi potestas*) in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum: *qui est imago Dei inuisibilis,* &c. *Primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. Et tandem Regenerauit nos in spem viuam per Resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem.* Quis vitam expectaret à mortuo? Pro viuis à mortuis. Vide Baruch 6. Epistolam Ieremiæ de Idolis, quod *habent linguam, & non loquuntur; coronas aureas, & non liberantur aberugine & tinea. Purpuram, sceptrum, sed in se peccantem non interficiunt.* Et similia multa. Si igitur Dominus prædicaretur adhuc mortuus, quis in illum speraret? *Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides vestra.* Ideò post querelam Passionis rogat: *Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatẽ meam.* Et addit: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Deinde: *Timeat eum omne semen Israel, quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis.* Ergò reminiscentur, & conuertentur ad Dominum

3. Psal 15.11. 2. Tim.1. 10. Rom.4 25. Col.1.13. Matt 28.18. Col.1.14. 1.Pet.1.3. Isai 8 19. Bar.6. 1.Cor.15.14 Psal.21.22.

vniuersi fines terræ, &c. Gentium, &c. Et anima mea illi viuet, & semen meum seruet illi.

4. Vides secundò, quomodo gaudendum in Christo, *cum timore* (inquit) *& gaudio magno*, Territæ sunt mulieres ex visione Angelorum, qui posteà consolati sunt illas Euangelio Resurrectionis. Gaudiũ Christi incipit à pœna, quia timor pœnã habet, post peccatũ præsentia cœlestiũ terret. Sic Adam sentiens venientem Dominum ad auram, timuit & abscondit se. Venit Diabolus in se ipso re ipsa venena fundente, & mulier non timuit. Venit Dominus in vento refrigerante, & vir timet, qui debet esse constantior. Cur ita? peccatum fuit in causa, quod mordet interius, & habet repugnantiam cum cœlestibus, & confundit & pudefacit. Ideò mulier innocens tunc non timuit. Secundò, timuerunt homines timore, vbi non erat timor. Semel Dominus apparuit in monte fumigante, & timens populus rogauit non vltra videre. Sæpè Deum offendens ab eo flagellatus est, & tamen non timebat replicare peccata: vndè flagellabatur denuò. Vterque venit in re naturali, serpente & aura, quia sufficiebant. Vndè & arcum posuit signum: sed vbi mulier non timuit, malum secutum est. Vbi vir timuit, bonum euenit. Ibi pœnatum, & peccatum. Hic remedium contra vtrunque, quod est causa lætitiæ.

1. Ioh. 4. 18. Gen. 3. 8. Exo 20. 18. Gen 9. 12.

5. Timor ergò facit locum gaudio, quia Deum reueretur, eiusque maiestatem atque iustitiam: per ipsum tamen accedimus ad misericordiam. Tanta & tot statuebat Deus in sanctuario, & operabatur ad terrorem, vt sic gratiam & misericordiam obtinerent. Ergò ex timore gaudium. *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium.* Prætereà, tantus thesaurus potest perdi, ideò timendum. Iacob quantò ditior, tantò magis pauidus, ne Esau interimeret. E contra, gaudium mundi timorẽ incutit & dolorem. Moyses descendens de monte audiuit vocem lætantium ante vitulum, quem lætantes adorauerunt, sed indè mors & minæ.

De Ezechia. 2. Par. 30. Eccl 1. 12. Gen. 32. 3. Exod. 32. 17. 28.

6. Vides tertiò gradum & ordinem. Gaudent mulieres ad nuntium Angelorum. Secundo in re videntes & tenentes Dominum. Nunc spe gaudentes, quæ quantò certior, tanto lætior. Habetur enim res gaudiosa in virtute. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Vnde iam quasi stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Verum cœleste bonum non tantum spe, vt terrenum; sed & re aliqua centuplum in hunc mundum. Pars hæreditatis populi in itinere extra Iordanem: manna in deserto, visio in monte. Videant Regnum Dei veniens, vt tandem pleno fruantur. *Anauntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* Interim Pastores viderunt, & reuersi sunt glorificantes, & laudantes Deum in omnibus quæ audierant, & viderant. Ioseph Patri misit ex omnibus diuitiis Ægypti, quò tandem Pater venit. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa*, (id est Sapientia) *& lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia*, nempè in via, quæ ducit ad vitam, & ad gaudium Domini. In omnibus lætatus, quia omnia seruiunt ad virtutem, vbi est sapientia, virtus autem lætificat.

Psal. 121. 12. Num 32. 1. Exod. 16. 14. Exod. 19. 17 Luc. 2. 10. 20. Genes 45. 26. Sap 7. 11.

De spe ad rem. Angelico præcepto obedientibus occurrit Iesus. Ibant nunciare discipulis, vt & ipsi gaudium participarẽt. *Gratis accepistis, gratis date. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta putei tui, Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide: Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.* Nemo diminuat internum gaudium, & nemo tollat à vobis Sic tamen, vt ex abundantia cordis & de ventre eius fluant aquæ viuæ. Sic Christus factus gloriosus visitat amicos.

Matt 10. 8. Sap. 7. 13. Prou. 5. 15.

Sic faciendo nedùm non decrescunt aquæ, sed fons paruus creuit in fluuium maximum: & in aquas plurimas abundauit. Ideò euntibus occurrit Iesus, & salutat dicens: *Auete!* ô quam suauis est Dominus? Vident occurrentem, audiunt salutantem, tenent incedentem, & adorant si-

Esther 11. 10.

rant sistentem. Tria ad confirmationem. Vident & recognoscunt in figura. Audiunt,
Luc.24.39 & norunt vocem. Tenent. *Palpate, & videte, quoniam spiritus carnem, & ossa non habet* Sic confirmatæ adorant.

8 Vide, quòd in via adhuc aliquo modo
Rom 8.24. videtur. *Spes autem, quæ videtur* (inquit) *non est spes: nam quid videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Sed tamen sunt quidam, qui non gustabunt mortem, donec*
Matth.16. 28. *videant filium hominis venientem in regno suo.* Præuenit enim nos in benedictioni-
Psal.20.4. bus dulcedinis. Sic Moyses dilectus Deo:
Exod.45.1. & hominibus, vidit sicut Stephanus, glo-
Act.7. 56. riam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et similem illum fecit in gloria sanctorum, & ostendit illi gloriam suam. Vidit
Exo 33.22. tamen transeuntem. *Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: tollamque manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Ergò & istæ tenent pedes transeuntis; sed occurrentis vident faciem, ille transeuntis vidit posteriora. Christus Deus & homo, vt Deus videtur in facie, vt homo in scapulis. Sic enim posterior est Patre, dignitate, natura & tempore. Magna differentia videre faciem, vbi res cognoscitur propriè, & posteriora, vbi confusè cognoscitur respectu faciei. Sed magnum bonum est credere Christum, id est posteriora. Tene pedes, quia breuis mora, & dulcis hora, sed prius accesserunt, studendum est appropinquare per profectum. Non perdenda occasio, dum tempus habemus. *Tempus amplexandi, tempus longè*
Cant.5.5. *Cant.5.9. fieri ab amplexibus. Contendimus siue absentes, siue præsentes placere illi* Martha ministrabat. Maria sedebat ad pedes. Illa turbabatur erga plurima; hæc adhærebat; & ideò vnus spiritus cum eo. Tamen dum recedunt à loco, vbi positus erat, & cessant quærere, vacantes proximo, occurrit illis.
Apoc.6.17. Dignos seipsa circuit quærens, & in viis ostendit se illis hilariter, & in omni prouiRuth.1.16 dentia occurrit illis. Ruth dum seruit fi-
Ruth.2.19 deliter, socrui facta est mater Christi. Iacob laborans meretur vxores, vndè Christus. & ex ea potissimùm quam primis laboribus consecutus; & de qua neque cogitabat. Laboremus ergò fideliter, vt digni efficiamur promissionibus Christi.

SECVNDA PARS.

QVid de inimicis? exterriti sunt custodes, dederunt illis pecuniam: *& mentita est iniquitas sibi.* Putabant Iudæi iam se liberos a periculis, sublato Christo: sed in anxietatem acriorem coniecti sunt, & traxerunt ad se mortem, morientes in peccato suo, perdito loco & gente, primatu, & libertate, abducti in dispersionem gentium. *Inimici mei dixerunt* (id est precati sunt) *mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius?* &c. *Verbum iniquum constituerunt aduersum me Nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat?* Hebræa. *Verbum iniquum effusum est in isto: & qui dormit non adiiciet, vt resurgat. Etenim* (Hebr. etiam) *homo pac. &c. resuscita me, & retribuam eis, &c. Nec lætetis inimica mea super me: quia cecidi. Consurgam, cum sedero in tenebris: Dominus lux mea est Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius. Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me: Vbi est Dominus Deus tuus? (confidit in Deo, liberet nunc eum) oculi mei videbunt in eam: Nunc erit conculcationem, vt lutum platearum.* En quomodò Iudæa conculcatur, & regio, & gens (sic diabolus perdidit principatum.) *Deus ostendet mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Disperge illos, &c. protector meus, Domine.*

Sed quid fideles, qui aduersantur illi iniquè, qui oderunt gratis, & annuunt oculis? *Quoniam mihi* (inquit) *pacificè loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.* Quamuis hæc verba dicta sint de Iudæis, etiam Christianis malis possunt applicari, qui Christi aduersarii sunt moribus iniquis, qui fine causa, ab illo tantis bonis affecti, oderunt illum, eius

9 *Mat.28.4.* 12. *Psal.26.12*

Psal.40.6

9. *Mich.7.8.*

Psal 41.11 *Matth.27.* 43.

Psal.58.12

10 *Psal.34.19*

Ioan. 14. 23 Luc. 11. 23. præcepta transgredientes: *Nam qui diligit me, sermonem meum seruabit, & qui non est mecum, contra me est*: Annuant oculis fingentes se fideles, & pacem loquentes, sed in terrena iracundia, qua ex terrenorum concupiscentia contra vetantes exardescunt; dolosè agunt. De his ergò quid? Psal. 3. 4. *Tu autem susceptor meus, gloria mea, & exaltans caput. Ego dormiui, &c. & exurrexi. Non timebo mill. &c. Exurge Domine, sal &c. Quoniam tu percussisti omnes, aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisti.* Dormit nunc, dùm dissimulat. At surgens imperabit ventis, & scandalis concutientibus nauem; & dicet mari: *Tace, obmutesce; & fluctus superborum deiicit, dùm alleuantur.* Quomodo *facti sunt in desolationem? subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.* Marc. 4. 39 Psal. 72. 18

Sit ergò Christi gloria bonis lætitia, malis tristitia, si non pœnitent. *Noli resistere contra faciem Potentis, nec conteris contra ictum fluuii.* Eccl. 8. 3.

FINIS.

INDEX

INDEX LOCORVM OMNIVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN PRIMA PARTE HVIVS OPERIS EXPLICANTVR AVT PARTIM, aut totaliter: ea verò quæ discurrendo solum ab Auctore tanguntur, datâ operâ sunt omissa, cum penè sint innumera.

Prior numerus Caput indicat, secundus Versiculum, tertius Paginam, quartus Numerum marginalem.

GENESIS.

CAP. 1. 26. FAciamvs *hominem, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, &c.* pag. 135 n. 7

1. 31. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* p. 19.

1. 29. *Ecce dedi vobis omnem herbam, vsque habeant ad vescendum.* 11

2. 1. *Igitur perfecti sunt cæli & terra.* 92 num. 3.

2. 2. *Et requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat* 93. n. 4

2. 7. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.* 265. n. 15.

3. 1. *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis* 8

3. 4. *Nequaquam moriemini, &c.* vsque *eritis sicut Dii.* 8

3. 17. *Maledicta terra, &c.* vsque *comedes herbam terræ* 115. n. 11. & 246. n. 19

4. 6. *Quare iratus es, & cur concidit vultus tuus?* 97 n. 17.

4. 7. *Si malè feceris, statim in foribus aderit peccatum tuum.* 122. n. 3

6. 7. *Pœnitet me fecisse hominem.* 113. n. 7

9. 6. *Quicunque effuderit humanum sanguinem, &c.* 194. n. 6

10. 8. *Robustus venator coram Domino.* 188 9. 295. 17.

11. 4. *Venite celebremus nomen nostrum.* 223. 18

13. 15. *Omnem terram quam conspicis tibi dabo &c* 239

15. 13. *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum.* 239. 3

21. 10. *Eiice ancillam hanc, & filium eius.* 239. 13 162. 10.

21 12. *In Isaac vocabitur tibi semen, &c.* 264. 11.

24. 25. *Palearum & fœni plurimum est apud nos, &c.* 144. 26

24. 22. *Protulit vir inaures aureas appendentes syclos, &c.* 251 3

25 6. *Deditque Abraham cuncta quæ possederat Isaac, filiis autem, &c.* 102 20.

26. 12. *Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplü.* 285. 19

EXODVS.

Cap. 3 1 *Moyses pascebat oues Iethro soceri,* vsque *non cõburatur rubus.* 255.10

3. 3. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* 255.10. 317.7

4. 22. *Filius meus primogenitus Israel, &c.* 208. 14. 238. 3.

14. *Nolite timere, state, & videte magnalia Domini.* 365.6

15.10. *Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, &c.* 152.16.

15.26. *Si audieris vocem Domini Dei tui,* vsque *Dominus sanator tuus.* 104 8. 257.14.

16 16 *Colligat vnusquisque ex eo quantum sufficit, &c.* 102 2

20. 7. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.* 178 10. 185 4. 236 8

20.19 *Loquere tu nobis, & audiemus,* vsque *moriamur Deo.* 7 12

20.23 *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos.* 124 9 10

20.24 *Altare de terra facietis mihi,* vsque *de sectis lapidibus.* 107.14. 124 9.

20 26 *Ne ascendas per gradus ad altare meũ, ne reueletur, &c.* 66.24.

23. 4. *Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti.* 211.19

23.4. *Si videris asinum odientis te iacere sub onere non pertransibis, &c.* 211.19

23.32. *Non inibis cum eis fœdus, nec cum Diis eorum.* 162.22

34 9. *Obsecro vt gradiaris nobiscum, & auferas, &c.* 292.13

33.23. *Videbis posteriora mea, faciem autem meam, &c.* 254.9

34. 6. *Dominator Domine Deus, misericors, & clemens.* 289.5.

LEVITICVS.

Cap. 2.13 *In omni oblatione tua offeres sal.* 51 8. 54. 13.

16.29 *Mense septimo decima die mensis,* vsque *semel in anno.* 297.4

18.6. *Omnis homo non accedat ad proximum,* vsque *turpitudo patris tui.* 235.17.

18.7. *Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies.* 167. 7

19.17. *Non oderis fratrem tuum in corde tuo, &c.* 194.6. 204.6

19.12. *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui.* 184.4

23 27. *Decimo die mensis septimi dies expiationis, &c.* 297 4.

23. 39. *A quinto decimo die mensis septimi, quando congregaueritis, &c.* 305.11

NVMERI.

Cap. 4.15. *Portent inuoluta, & non tangent vasa Sanctuarii, ne moriantur.* 232. 10

5.6. *Vir siue mulier, fecerint cum ex omnibus peccatis, qua hominibus solent accidere.* 203 16

5. 12. *Vir cuius vxor erranerit, maritum, contemnens, &c.* 202.22.

5. 15. *Offeret oblationem pro illa, decimam partem sati, &c.* 219.4

10. 9. *Si exieritis ad bellum clangetis vlulantibus tubis, &c.* 256.11

11. 11. *Cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me.* 147.6. 363.2

11, 13. *Vnde mihi carnes, vt dem tanta multitudini.* 256.11

14.16. *Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauit, &c.* 292.12

14.42. *Descenditque Amalecites, & Cananeus, & percutiens.* 272.7

15. 3. *Cum feceritis oblationem Domino,* vsque *in odorem suauitatis* 307.3

15.14. *Cum feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam* 307.3

18. 1. *Tu & filii tui, & domus patris tui,* vsque *sacerdotis vestri.* 344.4

18. 4. *Alienigena non miscebitur vobis, excubate, &c.* 344.4.

18.17. *Pactum salis erit in sempiternum tibi, & filiis tuis.* 54.13

19. 1. *Ista est Religio victimæ, quam constituit, &c.* 362.1

19. 3. *Eleazar eductam extra castra, immolabit eam, &c.* 348.10

20.8 *Loquimini ad Petram, & illa dabit vobis aquas.* 157.9

21.9. *Fecit ergo Moyses serpentem aneum, & posuit eum pro signo.* 130 12

30.14. *Si voluerit, & iuramento se, &c. affligat animam suam.* 298 4

DEVTERONOMIVM.

*Cap.*4.7. *Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, &c.* 107.14

5.11. *Non vsurpabis nomen Domini*, vsque *eius assumpserit.* 185.4

7.2. *Percuties eas vsque ad internecionem, &c.*162.22

10.12. *Vt timeas Dominum Deum tuum, ac diligas eum.* 346.6

14.1. *Filij estote Domini Dei vestri*, vsque *quæ immunda sunt.* 230.6.248.22

14.1. *Non vos incidetis. Nec facietis calui-tium.* 249.23

14.6. *Omne animal quod in duas partes findit vngulas & ruminat, &c.* 267.17

14.9. *Quæ habent pennulas, & squammas comedite, &c.* 301.7(282.16

14.21. *Non coques hædum in lacte matris suæ.*

14.24 *Cum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit, &c.* 320.8

16.11. *Epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, &c.* 281.6

17.18. *Postquam sederit in solio Regni*, vsque *quæ in lege præcepta sunt.* 18.4

21.15. *Si habuerit homo vxores duas vnam dilectam, & alteram odiosam.* 187.8

21.23. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* 130.23

22.1. *Si videris asinum odientis te, tacere sub onere.* 202.22

26.17. *Dominus elegisti hodie, vt sit tibi Deus & ambules, &c.* 152.15

26.2. *Tolles de cunctis frugib. tuis primitias, & pones eas in Cartallo.* 69.4

26.11. *Et epulaberis in omnib. bonis, quæ Domin.s Deꝰ tuus dederit tibi. &c.*123.4

27.2. *Erges ingentes lapides & calce*, vsque *Iordane transmissio.* 84.4

26.1. *Cum intraueris terrã quam Dominus Deus tibi daturus est.* 126.25(25.21.

28.2. *Venient super te benedictiones istæ, &c.*

28.4. *Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, abundare te faciet, &c.*108.17

28.20. *Mittet super te famen & esuriem*, vsque *ipse fecit nos.* 131.23

31.27. *Adhuc viuente me semper contentiose egistis.* 172.16

33.18. *Lætare Zabulon in exitu tuo*, vsq; *ad absconditos arenarum.* 330.10

33.3. *Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.* 43.9

34.5 *Ascende in montem istum Abarim, & morere in monte.* 353.4

IOSVE.

*Cap.*1.3. *Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri vobis tradam.* 33.14

7.8. *Mi Domine Deus quid dicam, videns Israelem hostibus suis, &c.* 216.7

7.25. *Lapidauit q, eum omnis Israel, & cuncta quæ illius erant, &c.* 170.13

9.7. *Quinã estis vos, & vnde venitis?*267.18

9.21. *Sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant.* 216.7

24.24 *Domino Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus.* 240.7

RVTH.

*Cap.*1.11. *Reuertimini filiæ meæ, quid venitis mecum, &c.* 224.20

1.20. *Ne me vocetis Noemi*, vsque *amaram.* 26.23

2.12. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam, &c.* 91.18

2.17. *Collegit ergo in agro vsque ad vesperã, & quæ collegerat, &c.* 102.2

3.3. *Lauare, vngere, & induere cultioribus vestimentis.* 90.16

3.11. *Scit omnis populus, mulierem te esse virtutis,* 68.3

3.10. *Benedicta es à Domino filia, & priorem misericordiam fecisti.* 90.16

3.15. *Expande pallium tuum quo operiris, & tene &c.* 102.2

4.6. *Cedo iuri propinquitatis.* 169.10

4.18. *Hæ sunt generationes Phares, Phares genuit, &c.* 224.21

I. REGVM.

*Cap.*2.29. *Magis honoratis filios tuos, quam me.* 66.24

2.30. *Quicunque glorificauerit me, glorificabo illum.* 222.16

15.17. *Nonne cũ paruulus esses in oculis tuis, caput in Tribubus factus es, &c.* 18.4

31. *Omnibus diebus, quibus vixerit filius Isai super, &c.* 182.17

24.18. *Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.* 211.18

24.26. *Benedictus tu fili mi Dauid, & quidem, &c.* 182.17

II. REGVM.

Cap.12.14. *Blasphemare feciſti inimicos Domini.* 65.21

14.14. *Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur.* 88.13

16.10. *Quid mihi, & vobis eſt filij Saruiæ, dimitite eum, &c.* 209.17

23.8. *Sedens in Throno ſapientiſſimus Princeps inter tres* 66.24

III. REGVM.

Cap.4.33. *Diſputauit ſuper lignis, à Cedro quæ eſt in Libano &c.* 366.7

11.1. *Rex autem Salomon adamauit, &c.* 163.23

11.1. *Rex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas, &c.* 163.23

18.39. *Clamauit populus. Dominus ipſe eſt Deus.* 134.5

19.14. *Altaria tua deſtruxerunt, &c.* 5.9

II. PARALIPOMENON.

Cap.15.2. *Si quæſieritis eum, inuenietis*, vſque *in omni angustia.* 275.19

15.2. *Dominus vobiſcum, quia fuiſtis in eo, &c.* 275.19

TOBIAS.

Cap 2.1 *Cum eſſet dies feſtus Domini, & factum eſſet prandium in domo Tobiæ, filius nuntiauit ei, vnum ex filiis Iſrael iugulatum iacere, &c.* 167.7

13.3. *Confitemini Domino filij Iſrael, & in cõſpectu gentium laudate eum.* 65.21

13.6. *Exaltate eum in operibus veſtris.* 244.16

IVDITH.

Cap.8.6. *Habens ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus, &c.* 298.5

HESTER.

Cap.4.3. *In omnibus prouinciis, oppidis, ac locis, ad quæ crudele Regis, &c.* 140.18.

4.16. *Vade & congrega omnes Iudæos, qui ſunt in Suſan.* 302.7

10.6. *Paruus fons, in aquas plurimas redundauit.* 133.1

IOB.

Cap.1.6. *Quadam die, cum veniſſent filij Dei, & aſſiſterent coram Domino, &c.* 101.24.240.5

1.8. *Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra?* 63.7.67.1

20.12. *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus.* 258.15

21.15. *Quis eſt Omnipotens vt ſeruiamus illi?* 82.13

22.14. *Nubes laticulum eius, nec noſtra conſiderat.* 290.7

28.11. *Sapientia vbi inuenitur*, vſque *famam eius.* 314.2

31.1. *Pepegi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de Virgine.* 161.2

40.12. *Et nerui teſticulorum eius perplexi ſunt.* 218.10

LIBER PSALMORVM.

Pſal.1.1. *Beatus vir, cuius eſt in lege Domini voluntas eius.* 85.8

2.7. *Dominus dixit ad me*, vſque *dabo tibi gentes.* 4.7

4.3. *Filij hominum vſquequo grauicorde, vt quid diligitis vanitatem?* 185.4

7.4. *Domine Deus meus ſi feci iſtud*, vſque *in puluerem deducet* 195.8

7.8. *Exurge Domine in præcepto quod mandaſti.* 211.18

8.6. *Minuiſti eum paulo minus*, vſque *ſub pedibus eius.* 180.16

10.3. *Laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ.* 80.10

12.16. *Quoniam Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent, confuſi ſunt quoniam ſpreuit eos.* 233.21

13.2. *Dominus de cœlo proſpexit, &c.* 5

13.1. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt.* ibid.

15.5. *Dominus pars hæreditatis meæ*, vſque *præclara eſt mihi.* 201.21

17.45. *Populus quem non cognoui, ſeruiuit mihi.* 311

22.5. *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos qui tribulant me.* 70.28

22.1. *Dominus regit me*, vſque *ibi me collocauit.* 137

24.8 *Dulcis ac rectus Dominus, propter hoc legem dabit, &c.* 305

30.20 *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, &c* 61.10

32.6. *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius, &c.* 265.15

32.16. *Non*

32 16. *Non saluatur Rex per multam virtutem, &c.* 134.5
33.6. *Accedite ad eum & illuminamini, &c.* 28.2.150 13
35.8. *Homines & iumenta saluabis Domine.* 135 8 140.17.
36.7 *Noli æmulari in eo qui prosperatur.* 103 6.
36.1. *Noli æmulari in malignantibus, &c.* *ibidem.*
39.7. *Sacrificium & oblationem noluisti.* 107.15 237.1 242.11.
39.7. *Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, &c.* 118.19
39 6 *Multa fecisti tu Domine Deus meus, &c* 237. 1
44.17 *Constitues eos Principes super omnem terram, &c.* 67.1
49.13. *Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est,* 235.16
48.7. *Audi populus meus & loquar*, vsque *in sacrificiis arguam,* 100.23.
49.13. *Numquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem, &c.* 307.3
49.14. *Immola Deo sacrificium laudis*, vsque *honorificabis me.* 100 23
49.16. *Peccatori autem dixit Deus*, vsque *ponebas scandalum,* 100.24
49 20 *Hæc fecisti & tacui*, vsque *statuam contra faciem tuam,* 101.24
51.1. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate,* 2.136
67.4. *Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno, &c.* 116.14
68.3. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me,* 127 14
68.7. *Non confundantur super me*, vsque *qui bibebant vinum,* 117.17
68.8. *Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam* 117 17 243 13
68.5. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei,* 119.20
72.25. *Quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram.* 201 21
75.1. *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnũ nomen eius,* 238 2
88.36. *Semel iuraui in Sancto meo*, vsq; *perfecta in æternum,* 261.6
89.10. *Dies annorum nostrorum septuaginta anni,* 311.8
89.16 *Respice in seruos tuos, & in opera tua,* 60 9
92.1. *Dominus regnauit, decorem indutus est,* 236.17.
94 8. *Hodie si vocem Domini audieritis,* 269.4
98.1. *Dominus regnauit, iracscantur populi qui sedet, &c.* 95 10
99.1. *Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia.* 133 4
102.13 *Quomodo miseretur Pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se,* 290.7
110.8. *Fidelia omnia mandata eius, confirmata in sæculum, &c.* 73.2
113.4 *Simulacra gentium, argentum & aurum, os habent, &c.* 232.10
117.22. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, &c.* 140.18
118.6. *Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus, &c.* 189.13
118 10. *In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me, &c.* 173.10
118 92. *Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc fortè, &c* 74.5.262 7
118 97. *Quomodo dilexi legem tuam Domine, &c.* 317.5
118 98. *Super inimicos tuos prudentem me fecisti mandato tuo,* 211 18
119.1. *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me,* 119 19
138.17. *Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus,* 67.1.225.22
147.12. *Lauda Ierusalem Dominum, &c.* 106.12.289.4.
149 5. *Exultabunt in gloria, lætabuntur, &c.* 34 20.42 7

PROVERBIA.

Cap 1 8 *Audi fili mi disciplinam patris tui*, vsque *torques collo tuo,* 219.12
1.20. *Sapientia foris prædicat*, vsque *conuertimini ad correptionem,* 132.2
1.22. *Vsquequo paruuli diligitis infantium,* 138.15
2.17. *Reliquit ducem pubertatis sua, & oblita est pacti Dei sui.* 56.20
2.12. *Vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitur.* 301.8

2.15. *Quorum via peruersa sunt, & infames gressus eorum,* 302.8
2.18 *Oblita est pacti Dei sui,* 82.23
3.7. *Ne sis sapiens apud temetipsum, time Deum, & recede à malo,* 210.17
3.35. *Gloriam sapientes possidebunt, stultorũ exaltatio, ignominia,* 223.19
3.3. *Circumda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui,* 176.6
3.3 *Misericordia, & veritas non te deserant &c.* 359.9
3.23. *Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget,* 95.12
3.24 *Si dormieris non timebis,* vsque *pedem tuum ne capiaris.* *ibid.*13
3.16 *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ,* 225.23
4.8 *Arripe sapientiam, & exaltabit te,* vsq; *proteget te,* 95.12
6.12 *Homo apostata, vir inutilis graditur ore, &c.* 175.4
6.16. *Sex quæ sunt quæ odit Deus,* vsque *fratres discordias,* *ibid.*5
7.8. *Propè viam domus graditur mulieris, &c.* 166.5
8.21. *In viis iustitiæ ambulo, vt ditem diligentes me;* 139.17
8.35 *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet, &c.* 90.17
9.9. *Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia,* 153.17
10.4. *Qui nititur mendaciis,* vsque *aues volantes,* 260.3
10.9. *Qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidenter, &c.* 302.8
10.19. *In multiloquio non deerit peccatum,* 289.4
11.28. *Qui confidit in diuitiis suis corruet,* 341.14
13.7. *Est quasi diues, cum nihil habeat, & est quasi pauper, cum in multis diuitis sit* 315.3
13.8. *Redemptio animæ viri, diuitiæ eius,* 159.13
16.5. *Abominatio Domini est omnis arrogans* vsque *non erit innocens,* 21.12
14.22. *Errãt qui operantur malum, misericordia, &c.* 218.10
15.28. *Mens iusti meditatur obedientiam, os impiorum redundat malis,* 23.15
16.4. *Omnia propter semetipsum operatus est Dominus, non indigens aliquo,* 234.13
17.13. *Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius,* 99.22
19.25 *Pestilente flagellato; stultus sapientior erit,* 257.12
21.9. *Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa.* 172.15. 148.2.
21.3. *Facere misericordiam, & iudicium magis placet Domino, quam victimæ,* 98.19
22.16. *Qui calumniatur pauperem,* vsque *ditiori, & egebit,* 62.13
22.24. *Noli esse amicus homini iracũdo,* vsq; *scandalum animæ tuæ,* *ibid.*14
22.12. *Oculi Domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui,* 121.1.149.10
22.1. *Melius & bonum nomen, quam diuitiæ multæ* 116.14 22.17
22.17. *Appone cor tuũ ad doctrinam meã, vt sit in Domino fiducia tua,* 110.21
22.82 *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui,* 831
22.20. *Ecce descripsi eam tibi tripliciter,* vsque *& eloquia veritatis* 90.16
23.1 *Quando sederis vt comedas cum Principe, &c.* 75.7.312.8
23.10 *Ne attingas paruulorum terminos, & agros pupillorum ne introeas,* 69.6
23.23 *Veritatẽ eme, & noli vendere sapientiã, & doctrinã, & intelligentiã* 149.10
23.15 *Fili mi si sapiens fuerit animus tuus,* vsq; *rectum labia tua,* *ibid.*
23.26 *Præbe fili mi cor tuum mihi,* vsq; *viderit, interficiet,* 122.3
23.29 *Cuiue? cuius patriue?* vsque *calicibus epotandis,* 123.
23.19. *Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animam tuam,* 164.1.23
24.3. *Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur,* 110.21
24.16 *Septies in die cadit iustus, & resurget, impii autẽ corruunt in malum.* 70.9
24.19 *Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios, quoniam, &c.* 169.9
24.25. *Cognoscere personam in iudicio, non est bonum.* 204.4
24.27. *Para*

24.27. *Præpara foris opus tuum & diligenter exerce agrum tuum, &c.* 170 12
24 30. *Per agrum hominis pigri sui,* vsque *quasi vir armatus,* 131.8 9
24 17. *Et in ruina illius ne exultet cor tuũ, ne fortè videat, &c.* 202. 23
24.8. *Qui cogitat mala facere, stultus est,* 129. 19
24. 23. *Cognoscere personam in iudicio non est bonum,* 204 4
24,9 *Cogitatio stulti peccatum est,* 129 19
24 11. *Eme eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur, &c.* 207.11
25 4. *Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum* 257.13
25.10. *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo,* 191 17
25.28. *Sicut vrbs patens, & absq; murorum ambitu, &c.* 289 4
25.27. *Sicut qui mel multum comedit,* vsq; *opprimetur à gloria.* 290.6
25.9. *Causam tuã tracta cum amico tuo, & secretum extranei ne reueles* 241 9
25.14 *Nubes, & ventus, & pluuia nõ sequẽtes, vir gloriosus & promissa non, &c.* 186 7
25.1 *Gloria Dei est velare verbũ, & gloria Regum inuestigare sermonem,* 221.15
25.25. *Aqua frigida animæ sitienti, & bonus nuntius, &c.* 289.5
25.12. *Inaurus aurea, & margaritũ fulgens, qui arguit sapientem,* 251,3
25.19. *Deus putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli,* 272.8
25, 26. *Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus, &c* 294 14
25.11. *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo,* 254.8
25 13. *Sicut frigus niuis in die messis,* vsque *requiescere facit,* *ibid.*
25.6. *Ne gloriosius appareas corã Rege, & in loco magnatorum, &c.* 220 13 306.1
25.17. *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te,* 310.6
26.1. *Quomodo nix in æstate, & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria,* 222 17
26.4 *Ne respondeas stulto iuxta, &c.* 259.2
26.6. *Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verbum per nuntium stultum,* 293 14
26 11 *Sicut canis qui reuertitur ad vomitũ,* vsque *stultitiam suam,* 328.8
26.12 *Vidisti hominem sapientem sibi videri, &c.* 323.1
26.18. *Sicut noxius est, qui mittit sagittas, & lanceas in mortem, ita, &c* 345 4
26.17 *Sicut qui apprehendit auribus canẽ, sic qui transit, &c.* 548.9
26.20 *Cum defecerint ligna extinguetur ignis, & susurrone subtracto.* 310 6
26.23. *Quomodo si argento sordido* vsque *pessimo corde satiata,* 259 2
27.6. *Meliora sunt vulnera diligẽtis, quàm fraudulenta oscula odientis,* 165.4
27 14. *Qui benedicit populo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit,* *ibid.*
27.12. *Astutus videns malum absconditus est, paruuli transeuntes, &c.* 210 17
29 23. *Humilem spiritu suscipit gloria, qua à solo Deo est.* 220 13

ECCLESIASTES.

Cap 1 15 *Stultorum infinitus est numerus,* 133.2
2.11. *Vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem animi* 227 25
4.9. *Melius est esse duos simul, &c.* vsque *difficile rumpitur,* 175.3
4.17 *Custodi pedem tuum ingrediens,* vsq; *honorificabis me.* 100 22
5.9. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis,* 315.3
5.15 *Laborauit in ventum,* 260 3
7.2 *Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa,* 116.14
10 19. *Pecunia obediunt omnia.* 346.7

CANTICVM CANTICORVM.

Cap.1 9 *Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia,* 176,6
3. 2. *Surgam & circuibo ciuitatem, &c.* 322. 10

LIBER SAPIENTIÆ.

Cap.1.1. *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis, &c.* 216.7
1.13. *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum,* 122.3

1.16. *Im-*

1.16. *Impij autem manibus & verbis*, vſq; *poſuerunt ad illam.* *ibid.*
3.2. *Viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace,* 181.15
6.13. *Clara eſt & quæ nunquam marceſcit*, vſq; *quærunt illam,* 319.8
6.14. *Præoccupat qui ſe concupiſcunt*, vſque *occurret illi,* *ibid.*
6.15. *Qui de luce vigilauerit ad illam*, vſque *in foribus ſuis,* 145 1.
7.7. *Optaui & datus eſt mihi ſenſus*, vſque *in conſpectu illius,* 314.2
7.10. *Super ſalutem & ſpeciem dilexi eam*, vſque *lumen illius,* *ibid.*
7. 11 *Et innumerabilis honeſtas per manus illius,* 316 3
7.14. *Quo qui vſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ Dei,* 316
7. 30. *Luci comparata inuenitur prior,* 259.3.65
9.15. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, &c.* 308.3
10 10. *Sapientia iuſtum deduxit per vias rectas, &c.* 41.1

ECCLESIASTICVS.

Cap.1 *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, &c.* 133 1
1.5. *Fons ſapientiæ verbum Dei, & ingreſſus illius, mandata æterna,* 23 2
1 8. *Vnus eſt Altiſſimus Creator omnium.* 36.24
2.1. *Fili accedens ad ſeruitutem Dei*, vſque *in caminohumiliationis,* 43 12
6.2. *Non te extollas in cogitatione animæ tuæ,* 336.7.
7.15. *Noli verboſus eſſe in multitudine Preſbyterorum, & non iteres,* 277.1
7. 26. *Filiæ tibi ſunt? ſeruæ, &c.* vſq; *tuam ad illas,* 8 12
9.15. *Inuentuſq; eſt in ea vir pauper, & ſapiens, qui liberauit vrbem, &c.* 315.3
11.27. *In die bonorum, ne immemor ſis malorum, & in die malorum, &c.* 166.6
11. 29. *Malitia horæ, obliuionem facit luxuriæ magnæ.* 167.7
12. 1. *Si benefeceris, ſcito cui feceris, &c.* 233. 11.
12.10 *Non credas inimico tuo*, vſque *cuſtedite ab illo,* 248.23
13.23. *Venatio leonis oneger*, vſque *diuitiis pauper.* 159.7.
13.26. *Diuiti decepto multi*, vſque *datus eſt locus,* *ibid.*
18. 15. *Fili in bonis ne des querelam, & in omni dato ne des &c.* 261.7
23.9. *Iurationi non aſſueſcat os tuum, &c.* 178.9
24.3. *Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita, &c.* 283.18
24 11. *In omnibus requiem quæſiui* 315.3
24.15 *In ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, &c.* 106 12.
24 27. *Spiritus meus ſuper mel dulcis,* 227.1
25.34 *Ne des aquæ tuæ exitum, nec meditæ, nec mulieri nequam veniam prodeundi,* 7.12
25. 1. *In tribus beneplacitum eſt ſpiritus meo, quæ ſunt probata coram Deo, &c.* 187.9
27 9. *Et inhabitabis eum ea*, vſque *inuenies firmamentum,* 179.14
27.25. *Annuens oculo fabricat iniqua*, vſq; *dabit ſcandalum,* 196.9
27. 27. *Multa audiui & non coaquaui ei*, vſque *Dominus odiet illum.* *ibid.*
27.33. *Ita & furor vtraq; execrabilis ſunt, & vir peccator, &c.* 96.17
30.22 *Triſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipſum conſilio tuo.* 248 21
32.15. *Hora ſurgendi non tetrices*, vſque *ab omnibus bonis,* 39.30.31
34.8. *Sine mendacio conſumabitur verbum legis, & ſapientia, &c.* 217.9
34.9. *Qui non eſt tentatus*, vſq; *enarrabit intellectum,* 331.1
37.1 *Omnis amicus dicit, & ego amicitiam*, vſq; *nomine amicus,* 161.17
37.12. *Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cum iniuſto, &c* 155.1
37.32. *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas, &c.* 312.8
39.5. *Bona & mala in hominibus tentabit,* 165.3.
40.18. *Vita ſibi ſufficientis operarii conculcabitur,* 310.7
41.15 *Curam habe de bono nomine,* 225.23
42.12. *In medio mulierum noli commorari,* 166.4

46.9. Pro-

46.9. *Prohibere gentẽ à peccatis & perfringere murmur malitiæ, &c.* 293.13

ISAIA.

Cap.1 2 *Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me,* 18.4
5.6. *Quid debui vltra facere vineæ meæ & non feci?* 240.6
6.3. *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum* 64.19
9.20 *Vnusquisq; carnem brachij sui vorabit,* 123.6
9.1. *Populus qui sedebat in tenebris,* vsque *orta est eis,* 58.4
16.1 *Emitte Agnum Domine Dominatorem terræ,* 86.10
28.14 *Audite verbum Domini viri illusores,* vsque *protecti sumus.* 349
28. 17. *Subuertet grando spem mendacij spem, &c.* *ibid.*
38. 14. *Attenuati sunt oculi mei,* vsq; *respondepro me.* 119
50.7. *Ideò posui faciem meam, vt petram durissimam.* 331
53.4. *Verè languores nostros & dolores ipse portauit.* 117.15
53.6. *Omnes nos quasi oues errauim⁹, vnusquisque in viam, &c.* 158.10
58.8. *Quia gloria Domini colliget te,* 198 4
61. 1. *Spiritus Domini super me euangelizare,* vsque *retributionis,* 49
63 5 *Circumspexi, & non erat auxiliator,* vsque *brachium meum,* 119
64.6. *Omnes iustitiæ nostræ sunt quasi pannus menstruatæ.* 196

IEREMIA.

Cap.3.22 *Conuertimini filii reuertentes, & sanabo auersiones vestras,* 114.9
7. 8. *Ecce vos confiditis vobis in sermonibus.* vsq; *istas.* 123 6
16.19 *Verè mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, &c.* 144.27
17.5 *Maledictus homo qui confidit in homine & ponit, &c* 339.11
17.9. *Prauum est cor hominis, & inscrutabile.* 217 8
24 1. *Quid tu vides Ieremias, & dixi ficus bonas, &c.* 267.19
24.5 *Sicut ficus hæ bonæ, sic cognoscãt transmigrationem Iuda.* 268.20
35.14. *Locutus sum ad vos de mane consurgens, & non obedistis mihi.* 152.15

BARVCH.

Cap.3.35. *Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt adsumus,* 286 10
3.16. *Vbi sunt Principes gentium,* vsq; *exterminati sunt,* 46.25
3.18. *Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines,* 340
4.1 *Hic liber Mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum, &c.* 17 2
6.3. *Videbitis in Babylonia Deos argenteos, & lapideos, &c.* 374

EZECHIEL.

Cap 1.4 *Et ecce ventus turbinis veniebat,* vsq; *quatuor animalibus,* 187.7
1.26. *Et super firmamentum similitudo,* vsque *alas suas.* *ibid.*
10.20. *Egressa est gloria Domini,* vsque *de loco suo.* 64.19
16.20 *Et tulisti filios tuos, & filias tuas quas generasti mihi, &c.* 221.14
36.23. *Et dabo vobis cor nouum,* vsque *in Deum.* 84.5

DANIEL.

Cap.3 37. *Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, &c.* 88 13
3. 57. *Benedicite omnia opera Domini Domino, &c.* 286.10.
4.19. *Magnitudo tua creuit,* vsque *vniuersa terra,* 180.14
4.27. *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego, &c.* 34.19
9.26. *Post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, &c.* 355.6
9 20. *Et non erit populus, qui eum negaturus est,* 77.15
10 2. *Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, &c.* 303.8
13 55. *Ecce Angelus Domini scindet te medium.* 182.9

OSEA.

Cap.1 10. *Et erit in loco vbi dicetur eis non populus,* 71.3
1.2 *Fac filios fornicationum* 239 4
2.2. *Ipsa non vxor mea, & ego non vir eius, &c.* 61,10
4.7. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* 223.19
6.4 *Misericordia vestra quasi nubes matutina, &c.* 106.10
6.5. *Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri,* 154 18
6.5. *Propter hoc dolaui in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei,* 241.8.255 9
8 7. *Ventum seminabunt, &c.* 260 3
11.1. *Puer Israel, & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui, &c.* 238.3

IOEL.

Cap.2.16. *Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa, &c.* 44.11
2.12. *Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c.* 299,5

AMOS.

Cap 8.10. *Dies festi vestri conuertentur in lamentationem, & luctum,* 167.7
6.14. *Letamini in nihilo, qui dicitis, numquid, &c.* 341

ABDIA.

Vers. 4. *Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris, &c.* 13.23

IONA.

Cap.2. 6. *Circumdederunt me aquæ vsque ad animam, &c.* 364
3.7. *Homines & iumenta, & boues, & pecora non gustent &c.* 303.2

NAVM.

Cap 1. 1. *Deus æmulator, & vlciscens Dominus, &c.* 171.14

HABACVCH.

Cap 2 9 *Væ qui congregat auaritiam,* vsq; *de manu mali.* 13.23

ZACHARIA.

Cap.7 6. *Cum ieiunaretis, & plangeretis per hos septuaginta annos, &c.* 307.3
8.16. *Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo,* 184.3
8. 16. *Iuramentum mendax ne diligatis, ibidem*
8.17. *Iudicium pacis iudicate in portis vestris,* ibid.
8.19. *Veritatem tantum & pacem diligite, ibid.* 197.12
9.9 *Ecce Rex tuus veniet tibi,* vsque *arcus belli.* 180 13
13.7. *Framea suscitare super pastorem, & super virum, &c.* 125 9

SOPHONIA.

Cap.1 17. *Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt,* 128 18

MALACHIÆ.

Cap.1 10. *Quis est in vobis, qui claudat ostia & incendat altare gratuito?* 205.7
1.7. *Offertis super Altare meum panem pollutum, &c.* 125.10
1.6. *Ad vos ô Sacerdotes, qui despicitis, &c.* 343.
1.8. *Si offeratis claudū, & languidum, nonne malum est?* ibid.
3. 1. *Ecce ego mitto Angelum,* vsque *quem vos vultis.* 111.

MACHABÆORVM.

1.Cap. 2.64. *Viriliter agite, quia in ipsa gloriosi eritis,* 219.12
1.10. 61. *Conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, &c.* 257 12
1.5.57. *Faciamus & ipsi nomen, & eamus pugnare aduersus gentes.* 223 18

MATTHÆI.

Cap.2.15. *Ex Ægypto vocaui Filium meum.* 239.3
3.17. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,* 49.3
4.4 *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, &c.* 282.17 339 10
4. 6 *Si Filius Dei es, mitte te deorsum,* 300 6
5.23. *Si offers munus tuum ante Altare, & ibi recordatus, &c.* 156.5
5.3. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* 188.10
6.33 *Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, &c.* 9.14
7.6 *Neque mittatis margaritas vestras ante porcos,* 251 3
11.27. *Ne-*

11.27. *Neq; Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit, &c.* 241 9
13 22 *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* 163 25
13.57. *Nemo Propheta acceptus est in patria sua.* 198 13
15 3 *Quare & vos transgredimini mandatum Dei, &c.* 83.2
18.15. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* 99.10
19.21. *Vade, & vende omnia quæ habes, & veni sequere me.* 43.10
19.24 *Facilius est Camelum per foramen acus transire, quam, &c.* 163 25
19 27. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* 315 3
22.13. *Ligatis manibus, & pedibus, mittite eum, &c.* 28 23
22.40. *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, &c.* 48.2
23 14 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, qui comeditis domos viduarum.* 223.19
25.21. *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* 50.39
26.24. *Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.* 123.6
26 38. *Tristis est anima mea* vsque *ad mortem.* 117.15
26.65. *Blasphemauit, reus est mortis.* 60.8

MARCI.

*Cap.*6.20 *Herodes metuebat Ioannem, sciēs eum iustum & sanctum.* 68.3
8.2. *Misereor super turbam, quia iam triduo sustinent me.* 135.8
8 39. *Donec videant regnum Dei, venientem in virtute.* 290.13
9.49. *Omnis victima sale salietur.* 51.8

LVCÆ.

Cap 9.27. *Donec videant regnū Dei.* 290.13
16.16. *Lex & Prophetæ vsq; ad Ioannē.* 48.2
11.41. *Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda, &c.* 52.11
16.8 *Filij huius seculi prudentiores sunt filiis lucis.* 308.5
19.2. *Zacheus statura pusillus, ascendit in arborem.* 81.22
23.34. *Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* 212.19

IOANNIS.

*Cap.*1.14. *Verbum caro factū est.* 113.7.124.9
1.17. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas, &c.* 76.13
1.51. *Videbitis Angelos Dei ascendentes & descendentes.* 112.4
3.17. *Non misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet, &c.* 206.9
4.10. *Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi.* 90.17
4.34. *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, vt perficiam.* 91.17
6.27. *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet, &c.* ibid.
10.38. *Si mihi non creditis, operibus credite.* 9 14
12.34. *At nos audiuimus, quia Christus manet &c.* 77.15
13 34. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* 177.7
15.18. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem odio habuit.* 118.18
17.6. *Pater manifestaui nomen tuum hominibus.* 207.13

ACTORVM.

*Cap.*5.41. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt, &c.* 127 15
17.28. *In ipso enim viuimus mouemur, & sumus.* 172.16.183.18

AD ROMANOS.

*Cap.*3.4. *Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax.* 185 5
3.8. *Non sunt facienda mala, vt eueniant bona.* 214.3
4 5. *Ei qui non operatur, credenti autem,* vsque *gratia Dei.* 229 5
4.2. *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, &c.* ibid.
6.12. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, &c.* 266.21
7.18. *Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* 272.6
7.15. *Non enim quod volo bonum, hoc facio.* 321 19
7.24. *Infœlix ego homo quis me,* vsque *per Iesum Christum.* 252.5 (278.3
8.26. *Ipse spiritus adiuuat infirmitatē, &c.*
12 21 *Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.* 167.6
12.19. *Non vosmetipsos defendentes,* vsque *in bono malum.* 181.16

12.18. *Cum omnibus hominibus pacem habentes.* ibid.
12.19. *Non vosmetipsos defendentes, sed date locum irę.* ibid.
15 8. *Dico Christũ Iesum ministrũ fuisse circumcisionis propter veritatẽ Dei.* 185.5
15.1. *Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere.* 206.10
12.17. *Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram, &c.* 210.17

CORINTHIORVM. I.

Cap. 4.15. *Nam in Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.* 66.24
4.3. *Sed neque me ipsum iudico, qui autem iudicat me. &c.* 215 9
6.7. *Iam quidem omnino delictum,* vsque *non possidebunt.* 188 9
6.9. *Iniqui regnum Dei nõ possidebunt.* ibid.
10 31. *Siue manducabitis, siue bibitis, siue aliud, &c.* 69.5
10.32. *Sine offensione estote Iudæis, & Gentilibus, &c.* 61.12
11.7. *Mulier enim gloria viri est.* 220
13.10. *Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex, &c.* 94.9
15.44. *Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale.* 305.11
15.49. *Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus, &c.* 114.8
15.58 *Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, abundantes, &c.* 61.9

CORINTHIORVM. II.

Cap 4.7. *Habemus thesaurum istum in vasis.* vsque *non ex nobis.* 324.4
6.4. *In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros.* 163.3
8.9. *Cum esset diues, pro nobis factus est, &c.* 324 2
9.8. *Non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem, &c.* 300.6
10.5. *Captiuantes intellectum in obsequium Christi.* 345.6

AD GALATAS.

Cap. 3.16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones,* vsque *Christus.* 239.3
3.26. *Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in, &c.* ibid.
3.29. *Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis, &c.* ibid.
5.13. *Per charitatem spiritus seruite inuicẽ.* 155.3
5.13. *Vos enim in libertatem vocati estis, tãtum ne libertatem, &c* ibid.
6.10. *Dum tempus habemus, operemur bonũ ad omnes.* 158.14

AD EPHESIOS.

Cap. 4.13. *Occurramus omnes in vnitate fidei.* 362.1
4.20. *Vos autem nõ ita didicistis,* vsque *veritatis.* 3.6
6.12 *Non est vobis colluctatio aduersus carnem, &c.* 163.24

AD PHILIPPENSES.

Cap 1.15 *Quidam quidem & propter inuidiam,* vsque *gaudebo.* 215.6
1.8. *Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos, &c.* 506
3.8 *Omnia arbitratus sum vt stercora, &c.* 318.6
4.6. *Petitiones vestræ innotescant apud Deũ.* 277.2
2.15. *Sitis sine querela, & simplices filij Dei, &c.* 63.15

AD COLOSSENSES.

Cap. 1.10. *Ambulate digne Deo.* 152.15
1.24. *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi.* 359

AD TIMOTHEVM I.

Cap. 6.10. *Radix omnium malorum est cupiditas.* 96.17
1.17. *Regi seculorum immortali, & inuisibili soli Deo.* 238 2
6.17. *Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere.* 340.24

AD TIMOTHEVM. II

Cap. 2.24. *Seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum.* 66.22
2.3. *Labora sicut bonus miles Christi Iesu.* 128.16

AD TITVM.

Cap. 1.15. *Omnia munda mundis.* 249 24
3.11. *Hæreticum hominem, post vnam & secundam,* vsque *huiusmodi est.* 250.3

AD HEBRÆOS.

Cap. 2.1. *Ne forte pereffluamus.* 88 13
3.12. *Videte fratres ne forte sit,* vsque *firmum retineamus.* 273.15
4.6. *Quonium ergo superest introire quosdam, &c.* 271.5
4.12. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, &c.* 217.9

6. 1. *Quapropter intermittentes inchoationis*, vsque *iudicii aterni.* 245.17
6. 7. *Terra venientem super se bibens imbrem, & generans herbam, &c.* 246. 19.
6. 9. *Confidimus de vobis meliora, & viciniora saluti.* ibid. 20.
9. 14. *Emundabit conscientiam nostram*, vsque *Deo viuenti.* 3.5
9. 13. *Si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ, &c.* 367
10. 14. *Vna enim oblatione consummauit in sempiternum &c.* 187.15
12. 2. *Proposito sibi gaudio sustinuit Crucem.* 166,6

IACOBI CATHOLICA.

Cap. 2. 6. *Nonne ipsi diuites per potentiam opprimunt vos.* 156.7
3. 13. *Quis sapiens, & disciplinatus inter vos.* 65.22
4. 1. *Vnde bella, & lites in vobis, nonne hinc ex concup. &c.* 43 10
5. 1. *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris.* 134.5

PETRI I.

Cap. 1. 10. *De qua salute exquisierunt, atq; scrutati sunt Prophetæ.* 351.1
1. 22. *Animas vestras castificantes*, vsque *attentius.* 99.22.
2. 12. *Vt ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum.* 65 20
2. 22 *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in, &c.* 112.5
2. 9. *Vos autem genus electum*, vsq; *lumen suum.* 7.10.238 2
4. 2 *Iam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est, &c.* 116 12.
4. 11. *Si quis loquitur quasi sermones Dei, si quis, &c.* 230.5

PETRI II.

Cap 1. 4. *Fugientes eius, quæ in mundo est concupiscentia corruptionem.* 39.30
1. 4. *Maxima & pretiosa nobis promissa, vsque naturæ.* ibid. 83.11
3. 13. *Nouum cœlum, & nouam terram, &c.* 64.19

IOANNIS II.

Versic. 8. *Videte vosmetipsos ne perdatis, &c.* 231.7. 233.11.

APOCALYPSIS.

Cap. 12. 7. *Michael & Angeli præliabantur cum Draconc, &c.* 262.8
19. 8. *Datum est vt cooperiret se byssino splendenti, & candido.* 244 16
21. 2. *Vidi ciuitatem sanctam Ierusalē, &c.* 179.11
22. 2. *Lignum vitæ per singulos menses reddens fructum suum.* 35.20. 42.6.

INDEX SENTENTIARVM, RERVM, FIGVRARVM, ET OMNIVM, QVÆ MAGIS NOTABILIA VISA sunt in hoc Opere contineri; ordine Alphabetico digestus paginis & numeris accommodatus.

A.

AARON, *quare prohibeatur, ne in morte filiorum Nadab, & Abiu, vestibus lugubribus induatur* pag. 162. n. 20

Aaron antequam ingrederetur ante Deum deponebat vestimenta communia, & induebatur sacris, quid significet. 3. n. 6

Aaron gestans coronam auream ingrediens ante Deum quid significet. 3. n. 7

Abraham habuit plures filios, licet Isaac dicatur vnigenitus. 42. n. 8

Abraham, Isaac, & Iacob, quare circuire terram promissionis. Et quare Christus dicat, Recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob 31. n. 9

Abundantia iustitiæ, abundantiam gloriæ meretur. 108 n. 18

Abundantiam varia ratione sapiens & stultus quærunt. 108 n. 19. 20. 21

Adam non fuit creatus in Paradiso, neque illuc ingressus sua virtute, sed positus à Deo. 43 n. 9

Adam, primum parentem, Deus posuit in Paradiso voluptatis, vt facto premissum præmium illi ostenderet, malum autem comminatum, verbo tantum proposuit. 104. n. 7

Adam antequam peccaret, scientiam tantummodo boni exercebat, post verò peccatum scientiam etiam mali expertus est. 165 n. 3

Adam ieiunasse ad impetrandam peccati sui veniam probabile est. 299 n. 5

Adam quare dicatur in generatione Seth, genuisse illum ad imaginem suam, cum alios primos habuerit. 38. n. 28

Adam propter peccatum, tantum turpitudinem cognouit in se, vt non potuerit actum oculorum in Euam, & in se intendere, ideo fecit perizomata ficus, & abscondit se à facie Dei. 235. n. 16

Admiratio, cur homines, inuitiarum vanitatem sequantur, & alia. 34 n. 8

Admiratio magna, quod homines aliquando non aperiant oculos ad thesaurizandum in cœlis, & non in terra, ex eo maximè quod filii huius seculi thesaurorum corruptibilium sint tam auari. 330

Aduersarius proximus offensus est ille, qui habet aliquid vere, non imaginatiue aduersus te 156 n. 6

Aduersarii sunt tres. Primus, inimicus offendens. Secundus, caro & spiritus. Tertius, est lex, & opera carnis, & ratio istius ordinis. 155. n. 3

Adulator in præsentia laudat, in absentia vituperat. 166 n. 6

Adulatores vitandi. 165. n. 4

Adulterium est maximum crimen, quo gloria & honor proximi deturpatur. 219. num. 12

Ætas integra vaccæ rufæ, quid significet. 362

Affectus in oratione accendit formula orandi, quam docuit Christus, & ratio. 280 n. 4

Affectus animi duo, amor & odium, quos Christus regere docet. 165 *n.*3
Affligere animas suas, in scripturis intelligitur ieiunare. 298.*n.*4
Agens omne, agit propter finem. 213. *n* 2
Agnus qui mane & vespere offerebatur, & Agnus qui in Phase sacrificabatur, figura erant Christi immaculati. 358
Altare ex lapide nudo præcepit Deus fieri, vt populum abstraheret à concupiscentia mundi. 124.*n* 8
Altare quod est Christus, quomodo pollutum sit à Christianis, & Iudæis 125 10
Altare lapideum præceptum à Deo, est figura Incarnationis, & Passionis Christi, & quomodo. 126 *n* 11
Amanda sunt ea omnia, quæ salutem nostram promouent, & non ea quæ solum boni apparentiam habent. 165.*n* 4. *vsq;* ad 8.
Ambulare simpliciter, quid sit, & quid intelligatur. 301,*n* 8
Amicorum conuersatio qualis esse debeat. 150.*n* 1.155 *n.*7
Amor proximi si adesset, iurare numquam fuisset necesse. 178 *n.*9
Amor singularis facit Vnigenitum. 42.*n* 8
Amor inordinatus, omnium malorum artifex. 97.*n.*17
Amor quantus est, tantus sit dolor est necesse. 120.*n.*21
Amor est inter similia. 63. *n.*16
Amor Dei erga homines, est benefacere. 200. *n.*19.
Amor impurus efficit, vt amans rectè non sentiat. 217 *n* 8
Amor est vis vnitiua, tendens in rem dilectam. 324.*n.*2
Amor est pondus ferens quemcumque versus amatum. 328 *n.*8
Amor proprius est quasi pondus horologii, quo omnes circumaguntur rotæ operationum. 336
Amoris potissima ratio est amor. 36.*n.*23
Amor, odium, sustinentia, & contemptus sunt contraria. 346
Amoris effectus est amantem seruum reddere. 335
Amorem maximum ostendit Deus, quando maxime offendebatur. 254
Ammorrhæorum malitia quando completa. 273
Angeli descensus in aquam, significat desideratum cunctis gentibus. 128. *n.*17
Angeli indigent conseruari, quia ex nihilo creati sunt. 286 *n* 21
Angelis mediantibus, factus est sermo, quem Moyses populo Iudaico referebat. 112 *n.*4
Angelus ille dicitur, qui aliquid nuntiat. ibid.
*Angeli nomine significatur sanctitas, in motione aquæ Passio, in sanitate corporis, sanitas animæ ibid. n.*5
Anima humana tanta est, vt nullum finitum illam implere possit. 37.*n.*25.
Anima præstantior corpore, & ratio datur. 314
Animæ perfectio est sapientia quæcumque. 314
Animæ decor, quem Deus concupiscit, non est aliud quàm speciositas sapientiæ. 61. *num.*10.
*Animæ est maxima quies & delectatio, vbi est conscientiæ serenitas. ibid. n.*12
Animal reptans habens pennas quare sit immundum, & cuius persona sit figura. 300. *n.*6
Animalia immunda quæ, & ad quid. 267. *n.*17
Animalia quæ poterant sacrificari, poterant & comedi, explicatur mysterium. 11.*n.*19
Animalia ruminare, & findere vngulam, quid significet. 267. *n.*17
Animantia omnia tenentur Noe, quorum fuit saluator. 143.*n.*2
Animi pedes duo, amor, & odium. 165. *n.*3
Apparatus in ferenda lege veteri, qualis. 27. *num.* 1.
Appetere decet, quod petere licet. 277 *n.*2
Apostata Hebræis est homo Belial, id est, insigne impius. 175 *n.*4
Apostoli debent suo fulgore mundum illuminare, quia ad hoc assumpti fuere. 55.*n* 15
Apostoli sunt quædam magna luminaria. ib.
Apostoli vocantur sal, & quare. 68.*n.*3
Apostolorum perfectio non solum est ad se ipsos, sed etiam in respectu ad alios. 67.*n* 1
Apostolis Christus non solum præcepit vt sint lux, sed omnibus. 56.*n.*19
Approbatio Dei cognoscitur ab effectibus. 301 *n.*7

Aqua, quæ superinfundebatur cineribus vaccæ rufæ, significat cognitionem hominū quam habere debet, ex consideratione Passionis Christi. 366
Aquæ Iordanis sunt allegoria diuitiarum, quæ Deo non offeruntur, & illarum etiam quæ Deo consecrantur. 327
Arca testamenti erat figura iustitiæ, quæ dicitur sapientia, & timor Domini. 94. *n* 10
Arca fœderis, erat res reuerenda, quasi sedes Dei. 276. *n.* 1
Arcu scabellum pedum sedentis super Cherubim erat lignea, sed inaurata, vt significet creaturam ex se imperfectam esse, capere tamen posse perfectionem. 324. *n.* 3
Arca non erat quid solidum, sed vacuum, vt significaret homines debere esse vasa vacua, ad recipiendum fluxum diuinum. 324. *n.* 4
Arcæ diuersæ, imperfectæque mensuræ, quid significent. 58. *n.* 2
Argumentum efficax contra promissiones diaboli, quod scilicet non possunt afferre requiem, cum non habeant statum. 9. *n* 15
Aspicere Dei, est rem approbare. 302 *n.* 7
Auaritia quam acerrime puniatur. 170. *n* 13
Auaritia omnium animos absorbet. 346
Auarus animam suam venalem habet. 325
Auarus similis canis ad vomitum reuertentis. 328
Aurum capiunt, qui gloriam ab hominibus quærunt, & accipiunt. 222. *n.* 18
Authoritas Apostolica prima est, quæ à nulla alia vim saltem recipit. 53. *n.* 13
Auxilium præstat Deus, si toto corde inuocetur. 172. 173. *n* 17

B

Baptismi aqua est signum, sanguis virtus, spiritus fructus. 355
Beatitudo ab homine primo est appetenda, secundo, media sunt quærenda. 41 *n.* 7
Bonum beatificans difficile inuenitur. 30. *num.* 8
Bonum beatificans est incomprehensibile. 32 *n* 11
Bonum beatificans, & modus beatificandi dupliciter deprehenditur. 31. *n.* 7
Boni beatificati proprietates quatuor. 30. *n.* 8
Beatitudinem dari supponitur à Christo, & probatur ratione. 31. *n.* 10
Beatitudo in quo consistat. 30. *n* 7
Beatitudo vocatur Regnum propter eius excellentiam. 31 *n* 10
Beatitudinis immensitatem significat Christus, eam regnum cœlorum vocando. 31. *n* 10
Bonum beatificans Deus est, quod habebitur visione beatifica. 35. *n* 22
Beatitudo initiabitur in visione, & consummabitur in dilectione. 37. *n.* 26
Beatitudo non potest haberi in hac vita ex multu probatur. 32. *n* 12
Bonum beatificans maximum est. 31. *n* 10
Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. 94. *n.* 9
Beatitudo quos fructus afferat, & quot. 42. *n* 6 7
Bonum beatificans erit nostrum proprium, & non mutuatum. 32 *n.* 14
Bonum beatificans possidebitur. 33. *n* 15
Bonum beatificans cum sit cœleste, quare vacetur terra. 33 *n* 16
Bonum beatificans consolatur possidentes illud. 35. *n.* 19
Bonum beatificans satiabit. 34 *n.* 20
Bonum beatificans non est in hac vita. 32. *n.* 12
Bonum beatificans aufert omnem miseriã. 35. *n* 21
Benefacere oportet, vt filii procreentur cum Deo. 61. *n* 11
Beneficia Dei sunt rationes ipsi obediendi. 28.
Bona & mala in hoc mundo non sunt perpetua. 166. *n.* 4
Bona in creaturis dispersa, non possunt omnia ab vno homine simul possideri. 35. *n* 24
Bonitas Dei quando, & quomodo splendeat in operibus nostris. 334
Bonitas Dei quanta, aperte dignoscitur ex vineæ parabola. 150. *n.* 1
Bonitas Dei maxima ex eo dignoscitur, quod inde donandi occasionem sumat, vnde puniendi habet. 237. *n* 1. 254. *n.* 9
Bonis coniuncta sunt mala. 166 *n.* 6
Bonum nostrum totum ex operibus pendet. 231. *n.* 7. & 229. *n* 5

Bonorum tria dat Deus, & quæ. 297.n 5
Bonum extrinsecum, quod Deo desiderare possumus vt præstetur, est amor, honor, & cultus. 291.n 10
Bonorum quæ Deus dat, tria sunt genera, temporalia, corporalia, & spiritualia. 297.n 3
Bona hæc tria sunt retribuenda Deo, non quasi ipse in se recipiat, sicut mare recipit flumina, sed dum ea impendimus, vt illi placeamus. 297 n 3
Bonum & malum ita à Deo temperantur, vt inde quid pulchrum resultet. 58.n.4
Bonum acquisitum à sentiente sentitur 94. n 9.
Bonum magnum non potest capi à minori. 31.n 10
Bona per se possunt male fieri. 214.n.4
Bonum nostrum consistit in assecutione Patriæ cœlestis. 291.n.9
Bonum magnum non potest perfici à minori. 31. n. 10
Bona quæ consequitur reconcilians fratri suo. 166.n.6
Boni subsequentis consideratio adiuuat ad superandum malum præsens. Scripturarum exemplis conuincitur. 169.n.10

C

CÆcitas, sequela est, & effectus peccati. 128 n.18
Calathi duo ficuum visi à Ieremia, quid boni, & quid mali significent. 267 n.19
Cam seruatus in Arca propter Noe. 73.n.5
Cam maledictio, & benedictio Sem, cuius figura fuerint. 198 n 14
Cananæorum amicitiam populo Hebræo Deus prohibuit, ne occasionem peccandi haberent. 162. n 22
Caro mortificanda non occidenda, & quomodo, datur exemplum Scripturæ. 114. n.11
Caro facile vincitur si dometur, Christus exemplar proponitur nobis. 20.n 9
Caro quomodo tractanda, quando peccati nobis est occasio. 32 n. 14
Caro quatenus peccatrix mortificanda, quatenus nostra nutrienda. 307.n.3
Carnis delectationes coniunctæ cum idololatria. 11.n.12
Carnis pax, numquam inueniri potest. 115. n. 12
Carnis mortificatio suadetur exemplis Patriarcharum. 161.n.20
Carnis mortificatio suadetur. 114.n.9. vsq; ad 12
Causa alterius generis ab effectu, si totalis est & per se, aliquid plus valet, quam det effectui. 36 n 24
Causa corruptionis est obliquitas. 73.n.5
Causa cur exponimus Deo orationes, cum illa non debeamus considere. 288 n.3
Cautela qualis adhibenda in colloquio stultorum. 259.n.2
Cautela qualis seruanda in operibus virtutum, ne labor sit mercede vacuus. 276. n.1. & 295 296 n.1
Cautela qualis adhibenda ne repudiemur à Deo, vt populus Hebræus. 268.n.4
Cautela adhibēda quando agitur de re graui, quæ, & quomodo. 165.n.3
Charitas est finis legis. 14.n 26
Charitas fuit signum agnoscendæ vxoris futuræ Isaac. 139.n 17
Charitas est aqua, quæ semel potæ, amplius sitim non admittit. ibid. n.17
Charitas inimicorum, operit multitudinem peccatorum. 179 n.17.18
Charitas inimicorum procedit ex dilectione Dei ibidem
Cherubim gloriæ, & Arca testamenti erant sedes Dei. 57.n.1
Cherubim ex auro purissimo, super quos sedebat Deus, quid significent. 324
Cherubinorum eadem longitudo, latitudo, & altitudo, quid significent. 57.n.1.2.
Christianus quomodo sit hæreditas Christi. 3 n 7
Christianis ieiunandum, vt spiritus facile moueat corpus. 20.n 8
Christiani maxime debēt Deo, qui onus graue, in onus leue illis mutauerit. 77.n.16
Christianus maxime super omnes nationes seruire tenetur. 18 n 4.5
Christiani qui non faciunt legem, Iudæi debent appellari. 84.n 5
Christus in se summe diues, vt nos ditaret, pauper est factus. 323
Christus auidus salutis nostræ, & quomodo. 325.

Christus verax est, quia docuit, quæ didicit à Patre. 331
Christus plenam attulit salutem, ideo vere Saluator. 357
Christus sua fatigatione Saluator factus est. 353.*n.*4
Christus quomodo, & quotupliciter dicatur Vnctus. 353
Christus sine vnctione materiali factus fuit Rex, & Sacerdos. 354
Christus missus est Sanctus Sanctorum, quia vnctus à Deo. 354
Christus antequam occideretur, prædicauerat Euangelium. 355
Christus non solum vnctus ad prædicãdum, sed ad sanandum. 357
Christus zelans fuit honoris Patris, & mansuetus erga nos. 358.*ibid.*
Christus non fuit missus ad secularia negotia tractanda. 362
Christus quid intelligat verbis illis, Abscondita, & Secretum. 228.*n.*2
Christus in desertum secessit, vt fugeret auram popularem, & alia de causa 18 *n.* 6
Christi caro non egebat ieiunio, aut alia afflictione, sed hoc ad nostrum exemplum. 19. *num* 8
Christus in deserto ieiunans, non destitit ab oratione. 20.*n.*10
Christus quare diuersimode diabolo respondit in illis tribus tentationibus. 57.*n* 16
Christus vocans Apostolos salem & lucem, ipsos tales effecit 44 *n.*3
Christi morte, mortificata est lex. 78 *n* 16
Christus quomodo magnus, & qua magna fecerit. 85.*n.*22
Christus venit vt implerei, quod à lege impleri non poterat. 111
Christus quatenus legislator, dicitur Angelus Testamenti. 112 *n.*4
Christi sanctitas adeo excellens est, vt merito Sanctus Sanctorum dictus sit. 112.*n.*6
Christi sanctitas non solum est innocentia, sed plenitudo omnis iustitiæ, & gratiæ. 112 *num* 6
Christus passus vt Sanctus in interiori, & quomodo in exteriori parte. 116 *n.* 13.116 *n.*14.15
Christus patitur calumnias in honore, & vt tendentes ad mortem ipsius. 117 *n.*16
Christi Passio comparatur descensui in lucum, & quare. 118.*n.*19
Christus Iudæis probat se diabolum non habere. 272.*n.*17
Christus passus, qui à Patre derelictus, & ab hominibus afflictus. 118. *n.*10
Christi Passio aucta fuit à tribus hostium generibus. 119 *n* 20
Christus, sicut ad mensuram spiritum charitatis non habuit, ita & dolores 119.*n.*21
Christi quædam sunt opera, præcipua, quibus cognoscitur operari nostram salutem. 2. *num* 4
Christus, cur post præconizationem Patris æterni, hic est Filius meus, subtraxit se ab hominum conspectu, & ieiunauit. 2. *num.* 3.
Christus cur ductus à spiritu in desertum. 3 *n* 6.7
Christus ieiunauit, ad peccata hominum delenda. 2.*n.*3
Christi maiestas & excellentia, ad bonum hominum ordinantur. 2.*n.*4
Christi opera nobis proponuntur, vt à nobis inspiciantur tamquam Diuina, & similiter suscipiantur per imitationem tamquam salutaria. 2.*n* 4
Christus semper est operatus nostram salutem. *ibid.*
Christi quædam opera sunt, quibus perspicue cognoscitur operari nostram salutem, ibid.
Christus non fuit baptizatus propter sua peccata, sed vt nobis exemplum præberet quomodo ante ieiunium, & alia bona opera baptizari debeamus, baptismo pœnitentiæ, vt opera nostra sint Deo accepta. 2.*n* 5
Christus licet sit Filius naturalis Patris æterni, & Rex, tamen regiam ferenda legis potestatem meruit conflictu cum dæmone. 3 *num.* 7
Christus habuit fidem & sanctitatem. Explicatur Prophetia Isaiæ. 353.*n.*5
Christus meruit vt in Ecclesia semper sint Doctores Euangelicæ legis. 3 *n.*7
Christus mansit in deserto, vt inde exiens ab omnibus acciperetur, tamquam missus in Deo laturus Euangelium. 4 *n* 8
Christus verbo Dei, quod est lex, retudit tela diaboli. 8 *n.*13

Christi mansuetudo, qualis. 351
Christus verax in suis promissionibus. 9.*n.*14
Christi Passio est pretium totius orbis terrarum. 120.*n.*22
Christus redemit totum orbem. ibid.
Christus probat Iudæis, se damonium non habere, 272.*n.*11
Christus pro omnibus mortuus est. 120.*n.*22
Christus in se Sanctus, & pro nobis peccator, & quomodo. 121.*n* 1
Christus saluaturus mundum, peccatum illius sua Passione erat ablaturus. 123.*n.*7
Christi passiones erant figura hostiæ propeccatis, & quomodo. 123.*n.*7 (*n.*9
Christus non modo Altare est, sed hostia 124.
Christi Passio fuit plena tormentis, contrariis hominum peccatis. 127.*n.*14
Christus sicut nõ fuit minus paratꝰ ad tolerandum, quam Iob, ideo etiam maiores dolores sustinuit. 127.*n.*14 (*n* 14
Christus, cur figuratus in serpente aneo 130.
Christus cur dicatur serpens. ibid.*n.*22
Christus cur dicatur aneus. 131.*n.*24
Christi sapientia, quasi fons paruus, in aquis plurimis abundauit. 133.*n.*1
Christus, non solum verbis, sed etiam Passione pro nobis postulauit. 140 *n.*18 (*n.*2
Christus Dominus Saluator fuit omniũ 145.
Christus est manus & brachiũ Dei per quem omnia. 145.146.*n.*3 (146.*n.*5
Christus est Emanuel, id est, nobiscum Deus.
Christus qui fuit vnus de populo, & naturalis Filius Dei, ideo & populus vocatur Filius Dei. 239.*n.*5
Christus clarificat Patrẽ, talẽ nobis illũ manifestãdo, & quomodo. 242 243.*n* 13. & 14
Christus damnatus fuit ad Crucem, vt suũ Patrem exaltaret. 243.*n.*14
Christus docuit dirigere ad Deum intentionem nostram, in eleemosyna ieiunio, & oratione, quia per hæc, quæcunque accipimus, Deo reddimus. 297 *n.*3
Christus est noster, & sic corpus Christi in sanctissimo Sacramento est nostrum, quomodo offeramus illud Deo, hostiam viuentem. 297.*n.*4 (126 *n.*13
Christus quomodo derelictus à Patre, & cur.
Circumstantiæ siue bonæ, siue malæ qualificant opus nostrum bonum. 214.*n.*4
Clamor qui ascendit ad cœlum, idem est ac peccatum. 329
Clamoris Sodomorum, cum clamore Hierosolymorum comparatio. 330
Cœlum quod est sedes Dei est stabile, nec mouetur vt cæteri inferiores. 33 *n.*18
Cœlum & terra primæ partes mundi, ipsum denominant. 58 *n.*2
Cœlum serenũ, quid significet. 65.*n.*21 (*n.*5
Cognitio Dei quanta est, tantũ & gaudiũ. 133
Cognitio generat petitionem; petitio, repletionem. 134 *n.*14
Cognoscere personam in iudicio, non est bonum. 204 *n* 4
Columba descensio in Baptismate Christi, ipsius auctoritatem ostendit. 28.*n.*4
Columnæ quæ erant in atrio Tabernaculi, quomodo essent, & quid significẽt. 279.*n.*7
Comparatio lationis legis nouæ, & veteris. 27 *n.*2
Comparatio dominij Dei, & diuitiarũ. 346
Comparatio diuitiarum cum cane apprehẽso auribus. 348
Comparatio Christi, cum Moyse. 352
Comparatio vitæ, & mortis Moysis cum vita, & morte Christi. 353
Conculcatur ille qui vltionem quærit de inimicis suis. 195 *n* 8
Concupiscentiam propriam sequens, mortem incurrit probatur exẽplo 272.*n.*7 (*n.*16
Concupiscentia propria non est sequenda. 93.
Concupiscentia deordinat hominem à Deo, & à creatura 56.*n.*21
Concupiscentis singulis nõ facile resistimus, sed melius eradicamus. 321
Concupiscentia sola, reum facit hominem æterni supplicij. 162.*n.*21
Conditionis mercedis, & honoris operum nostrorũ, quando ab hominib. sunt, quæ sint. 224.*n.*22.
Conditiones mercedis operum quæ datur à Deo, quales. ibidem. 22.23 (198.*n.*13
Confunditur ille, cuius desiderium frustratur.
Confusionis æternæ vitandæ, vnica est via. 190.*n.*13 (*quæ & quales.* 267.*n.*3
Contentiones inter populũ Israel, & Deum,
Contentiosi reprehenduntur. 272.*n.*12
Conuersatio bonorum suadetur. 64.*n.*14
Coquere hœdum in lacte matris suæ, quid significet. 291.*n* 16
Cor humanum est sciptura. 75.*n.*10
Cor hominis esse alicubi, est amare amore vehementi. 313.*n.*2

Cor hominũ, quam imperscrutabile 217.*n*.9
Cor amantis vnit amata. 317.*n*.5
Corde nil pretiosius. 35.*n*.22
Corporis perfectio duplex in terna, & externa, & quomodo vocentur. 313.314
Corporis vnumquodque membrum, & proprie, & mystice quomodo officium suum exerceat. 55.*n*.16 (145.*n*.3
Creare, & creare pendet ex eadem virtute.
Creatæ rei vniuersalis valor inde dignoscitur, quanto tempore magis durat 326.*n*.6
Creatio omnis, cur cõparetur Columbæ emissæ ex Arca, non autem Coruo. 9 *n* 15
Creaturæ omnes bonæ sunt, inquantum referuntur ad Creatorem suum, quo ordine sublato malæ sunt. 317
Creatorum corporaliũ nulla ingreditur realiter corpus hominis nisi aer & cib. cetera per species & phantasmata 318.*n*.6. & 316
Creaturæ omnes factæ sunt ad seruitutem hominis, non ad conciliandam amicitiam. 318 *n*.6.
Crux Christi quomodo annuntiauerit iustiam, & misericordiam Dei. 242.243.
Culpæ debetur pœna. 122.*n* 4
Culpa est causa debiti, pœna est ipsummet debitum. 286.*n*.25
Culpabilis sollicitudo in necessariis illa est quæ est argumentũ modicæ fidei. 338.*n*.10
Culturæ vineæ sunt bona opera. 244.*n*.16
Cultus Dei necessarius homini. 253.*n*.7

D.

Debitũ populi Israel, & Ecclesiæ ad laudum Deũ, quantũ, & quale 240.*n*.6
Decimæ, & primitiæ erant debitæ, quas in templo comedi permittebat. 278.*n*.4
Delectatio in creaturis potest quari, & quomodo. 59.*n*.7.8
Delectatio mentis, quam maior delectatione corporis. 308.*n*.5
Delectatio modica, compensatur aliquando cruciatu maximo exemplum. 170.*n* 13
Dæmones in porcos ingressi, quare eos in mare demersunt ratio moralis. 63.*n*.16
ante ingressum Christi in Desertum quæ præcesserunt, & cur. 44.*n* 5
Desiderium boni omnibus est dátum. 323
Desideria hominis sicut à vita procedunt, ita ad vitam tendunt. 266 *n*.15
Detractores quarunt in proximo quid condemnent, aut verum, & falsum. 63 *n*.17
Deus quare legem dedit populo, & quæ fecerit illi, & nobis. 17 *n* 14
Deus prius dat, postea exigit, econtra diabolus exempla vtriusque. 225 *n* 25
Deus solus potest dimittere peccata, at nullus homo hoc præstare valet. 287.*n* 25
Deus misericors, totius consolationis non est Deus, & quomodo hoc verũ sit. 289.*n*.7
Deo honorem desideramus, non naturam, & quare. 291.*n* 10
Deus qua ratione est magnus, honorem postulat. 291.*n*.11
Deus vt Creator omnium est Rex, quadam tamen peculiari modo regit. 291.*n* 11
Deus eadem Verbi sui virtute, qua creauit omnia, sanati sunt infirmi in anima, & corpore. 296.*n* 2
Deus vt cognoscatur, sub diuersis nominibus in sacris scripturis proponitur. 313
Deus iubebat exiri de castris, cum essent obeunda requisita naturæ, & Allegoria datur. 318
Deus est lux, & luci aduersantur tenebræ. 333.
Deo sicut optima offerenda sunt, sic & eius ministris. 341
Deus, & diuitiæ, quam longe distent. 346.
Deus daturus legem, cur voluit populum sanctificari. 11.*n* 12
Deo consecratus, capillos capitis sui solum offerebat. 236.*n*.17
Deus quare vocet regnum suum, regnum sacerdotale. 238.*n*.2
Deus quare, & quomodo dicatur occidere Prophetas. 240.*n*.8
Deus gloriatur ab hominibus vocari Pater. 207.*num*.13
Deum de relinquentes, derelinquuntur. 275.*n*.20
Deus contra iniquitatem non pugnat amplius iustitia, & iudicio, sed misericordia, & beneficio. 206.*n*.7
Deus permittit fieri mala, vt ex illis bonum formet. 192.*n*.1
Deus promittit diligentibus inimicum, ipsos facere filios. 196.*n*.11
Deus cum sit Dominus vniuersorum, potest quæcunque vult præcipere. 203 *n*.1
Deus non tenetur reddere rationem præcepti sui. 203.*n* 3

Deus

Deus tamen ad infirmitatẽ nostram saluandam quandoq; reddit rationem præcepti. 203.*n*.3

Deus per Moysen, præceptum de dilectione proximi dedit, Scribæ & Pharisæi aliud de odio inimicorum, 207.*n*.13

Deus quando eduxit Abraham de Vr Chaldeorum, non significauit illi quo duceret, & quare. 212 *n*.1

Dei gloria est quod celet consilia sua, 221. *n*. 15.

Deus quærit gloriam à nobis, non quasi indigens gloria, sed quia est honorare Deum, cum sit vltimus finis hominis. 234 *n*.13

Deus licet sit infinitè bonus ad dona sua largienda, occasiones tamen quasdam ab hominibus sumptus exspectat. 237 *n*.1

Deus omnia per seipsum operatus est. 237.*n*.2

Deus ex omnibus gentibus, assumpsit sibi populum vnum, qui sibi esset vinea, & fuit populus Hebræorum. 238. *n*.2

Deus quanti faciat fructus vineæ. 240.*n*.6

Deus homini ab initio tribuit, & naturam, & bonam virtutem operandi. 251. *n*. 4

Deus à nobis non exigit plusquam possumus, 252 *n*.5

Deus vocat nos multis modis. 255 *n*.10

Deus trahit bonum ex malis. 258 *n*.1

Deus in monte, ad quem prohibitus erat accessus, primo apparuit cum tremore Patribus legis veteris, postea in sanctuario habitabat inter illos. 278.278 *n*.7

Deus est pelagus & fons omnium bonorum 297.*n* 9

Deus inter reliqua bona quæ hominibus confert, hoc vnum est. quod sint grati; & explicatur quomodo possint Deo retribuere, cum nullius egeat. 297 *n* 9

Deus est qui dat panem, vndecunq; proueniat. 283 *n*.22

Deus destinauit dare panem pauperibus, mediis, diuitibus, 134.*n*.22

Deus parat nobis mensam ex rebus viuentibus, & explicatur, 286 *n* 23

Deus parat nobis mensam ex rebus viuentibus, & explicatur, 286.*n*.23

Deus in vocatione nostra obseruat, & expectat dispositionem nostram. 253 *n*.8

Deo accedere, est recedere à creaturis. 10. *n*.16.

Dei, & populi Hebraici contentio continua, ex qua nunc flagella, nunc præmia sequebantur. 267.*n*.1.2.3

Deus qui fecit homines rationales, prouidit quibus sustentarentur. 10.*n*.18

Deus herbas, & fructus herbarum hominibus præparauit in statu innocentiæ, ne essent solliciti in cibis sibi parandis. 10.*n*.18.

Deus post diluuium concessit vesci carnibus absq; sanguine, 11.*n*.19

Deus Moysi cibos multos interdixit. *ibid.*

Deus, & non diabolus est sequendus, & cur, 24.*n* 20.21 22.23

Deus priscis temporibus potius minis, quam promissionibus vtebatur, post promulgatum Euangelium obtemperantibus cœlum spondet. 28 *n*.3

Deus est obiectum beatificans, visio Dei est motus, 30 *n*.7

Deus est ipsum bonum beatificans, habens omnes beatificantes conditiones. 38.*n*.22

Deus solus infinitus est & immensus, 36.*n*. 25

Deus hominem nõ portat in Paradisum, sed illum deducit per vias rectas. 43.*n*.9

Deus adeo sitit iustitiam, vt quouis tempore velit à nobis fructus iustitiæ, 55.*n*.18

Deo non solum debemus, sed etiam hominibus, 56.*n* 18

Deus componit æqualiter, & temperat inæqualiter, 57.*n*.1

Deus glorificatur per bona opera seruorũ suorum, & quomodo, 64..*n*.18.19 20

Deus glorificatur, quando per bona opera plures etiam glorificant Deum. 65.*n*.21

Deus impiis propter pios parcit, vt Cam saluatus est propter Noe, 73.*n*.5

Deus, cur legem naturalem Moysi dedit tabulis lapideis. iudicia verò & ceremonias velamine, nec illud locauit in Arca vt tabulæ, sed extra ad latus eius, & quare. 73.*n*.7

Deus iussit legem Moysis ceremoniarum, lapide inscribi, sed quomodo & quali differentia lapidum, & mysterium, 73.*n*.7

Deus creauit omnia in perfectione, 92 *n*.3

Deus iussit sibi offerri sacrificia super Altare lapideum, & quare, 104.*n*.9

Deus pacis, erit merces iis qui reconciliantur fratribus, 106.*n* 12.

Deus creaturis irrationabilibus dedit nō solum formas, verum etiā inclinationem naturalem, 93.n.5.
Deus quàm parum exigat à nobis. 236.n.17
Deus vult postponi oblationem sacrificij, reconciliationi proximi. 98.n.22
Deus respiciebat ad munera oblata in altari lapideo, & datur ratio, 107.n.15
Deo seruire, & diabolo impossibile. 337.
Deo sufficit nostra voluntas, cum aliud præstare non possumus, 136
Deus vult omnia esse perfectissima, & hominem præcipuè, & quomodo. 93.n.4.5.6
Deus incepta dat perfectionem. 137.n.12
Deus prouidit alimenta, priusquam crearet animantia. 136.n.9
Deus ad vsum hominis non solum creauit necessaria, verùm etiam illi ea ostendit, 136 *num* 9.
Deus populo pepercit quando murmurauit. fame, & siti compulsus, puniuit verò quando alimonia spreta cœlesti petiit carnes, 142.23
Deus seipsum dat pro præmio illi qui proximum diligit, 160.12
Deus occasione peccati illustriorem in homine ostendit bonitatem suam 146
Deus cur solum saluauerit hominem, 184. *num* 4.5.
Deus regens populum, quomodo se habebat in manendo, 146.n.6
Deus factus homo non portatur, sed portat peccata, & fatigatur, ibid.
Deus peccatis nostris vtitur ad salutem nostram, 171.n.15
Deus voluit omnes homines ex vno procedere, vt scirent vna victuros. 173.n.1
Deus & in bonis, & in malis, semper nostrā salutem intendit, 175.n.5
Deus ex Paradiso expulit Adam, ne aliorum scelerum illi esset occasio. 175.n.5
Deus dedit populo coturnices, ne deficerent in fide, 176.n.5
Deus in principio condens in mundum, non omnia fecit ex nihilo. 192.n.1
Diabolus in suis tentationibus quid intendat cum hominibus, 17.n.24
Diabolus magnus in offerendo, sed non dat. 13 *num.* 24
Diabolus cur in tentationib. Christi, diuersimodè se habuerit, 13.10
Diabolus quomodo tentauit Christū de gloria mundana, 21.n.12
Diabolus si modicum cauda in cor hominis immiserit, se totum intus recipit. 21.n.13
Diabolus si nō habet sociā carnem nostram, aptus est magis fugæ, quàm pugnæ, 24 *num* 19
Diabolus quare derelictus à Christo, & quomodo. 113.n.7
Diabolus quod non potuit medio Balaam, effecit mollitie mulierum. 163.n.24
Diabolus mendax, & pater mēdacij. 184.n.8
Diabolus cur dicatur inimicus, cum sit spiritus, & non homo. 55.10
Diaboli promissiones nil habere possunt veritatis 14.n.14
Differentia inter visionem spirit. & corpor. & possessionem vtriusq; 37.n.27
Differentia inter virtutem, & gloriam, 219.*num.*12.
Differentia quæ fuerit in his lege data populo per Deum, & Moysen, 84.n.4
Differentia iustorum, & impiorum in mansionibus æternis, 85.n.8
Difficile inimicum diligere ex viribus naturæ corruptæ, sed ex gratia Dei facile, 196.*num.*11
Difficultas iuuandi ostendit feruentiorem affectum erga Deum, 299
Difficultas in bono operando tota est ex carnis corruptione, 321. (321
Difficultas vbi maior, ibi & facilitas maior,
Dilectio facit amantem seruum. 335
Dilectio inimicorum, quantum bonum afferat, 198.n.15.16
Dilectio inimicorum excedit naturam, illiusq; repugnat, 203.n.2
Diligendus inimicus quatenus opus Dei est, & imago, 194.n.6.
Diligendus inimicus corde, ore, & opere, 195.n.9
Diligentes inimicum, quomodo cognoscuntur verè filij Dei, 200.19
Diligentes naturam magis, quam legē Dei, deseruntur in maiori necessitate. 179.n.15
Diligentes legem Dei non deseruntur, sed protegūntur, 198.n.15.16
Diligens verè, quærit quē diligit, 322.n.10
Diligentia adhibenda in rebus magni ponderis,

deris, ne malè fiant. 276
Diligere inimicũ est possibile, & blasphemia in Deum contrarium asserere, 196 n.11
Discipulus verus Christi non est, qui in eius sermone non manet, 273.n.16
Discordiarum seminatores, quàm detestabiles, 175 176. n.4.
Distinctio animalium in lege, quæ ad cibum, quæ non, quid significent. 267.n 18
Diues, quàm difficilè poterit habere regnum Dei 188.n.10.11.12
Diuitiarum seruitus quàm incongrua, & molesta. 347
Diues crudelis in pauperes, orat contra seipsum, quando orat, 286.n.22
Diuitiarum & Dei comparatio. 346
Diuitiæ facile deflectunt animum ad amorem sui, 43 n.10
Diuitiis quomodo exhibeatur cultus diuinus, 346
Diuitiis deseruiens, ipsas sibi summum finẽ constituit. 338
Diuitiæ mundum infernum commutare, 258 n 16.
Diuitiæ temporales, cum acquiruntur, multum laboratur & sæpè in cassum. 101 n 1
Diuitiarum fallacia, & vanitas 349 35.2
Diuitiæ fugiunt ab iis, qui eas adorant, & eos qui illas spernunt, sequuntur, 341
Diuitiæ si plurimæ, plurimæ etiã anxietates, & cũ augmento tormentũ est, 108 n.20
Diuitiæ à Christo spinis comparantur, ad eradicandum amorem illarum. 344
Diuites & pauperes sibi inuicem subsidio sunt. 58.n.3
Diuitiarum amor quàm acerrimè hominibus dissuadendus, & ratio, 347
Diuitiæ quæ dicantur manere, & quæ perdantur, 327
Diuitiarũ natura, seruituti, quæ Deo debetur, est contraria, & eã excludit 346
Diuitiarum effectum similitudine canis explicatur, 348.
Diuitiarum cupiditas omnibus naturalis, & quantum præualeat gratia, rationibus ostenditur. 323.n.2

E.

Ecclesiæ Romanæ quanta sit auctoritas & firmitas, 53,n.13.14
Ecclesia habet & reueretur volumẽ Moysis, non vt obligans, sed vt typus & vmbra veritatis, 74 n 9
Ecclesiam sponsam quomodo Christus sibi præparauit, & mundauit Cruce, Passione & morte. 179 n 11. & 12
In Ecclesia licet multa opera, bona & mala intentione fiant, tamen aliis sunt vtilia, 215.n.6.
Ecclesia Christi, habet etiam ipsa thesauros, vti templum Hierosolymorum, sed pretiosiores 330.n.12
Eleemosynam dans per Christum, Deo dat, tribuens propter gloriam hominum, non Deo, sed hominibus largitur, 233 n 12
Eleemosyna vere datur iusto, quando datur propter gloriam Dei, 234 n.12
Enoch raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius ex rectitudine. 77.n.4
Ephi est mensura trium modiorum, 102 n.2
Ephod, ruina domus Gedeonis, quid significet. 12 num.22
Errans qui se errare, vel nouit, vel dubitat, spem lucis, & veritatis habet, & qui errorem laudat, vt opus virtutis, huius error est desperatus. 323.ibid n.1
Error circa diuitias pessimus est, 323. n 1
Esse non habens nihil est 265.n.14
Esther & Iudith ieiunio de inimicis suis victoriam reportauerunt. 20.n.9
Euangelium, lex noua, in perpetuum duraturum, ideò non scripto, sed voce promulgatum, & quomodo. 75.n 10
Euangeliũ Christi sanguine dedicatũ, vetus Testamentũ sanguine brutorum. 75.n.10
Euangeliũ promissum à Deo per Prophetas, & vocatur æternum, 83.n.2
Euangelij lex est ad salutem animæ, & actus inter vos vetat, & externos. 160 n 14
Euangelium non permittit repudium, quia neq; vllam imperfectionem, 176.n 6
Euangelium excedit legem veterem in dilectione inimicorum, 206.n.10
Excusatio friuola eorum qui dicunt se non iurare animo iurandi, 178.n.10
Excellentior modus, quo Christus fuit nobiscum, quam cum populo Hebræo 147. num.7.
Exitus Israel de Ægypto, fuit figura reuersionis Christi ex Ægypto, 239.n 3

Expiatio

Expiatio die decimo mensis septimi, Passionis Christi figura fuit. 297
Explicatio visionis Ezechielis optime moralizata 186.n.7
Explicatio Rotæ, & animalium Ezechielis, & ossium eiusdem 19.n 6.7
Vide *in fine Indicis, & inuenies Exhortationes, & Exempla.*

F.

FAcere opera nostra coram hominibus, est quærere gloriam ab eis. 227.n.2
Facere in abscondito, est gloriam quærere à Deo, 228.n.2
Facere opera in abscondito non propter Deū, sed ad alium finem, Deus non acceptat. 228.n.2
Facere opera in manifesto propter Deum tantum est, illi acceptum. ibid.
Facere quod quisque debet, & à lege, & à natura docetur. 250 n.2
Facilitas errandi in opere maximi ponderis, cautos nos reddere debet. 276.n.1
Farina hordeacea sine oleo, & thure in sacrificiis, quid significet, 229 n.4
Farao quàm stulte iter per mare aggressus sit. 160 n.15
Fœlicitas magna, coniuges inuicem bene cōsentire, 190.n.14
Ficus quas vidit Ieremias quid significent, & ad quid ipsi ostensa. 267.n.19
Ficus bonæ ex nouo ligno produci debent, 3.n.6
Fidelitas, & lenitas Christi, qualis. 352
Fidem verbis Christi adhibendam ratione singulari probatur. 331
Fides sicuti est principium meriti, ita visio est initium præmij, 37
Fiduciam accedendi ad Deum habere debemus quia Pater. 278.n 5
Fieri voluntas Dei, quid sit, 291. n. 15
Figura ieiunii ex scripturis. 303
Figura Samsonis explicatur. 59. n.18
Filius Dei solus est magnus & quare. 87. num. 11.
Filius Dei quare potius missus est, quam alia persona. 238.n.11
Filij charitas in Incarnatione apparet, & rationes dantur, 241 n.11
Filius Abrahæ & Christi est, qui ipsorum virtutes imitantur. 271.272
Filiationem diuinam manifestè consequuntur inimicos diligentes, 200 n.19. & 20
Filij Dei vocantur virtutes, & opera bona. 221 n 14
Finis operum nostrorum, quibus nominibus à Christo nominetur. 228.n.2
Finis legis est coniungere homines Deo. 9.num.15
Finis actionum nostrarum præ oculis semper habendus, 168 n.8
Finis operis nostri est vt diligatur Deus propter se ipsum, 335
Fines duo primarij actionis vnius, esse non possunt. 337
Finem primum, alium sibi constituens præter Deum, Deummet de suo Principatu deturbare vult. 337
Firmitas ex veritate procedit, 89.n.16
Flagella, quibus Deus coercet inimicos ad duo nobis conferunt, ad liberationem, & ad instructionem, 257 n 14 & 15
Fletus non adstat Deo, 133 n 5
Fractio tabularum, in quibus data fuit primò lex, & custodia secundarum, quid significet, 84.n.6
Fructus regni cœlorum, qui sint, 42. num.6.7.8
Fructus proprius vineæ, est honor Dei. 237.n.2
Fructus sapientiæ, est veritatis cognitio, libertas & vita, 260.n.4
Fructus legis est in æternum firmare, quæ custodit. 79.n.18.19 20.21
Fructum suæ vineæ qui est honor Dei, quantifaciat ipse Deus. 240.3
Fructus vineæ est omne opus bonum, 246. num.20.
Fructus, quem capiunt illi qui ordinatæ sapientiæ Dei resistunt, 260.n.3
Fructus eorum qui in sermone Dei permanent, 260.n.4
Fructus eorum qui in Dei sermone manent, quot sint, & qui, 261 n.7
Fructus obseruantiæ sermonis Dei, est vita, & qualis vita, 265.n.14
Fruendum nostris, & non alienis; nam non nostra eripientur, 139 n.16

Furtum quam seuere à Deo puniatur, 170.*num.*13.

G.

GAbaonitas seruos reddere, & non interficere, signat quid cum carne nostra facere debeamus. 114.*n.*11
Gentes quæ Deum ignorant, expertes sunt salutis, 148.*n.*9
Gentiles quoque spectabant Messiam. 352.
Gloria mundana, quam mercedem reportet. 300.*n.*7
Gloria operum nostrorum soli Deo danda. 304.*num.*3
Gloriam vanam in operibus sectantes, turpitudinem inueniunt, 235.*n.*16.17
Gloriari nemo debet, nisi de bonis propriis. 229.*n.*5
Gloria simulata, hypocrisis origo. 220. *num.*12
Gloriam reputat Deus, vocari Pater à nobis. 207.*n*13
Gloria Dei est ad Deum, vt Deus, Imperij, ad Deum pertinet vt Dominator. 282. *num.*12
Gloriam Dei vsurpare, let hale est, 342. 343
Gloriam Deo dare tenemur in omnibus nostris, 234.*num.*13
Gloria qua Deus suos charos honorat, vera & solida, 223. *ibid n.*20.21
Gloria Domini quomodo debeat esse supra nos, 293 *n.*13
Gloriari de bonis aliorum, quàm magna stultitia. 229
Glorians de operibus suis, à se ipso mercedem recipit, 233.*n.*12
Gomor est decima pars Ephi. 102.*n* 2
Gomor Ephi, quomodo sit figura legum veteris & nouæ, 102.*n.*2
Gratia Dei quàm peroptanda. 92.*n.*12
Gratia inimici diligendi meretur filiationem Dei. 179.*n.*16
Gratia, & pax necessaria hominibus, prima vt sint à Deo dilecti, secunda, vt ab hominibus. 92 *n* 1
Gratiam deserentes, & opera, & casum satanæ imitantur, 19.*n* 10
Gratias agere, est Deum sanctificare, 282.*n.* 10
Gratia magna habere debitores, quibus debita dimittere possimus, 287.*n* 27
Gula legem fregit, 11.*n.*11

H.

HÆreditatem volens, vult grauamen. 103.*n.*3.
Homo malus, correctione fit peior. 191. *num.*17.
Hominis natura adeo labilis est in amore creaturæ, vt semper in peius prolabatur eam amando, non solum necessaria quærendo, sed etiam superflua. 11.*n.*20
Homines à Deo exire, & illos à Deum reuerti opus est. 9.*n.*15
Homo cum sit animal rationale, facile ad consuetudinem illorum inclinatur, quibuscum vitam agit. 62.*n.*14
Homini recedendum est ab iis qui illum ad malum trahunt, & adhærendum iis qui in bono adiumento sunt, vt ex bono melior fiat. 62 *n.*14
Homo si perseueraſſet in rectitudine, in qua posuerat illum Deus non periisset, 73. *num.*3.
Hominis rectitudinem vbi inuenit Deus, ibi eam conseruauit, 73.*n.*3
Homines naturaliter sibi ipsi sunt lex etiam in inferno, quoniam conscientia hominis semper manet, arguens illorum impietatem. 73.*num.*6
Hominib magna & pretiosa donauit Christus illos consortes faciens diuinæ naturæ. 87.*n.*11.
Hominibus sunt necessaria gratia & pax, & quomodo. 92.*n.*1
Hominis operatio non est tantum vna, sed multiplex 93.*n.*6
Hominibus qui non solùm naturaliter agũt, verum etiam liberè, Deus dedit sapientiam, qua possent reprobare malum, & eligere bonum per legem suam. 93.*n.*7
Homo est mundus nobilior, mundo materiali, & ratio. 93.*n.*7
Homo est res tam magna, vt à Deo solo fieri possit, 134.*n.*6
Hominem in natura præfecit cunctis Deus, in esca illis simile, & quæ sit ratio 135 *n.*7

Homo per naturalia perfici non potest, cum enim sit ad imaginem Dei factus, habet etiam propensionem ad Deum. 136.*n.*10
Homini non licet amputare membra sua, 160.*num* 16
Homines nec ad dexteram, nec ad sinistram debent ambulare, sed manere in medio, 165.*nu.* 3
Homines pessimi, qui seminant discordias, 175.*n.*4
Homo diuitias amans, & seruiens, Deum priuat sua dominatione, 337
Homo quamuis mendax, factus est verax, & quomodo, 185.*n* 5
Homo recedens à Deo, alium primarium finem sibi constituit, 185
Homo per opera iustitiæ suum finem assequitur, 231.*n* 7
Homo piger non operatur bonum, 231.*num* 8 9
Homo est pulcher, quia similis Deo, qui pulcher est. 235.*n.*15
Homo peccans retorquet gloriam suam, in Deum gloriantem illum. 235 *n* 15
Homo est vitis Dei præcipua, & ideo dicitur vinea singularis, 235.*n.*10
Homo prælatus à Deo toti mundo, tamquam præstantior pars, 314
Homo assuetus iurationi malus. 178.*n.*9
Homo assuetus iurationi, non excusatur à peccato, 178 *n.*10
Homo recusans diligere inimicum, sapiens esse non potest, 209.17
Homo qui opera bona facit mala intentione, aliud laborat, 216.*n* 6
Homo se glorians de operibus suis, à se ipso mercedem recipit. 233.*n* 12
Homo inter cæteras creaturas, Deo est gloria maxima, 234 *n.*13
Hominum arbitrium potest soluere legem, & adimplere, 79.*n.*19
Homicida ex proposito necabatur, 96.*n.*14
Honor exhibitus homini diuitiis seruienti, cuius miseria sit. 336
Honor & bona existimatio, hominem tuetur in virtute, 219.*n* 12
Honor & merces operum virtutis, 221. *num.*16
Honor aliundè, quam ex virtute, non gloria est. sed vmbra gloriæ, 222.*n.*17
Honorare Deum, est illum manifestare, 241 *num* 9.
Hostia secundũ Aaron defecit tunc quando sacrificium Melchisedech factũ fuit. 355
Humana infirmitas titubat quando magna promittuntur, 141.9
Humilitas magnum hominem reddit, 81. 82 *n* 22 23
Hypocrita etiam delectatur in arumna, & labore corporis sui. 308.*n.*5

I.

IAcob *in suo itinere fuit figura hominis Christiani,* 40.*n.*1.2.3
Iacob iuste prosecutus est ius suum in obtinenda benedictione paterna, tum quia erat à Deo agebatur, tum quia reuelatũ fuerat matri, maiori seruiturum minori, 155.*num.*6.
Iacob mansuetudo qualis, & à nobis imitanda, 319
Iacob lenis, aliquando asperitatem induit, quia lenitatem sequitur fortitudo. ibid.
Iactantia sui ipsius improbatur, ipsius q; mali effectus tanguntur, 274.*n.*17
Idola ex auro vel argento prohibuit Deus non tantum propter idololatriam, sed vtiam ad prohibendum illi populo auaritiam, 124.*n.*8
Iehoa nomen Hebræum quatuor litterarũ, proprium nomen Dei, 210.*n.*5
Ieiunandum esse probatur rationibus. 308. *ibidem.*
Ieiunij Quadragesimalis tempore Ecclesia iter vitæ nostræ ostendit, & quid operandum? 2.*n.*2
Ieiunij eodem tempore, lex Dei populo proponitur, 17.*n.*2
Ieiunium proponitur ad significandum quid fecerit Christus toto tempore sui ieiunij, & fuit pugna cũ diabolo, & victoria, 2.*n* 2
Ieiunauit Moyses quadraginta diebus ad suscipiendã legem Dei, ieiunauit Christus similiter laturus Euangelium, Christianus quoq; ieiunare debet tẽpore quadragesimæ ad se præparandum pro legis diuinæ obseruatione 17.*n.*2
Ieiunio vincitur dæmon. 20.*n* 10
Ieiunium quare institutum, quatuor afferuntur rationes. 298.*n.*5
Ieiuniũ fidelissimus comes orationis, 20.*n.*10

Ieiunium

Ieiunium est optima dieta & medicina ad euacuandos humores peccantes animæ. 19.n 8
Ieiunantis intentio qualis esse debeat. 300. n.6.
Ieiunium, eleemosyna, afflictiones, lacrymæ sunt comites orationis. 140.n. 18
Ieiunans propter homines, quam mercedem expectare potest 300 n 7.8
Ieiunii præceptum, licet ante legem non inueniatur Leuit.16. probabile tamen illud etiam priscis temporibus obseruatum, & esse præceptum à Deo. 298.n.5
Ieiunans propter Deum, vincit mundum, diabolum, & Deum. 302 303.n.9
Ieiunium quadragesimale cur ordinetur ante Paschа. 297.298 n.4
Ieiunii origo & principium. 297.n.4 298. num 5
Ieiunium quam res laudabilis ex communi hominum consensu. 306 n 2
Ieiunantium merces varia, secundum varietatem finis. 301.n.7
Ieiunium confert ad remissionem peccatorum impetrandam, & ad alia. 301 n.4 298.n 5
Ieiunantis intentio qualis esse debeat. 300. num.6
Ieiunans habet vitam in ore, & manducans mortem. 304 n.10
Ieiunare in scripturis idem est quod affligere animas suas 297.n.4
Ieiunium à Deo compensatur delectatione mentis. 299.n 5.308.n 5
Ieiunii difficultas feruentiorem affectum animi erga Deum ostendit. 299.n.5
Ieiunandum cum lætitia. 300 n.6
Ieiunii præceptum etiam priscis temporibus probabile est à Deo manasse. 298. n.5
Ieiunium corporale mentem eleuat. 299.n 5
Ieiunium quatenus opus virtutis, est dignè mercede. 300.n.7.310.n.7
Ieiunium quantam vim habeat aduersus pericula. exempla. 302.n 9
Ieiunii merces cœlum est. 302.n 9
Ieiunium cur obseruandum. 5.6.n. 5.6.7
Ieiunium est opus iustitiæ. 297 n 3
Ieiunium esse antiquissimum, & necessarium, quatuor rationibus probatur. 298. *vsque ad* 299
Ieiunii effectus. 19.20.n 9 10.11.303.n.9. 305. n.10
Ieiunium quam sit gloriosum ostenditur scripturarum exemplis. 306.n.2
Ieiunii figura est caro, similа, & vinum, & quomodo. 307.n.3
Ignorantia comitatur voluntatem peccantem & affectum inordinatum. 263.n.10
Immolatio vaccæ, & combustio illius aperta, Passionem Christi significat. 365
Immunditia quæ aspersione cineris, & aquæ purgabatur, contrahebatur ex tactu cadaueris humani, & durabat diebus septem, quid significet. 366
Incarnatio Filii manifesta charitatem Patris, & Filii. 242.n 11
Incarnatio si à Patre facta fuisset, non ita manifestaretur charitas Filii. ibid.
Infidelitas Iudæorum, causa fuit salutis gentium. 171.n.15
Inimicus est proximus, sed non è conuerso. 193.n.5
Inimicum occidentem ex insidiis, vetus lex iubebat tradi in manus cognatorum occisi, vt de illo sumerent decretam pœnam. 204.n.6
Inimicorum dilectio, quantam perfectionem secum afferat. 192. n.1
Inimicos diligere iubet Christus, vt ipse primogenitus habeat multos fratres. 207. n 13
Inimicus dicitur, qualiter persequitur & odit. 194.n.5
Inimici nomine quid intelligatur. 193.n.4
Inimicum diligentibus, quantæ merces. 198.n.13
Inimicum diligens dicitur esse & stare in sinu Patris. 208.n.15
Inimicus diligendus, quatenus opus Dei, & imago. 166. n 6
Inimicus cur diligendus ratione probatur. 203. n 2
Inimicus hominis triplex. 155.n.3.4
Inimico non est credendum explicatur 248 n.13
Inimicorum conuersatio qualis esse debeat. 154.n.1 *vsque ad* 7
Inimicum diligens, quomodo plus amet proximum, quam se ipsum. 206.n 10
Inimici duplici ratione oderunt homines; primo, quia

me, quia sunt iniqui; secundo, quia iniquitatem contra illos acuunt. 204. n.6
Iniquitas de sui natura molestia est. ibidem.
Iniurias non posse vlcisci priuata authoritate, quacumque lege sancitum est. 189. n.12
Inobedientiam superiorum quam rigorose Deus puniat exemplum. 170. n.13
Insipiens, se sapientem putans, infœlicissimus. 323
Intellectum nihil non cadere potest. 192. num.1
Intentione secundaria, qua est occasio & causa sine qua non, poterat occidi homo, occidens proximum, etiam zelo vindictæ. 204. n.6
Intentio ista secundaria & minus principalis non admittitur in lucro ex mutuo, ex vi mutui. 205. n.7
Intentionis oculus debet dirigi in Deum. à pag. 331. vsque 880 336
Intentio obliqua in opere, quantorum malorum sit causa. 220. n.13
Intentio vocatur oculus, quia quæ spectamus attente intendimus, vnde spectare idem est quod videre. 332
Intentiones apud Philosophos dicuntur species illæ, quibus tenditur in obiectum. ibidem.
Intentio duplex est, recta qua dicitur simplex, & obliqua, qua dicitur nequam. 332 n.3
Intentio recta in opere est, qua principaliter gloriam Dei inquirimus, & hæc sola est necessaria. 216 n.7
Intentio secundaria lucri admittitur in cultu diuino, non autem in mutuo, & redditur ratio. 205 n.7
Intentio bona in operibus bonis si non adsit, bona esse non possunt. 214. n.4
Intentio sincera in seruiendo quantum valeat. 223. n.20
Intentionis malæ effectus, quales. 332
Intentionis bonæ effectus est placare Deũ. 333
Intentioni rectæ, cur nomen bonitatis attribuatur. 333
Intentio minus principalis in mutuo cur non excuset ex vi mutui à peccato, in cultu vero Dei excuset à simonia, qua, & qualis. 205 n.7
Inuectio cõtra eos, qui diuitias quærunt. 108. n.20
Inuectio contra eos, qui loco boni fructus, Deo offensas rependunt. 253 n.6
Inuectio contra eos qui vocationi beneficiorum ingrati non respondent 255 n.10
Inuectio contra eos, qui eorum malitia seputant ordinationem sapientiæ Dei pertertere. 259 n.3
Inuectio contra auaros. 327
Inuectio contra eos, qui in diuitiis & confidunt, & seruiunt. 340
Ioseph quas virtutes habuerit, cur dilectus à Deo inter cæteros. 356
Iosue sistens solem, & Angelus in Piscina mouens aquam Christum figurant 110. n.1
Iosue Hebraice, Latine Iesus. 270 n.3
Iosue filius Nun, fuit figura Saluatoris nostri Iesu. 270
Ira secundum zelum iustitiæ, bona & quando iuste, mala. 96. n.15
Ira tollitur reconciliatione. 96. n.14 15. 16. 17
Ira non potest esse primum peccatum in homine, & quomodo. 97 n.17
Ira est ignis cõburens, atq; cõsumens 157. n.8
Iracundus variis peccatorum generibus se implicat. 97. n.17
Irasci, & punire, alienũ à natura Dei. 322
Isaac quare dicatur vnigenitus Abrahæ filius, reliqui vero concubinarum. 61. n.12
Ismael quare electus ab Abraham, & eius mysterium. 62. n.13
Iter populi Israelitici per desertum, figura vitæ nostræ. 1 n.1
Iudæi propter incredulitatem, amiserunt libertatem. 270. n.5
Iudæi tempore Christi seruiebant Romanis. 264. n.12
Iudæi sugillant Abraham quod habuerit filios ex fornicatione. 271 n.10
Iudicantes secundum exteriorem apparentiam falso iudicant. 198. n.13.14
Iudicibus cur præcipiebatur, vt iudicarent in portu ciuitatis. 230. 3
Iudicium quod fiebat in portu ciuitatis, est iudicii nostri figura fiendi in exitu vitæ nostræ. 158. n.11
Iuramentum cur prohibeatur à Christo in Euangelio. 179 n.11. vsq; ad 15
Iuramentum cur prohibitum statim post datam legis Dei notitiam. 184 n.4
Iuramentũ adhibetur, quia charitas defecit. 374. n.3

Iuramentum rei magni ponderis, non leuiter emittendum. 178.9
Iuramentum ex duobus est, ex infidelitate, & infirmitate humana. 184.n.3
Iuramenti origo & causa. 175.n 3
Iurare in vanum prohibetur. 19.n 4
Iustificatio exigit fidem & opera; & quomodo iustificetur homo. 229 n 5
Iusti à Deo commendantur duplici de causa, quas vide. 67.n.1
Iusti, salutem proximorũ debent quærere, vt oboculos habeant gl riam Dei 59.n 6 7.8
Iusti proficerati, & sitientes, cum incremento bona subl ta, eis restituta fuere. 95.n.11
Iustis & iniustis antiqua legis bona & mala temporalia proponebantur, quia iudicabantur in hoc mundo, Euangelicis autem, propon tur cœlum & infernus, quia in alio. 96.n 15.16
Iustus à nemine offendi potest. 190.n 15
Iustitia qua dicitur sapiẽtia, timor Domini, & legu obseruãtia, qua, & qualis. 94.n 9
Iustitia qua respicit honorem Dei, mercedis promissionem habet in hac & alia vita. 223 n 20
Iustitiæ opera sunt tria, eleemosyna, oratio, & ieiunium. 297 n.3
Iustitia operum iure exigitur abundantior à Christianis, & ratio datur. 101.n.1.62
Iustitia ista est aterna tũ ratione essentiæ, tũ mercedis, tũ gloriæ, & quomodo 305.ibid.
Iustitiam proportionis nõ æqualitatis seruat Deus in operum compensatione. 1-0.n.12
Iustitiæ perfecta custodia, ad perfectionem Patriæ ascenditur. 94 n 9
Iustitia exigit vt suum vnicuique tribuatur, & Deo maxime. 230.6

L.

Labor est in obseruanda lege, ad cuius obseruationem, opus est vt homo vel præmio sustentetur, vel flagellis compellatur 103.n 7
Laborare in vanũ, magna stultitia. 232 n.10
maior ad propriũ damnũ Laborare. 232. n.10
Laborans frustra, aut otio vacans quis magis stultus. 132.n 10
Labor noster in tantum valet, in quantum finiu est nobilis. 295.296.n.1
Laboriosa licet præcepta Dei nobis appareãt, tamen charitate sunt & facilia, & suauia. 299 ibid.
Lætiam Deus non prohibet, sed vul homines lætari coram illo. 122.4
Lex populo Israelitico, quare ei data post exitum de Ægypto. 5 n.10
Legũ finis est, vt nos ab amore huius mundi, ad amorem Dei transferat. 9.n 15
Lex facit cauere peccata. 5 n.10
Lex docet quib. resistamus diabolo, vt fugiat à nobis. 10 n 13
Lex Dei quia perpetua, ab omnibus obseruanda. 16.16 17.18 n.1
Lex si-ut populo Israelitico ex Ægypto exeũnti, & ad terram promissionis tendenti data est in deserto, ita populo Christiano mũdana relinquenti, & ad cælum aspiranti in deserto pœnitentiæ ex Christi constituitur 16 n 1
Lex Dei quomodo sit sal, & exsiccet superflua 52 n.12
Lex Euangelica soli comparatur, & quare. 52 n 11.12
Lex Dei dicitur pactum fœdus, & testamentum. 56.n 20
Lex est lux, qua debuit non solum resonare vocibus Euangelizantium, sed manibus portari, vt videatur ab hominibus. 59.n.5
Lex nulla admittit nocere proximo. 188 n.9
Lex diuina quanti facienda. 176.n.6
Lex docet, quid facere teneamur. 250.n.2
Lex stabilis, quia recta, rectumque hominem faciens. 725 73 n.2.3.4.5
Lex diuina per excellentiã est aterna 72.n.2
Lex non solum in se est aterna, verum & in opere. 72 ibid.n.11.12.13.14.15
Lex à Verbo aterno procedens, habet ab eo permanentiam. 72.n.2
Lex data est Moysi in summitate montu, & fracta ad radicem, explicatur pulchris moralitatibus. 74.n.8
Lex data à Deo, quare fracta à Moyse, & quale mysterium. 74.n.9
Lex manet in opere, quando quod præcipit, facto impletur. 75.n 11
Lex vetus dupliciter implebatur. Primo, secundum litteram. Secundo, secundum sensum figuratum, scilicet ad Christum finem dirigens. 75.n.12

Lex Dei qui perpetua, obseruatoribus perpetuitatem dedit. 85.n.8
Lex Euangelica maiorem magnitudinem confert, quam Mosaica. 87.n.12
Lex Euangelica super omnia, dilectionẽ proximi intendit. 105.n.10.11.12
Lex vetus erat vmbra futurorum bonorum, quia promittebat, & non dabat. 75.n.13
Lex fuit nobis Pædagogus ad Christum. 76. n.13.14 (76.n.15
Lex vetus cõtinebatur in noua, & è cõuerso. 83.n.1 (n.1
Lex Dei quare dicatur antiqua. 83.n.1
Lex Dei quare data est in tabulis lapideis. 84.
Lex est mensura, qua homines cognoscuntur, qui magni, qui parui. 87.n.11
Lex qua regitur homo est conformis arbitrio hominis, & sapientiæ diuinæ, & quomodo 93.n.6.7
Lex diuina quomodo impressa in cordibus, & data in tabulis prius, in volumine postea, & quid intendat. 93.n.7.8
Lex aliquid operabatur, sed opus ad perfectionem non adducebat. 111.n.2
Lex vetus spectabat potissimum polytiam, & respiciebat actus externos. 160.n.14
Lex Euangelij expresse respicit animæ salutem, & internam & externam 160.n.14
Lex vetus promittebat Filium Dei, & ad illum tendebat. 247.248.n.22
Lex Dei ieiunio prima in Scriptura vbi legatur, & eius explicatio 297.n.4
Legis Euangelicæ excellentia etiam cognoscitur in hoc, quia perfectiorem intentionem requirat in operibus, quam faciebat lex antiqua. 212.n.2
Legis veteris summa in dilectione cõsistebat. 206.n.10
Legis Euangelicæ finis, est vt nos ad statum innocentiæ reducat. 183.n.12
Legis obseruantia facit hominem magnum. 80 81.n.21.22
Lege Dei in terris, nihil dulcius. 52.n.10
Legis Euangelicæ excellentia. 27.n.12
Legis Dei effectus boni quatuor. 14.n.26
Legis Euangelicæ tempore, etsi omnibus vecsi liceat, tamen in ea ieiunium commendatur, & Quadragesimale, Ecclesiastico præcepto habetur. 10.n.19
Lenitatem & mansuetudinem ostendit Christus in sua Passione, & quomodo. 358
Lenitate eadem Christus vnxit suos Apostolos. 358
Leuitis non iubebatur seruire nisi ab anno 25. vsque ad 50 & ratio. 251.n.5
Liberari non petimus ab omnibus malis, sed à debitis ex peccato 286.n.26
Libertas dicendi, ad quam confusionem reduxerit mundum. 186.n.7
Libertas, in volatibus significatur. 267.n.10
Libertate se priuans ad obediendum legi Dei, liber constituitur. 268.n.10
Libertatem volens contra voluntatem Dei, seruus & captiuus remanet. 268.n.10
Linea recta qua inter duo puncta vna tantum est. 312.n.3
Locutio creaturarum insensibilium est operatio, responsio est obedientia præsentiæ promptitudo ad obediendum. 255.n.10
Locus triplex, Cælum, Purgatorium, & Gehenna; primus & secundus est filiorum: tertius est hostium Dei. 168.n.8
Lucerna tabernaculi contra meridem, quid significent. 228.n.9
Lumen veri, & desiderium boni à principio hominibus sunt indita, quorũ corruptione nil petius. 323 (324.n.5
Lux quare à Moyse primo dicatur facta.

M.

Mala quæ sequuntur ex multiloquio, maxime in oratione. 289
Mala Deus homini permittit, vt perfectum reddat, & illustriorem. 191.n.1
Mala per se non possunt habere bonum modum. 213.n.3
Mala quæ consequuntur illos, qui Deum derelinquunt. 275.n.19.20
Malitia hominis dignoscitur quanta sit, ex parabola vineæ. 294.n.1
Malum de sua natura, vllo modo bene fieri non potest. 213.n.3
Malum minus vitam solitariam ducere, quam duram cum aliis. 174.n.1
Malum quam magnum errare in vita eligenda. 266.n.16
Mali subsequentis consideratio, regulat nos in bono præsenti exẽplum datur 169.n.10
Mansuetus solus dominatur toti mundo. 180.n.14

Mansuetus facillimo negotio fit Dominus totius orbis. 181.*n*.16
Mansuetus non cedit iuri suo, cum Deum habeat defensorem. 181
Machiæ nomine omnia peccata carnalia cõprehenduntur. 160.*n*.14
Machiam fugiendi præcipua ratio est consideratio gehennæ. 160.*n*.15
Memoria mali in bonis est habenda. 432 *n*. 6. *rationes ad hoc mouentes.* 167.*n*.7
Memoria boni in malis est bona ibid. Additur exemplum. 166.*n*.7 (186.*n*.7
Mendax multa promittens cui comparetur.
Mendax, & periurus destruit perfectionem legis Euangelicæ. 185.*n*.5
Mendacium vt destrueretur, Christus qui est veritas natus est homo. 185.*n*.5
Mendacium reprehenditur. 185.*n*.5
Mendacium est malum nostrum. 262.*n*.8
Mendaciũ eiecit Adã de Paradiso. 275 *n*.19
Merces iciunij est cælum. 301.*n*.9
Merces diligentis inimicum, quæ & quanta. 179 *n*.16 198.*n*.14
Merces diligentis inimicum quanta sit in specie. 179.*n*.17 (*n*.15
Merces operum nostrorũ à quo sit dãda. 221.
Merces operum nostrorum, quæ ab hominibus expectatur, cuiusmodi sit. 221.*n*.16
Merces operum siue expectetur ab hominibus, siue à Deo, honor dicitur 222.*num*. 16.17
Merces ista honoris, quæ datur ab hominibus, cuiusmodi natura sit, explicatur. 222.*n*.17.18.19
Merces honoris quæ expectatur à Deo, qualis. 223.*n*.20
Merces operum nostrorũ ne amittatur, quid faciendum. 231.*n*.7
Meritum correspondet præmio. 168 *n*. 8. & 107.*n*.17. & 179.*n*.16
Militum Christi signum est veritas, militũ vero diaboli est mendacium 262.*n*.9
Missio seruorũ ad requirendum fructum, est prouocatio ad præstãdum debitũ 240.*n*.8
Missio filij ad exquirendum fructum, quid significet. 241 *n*.9
Modus quo Christus nobiscum Deus fuit, excellentior illo quo cum populo Hebræo ambulauit. 223.*n*.6.7
Modus dimittendi secundum Euangelium qui sit. 180
Modi quibus vsus est Christus in lege nouæ ferenda, & quot. 27 *n*.2
Modus quo Deus saluauit hominem, debet esse Deo dignus. 146.*n*.5
Modus habendi beatitudinem in duobus cõsistit in vnione, & gustu. 32.*n*.13
Modij tres, & sex hordei donati à Booz, Ruth, cuius rei sunt mysterium & figura. 102 *n*.2.3
Mũdus malignus depingitur visione quadã Ezechielis admodum consona. 186.*n*.7
Mundus quid dicat de illis, qui diligunt inimicos. 198.*n*.13
Mundus sapientes putat, qui inimicos non diligunt. 209 *n*.17 (327.*n*.2
Mundus dicitur vinea, quã Deus plantauit.
Mundus à quo sit factus infernus. 258 *n*.16
Mundanarum rerum solicitudo rationibus dissuadetur. 19 *n*.2
Montu Garezim benedictiones, & Montis Nebal maledictiones erga, & contra eos qui vel obseruant, vel transgrediuntur præcepta diuina. 313.*n*.2
Mors spiritualis & corporalis processit ex cibo. 310 *n*.8
Mors orta est ex peccato, & corruptio ex forma imperfectionis. 72.*n*.1
Mors non feriret, nisi peccatum illum aculeatam fecisset. 122.*n*.4
Mortũ nomine, omnis pœna comminata fuit primo parenti. 265.*n*.14
Mori posse est defectus vitæ. 266 *n*.15 (322
Morticinia à lege prohibita, quid significent.
Morticinia quare neque tangere, neq; manducare liceret. 302
Moyses post ieiunium 40. *dierum legem accepit.* 11.*n*.11
Moyses, & Aaron erant Aquila, quibus Deus portauit populum. 147.*n*.7
Moyses licet Dei amicissimus, nunquam tamen vocauit Deum, Patrem. 289.*n*.5
Moyses zelatus honorem Dei, obtinuit populo peccati remissionem. 292.*n*.12 (292
Moyses Princeps Ecclesiæ Christi, & quomodo.
Moyses cur dicatur sequester, & medius inter Deum & populum. 4.*n*.8
Mulier litigiosa, quam insupportabilis. 172. *n*.15.184.*n*.2
Mulier pulchra fortior immundo spiritu, & blanditiæ carnales insidiis infernalibus. 163.*n*.2.4

Multitu-

Multitudo impiorum cogit diuinam iustitiã ad peccata vleiscenda. 73.n 5
Multitudo languentium in quinque porticibus, quid significet. 128.n.17
Mundana despicienda rationibus probatur. 14.ibid.n.27
Munera oblata illiciunt, & afficiunt animum erga offerentem. 217.n 6

N.

NAtura non agnoscit regnum in paupertate, potestatem in mansuetudine, in luctu consolationem, in fame saturitatem, vt cognoscit sapientia acquisita in schola Christi. 117.n.15(2
Natura docet quid facere teneamur. 250 n.
Naturalem legem Deus posuit in corde, vt esset aterna. 73.n.6
Naturale non solum est homini amare summum bonum, verum etiam ad id adiuuatur à diuina gratia. 323.n.2
Necessarium auxilium spirituale ad bene operandum, quantumcumq; virium habeamus. 229 ibid.230.n.5.6
Necessitas vera, & falsa potestas, quomodo vrgeant hominem. 13.n.24
Necessitas Saluatoru cognoscitur ex hoc, quia nullus potest saluare nisi Deus. 364
Noe non solum ingressus est Arcam vt saluaretur, sed vt ab impijs etiam elongaretur cum adhuc corrupta non esset omnis caro. 73.n.4
Noe maledixit Canaan tamquam iudex, & quomodo. 189.n.12
Noe saluatus non tantum propter suam iustitiam, verum vt omne semen hominu & animalium saluaretur 286.n 22
Noe adificans Arcam monebat homines diluuium esse venturum, ipsi vero adificabant. 5.n.9
Noe solus reperitur iustus. 5.n.9

O.

OBedientia Deo præstanta, ne nos derelinquat. 270 ibid.n.4.5
Obedientia peccato præstita seruitutem inducit. 270.271.n.6.7.8
Obedientia nos coniungens Deo, magnos facit. 87.n.11 (6.2
Obedire Deo est manere in verbo Dei. 261.n.
Oblationem spontaneam volebat Dous comedi coram se, & vt omnes cum offerente interessent, quid significet, explanatur 278. num.6
Oblatio similæ, quæ fiebat in lege veteri, quid significet. 228.n 3
Oblatio hordeacea ad quid offerebatur, & quid denotet. 229.n.4 (n.24.
Occasio mali quam diligenter fugienda. 163.
Occasio peccãdi, arma diaboli 163.n.23 (24
Occasio peccãdi, quantã vim habeat. 163.n.
Occidere occisorem traditũ in manibus proximioris occisi non licebat zelo vindictæ, sed solum zelo iustitiæ. 205.n.9
Oculus simplex est oculus purus, cui nihil extranei permixtum est. 332
Oculus nisi habeat lucẽ, ad nihilũ valet. 341
Oculus est via ad cõcupiscẽtiã. 162.n 21.22
Oculus est via ad animam quo exteriora ad illam intrant. 162.n.21
Oculus exterior caute custodiendus, ne ergo illicita affleiatur animꝰ. 162.n.21.183.n.1
Oculꝰ præceptor omniũ iniquitatũ. 162.n.22
Oculi nomine Christus intelligit actionẽ 332.
Oculi nomine intelligitur intentio siue bona, siue mala. 332
Odientes inimicos, quanta pœna multentur. 202.n 21
Odio habenda ea ea omnia quæ salutem impediunt. 164.*vsque ad finem.*
Odio habere hominem, vt homo est, & imago Dei, vetatur à lege diuina. 194.n 6
Offendere Deum etiam in paruis, nõ est paruum. 170.n.13
Offendere proximum, est offendere Deum. 209.n.16
Offensus tenetur reconciliari, cum offendens offensæ est pœnitens. 156 n.8
Offensio proximi de sui natura est tam mala, vt cum quis talis esse deprehenditur, semper se excuset. 344 (22
Offensio proximi maxime Deo displicet. 98 n.
Officium intellectus est discernere inter bonum & malum, ne decipiatur homo 165. num.4
sicut operibus bonis sanctorum glorificatur Deus, ita malis malorum blasphematur. 64.n 20 (212 213 n.2.3.4
Opera omnia in honorem Dei sunt dirigẽda.
in Operibus bonis cur recta intentio habenda, rationibus probatur. 216.*vsq; ad* 220
Opera nostra dicuntur Filij Dei, & quomodo. 221.n.14

Opera

Opera nostra talia esse debent, vt glorificent Patrem nostrum. 58.n.5
Operandum recte variis de causis. 60.61 & *seq.*n.9.*vsq;* ad 24.
Opera bona cur dicantur lux. 59.n.6.7
Operantiũ male, terminus est infernus. 168. n.8 9.10.
Opera nostra euplici modo possunt habere peccatum. 2 1 n 8
Opera bona sunt opera veritatis, quia à Deo procedunt. 59 n 6 (168.n9.10
Operum bonorum quale sit finale præmium.
Opus virtutis allicit ad se probos, & improbos. 60.n 8 (168 n 9.10
Operãtium bene quam vberrimus fructus.
Opera bona sunt opera Dei, & nostra, & quomodo. 60.n.9 (n 9.190 n 13
Operantiũ male quam pessimus fructus 168.
Opus bonum non solum placet Deo, & hominibus, verum & Auctori ipsi 61.n.12
Operatio hominis non vna tantum sed multiplex. 93.*ibid.*n.6 7
Opera abundantiora à Christianis merito exercentur; datur ratio. 101 *ibid.*n.1.2
in Operibus duo sunt summa operis, & finis, 212.n.2
Opera bona, non recta intentione facta, operanti sunt inutilia. 216.n.6 (214 n.4
Opera bona possũt male fieri ex duplici capite
Operum omniũ differentia, & quomodo bene & male fieri possint. 214 n.4 (213 n.3
Opera quæ sint quib. cõueniat nomẽ iustitiæ.
Operibus nostris, quæ intentio requiratur, vt perfecta dici possint. 213.n.3
Opera directa ad placendum hominibus, qua merces eis debeatur. 213.n.15
Opera facta ad placendum Deo, quæ merces. 223 n.20.231.n 7 (228 n.2
Operũ nostrorũ, gloria propria nõ est quærẽda
Opera bona sic fieri debent, vt fructus non amittatur. 214.n.4
Opera munda & immunda significantur per pisces qui habent & non habent pennulas & squammas. 301
Oratione non petimus à Deo, quasi nesciat quibus indigeamus. 277.*ibid.*n.3
non Orans non ascendit, nec montem, nec templum. 293.n.14
Orationis perfecta forma fuit illa Esther, qua seruauit animã suã, & populi sui. 140 n 18
Orationis affect⁹ debet esse maxim⁹. 277.n.3
Orationis Dominicalis tres prima petitiones explicantur. 290. vsque *ad* 293 n 9
Oratione Dominicali erigitur, & deprimitur animus orantis. 278.n.7
Orationis affectũ accendit formula quã tradidit Christ⁹, verbis Pater noster 278.n.4
Orationis excellentia. 277
Orationis multiloquium dãnatur. 289 n.4
Oratio nostra dirigitur non ad hominem, sed ad Deum, qui nobis dat omnia, cum sit Pater. 278.n 5 (286 n.2
in Oratione non est fidendum virib. propriis.
Oratio quam intentionem requirat, & quomodo orandum. 289.n.5
Orationes nostræ, quæ præfatione sint inchoandæ 289.n 5 (276 n.1 288.n2
Orandi modus ethnicorum, nobis cauendus.
Orationis præcipua res cõsistit in confidentia Dei. 290 n.7
Oratio Dominica non tantũ docet vt exaudiamur, sed regulat omnia. 288.*ibid* n.2
Oratio quomodo sanctificetur Deus. 279.n.9
Orandi formula, quanta de Deo ostendat. 278.n.4
Ordo erga superiorẽ secundũ bonam Philosophiã præcedit æqualẽ & inferiorẽ. 98 n.19
Ordinis ratio quem obseruat Christus in sua precationis formula. 291.n 11
Origo auaritiæ est solicitudo rei necessariæ, ex qua gradatim ascenditur ad seruitutem simulachrorum 338
Otiositas quam fugienda. 231.*ibid.*n.8.9
in Oratione cur dicamus, Pater noster qui es in cœlis. 294.n.14

P.

Panis corporalis nomine quid intelligatur. 282.n.17
Panis anima quis & qualis sit 282 283 n 18
Panem petimus pro omnibus, ideo dicimus. Da nobis. 283.n 20 (.12
Passio Domini est altissima vox ad nos. 256.
Passio Christi à quibus aucta fuerit. 118. .19 n 20 21 22 (120 n.22
Passio Christi est pretiũ totius orbis terrarũ.
Passio Christi duo spectat, honorẽ Dei, & salutem hominum, & quomodo. 365.n.5
Passionis fructus fuit peccatorie infirmi sanitas. 120.n.22
Pater diligit Filium, & Filius Patrem amat reciproco, qui est Spiritus sanctus, nexus vtriusque. 242.n.11

Pater non mittitur. 242.n.11
Pater noster dicitur, vt signetur omnium esse Patrem communem. 278.n.9
Pater æternus quibus modis traxit gentes, vt essent hæreditas Christi. 35.n.7
Patrem dum nominamus, eius prouidentiã confitemur. 290.n.7
Patientia Dei cum peccatoribus quam diuturna. 253
Patientia quantas habeat vires. 182.n.17
Patientia est arma, qua vincitur in bello legis Euangelicæ. 191.n.17
Pauperes ab Euangelista cur dicantur mansueti, & humiles. 355
Paupertas voluntaria, constituit hominẽ liberum à curis huius mundi. 5 n.9
Paupertas, aut infirmitas, non impedit regnum cœlorum quin possimus assequi. 55. num 17
Pax itinerantibus quam necessaria 171 n.15
Pax hominibus nulla potest esse nisi carne domita. 114.115.n.11.& 12
Pax hominum quam expetẽda. 92.n.12
Pacu amatores quam esse debeamus rationibus probatur. 176.ibid.n.6 7
Pacis commoda. 166.n.6
Pacis singularis pulchritudo. 193.n.1
Pacis turbator, non spectat ad Christi Ecclesiam. 176.n.7
Pacis motiua multa. 166.n.6
Peccatis assuetus facile irascitur. 97.n.17
Peccans tantummodo patitur. 122.22.122. n.3.4 5
Peccator seipsum non habet. 120.n.22
Peccator à Deo recedit. 123 n.5
Peccator sua natura bonũ quid est, sed malum sua voluntate. 123 319.n.5
Peccatores sunt carbones nigri propter scelera, & quomodo. 157.n 8
Peccans quomodocunque vsurpat id, quod est Dei. 170.n.13
Peccatis nostris Deus quandoque vtitur ad salutem nostram. 171.n.15
Peccatum omnium malorum illuuiem in mundum induxit. 351.
Peccatum vt cognoscatur, opus est lumine Dei. 235 n.16
Peccatum quomodo seruitutem, inducat. 264.n.11 12.13.270 n.5
Peccata clamare est peccatores infames reddere. 301.302.n.8
Peccatum omne, quomodo à mendacio originem trahat. 263 n.10
Peccator iuste punitur, qui se creaturis iniuste oblectauit. 122.n.4 5.6
Peccati pœna non mensuratur à voluptate peccantis, sed ex Dei ordinatione. 170.n. 14.
Peccata sunt opere mortua, qua mortui in peccatis operantur. 2.n.5
Perfectio summa in terris proposita est hominibus, regnum cœlorum in summo cœlo. 94 n.9
Periculosius certamen circa spiritualia, quã circa corporalia. 12 n.21
Periurium nunquam licitum. 213.n 3
Perseuerantia dat operi mercedem. 232 n.10
Personam respicere in iudicio est detestabile. 204 n 4
Petitio duas habere debet conditione vt exaudiatur. pag.138.n.14
Petitionibus nostris, ab omnibus malis liberari non petimus, sed à culpis 1.286 n.25
Petitio aliquando iusta est, sed modus iniustus. 139 n 18
Piger delectatur in ignauia sua. 308
Pœna magna est tradi ab eo qui putatur amicus. 160.n.17
Populus Hebræus crapula legem fregit. 11. num.11
Populum Hebræum duxit Deus per desertum, ne delectaretur in via, & sisteret. 157.n 9
Populo Deus in deserto præbit alimenta aliunde, ne illi loco adhæreret; sed soli Deo. 157.n 9
Populus Dei, vocatur Filius Dei primogenitus. 207 n.14 238 n.1
Populus Christianus rectius dicitur Filius Dei, quia est corpus Christi 239 n.4.5
Populo Christiano est essentiale honorare Deum. 238.n.2
Populo Dei tria prohibeantur, & quid significent. 248 n.22
qua omnia Populo Christiano moraliter accommodat. 248
Populus Israel in deserto non tenebatur ad sacrificia ex lege. 251.n 4
Possidens Deũ, omnia simul habet. 36.n 24
Potentes pauci, qui debiles non offendant. 188 n.10

Potentia Dei non est alligata legibus naturæ. 141.*n* 21 (193.*n*.3
Præcepti vniuscuiusque est actus & obiectū.
Præcepti dilectionis proximi, est actus, dilectio, obiectum, inimicus. 193 *n* 3
Præceptum de sacrificando Deo, aliud est à præcepto de reconciliando. 105 *n*.10
Præceptum de diligendo inimico ex viribus naturæ difficile, ex viribus gratiæ Dei facile. 196.*n* 11
Prædicatores debent esse lux verbo, & opere 54.*n*.15 vsque *ad* 22 (262.*n*.8
Prælium in cœlo factum fuit in mendacio.
Prælium factum in Paradiso Terrestri, fuit simulacrū prælij cœlestis, & quomodo, ib.
Præmium debet correspondere merito, 168.*num*.8
Præmium, & pœna quando sunt magna, legum excellentiam ostendunt. 103.*n*.4
Præsentia non solum consideranda, verum, & futura, 103.*n* 6
Præstantia rei, & facilitas errandi faciunt homines attentos, 276 1
Pretiositas rei accendit animum ad concupiscendum, & labor generat tædiū, 319 *n*.8
Prævaricator legis, dissipatur, 79.*n*.18.19
Prævaricatoris legis diuina, quàm ingens ruina, 88.*ibid.*
Primitiæ & decimæ, Dei gloriam significant, & quomodo, 69.*n*.5
Primogenita & primitiæ non poterant cedere in vsum hominum, sed Dei tantū, volebat tamen vt de immolatis ederent coram domino, & ratio, 230.*n*.6
Principibus populorum, quàm conuenientissima opera bona supra alios, edoctis sic à Christo, 18 *n*.4
Principium in quo Deus creauit omnia, sex illis diebus continetur, 92.*n*.4
Promissio Regni Cœlestis consolatur, dirigit, nosq; quasi beatos reddit. 103.*n* 4.
Promissiones Diaboli nullam possunt habere veritatem, 14.*n*.14
Pronitas ad malum adeò facta est naturalis, vt ab adolescētia vigeat, nosq; in profundum peccatorum impellat, 22 *n*.18
Proportio mercedis non est ad æqualitatem, sed ad proportionem, in retributione autē datur excessus, qui pro momentaneo datur æternum, &c. 170 *n*.12
Proportio inter hanc vitam, & aliam alterius sæculi, 168.*n* 9
Propheta nullus acceptus est in Patria sua, pulcra, & mortalu expositio, 198 *n*.13
Prosperitas malorum non est inuidenda. 168.173.*n*.9
Prosperitates & aduersitates communiter in lege veteri proponebantur propter retributionem, 213.*n* 2
Prouidentia Dei bonis annectit mala, & mala bonis, & hoc ad bonum nostrum, 169. *num*.9.10
Prouidentia Dei erga creaturas mirabilis est, 279 *n*.9
Proximi nostri sanguine coniuncti supplicia Deum offendentis siccis oculis intueri debemus, 163,*n*.20.
Proximus dicitur ille, qui est capax misericordiæ & beatitudinis, 194 *nu*.5.
Prudentia nobis opus est, vt ad terminum perueniamus. 212.*n*.1.
Prudentis Christiani, quæ sint partes, 209. vsq; *ad* 211 211.*n*.17
Prudentia magna est scire, quo oculi sint cōuertendi, & auertendi, 183.*n*.1
Pugna inter carnem, & legem irreconciliabilis, 11,*n* 12
Purgatorium innuitur in verbis Euangelij. Ne mittaris in carcerem, 168.*n*.8

Q.

Quadragesimale ieiunium cur instituatur ante Pascha, pulchra rationes. 297 *ibid.* 298.*num* 4

R.

Ratio & lex dictāt, vt quisq; priꝰ suimet curā habeat, & postea proximi, 44
Ratio sibi ipsi est lex; & pariter ratio legis, 204.*num* 5.
Reconciliatio cum proximis, nō solum bona, verum necessaria, 98.*n* 19.20.
Recōciliato tenetur offensus parcere, 99.*n*.21
Reconciliatio cum proximo suadetur variis rationibus, 166.*n*.6
Reconciliatio vt bene fiat quid præstandum. 99.*num* 20.
Rectitudinem originalem vbi inuenit Deus, naturam etiam conseruauit, 73.*n* 3
Rectum non sequens, multipliciter errare potest, 217.*n*.10

Reges, & Sacerdotes vngebantur, & ad quid. 354
Regia Dei potestas quando apparebit, 280. *n.*12 13. 14.
Regnum Dei, cur dicatur veniens, 280. *num.*13.
Regnum magnum Mansuetudini debetur, 180 *n*15
Regni nomine quid intelligat Euãgelista, & cur variis nominibus designetur, 41
Regum cœlorum sub typo thesauri designatur, 313
Regni Dei aduentum petens diligit Christũ, 281.*num* 14.
Regnum Cœlorum intelligitur pro regno ipsiusmet Dei, 80.*n* 21
Repudium vxorum permisit Deus, ob duritiam illius populi Hebraici. 175. *n.*5
non Resistere imperatur à Deo, & quomodo, 180 *n.*14 & 181 *ibid.n* 16
Res quando durabilior eò pretiosior, 72.*n.*1
Res breui durans est velut vmbra. ibid.n 1
Res graues grauibus circumstantiis debent exornari, vt illis debitus honor exhibeatur, 27.*n.*1
Resistere malo quomodo liceat, & quomodo non. 188.*n* 11.12
Resistere bono, quam magnum malum, ibid. num. 9
Resistentia diabolo facienda, 15.*n* 27.28.29. *qualis esse debeat,* 11. *n.* 17
Restitutioni sanctitatis deperditæ in adulto, eius requiritur voluntas, 146. *n.*5
Ruminare quid significet. 38.*n* 17.
Ruth quomodo sit inter Matres Christi. 86, *num* 10.
Vide in fine Indicis, & inuenies Reprehensiones.

S.

Sacerdotibus templum ingressuris vinum interdicebatur, 150 *n.*13
Sacerdotes portare peccata sanctuarij est luere pœnas pro peccatis, 344.
Sacerdos ingressurus ante Arcam Domini, audiebat sermones Domini, quos populo renuntiabat, quid significet. 4.*n* 8
Sanctificatio fiebat per sanguinem, ita Christus fecit, 354
Sacrificiorum pars qua consumebatur igne, cedebat in partem Dei, reliqua verò in partem hominum. 51.*n* 8
Sacrificia quomodo sint grata gustui Dei, vt ei sint in odorem suauitatis. 51 *n* 9
Sacrificium Deo offerre ex pauperum substantia, est victimare Filium in conspectu Patri sui, 215.*n* 5
Sacrificium odorat Deus oblatum ab immundis. 99 *nu.*22.
Sal quo condire debent Apostoli, Cœlestium non maris, 52.*n* 10 11
Sal sicut respicit gustum, & lux oculum, ita Euangelica doctrina vtrique est grata spiritualiter, 50, *ibid.n* 5 6.7
Sal præcipiebatur semper poni in sacrificiis, 51. *num* 8
Sal non modo delectat, verùm etiam sanitatem iuuat, 52.*n.*11
Sal & lux est ad aliorum commodum, 54. *num.* 13
Sal significat expressius potestatem. 54. *num.* 14
Salomonis præcipitium horrendum, quale fuerit, 162.*n.*23
Saluatorem totius mundi, vniuersoesse notum, congruum. 361
Saluatore nil potest audiri gratius, 350
Saluatores reliqui præter Christum fuerunt saluatores populi, non mundi vt Christus.
Saluator Christus, omnium est Saluator. 351.
Saluator non potest dici sine salute. 148. *num* 9.
Salus quam nobis attulit Christus, qua & qualis, 137. *num* 10. *&c.*
Salus consistit in scientia, & cognitione Dei, 148 *n* 10
Salus aliundè quari non potest, quam à Saluatore, 145 *n.*1
Salutis necessaria sunt tria, eruditio, petitio, & repletio, 133 *ibid.n.*2 3.4
Salute nil appetibilius, & Saluatore nil gratius. 145 *n.*2
Samaritana mulieri suo colloquio fecit Christus magnam gratiam, 133.*n* 3
Samaritana fuit figura Gentilitatis, 352
Samaritanam mulierem suo colloquio fecit Christus præconem sui nominis. 133.*n.*3
Sanctitatis iter, est Crux. 128.*ibid.n.*16

Sanctitas Christi non ad mensuram, sed supra omnem mensuram. 112 6
Sanitas collata per motionem Angeli ex sui imperfectione spectabat ad vetus Testamentum. 111 *n.*2
Sanitas languentis 38. *annorum perduxit illum ad Christum, & quomodo.* 111 *n* 2
Sanctum allicit animum, & affectum ad deuotionem, & reuerentiam. 280 *ibid. n.*10
Sapiens qui vere est, omnes similes sibi fieri exoptat. 149. *n.*10.
Sapientia diuina non cognoscitur à pura Natura. 115 *n.*15
Sapientia ordinat hominem cum Creatore, & creatura. 56
Sapientia & concupiscentia quomodo sibi aduersantur 56 *n.*20
Sapientia quomodo habeat mandata æterna, maxime in creatura rationali. 73. *n* 2
Sapientia primus gradus est declinare à malo. 139 *n* 16
Sapientiæ Dei coniunguntur ea quæ inter se sunt contraria. 58 *n.* 1.2.3.4
Sapientia non potest esse, vbi adest mendacium. 149 *n* 10
Sapientia Dei vera est sic noscere Deum vt affectu & effectu erga illum conuertamur. 149 *n.*11
Sapientiam respuentes, mancipia vlia fiunt. 317
Sapientia est præstantior cunctis opibus, & bonis corporalibus. 313 *n.*2
Sapientia omnia alia bona secũ trahit; quia illorum est mater. 314. *n* 3
Sapientia cur sit inamissibilis. 318 *ibid.*
Sapientia se omnibus accommodat, & omnia possidet. 314. 315
Sapientia est thesaurus infinitus. 316. *n.*4
Sapientia indeficiens est, quia à Deo emanat. 318 *n* 7
Sapientiam inuenit qui quærit, & diligit. 319 vsque *ad* 321
Sathan erat inter filios Dei, & primus inter Principes. 19. *n.*7
Sathanas pugnat cum lege tanquam cum peculiari hoste. 11. *n.*13
Scandalosi reprehenduntur, qui sal & sol esse nolunt. 69. *n* 12
Scientia Dei sola vera est, quia illam Deus qui solus est, docuit. 262. *n.*8
Scientia veritatis affectum excitat, & affectus effectum producit. 194. *n.*11
Scriptura non vtebantur antiqui, sed quid eius loco. 84 *n.*3
Scripturæ mos est iustis promittere bona terrena, vt per illa deueniant in cognitionem cœlestium. 91. *n* 11
Sæculum dum erit, sal & lux pariter erit sic etiam auctoritas magisterii illis significata. 49. *n* 4
Sensus multa cogitantes non determinate ad vnum, si illud sit plenum. Beatitudo est. 94 *n.*9.
Serpens æneus fuit figura Crucifixi. 130. *n* 22
Seruitus peccati, maximum malum. 263. *n.* 10.
Seruitus nulla maior, quam amoris. 315
Seruitus sola corporalis non sufficit Christo, nisi sit etiam mentalis. 345
Seruitus Dei & diuitiarum adeo est contraria, vt vna alteram excludat. 337. 338
Sicli duo quid significent, & quid decem sicli armillarum. 251. 3
Similitudo Dei in homine ad quid. 235. *n.*15
Similitudo Dei in homine, qua sit. 258. *n* 14
Similitudo filiorum secundum naturam est filiorum ad Patres. 38. *n.*28
Simila cum oleo, & thure quid significet. 228. *n* 4
Simulatores describuntur in parte. 165.
Synagoga erat sponsa Dei, sicut nunc est Ecclesia, quare repudiata. 177 *n.*8
Synagoga in vindictam est electa in sponsam, non sic Ecclesia quomodo. 179 *n.*13
Sinceritas in seruiendo, quantum valeat. 223. *n.*20
Sinus Patris est cor suum, in quo est qui eius facit voluntatem. 208. *n.*15.
Solicitudo rerum temporalium vbi incipit, ibi & seruitus. 340
Solicitudinis gradus primus culpabilis est in necessariis, & est argumentum modicæ fidei. 338. *n.*10.11.346
Solicitudinis gradus secundus, est de rebus superfluis. 339. *n* 12
Solicitudinis gradus tertius est de rebus vanis. 339 *n* 13
Solicitudinis gradus quartus, est esse solicitum sine termino. 339
Solitudo multum confert ad legem obseruandam.

dam. 4. 5. *num* 9. *ibid.*
Solitudo Christi est exemplar nobis vt idem faciamus. 5 *n.*10
Soluere legem est transgredi, facere idē quod obseruare. 79.*n.*19
Spes præmii maxime consolantur, gressus dirigit ne aberretur. 29 *n.*6
Spes præmii dat vires ad virtutis labores sufferendos. 168. *n.*9
Spiritus præcipua actio, est carnem mortificare. 19.*n.*8
Studium rerum terrenarum, hominem à Dei cultu, maxime auocat. 14 *n.*27
Summa diuinæ legis in dilectione est posita. 206 *n.*10
Superfluum quid sit, & vnde dicatur 339. *num.*12
Surditas hominū ad tot beneficia Dei, reprehenditur. 255 256
Vide in fine Indicis & inuenies Similia.

T

TAbernaculum, & templum Domini erat pretiosum, & ornatum, vt esset oculis delectabile. 50.*n.*7
Temporalia male acquisita subtrahuntur in pœnam iniquitatis. 327.*n.*7
Tentatio sub specie virtutis est magis periculosa, quam sub specie vitii. 12 *n.*21
Tentatio diaboli est in rebus necessariis, nimia vti anxietate 40.*n.*20
Tentat ille Deum, qui regimen eius putat se posse subuertere. 12 *n.*23
Tentationi gloriæ mundi, maxima resistentia facienda. 20.21 *n.*11
Tentat diabolus vt vana appetamus. 25. *n.*21.22.23
Tentationes quomodo vincantur. 21.*n.*13
Tentatio alia diaboli. 13 *n.*24.25
Terra duo præstat, alterum in obsequium carnis, alterum mentis. 33.*n.*17
Terrena omnia sunt insulsa, & noua. 71. *n.*10.
Terram promissionis prius Deus dedit populo, postea primitias petiit; quid significet. 225.*n.*24
Terra tum corruptibilis sit, incorruptibile seruare non potest. 326
Terra promissionis significat cœlestem patriā. 17 *n.*2
Thesauri veri proprietates. 326. *&c.*
Thesauri cœlestis vera conditiones, quales sint 313.*n.*2
Thesaurizandi in cœlis difficultas, alia nulla inuenitur nisi quam nobismetipsis nos creamus. 319.838
Thesaurizantis intentio qualis esse debeat. 326.*n.*6
Thesaurizandi locus debet obseruari quis sit. 326
Thesaurizandi in cœlum, facilitas ostenditur. 319.*n.*8
Thesaurus est res supreme amata. 323 *n.*2
Thesaurus cœlestis quā pretiosus. 313 *n.*1.2.3
Thesaurus est anima intrinsecus, non extrinsecus vt alia bona. 317.*n.*5
Thesauri cœlestis acquirendi modus facilis. 319.*n.*8.9.10
Thesaurizare quantum teneamur. 313. *n.*2.3.
Thesaurizans duo intendit, diuitiarum, abundantiam, & securitatem loci earum. 326 *n.*6
Timens Deum, vere sapiens est. 209 *n.*17
Timor, arma præcipua contra tentationes. 55. *n.*14
Tristitia quomodo repellatur. 650. *n.*23. *& cur repelli debeat.* 173. *n.*23
Turpe quod est apud homines, turpissimum apud Deum apparet. 235.*n.*16

V

VAcca ruffa mortua extra castra omnibus videntibus, & redacta in cinerem, qui mixtus aqua purificabat immundos, quid significet. 348
Vacca ruffa, tota, cum pelle, carnibus, sanguine & fimo comburebatur, significat nil esse Christi, quod non sit ad nostram salutem. 213.*n.*557
Vanitas sunt omnia quæ sunt in mundo 348 *num.* 10
Verbum Dei, licet magna virtutis, ad expugnandum tamen Diabolum, comitem vult habere ieiunium. 303.*n.*8
Verbum Christi est Verbum Dei, & non hominum. 4 *n.*8
Verbo Dei superantur tentationes, & quomodo. 56.*n.*15
Verbum caro factum est, cur non magis dicatur homo: quid significet. 112
Verbū Dei firmius & stabilius terra. 260.*n.*5

Verbum

Verbum Dei solum componit & sedat omnẽ pugnã eorum, qui sunt in mundo. 187. *n.* 7
Veritas in lege euangelica, quantam dominationem habeat. 185 *n.* 6
Veritas vbi non est, varietas & instabilitas sit, necesse est. 89 *n.* 16
Veritas est omne bonum nostrum 262 *n* 8
Veritas non est, vbi ratio abest. 262. *n* 9
Veritatis excellentia obtinuit readificationẽ Templi à Rege Dario. 185. *n* 6
Veritatis commendatio, ibid.
Veritatis & mendacii pugna in cœlo & in terra. 262. *n* 8
Veritas facit hominem, discipulũ Christi 261
Veritas docet quam viam sequi debeamus. 262 ibid *n.* 8
Veritas reddit hominem liberum. 263. *n.* 10
Vesci carnibus non licebat in statu innocentiæ. 10. *n* 18
Via nobilior tenenda est ab iis, qui nobiliorem patriam inquirunt, & fortius. 101. *n.* 1
Viæ peruersæ multæ. 218. *num.* 10. *& quæ.* 301. *n.* 8
Viæ quatuor incedentes per oppositæ, & quæ ratio istius oppositionis. 43. 44. *n* 10 11. 12
Viæ aliæ quatuor, quibus peruenitur ad regnum, & consonantia ipsarum 113 *n.* 14
Victima vaccæ russæ inter alias erat insignis figura Christi. 361
Victima omnis quare sale saliebatur. 51. *n* 8
Victimæ crematæ odor, erat Deo gratissimus. 51 *n.* 9
Vinea quam plantauit Deus, dicitur totus mundus. 237. *n* 2
Vineæ Naboth ablatio, est figura eiectionis à vinea Dei totius domus Israel 243. *n.* 15
Vineæ locatio, significat facultatem fructificandi. 240. *n.* 7
ad Vineam mittere plures seruos est impellere nos, vt obsequium illi præstemus. 240. *n* 8
Vineæ fructus quam maxime peroptetur à Deo, dantur rationes. 241. *n.* 9
Vineæ fructum quantum Deus optet, ex repudio populi Hebræi, qui illum Deo non reddebat, patet manifeste. 243. *n.* 15
Vineæ istius fructus quomodo reddatur, docetur. 244. *n.* 16
Vineæ fructus est omne opus bonũ. 248 *n.* 20
Vineæ plantatio, & locatio, fuit magna vocatio. 255. *n.* 10
Vindictam sumens de inimicis, sumit contra seipsum. 195. *n.* 8. 102. *n* 22
Vir probus ab omnibus laudatur, & amatur, sicut vir improbus ab omnibus vituperatur. 60. *n* 8
Virgines sunt Angeli terrestres. 114 *n* 8
Virtutes sunt sibi inuicẽ connexæ, & in domo Dei non licet vnam, aliis spretis, habere. 197 *n* 12
Virtus accipitur pro misericordia, & veritate. 217. *n.* 10
Virtus omnis est quidam amor, & in amorẽ resoluitur excellentia virtutis. 179. *n* 17
Virtus ab omnibus approbatur & laudatur, qui concupiscentiis carnis non sunt illecti. 218 *n* 12
Virtus lustrandi erat tantum in cinere, sicut vis saluandi in morte Christi quid per hoc significetur in Ecclesia Dei. 366. *n.* 9
Visione cordis habetur Bonum beatificãs 37. *n* 26
Visio aperta Dei erit tantũmodo in cœlo. 313
Vita humana est quidam currus, & perpetuus motus. 1. *n.* 1 (1. *n.* 1
Vita humana indiget lege Dei, illã dirigente.
Vita humana est quædam via, & continuus motus. 172 *n.* 16
Vita est fundamentũ & origo omniũ bonorũ, reliqua sunt augmentum illius 265. *n.* 14
Vita Christiani in tribus consistit, & quæ sint explicatur. 248. *n.* 22
Vita perfecta tunc est, cum illi aggregantur omnia bona. 265 *n.* 14
Vita corporalis Author est Deus, & pendet ab eo vti à conseruatore. 265. *n.* 15
Vngulam findere quid significet. 266 *n.* 7
Vnio adiuuat infirmitatem propriam, & cõsequitur firmitatem alienam. 175. *n.* 3
ad Vnionem hortatur Sapiens pulchris similitudinibus. 175 *n.* 3
Vnione subleuatur homo à malo in quod cecidit præseruatur à malo imminenti, & alia bona ex ipsa ipsi proueniunt. 175 *n.* 4
Vnionũ fractores, quam pessimi homines. 175. *n* 4
Vnitas animorum cara est Deo, quia & ipse vnus est. 99. *n.* 21
Vnitatem suadent Sapientes in lege veteri. 173. 174. *n* 1
Vocationum genera multa. 256. *vsq; ad finẽ.*

Vocatio Dei est illa qua nos à statu mortis surgere facit. 253. *n.* 7
Vocatio diuina describitur, & de ea multa præclare dicuntur. 253 *n* 8
Vocat Deus non solum per seipsum, sed etiam mediantibus seruis. 254 *n.* 9
Voluntas nostra non est sequenda, quando voluntati Christi contrariatur. 281 *n.* 15
Voluntatis nostræ fluxus est amor. Datur simile. 197 *n.* 12
Voluptas mentis, maior voluptate carnis. 308. *n* 5
Voluptas illa quærenda, qua solidum habet fundamentum. 309. *n.* 6
Vox Dei sufficiens ad sedandam omnem discordiam, & contradictionem eorum qui vitam degunt in hoc mundo. 187. *n.* 7

Z

ZElum Dei habens, non secundum scientiam quomodo non ruminet. 267. *num* 18

INDEX EXEMPLORVM, EXHORTATIONVM, REPREHENSIONVM, ET SIMILIVM EX SCRIPTVRA DEPROMPTORVM.

EXEMPLA.

EXemplum ostendens maiorem fore amorem Patris cœlestis erga diligentes inimicos, quam esse possit erga quemcunque. 200. *n.* 8
Exemplum sanctorum quantũ moueat nos ad sectandam virtutem 123 *n.* 1
Exempla quibus probatur, malapleraq; non ieiunantibus accidisse. 302
Exemplum ostendens quam Patientia potens sit, quantam & vim habeat. 181 *n* 17
Exemplum ostendens quantum possit Veritas. 185 *n* 6
Exẽpla de Victoria mansuetudinis. 180. *n* 15
Exempla ostendentia quam parum valeat Potentia mundi. 181. *n* 16
Exemplum ostendens vere insipientẽ & imprudentem esse qui inimicos non diligit. 210. *n* 18
Exemplum ostendens vere sapientem & prudentem esse, qui inimicos amore prosequitur. 211. *n.* 18
Exemplum ostendens Deo non placere opera nostra bona si debita ac recta intentione non sint prædita. 215. *n.* 5 *ibid.*
Exemplum; quantum valent sincera intentio, & dilectio seruientis. 223 *n* 20
Exemplum nil Deum à nobis velle, nisi prius ipse dederit. 225. *n.* 25
Exemplum diabolum prius à nobis petere, quam det. 226. *n.* 25
Exemplum, quod illi qui gloriam Dei vsurpare sunt ausi, inglorii, & confusi euaserunt. 235. *n* 16 *Alia* 236 *n* 17
Exemplum damni, quod incurrit ille qui Deo fructum honoris sui non rependet. 243. *num.* 15
Exempla quomodo in die bonorum, memores esse debeamus malorum. 166. & *seq.*
Exempla, ostendentia obseruantiam legis diuinæ esse illam quæ nos efficiat magnos. 49. *n.* 12

Exempla demonstrantia ad nihilũ deducẽtos esse qui legem Dei transgressi sunt 88.*n* 13
Exempla quod Deus non exigat à nobis plus quam possimus. 252.*n*.5
Exemplum confusionis eius qui fructum vineæ Deo reddere noluit. 253 *n*.6
Exempla præclara ad ostendendam nimiam Dei bonitatem erga eos qui in actuali ac maxima offensione ipsiusmet Dei versabantur. 254
Exempla fugiendi malas occasiones, & practicas peccandi. 162.*n* 22
Exemplum docens non quocunque eundum, vbi caro, aut mundus aut diabolus inuitat, sed cũ delectu & aduertẽtia 129.*n*.19
Exemplum exterminii Iudæorum ad duo nobis deseruire debet ad fugiendam culpam, & ad timendam pœnam. 257.*n*.14
Exemplum ostendens in periculis nos esse tutos, dum in Sermone Domini maneamus, & è contra extra periculũ hominẽ nõ esse tutũ, qui extra Dei sermonem est. 261.*n* 6
Exemplũ ostendens, quod qui se libertate priuat Deo iubente, liber existit, & è contra qui libertatem vult contra voluntatem Dei, ipse cũ libertate perit. 268 *n*.20.269
Exemplum Quid eueniat concupiscentiam propriã sequenti, & non iussa Dei. 271.*n*.7
Exempla, quomodo spes præmii, opem ferat ad sufferendos labores. 169 *n*.11
Exempla, quomodo nos debeamus vti magna cautela, & diligentia in peragendis illis operibus quæ sunt magni ponderis, & errãdi adest magna facilitas; cum si secus fiat grauiter puniamur à Deo. 276.*n* 1
Exemplum quantum possit ille ad impetrãdum à Deo qui illius solam gloriam quærit, & zelat. 291.*n*.12
Exempla. Quantam vim habeat ieiunium ad euitanda pericula. 302.*n*.9
Exempla probantia Deũ nobis conferre maius auxiliũ quãdo in obseruatione alicuius præcepti ibi habetur maior difficultas, ita vt cedat in maiorẽ facilitatẽ 320 *ibid.*
Exemplum. quid possit bona intentio in operando. 333

EXHORTATIONES.

Exhortatio ad inflammandos homines vt posthabeant res caducas, & Deum sequantur. 22 *n*.20
Exhortatio ad legis diuinæ obseruantiam, quia est vera, firma, & efficax. 89
Exhortatio ad iram fugiendam, cum homo sit amoris legis professor. 98.*n*.19
Exhortatio ad sectandam operum abundantiam, vt abundanter summo Bono fruatur. 107 *n*.17. *vsque ad finem.*
Exhortatio ad patientiam, quia Christus Agnus est patientissimus, afferũtur rationes plurimæ. 179.*n* 11. *vsque ad* 18
Exhortatio ad cognoscendum, quam falsum sit mundi iudicium, quo vindicta suadetur. 206.*n*.12
Exhortatio qua homines remoueantur à vanitatibus, & ad veras delicias applicentur. 348.*n*.10
Exhortatio vt sequantur homines Christi mansuetudinem, & imitentur eum in perfecta legis obseruatione. 357.*n*.8
Exhortatio ad non iurandum vllo modo, cũ sine peccato vix fieri possit. 178.*n*.10
Exhortatio, vt in verbis & factis homines sint veraces. 187.*n*.8
Exhortatio, ad bene se habendum cũ coniuge & odiosa, & rixosa. 187 *n*.8
Exhortatio ad opera nostra facienda vt Deo, & non hominibus placeamus. 225.*n*.24
Exhortatio ad intuendum oculis animæ, quæ bona nobis à Deo proueniant, quando non amore rerum caducarum ducimur sed amore Dei ad opera nostra agẽda 150 *n*.26
Exhortatio seu animatio ad proficiendum in bonis operibus. 245.*n* 18
Exhortatio ad reddendum fructum vineæ verbo & exemplo. 247.*n*.21
Exhortatio vt detestemur seruitutem illam, quam induxit peccatum. 264.*n*.13
Exhortatio vt diligentia vtamur in eligendis illis quæ ad veram vitam attinent, ne decipiamur. 267.*n*.18
Exhortatio ad considerandæ quanta mala prouenerint in mundum, ex seruitute peccati. 271.*n* 8
Exhortatio ad Deum honorandum, illique parendum & ratio datur, quod si non fiat, magu nobis pœna intentatur quam fuerat Hebræis
Exhortatio ad obseruandũ ieiuniũ 303.*n*.10
Exhortatio alia ad idem. 310.*n* 8
Exhortatio ad dimicandum cũ diabolo. 359

REPREHENSIONES.

Reprehensio contra eos qui desiderium salutis non habent. 127. n. 17

Reprehensio grauis contra eos, qui nullam Dei vocem audire volunt, vtitur exemplo Samaritana, ad cuius vocem Samaritæ sunt conuersi. 152. n. 17. 153. n. 18

Reprehensio sensata contra eos qui gloriam vellent, & media perueniendi ad illam, respuunt. 172 n. 17

Reprehensio contra discordias seminantes. 175. n. 4.

Reprehensio contra diuites iniquos, pauperes suffocantes. 188. n. 9. 10

Reprehensio & demonstratio, quam ingens sit malum gloriam propriam velle, qui gloriam solam Dei expetere deberemus. 220. n 13. vsque ad 18

Reprehenduntur, qui vocationi Dei non respondent. 256. à n 12 vsq; ad 16

Reprehenduntur qui sermonibus Dei obedire respuunt. 272. n. 13

Reprehensio contra thesaurizantes in terris, & suasio vt thesaurizent in cœlis, in Concione secunda, Feria IV. Dom. de Abraham. 323

Reprehensio ad auaros. 338

Reprehensio contra facile iurantes. 178. n 10

Reprehensio stultis, qua cautela facienda est. 259. n 2

SIMILIA.

Simile explicans quid sit amor voluntatis nostræ in hac vita. 197. n. 12

Simile ostendens dilectionem inimicorum non auferre, sed conferre honorem. 198. n 15 16

Simile ostendens quam maximam pœnam expectent ii qui delectantur in vindicta, ita vt pro modica delectatione maximum dolorem sentiant. 201 n 11

Simile ostendens qui sit vere Filius Dei, & hæres, & qui non. 201. n 10. 11

Simile ostendens proximum offendentem esse Asinum, & Bouem. 211

Simile, quo demonstratur animam nostram esse terram, quæ semper aut bonum, aut malum affert fructum. 231

Simile ostendens quomodo, & qualis esse debeat homo qui gloriari vult. 235 n. 17

Simile, quo ostenditur fructus quem homo tenetur dare Deo. 244. n. 17

Simile declarans quid sit homo in natura lapsa. 248. n. 19

Simile ostendens quod nisi prius à Deo voluntur, nunquam surgeremus à statu mortis. 253. n. 7

Simile ostendens quomodo homo manens in Sermone Dei est tutior in periculis, quam ille qui extra pericula, sermonem Dei non seruat. 261. n. 5

Simile, quomodo in oratione ad Deum accedere debeamus. 293. n. 14

Simile ostendens quam male agat ille qui seipsum gloriæ Dei anteponit. 294. num 14.

INDEX LOCORVM OMNIVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC SECVNDO TOMO EXPLICANTVR,

Secundum ordinem librorum Scripturæ accommodatus, omissis aliis innumeris, quæ ab Auctore non adeo plene explicantur.

Prior numerus Caput indicat, secundus Versiculum, tertius Paginam, quartus Numerum marginalem.

GENESIS.

CAPVT. 1. Vers. 26. FACIAMVS *hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* pag. 403. *num.* 3

1.28. *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, &c.* 432. *num.* 3

1.29. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, &c.* 394. *n.* 6

2.1 *Igitur perfecti sint cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* 518

2.7. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* 271.

2.7. *Ne comedas, & in quacunque hora comederis, &c.* 470. *n.* 5

2.17. *In quocunque die comederis, morte morieris.* 722.16

3.4. *Nequaquam moriemini.* 501

3.6. *Vidit, quod bonum esset lignum, & pulchrum visu.* 390. *n* 15

3.19. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* 722.16

3.15. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, &c.* 528

4.14. *Ecce eiicis me à facie terræ, & à facie tua abscondar.* 625.3

6.6. *Tactus dolore cordis intrinsecus.* 481. *num.* 4

12.1. *Egredere de terra tua, & veni in terram quam monstrabo tibi.* 717. *n.* 7

12.7. *Semini tuo dabo terram hanc, &c.* 455. *n* 20

15.8. *Vnde scire possum, quod possessurus sim eam.* 435. *n.* 20

17.8. *Tibi dabo, & semini tuo. ibidem. num.* 21.

18.25. *Absit à te, vt rem hanc facias, vt occidas iustum cum impio.* 413. *num.* 9.

25.22. *Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?* 438. *n.* 30

28.16. *Vere Dominus est in loco isto, & nesciebam.* 509

38.2. *Vidit filiam hominis Chananæi vocabulo Sue, & accepta, &c.* 593

38.11. *Esto vidua in domo Patris tui, donec crescat Sela, &c.* 473. *n.* 22

49 4. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, &c.* 690

EXODVS.

Capit. 2 10. *Et vocauit nomen eius Moyses.* 651. *num.* 10

3.3. *Vadam,*

3.3. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* 644.n.6
3.7. *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius &c.* 507.n.2
3.14. *Ego sum qui sum, si dices, Qui est misit me ad vos.* 738
4.13. *Obsecro Domine, mitte quem missurus es.* 377.n.9
14. 27. *Fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involuit eos Dominus.* 639.
17.8. *Venit quippe Amalech, & pugnauit contra Israelin Raphidim.* 448.n.5
20.3. *Non habebis Deos alienos corã me.* 668
20 9. *Sex diebus operaberis, septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est.* 669
20.18. *Cunctus populus videbat voces, & lampades, &c.* 587
20.23. *Non facietis Deos argenteos, &c.* 587
20.24. *Offeretis super eo holocausta & pacifica vestra.* 588
20.22 *Hæc dices filiis Israel. Vos vidistis, quod de cœlo locutus sum vobis.* 631
21.1. *Hæc sunt iudicia, quæ propones eis.* 587
21 24. *Reddet animam pro anima, oculum pro oculo.* 419.n.25
23.5. *Si videris asinum odientis iacere sub onere, &c.* 445 n 22
23.19 *Nõ coques hædum in lacte matris suæ.* 415.n.15
24. 4. *Scripsit Moyses vniuersos sermones Domini, &c.* 508.n 1
29.38. *Agnos anniculos duos per singulos dies, vnum agnum mane, &c.* 611

LEVITICVS.

Cap 3.16. *Omnis adeps Domini erit.* 577
4.25. *Tangens cornua Altaris holocausti, &c.* 478.n 28
19. *per totum. Ego Dominus, leges meas obseruate.* 430 n.3
24.17. *Qui percusserit, & occiderit hominẽ, morte moriatur.* 419.n 25
26.23. *Sed ambulaueritis ex aduerso mihi, ego quoque contra vos incedam.* 404. n.9.654
27.1. *Filia Salphad, &c.* 481.n.7
27,12. *Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram.* 479.n.1
22.24. *Ita facietis per singulos dies septem in fomitem ignis.* 504.n.16
31.1. *Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris, &c.* 521 n.10
33. 40. *Audiuitque Chananæus Rex Arad, qui habitabat, &c.* 524

LIBER NVMERI.

Cap.10 31. *Noli nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertum, &c.* 399 n.6 (392.n.2
11.4. *Quis dabit nobis carnes ad vescendum?*
11.11. *Cur afflixisti seruum tuum? & quare non inueni gratiam, &c.* 532
22.12. *Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est.* 413.n.5
22.18. *Si dederit mihi Balaac domum plenam argenti, & auri, &c.* 405 n.11
22. 20. *Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade.* 406.n.15
22.28. *Quid feci tibi, cur me percutis?* 439.n 4
23. 9. *Populus solus habitabit, & non reputabitur inter gẽtes.* 401 n.2.403.n.6
23. 10. *Moriatur anima mea morte iustorum.* 405.n.11
23.21. *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel.* 465
23.20. *Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere &c.* 394 n.7
24.11. *Reuertere in locum tuum.* 409.n.11
24.17. *Orietur stella ex Iacob.* vsque. *omnes filios Seth.* 465.n.14
25.18. *Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos.* 425.n.5

DEVTERONOMIVM.

Cap 1.16. *Audite illos, & quod iustum est, iudicate, &c.* 412.n.8
1,37. *Mihi indignatus est Dominus propter vos, &c* 695
4.2. *Custodite mandata Domini Dei vestri.* 432.n.11
4.7. *Non est alia Natio tam grandis, &c.* 432. n.10
4.32. *Interroga si quando facta est huiusmodi res.* 514
6 4 *Dominus Deus vnus est.* 653
10 14 *Ecce Domini Dei tui cœlum, & cœlum cœli, & terra.* 552
12 13 *Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, &c* 469.n.1
13.1. *Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium vidisse, &c.* 463 n.8
13.14. *Quare fideliter, & diligenter.* vsque. *delebis eum.* 470.n.7

14. 3. *Ne comedatis quæ immunda sunt,* 141 *n.*10
14.22. *Non coques hædum in lacte matris suæ,* 415.15
15.19. *Non operaberis in primogenito Bouis.* 616 *num* 6
16. 2. *Immolabis Phasε Domino Deo tuo de ouibus, & bobus in loco, &c.* 678
16.21. *Non plantabis lucum, nec omnem arborem circa Altare.* 602
17.1. *Non immolabis Deo tuo ouem, & bouem in quo est macula, &c.* 377. 668. *num* 9
17.7. *Manus testium prima interficiet eum, vsq; malum de medio tui,* 659
17.8. *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem, &c.* *ibid.*
17.12 *Qui superbierit nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur homo ille,* 658
17.15. *Non poteris alterius Gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus,* 641.
18.18. *Prophetam suscitabo similem tui, &c.* 632 556. 620
18.20. *Propheta autem qui arrogantia depranatus vsque interficiet eum,* 663 382
20.1. *Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus, &c.* 440 *n.*4
20.3. *Nolite metuere, nolite cedere, quia Dominus Deus vester in medio vestri est,* 648. 676
21.1 *Quando inuentum fuerit hominis cadauer occisi, &c.* 595 *n.*3
21.5. *Accedent sacerdotes, quos elegit Dominus, vt ministrent ei, &c.* 600 *n.*13
21.6. *Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, &c.* 687. 602
21 8. *Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti Domine,* 603 *n.*19
22 9. *Non seres vineam tuam altero semine, &c.* 680
22.10. *Non arabis cum boue simul, & asino,* 641.*n.*13
23.18. *Non offeres mercedem prostibuli,* vsque *apud Dominum Deum tuum.* 440.*n* 5
25 2. *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus,* 425.*n.*9
25 17 *Memento quæ fecerit tibi Amalech in via quando egrediebaris, &c.* 633
28.1. *Si audieris vocem Domini Dei tui, vt facias, & custodias, &c.* 592
28.45. *Et venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te,* 676
28.66. *Et erit vita tua, quasi pendens ante te,* 688
28.68. *Reducet te Dominus classibus in Ægyptum, &c* *ibid.*
30.14 *Iuxta te est sermo valdè in ore tuo, & in corde tuo,* 547
31.20. *Introducam illum in terram lacte, & melle manantem, cumq; comederint, &c.* 684
31 21 *Seruient Diis alienis, detrahent mihi,* 685
31 29. *Noui quod post mortem meam iniquè agetis, &c.* 600
32. 2. *Concrescat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium, &c,* 722
32 17. *Diis quos ignorauerunt Patres eorũ, qui noui, &c.* 630
33 7. *Audi vocem Iudæ, & ad populum suũ introduc eum, &c.* 673

IOSVE.

Cap.1.7. *Confortare, & esto robustus, vt custodias, &c.* 579
2. 24. *Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, &c.* 606
3.7. *Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel.* 626.*n* 7
3 14. *Igitur egressus est Populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanẽ* 718 *n.*10
3.16. *Steterunt aqua descendentes in loco vno, & ad instar montis, &c.* 609
3 15. *Ingressi sq; eũ in Iordanem, & pedibus eorum, &c.* 629
4.10. *Festinauit populus, & trãsiit, &c* 624
4.14 *Vt timerẽt eum, sicut timuerunt Moysen, &c.* 625.*n* 9
7.12 *Non poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet,* 449 558
10.14. *Non fuit antea & postea tam longa dies, obediente Domino, &c.* 450.9
18.3. *Vsquequo marcetis ignauia, & non intratis, &c.* 543
23.5. *Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet à facie vestra, &c.* 398 *n* 13

LIBER IVDICVM.

Cap.2.14. *Iratus Dominus tradidit eos in in manus diripientium,* 404 *n* 8
7.2. *Multus tecum est Populus, nec tradetur Madian, &c.* 449.6
9 48. *Quod me videritis facere, citò facite,* 503.15 505 17
17.3. *Benedictus filius meus Domino.* 666
20.6. *Nunquam tãtum nephas, & tã grande piaculum factum est in Israel* 690

I. REGVM.

Cap.2.9 *Pedes sanctorum seruabit, & impij in tenebris conticescent,* 377.8
2.30 *Quicumque glorificauit me, glorificabo eum,* 583
4.3. *Quare percussit nos Dominus hodie corã Philisthiim, asferamus, &c.* 376 *n.*7
20.1. *Quid feci, quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum, &c.* 386.*n.*8
24.13 *Iudicet Dominus inter me, & te, vt vlciscatur me Dominus ex te,* 420. *num* 28.

II. REGVM.

Cap. 16. 5. *Et ecce egrediebatur vir de cognatione domus Saul nomine Semei, &c.* 700
24.17. *Ego sum qui peccaui, ego iniquè gessi, &c.* 608.686

III. REGVM.

Cap.22.8. *Odi eum quia non prophetat mihi bonum, sed malum,* 459.*n.*29

IV. REGVM.

Cap.4.34 *Et ascendit, & incubit super puerum posuit & os suum, &c.* 697

II. PARALIPOMENON.

Cap. 30.10. *Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate, &c.* 618
30 26. *Facta est grandis celebritas, qualis à diebus, &c.* 618.*n.*11

TOBIAS.

Cap.3.21. *Hoc enim pro certo habet, qui te colit Deus, &c.* 494.*n.*17
5.12 *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video,* 389.13
13 8. *Conuertimini peccatores, & facite iustitiam coram Deo,* 406.13

IVDITH.

Cap.26.4. *Quoniam prophetasti nobis, gladius militiæ meæ transeat per latera tua,* 426.*n*15

IOB.

Cap.6.16. *Qui timet pruinam, irruet super eum nix,* 422.4.421 4
19.13. *Fratres meos longè fecit à me,* vsque *auersatus est me,* 537
19.15. *Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt,* ibid.
22.14 *Circa cardines cœli ambulat, nec nostra considerat,* 425.12
38.11. *Vsque huc venies & non procedes amplius, & hic, &c.* 411.*n*2

LIBER PSALMORVM.

Psal.1.4. *Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quẽ proiicit ventus, &c.* 720 722
1.5. *Neq; peccatores in concilio iustorũ,* 720
2. 6. *Ego autem constitutus sum rex super Sion montem sanctum eius,* 597
2 7. *Filius meus es tu, ego hodie genuite,* 564
3 1. *Domine quid multiplicati sunt, qui tribulabant me, &c.* 737
11. 6. *Ponam in salutari fiducialiter agam in eo,* 477.580.*n.*26
15.2. *Dixi Domino Deus meus es tu, quoniã bonorum meorum non eges,* 438 *n*.1
17.8. *Commota est & contremuit terra,* vsq; *succensi sunt,* 473.*n.*14
18 1. *Cœli enarrãt gloriam Dei & opera manuum eius annuntiant firm.* 492
18.2. *Dies diei eructat verbum,* 630
21.1. *Deus Deus meus quare me derelequisti,* vsq; *delictorum meorum,* 476. *n.*25. & 531
21.15. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea,* 476
26.4. *Vnam petij à Domino, hanc requirã, vt inhabitem, &c.* 723
33 6. *Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestræ, &c.* 453 *n.*16
34.15. *Congregata sunt super me flagella, & ignoraui,* 582
36.25. *Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum.* 405.*n*11
39.8. *Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam, &c.* 643
40. 6. *Inimici mei dixerunt mala mihi,* vsque

vsque *super me supplantationem*, 553. & 541
44.4. *Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime*, 497.n.23
49. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas*, 665
54.2. *Contristatus sum in exercitatione mea & conturbatus, &c.* 539
54.13. *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, &c.* 540
58.7. *Famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem*, 718
65.15. *Holocausta medullata offerã tibi*, 630
68.3. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*, 531.9
68.13. *Aduersum me loquebantur*, vsq; *bibebant vinum*, 461 4.637.8
68.22. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto*, 711
68.26. *Fiat commoratio eorum deserta*, vsque, *vulnerum meorum addiderunt*, 552.553
71.6. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia &c.* 476.23
81.8. *Surge Deus, iudica terrã: quoniam tu hereditabis in omnibus*, 414.11
87.4. *Repleta est malis anima mea.* 537.15
87.9. *Lõgè fecisti notos meos à me*, vsq; *auertis faciem tuam à me*, 538. 566
87.16. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* 697
87.17. *In me transierunt ira tua*, vsq; *notos meos à miseria.* 538.635 711.390
95.8. *Tollite hostias, & introite in atria eius, adorate Dominum, &c.* 680
108.8. *Episcopatum eius accipiat alter* 553
108.17. *Et persecutus est hominem inopem, & mendicum*, 594
109.4. *Tu es sacerdos in aternum secundum ordinem Melchisedech*, 563 564
113.2. *Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.* 615
117.1. *Confitemini Domino quoniam bonus, &c.* 621
118.7. *Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici, &c.* 406.377
118.9. *In quo corrigit adolescentior viã suã, in custodiendo, &c.* 580
118.12. *Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas*, 444
118.46. *Loquebar de testimeniis tuis in conspectu regum, & non confundebar*, 512
118.111. *Hereditate acquisiui testimonia tua quia exultatio cordis mei sunt*, 455.15
118.112. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter, &c.* 408.18
118.133. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum*, 411.2
118.138. *Mandasti iustitiã testimonia tua, & veritatem tuam nimis.* 414.12
123.3. *Cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos*, 610
131.3. *Si ascendero in lectum strati mei, &c.* 486.20
142. *Et non intres in iudiciũ cum seruo tuo, quia iustificabitur, &c.* 411.1

LIBER PROVERBIORVM.

Cap.1.8 *Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.* 443.15
3.19. *Dominus Sapientia fundauit terram, &c.* 373.1
3.28. *Ne dicas amico tuo vade, & reuertere cras dabo tibi, &c.* 412.6
6.12. *Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, &c.* 656.5
6.16. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur Anima eius*, ibid.
7.14. *Victimas pro salutem deuoui.* 438
8.36. *Omnesque me oderunt diligunt mortem*, 639
10.5. *Qui congregat in messe, filius sapiens, qui autem stertit, &c.* 421.1
10.6. *Benedictio Domini super caput iusti, os autẽ impiorum operit iniquitas.* 377.7
10.24. *Desideriũ suum iustis dabitur*, 401.2
11.4. *Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iustitia autem, &c.* 395.8
14.1. *Sapiens mulier ædificat domum, insipiens extructam quoque, &c.* 447.2
15.1 *Responsio mollu frangit iram, sermo durus suscitat furorem*, 489.6
15.2. *Lingua sapientum ornat scientiam, os fatuorum, &c.* 490
15.4 *Lingua placabilis, lignum vitæ.* ibid.14
15.5. *Stultus irridet disciplinam Patris sui, qui autem custodit, &c.* 516.17
15.17. *Melius est vocari ad olera cum charite, quàm ad vitulum, &c.* 551

15.18. *Vir*

15.18. *Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est, &c.* 542
15.24. *Semita vita super eruditũ, vt declinet, &c.* 533
15.30 *Lux oculorum latificet Animam, & fama bona impinguat ossa,* 577
15.32. *Qui abiicit disciplinam, despicit Animam suam,* 498.25
16.4. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus,* 530.7. 616.8
16 10. *Diuinatio in labiis Regis in iudicio non errabit os eius,* 602.15
16 32. *Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore Vrbium,* 621
17.3. *Sicut igne probatur argentum, ita corda probat Dominus,* 618.10
17.4. *Malus obedit lingua iniqua, & fallax obtemperat, &c.* 616
17. 5. *Qui despicit pauperem, exprobrat factori suo, & qui, &c,* 614.
17.7. *Non decent stultum verba composita, nec principem labia mentiens.* 601
17.9. *Qui celat delictum, quarit amicitias, qui altero sermone repetit, separat fœderatos.* 652
17.11. *Semper iurgia quarit malus.* 623 22
17.12 *Expedit magis Vrsæ occurrere raptis fœtibus, quam fatuo, &c.* 617
17.14. *Qui dimittit aquas, caput est iurgiorum,* 616 9
17. 14. *Antequam contumeliam patiatur, deserit iudicium.* 617
17.16. *Qui altam facit domum, quarit ruinam, &c.* 596
17.17 *In omni tempore diligit, qui amicus est, & frater, &c.* 604.20
17.18. *Stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro amico suo,* 615 4
17.20. *Qui peruersi cordis est, non inueniet bonum, & qui, &c.* 616 8
17.21 *Natus est stultus in ignominiam suã, sed nec Pater, &c.* 597
17.25 *Ira patris filius stultus, & dolor matris erit, &c.* 600
17 27 *Qui moderatur sermones suos prudẽs, & doctus est.* 633
18.10. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum curret, &c.* 616
18.12. *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam, &c.* 684
18,15. *Cor prudens possidebit scientiã, & auris sapientium quarit doctrinã.* 673.1
18.20. *De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum, &c* 677
18.22. *Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum,* 684
18.24. *Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues, &c.* 688
19.3. *Stultitia hominis supplantat gressus suos, & contra Deum feruet, &c* 685
19.16 *Qui custodit mandatum, custodit animam suam, qui autem, &c* 687
22 11. *Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum Regem,* 442
23.18 *In timore Dei esto tota die, quia habebis spem in nouissimo, &c.* 401
24.13. *Comede fili mi mel, quia bonũ est, & fauũ dulcissimũ gutturi tuo,* 401, 547
24.30 *Per agrũ hominis pigri fui, & per vineam viri stulti. & ecce, &c.* 648
26 8. *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii, ita qui tribuit, &c.* 607 4
26.12. *Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo, &c.* 607
26.15. *Abscondit piger manum sub ascilla sua, & laborat si ad os suum eam conuerterit,* 453 17
26.24. *Labiis suis intelligitur inimicus, vlque sunt in corde illius.* 460.1
26.26. *Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur, &c* 608
26.27. *Qui fodit foueam, incidet in eam, & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum,* 387.377
26.28. *Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.* 416 379
27. 8 *Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum.* 386.8.424 375. *ibid.*
27 9. *Vnguento, & variis odorib. delectatur cor, & bonis amici cõsiliis, &c.* 421 373
27.10. *Domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ,* 386.375
27 13. *Tolle vestimentum eius qui spopondit pro extraneo,* 384.374
27.15 *Tecta perstillantia in die frigoris, vlq; ventum teneat.* 425 n.8

27.18. *Qui*

27.18. *Qui seruat ficũ, comedet fructũ eius, & qui custos est Domini sui, &c.* 423.*n*.4
27.21. *Quomodo probatur in conflatorio argentum, &c.* 374.407.380
27.21. *Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam,* 497.*n*.23. 460.*num*.2
27.22. *Si contuderis stultũ in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, &c* 428 19
27.23 *Diligenter agnosce vultũ perorũ tui, tuosq; greges considera,* 394.8
27.25. *Aperta sunt prata & aparuerunt,* vsque *ancillis tuis,* 394
28.1. *Fugit impius nemine persequẽte, iustus autem quasi leo, &c.* 467.*n* 19.624
28.2. *Prater peccata terra multi principes,* vsq; *longior erit,* 482.*n*.9
28.6. *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues, &c,* 460.*n*.2
28.9. *Qui declinat aures suas, ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis,* 442 *n*.13
28 11. *Sapiens sibi videtur vir diues pauper autem prudens scrutabitur eum,* 400 *n* 1.407.*n*.16.
28.14. *Qui dura mentis est, corruet in malum,* 428.*n*.19
28.18 *Qui ambulat simpliciter, saluus erit, qui peruersis, &c.* 427.*n* 17
28.19 *Qui operatur terram suam, satiabitur panibus,* 404.*n*.19
28.20. *Qui festinat ditari, nõ erit innocens,* 409.546 547.*n* 20
29 26. *Qui confidit in corde suo stultus est, qui aũt graditur sapienter, &c.* 409.*n*.21
29 1 *Viro qui corripientem dura ceruice cõtemnit* 486.*n* 21
29.2 *Cum impij sumserint Principatum, gemet populus, &c.* 585
29 3 *Vir qui amat sapientiam, letificat Patrem suum, &c.* 507.*n*.23
29 5. *Homo qui blandis, & fictis sermonibus loquitur amico suo rete, &c* 463.*n* 10
29.8 *Homines pestilentes dissipant ciuitatẽ, sapientes verò auertunt furorem* 606
29. 12 *Princeps qui libenter audit verba mendacij &c.* 524
29.13. *Pauper & creditor obuiauerũt sibi & vtriusq; illuminator est Dominus,* 542
29.15 *Virga tribuit sapientiam, puer autem qui dimittitur, &c.* 648
29. 15 *Puer qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam,* 590
29 20. *Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis, &c.* 642
29. 21. *Qui delicatè à puertia nutrit filium suũ, postea inuenies cum contumacẽ.* 625
29 23. *Superbum sequitur humilitas,* 550
29.25 *Qui timet hominem citò corruet, qui sperat in Domino, &c.* 622
29. 26. *Multi requirunt faciem Principis, & iudicium à Domino, &c.* 648.*n*.14
30.1. *Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus, &c.* 665
30 1. *Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ, &c* 668
30.8. *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi,* vsq; *nomen Dei mei.* 669
30 10. *Ne accuses seruũ ad Dominũ suum, ne forte maledicat tibi, &c.* 672
30.12 *Generatio qui sibi mũda videtur, & tamen non est lota à sordibus, &c.* 696
30.13. *Generatio cuius excelsi sunt oculi, & & palpebræ eius in alta surrectæ* 694
30. 18. *Tria sunt difficilia mihi & quartũ,* vsq; *viri in adolescentia* 726,*n*.3

ECCLESIASTES.

Cap.2 3. *Cogitaui in corde meo abstrahere à vino animam meam,* 384.4
9.10. *Quodcunq; potest facere manus tua, instanter operare,* 422.3
11.3 *Si ceciderit lignum, &c, ibi erit.* 638

CANTICVM CANTICORVM.

Cap.1.6. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* 610
1 9. *Collum tuum sicut monilia.* 579
2.16. *Dilectus meus mihi, & ego illi,* 696
5 3 *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* 441.375
8.1. *Quis mihi det te fratrem meum,* vsq; *in domum matris meæ,* 518. *n* 22
8 5. *Quæ est ista quæ ascendit de deserto innixa super dilectum,* 408.308
8.8. *Soror mea parua est,* vsque *tabulis cedrinis.* 746 *n*.4

LIBER SAPIENTIÆ.

Cap 1. 1. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram, &c.* 518
1.6 *Benignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum, &c.* 694

1.7. *Spiritus Domini replevit orbem terrarũ, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.* 696
2.12. *Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis,* 555
2.11. *Sit fortitudo nostra, lex iustitiæ,* 396. 376.
5.7. *Lassati sumus in via iniquitatis,* 373.
7.21. *Omnia enim Artifex docuit me sapientia,* 401.386.375
9.10. *Mitte illã de cœlis sanctis tuis* 387.376

LIBER ECCLESIASTICI.

Cap.1.11. *Timor Domini gloria, & gloriatio,* 435 447
1.13. *Timenti Dominum bene erit in extremis,* 447
1.16. *Initium sapientiæ timor Domini, &c.* 746.n 3
1.17. *Timor Domini scientiæ religiositas, religiositas custodiet, &c.* 716
1.29. *Vsq; in tempus sustinebit patiens, &c.* 491.376.
1.37. *Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, &c* 693.379
1.40. *Quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia.* 693
2.1 *Fili accedens ad seruitutem Dei,* vsq; *in camino humiliationis,* 490.375
2.3. *Sustine sustentationes Dei, coniungere Deo & sustine, &c.* 713
3.6. *Qui honorat Patrem suum iucundabitur in filiis,* 420.383
3.27. *Cur enim durum malè habebit in nouissimo,* 686
4.32. *Ne coneris contra ictum fluuij, vt quæras absconsa, &c.* 465.379
5.1. *Noli attendere ad possessiones iniquas,* vsq; *obductionis,* 395.375
5.10. *Noli anxius esse in diuitiis,* 396.376
5.13. *Esto mansuetus ad audiendum verbũ, vt intelligas,* 410.373
6.14. *Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, &c.* 538
6.15 *Amico fideli nulla est comparatio,* 527
11.4. *Mirabilia opera Altissimi solius,* 408.380.
13.2. *Et ditiori te ne socius fueris.* 688
21.3 *Dentes leonis eius,* vsq; *non est sanitas,* 472.12.
22.10. *Super mortuum plora, defecit enim lux eius, & super fatuum, &c.* 471.376
24.8. *Gyrum cœli circuiui sola, &c.* 377.
28.15. *Susurro, & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes,* 657.
28.21 *Flagelli plaga liuoré facit plaga autẽ linguæ comminuet ossa,* 658
31.18 *Intellige qua sunt proximi tui, ex ipso,* 475.
44.20. *Abraham magnus Pater multitudinis gentium,* 563
45.8. *Excelsum fecit Aaron, & dedit illi sacerdotium,* 565
46.1. *Fortis in bello Iesus Naue qui fuit maximus, &c.* 585.
51.19. *Ante templum postulabam pro illa,* 434.
51.20. *A iuuentute mea inuestigabam illam,* 434
51.21. *Inclinaui modicè aurem meam & excepi illam,* ibid.
51.25 *Colluctata est anima mea in illa* 434
51.27. *Animam meam direxi ad illam & in agnitione inueni eam.* ibid.
51.29. *Venter meus conturbatus est quærendo illam,* ibid.

ISAIAS.

Cap.1.3. *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsæpè Domini sui,* 440.
1.16 *Lauamini, mundi estote, &c.* 603
5.8. *Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis,* 546
6.1. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* 501.
9.13. *Populus non est reuersus ad percutientem se &c.* 428
11.6. *Habitabit lupus cum agno,* vsque *aquæ maris operientes,* 452.14
14.13 *In cœlum conscendam, similis ero Altissimo, &c.* 549
26.14. *Morientes non viuant, gigantes, non resurgant.* 723
26.19. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent,* vsque *in ruinam* 721.722
30.20. *Erunt oculi tui videntes Præceptorẽ tuum, & aures tuæ audient,* 404.374
30.20. *Et dabit vobis Dominus panem arctum, &c.* 461.374
42.18. *Sur-*

42. 18. *Surdi audite, & cæci intuemini.* 388. 12
46. 11. *Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum.* 466. 16 *ibid* 17
50. 4 *Erige mane mane erige mihi aurem, vt audiam quasi magistrum* 496. 21
50. 5. *Dominus aperiet mihi aurem.* vsque. *petram durissimam* 477 269. 26
53. 1. *Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?* 510. 3 612. 18.
53. 3. *Vidimus eum nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem, &c.* 608.
53. 6. *Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* 528. 3
53. 10. *Si posuerit pro peccato Animam suam, videbit semen longæuum.* 682
63. 1. *Quis est iste qui venit de Edom.* vsque. *ad saluandum.* 496. 23
66. 1. *Quoniam cœlum sedes mea est, terra autem scabellum pedum meorum.* 543
66. 3. *Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum.* 441. 10

IEREMIA.

Cap 2. 13 *Duo enim mala fecit populus meus.* vsque. *non valent aquas,* 630. 16
2. 30 *Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* 428 19
5. 1. *Circuite vias Hierusalem, & aspicite.* vsque *ruperunt vincula.* 549
7. 12. *Ite ad locum meum in Sylo vbi habitauit nomen meum à principio, & videte, &c.* 669
12 1 *Quare via impiorum prosperatur, &c.* 560
12. 6. *Nam & fratres tui & domus patris tui,* vsque *odiui eam.* 560
13. 23. *Si mutare potest Æthiops pellem suã,* vsque *didiceritis malum.* 456. *n.* 24
17. 5. *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem, &c* 409. *n.* 21
17. 16 *Diem hominis non desiderauí.* 674
18. 13 *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel.* 612

THRENI.

Cap. 1. 5. *Paruuli eius abierunt in captiuitatem, &c.* 622
4. 5. *Qui vescebantur voluptuosè,* vsque *amplexati sunt stercora.* 507. 22

BARVCH.

Cap. 3. 16. *Vbi sunt Principes gentium, qui argentum thesaurizant, & aurũ, &c.* 546
3. 26 *Ibi fuerunt gigantes nominati illi, quæ ab initio fuerunt statura, &c.* 447

EZECHIEL.

Cap. 2. 3. *Mitto ego te ad filios Israel, ad Gentes apostatrices.* 443. 16
3. 25. *Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula.* 558
13. 3. *Væ prophetis insipientibus,* vsque *in prælio in die Domini.* 457. 28
13. 10. *Deceperunt populum meum dicentes,* vsque *absque paleis.* 458. 28
13. 17 *Et tu fili hominis pone faciem tuam.* 458. 28
13 20. *Ecce ego ad pũluillos vestros,* vsque *de manu vestra.* 459 29
14. 13. *Terra cum peccauerit mihi, vt prauaricetur prauaricans, &c.* 437. 28
16. 4. *Quando nata es in die ortus tui, non est præcisus vmbilicus tuus.* 736. 5
16. 5. *Proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die, &c.* 737. 5
18. 4 *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* 472
18. 25. *Nunquid via mea non est æqua, & non magis vestræ praua sunt, &c.* 719
19 2. *Quare mater tua leena inter leones cubauit in medio leunculorum suorum.* 672
20. 37. *Subiiciam vos sceptro meo, & inducam in vinculu fœderis.* 41. 12
21. 9. *Gladius, gladius exacutus est, & limatus.* 572
24. 21. *Ecce ego polluam sanctuarium meũ, superbiam, &c.* 565

PROPH. DANIELIS.

Cap. 4. 34. *Nunc igitur ego Nabucodonozor laudo, & magnifico, &c.* 493. 15
12. 2. *Multi de his qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt.* 721. 14

12.2. *Alii in vitam æternam, alii in opprobrium, vt videant semper.* 721
13.59. *Ecce Angelus Domini stat, vt secet te medium.* 436 25

PROPHETIA OSEÆ.

Cap. 1. 6. *Non addam vltra misereri domui Israel sed obliuione, &c.* 485.19
2. 7. *Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat.* 388.12
6. 3. *Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos.* 675
6. 3. *Post duos dies viuificabit nos.* 675
13. 11. *Dabo eis Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.* 437.n.29

PROPH. IONÆ.

Cap 2. 4. *Et proiecisti me in profundum in corde maris.* 532
2. 7. *Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me, &c* 737 n.6

PROPHETIA MICHÆÆ.

Cap 1 8. *Super hoc plangam, & vlulabo, vadam spoliatus, &c.* 535
6. 8. *Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus, &c.* 398. n. 13
7. 5. *Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* 386.8

HABACVCH.

Cap. 3. 4. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* 566.371 622 n 20
3. 6 *Stetit & mensus est terram aspexit, &c.* 713

ZACHARIA.

Cap. 4. 6. *Non in exercitu, non in robore, sed in spiritu meo.* 452
9. 9 *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem* 628
12.10 *Et effundam super domum Dauid, & super habitatores, &c.* 535
12. 10. *Aspiciant in me quem confixerunt.* 646
12.12 *Et plangent terra familiæ, & familiæ seorsum.* 699. n. 12
13. 3. *Et erit cum prophetauerit quispiam, &c.* 553
13. 6. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum.* 554 599.
13. 7 *Framea suscitare super Pastorem meũ.* 582.

PROPH. MALACHIÆ.

Cap. 1. 6. *Ad vos ô Sacerdotes qui despicitis nomen meum.* 252
1, 6. *Filius honorat patrem & seruus, &c.* 493. n. 14
1. 8. *Offer illud Duci tuo, si placuerit ei, &c.* 556.
1. 10. *Non est voluntas mea ad populum istum.* 437.28
2. 1. *Et nunc ad vos mandatum hoc ô Sacerdotes.* 493 n.14
2. 8. *Vos autem scandalizastis plurimos.* *ibidem.*
2.10. *Numquid non pater vnus omnium nostrum.* *ibidem*

LIBER I. MACHABÆORVM.

Cap 1. 14. *Et dedit illis potestatem, vt facerent iustitiam Gentium.* 396.n.10

EVANG. MATTHÆI.

Cap. 4. 2. *Cum ieiunasset 40. diebus, & 40. noctibus, postea esuriit.* 634.3
5. 4. *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* 404.9
6. 2. *Cum facis eleemosynam, noli tubacanere.* 411.2
6. 9. *Pater noster qui es in cœlis.* 437. 28. 441. 10
6. 24. *Nemo potest duobus Dominis seruire, aut enim vnum, &c.* 396.9.631
6. 27. *Quis vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?* 407. 18
7. 11. *Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris.* 433.13
11.27. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* 502. 12
11.28. *Venite ad me omnes qui laboratis, &c.* 399.18. 459 31. 467.18
13. 31. *Granum synapis minimum est omnibus seminibus.* 406.12
13. 45. *Simile est regnum cœlorum homini quærentibus bonas margaritas.* 396.10
14.15. *Deser-*

14 15. *Desertus est locus, dimitte turbas, vt sumant sibi escas.* 409.21
15.6. *Ecce spōsus venit, exite obuiam ei.* 574
16.17. *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis &c.* 510.3
16 23. *Scandalum est mihi.* 512.8
21.44. *Qui ceciderit super eum, confringetur.* 684
25.34. *Possidete paratum vobis Regnū.* 543
26.7. *Accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, &c.* 684
26 20. *Vespere autem facto discumbebat cū Discipulis &c.* 610
26.24. *Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est, &c.* 580
26.31. *Omnes vos scandalum patiemini.* 537.14
27.35. *Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, &c.* 710
27 42. *Descendat nunc de Cruce & credimus ei.* 713.2

EVANG. S. MARCI.

Cap. 6.49. *Videntes eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse.* 467.19
11.22 *Habete fidem Dei.* 405.11
15.15. *Et tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur.* 707
16 8. *At illæ exeuntes fugerunt de monumēto, inuaserat, &c.* 714
16.15. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* 441

EVANG. S. LVCÆ.

Cap. 1.68. *Visitauit, & fecit Redemptionem plebis suæ Israel.* 699
2.34. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum.* 606
4 6. *Omnia tradita sunt mihi, & cui volo, do illa.* 418.21
4.13. *Et diabolus recessit ab illo, vsque ad tempus.* 530
4.18. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me.* 690
8.21. *Ego vado, & in peccato vestro moriemini.* 532 (434.18
11.5. *Amice accommoda mihi tres panes.*
11.7. *Pueri mei mecū sunt in cubili.* 485.19
11 7. *Noli mihi molestus esse, iam ostiū clausum est.* 440 7
11.34. *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit.* 635
12.14. *O homo quis me constituit Iudicem, aut diuisorem, &c.* 412.8
12.15 *Cauete ab omni auaritia.* 409
12.19 *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos,* 398.16
17 10. *Cum feceretis omnia, dicite quia serui inutiles sumus.* 407.17
18.11. *Non sum sicut ceteri hominum raptores, adulteri &c* 415 14
21.28. *His autem fieri incipientibus, leuate capita vestra.* 638
22.15. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum.* 628.10
22.19. *Hoc facite in meam commemorationem.* 527.580
22.43 *Apparuit autem illi Angelus de Cœlo confortans eum, & factus in agonia, &c.* 704
23.26. *Et cum ducerent eū, aprrehenderunt Simonē quendā venientē, &c* 709.34

EVANG. S. IOANNIS.

Cap. 6.51.54. *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum, & qui manducat, &c.* 719
6.61. *Durus est hic sermo.* 542
7.52. *Scrutare scripturas, & vide quia à Gallilæa Propheta non surgit* 588
8 7. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem iniiciat.* 415.14
8.35 *Filius autem manet in æternum* 433.15
11.15. *Gaudeo propter vos, vt credatis, quia non eram ibi.* 626
11.52. *Iesus moriturus erat non tantum pro gente, sed vt filios Dei, &c.* 723.18
11.45. *Abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem.* 488.3
12.31. *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi, &c.* 646
13.3. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, &c.* 497.24.509.2
14.30. *Venit Princeps huius mundi, & in me non habet quidquam.* 620
15 5. *Sine me nihil potestis facere.* 535
15.22. *Si non venissem, & locutus eis non fuissem.* 528.3
17.1. *Pater clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te.* 495.20
18.31. *Quia nobis non licet interficere quemquam.* 685

19.11. *Non haberes potestatem aduersum me vllam, &c.* 647.12
19.30. *Consummatum est.* 496

ACTA APOSTOLORVM.

Cap.1.11. *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum congregati sunt in omni tempore, &c.* 717
3.16. *Auctorem vero vitæ interfecerunt, &c.* 631.17
4.26. *Conuenerunt aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quæ manus tua, &c.* 681
7.4. *Transtulit illum in terram hanc, & non dedit illi hæreditatem* 455
7.59. *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* 419.25
14.16. *Nam non sine testimonio seipsum reliquit benefaciens, &c.* 574
17.27. *Non longè est ab vnoquoq; nostrum.* 432.10
20.22. *Ecce alligatus ego spiritus vado, vsq; me manent* 559
20.35. *Beatius est magis dare, quam accipere* 567.7

AD ROMANOS.

Cap.5.4. *Patientia probationem operatur.* 62.18
5.12. *Per vnum hominem peccatum in hûc mundum intrauit, & per peccatum mors.* 472.13
5.20. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.* 636
8.10. *Corpus quidem mortuum est propter peccatum spiritus autem vivit, &c.* 451.12
8.29. *Quos præsciuit, illos prædestinauit conformes fieri imagini filii sui, &c* 700
8.32. *Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis, &c* 436
9.2. *Tristitia est mihi magna, & continuus dolor, &c* 533
11.33. *O Altitudo diuitiarum sapientiæ, &c.* 636
12.1. *Exhibete corpora vestra hostiam viuẽtem, sanctã Deo placentẽ, &c.* 679
13.11. *Hora est iã nos de somno surgere* 485.20
14.4. *Tu quis es qui iudicas alienum seruũ, Domino suo stat, &c.* 414
14.10. *Tu autem quid iudicas fratrem tuum, &c.* 413.11.416.17
14.10. *Omnes stabimus ante tribunal Christi & vnusquisq; &c.* 416.17
15.2. *Vnusquisq; proximo suo placeat ad ædificationem &c.* 626.8
15.4. *Per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus* 578

AD CORINTHIOS I.

Cap.1.1. *Paul. vocatus Apostolus Iesu Christi Ecclesiæ Dei quæ est, &c* 615.n.3
2.2. *Non enim iudicaui me scire, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ* 514.n.11
4.3. *Sed neq; meipsum iudico, &c qui autem iudicat me Dominus est.* 432.n.6
4.5. *Nolite ante tempus iudicare, &c.* 416.n.18.
7.32. *Volo autem vos sine solicitudine esse, &c.* 396.n.9
7.33. *Qui cum vxore est cogitat quæ sunt mundi, & diuisus est.* 412.n.6
9.10. *Nam & qui arat id facit in spe fructus percipiendi.* 404.n.9.434.n.19
12.16. *Si dixerit auris quoniã non sum oculus, non sum de corpore, &c.* 432.n.11
12.26. *Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* 617
15.19. *Si in hac vita tantum in Christo, sperantes sumus, miserabiliores, &c.* 454.n.19.
15.45. *Factus est primus homo Adam in animam viuentem nouissimus Adam in spiritum viuificantem.* 721.n.14

AD CORINTHIOS II.

Cap.1.8. *Supra modum grauati sumus supra virtutem, &c.* 739.n.9
5.6. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* 667.n.4
5.14. *Si vnus pro nobis mortuus est, ergo omnes mortui sunt* 478.n.27
5.20. *Reconciliamini Deo.* 478.n.28
8.13. *Non vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio.* 487.n.1
13.7. *Oramus Deum, vt nihil malefaciatis, non vt vos probati, &c.* 714.

AD GALATAS.

Ca.3.13. *Factus pro nobis maledictũ, &c* 516
3.14. *Vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.* 516
5.19. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio.* 464.n.11
6.2. *Alter alterius onera portate.* 445.n.21
6.17.

6.17. *Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* 535

AD EPHESIOS.

Cap.2.4. *Deus autem qui dives est in misericordia propter nimiam, &c.* 730
2.11. *Memores estote, quod aliquando vos gentes in carne eratis, &c.* 403 *n.*6
3.15. *A quo omnis paternitas, in cœlo, & in terra nominatur.* 436 *n.*26
4.22 *Deponite veterē hominē, &c.* 456.24
5.29 *Nemo carnem suam odio habet* 445.21
6.12. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, &c.* 448

AD PHILIPPENSES.

Cap.1.9. *Et hoc oro vt charitas vestra magis, ac magis abundet, &c,* 548
2.8. *Humiliauit semetipsum factus obediens, &c.* 495.*n.*20.607
3.8. *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* 507
3.13. *Quæ quidem retro sunt obliuiscentes, ad ea vero quæ sunt, &c.* 379.12
3.18. *Multi enim ambulant, quos sæpè dicebam vobis, (nunc autem & flens dico) &c* 700

AD COLOSSENSES.

Cap.1.24. *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.* 535
2.14. *Chirographum decreti quod erat contrarium nobis.* 571
3.2. *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* 513.10
3.5. *Mortificate membra vestra quæ sunt super terram* 505.19

AD TIMOTHEVM I.

Cap.1.9. *Iusto non est posita lex, sed iniustis, & non subditis.* 413.10
6.17. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sperare in incerto diuitiarum.* 403.6

AD TIMOTHEVM II.

Cap.2.4. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus* 597
2.12. *Si commortui sumus & conuiuemus, si sustinemus, & conregnabimus.* 402.5
4.9. *Demas me dereliquit, diligens hoc sæculum.* 631.18

AD HEBRÆOS.

Cap.2.9. *Videmus Iesum propter Passionem mortis, gloria & honore coronatū.* 640
2.9 *Eum autem qui modico ab Angelis minoratus est, &c.* 682
2.10. *Qui multos filios in gloriam adduxerat* 604. *n.*20
2.10 *Decebat eum propter quem omnia, vsque* Passionem *consummare* 501.*n.*10
2.17. *Debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret.* 482.
5.4. *Nec quisquam sumat sibi honorem, vsq; pro sua reuerentia.* 563
5.7. *Qui in diebus carnis suæ, vsq; pro sua reuerentia.* 661
6.7. *Terra quæ sæpè venientem super se bibens imbrem.* 494 594.*n.*16
9.19. *Lecto omni mandato legis, vsque omnem populum aspersit.* 508.*n.*1
9.27. *Quemadmodum statutum est hominibus semel mori.* 646
10.34. *Et vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum.* 629.*n.*13
10.36. *Patientia vobis necessaria est.* 620.16
12.3. *Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus, &c.* 697.713
13.13 *Exeamus ad eum extra castra improperium eius portantes.* 589 585

CATHOLICA B. IACOBI.

Cap.1.21. *In mansuetudine suscipite insitum Verbum, quod potest.* 410.*n.*1
2.13. *Iudicium sine misericordia illi, qui non faciunt misericordiam.* 418
4.11 *Nolite detrahere alterutrum fratres.* 416. *n.*17
4.11. *Qui iudicat fratrem suum, iudicat legem,* vsque *iudicas proximū.* 414.12
5.3. *Thesaurizastis vobis irā in die iræ.* 708.7
5.11. *Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis.* 715.*n.*4
5.16. *Multum valet deprecatio iusti assidua.* 434 *n.*17.

I. B. PETRI

Cap.4.14. *Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis.* 498.25
5.7. *Omnem solicitudinē proiicientes in eū.* 394. *n.*7.

II. B. PETRI.

Cap.1.4. *Maxima & preciosa nobis promissa donauit, vt per hæc, &c.* 432.12
2.15. *Qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem vero habuit, &c.* 439.4
3.5. *Originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem, &c.* 683

I. B. IOANNIS.

Cap.2.15. *Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt.* 631.19

5.19. *Totus enim mundus in maligno positus est, & multi intrant, &c.* 456.26

B. IVDÆ CATHOLICA.

Cap 1.3 *Omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute.* 399.18

1.11. *Va illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam, &c.* 395.8

APOCALYPSIS.

Cap. 1.5. *Primogenitus mortuorum, & Princeps regum terræ* 522

3.21. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* 402.num 4

4.8 *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens.* 501.8

7.14. *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione.* 618

13.7. *Et datum est ei bellum facere cum sanctis, &c.* 619 n.14

19.15. *Et ex ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus* 637

20.4 *Et vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu.* 599

22.14. *Beati qui lauãt stolas suas in sanguine Agni &c.* 468 n.20

INDEX SENTENTIARVM, RERVM, FIGVRARVM, CONCEPTVVM, ET OMNIVM, QVÆ MAGIS INsignia, notabilia visa sunt in hac secunda parte Operis huius contineri; ordine Alphabetico digestus, paginis & numeris aptatus.

A.

ABRAHAM Deus distulit dare filium vsq; ad senectutem rationes, pulchræ & morales pag. 435. *n.*20.

Abraham credidit promissioni Dei, de filio Isaac, licet Sara esset senex quæsiuit tamen signũ promissionis de terra, quam ei daturus erat Deus. 435.*n.*20

Abrahæ quomodo Deus sustentauit spem promissionis filij Isaac. 491.*n.*11

Abraham laudatus propter obedientiam, quod scilicet exierit de terra. 716.*n* 7

Ablutioni manuum facta à senioribus, adiungebatur oratio, & quare. 603.*n* 19

Accedere Deo in simplicitate, & nõ vacuus, quomodo intelligatur. 751.*n.*11

Acetum Christo datum, dubium an pluries fuerit datum. 711.*n.*44

Actionem quæ in Exitu Ægypti interfuere, insignissima fuit Agni immolatio cum sanguine. 677.*n.*10

Adam primus fuit factus in animam viuentem postea in spiritum vinificantem. 721 *n* 15. 721 *n* 14

Adam præditus fuit iustitia, & sanctitate, quæ faciunt animam viuentem 721

Adam sentiens venientem Dominũ ad auram timuit, quia peccatum habet repugnantiam cum cœlestibus 755 *n.*4

Ada peccatum fuit irreuerentia, & quomodo, 501.*n.*7

Admiratio magna cur Christianus non obediat Christo, & mala ex hoc sequentia commemorantur. 670 *n* 14

Admiratio quod Christus tanta sit passus à populo suo & multo magis, quod eadem patiatur à Christiano. 599

Admiratio & exclamatio quod homo adtãtam deueniat miseriam vt Diabolus fiat. 549

Admiratio quod derelinquatur Deus, & sequatur mundus. 631

Admi-

Admiratio quod homines beneficiis peiores euadant. 548
Admiratio magna seu etiam exclamatio cõtra Iudæos, qui Christum occiderunt cum honorare & recipere illum debuissent, sed occasio admirationis mator, quod Christianus similia cõmittat. 611 n 17. & seq.
Aduentus Christi in Ierusalem, fuit Regis ad pugnandum. 618.n.13
Aduersarij diuina sapientia qui sint & quid intendant. 383.n.3
Affectus noster, ad duo se extendit, & qua sint ostenditur. 397.n.13
Ager vrbis Ierico, quare vocetur Sãctus 523
Agnus erat propria Christi figura quatuor de causis. 677 n.11
Agni mystici, qui est Christus nulla est macula, in offerentibus illum & malum & macula. 555.ibid n.8
Agni & vitulæ occisio, comparatio, & conrapositio. 599 ibid n 11
Agni duo qui offerebantur mane, & vespere sunt figura Christi. 610
Altaria duo erant in templo Salomonis, & ad quid ambo. 379.n 11
Altare præceptum à Deo ex lapidibus calce leuigatis erat, & quare. 732.n.16
Amans Deum omnia potest & nil timet 591
Amans in omnibus iuuat, & malum à re amata quantum potest, depellit. ibid.
Amãs in dando, amatũ nõ decipit. 437 n.27
Amantis est tantum prodesse, quantum potest 482.n.10 vsque ad 13
Amaritudo quam habet auarus, & sollicitus de rebus huius mundi. 423.n 5
Ambrosii sancti laus in accõmodandis Euangeliis temporibus congruis 632
Amici Christum derelinquentes, maximum tormenti genus fuerunt illi, & datur simile. 537
Amicus suis Deus succurrit. 488.n.5
Amici Christi ipsi compatiendo dolores ipsius auxerunt. 535 n.13
Amici Christi sunt in triplici differẽtia. 534.
Amici qui sint Christo cõpatientes. 534.414
Amicus verus, qui vere amat animam. 421.num 1
Amicus verus inter bona temporalia, primũ locum habet 527
Amor Christi erga nos in morte ostensus non potest à nobis compensari ex æquo, quia nos præuenit. 503.n.16
Amor erga homines est propriũ Christi, quia homo. 632.662
Amor carnis, quam potens ad excæcandum hominem 381.n.17
Angeli stabiles non sunt, & eorum aliqui ceciderunt, & quid cupiant 431.n 7
Angeli apparitio confortantis Christum ad quid, & quomodo 704
Angelus confortans quomodo fuerit causa Passionis & Cruciatus Christi, sic ipsius æternus Pater & Mater. 528.ibid.
Anima sola potius est dicenda vita, quam viuens, & ratio assignatur. 721.n.15
Anima nomine tota persona intelligitur in scripturis 472.n.13
Animæ nostræ pedes qui sint. 382.n 26
Animalia illa diuisa Gen. 15 figurabant mortem Christi & quomodo. 436 n.25
Annus remissionis quis sit in scripturis, & ad quid fuerit ordinatus. 595
Annus septimus in lege veteri, fuit figura temporum plenitudinis. 595.n 2
Anxietas rerum temporalium solide improbatur variis de causis 391.n.2
Anxietas aggregãdi bona tẽporalia culpabilis & mal multis de causis. 546 547.n 9
Anxietas etiam spiritualium, si non temperetur nociua, & datur ratio. 547.ibid. num.10
Appetitus innatus est nobis cognoscendi causas rerum, & adiuuatur à Deo, si est regulatus. 373 n.1
Apostoli supponebant falsum putantes peccatum proprium, vel aliorum esse causam cæcitatis natiuæ. 375 n.6
Apostoli, quantam sollicitudinem habuerint de salute nostra. 399.n.18 (5
Apostatare Græcis, significat deserere. 654.n.
Aqua Siloe est figura sacramentorum, & præcipue Baptismi. 379.n 10
Aqua Iordanis, post transitum populi repleuerunt vas vsque ad ripas, ne reuerti possint.
Aquarum Iordanis varia conditio earum, scilicet quæ infra, & quæ supra Arcã erãt quid significet, explicatur. 609.n 10
Arare cum boue, & asino quare prohibeatur in lege, & quid moraliter significet. 640. 641.

Arcam in altum eleuari, quomodo interpretetur. 412
Arcam populus in transitu Iordanis non poterat præcedere sed tantum sequi, quid significet. 611
Arma sumpsit Christus ad prælium contra diabolum, iustitiam & patientiam. 618
Ascensio Christi ad Patrem, est completio operis sibi impositi. 573.*n*.12
Assistentia Christianorum ad Crucem, est quædam commestio carnis Christi. 636
Auaritia non veretur vsurpare dicata Deo. 691 12
Auaritia quam magnum scelus. 691 *ib* 12
Auaritiæ vis, quanta sit, cognoscitur in facto Balaam: & aliu exemplu. 394.7
Auaritiæ, & solicitudinis vituperium, & damna. 423.*n*.5
Auris nos exaudiens est Deus, & quomodo. 432. *n*.12

B.

Balaam in vanum arripuit iter ad maledicendum populo Hebræo. 394.*n*.7
Balaam consilium, quomodo, & cur peruersum. 406.*n*.14
Balaam historia declaratur. 423.*n* 5
Baptismus duplex, Ignis & Aqua, Primus à Spiritu S. Secundus ab Ecclesia. 380.*n*.15
Bariona interpretatur filius Spiritus sancti. 518
Belial Hebraïs est Vir inter impios, pessimus. 654
Bellum perpetuum est inflictum Christianis à diabolo. quid ergo facere debeamus aperitur. 634.*n*.3
Benedictus à Deo, non debet maledicto coniungi. 593.*n*.19
Benedicuntur à Deo, qui legem custodiunt Dei. 599
Benefaciendum sic aliis est, vt nobis incommoda non comparemus. 487
Blasphemum Deus non iussit occidi in principio mandatorum iudicialium, & quare. 587.*n*.4
Bona temporalia nobis adiiciuntur, si primũ quæramus regnum Dei. 405.*n*.12
Bona quæ nec hominem iustiorem aut acceptiorem Deo reddunt, debent moderatè quæri. 547
Bona opera plus habent virtutis, quam videatur ab hominibus. *ibid.*
Bonitas Dei est tam bona erga nos, vt nobis inuitis benefaciat. 388 *n*.12
Bonitas Dei in creaturis quæ sunt valdè bona, valdè manifestatur. 417.*n*.19
Bonis temporalib. non est adhærendum, quia sunt in continuo transitu. 397.*n*.12
Bonum quærimus, quia bonum homini est. 398.*n*.14
In bono consequendo cautela, nè inde maius malum sequatur, est adhibenda. 487
Bonitatis propriũ est mala destruere. 660.15
Bonum semper faciendum secundum opportunitates. 692.*n*.16

C.

Calumnia contra Christum à Iudæis illata, quæ. 652.*n*.1
Cain, cur factus sit timidus: & à quo, 624.5
Cam, figura eorum qui Passionẽ Christi derisui habent. 516 *n*.18
Canu & porcus inter animalia communia, immundi sunt, & quid significent. 440.5
Caput spinosum non decent membra delicata: & huius datur figura, 637
Caro nostra, quam falsus Propheta sit. 464. *n*.12
Caro vbi non viget, aut fructificat, ibi maledictio Dei non potest ingredi. 465.*n*.12
Carnis opera, quàm operosa & mala. 464. *n*.12
Carnis castigatio, & pugna contra carnem suadetur. 522. *huius datur, & figura, & exempla, & quomodo qui inimici tarni fuerunt, chari Deo extiterint.* *ibi.*
Castitas facit homines similes Angelis. 741
Castitatis professores, quem fructum percipient. 741. *& seq. n*.12. *& 15*
Causa vis, communiter in effectib. declaratur. 417.*n* 19
Causa tristitiæ Christi in Passione à quibus fuerit. 540
Causa cur hõ pro Christo pati debeat. 503.14
Causa difficultatis bene operandi, quæ & quales: & quot. 455 *n*.11
Cautelam cur Christus præcipit ad cauendos falsos Prophetas. 463.*n*.7
Cauendum à principio operis mali, ne impetus ruat homo. 616.*n*.9
Cautela, ad cognoscẽdos hæreticos. 458.*n*.29
Cautela magna adhibẽda in cognoscẽdis iis qua mortẽ animæ inferre possunt. 470.7

Cautela Christi in suis actionibus ne aliquid mali alicui proueniret, 488.n 3
Cautela adhibenda in aliis laudandis, qualis, 525 n 19
Cautela adhibenda in fugienda susurronum conuersatione. 657 8
Caci apponunt manus, vbi multus labor, fructus nullus, 399
Cæcitas quando facta est naturalis, tunc difficilimus est transitus. 374 n.4
Cæcitas qua malefaciendo, benefacere putamus, super omnia damnabilissima, 666
Cæcitas mentis miseriarum omniũ summa. 374.n.3
Certitudo nulla maior quàm qua innititur promissioni diuinæ. 435. n. 19
Charitas Christi requirit vt ad eius sacram Passionem cum charitate accedatur cum ipsa sit tota charitas, 610.n 12
Charitas est bonum, quod neq; modum, neq; mensuram agnoscit. 548
Charitas Christi erga nos, quanta sit, ex magnitudine Passionis ostenditur. 478.n.28
Charitas potest esse sine misericordia, 479. num 2.
Charitatis diuinæ magnitudo inde extollitur, ex altissimo gradu, ad quem euexit hominem peccato deturpatum, 480.n 6
Charitatis terminus dari non debet, sed semper vltra progrediendum 548.n. 12.13
Charitas Christi in destruendo peccato tanta est, vt illud abhorreat. 660.n.15
Christus factus est vilis & lutum, vt illuminaret nos. 378.n.10
Christus gratia sua verè illuminat peccatores cæcos. 379 n.13.
Christus in Incarnatione fecit lutum, vnxit oculos nostros quandò exaltatus apparuit omnibus ostendens viscera misericordiæ suæ, 380.n.14
Christus, licet nolit vleisci in lege Euangelica, Iustitiam tamen non sustulit, sed sibi reseruauit. 419 n 25
Christus vetat prædicari Euangelium suum carnalibus, & ceruicosis, quia illud non erant susceperi, 441.n.9
Christus nobis sollicitudinem dissuadens rerum temporalium, quorum bonorum nobis sit causa. 422.n.3
Christus inuitat peccatores ad vitam Gratiæ, 732. *& seq. num.* 16. *& seq.*
Christus vngi voluit à Magdalena, vt ostenderet, quàm latè ad Passionẽ iret, 628, n 10
Christum qui nescit, sapiens est. 378.n 10
Christus quàm iniustè ab hominib. damnatus, 659.n.12 *vsq; ad* 27
Christus cur vsus sit in sua Passione hominibus impiis, 430.n.7
Christus quare affectũ doloris assumere voluit, 480. n 5
Christus in homine, quietis ipsius causa, 724.n.1.
Christi humanitas qua ratione sit medium inter finitum, & infinitum, 514. n.14
Christus difficultates noui Testamenti proponit ne populus Christianus conquereretur, vt in antiquo faciebat populus Hebræus, 459 n 1
Christus est vita, & Author Vitæ 474.n 19
Christus idem est quod vnctus quatenus homo, 475 n.21
Christus vt viuificaret mortuos, venit in mundum, & huius figura. 476. n.23
Christus, cur copulare voluerit traditionem Iudæ cum traditione corporis sui in sanctissimo sacramento. 527 n 2
Christus operatus est salutem nostram emisso spiritu in Cruce, & alia, 476 n.23.24
Christi Passiones quæ, & quanta sint, 476, num. 25.
Christi Passiones in speciali, 484 n 15
Christus precatus est pro se, & ad quid, & etiam pro nobis, 499 500 n.4 5
Christus solus plus honorauit Deum, quàm omnes homines inhonorauere, 501 n 9
Christus etiam si petierit à Patre, petiit tamen quod suum est, & illa petitio fuit signum humilitatis, 502. ibid. n. 12
Christus portauit pondus omnium nostrum, nos singuli, nostrum, & aduti, 504 n 17
Christus, cur post confessiones Petri: Tu es filius, loquitur de sua Passione. 510.nu.3
Christus quomodò dicatur maledictus in lege, 516 n 18
Christum pati oportuit, quia vnctus. Et huius figura, 517. ibid n.5
Christus quomodo debeat mori secundum legem. 520. n. 8
Christus Passione sua exiit de potestate mundi huius, & quid inde sequutũ, 520. ibid. n 9.

Christus est totus orbis, & quomodo, 565. *n.* 4
Christus promissus statim, post datam legem. 587. *n.* 5.
Christus non est descensus ab uxore Iudæ & Canaam, 531
Christus sua morte, mortè omnium supplere poterat, 598. 599. *n.* 10. 606
Christ⁹ multis figuris adumbratur, vt quod ab vna perfectè præstari non potest, suppleatur in multis, 599. *n.* 11
Christus media morte sua, & Passione peruenit, ad perfectum Regnum, 521
Christus quomodo positus sit in ruinam & salutem multorum, 606
Christus, cur in pugna cum diabolo vsus sit iustitia. 620. *n.* 15
Christus, cur in eadem pugna vsus sit patientia, & quomodo, 620 *n* 16
Christus in Iudæorum persecutionibus, duo nos docuit, quomodo sustinenda, & declinanda persecutio, & ad quid, 624. 625. *num.* 4. 5.
Christus orauit & pugnauit media Passione, huius assignatur figura, Christiano accommodatur. 633. 2
Christus quomodo dicatur verè pati, licet patiatur in humanitate sola, 634. 7
Christus passus est maximè occasione Iudæ, ratio pulchra, & deuota: 531
Christus quomodo nocte, & mane operabatur salutem nostram, 640. *n* 12
Christus cur crucifixus medius inter duos latrones, 646. *n.* 9
Christus sua Passione & taciturnitate, nobis meruit peccatorũ absolutionẽ, 647. 12
Christus etiam maledictiones linguæ sustinere voluit, 648 *n* 9
Christus quo pacto pœnas à lege statutas sustinuit, 658. 10
Christus magna pœna afficiebatur variis de causis, 662. *n* 20. 21 23. 24.
Christus subtraxit se ab oculis Iudæorum, ne magis exardescerent, 671. *n.* 15
Christus quomodo sit anterior Ioanne Baptista, qui fuit factus ante sex menses, 682
Christus vnctus est oleo spirituali, & quare. 690.
Christus est ad instar Arcæ Dei in Iordane 714. *n* 4
Christus vltimus egreditur vt Arca de Iordane, quia portauit pondus diei, & æstus, 715. *n* 5
Christus resurrexit, vt eius videntes claritatem, sciamus quomodo, & quo nos ducat. 717 *n* 8
Christus obediendo Caiphæ Pontifici, obediebat Deo Patri, & quomodo, ibid
Christus externe, & internè Iudam dilexit. 539. *n.* 16.
Christus quomodo sit Nazarenus, 340. *num.* 11.
Christus sumpsit super se stultitias nostras, 685.
Christi iudicium duo continet, offensionem, & defensionem, & quomodo. 707
Christi capitis inclinatio in Cruce quid significet, 712
Christi Passioni videtur repugnare eius dignitas, & ratio, 517. *n.* 4 5
Christi traditionem tres effectus sunt consecuti. Tractatio Christi mala, Perditio Israel, & diuitiæ Gentium, 561. *n* 17
Christi arma sunt Iustitia, & Patientia 619 *n.* 14.
Christi vnguntur pedes, cum eius imitamur vestigia. 690. *n* 11
Christi charitas in Incarnatione maxime dignoscitur 479 *n.* 2
Christi Passio quomodo deuotè sit fidelibus meditanda, & vtiliter. 605. 606
Christi diligentia ad præcauendum malum, 490 *n.* 8
Christi exemplum otiosos reprehendit, 733. *& seq n* 18
Christo Crucem portando quid contigerit, 708 *n* 3 4
Christo amplius nullus passus est, & ratio. 661.
Christo vel volente, vel nolente, quomodo necesse erat mori 660. *n.* 12
Christum patipro hominibus rationabilissimum, & quare, 660. 661. *n* 14. 15.
Christum licet non habeamus, vnde vngamus illum, nõ desistendum tamen ab eius obsequio, 749 *n.* 8
Christum sequi est illum imitari. 716. *n* 6
Christo gloria est in Resurrectione, non solum vt Deo sed & vt homini. 729. *n* 11
Christiani sanctificandi sunt, meditando Passionem Christi & ad quid. 686

Christiani magna felicitas, esse in vera Christi Ecclesia. 684
Christiani quomodo ex cruce sint Dei. 516 *n.* 19.
Christiani pretiosi sunt non aliunde, quam ex pretiositate sanguinis Christi ibid.
Christianis utendum est Passione Christi; vti armis contra diabolum 571 572. *n* 19
Christianus non est minoris dignitatis, quã fuerit sacerdos legis antiquæ. 391. *n.* 1
Christianus Populus est Gens sancta, Sacerdotium Regale. 391 *n* 1
Cibus mentis, est veritas. 375 *n* 6
Cibus corporalis sicut est nobis scala ad cognitionem Regni Dei, sic ad amorem illius 403 *n.* 7
Cibus hominum communis cum omnibus Animantibus Regnum commune habet in Deo. 402. *ibid n* 4. 5
Clamor magnus Christi ad sepulcrum Lazari, quid significet. 486 *n.* 21
Clamores ad Deum in scriptura, significant orationem cum perseverantia. 434 *ibid. n.* 17
Clementia magna Diuinæ bonitatis, est flagellis corrigi. 752. *n.* 13
Cœli & terra per Christum laudant Deum. 501. *n.* 8
Cœlum & terra, quomodo sint sedes, & scabellum Dei 543
Cœrimonia Vitulæ pro occiso aptissima figura ad significandam liberationem à peccato factam à Christo, & quomodo. 556 *n* 4
Cognoscere Deum est vita nobilissima, cuius priuatio est mors. 469. *ibid. n.* 4
Comparatio, & contrapositio Mysis, & Aaron, ex accessu, & recessu ad Deum. 551. *num* 3
Compassio est proximo adhibenda exemplo Christi, Magdalenæ, & Apostoli 629
Conciliatio locorum quibus prohibetur felicitudo in crastinum, & quibus reprehenditur pigritia. 421. 422. *n* 2
Conciliatio locorum duorum quibus ostenditur viam ad cœlum perueniendi esse facillimam, & difficillimam 447 *& seq.*
Concilium Iudæorum ab odio contra Christum conuocatum est. 607. *ibid n.* 4. 5
Concordia res creatæ confirmãtur suo Principio qui est Deus. 653. *n.* 2
Concordia res existunt, crescunt, & perficiuntur. ibidem.
Concupiscens vincitur, contemnens vincit; exemplo firmatur scripturæ. 384 *n* 3
Concupiscentia nostra, cæcitas intellectus, amor inordinatus, quantorum malorum sint causa 589. *vsq; ad* 596
Concupiscentiam inordinatam sequitur ignorantia. 590. *n.* 14
Concupiscentia nostra paruulorum est; & ratio datur, & exemplum. 590
Concupiscentia rerum temporalium, quantorum malorum sit causa. 383. *n.* 3
Concupiscentia nostræ quanta sit malitia, & quam occulta 386. *n.* 8. & 387. *n* 11
Condemnationis Christi antecedentia, & consequentia 705 *n.* 24
Confidentia in Deo plena est habenda. 391 *num* 1
Consolationem accipiet, qui patienter Deo seruit. 491 *n* 12
Consilium Balaam cur peruersum fuerit. 406 *n.* 14. 15
Consilium Dei fuit destinare propitiatorem, qui sua morte electos viuificaret, ante deliberationem permissionis peccati. 681. *n.* 17
Consilium Dei infringi non potest. 401 *n* 2.
Consilium maximum Dei fuit plasmatio primi Adam, & alia scitu digna. 682
Consilio concludunt tenere Christum sine turbis, Christus autem voluit Passionem suam esse omnibus notam 689. *n.* 8
Consilio, & conuinio tractatum est de Passione Christi, manifeste, & occulte. 687. *num* 3
Consilii Iudæorum contra Christum exitus. 607. *n.* 6
Consilii Dei, & hominum aduersus Christum vt moreretur, diuersa ratio & causa. 662. *n* 19
Consummatum est, illud Verbum in cruce dictum, quid significet 711. *n* 45
Contrarietas inter filios Dei, canes & porcos. 441. *n.* 10
Conuenientia pulchra inter Passionem Domini, & iudicium. 646. *n.* 9
Conuersio hominis ad Deum non debet esse tarda. 745 *n.* 2
Contemplantes Passionem Domini orare debent,

bent, & ieiunare, vt facilius mentem eleuent ad Deum. 634
Cor rectum non habet, qui ad Deum non conuertit, sed ad terrena. 398.n.13
Cor orationem mundatur, maxime si sit de Passione Domini. 634.n.3
Cor mundandum est de meditatione Passionis Christi. 635.ibid.n.6
Cor nostrum Deus studet à creaturis remouere. 411.n.5
Cordis præparatio multa requirit, corporis pauca. 491.n.10
Corpus viuit animæ, & anima viuit Deo. 721 n.15
Corruptibilia sunt opera carnis, & opus virtutis intermissum. 747.n 5
Crapula & ebrietati non est attendendum, ne nobis dies mortis repentinus aduenias & aliis de causis. 638.639
Creatoris vox quando in scriptura fuerit audita. 543 n.5
Creatura omnis pendet à Deo, tanquam radius à sole. 431.n 7
Creatura si caderet à manu Dei, in nihilum caderet. ibidem.
Creaturæ naturales immobiliter perseuerãt, quia non peccant. ibidem.
Creaturæ omnes sic à Deo creatæ sunt, vt ad illum dirigantur, quia est omnium finis vltimus & auctor primus. 449 n 8
Creaturæ quomodo sint speculum nobis ad Deum cognoscendum. 574.n.3
Crucifixio quo nomine in lege veteri designabatur. 559
Crucifixio Christi duo continet. quæ. 605 n 20
Crucis virtus cornuum similitudine explicatur. 621.n.20
Cruci assistere cum Christo, est cum eo epulari, & gaudere. datur figura. 636 n.6
Crucis portatio est summa magisterii, & discipolatus nostri, quæ doctrina cœli cœlorum habet auctorem. 498 n.1
Crucem non abhorrere, sed amplecti tenemur, quia res diuina. 523 n.15
Crucifixi sectator, & Crucem portet, necesse est. 522. n.12
Culpa in flagellis attendenda, non pœna. 419.n.24
Culpa est causa debiti. 669. n. 25
Cupiditas vendit homines ad miseram seruitutem. 404.n.21
Cupidus habet animam venalem. ibidem
Cupidus diuitiarum non erit innocens. 391 num. 20.

D

DAuid lachrymis suis filium ex adulterio, in vita retinere nequit 499 n.3
Dauid in Psalmis narrat Passiones, quæ sunt figura Passionum Christi 621 n.19
Deceptio hæreticorum stat in hoc quod ponunt latam viam, quæ ducit ad vitam. 459.n 28
Delectatio sensuum, & mentis affectio resistunt veritati. 440 n 7
Delectatio in opere, dat operandi facilitatem. 452 n.15
Derelictio Christi in Cruce facta à Patre, qualis fuerit 711.n.43
Desiderium sciendi, si rectum est, Deus adimplet. 373.n 1
Desiderium sciendi quam magnum in homine ibidem
Desiderium sciendi, si simplex est, est optima dispositio ad salutem consequendam. 383. num 2
Determinatio confinium terræ promissionis quid significet. 512
Deus nil sibi æquale efficere valet, sed tantum simile. 480.n.5
Deus ante incarnationem erat misericors effectu, & incarnatus fuit affectu, & quomodo. 481. 482 n 8
Deus non contentus diligere homines amore increato, incarnatus amauit etiam amore creato. 482 n 10
Deus solus qui dat vitam, etiam Resurrectionem dare potest, cum sua sententia sit Dominus. 499.n.4
Deus in principio mandatorum Iudicialium non præcepit blasphemum occidi, vt hoc silentio ostenderetur peccati grauitas. 587 ib.
Deus est summa pax, & in eo nullum bellum. 620.15
Deus est Iudex omnium, quoniam apud illum non potest esse iniquitas. 659.13
Dei sunt omnia, quæ homini donauit, partem tamen temporis sibi reseruauit 668 669
Deus non permisisset hominem labi, nisi gloriosius subleuare decreuisset. 681.17

Deus mirabilis in sanctis, & malis, quibus vtitur ad suam voluntatẽ implendã. 682
Deus cur vocetur Deus Abraham, Isaac & Iacob. 736.*n* 4
Deus iustus est, & misericors. 751.*n.*12
Deus habet claues mortis & inferni. 407.*n.*18
Dei Præcepta sunt regula morum, & actionum nostrarum. 411.*n.*2
Dei præsentia, difficilia omnia, facilia reddit. 449.*n.*7
in Dei manibus sunt sortes nostræ 407.*n.*18
Deo proprie, & soli conuenit Iudicium, quia ipse solus habere potest requisita ad illud. 413.*n.*9
Deum, vt Deum pœnitere, dicitur propter effectum 480.*n.*4
Deum factum esse hominem est Gratia, tamen Diuina omnia sua sunt non per gratiam sed per naturam. 502.*n.*12
Deum ad nos descendere, est appropinquare nobis. 479.*n.*1
Diaboli malitiam ignorantes non lætantur de Christi Resurrectione. 726.*n.*5
Diabolus etiam superatus, non desinit pugnare contra seruos Dei. ibidem.
Diabolus non valuit aduersus Christum, quia Petra. 726.*n.*4
Diabolus eodem peccato, quo cecidit à cœlo, studuit præcipitare & hominem 727.*n* 6
Diabolus studuit deturpare similitudinem Dei creatam, vt increatam deturparet. 729.*n.*10
Diadema capitis Aaron, quid significet. 556 *num.* 3
Diebus tribus diuiditur totum seculum, qui sint, & multa circa ipsos. 675.*ibid.*6
Differentia filii & mercenarii. 433.*n.*15
Diffidens de Deo, multa committit peccata in Deum. 393.*n.*5
Difficultas acquirendi in antiqua lege res promissas, significabat multa. 436.*n.*24
Difficultas hominis in salute, pendet ex hominis pigritia. 454.*n.*18
Dignitas Christi intelligi debebat ab illis qui legem callebant. 520.*n.*7
Dilectio suimet debet sumi à dilectione proximi. 416.*n.*16
Diligentia ad præcauendum malum, qualis esse debeat. 489.*n.*6
Diligentia vti debemus, cum aliquid boni intendimus, ne inde malum aliquod sequatur. 435
Diligentia maxima vti oportet ad dignoscendum vtrum in nobis sit malitia, & concupiscentia mala. 386 *ibid n.*8
Discipulus cur Christus vetuit ne ipsum dicerent esse Christum. 524
Detractores reprehenduntur. 657.*n.*7.8. 690 *&* *seq* 10. *&* *seq.*
Deus in homine maxime honoratur. 493 *num.* 15
Deus quam prouidentissimus. 401. 402. *ibid n* 3
Deus fecit hominem similem sibi in hoc, vt posset aliu dare aliquid. 438.*n.*1
Deus populo pepercit, quoniam fame & siti concitatus, murmurauit, & quando ad voluptatem petiit carnes, tunc sumpsit pœnam. 391.*n.*2
Deus seipsum hominibus cognoscendum tradidit, vbi consistit Beatitudo nostra & in hac vita per creaturas. 373 *n.*1
Deus fecit luminaria in firmamento, vt è cœlo, terra lumen acciperet. 375.*n.*6
Deus ducens populum per desertum, intendebat, vt prouidentiæ illius fideret. 392.*n.*4
Deus olim ad clamorem Moysis concedebat quæ petebantur, sed nunc ipse prius succurrit. 393 *n.*5
Deus apposuit in arboribus & herbis sementem generis sui, vt essemus certi nunquã defuturos cibos, quibus vitam tueremur. 393.*n.*6
Deus cor hominum totum vult, ideo solicitudinem rerum temporaliũ prohibet, quæ partẽ aliquã, vel totũ distrahunt 398.*n.*8
Deus se habet ad homines sicut sol ad stellas. 418.*n* 22
Deus maxime offenditur ab his qui suæ iustitiæ qua peccatores punit, aduersantur, & hoc peccatum vocatur in Spiritũ sanctum. 425.*n.*10 (*n.*17
Deus sibi ipsi reseruauit curã de futuris. 427
Deus mitius agit cum peccatoribus, quia inter illos aliqui sunt iusti. 429.*n.*1
Deus etsi maiestate sua mereatur ab omnibus obediri, leges tamen dedit hominibus, vt debito & vtili attracti, propensius illas exequerentur. 429.*n.*2
Deus creator prouidet omnibus necessaria, sed adhi-

adhibetur oratio, vt nos quasi vasa vacua è cœlo trahamus quæ nobis congruunt. 431. n 6
Deo non adhærens meretur mori. 431. n 7
Deus eligit in terris locum, quem vocauit domum orationis, vt sciatur, orationem esse vinculum coniungens homines cum Deo. 432. n 9
Deus quomodo se inclinat ad orationem. 432. n.12
Deus quomodo sit auris, & audiens auris. 432. n.12
Deus nos exaudit, si obedientia & sanctitate, eius simus filii. 440.441.n.7.8.9
Deus cum sit bonus, bona petentibus dat, licet illi mala petant. 437 n.27
Deus antequam populo daret legem, prohibuit immunditiam, postea exquisiuit obedientiam. 443 n.14
Deus non destitit ab homine condendo, quãuis præsciret ab ipso occidendus, quo exemplo animamur, nos non debere mortem timere ad operandum opus Dei. 627
Deus in cœlo vsus est contra diabolum ministerio Angelorum, in terris ipsemet humilitate sua, ne agnosceretur. 728 n.7
Deus poterat ex se affligere Christum, voluit tamen vti creatura, & quare, & quomodo. 528 n.3
Deus est tantum bonum, vt amor quo diligitur, nullum possit habere terminum. 548 num.12
Deus aliquando permittit iniustos operari quod volunt, aliquando non. 561. n.17
Deus pugnare cum paucis Gedeoni iubet, ne populus in multitudine defraudet gloriam Dei. 449.n.6
Deus optime cognoscit malum, etiam zelo pietatis tectum. 668
Discordia inter omnia mala, maximum, quia opponitur maximo præcepto. 653. num 2.
Discordia effectus, qui, & quã mali. 653.n.3
Discordia est in inferno, & quomodo. 654 num. 4
Discordia ex effectu consequenti, maius est peccatum, quam homicidium. 657
Discordia offendit communitatem. 657
Discordia seminator quam abominabilis. 654. num. 5.
Discordia seminator quam odiosus Deo. 654 n. 6
Discordia inuentor qui fuerit. 654
Dispositio Iudæorum erga Christum, qualis. 615 n. 5
Diuinitas quam sit per se reuerenda, nomenque Dei, per se constat. 668
Diues se sapientem putans, verum insipiens est. 400.n.1
Diues multipliciter ambulat in viis suis. 460.n 2
Diuitiarum cupidus, non erit innocens. 409 num. 20
Diuitiæ gentium in fide Christi, à qua causa deriuatæ sunt. 561
Diuitiæ si non ob aliud iniquæ sunt, saltem quia anxiæ sunt quærentibus. 394.n.8
Diuitiæ instant hominem. 688
Documentum pro nobis elicitur, ex eo quod Christus ab omnibus fuerit derelictus. 581
Documentum ex flagellatione Christi. 582 num. 18
Documentum, vt coerceamus linguam, cum ipsa fuerit in causa condemnationis Christi ad mortem. 658. n.11
Dolor Christi in Passione augetur, quia electi ab ipso, ipsi facti sunt inimici, quia erant populus eius. 552. quia coniuncti cum Iudaidfecerunt. 552. quia illati dolores ab his qui remedium adhibere debuissent. 553. quia à suis progenitoribus. 554. quia inter Christum, & Iudæos nulla erat hostilitatis ratio. 554
Dolor Christi qualis, quantusve, patiãb amicis. 531
Dolor Christi maxime augebatur ex cognitione eorum, qui fructum Passionis sua nõ erant percepturi. 532
Dominari in hominibus habet excellentiam in Dominio Christi. 402. n 4
Dona Dei non sunt danda iis qui peiores fiũt. 443. n. 16.17
Donis temporalibus & gratuitis, quisque sua sorte debet esse contentus. 545 n 8

E

EBrietas fugienda & cura rerum secularium, ne iudicium improuise aggrediatur nos, cum post ipsum amplius pœnitentiæ tempus non detur. 638.n 9

Ecclesia perseueratura vsque ad finem seculi, quia Synagoga reprobata. 604. *n* 21
Effectus illuminationis Christi fuit externus in corpore, & internus in anima 380 *n.*14
Effectu Deus in Incarnatione ostendit clementiam, & affectu charitatem; & quomodo. 480 *n.*3
Effectus præstantia consistit in maiori similitudine suæ causæ. 480 *n.*5
Effectus charitatis Christi consistit in tollendis malis, & in conferendo bonis, & in modo. 483. *n.*11
Effectus proditionis Christi primus est ipsius valde mala tractatio. 561 *n.*17
Effectus secundarius est perditio Israel, & diuitiæ Gentium. 561. 562
Elementa inuicem se adiuuant. 445. *n.*22
Elisæi coniunctio duplex cum puero mortuo, significat duplicem vnionem Christi cum nobis, & quæ sint. 697
Esau non est benedictus, quia benedictio non est quid naturale. 592. *n.*18
Esca, & operimentum sunt minimum quid inter bona. 401. *n.*3
Esca & Dominatio simul homini prapositæ significat hominem per Dominium sublimari, & per escam humiliari. 402. *n.*3
Esse aduersum Deo & contrarium homini, quam graue. 473. *n.*14
Euangelium negatur à duobus hominum generibus ab iis qui in voluptatibus cum sint pœnitentiam respuunt, & ab illis qui propria voluntate addicti ablegant obedientiam. 440. *n.*7
Euangelium non dandum porcis, aut canibus, quomodo intelligatur. 443 *n* 16
Euangelii excellentia ex duobus cognoscitur, & quæ sint. 440. *n.*6
Eucharistia mysterium cum Passione Domini coniunctum & ratio. 527
Excellentia status hominis Christiani 492 *& seq. quæ elicitur ex illis quæ Christus fecit pro illa.*
Excellentia hominis oritur ex anima. 472. *num* 13
Excellentia regni Cœlestis, qualis. 401. *n* 3.
Exitum de Ægypto voluit Deus fieri cum magno circumstantiis, quia erat figura Christi profecturi ex hoc mundo ad Patrem. 623. *n* 1
Explicatio verborum illorum. Post biduum Pascha fiet. 675. *ibid.*
Explicatio locorum omnium nouæ Paginæ tractantium de Passione. Vere scitu digna 580 *& seq.*
Explicatio illius sententiæ Ieremiæ. Duo mala fecit populus meus. 630. *n.* 16 *& seq.*
Explicatio verborum illorum. Moriatur pro populo. 595 *ibid.*
Explicatio triumpriorum præceptorum Decalogi. 668 *n.*11
Explicatio totius Euangelii Fer. III. Dom. de Lazaro. 527. *& seq.*
Explicatio illius difficultatis, quod porta Cœli sit angusta, & quomodo lata. 447. *n.*1
Explicatio illius sententiæ Ieremiæ. Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel. 612
Exteriora affligunt, interiora latificant. 724
Exercitus pugnantium cum vitiis & cum diabolo ad consequendam virtutem, non dicitur pedestris, sed equestris, & fundatur in scriptura 452 *n.*13
Exhortationes & Exempla habentur in fine Indicis. Vide ibidem.

F

Facere iustitiam, est obseruare mandata Dei. 406. *n.*13
Facultas vbi maior, ibi & maior facilitas. exemplis probatur. 459. *n.*10
Fames, est inobedientiæ fructus. 433. *n.*15
Fasc celeberrimum apud Iudæos, in memoriam exitus de Ægypto. 614.
Fideles qui Domino seruiunt sunt in duplici statu, quorum figura fuerunt lapides quos Iosue extrahere fecit à Iordane bis. notatur eorum differentia, & applicatur 625. *num* 5
Fideles Domino sanctificati, & quomodo. 615. *n* 3.
Fides nostra quomodo prophetiis fuerit confirmata 578 *& per totam primam partem Cone.*
Fiducia debet esse in adiutorio diuino, quod non excludit vires nostras. exempla. 448 *num* 2
Figuræ cum moralibus sæpe in scriptura miscentur, & exempla. 377. *n.*9

Filiæ Salphad quærentes hæreditatem, sunt figura nostri, & quomodo 481.n.7
Filius Dei non potest dici, qui deficit à bono. 604 n 20
Filius stultus dedecus Patris & maror est, & moraliter ad Deum, & litteraliter ad Parentes, hoc verum est. 597.n.8
Filius prodigus qui porcos pascebat, est figura eorum, qui nolunt obedire Deo. 442.443
Filius obedire tenetur parentibus; & qui facere negligit, stultus conuincitur. 603
Filii nomine, populus intelligebatur. ibidem.
Filii parentibus non succurrentes homicidis comparantur. 442.n.13
Filiorum proprium parentibus obedire. 442 n.13.
Finis Dei in præcipiendo orationem, est vt ab ipso pendeamus. 431.n.7
Flagellatio Christi fuit facta à Pilato, vt Christum liberaret à morte. 707.n 28
Flagella quæ à Deo sunt, non pœna ipsorum, sed causa est attendenda. 419.n.24
Fons vitæ non potest reperiri nisi apud Deũ, & huius figura. 468.469.n.1
Formæ recipiuntur secundum dispositionem materiæ. 418 n.22
Fortitudo nostra omnis ab obseruantia legis diuinæ pendet, exemplis scripturarum, & rationibus probatur. 589. ibid. & seqq. n.11 & seq.
Fortitudo est illa qua superamus hostes, & oratio qua Deum. 385 n.6
Fortitudo mentis patientia est. 620.6.621 n.16.17
Fortitudo, nisi reguletur à sapientia, in malum cedit. 447.n.2
Fundamentum eorum qui sequuntur sapiẽtiam, est desiderium salutis, & eorum qui adhærent malitiæ, est affluentia bonorum quæ vana & inutilia sunt. 383.384.n.2 3

G

Gaudium mulierum in Resurrectione Christi, quale, & quotuplex 755.n.2
Gaudium Christi incæpit à timore. 755.n.4
Gaudium solidum habet à Deo, qui ieiunat, non vt hypocrita faciunt. 690 n 6
Gaudendum de Resurrectione Christi propter eius gloriam. 755.n.3
Gaudendum in tribulationibus, & assignatur ratio. 629.n.13
Genera rerum tria, & quæ, & ad quid. 510 num.4.
Gloria Dei quæ, ex resuscitatione Lazari. 492
Gloria Christi maxima tradi, & illudi. 563. 564. ibid.
Gloriæ Dei detractum fuit peccato Adæ, & quomodo. 500.n.7
Gloria Dei intenditur, quando tribulamur. 377.n.8
Gloria Patris est eadem cum gloria Filii, & econuerso. 492. ibid.n.13
Gloria Christi in Passione potius meditanda, quam narranda, & qualis gloria. 567. 569.n.10.28
Gloria Christi, & ignominia simul proponuntur vt ista nos alliciat illa nos impellat. 645.646.n.8
Glorificatur Deus in omnibus suis creaturis, sed in homine præcipue. 493.n.15
Glorificatus est Christus, & quomodo. 495 n.20.
Gratia Dei in nobis omnia operatur. 448 num 4
Gratia vbi abundat, abundat & delictum. 528
Gratiam peccatori reddere, opus maximum, quid oportuerit facere Christum. 498.499.n 1.2.3.4
Gratiæ effectus proprius est mentem illuminare. 380.n.14
Gratiæ effectus occasionatus est excæcare videntes. 381 n.16
Gratia Dei, quam sit potens: tanguntur multa exempla ad hoc ostendendum. 452 num.13.

H

Hæretici dubliciter infestant, in bonis animæ, & corporis. Deo sic permittente. 463.n.9
Hæretici sunt falsi Prophetæ, qui veniunt in vestimentis ouium, comparantur cum veteribus falsis Prophetis in prædicatione. 458. n.28
Hæreticorum deceptio stat in hoc, quod viam cœli ponunt esse latam. 457.n.28

Hæretici cognoscuntur ex fructibus. 459.n. 29.464.n.11,12.13
Hæreticorum rationes apparentes. 457. n.28
Hæretici offerunt placentia sensui, sicut antiquitus falsi Prophetæ faciebant. 463.10
Hebræi non possederunt terram promissionis, quia non deleuerunt Chananæos. 534
Homo debet intra fines suos contineri. 545. n.8 9
Homo debet esse contentus sua sorte tam temporali, quam spirituali. 545 546.n 8
Homo vnctus à Christo lætè ire debet ad Passionem, cum deuotione, & magna animi præparatione. 642.2.3.4
Homo totus corrumpitur peccato vno. 667. *ibid.*
Homo in nullo alio, Deo excepto, verè, & tutè inniti potest. 408.10
Homo impius exequitur propositum consiliorum Dei. 530
Homo secundum dispositionem quam habet, sic gratiæ diuinæ recipit influxum. 418. n.22
Homo quam impotens. 393. n. 6. 448. n.4
Homo propriis viribus quam miser, & timidus. 452.n.13
Homines tunc honorant Deum, quando quæ illis gloriosa dicuntur, sunt vera. 493.14
Homo naturaliter habet pronitatem ad bonum. 201.num.10. *& Gratia munitus, quantum possit.* *ibi.*
Homo non debet confidere in homine. 460 21
Homo quia liber potest agere contra rationem. 459.n.9
Homo non debet confidere in se ipso. 749.6. n 21.
Homo non debet casu viuere occasiones sequendo absq; alia cogitatione. 397.n.11
Homo malignus vtitur omni licentia ad malè dicendum. 382.n.1
Homo quid amiserit superbia sua. 483.n 14. 15 16
Homo Christianus, qua de causa debeat sibi esse in pretio. 516 517.n.19
Homo vilium & vestitum cum brutis communem habent: cum autem illis sint prælati, bona maiora quærere dicuntur. 402. num.3
Homo stultus à nemine corrigi potest. 428
Homo rectè procedens, terminum viæ suæ inuenit, non qui in circuitu, quid significetur. 718.n.9
Homo exemplo Dei inuitatur ad operandum opus Dei, vt opus Dei sic opus nostrum. 627 *ibid.*
Homo qui totus est in glorificando Deo, quam gloriosus apparebit 626.n.7
Homo qui à Christo retrocedit, quem sequatur. 718 n.10
Homo peccator criminari meretur à brutis, sic docente Deo exemplo asinæ Balaam. 439 n.4
Homo & accipit, & dat. 438.n.1
Homo peccator bruto irrationabilior. 439. n 4
Historia narratur correptionis asinæ Balaam. 439 n.4
Homo quomodo se gerere debeat, in iis quæ diaboli sunt. 511
Homo docetur à Magdalena patientibus esse compatiendum. 636.n.12
Homo quare se præparare debeat ad ritè celebrandam Passionem Domini. 698.5.& *seq.*
Homo æstimandus est ad valorem sanguinis Christi. 516.n 19
Homo debet pati pro Christo, quia & ipse pro ipso est passus. 503.n 16.17
Homo tam probus, quam improbus, occasione probatur. 618
Homo in quacunq; re debet vires suas exercere, nisi aliter præcipiatur à Deo 448.n 5
Homo præter commune præceptum obedientiale, aliud particulare à Deo factum est illi. 469.n 5
Homines tunc illuminantur, quando lăguores Christi, & eius lutum illis applicantur. 379.n.10
Homines in malo antiquitati, irrident ea, quæ sunt salutis. 618
Homines mali persequentes Christum, quomodo sint semen diaboli. 530.n.7
Homines cum erunt in patria, erunt Deo similes videntes illum sicuti est. 480
Homines mali potius appellandi animalia brutalia quam rationalia, & ratio. 439.3
Homines non ex natura, sed ex eorum proprietatibus æstimantur. 518

Hominem fieri diabolum, quam culpabilis res, & execranda. 548.n.14
Hominis necessitas & vtilitas moriendi cum Christo. 505.n.18
Hominis natura nil magis repugnat, quam seruire. 422.n.4
Honor sic debetur virtuti, vt ab ea nullo pacto diuelli possit. 495.n.20
Honorans Deum, honorabilis est. 496.n.22
Honorare insipientem, est idolum colere. 602.n.4
Hostes veritatis quidquid inuenerint, calumnijs replent. 382.n.1
Hostiam cur præcipiebatur immolari ad latus altaris, quod respicit Aquilonem. 705
Humanitas Christi, qua ratione medium est inter finitum, & infinitum. 514.n.13
Humilitas & afflictio Christi in tentatione, quanta fuerit. 530.n.6
Humilitas non solum præcedit gloriam, sed etiam est in se ipsa gloriosa. 496.n.22
Humilitas Christi fuit in causa, vt Patri Deo gloria acquireretur, & quomodo 483.n.14
Humilitas Crucis, non vt res humilis, sed vt sublimis, consideranda, & quomodo. 497.n.24
Humilitas Christi in Passione consideranda etiam sub maiestate, & iudicandi potestate. 646.376. & seq.
Humilitate Christus commendans Patri spiritum suum, restitit superbiæ, & quomodo. 711.46
Hypocrisis, id est, zelus pietatis fictus reprehenditur. 665.n.1.2.3
Hypocrisis à Deo dignoscitur etiam zelo pietatis tecta. 668.n.6.7

I.

IAcob arte benedictionem à Patre, & ab Angelo fletu & labore obtinuit, & quid inde, &c. 593.n.20
Iactantia quam distans à Christi sermonib. 489.n.6
Ieiunium mundificat cor, & præparat hominem ritè Passionem celebrandam. 636.ibi.n.6.7
Ieiunium quadragesimale institutum est, vt illo purificati possimus Passionem Christi commemorare. 615.n.3
Ieiunandum tempore Passionis, & rationes dantur. 645.ibid.n.7 648.n.9
Ierichò, cuius omnia bona consummanda erant, auro, argento, & ferro excepto, quid significet. 668.n.10
Ignorantia sequitur peruersitatem intellectus. 590.n.14
Illuminatio cæci nati, opus est mirabile, à seculo inauditum. 373.374.n.1
Illusiones factæ à Christo in Cruce, à quibus & quot. 710.38
Immolatio vitulorum, reseruatio sanguinis in crateris; lectio libri, & populi aspersio sanguine, quid significent. 508.ibi.
Immolatio duorum Agnorum mane & vespere, fuit figura oblationis Christi in Cruce: & in sanctissimo Sacramento Eucharistiæ. 610.14
Impedimenta quæ occurrunt in via Christi, viriliter sunt tollenda. 713. & seq.
Impius timet absq; occasione timoris. 624.3
Impotens ad laudem, det quod potest, & Deus acceptat. Exemplum. 749.n.9
Incarnatio Christi cur sic tam tardè fuerit operata, tres rationes afferuntur. à pag. 675.n.7. vsq; ad 676
Incarnatio Christi, quando in lege veteri primitus figurata. 587
Incarnatio fuit volita ante creationem Angelorum. 682.10
Incarnatione Christus maximam charitatem ostendit. 479.n.1
Indigentia nostra apparet in Lazaro mortuo & sepulto. 469.n.3
Indigenti non est subsidium differendum. 746.n.2
Indignatio discipulorum Christi, qualis fuerit. 691.12
Infernus est effectus discordiæ. 653.654
Infinitas tribuitur humanitati Christi & propter deputationem Dei, quioperatilla, quamuis finita, æstimauit infinita 514.13
Infinitas valoris Passionis Christi est quod possit saluare infinites homines, si tot esse possent, & aliis de causis. vide pag. 514. n.14
Infinitum sicut est in re incomprehensibile, sic est in æstimatione. 514.n.13
Infinitus fecit omnia finita, quia infinitum fieri non quit. ibid.

Infir-

Infirmitas est occasio Dei ostendendæ, charitatis, 480. nu 3. 4
Ingratus cum beneficio sit peior, illo est priuandus, 443 *n* 16
Inimici nostri qui sint, & quæ mala inferãt. 591. 559
Iniquitas vbi est, ibi aduersitas. 751. *n* 14
Iniquitas tradentium Christum augetur ex eo quod tradiderunt Saluatorem populi, 556
Initium Sapientiæ est scire, vnde ortum habeant nostræ aduersitates. 384. *n* 3
Iniustitia aliquando est apud Deum, quod ab hominibus reputatur iustũ. 407. *n* 16
Innocentia dies qualis. 675. 6
Inquisitio addit anxietati laborẽ, 396. *n* 19
Intellectus est vita excellens, cuius priuatio mors pessima, 374. *n* 3
Intellectus officium est præcedere, quia nil volitum, nisi præcognitum, 382 *n* 2
Intellectus si regitur à voluntate recta, motus illius dicitur sapientia, si à voluntate obliqua, dicitur concupiscentia, & malitia, 382. 383. *n.* 2
Interesse vbi est, malitia vincit, & iustitia cedit, 387. *n* 10
Interesse non amittendi Principatum fuit in causa, vt Christus à Iudæis non potuerit cognosci, 520 *n.* 7
Inuectio contra illos qui tempore Passionis comessationibus incumbunt, nec distinguunt inter tempus, & tempus, 649. *n.* 16. 17
Inuectio contra pigros qui viam Dei ambulare nolunt territi à difficultate, & timore, 467. 468 *n* 18. 19. 20
Inuectio magna contra eos qui dormiunt in cœno voluptatum vt resurgant, 485. *ibid num.* 19
Inuectio contra eos qui erubescunt sequi vestigia Crucis Christi, 498 *n.* 25
Inuectio ad eos qui verbis, vel sunt mendaces, vel proximum, aut Deum offendunt, 392. *n* 21
Inuectio contra non obedientes legi Dei, 590.
Inuectio contra mundi amatores, & sectatores, 631. *ibid & seq.*
Inuectio contra detractores, & retrahentes ab opere bono, 693 *n.* 18
Inuidia fuit causa, & ratio inimicitiæ Iudæorum cum Christo, 554 *n* 7
Ioannes eligitur pro custodia matris tanquam filius, 514. 40
Ioseph quomodo solus inter fratres fuit iustus, 741.
Ioseph vocatur Nazarenus, & quomodo ibid.
Ioannes & Petrus superati à mulieribus in perseuerantia. 748. *n.* 6
Ira seu indignatio quàm mala, & quàm malos effectus producat, 695
Iratus Deus magis contra Moysen, & Aaron, quòd increduli fuerint voci Dei, quàm populo potenti aquas, 391. *n.* 2
Iudas & Thamar quomodo peccauere, & quomodo excusentur. 531
Iudas vocatur diabolus, & ratio datur, 532. 541
Iudas ex opere bono Magdalenæ, occasionem sumpsit Christi vendendi. 20. 684. *n* 26
Iudas qua occasione, & quando tradidit Christum ibid.
Iudas seruiuit operi redemptionis, tradens, & confitens peccatum 616.
Iudæ traditionis reuelatio quibus de causis facta. 702. *n.* 18
Iudæi vtebantur lege, ad eorum scelera confirmanda, 589 *n.* 10.
Iudæi ex operibus bonis Christi, illum damnandi occasionem sumpserunt. 684
Iudæi putarunt Christum sic esse Galilæum, vt non esset ex semine Dauid, 588. *n.* 7. 24
Iudæi per inuidiã Christum damnarũt, 684
Iudæi quando in Scripturis erga Christum ebrij dicuntur, mentis furor intelligitur, 637
Iudæi in cognitione Christi errauerunt non in iure, sed in facto, quæ ignorantia eos tamen non excusat. 588 *n* 7
Iudæi Christum non receperunt, quia hæreditatẽ illius surripere cupiebãt, 590. *n.* 13
Iudæi odio, Christus charitate, in Passione excelluerunt, 609. 610. 10 11. 12
Iudæi duab. vicibus sustulerunt lapides, vt lapidarẽt Iesum, sed nõ fuit eis datũ. 625. 4
Iudæi suscitato Lazaro collegerunt Concilium, vt Iesum interficerent. ibid.
Iudex tria requisita habere debet. 412 9
Iudicans fratrem interiori iudicio peccat contra iustitiam, 414. *n* 12

Iudicans proximum Deum offendit, 414. *num.* 11.
Iudicans alterum iustè à Deo iudicari debet, 417.*n.*20 418.*n.*22
Iudicans proximum, quàm iustè ipse condemnetur, 417.*n.*21
Iudicans proximum in hoc peccat, quòd illum spernit, 416.*n.*17
Iudicans proximum, quàm pœnam luet, 417.*n.*20.21
Iudicans proximum ex se, aut odio, aut amore, aut superbia id facit, 415 *n* 14.
Iudicare proximum, est ad nos trahere diuinam iram, & affertur exemplum, 419.420 *n* 27
Iudicari aliquando accipitur pro condemnari. Exemplum, 417.*n.*20
Iudicia hominum, quàm falsa. 376.7
Iudicia Dei, quomodo iustum consolentur, 377 *num* 8
Iudicij temerarij damna, & effectus, à pag. 412 *vsq; ad* 421
Iudicium temerarij, quam sit ingens peccatum, cognoscitur ex effectu. 417.*n.*19
Iudicium temerarium est vsurpatio diuinitus. 415 *n.*14
Iudicium extremum optimè copulatur cum Passione, 645 646 *& seq* 8.9
Iudicium Deo proprie, & soli conuenit, quia solus habet Iudicis requisita. 413.*n.*9
Iudicium duplex, interius, & exterius, 413 *num.* 10
Iudicium legem supponit, 413. *n.*10
Iudicium duo denotat, discussionem, & condemnationem, 412 *n* 8
Iudicium sine misericordia fiet iis qui sine misericordia iudicant. 419. *n* 24
Iudicij tempus, cur Deus noluerit sciri à nemine, 677
Iustitia est Christi arma. 619. *& seq.*
Iustitia Dei, ex Christi morte est iustificata, 500 501.*nu.*7
Iustitia hominum qua sit, & quid pro ea intelligatur, 396.*n* 10
Iustitiam quarere, est illam facere. 406.*n.*13
Iustitia merces non est apud mundum, 404.*num* 10.
Iustitia proprium munus, est dirigere hominem ad Deum, 404 *n.*10
Iusti, & iniusti omnes iudicandi. 417 *n* 21
Iustus assimilatur ligno plantato secus decursus aquarum. 720
Iustus quisq; præsumendus, donec probetur malus. 415 *n* 14
Iustus nullam timendi occasionem habet. 392.17 18.621 *n.*3

L.

Labor necessarius est, ad acquirendam scientiam. 384.*n.*4
Lapsus in peccatum debuit tempore præcedere mortem Christi, 675.6
Latrones Christi comites ad montem Caluariam. 700 *n* 35
Laus Petri data à Domino, & increpatio facta, omnib. Apostolis est cõmunis. 522.*n.*11
Laus propria non est appetenda, 515. *n.*19
Lazarus mortuus & fœtens, significat mundum in tenebris, & hominem in peccatis mortuum 472.*n.*11
Lazari mors quomodo fuerit pro gloria Dei, 492.*n.*13.494.*n.*18.
Legislatoris est iudicare, nisi alteri ipse suas vices committat. 418.*n* 12
Legis violator, quid irrationabile committit 439.*n* 3
Lex qua per se est ad vitam, occasione fit, ad mortem, 381.*n.*16
Lex duplex alia interior, qua dicitur naturalis, alia exterior scripta qua posita est propter transgressores, 413.*n.*10.11
Lex naturalis si seruata fuisset, lege scripta opus non fuisset, *ibid.*
Lex Dei sanguine Christi confirmata. 508
Lex sic naturalis est hominib⁹, vt & ipsi sint sibimet lex, 459 *n* 9
Lex repudij erat concessa, ne vir vxorem occideret, & vxor non poterat virum repudiare, 517.518
Legis diuinæ obseruantia, hominem fortem reddit, exemplis, & rationibus probatur, 589. *ibid.n.*11.
Libertas omnibus iucunda, & seruitus molesta, 422.*n.*4
Lingua quam labilis. 696 21
Lingua nostra sermones qui esse debeant, 524 *nu* 18 19. 20. 21
Lites vnde ortæ, nisi quod creatura contra Creatorem suum se erexit? 620.*n* 15
Loci in quibus ostenditur difficultas, & facilitas

litus vitæ ad cœlum, & illorum concilintio, 447.*n.*1.2.3 4
Loci Scriptura quibus prophetata est Passio Domini in genere. 580.*n.*13
Lotio pedum, quam Christus exhibuit suis Discipulis, quid significet. 442.*n.*12
Lutum factum à Christo ex saliua & terra, quid significet, 389 *n* 13
Lux offendit oculos infirmos. 381 *n.*16

M.

MAcula animalium in lege veteri, figuraliter significabant maculas spirituales hominum legis Euangelicæ, 377. *num.* 9
Magnum pro paruo non debet perdi. 594
Maiorum & dicta, & facta, intelliguntur pro omnibus, & dicta & facta, 603 *n.*18
Mala spiritualia, sunt peccata corporalia vt pœnæ à Deo inflictæ. 469.*n.*3 4
Malignus omni licentia vtitur ad maledicendum, sicut auis ad volandum, 382 *n.*1
Malitia peccati Adæ ostenditur in morte subsecuta filiorum suorum, 417. *n* 19
Malitia Principum quantum possit in subditis ad malum. 589
Malitiæ, & Sapientiæ pugna 382.*n.*1
Malorum omnium scaturigo peccatum, quod solum nomen mali meretur, 473 14.15.660
Malum est corruptio boni. 660. *n.*1
Malum ex oculis proueniens, quantum sit, impassibilia, 390. *n.*15.
Malum cur aliquando Sacra Scriptura tribuat Deo, 376.*n.*8
Malum & sanctum sunt incompassibilia, 396.*nu.* 9
Malum si aliquod nobis occurrit, modestia, & astutia vtendum est, 489 6
Mandata Dei multa, quia magna concupiscentia nostra, 411 *n.*2
Mandatorum multitudine & grauitate premi debebat populus Hebræus, quia erat dura ceruicis. 586 *n.*3
Mansiones 44. *numerantur, quibus populus peregit iter ad terrã promissam, Duæ solæ ascensiones Aaron in montẽ vbi mortuus est, quid significetur,* 523 *n.*16
Maria Magdalena vnxit pedes, & effudit supra caput Christi. Duo documenta nobis hac actione dedit. 626
Maria Magdalenæ soli, perseuerantiæ corona datur, licet aliæ mulieres ad monumentum fuerint, quia ardentior, dux, & aliarum exemplar. 614.*ibid.n.*3
Mediam amplectenda, qui verã Dei sapientiam habere desiderat, 384.*n.*4
Meditationis modus, quo meditari debeamus Passionem Christi qualu esse debeat, 699.*n*10.
Mens humana ligatur amoribus, qui sunt eius vincula. 423.*n.*4
Mentionem facit Christus de traditione corporis sui in cibum, & de traditione Iudæ simul in eodem loco, & in eadem actione & dantur rationes. 527.*n.*2
Mentis infirmitas, carnis importunitas, via mandatorũ difficultas, sunt impedimenta ad custodiendam legem. 589.
Mentis nostræ libertas quæ sit. 591
Mercedis spes inuitat ad operandum. 404. *num.* 10.
Meridies mysticè, & moraliter quid significet, 610.*ibid.*
Messiæ signum primum erat resurrectio mortuorum, 474.*n.*19
Metaphoricè aliqua de Deo dicta sunt ante incarnationem, vt incarnationis figura, 552 *num.* 4
Michael Angelus Princeps militiæ cœlestis, & paradisi præpositus. 682
Miraculum Lazari resuscitati, cuius boni causa fuerit, 486.*n.*19
Miraculum Resurrectionis Lazari, magnũ opus fuit, 498.499.*n.*1.2.3.4
Miraculum suscitationis Lazari, quam gloriam Deo attulerit, 492.*n.*13
Miseria nostra quanta. 469.*n.*3. *vsq; ad* 11
Miseria nostra, quæ & quot mala producat, 472 *ibid* 12. *vsq; ad* 13.
Misericordia Dei quomodo exaltetur in nobis, 419.*n.*24
Misericordia Dei, vbi abest, adest omnis miseria, 418 *n.*21
Misericordia sola facit aditum ad gloriam Dei, 695.*n* 20
Misericordia non potest esse nisi vbi adest miseria, 479.*n.*2
Modestia in loquendo, quàm commendabilis, 489.*n.*6

Modus

Modus quo Christus voluit ab hominibus suas Passiones sustinere, 514. *n.*12
Moralitates pulchræ eruta ex sacrificio vitulæ in lege veteri, 600. *&* seq 13 *&* seq.
Moralitates sex deprompta ex sex sententiis Euangelii Dominicæ de Ramis, 614. *&* seq 2. *&* seq.
*Mori cum Christo est eius morti associari, ibid.*503 *n.* 14.
Moriendum est nobis cum Christo, & datur ratio conuintens, ibid.
Moriendum est nobis cum Christo, vt illum imitantes, vitæ consequamur. 503 *n.*14
Mors Christi est secundum legem Dei, quia passus pro peccato populi contra Deum blasphemi qui secundum legem lapidari debebat, & alia pulchra explicantur, 587 587 *ibid.*
Mors Christi non debuit fieri per iudicium hominum rectum, sed iniustum. 586. *n.*3
Mors Christi ex parte hominum est ex lege, sed male intellecta, quia filium Dei se fecit. 588 589. *n.*8
Mors Christi quam expediens fuerit ad liberandũ mundum à peccatis 600 *&* seq. 13
Mors Christi absorpta est à vita, 661
Mors Christi fuit figurata in morte Aaron, 523
Mors Christi debuit fieri non fortuito. 575
Mors Christi est holocaustum suauitatis, tollens peccatorum fœtorem. 485
Mors Christi debuit fieri per Iudicium, & non aliter, 586. *n.*2
Mors Christi restituit Deo numerum filiorũ suorum, qui per peccatum Adæ subtracti fuerant. 501 *n* 10
Mors spiritualis est causa mortis corporalis, quia vna est culpa, alia est pœna 469 *n.*5
Mortis spiritualis mala consequentia, 471. *num* 9
Mors hominum in vniuersali Deo affert gloriam, 495. *n.*20
Mors fuit peccati germen, & remedium, 675
Mortem peccatores diligere quid significet. 639.
Mortis dies, qualis. 675. *&* seq.
Mortis corporalis nomine, intelligitur spiritualis, quia per vitam corporalem intelligitur etiam spiritualis, 469. *n* 3
Mortis corporalis effectus, illam consequentes. 470 *n.*8
Mortis sententia quam ardua ad reuocandum, 499 *n.*3
Motiua mouentia, & compellentia fideles ad meditandam Passionem Christi sunt septem ordinatè posita in Cõcione Passionis. Excellentia mysterii, est primum. Intentio, & voluntas Dei, secundum. Intentio Ecclesiæ, tertium. Necessitas nostra, quartum. Vtilitas nostra, quintum Facilitas, cum sit de rebus sensibilibus, sextum. Exempla amicorum Christi, septimum 698. *n.* 3. *&* seq.
Motus subtiles concupiscentiæ, quot sint. 386. *n* 8
Mundus est tam perfectus, vt nihil à quocunq; imaginari possit, addendum, aut minuendum. 576
Mundus ante Noe vocatur mundus impiorum, 683 *n.*12
Mundi, & mundanorum obtrectationes non sunt curandæ. 691 *n.*13
Mundus vnde factus est Infernus, 547
Murmuratio malorũ non est curanda quando nos à bono retrahit. 691 *ibid. n* 13
Murmuratio reprehenditur Fer. 4. *Dom. n.* 691. *&* seq. *n.*12 *&* seq.
Murmuratio quàm seuerè à Deo punitur, 425. *n.* 11.
Murmurator habet hoc proprium vt illum qui audiit, in eandem murmurationem inuoluat exempla. 627. *n.*9
Murmuratores à bono retrahunt benelacientes. 691 *&* seq. *n.*13
Murmuratores qui fugiunt ad instar Beniamin diliguntur à Deo. 696
Murmurantium verba non curanda, quia innocentium suscepit Deus causam, 692
Moysen non dubitauit de potentia Dei ad aquas contradicentes, sed de eius clementia, 695
Moysen misit Deus populo, vt illius præsentia certi esse deberent populum liberaturum, sicut Moysen ipsum liberauit ab aquis, 736 *n.*4

N.

NAbucodonosor, & exercitus Romanorum, quomodo dicantur serui Dei, & exer-

& exercitus Christi. 530 ibid. n 7.
Natura condita, & corruptio volita, sunt sibi contraria, 201. n 10
Natura hominis habet etiam pronitatem ad bonum secundum naturam suam, 459. num. 10.
Naturale est homini, esse solicitum de rebus necessariis, ad vitam tuendam, 391 n. 2
Naturalia si desinerent obedire, desinerent esse. 469. n 5
Nazaræus qui sit, fuerit, & dicatur. 740. num. 11
Necessitas nostra exigit, vt mysterium Passionis Christi meditemur, 699 n. 6
Negligentia in virtute comparanda reprehenditur, 953. & seq. n. 4. & seq.
Nil irrationabilius quàm offendere Deum: & pro nihilo se suppliciis æternis tradere. 439. n 3
Noe non maledixit Cam, quia erat benedictus à Deo. 592. n. 17

O.

OBedientia Deo exhibita, benedictionem promeretur, & defensionem à malo, 593
Obedientia exhibita Deo, est causa, vt exaudiamur. n. 10
Occasio bona aliquid ediscendi, quando se offert, non omittenda, 375. n 6
Occasio probat hominẽ tam probum, quàm improbum, 618
Occasio omnis peccandi fugienda, 374 n. 4
Occasio traditionis Iudæ fuit in cœna, quæ vna sola fuit, quamuis varie ab Euangelistis describatur. 701. n. 15
Oculi interiores animæ, quàm pretiosiores sint oculis corporis. 389 n. 14
Oculi isti in quanto pretio habend:, ibid.
Oculi quàm magnum malum fecerint, 390 num 15.
Oculus hominis erga Deum tripliciter se habet, 518. n. 3
Oculorum nomine vita intelligitur, 389. num 14.
Oculorum lumen quàm charum & desiderabile, ibid. n. 14
Odium Iudæorum in Christum fuit, quia illorum peccata discooperiebat. 607. n 4
Odium excæcat. 381. n. 16
Offensa Dei est clamor peccantiũ ad Deum vsq; perueniens, 479. n. 1
Offensio proximi vitanda, & illam Deus punit. 672
Oleum quo vngebantur Reges, significat spiritum. 641 n 14.
Omnia quæ sunt Dei, sunt à Deo, electi præcipuè, & quomodo. 510. n 5. 511
Opera nostra si sancta sunt, maximè Deum honorant, 403 n. 14
Opera bona plus habent virtutis, quam videantur ab hominibus, 693. n. 16
Opera hominum, non magni facienda, si sint mala exempla, 512. 513
Opera Christi, quam sint infiniti valoris. 515 ibid n. 16
Opera iustitiæ nos liberabunt in die vindictæ, 395. n. 8
Operari virtuosè, difficile propter Hæreticos, & malos Catholicos, 457 n. 27
Operari secundum virtutem facile homini in statu naturæ integræ: difficile, in statu corrupta. 450. n. 10
Operibus Satanæ nobis est contradicendum, & contra ea pugnandum, & figuræ huius. 511. n. 7
Operum nostrorum fructus, qualis, 407. num 17.
Operum nomine, intelliguntur etiã ea, quæ ex illis consequuntur, 465. n 13
Operum Dei finis, vtilitas nostra. 543
Opportunitas addiscendi attimentia ad salutem, amplectenda, 375 n. 6
Opus resurrectionis Lazari fuit ad gloriam Dei, & Christi, & quomodo. 492 n. 13
Opus Redemptionis pendet ex iustitia ex pluribus capitibus, 499. n 5
Opus nostrum, vt abiiciamus cæcitatem, est accedere ad lauacrum, 380. n. 15
Orandi modus traditus in illis verbis, petite, quærite, pulsate, explicatur. 434. n. 16
Orandum in tempore Passionis, & datur ratio, 634. n 4
Orandum instanter, & perseueranter. 434. num 16. 14.
Orantes quales esse debeant, 437. n. 28
Orantes quæ peter, debeamus. 437. n. 29
Orantes mundi esse debent, 442. n. 12. 432. 433. num. 13

Oratio, vt exaudiatur, à quibus debet fieri. 442. num. 11
Oratio est vinculum vniens hominem Deo, 432. n. 9. 10 11
Oratio ablutioni manuum in occisione vitulæ quare addebatur. 603. n. 10
Oratio facit oratores esse consortes diuinæ naturæ, & quomodo, 432. n. 11
Oratio quibus de causis præcesserit eius traditionem, 703 n. 19
Oratio Iosue quam grata Deo fuerit, 749. num. 9.
Oratio in defectu instantiæ, & perseuerantiæ, non exauditur, 434. n. 17
Oratione effectum habeat, necesse, vt qui petit, sit filius, & alia requisita ponuntur, 437. n. 28. 443 n 17
Orare impellimur præcepto, & ratione, 429. num. 2
Oratione voluit Deus vt nobis prouideretur duplici de causa, 421. n. 7
Oratione nostra, Deum demonstramus prouisorem nostrum, 431. n. 6
in Oratione Christi quam habuit in horto, quid factum sit, & quid petitū, 074. n. 20
Oratione panis peti debet, & quomodo intelligatur, 443 n. 16
Oratione exaudiemur à Deo, si audiemus & nos in necessitatibus proximum nostrum 444 n. 19
Orationis finē, vt assequamur, debemus esse mundi, & filij Patris, 423. n. 13
Orationis virtus figurabatur manibus Moysis, & quomodo, 432. n. 9
Orationis affectus est cor purum reddere, 634. n. 3
Orationis finis est vt semper pendeamus à Deo, 431. n. 7
Orationis præceptum à quo sit, 430. ibid. num. 4.
Orationu precepti verba ponderãtur quantam habeant vim, 430. n. 4
Orbis vniuersus maximam Deo affert gloriam, 493. n. 15
Origo nimia sollicitudinis est modica fides. 392. num 3
Oriu proprij fructum comedere, quid significet, explicatur, 638
Osculum Iudæ, occlusis Christi inimicis, & comprehensio, quid sint. 704. n. 22
Otiositas inhibetur iis qui sunt electi, 543 ibid. num 4

P.

PAlma victoriam significat, & quomodo victoria habeatur. 618. n. 12
Palmarum obuiatores Christo, quid præfigurauerint, 626 n 7.
Palma significant victoriã Christi, & ratio, & quomodo, 618. n. 12
Panis viuus potens satiare naturam rationis præditam, & huius datur figura, 543. n. 3
Paradisus promissus Latroni in Cruce, est fructus arboris Crucis, 710. n 39
Pascha celebraturus Christianus more se sanctificare debet, 615. n 3
Pascha Caldaicè dicitur, Hebraicè Phase. 677. n 11.
Passio Christi decorata fuit oraculis Prophetarum, 576. ibid.
Passio Christi maxima cum attentione meditanda, 699 & seq. n. 10. & seq.
Passio Domini meditanda vt res diuina, 509 num. 2
Passio Christi magnificatur, quia occidit in sanctum, 519 n 6
Passio Christi vt ab æterno ordinata, & non vt res noua, à nobis cogitanda est. 542. ibid. n. 2
Passio Christi debebat esse palã, vt omnium oculi in eum conuerterentur. 379.
Passio Christi prima facie apparet turpis. plenissima tamen gloria, & quomodo adfertur huius figura. 563. 566.
Passio Christi quomodo Iudæis scandalum, & Gentibus est stultia, 570. n. 17
Passio Christi, quare Christianis sit fortitudo, 570. n 18
Passio Christi, & Resurrectio à Prophetis sunt pranuntiata, & quare, 575. num. 4. vsque ad 579.
Passio inter omnia quæ Dei sunt, primatũ net sedes, 511. n. 5
Passio Chtisti, quòd abhorreatur ab his qui Christi non sunt, non est mirum, 522 & seq.
Passiones Christi, quomodo dicantur dolores Inferni, 513 n. 11
Passio Christi aucta fuit ex dolore ipsi condolentium, 534. n. 12

Passio Christi augetur ex scandalo, quod passi sunt Discipuli. 537 n.14
Passio Christi augetur ex traditione Iudæ, quia Discipulus. 539 n 16
Passio Christi in quinque capita diuisa ad meditandum. 701.n 14
Passio Christi non est minus motiuum ad ieiunandum, quam Iudicium immo maius. 640.n.10
Passio Domini quibus, & quomodo fuerit ruina. 606.ibid.n.1.
Passio Christi dicitur bellum forte, & rationibus quatuor innititur. 621. describitur figuratum in Dauide. ibid.
Passio Christi, qua præparatione suscipienda. 633.n.2
Passio Christi quamuis processerit ab hominum passionibus, decreta tamen fuit à Patre. 642.n.2
Passio Christi est à charitate vt à fonte primario. 548
Passio est scala, qua ascenditur ad Cœlum. 645.n.7
Passio Christi quomodo à nobis consideranda. 680.15
Passio est ciuitas refugii in omni occasione. 685
Passione sua Christus exiit de potestate mundi, & quomodo 520. n.9
Passione sua Christus redemit electos, & illos Patri restituit. 501 n.10.11
in Passione Christi, duo maxime elucent. Dolor, & paupertas 641.n.15
Passione Christi nil ad cogitandum hominibus vtilius. 547.n.11
Passionem Christus semper ante oculos habuit. 642.n.3
Passionem Christi vult Deus nos considerare, quantum possumus, rationes dantur. 579. 680
Passionem Deus ita decreuit, vt cum illa fieri absque peccato non posset, illud permiserit in Adam, ex quo omnia processere. 644.n 5
Passionem suam Christus prædixit, vt indicaret se voluntarie pati. 674
Passiones Christi quales, & quantæ sint. 476 515 n.23
Passioni præmisit prædicationem, & orationem. 643.n.4
Passionis Christi ornamentum, ex Prophetiis compactum est. 576
Passionis Christi quædam particularia traduntur, & quid circa illa meditari, & contemplari debeamus, docemur; vt illusio, traditio, flagellatio, expuitio, occisio. 569. vsque ad 571
Passionis meditationem debent antecedere oratio, & ieiunium, sic Christus fecit. 634 ibid. n.3. Huius rei datur ratio 636.n.7
Passionis Christi, & iudicii extremi comparatio, & conuenientia. 640 n.11. 646.n.9
Passionis tempus requirit magis à nobis, vt abstineamus à comessationibus, quam illud iudicii. 651
Passionis Christi excellentia. 698.n.3
in Passionis meditatione debemus cum Moyse calceamenta de pedibus soluere, & quid significet. 509 n 2
Passionis memoria nunquam ab hominum mente debet amoueri. 577
Passionis præparatio, qualis esse debeat. 646.9
Passionis Christi dolor, fuit ex magnitudine rei. 480.n.5
Passionis historia tota ordinate narratur in parasceue. 700. & seq n.13. & seq.
Passionis Christi meditatio, generat charitatem. 547.548. n.11. & 12
Passionis Christi auctores duo, Iudæi, & peccatores. 607. n.3.4
Passionis tempus à Deo fuit designatū. 675.n.6
Passus Christus, quia multi non erant percepturi eius Passionis fructum. 532.n.10
Pater æternus, eandem vitam quam habet, dedit & filio. 475
Patres in generatione Christi multi fuerunt mali. 530 n.8
Pater naturaliter filio tribuit omnia. 436 437.n.26
Pater non potest non tristari ad Filii sui tristitiam. 629.n.14
Patris munus in educatione filiorum quale sit. 603 n.18
Pati ab eo cui benefeceris magna pœna, sed maior si benefeceris patiendo. 531 n.9
Pati pro gloria Dei, maxima gloria est 626 7
Pati propter iustitiam, est eius improperium portare. 597 580.
Patiens esse debet qui seruit Deo, vt quod speratobtinere possit. 491. n.12

Patientia est Christi arma contra diabolum, quatuor de hac re afferuntur rationes. 620.n.16.& seq.

Patientia opus est in tribulationibus, instar Christi patientissimi. 581 n.15

Pauperem spernens dupliciter Deum inhonorat. 614

Pax quam bona. 551

Pax in Deo quam summa, quam perfecta. 655 ibid.

Pax prævalet cunctis bonis, quæ in hoc mundo habentur. 551

Pace privatus est Christus, vt nobis pacem donaret. 551

Peccata nostra tradiderunt Christum, & quomodo. 600.n.7

Peccata nostra soluenda sunt per Iudicium. 647.n.11

Peccata omnia fugienda sunt, quia vnum sufficit ad iram Dei in populum vniuersum diffundendam, & explicatur. 665 num 4

Peccata non essent, nisi illa Deus permitteret. 376.n 8

Peccata Deus permittit vt inde maius bonum extrahat. exemplis probatur. ibid.

Peccata fuere causa, cur Christus mortuus fuerit duplici ratione. 531

Peccator solus difficultatem sentit ad obediẽdum voci Dei. 382.n.17

Peccator alium iudicans, quomodo seipsum condemnet. 426.n.13

Peccator qui sit canis, & porcus. 440. ibid. num.5

Peccator ipse, sibi laborem fingit in via Domini. 467.n.19

Peccator à peccatis resurgere debet, si cum Christo vitam æternam vult habere. 719 n.11 vsque ad 15

Peccatum maximum sacris abuti, fuse & bene hoc tractatur. 669.n.8

Peccatum peccato deleri. quomodo sit possibile, hoc in Christo verificatum est. Sed res est imperscrutabilis. 635

Peccatum ibi maxime dedecet, vbi magis splendet diuina misericordia. 602

Peccatum Adæ, numerum electorum Dei subtraxit. 501. ibid. n.7.8.9.10

Peccatum non fuit causa Incarnationis, sed quomodo pulcrum scitu. 681.n.19

Peccatum causa omnium malorum. 376. num.8

Peccatum quatenus offensa Dei, est quid magnum, & grandi punitione dignum. 425.n.9

Peccatum mortale mortem illud operantis operatur. 471.n.9

Peccatum originale, qua mala nobis conferat. 472.n.13

Peccatum offendit Deum, & ladit hominem, quomodo. 483.14

Peccata dum viuunt, viuit homo peccato. 505.n.19

Peccauere Principes Iudæorum in occisione Christi, & quomodo. 594

Peccauit Iudæus malitia in morte Christi, Gentilis ignorantia. 561

Persecutiones fugere, aliquando bonum, & occurrere eis aliquando optimum. 625. ibid. n.5

Perseuerantia Christi vsq; ad mortem, causa suæ gloriæ. 713 n.1

Perseuerantia Mariæ Magdalenæ. 714.n.3

Petere, quærere, & pulsare idem significant, non sunt tamen synonima, sed addunt. 434. n.16.17

Petrus & Ioannes superati à mulieribus in perseuerantia. 748 n.6

Petrum post præconizationem totius mundi reiecit à se Christus, quia illi erat aduersarius in salute hominum. 512.n.8

Piger sibi sapiens videtur, cum sit insipientissimus. 385.n 5

Pigritia est tota causa difficultatis salutis nostræ. 454.n.18

Pilatus quamuis sentẽtiam dederit in Christum, se innocentem tamen putat, sed falso. 603

Pilatus variis modis conatur liberare Christum. 707.n.27

Pilatus reus mortis Christi, & ratio. 708. num.31.

Pœna Christi auctæ fuit quia traditus, vt crucifigeretur tanquam blasphemus, & peccator. 557.n.12

Pœna Christi auctæ fuit, quia tota Synagoga eum tradidit gentibus. 558 n 13

Pœna Christi augetur quia traditus, vinctus & ligatus catenis duabus exteriori & interiori, & quæ sint istæ catenæ. 548.14

Pœna, innocentia, & charitas Christi elucent in Cruce. 708.n.30
Pœna coniuncta iustitiæ Deo grata est, & nobis salutaris. 621. & ibid.
Pontificia dignitas honoranda, quamuis malo homini coniuncta. 601.n 14
Populus Hebræus vt portaret sanctuarium & onus legis, solutus est ab Ægyptica seruitute. 467 n.18
Populus Hebræus qui Hebræus qui fuit populus peculiaris à Deo electus tradendo Deum suum, magis illum offendit. 552. n 3
Populus non vindicans sanguinem effusum erat noxius illius. 595.n.4
Populus Iudæorum renunciauit Christo. 708.n 31
Populus Hebræus in deserto pastus est cœlesti manna, & portatus humeris Moysis, & Aaron. 716.n.5
Populus Hebræus licet petierit viam trium dierum à Pharaone, vt sacrificaret Deo, ipse tamen Deus voluit vt in Ægypto immolaret Phase. 740.n.3
Populi Hebræi eductio ex Israel, & ex deserto significat vniuersalem Resurrectionem, & quomodo. 472 n.16
Populi Hebræi derelicto, à qua origine profluxerit. 561
Populo Hebræorum necessarium erat credere in Deo esse virtutem, vt posset etiam mortuos suscitare, cuius figura datur. 735. n.3
Populum Israeliticum Deus ante disposuit quam terram promissam ingrederetur, similiter Abraham antequam semen promissum illi daret. 418. n.22
Porta licet sit angusta, dummodo spatiosa sit domus, nihil refert. 461.n.4
Potentes quam facilè in omne malum prolabantur. 687 n.4
Potentia eiusdem est creare & conseruare, 394.n.6
Potestas, & scientia sunt necessaria ad opus, & alia datur figura. 681.n.23
Præcepta Domini & suauia & grauia quomodo dicantur. 454 n.19
Præcepta diuina sunt argumentum nostræ infirmitatis. 411.n.2
Præcepto eodem quo prohibetur solicitudo, ne proximo noxij simus, vetatur quoque. 424.ibid.n.7
Præceptorum Dei inobedientes non sunt capaces doctrinæ Euangelicæ. 440.441.n. 7.8 9
Præceptum Christi de non dando Euangelium canibus & porcis, intelligendum est, quando non speratur fructus, sed creditur progressus in peius. 443.ib.n.16
Prædicationi Euangelicæ Christus Dominus coniunxit Passionem suam, vt illam cruce & sanguine confirmaret. 674.n.3
Præsentia Dei omnia reddit facilia, & absentia, omnia difficilia. 449.n.7
Preciositas non est considerandæ respectu sanguinis Christi quia est infinitus, sed ad mensuram qua nobis communicatur. 514. n.12
Precioso sanguine quo redempti sumus Christus preciosam fecit Ecclesiam & animas nostras. 514.n.12
Princeps iniquus, populum habet insipientem. 616
Principem summoperè omnis culpa dedecet, & mendacium super omnia. 601.n.15
Principes Iudæorum tradunt Christum gentibus, quia per crucem interficere non poterant, qui mortem crucis maximè optabant. 706.n 25
Principes impii, sunt populi gemitus. 585
Principium & origo discordiarum omnium. 620.n.15
Principium vbi est, & finem ibi esse, est necesse. 514.n.13
Principio mali, quam causè obstandum; & ratio. 616 n.9
Prophetæ falsi cognoscuntur à fructib. 464. n.11
Prophetæ falsi cauendi sunt, quia veniunt ad nos in vestimentis ouium. 449.n 7
Prophetarum nullus potuit inueniri cum quo Deus posset agere fiducialiter nisi cum Domino Iesu, & quomodo. 477.n.26
Prophetia Iacob & Moysi facta in benedictione Ioseph, non autem Iudæ de cuius Tribu ortus est Christus, quid significent. 741. n.12
Proportio inter affectum & effectum Christi ostensum in Incarnatione, & eiusdem contrapositio. 483 n.12

Prosperitates impiorum breues, iustorum autem manent in æternum. 752 *n* 14
Prouidentia in nobis, qua sit laudabilis. 490.*n*.8
Prouidentia futurorum duo habet, sollicitudinem & laborem: primum à Christo, secundum à sapiente laudatur. 421. 422. *n*.2
Psalm 68 *vbi loquitur de Iuda proditore, si profundè consideretur intelligitur de tota Synagoga Iudæorum, & explicatur.* 552 553
Pugna, fuga & victoria populi contra ciuitatem Hai, significat intentionem Dei, paucos in tristitia, multos in lætitia. 725. *num* 2
Pugna qualis sit inter sapientiam Dei & malitiam nostram. 382.*ib.n* 1
Pugna inter carnem & spiritum quomodo intelligatur. 541.*n* 12
Pugna contra carnem non est intermittenda dum viget inimicus, cuius figura datur. 523 *n* 14
Pugna qua est inter domesticum quam difficilis. 387 *n*.9
Pugnandum non est eodem modo cum omnibus, & exempla ex scripturis. 449.*n*.6
Puluis fuit origo & consummatio huiusmodi. 721.*n*.13
Pugna istius victoria à Deo imploranda & impetranda. 387. *& ib.n*.10

Q.

QVies extra hominem non est, sed intra ipsum. 720.*n*.1
Quies Dei in scriptura quid significet. 543. 544
Quisquis sibi dupliciter nocere potest, vel sibi ipsi malum inferendo, vel alios ad sui detrimentum prouocando. 424 *n* 8

R.

RAtio triplex, cui voluerit Christus compati compatientibus illi. 535 *n*.13
Ratio nobis datur à Christo, cur orare debeamus, vt fortius moueamur. 430 *ibidem n*.2 3
Ratio tanta mœstitiæ Christi in sua Passione. 537
Ratio cur aliquando scriptura sacra attribuat malum Deo. 376.*n*.8
Ratio, cur Deus voluerit populum Hebræum cum inimicis suis pugnare, nunc cum paruo numero, nunc cum magno. 449.6
Ratio, cur homo sit habendus in pretio, & in honore. 517.*n*.19.20
Ratio humana est quoddam vestigium & radius diuinæ mentis. 439.*n*.3
Ratio quare permittit Deus iniustos operari iuxta eorum voluntatem, est electorum suorum probatio & perfectio. 561.17
Ratio potissima cur fugere debeamus conuersationem malorum hominum. 374 4
Ratio, cur in oratione debeamus esse instantes & perseuerantes. 434.*n*.17
Ratio, cur in oratione non exaudiamur. 434. *n*.17
Ratio & lex dictat & præcipit vt quisque magis sui quam proximi curam habeat. 416. *n*.16
Ratio, cur debeamus orare, est certitudo infallibilis obtinendi quod petimus. 435.18
Ratio præstantissima vt inimicum diligamus. 391.*n*.2
Ratio apprehendendi media est expectatio finis. 435.*n*.19
Rationes, cur Deus voluerit, in Passione filii sui, vti creaturis. 528.*n*.4
Rationes, cur voluerit vti hominib. impiis. 530.*n*.7
Rationes, cur Christus voluerit incarnari, & affici passionibus nostris. 479.*n*.2
Rationes duæ propter quas Christus est glorificatus. 495
Rationes, cur voluerit Deus Passionem Filii sui à Prophetis prænunciari. 575.*n*.5
Rationes, cur Christus in sua passione vsus sit armis iustitiæ & patientiæ. 620 *n*.16
Rationes quas proponit Moyses, vt populus obediat legi. 429.*n*.2
Rationes ad patientiam habendam. 490. 491.*n*.8.9
Rationes, cur per mortem corporalem iudicetur mors animæ spiritualis. 469.*n*.4
Rationes, cur homo pro Christo pati debeat. 503 *n* 14.15
Rationes suadentes ad benefaciendum Proximo pag 444. *vsq; ad finem Moralis.*
Rationes ostendentes sollicitudinem rerum temporalium esse vanam. 393 *n*.6
Rationes duæ culpantes nimiam sollicitudinem. 546

Rationes dissuadentes à nimia sollicitudine rerum temporalium. 391.n.2
Ratio suadens ad sollicitudinem regni cœlestis. 397.n.11
Rationes hæreticorum, quibus viam cœli latam esse contendunt. 457 n.28
Rationes vera quibus ostenditur viam cœli esse angustam, & difficilem. 457.n.28
Rationes & causæ cur multi ambulent per viam latam quæ est perditionis. 462.ibi. n.6
Redemptio mortuorum à peccatis, quomodo non solum sit opus ex iustitia sed excedens. 500
Redemptione Christi restitutum fuit id omne quod per peccatum Adæ sublatum erat. 500.n.6.7.8.9
Redemptionis opus ex iustitia pendet ex multis capitib. 449.n.5
Regnum Dei quomodo quæratur. 404.n.10
Regnum Dei qui vult, ad fontem vitæ necesse est recurrere. 468 n.1
Regnum cœleste vt acquiratur omnib. virtutibus laborandum est. 404.n.10
Regnum Dei quærunt serui Dei 403.n 6
Regnum Dei datur iustis. 386 n.11
Regni cœlestis porta quam angusta. 466.n. 16. *vsq; ad* 20
Regni cœlestis nomine, salus æterna intelligitur. 396.n.10
Regni cœlestis indigentia nostra quanta. 469 n.3
Regni cœlestis iustitia & excellentia à nobis quærenda est. pag.401.n.3
Regula, omnia quæcunq; vultis vt vobis faciant homines, eadem & vos facite illis. 444.n.20.21 22.23
Regula nos docens, vt exaudiamur à Deo in orationibus nostris. 444.n.9.445.n.21
Regula communis, vt nobis fiat ab aliis, prout & nos facimus illis: exemplis probatur. 420.n 28
Remedium ad tollendam voluntatis peruersitatem est fortitudo. 574.n.11.12
Remedium ad frænandam licentiam temerè iudicantium. 416.n.17
Res diuersè considerata potest admitti & reici. 454 n.19
Res quæ sunt hominũ non culpat Deus quãdo eas cœlestibus non præponimus. 512
Res quas Christus aggreditur ingrediens Ierusalem instar triumphantis, verè prælium est. 619 n.13
Rerum tria sunt genera, & quæ. 510. n.4
Resurgere à peccato tenetur qui cum Christo vult vitam habere. 719.num.11. & sequen.
Resurgere qui vult cum Christo, ipsum sequatur patientem. 714.n.4
Resurrectio Christi generat in nobis gaudium, & quare. 712.n.2
Resurrectio mortuorum est opus valde difficile, & quare. 499.n.3
Resurrectio Christi proponitur ab Ecclesia ad fidei firmitatem: si enim non esset Resurrectio, vana esset fides nostra. 735. n.2
Resurrectio Christi non minus significat ipsiusmet à morte suscitationem, quam nostram à malis liberationem. 737. n.7
Resurrectio Christi quibus vtilis, & quibus non. 719 n 11
Resurrectio Christi fuit gaudium amicis, & mœror inimicis. 754 n.1
Resurrectionis suæ mentionem nunquam fecit Christus, quin prius de Passione locutus fuerit. 737.n.5
Resurrectionis probandæ argumentũ 736.n.5
Resurrectionis Christi fructum maximum percipit qui castitatem profitetur. 741.n. 12.13
Resurrectionis Christi qualis gloria. 713.& seq.n.2.& seq.
Resuscitationis Lazaritria sunt bona, gloria Dei, vita hominis mortui, & fides populi. 625.n.6
Rex Hai primus legitur in scriptura crucifixus, & quare. 725.n.2
Rex in veritate iudicans, thronum suum firmat. 613
Regis Iudicium iustum præsumitur, quando contrarium non apparet. 601.n 15
Regum est committere bella, ideo Christus, quia Rex, cum diabolo bellum iniit. 619
Ruben quare dicatur fortitudo, & paruus. 586
Ruben, & Iuda insigniores inter fratres luxuria culpantur. 742

S.Sa-

S.

SAcramenta, & præcipuè Baptismus, licet non tangant animam, tamen coniuncta verbis emundant corda, & animas. 377.378.n.9

Sacerdotes veteres non habebant partes in Tribubus, sed de mensa Dei viuebant, & quomodo. 391.n.1

Sacerdotes portantes Arcam stabant in aqua Iordanis donec transiret populus, quid significet. pulchra moralitas. 629.n.15

Sacerdotii Christi efficacitas, & excellentia. 564

Sacerdotis præcipuum munus est castitatem custodire membra mortificare, & alia. 522

Sacerdotum est in Passione Christi meditari interna, & subtilia: turba materialia. 569.n.12

Sacrificia non vbique, sed tantum in vno loco fieri iubebantur, quid significet. 469. n.1

Sacrificia omnia fuerunt figura Christi, sed Agni præcipuè. 677.n.10

Sacrificium per immolationem victimarum, fuit figura vitæ asperæ quam post peccatum acturus erat homo. 416.ibid. n.23.

Sacrificii adeps, quare Domini esset ratio moralis. 577

Sacrificiorum quorundam insigniorum sanguine tingebantur cornua altaris, quid significet. 878.n.28

Sacrificiorum excellentia erat vt essent pinguia, & quid per hanc significetur. 699. n.10

Sacris abuti ad vsum prophanum, vel ad sensum malum: quam malum 616.n.6

Sadducei scripturas confitebantur, & Resurrectionem negabant. 735.n.2

Salomonis Prouerbia, communi hominum conuictui conducunt, quæ si eleuentur maximè concordant cum doctrina Christi. 422.n.3

Salomonis quædam Parabolæ explicantur, & concordantur cum consiliis Christi. 422.423.n.4

Salus hominis est super omnia opera Dei, quia est finis aliorum operum. 480.n.5

Saluti nostræ repugnantia viriliter superare debemus. 511.n.6

Salutis nostræ difficultatem causat pigritia. 454.n.18

Sanctitas & obedientia faciunt nos filios Dei & tales oportet esse, vt exaudiamur. 441. n.10

Sanguis hostiæ totus non effundebatur, datur ratio, cuius figura, & eius vsu. 478.n.28

Sanguine pretioso Christi, pretiosa est facta Ecclesia, & anima nostra. 514.n.12

Sapiens verus duo habere debet, veritatem in intellectu, & rectitudinem in voluntate. 382.ib.n.1.2

Sapiens apud semetipsum, quam stultus. 379. n.13

Sapientes multi esse vellent, sed media ad sapientiam sumere nolunt. 384.n.4

Sapientia Dei non potest decipi, vt pro re vili pretiosa det. 415.n.14

Sapientia diuinarum rerum melli comparatur, & ratio. 401.n.2

Sapientiam qui vult, ipsam peroptare debet, & à terrenis abstinere. 384.ibid.n.4.5

Sapientiam diuinæ legis custodientes, custodiuntur, & è contra. 640.n.6

Sapientia, & malitia pugnæ, vnde originem habeat. 382.n.2

Sapientia diuina incumbendum, & non rebus humanis. 396.n.10

Sapientia initium est scire, vnde habeant initium aduersitates. 384.n.3

Satan qui dicitur aduersarius, fuit inuentor discordiæ 653.n.3

Satan dicitur ille, qui Christi Passioni aduersatur. 522.n.11

Satan est dimissus impetere Christum, vt iustè spoliaretur dominio, quo animas sanctorum Patrum detinebat in limbo. 528

Scientia comparatur melli, & quomodo vtrunque sit vtile. 547

Scriptura sacra est speculum ad cognoscendum Deum. 574.ibid.

Scriptura vtitur tempore futuro ad significandum præsens, & præteritum. 738.n.8

Scripturarum vtilitas. 578

Scripturarum necessitas. 580

Scripturarum loca sunt tria, vbi generatim comprehenduntur omnes Passiones Christi. 580

Secu-

Seculares de temporalibus laborantes amittent æterna. 401.*n* 2
Seculum in tres dies diuiditur, & qui sunt. 675.*n.*6
Seniorum populi protestatio in homicidio occulto erat nomine totius populi. 603.*n.*18
Seniorum iustitia, & iniustitia, ad iustitiã, & iniustitiam iuniorum conducit ibid.
Sensibilib. cognoscuntur intelligibilia. 469. *n.* 4
Sententia, quia iudicatus est Christus, quid contineat. 703.*n.*19. & 32
Sententia mortis quàm irreuocabilis. 499. *n.*3
Serpens aneus ad sanandum morsus quid significet. 384 *n.*5
Serui Dei benè habebunt in nouissimo. 401. *n.*2
Serui Dei non debent se rebus secularibus implicare, ratio, figura, & authoritas. 596. 597
Seruitus Dei, & mundi sunt adeo contrariæ, vt nullo modo seipsas compati simul possint. 631
Seruus diaboli cuius conditionis sit. 688
Seueritas magna diuinæ iustitiæ, hominem in flagellis obdurari. 752.*n.*13
Sexcenta millia hominum ex Ægypto educti, in deserto sunt mortui. 499 *n* 3
Signa Hæreticorum quæ sint. 464. 465. *n.* 11 12. 13
Signum præcipuum Messiæ fuit Resurrectio mortuorum. 474.*n* 19
Similitudo est mater falsitatis. 437.*n.*27
Similitudo hominis ad Deum, est quod sibi similem generet. 438.*n.*1
Similitudo mortis spiritualis, & corporalis, qua & qualis. 470.7
Situ Christi in Cruce fuit & corporalis, & spiritualis. 710.*n.*41
Sol obscuratus est in Passione ad compatiendum. 711 *n.*42
Sollicitudo nostra est vana, quia laboramus, & acquirere non possumus quod cupimus. 393 *n.*6
Sollicitudo nostra vana, quia Deum habemus diligentissimum. 393.*n.*7
Sollicitudo ex sua radice, mala. 393.*n.*4
Sollicitudo vana rerũ temporaliũ, excludit, necessariam rerum spiritualiũ. 395.396.9
Sollicitudo significat quandam animi anxietatem, vanum & voluntarim. 396.*n.*10
Sollicitudo tollenda penitus ab iis, qui Deo militant. 596, *ibid n.*6
Sollicitudo ex tribus capitibus damnatur à Christo, ex origine, natura, & effectu. 392 *n* 3
Sollicitudo quid secum afferat boni, aut mali 421.*n.*2
Sollicitudo rerum temporalium conceditur corpori, & non cordi. 394.*n.*6
Sollicitudinem rerum temporalium quanta benignitate à nobis Christus amouere studeat. 393.*n.*4.5
Sollicitudinis origo est modica fides, ipsius natura est vanitas, ipsius effectus est priuatio maioris boni. 392 *n.*3
Sollicitudinis vanitas ex duobus capitibus dignoscitur. 393 *n.*6
Sollicitus nimis de rebus temporalibus, taxat Deum imprudentiæ. 393 *n* 3
Sorte sua quisque debet esse contentus, tam in spiritualibus, quam in corporalibus. 345.*n.*8
Spiritualis omnia iudicat. 400.*n.*1
Spiritus agitat membra, & dispositio mentis varios effectus producit. 470.*n.*6
Stercore delectantur, qui terrena sapiunt. 507. *ibid n.*22
Stultus in periculis lætatur. 615.*n.*4. *idem facit peccator salutem propriam negligens.* 615
Stultus orta contentione difficile placatur, si cito non obuies, datur ratio, & exemplum. 617
Stultus quomodo sibi ipsi malum creet. 685
Stultus nimis, qui in templum ingredi statuit, & non per portam. 468.*n.*20
Stulto honorem tribuere quid sit. pulchra explicatio. 607
Substantiale plus potest, quam accidentale. 459 *n.*10
Suscitatione Lazari nullum malum secutum, nec Christo, nec alii, explicatur. 408 *n.*3
Suscitationis Lazari circumstantiæ fuerunt ad difficultatem Resurrectionis ostendendam. 499.*n.*3
Superbia quantorum malorum sit causa. 694.*n.*19

Superbia, etiam in oculis reperitur. 390. *n.15*
Superbus non est capax doctrinæ Euangelicæ. 431.*n* 8
Susurro quam malorum effectuum sit causa, & quot. 657
Susurro fugiendus. *ib.n.4*
Synagoga constituebatur ex Sacerdotibus, & populo, cuius vices seniores sustinebant, ideoq; omnes conuenerunt contra Christum. 687.*n* 3

T.

TEmporalia debent cœlestibus inseruire. 669.*n.8*
Tempus Paschale quomodo sit ad ruinam, & resurrectionem multorum. 618
Terra promissionis est figura vitæ æternæ. 403.*n.7.*455 *n.7*
Terra promissionis quomodo dicatur data Abrahæ, & aliis Patriarchis. 454.455. *n.20*
Terra promissionis sorte diuidebatur ad proportionem, quam pugna acquirere oportebat. 543.*n.4*
Terminus viæ rectæ est vita, & viæ obliquæ, perditio. 461
Testamentum vetus duobus tribus confirmatum est, & nouum tribus: ratio huius differentiæ. 574.475
Titulus Crucis, & diuisio vestimentorum Christi considerantur. 710.*n.37*
Tradentium iniquitas, quanta. 559. *ibid. n* 11
Traditio, & illusio Christi, licet apparuerint turpia, gloriosa tamen. 567
Traditio Christi Gentibus gloriosa, quia inde nomen eius factum est gloriosum vbiq;. ibid.
Traditio Christi gloriosa, quia magis beatius dare, quam accipere. 567. *& seq.*
Traditio Iudæ reuelatur in Cœna, & ratio. 702. *n* 17
Traditionem populi Hebræi antequam Christus fieret homo, poterat cognoscere, sed sentire, non nisi factus homo. 552 *n.3*
Traditionis Christi pessimi effectus in Christo 561. *& seq. n* 17. *& seq.*
Traditus est Christus, quia ipse voluit, & multipliciter probatur. 705 *n.23*
Traditus Christus omnibus, bonis, & malis, variaratione. 688.*n.5*
Traditus est Christus à Scribis, & Principibus, Gentibus. 551.552.*n* 2
Traditur Christus Gentib. ad mortem Crucis, & explicatur. 559 *n.15*
Tribulatio quomodo liniatur. 490.*n.7*
Tribulatio quomodo ex amara, fiat dulcis: datur figura. 629.14
Tribulationem ex alio non posse oriri quam ex peccato putauere Apostoli. 375.*ib.6*
Tribulationem cæcitatis procedere ex peccatis aliorum, durum Apostolis visum est. ibid.
Tronus in quo sedet Christus cum Deo, & nobiscum, vnus est. 402.*n.5*

V.

VAlor personæ Christi inæstimabilis est. quia infinitus. 514.13
Velare caput, signum obiectionis est. 590.591. *n.15*
Veritas est cibus insatiabilis mentis humanæ, dummodo sit de re qua procedat de cœlo. 375.*n.6*
Veritatis desertores conantur, vt & alii deserant. 463.*ibid n.8.9.&10*
Vestitus Pontificalis operiens pectus Pontificis, cur rationalis potius, quam pectoralis diceretur. 383.*n.2*
Via Dei difficilis ad ambulandum, iis, qui diuisum habent cor. 467.*n.18*
Via cœli est arcta, & difficilis, si solum ad hanc vitam habeatur respectus. 454.*ibid. n.19*
Via recta, est arcta, obliqua, spatiosa est. 461. *n.4*
Via cœli, quomodo arcta, & lata. 459.*ib.30*
Via cœli, quibus hominibus sit arcta, & difficilis. 459.*n.30*
in Via vitæ nostræ, quando in insidias inimicorum nostrorum incurrimus, quid faciendum. 489.*n.6*
Viam rectam pauci ambulant, per obliquam multis exemplis, & inductione probatur. 461.*n.5.6*
Vitam arctam quare pauci illam sequantur. *ib.*467.*n.16*
Viam cœli dixi angustam, est difficultatem denotare. 447 *n* 1
Victimæ carnes cæsæ, lotæ, & crematæ: quid significent. 700.*n.13*

Vir poterat repudiare vxorem, at non è contra, & tamen Synagoga repudiauit Christum suum sponsum, 558 *n.*13
Virgo cur vocetur Synagoga, quæ Christum suum occidit. 612
Vires nostræ quanto maiores eò peiores, nisi sapientia regantur, 447 *n.*2
Virtus qua custoditur lex, non est aliud, quàm robur ad superanda impedimenta, 589 *n.*12
Virtus operatur, vt non solum externa, sed totum hominem in Deum dirigamus, 450, *n.*8
Virtus nil aliud est, quàm viuere secundum rationem. 450. *n* 9
Virtus secundum se facilis est, quia est secundum naturam condita. 449 *n.*8
Virtus est viriliter exercenda, 746. *numer.*4 *& seq.*
Virtuosè operari difficile, quia inimicorum vis est aucta ex voluntate nostra, 456. *numer.* 25.
Virtuosè operari difficile, propter plurima exempla peccantium, 456 *n.*26
Virtuosè operari facile ex parte hominis operantis, 450 *n.*10
Virtuosè operari facile ex gustu, quem habet homo in opere bono, 452. *n* 15
Virtutè assequi difficile, propter habitus contrarios, ex actibus peccatoribus contractos, 456. *n.*24
Virtutem colere, est Deo appropinquare, 452. *ibid. n* 14
Virtutem assequi, quam difficile ex subtractione iustitiæ originalis. 455 *n* 21
Virtutem assequi difficile, ex interna hominis pugna, 455. *n.*22
Virtutem assequi difficile, ex pigritia 453. *num* 17.
Virtutis via, quam laboriosa, 455 *n.*23
Vita nostra via est, ideo non de multis, sed de solo vicario est curandum. 546
Vita æterna, & corporalis pendet ab obseruatione mandatorum Dei, 470. *ibid. num* 5 6.
Vita dulcis esset si non sollicitaremur in crastinum, & alia de causa, quam vide 421 *num.* 1.
Vita in primum omnium naturalium appetibilium, 468. *n.*1
Vitæ æterna promissio apud Patres sic erat certa, vt iam illam possidere existimarent. 455. *n.*20
Vita, quam nobis daturus erat Christus, figura fuit visio Ezechielis. 475. *n* 22
Vita vera vna est scaturigo & fons, 460. *num.*1.
Vitæ æternæ spem non habentibus, Resurrectio erit ad mortem, 719 *n.*11
Vitula occisa, accedebant seniores, & lauabant manus, protestando innocentiam, 602. *num.*17
Vitula creditur occidi, occultè, ibid.
Vitula occisa, accedebant Sacerdotes, quasi Iudices, 600. *n.*13
Vitula est figura Christi; ratio, & quomodo, 595 596
Vitula reprobatur si traxerit iugum, aut terram vomere sciderit, & ratio. 596. *num.* 6.
Vitula ducebatur ad vallem asperam, & saxosam, rationes dantur. 597
Vitula occiditur, vt populus sit innoxius mortis, occisi pro occiso, quid significet, 598. *n.*9
Vitula, quare decollabatur, & eius significatio, 599. *n.*14
Vitula occasio, significat veram Christi occisionem ibid.
Vitula, & agni occisio, comparatio, & contraposition. ibid.
Vitula cæremonia pro occisione ignota est figura Christi, & quomodo. 595
Vnctio qua pedes Christi vncti sunt lætitiam denotat Passionis, quam habuit in ipsa. 628 *n.*10.
Vngimus Christum, quando eius vestigia sequimur. 690. *n.*11
Vnitas non potest esse, nisi inter plures 653
Voluntas benefaciendi, in homine semper esse debet, 752. *n.*10
Voluntas peruersa excæcat intellectum, & si recta, regulat ipsum, 382 383
Voluntas Dei est, vt Passionem Iesu Christi meditemur, 698. *n.*4
Voluntas Ecclesiæ eadem. 698 *n.*5
Voluntatis humanæ tanta est peruersitas, vt medicinis ad venenum vtatur, 589
Voluntas ipsa nostra est ea, quæ erga Deum nos facit surdos, & cæcos. 388 *n.*12

Voluntatis humanæ peruersitas, quãta. 589. 589. *nu.*10. *A qua radice proueniat ista peruersitas,* 589 *n* 11 *& seq.*
Vomitum peccati reassumere hominis Christiani, non est, qui carnem comedit Christi, 719. *num.* 12.
Vtilitas nostra expescit vt Passionem Iesu Christi meditemur. 609
Vox Domini peccatorem vocans, ad superandum laborem etiam confortat, 467. *num* 18.

Z.

*Z*Elare salutem proximi, & propriam negligere, non datur, 416 *n* 17
Zelus Pauli Apostoli, vt manifestaretur nomen Christi, 593. *n* 6
Zelus malus est ardor cupiditatis rei illicitæ, 665 *n.*2
Zelus Dei quam magnus contra illos qui sub prætextu zeli Dei innocentes arguunt, 695.

INDEX EXEMPLORVM, EXHORTATIONVM, REPREHENSIONVM, ET SIMILIVM EX SCRIPTVRA DEPROMPTORUM.

EXEMPLA

EXemplo ostendentia peccata vnius totum populum contaminare. & vindictam Dei super illum inducere, pag. 595
Exempla ostendentia quod sit à maioribus, ab omnibus factum intelligi, 603, *num.*18.
Exemplum, quantorum malorum sit causa amor inordinatus, 607. *n* 4
Exemplum, quod aliquando Deus propter peccatum vnius, alium punit. 608. *ibid num* 7
Exempla ostendentia, illos in immania scelera prolabi, qui principio mali sedule, & cautè non restiterunt, 617
Exempla ostendentia heminẽ occasione probari, bonus ne, an malus sit, 618
Exemplum ostendens, homines in malo inueteratos irridere ea quæ ad salutẽ eorum propriam spectant, 618
Exemplum ostendens malum, quod sequitur ex nimia lingua detractione & libertate, 658
Exemplum ostendens ad quantam dementiã veniat qui proprias cõcupiscentias sequitur, vt malu pessimis putet se obsequium præstare Deo, 666
Exemplum ostendens quàm Deus seuere puniat eos, qui illi dicata, sibi vsurpant, 668 *n.*10.
Exempla multa ostendentia nos non debere à bono cessare, ob obloquentium detractiones, 691 *ibid. n.*12 13. *& seq.*
Exemplum ostendens, quantum valeat inter esse proprium, & concupiscentia mala, 387. *n* 10.
Exempla ostendentia Deũ nos sufferre quando de rebus verè necessariis solliciti sumus 991. *num.*2.
Exemplum manifestans pœnam quam Deus sumit contra eos qui ad voluptatem sunt solliciti. 391. 392

Exemplum ostendens frustra laborare qui auaritia ductus nimium est sollicitus de rebus istis temporalibus. 394.n.7
Exemplum ostendens quam sit impotens voluntas auari ad consequendum quod desiderat. 394 n.7
Exemplum, quam falsum sit hominum iudicium. 376.n.7
Exempla quibus ostenditur Deum permittere peccata, vt inde maius bonum eliciat. 376. n.8
Exemplum quo ostenditur concupiscentiam rerum temporalium maximâ afferre iacturam. 383.384.n.3
Exempla, quibus demonstratur Deum permittere nobis fieri, quod aliis facimus. 419 n 24. *& etiam ipsismet docetur causam pœnæ, non pœnam ipsam attendendam esse.* ibid.
Exemplum, quam seuere Deus puniat eos qui sua iustitia quæ peccatores punit, aduersantur. 425.n.10
Exempla ostendentia Deum exaudisse, qui in oratione ad ipsum clamauere. 431 n 8
Exempla, quibus ostenditur valde congruens esse nostræ infirmitati vt Præceptis addantur etiam rationes. cur fiant illa præcepta. 429.n.2
Exempla multa, quibus ostenduntur mala secuta ex petitionibus nostris in oratione, quando obstinate petuntur ea quæ non expediunt nobis. 437 n 29.30
Exemplum ostendens, quod quamuis fidendum sit in Deo, vires tamen nostras exercendas esse. 448 n 5
Exempla ostendentia in magnis difficultatibus, viribus nostris proprijs non esse fidendum. 449 n 6
Exempla multa, quam gratia Dei potens sit ad mirabilia patranda 452.n 13
Exemplum, quam impotens sit homo propriis viribus relictus. 452 n.13
Exempla peccantium, viam virtutis difficilem reddunt. 456 ibid.n.16
Exemplum ad glorioſe difficultatem superadam in iis quæ obedientiam Dei concernunt, & sensum molestant. 466 n.16
Exemplum quomodo cum inimicis nostris nos gerere debeamus. 489.n.7
Exemplum maximæ tribulationis, & ibi consolationis remedium. 489.490.n.7
Exemplum ostendens quantum bonum euenerit illis qui in tribulationibus patientiam habuerunt. 491.n 11
Exemplum, Deum non culpare ea quæ sunt hominum, si cœlestibus non anteponantur. 512 n.9
Exemplum seu figura cur Sacerdotes debeant esse continentes imo carnales insequi, & persequi 523
Exempla ostendentia homines impios deseruire Deo ad propositum ipsius exequendum. 530. ibid n.7
Exemplum ostendens bene euenisse illis qui sorte sua fuere contenti 545
Exemplum ostendens quid mali euenerit iis qui sua sorte contenti esse nolunt. ibid.
Exemplum pœnæ quam sumpsit Deus contra murmurantem. 583
Exempla probantia quam homo reddatur, & fortis, & potens, ex legis diuinæ obseruantia. 589.590
Exempla ostendentia amantem Deum omnia posse, & nullum timere 591

EXHORTATIONES.

Exhortatio ad meditandam Christi Domini Passionem. 579.n 10
Exhortatio alia, vt recordemur, & meditemur Passionem Christi. 584.n.21
Exhortatio ad legem Dei custodiendam. rationes dantur, & motiua. 590.n.15
Exhortatio Christiana, ne deficiat à seruitute, & obedientia Christi, & quam exprobrabilis sit qui hoc facit. 605. ibid.n.22
Exhortatio & affectuosa admonitio, ne peccatis nostris maiorem dolorem Christo nouiter inferamus, quantum est ex parte nostra. 608.609
Exhortatio vt homo charitate sua, compenset charitatem Christi, quantum potest. 611.
Exhortatio, vt qui iam peccatis à Deo recessit, denuo accedat. Exemplo nititur. 618
Exhortatio, vt Christum sequamur Regem triumphantem, & victorem. & additur admiratio cur diabolus, non Christus sequatur. 623.n.21.22
Exhortatio vehemens, vt nos præparemus munditia cordis ad sancte celebrandum tempus Passionis, quæ potest etiam

uire ad præparationẽ iudicii extremi. 649
Exhortatio, vt pugnemus contra ea, quæ nostræ saluti aduersantur 512 *ibid. n* 7.8
Exhortatio, ad cœcos peccatores, vt tandem aliquando adaperiant oculos. 381. *n* 18
Exhortatio, vt soliciti simus ad necessaria salutis. 381. *n* 18
Exhortatio notabilis, qua suadentur homines, vt non ponant spem nec in diabolo, nec in homine, nec in se ipso, sed in Deo. 407 8
Exhortatio vt homines solliciti sint de propria salute, & non de illis rebus quæ transeunt. 399. *n.* 17
Exhortatio ad manendum in doctrina Christi, in illis quæ difficilia videtur 541 *n* 19
Exhortatio ad orationem exercendã. 435. 19
Exhortatio, vt exemplo Christi, occidamus hostes nostros ante mortem. 521
Exhortatio ad suscipiendum in anima lumen sapientiæ, & diuinæ Gratiæ. 389
Exhortatio accendens cor ad acquirendum regnum cœlorum. 403. *n.* 6
Exhortatio ad eum qui amore rerum harum temporalium nimiũ defatigatur, vt desistat. 423. *n* 6
Exhortatio ad non iudicandũ proximũ 426
Exhortatio vt simus intenti, & solliciti non ad temporalia, sed ad ea quæ sunt salutis nostræ. 426 *n* 16
Exhortatio ad orandum, ita vt exaudiamur, requisita ponuntur. 437. *n.* 28
Exhortatio suadens ad præstandum beneficium proximo. 444 *n* 10
Exhortatio ad animandam hominẽ vt virtutum iter arripiat, pigritiamque superet. 451. *n.* 17
Exhortatio ad opera bona amplectenda, & ad difficultates superandas, eas maxime quæ in principio occurrunt 465 *n.* 14
Exhortatio ad suadendum timorem Dei, & ad amouendam duritiem cordis. 474
Exhortatio, vt perspecta miseria nostra aspiremus ad patriam. 482 *n* 9
Exhortatio ad patientiam habendã 490. 8
Exhortatio ad comoriendũ cũ Christo 505. 19
Exhortatio ad sequendum Christum, & mundum linquendum. 506. *n* 20
Exhortatio ad sequenda ea quæ sunt Crucis, non ea quæ sunt sensui amica. 522. *n.* 17
Exhortatio ad eos qui gloriam cupiunt, vt in Cruce glorientur, radice omnis veræ gloriæ. 565

REPREHENSIONES.

Reprehensio ad eos qui parui faciunt Passionem Christi 541
Reprehensio contra auaros, & probatur, auaritiam causam esse omnium malorum. 423
Reprehensio defectuum linguæ. 658. 11
Reprehensio contra murmurantes. 657. *n* 7.8
Reprehensio contra eos qui proximum temerario ausu iudicant. 428. *n.* 19

SIMILIA.

Simile, ostendens quam bonum sit quærere regnum Dei. 404. *n.* 9
Simile; quomodo debeat homo Deo obedientiam præbere. 432. *n.* 9
Simile, quomodo homo possit auxilio Dei superare difficultatem quæ sentitur in virtute operanda. 451. *n* 11
Simile hominum illorum, qui alios ad peccandum inuitant, & vt peccent sunt in causa. 456 *n.* 26
Simile, quomodo pugnandũ cum diabolo. 511
Simile, quomodo opera Christi sint valoris infiniti 514. *n.* 14
Simile, ad cognoscendum valorem Passionis Christi 516 *n.* 17
Simile, ostendens, quales sint illi, qui Passionem Domini stultitiam putant, vel parui pendunt. 516 *n.* 17
Simile, quomodo carnem nostram mortificare, & cum illa pugnare debeamus. 521
Simile, seu figura, ostendens quam Christus dolore sit affectus ex eo quod multi sua Passione non essent saluandi propter eorum ingratitudinem. 532. *ibid.*
Simile, ostendens, quam magnum malum eueniat iis, qui caute principio mali non obstant 616. *n* 9
Simile, declarans, quomodo totus Deus passus sit in Christo, quamuis humanitas sola passionum fuerit capax. 634. 635
Simile, quomodo homo sit incautior erga se ipsum. 639
Simile, ostendens, quid sit caro nostra. 648
Simile, ostendens cuius modi sit regis ira. 687

FINIS.

Quad[illegible]simale
Ambr[illegible]anum.

P. Mat. Bellintani

C
319

Th
3295